R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
M 8
46 F
3

8.46.F.3

8.46.53

AEGIDII
COLVMNAE ROMANI
EREMITARVM D. AVGVSTINI
SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS
FVNDAMENTARII
ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS
S. R. E. CARDINALIS

In Secundum Librum Sententiarum Quæstiones,

28

Nunc denuò excusæ

Industria R. P. F. ANGELI ROCCHENSIS Augustiniani profess. Conuentus Camerini S. Theologiæ Doctoris,

Et eiusdem incredibili labore ab infinitis mendis vindicatæ: Multis item rebus, quæ olim desiderabantur, in suum locum repositis,

Summis, Citationibus, Notationibus, Scholijs, Conclusionibus, Resolutionibus, Quincuplici Indice, Auctoris vita, & librorum Catalogo illustrata.

Additis præterea præcipuis Philosophorum erroribus ab eodem Aegidio collectis, & in operis calce nunc primum positis.

AD REVERENDISS. P. M. THADDAEVM PERVSINVM, eiusdem ordinis Generalem Vigilantissimum.

Ex Legat. Illustriss. Sorani.

PARS PRIMA.

SOCIET. IESU BIBL. SEC. COLL. ROM.

Venetijs, Apud Franciscum Zilettum. M D LXXXI.

511

REVERENDISSIMO

P. M. THADDAEO PERVSINO

VNIVERSÆ AVGVSTINIANÆ FAMILIÆ

Pastori vigilantissimo.

VÆ olim, *Reuerendiss. P.* à veteribus illis doctissimis, ac sapientissimis viris, magno labore, magnisq; vigilijs sunt elucubrata, vel iniuria tẽporis, aut hominum incuria prorsus interierunt, vel, quæ in hanc diem seruãtur, obscuris Librariorum oscitantium notis, artis imprimendi imperitia, vel Correctorum, seu potius Corruptorum, aut quo casu nescio alio ita deprauata, ita mutila, ita lacera, ita hiantia, maleq; concinnata leguntur, vt sæpissimè vix, aut ne vix quidem intelligi possint. Addo etiam, quòd tantum abest, vt permulta sic decurtata, atque corrupta, & in alium sensum prauè detorta Auctorum veram, ac genuinam sententiam redoleant; vt nihil illi magis contrarium, nihilve ab ea magis alienum videatur. Hoc planè incommodum Ægidij Doctoris nostri fundatissimi in Secundum Sententiarum Librum opus luculentissimum, omniq; doctrina refertissimum omni ex parte tulit. Iacuit enim in tenebris, post primam editionem, annos ferè centum, innumerabilibus, & (vt sic dixerim) infinitis mendis ita obuolutum, & conspurcatum; quin verbis ipsis, ac periodis (ò indignum facinus) ita truculenter obtruncatum, vt nihil supra. Nulla enim huius libri vix semel in lucem editi ferè columna erat, in qua versus aliquot, quos appellant lineas, & nonnunquam circiter viginti, non desiderarentur, vt in exemplari à me emendato, quod, vsq; dum viuam asseruabo, videre licet. Quare, cum res ita sese habeat, multis efflagitantibus, immo vniuersa Augustiniana Repu-

blica Doctoris nostri laudem typis restituendam expectante; nonnulli hortatibus frequentibus à me contenderunt, vt hanc rem præstarem, cum Venetijs commorer, vbi imprimendi ars floret, ac huiusce rei faciendæ copia datur maxima. Et, quoniam is ego sum, qui, quò me cohorratio ducit à ratione profecta, eò libenter sequor; animum induxi meum, vt id, quod efflagitarunt, efficerem. Nam, cum ex omnibus rebus humanis nihil sit litteris, doctrinaq; præstantius; bene mereri de litteris, & de Theologia præsertim, præclarum in primis, atque egregium semper duxi, etiam si vtilitas humana consequatur nulla, vt mihi hac in re accidere certo scio: nisi fructus existimetur maximus, quem re vera ex tua gratia, Reuerendissime Pater, mihi oriri intelligo: quiquè ex posteritatis memoria nasci solet. Noui præterea caput illud Religionis nostræ esse primum, nemini obesse, prodesse omnibus, cum solum nobis ipsis nati non simus: sed ortus nostri (vt diuinus aiebat Plato) partem Patria, partem Amici, partemq; Parentes sibi vindicent, quorum in numero Familiam Augustinianam mihi esse non ignoro. Hæc itaque, Reuerendissime Pater, mihi sedulò cogitanti ecce tua voluntas, quæ maximæ legis vim habet, sese offert, quam litteris explicasti, cum diceres, me nõ modicã esse gratiam apud te initurum, si Doctoris nostri iacentem, & penè afflictam laudem typis subleuandam curarem. Quæ me vox cohortata est, meque cohortatum excitauit, excitatumq; impulit, vt id facerẽ, quod me libentissimè feciſſe vides. Hanc igitur ampliſſimam, difficillimamque prouinciam pro virili parte suscepi, non gloria illectus, nec spe commodorum compulsus; sed vt tuæ morem gererem voluntati: Amicis meis, Vniuersæq; Augustinianæ Familiæ gratam rem facerem. Et, quamuis in litteris me nihil esse sciam, tamen, vt aliquid essem, adlaboraui. Typis igitur (vt nunc loquimur) opus Ægidij nostri in Secundum Sententiarum de integro excudendum curaui, ex Virorum doctissimorum exemplarium collatione, exque manu scriptis à mendis diligenter expurgatum: incredibili verò, ac labore tanto, quantum verbis exprimere nunquam possem. Ea, quæ desiderabantur, plurima in sua loca sunt reposita: Confusis, vt illa ætas Typographorum ferebat, ordinem; obscuris lumen; dubijs certam notitiam reddidi: multaque, Calchographi incuria, eodem loco duplicata sustuli: Indicibus, Scholijs, Notationibus, Diuisionibus, Summis, Resolutionibus,

tionibus, & Auctoritatum citationibus, quæ desiderabantur, in margine positis illustraui, multisq; alijs studiosorum commodis consului. Hoc denique opus, quod ab summo, ac doctissimo Viro Hieronymo Seripando, nostro olim Pastore, deinde in Illustrissimo Cardinalium Collegio collocato, & merito quidem; *Prora, Puppisque Theologorum* vocitabatur, sub Tui nominis inscriptione diuulgaui. Id quod præclarè factum adiudicaui. Doctorem enim Doctoris Generalem Generali; Amplissima dignitate decoratum decorando; Virum denique nunquam satis laudatum Tibi omni laude dignissimo dicaui. Quis enim Te artium maximarum cognitione, mentisque optimę conscientia ornatum non norit? & sicut in illa neminem tibi antеponere: ita in hac ne conferre quidem possum. Quis Tuam prudentiam, quis pietatem, quis iustitiam, quis facilitatem, quis Tuam tandem liberalitatem, Teque de omnibus ad bene merendum, & ad litterarum amatores honestandos natura maximè propensum quis non fatebitur? Hæc enim in Te non vulgariter sita esse, ita compertum est, vt non, qui ea laudet, adulator, sed qui non laudet, maledicus existimetur. Quare ego hæc in Te splẽdidissimè posita tanti facio, tantumque admirari soleo, quantum res ipsa postulat: postulat autem, quantum cogitatione vix quisquam comprehendere, verbis quidem assequi nemo potest. Quas igitur laudes à me non assentatione expressas, sed tanquam tenui penicillo designatas simul cum singulari mea obseruantia accipere ne grauere. Meas præterea lucubrationes, meque ipsum suscipito. quandoquidem ego me tibi, quidquid sum, & quantus quantus ego sum, totum addixi. Id exiguum, inquies? fateor: sed, si animum spectes, totque meos, tantosque, incredibilesque labores paucis mensibus absolutos consideres, onusque perpendas grauissimum; grauissimum, & maximum fortasse dices. Vale Augustinianæ Familiæ ornamentum. Venetijs Nonis Maij. M D. LXXXI.

Reuerendissimæ P. tuæ

Obsequentissimus, atque in perpetuum deuinctissimus

F. Angelus Rocch. Profes. conuentus Camerini.

ANGELVS CAMERS A ROCCHA,
CALCE HAC ROMANE SVRGAS.

In Reuerendi P. Angeli Camertis à Rocchâ
anagramma Tetraſtichon
Ad Aegidium Columnium Romanum.

Quo primo fundatus eras bitumine (tempus
Roſerat) amoto, ſurgere deſiteras:
CALCE coaleſcens HAC iam ROMANE reſVRGAS
Tam ſtans ſuſtineas, quàm ſtet & illa tenax.

ANGELVS CAMERS A ROCA
CASSA REGARE COLVMNA.

Diſſidijs, multo CASSA ac errore, REGARE,
Angelica conſtans arte, COLVMNA, tibi.

LODOVICVS DV BOIS Gall. Scn. I.C.
vtriuſque anagrammatis, ac verſuum author.

Virtutis Baſi nixa alta ad Tybridis vndam
Adſtitit, ac viguit clara Columna diu:
Temporis inuidia iacuit collapſa, ſuumq;
Splendorem amiſit, delituitq; ſolo:
Angelus atherea demiſſus ab Arce iacentem
Erexit, proprio conſtituitq; loco:
Sic decuit, neq; ope humana reparata fuiſſet,
Angelica at dextra reſtituenda fuit.

Fratris Paracliti Frangipanis.

AD LECTOREM.

NTANDEM aliquando opus tam diu desideratum, quod ab infinitis mendis expurgaui: ipsumque, antea tanquam chaos confusum, ob Typographorum imperitiam, nunc in ordinem distincte redegi: innumerarum item sacræ Scripturæ, D. P. Augustini, Aristotelis, & Auerrois Auctoritatum Citationibus, Notationibus, Scholijs, rerum obscurarum solutionibus in margine scriptis: necnon Summis, Articulorum, aut Quæstionum Resolutionibus, ac Indicibus auxi, & illustraui. Loca insuper innumerabilia, quæ desiderabantur, integra, vt potui, restitui. Quæ quidem omnia in meo exemplari à me emendato, quod penes me asseruatur, videre licet. Quantum operæ, studij, laborisque posuerim in hisce omnibus conficiundis, non sum nescius: quantum autem profecerim, iudicent alij. Præstiti enim quatuor ferè mensibus, quod hercle triennium postulabat, & fortasse amplius. Idq; ob nostra Comitia Generalia Bononiæ proximè celebranda. Præterea tribus mensibus hoc opus imprimendum curaui, quod vnius anni spatium desiderabat. Quare, si quid minus rectè dixerim, aut fecerim, meam excusationem accipias velim. Homo enim sum: ac temporis angustia mira fuit. Scio nonnulla irrepsisse errata eorũ culpa, qui dũ simul litteras concinnant, & Compositoris nomen (vt aiunt) sortiti, è Typis plumbeis menda omnia à me in chartulis recognita, incuria, aut laborem subterfugiendi causa, non sustulerunt: immo (quod peius est, meq; vehementer intimis sensibus angit, & excruciat) inter typos plũbeos corrigẽdos, integra corruperunt. Adde interea insciciam, ac inertiam, prauamque conscientiam illorum, qui prælo præsunt, & Tiratores vulgo vocantur. Hi enim, dum imprimunt, extrahunt litteras, aut dictiones ipsas, quas aut nunquam reponunt, aut transuersa, aut in alienum locum reponunt, cum ne vnum quidem norint litterarum elementum. Ego vero non sum Lynceus, nec item Argus. Nam fieri non potest, vt homo, quicunque sit ille, omnia videat. Qui expertus est, fidus mihi potest esse testis. Si quis autem est, qui sibi plurimum tribuat, negotium experiatur licet, & mordere desinat. Coniectura enim prouideo fore multos, qui me vt hebetem, aut fortasse cæcum reprehendant, quòd nonnulla aut minus acutè, aut prorsus non viderim. Qui verò hanc artem norunt, nihil admirantur. At missa ista hæc faciamus. Hoc vnum scias, humane Lector, ob durissimos labores, & ob multa incommoda, quæ sum passus, decennij vitæ curriculum mihi sublatum esse, vt ij, qui præsentes adfuerunt, sine ulla controuersia affirmãt. Cuius tamen facti me non pœnitet, modo alijs rem gratam fecerim. Si rem vtilem effeci, Deo in primis gratiam habe: deinde R. P. M. Michaeli Angelo Patauino: & R. P. M. Aurelio Perusino, qui me ad hanc prouinciam arduam suscipiendam excitarunt. Nam nõ solum ij, qui aliquid scripserunt, verum etiam qui alios vel cohortatione, vel præmio, vt scriberent, impulerũt, litteris opem tulisse censentur. Verum quia tantum laborem, quantum nemo vnquam iudicabit, perpeti posse mihi non videbar, ab incepto forsan destitissem, nisi R. P. M. Aurelius Rocchensis, & M. Ambrosius Venetus argumentis non insulsis me ad id persequendum monuissent. Ille enim,

enim, cuius auctoritas magni ponderis est, me litteris cohortatus fuit, vt, quod incæpi, omnium vtilitate, & Augustiniani instituti ornamento perficerem. Hic verò coram, dum solicitabar, & languebam, mihi animum frequentissimè auxit: decus, & commodum Augustiniana Reip. mihi ante oculos proponendo. Qua denique in re R. P. M. Leonardus Venetus aliqua ex parte me ab quibusdam curis sublenauit. Præstiti tandem (Deo annuente) id, quod ita breuis intercapedo temporis non patitur: &, quantum laboris susceperim, non ignoro. Tibi tamen, si consequar, vt nostra diligentia probetur: Quod contingere rarò solet; meos sanè labores non exiguo compensatos esse fructu existimabo. Vale.

AVCTORIS VITA
EX VARIIS SCRIPTORIBVS
A R. P. M. ANGELO ROCCHENSI
COLLECTA.

EGIDIVS Columnius, ciuis Romanus, Ordinis Eremitarum D. Augustini, iam inde ab infantia optimis moribus imbutus, & vsque ab adolescentia liberalibus artibus eruditus, miro ingenij acumine, tenacissimæq; memoriæ dono præditus, B. Thomæ Aquinatis Auditor, ac Discipulus fuit. Quare in vitæ sanctitate, diuinis scripturis, Philosophiaque Aristotelica adeò profecit, vt à Præceptore suo, viro tanto, suaque illustri familia, nulla ex parte degenerarit. Modestiam cum grauitate, animiquè demissionem cum Generis claritate ita perbellè coniunxit, vt nihil admirabilius. In alienis opinionibus confutandis, vt non rarò inter litteratos viros euenire solet, nihil eo temperatius, & moderatius. Id quod præsertim suis in scriptis re ipsa præstitit. Cum enim sui Præceptoris aliqua opinio non arridet, eam supra captum suum esse ait: & Doctorem ipsum suppresso nomine, virum magnum, aut præstantem appellat. Ingrati animi vitium, in quo nihil mali non inesse iudicabat, vehemẽter damnabat. Cuius rei argumentum non vulgare extitit, cum Defensorium illud pro Magistro suo lucubrauit. Iustitiam non in postremis habebat. Hinc illud Ciceronis de Amicitia dictum in suum propositum non inconcinnè vertebat dicens: Qui iustitiam è vita tollunt, Solem ipsum è mundo tollere videntur. Quin ab ijs, qui regunt, incolumi dignitatis, aut officij nomine nullo vnquam pacto eam posse diuelli affirmabat. Cæteris virtutibus (vt vno verbo multa complectar) adeo claruit, & vitæ innocentiæ ita effulsit, vt ab omnibus haberetur sanctus. Quare, cùm quædam mulier graui morbo vexata (vt historiæ perhibent) ad eum tanquam Pontificali gloria fulgentem accessisset, sui corporis valetudinem efflagitans, pristinam valetudinem recuperauit ad hæc B. Ægidij verba: Vade bona mulier: & fiat tibi secundum fidem tuam. Nec mirum quidem. Omnia enim possibilia sunt credenti: Et glorioſus Deus in sanctis suis. Hac vitæ sanctitate omnibus gratus erat, & maxima auctoritate pollebat: & cũ adhuc in iuuentute esset, innocentiæ, & doctrinæ specimen præ se ferebat. Hic Parisiorum Lutetiæ, vbi lecturam super Sententias splendidissimè gessit, Baccalaureatus gradum adeptus est, & primus in nostra Augustiniana familia Magistratus, seu Doctoratus insignia suscepit: & Parisiensem Academiã cũ multos annos summo omniũ applausu rexisset, MCCXCII. Prior Generalis nostræ Reip. creatus, tertio post anno abdicauit. Philippo Pulchro

Francorum

Francorum Regi mirum in modum gratus fuit iam inde à prima eius adolescentiâ, cuius iussu libros *De Regimine Principum* conscripsit: mandatoq; eius, cum Rex ipse Pulcher Lutetiam à Rhemensibus sacris regressus, cum sacræ Scholæ, Vniuersique Musæ oratione nouos excipi Reges solenne foret; luculentissimam habuit orationem, sententijs, doctrina, & verborum suauitate refertissimam, quam in Paulo Æmilio de Regum Francorum gestis videre licet. Nec est admiratione dignum, si stylo minus eleganti, aut verbis minus cultis in speculatiuis scientijs vsus fuerit. Consultò enim id fecit, quippe qui eleganter philosophari, aut res speculari diuinas, vt eloquentiæ Principi III. de Finibus placet, puerile esse, non ignorabat: &, vt ille alter dicebat: Ornari res ipsa negat, contenta doceri. Adde, quòd Philosophus, aut Theologus intimos rerum sensus explicare non posset, si verborum lenocinijs, vocibusque elegantioribus studeret, immo in ea ætate, & nostra etiam, in qua penè elingues sumus in Latina lingua, stylus ornatus, & à vulgari sermone admodum alienus à paucis intelligeretur, cum res ipsæ ex se ipsis difficiles sint intellectu. Latinam igitur linguam, Rhetorumque præcepta non mediocriter nouit, vt eius oratio insignis, commentariaque in Rhetoricam indicant. Doctrina insuper ita excelluit, vt nomen Fundamentarij Doctoris non immeritò sit adeptus. Fundamenta enim doctrinæ suæ iacuit semper irrefragabilia. In Quæstionibus soluendis fuit amplissimus, rerum exquisitor diligentissimus, & nihil ad Quæstionem propositam intentatum, aut minus declaratum reliquit. In dicendo, & in rebus enucleandis ita clarus, vt omnis humanæ, & diuinę sapientiæ ex omnibus Doctoribus scholasticis solus arcana dilucidasse videatur. Et, quod mirum est, in tanta Scriptorum (vt sic dixerim) congerie, ob irrefragabilia fundamenta, ac tenacissimæ memoriæ donum stupendum in nullo vnquam sibi ipsi est aduersatus, nihilque reprehensione, aut retractatione dignum pronunciauit. Hunc multi illustres Viri, & docti secuti sunt, & præsertim Magister Iacobus Viterbiensis eiusdem instituti, & Archiepiscopus Neapolitanus. Cum denique Lutetiæ Parisiorum, & in alijs Galliæ partibus suum studium consumpsisset, ob singularem vitæ sanctitatem, ac doctrinam gratus omnibus semper fuit. Principibus, & Pontificibus cariissimus fuit. Quare à Bonifacio VIII. Pont. Max. (conciliante litteratura, & vitæ integritate) Archiepiscopus Bituricensis Ecclesiæ, & Aquitaniæ Primas consecratus est: Cardinalium quoque sanctæ Romanæ Ecclesiæ cœtui fuit adscriptus; sed, morte præuentus, minimè diuulgatus. Cum autem naturę iam concedere, animamque Creatori suo, à quo abfuit nunquam, reddere sibi debere videretur, Capellam suam, vt vulgò aiunt, hoc est, ornamenta ad cultum diuinum spectantia, Conuentui nostro Romæ in Sacello S. Tryphonis, vt sibi licebat, reliquit: Quędam verò alia Conuentui nostro Biturigum: Libros autem, suumque corpus Conuentui nostro Parisiensi legauit, non immemor huius loci, à quo tot, tantisque beneficijs fuerat exornatus: Cuius rei fidem facit versiculus ille, quem cum sermonem ad Vniuersitatem haberet,

ret, protulit inquiens: *Est qui me nutrit, & , qui nutritur*, alumnus: declarans, quomodo ipse ab ea olim nutritus fuisset: & ipse doctrinæ suæ pabulo eandem nutriret. Libros quidem innumeros conscripsit, ediditque. Sed ad nos Cisapenninos hæc tantum scripta peruenerunt, quæ versa pagina indicabit. Hæc ex Abbate Ioanne Tritthemio, Paulo Æmilio: & ex nostris: Ambrosio Coriolano, M. Onuphrio Panuinio, & M. Iordano.

Librorum Aegidij Romani Catalogus.

In Dialecticis.

In Artem veterem Comment.
In libros Priorum Comment.
In libros Posteriorum planissimus Comment. cuius gratia Rex Anglorum multa Ordini in tota Anglia loca construxit.
In libros Elenchorum sophisticorũ Cõmẽt.
De Medio demonstrationis Tractatus.

In Philosophia.

In libros Physicorum Comment.
In libros de Generatione & corrup. Cõmẽt.
In libros de Anima Comment.
In Parua naturalia Comment.
In librum de Causis Comment.
De Formatione corporis humani lib.
De Regimine Principum egregium volumẽ ad Philippum Pulchrum christianissimum Regem Francorum, vbi omnem Philosophiam moralem complexus est.
De Gratiarum actione ad Bonifacium. viij. Pont. Max.
In libros Rhetoricorum Comment.
In libros Ethicorum, Politicorum, Oeconomicorum Comment.
De differentia Ethicorum, Politicorum, & Rhetoricorum Tractatus.
In 12. libros Metaphysicorũ egregia Cõmẽt.
In eosdem libros Quæstiones disputabiles.
Theoremata de esse & essentia.
De erroribus Philosophorum lib.
De Primo principio, seu de esse & essentia Quæst.
De Intellectu possibili lib.
De pluralitate formarum lib.
Seu de gradibus formarum accidentalium, & in ordine ad Christi opera: Et de intentionibus in medio.
De Materia Cœli lib.
De Deceptione tractatus.

In Theologia.

In Hexameron lib. 2.
In totum Canonem Bibliæ, & sufficientiam librorum, & excellentiam sacræ Scripturæ Tractatus.
In librum Cantic orum Comment.
In Epistolam ad Romanos Comment.
In Epistolas ad Corinthios Comment.
In Epistolas canonicas inceptus Comment.
In illud Canonicę Ioannis: omne quod est in mundo, etcæt. interpretatio.
In Psal. Eructauit cor meum verbum bonum De diuina Sapientia tractatus dignissimus.
In Euangelium Ioannis Tractatus. 2.
Sermones ad clerum & ad populum.
In primum Sententiarum volumen vnum.
In secundum Sententiarum volumina. 2.
In Tertium sententiarum volumen vnum.
De Corpore Christi Theoremata.
De Charactere tractatus.
De Paradiso, Purgatorio, & Inferno lib.
De subiecto Theologiæ Tractatus.
De Articulis fidei lib.
De peccato originali Tract.
De Arca Noè.
De Prædestinatione & præscientia lib.
De Diuina influentia in Beatos Tract.
De Cognitionibus Angelorum lib.
De Motu Angelorum lib.
De Compositione Angelorum lib.
De Mensura Angelorum lib.
De Resurrectione quæstiones disputatæ.
Quodlibeta sex.
Compendium Theologiæ.
Contra expositionem Petri Ioannis de Narbona super Apocalyp. ex mandato Beatiss. Bonifacij. viij.
In Ius canonicum de Summa Trinitate & fide Catholica C. Firmiter, & C. Damnamus: & super decretalem cum Marthæ, de Celeb. missarum expositio.
Expositio super orationem Dominicam: & super Salutationem Angelicam.
De Renunciatione Papæ Tract.
De Ecclesiastica potestate lib. 3. in vno volu.
Contra Exemptos lib.
Contra impugnantes S. Thomã Defensorium.
Contra hæreticos librum, quem Terrens fulmen appellauit.

ERRORES PHILOSOPHORVM

PRÆCIPVI,

Collecti

AB ÆGIDIO ROMANO COLVMNA
Ordinis Eremitarum D. Augustini,

ET NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITI
Industria R. P. M. Angeli Rocchensis à Camerino.

Aristotelis errores præcipui.

QVoniam vno inconuenienti dato, multa sequuntur, ex vno malo fundamento protulit Philosophus multos errores.

2.Phy.t.c. 20.

1 Credidit enim, nihil esse in vna dispositione, in qua primo nõ fuerat, nisi per motum præcedentem: existimauit enim, quòd non esset nouitas, nisi ibi esset mutatio propriè sumpta. quia ergo omnis mutatio, propriè accepta est terminus motus, non est dare nouitatem, sine motu præcedente. Ex hoc.n. fundamento concludebat motum nunquam incepisse, quia si motus incepit, motus fuit nouus. sed nihil est nouum, nisi per motum præcedentem. ergo ante primum motum fuit aliquis motus, quod est inconueniens.

2 Vlterius errauit, quia posuit tempus nunquam incepisse, quia semper motum sequitur tempus. si ergo motus non incœpit, nec tempus incepit. videbatur tamen, quòd ratio de tempore haberet specialem difficultatem. Nam quia instans semper est finis præteriti, & initium futuri, nõ est dare primum instans. propterea quòd ante omne instans fuit tempus, & ante quodcunque tempus signatum, instans fuit. non ergo tempus incepit, sed est æternum.

3 Vlterius propter ea, quæ dicta sunt, coactus fuit ponere mobile esse æternum, & mundum esse æternum: quia cum non sit dare tempus sine motu, nec motũ sine mobili, sed motus, & tempus sunt æterna, mobile erit æternum, & ita mundus nunquam incœpit. quæ omnia patent ex 8. Physicorum. Cap. 1.

4 Vlterius coactus fuit ponere cœlum esse ingenitũ, & incorruptibile, & nunquam fuisse factum, sed semper fuisse. Nam cum inter cæteros motus, solus circularis sit continuus, vt patet ex 8. Physicorum. si aliquis motus est æternus, circularis erit æternus, & quia circularis motus est proprius cœlo, vt probat in primo cœli, & mundi. Concludit igitur cœlum esse ingenitum, & nunquam fuisse factum. Habuit tamen specialem rationem, quare cœlum non incœpit, quia quidquid habet virtutẽ, vt semper sit in futuro, habuit virtutem, vt semper esset in præterito, & quia cœlum non desinet, non incœpit esse.

2.cœli t. 2. text.c. 73. 74. Cap.2.

5 Vlterius quia secundum ipsum, quicquid fit, fit ex materia præiacente, voluit, q̃ non posset esse alius mũdus. vnde Deus non posset alium mundum facere. quia iste constat ex tota sua materia, hic etiam error elicitur ex primo cœli, & mundi.

1.Phy.t.c. 8. 1.cœli 77. & cete.

6 Vlterius posuit generationẽ istorum inferiorum nunquam cessare, & nunquam incepisse. Nam omnem generationem præcedit corruptio, & sequitur corruptio, & omnem corruptionem præcedit generatio, & sequitur generatio. propter quod quamlibet generationem præcessit corruptio, & quamlibet corruptionem generatio, nec est possibile desinere: quia quamlibet generationem sequitur corruptio, & quamlibet corruptionem generatio. Si ergo generatio vel corruptio, deficeret, post vltimam generationem esset generatio, & post vltimam corruptionem

t.c.93. 94. & 12.Metaph.49. 2.de Gen. t. c. 56. & c.

corruptionem esset corruptio. quod est impossibile. non igitur est possibile generationem, & corruptionem cessare. Quòd autem generationem præcedat, & sequatur corruptio, probat per viam motus: nam non est aliquid generatũ, nisi quia aliud corruptum, & ita generationem præcedit corruptio: & etiam sequitur, quia omne generabile est corruptibile, & omne corruptibile de necessitate corrumpetur, sic & corruptionem præcedit generatio, quia nihil corrumpitur, nisi quod prius generatum. & sequitur generatio. quia corruptio vnius est generatio alterius. Hic autem error, quòd generatio, & corruptio, nec incipiant, nec definant, haberi potest ex primo de generatione, & ex secundo, expressius.

text.c. 17.

Cap 3. sub finem.

7 Vlterius quia in multis inferioribus generatio est per Solẽ, coactus fuit ponere, quòd sol nunquam cessabit generare plantas, & animalia, vt patet ex primo de vegetabilibus.

8 Vlterius quia nõ est nouitas sine motu ptecedenti; secũdum præpositum fundamentum erauit, volens a Deo non posse procedere immediate aliquod nouum, vt patet ex secundo de generatione, vbi ait, quod idem manens idem semper facit idem.

2. de Gen. 56.

9 Vlterius coactus fuit negare resurrectionem mortuorum. vnde pro inconuenienti habet, vt patet ex primo de anima, q

text.c. 41.

text.c. 1.

mortui resurgent. Nam in 8. Methaph. vult, quòd mortuum non redit viuum, nisi per multa media, & si redit non redit idem numero, quia quorum substantia deperit, non

text.c. 70.

redeunt eadem numero, vt dicitur in fine secundi de generatione. Nec valeret, si aliqui vellẽt eum excusare, quia loquitur per viam naturæ, cum crediderit nihil noui posse immediate à Deo procedere, sed omne nouũ contingere per viam motus, & operationem naturæ.

10 Vlterius etredidit nihil nouum posse contingere, nisi per viam motus, & operationem naturæ: credidit, vt apparet ex primo Physicorum, quando disputat contra

1 c. 33. 75. 76.

Anaxagorã, quòd intellectus volẽs separare passiones, & accidentia à subiectis, esset intellectus quærens impossibilia. propter quod videtur sequi, quòd Deus non posset facere accidens sine subiecto.

1 de Gen. 11. c. 17.

11 Vlterius: quia per viam motus nunquam est generatio vnius, nisi sit corruptio alterius, & nunquam introducitur vna forma, nisi expellatur alia. cum eadem sit materia omnium habentium eam: sequitur ex hoc, quòd non sint plures formæ substantiales in vno composito. Immo qui bene prosequitur istam viam, videt, esse ponendam in composito vnam formam substantialem tantum. ista videtur via Philosophi 7.

text.c. 42.

Metaph. cap. de vnitate diffinitionis.

12 Vlterius partes non esse vnum, quia sunt in vno, sed quia dicunt vnam naturam. quod si intelligit vnam naturam compositam ex pluribus formis, potest colorari: sed si intelligit vnam naturam simplicem, & q fit in composito vna forma tantum: stultum est, & condemnatum. &c.

13 Vlterius posuit, quòd vbi est modo stagnum & mare, fuerit aliquando siccũ, & econtra. quia tempus non defuit, sed est æternum, vt patet ex primo Meteororum, vnde

ca 1. sum. m. c. 4. circa finem.

necesse etiam habet dicere, quòd non esset dare primum hominem, nec primam pluuiam. &c.

14 Vlterius: quia non erat intelligentia potẽs mouere nisi cum actu moueret. quia in optima dispositione ponuntur intelligentiæ, si moueant; dixit tot esse Angelos, vel tot esse intelligentias, quot sunt orbes, vt

3. de anima. t. c. 8. 14. 19. 60.

patet, ex 12. Metaph. cui contradicit Scriptura diuina dicẽs: Millia millium ministrabant ei, & decies centena. &c.

t. c. 47. 48. Dan. 7.

15 Vlterius: quia sic per viam naturę volunt incedere, cum simul duo corpora non possint esse in eodem loco, credidit, vt patet 4. Physic. quòd ad eò effet per se, quòd dimensiones relictant dimensionibus, secundũ quod huiusmodi, quod est impossibile, quòd dimensiones remaneant cum dimensionibus, & non resistant. propter quod sequitur, quòd Deus non posset facere, quòd duo corpora essent in eodem loco.

2. de anima. 18. c. 69.

Aristotelis errorum epilogus.

Sunt ergo omnes errores eius in summa quindecim, videlicet, quòd motus non incepit. quòd tempus est æternum, quòd mũdus non incœpit. quòd cœlum non est factum, quòd Deus non posset alium mundũ facere. quòd generatio, & corruptio non inceperunt, nec definent. quòd sol semper causabit generationem, & corruptionem in istis inferioribus. quòd non possit nouum procedere immediatè à Deo. quòd non sit possibilis resurrectio mortuorũ. quod Deus non posset accidens facere sine subiecto. q in quolibet composito sit vna forma substantialis tantum. quòd partes non sunt vnum; quòd nõ sit dare primum hominem, & primam pluuiam. quòd tot sint Angeli, quot sunt orbes, videlicet 55. vel 47. q duo corpora nullo modo possunt esse in eodem loco.

11. Metaph. 47.

Excusatio pro Aristotele.

Voluerunt autem quidam excusare Philosophum de æternitate mundi: sed hoc stare non potest, cum ipse ad ostendendum veritates physicas fundet se super dicto principio, imo vix unquam fecit aliquem librum in Physica, vbi non posuerit aliquid ad hoc pertinens. &c.

Arist.

Ariſtotelis alij errores.

Rurſus vltra prædictos errores aliqui voluerunt ei imponere, quòd Deus nihil cognoſcit extra ſe. Ita quòd ei non ſunt nota iſta inferiora. ſumunt autem rationem dicti in 12. Meth. in illo capit. Sententia patrum, ſed quòd non intelligant Philoſophum patet, & quòd illa non ſit intētio ſua, patet per ea, quæ dicuntur in tertio de bona fortuna, vbi ait quòd Deo per ſe notum eſt præteritum, & futurum: Imponuntur quoque ei & alij errores de quibus non ſit nobis curæ: qa contingunt ex falſo intellectu. omnes autem errores, ipſius, ſi quis ſubtiliter inueſtigauerit, ex hoc ſequuntur, quòd nihil nouum in eſſe progreditur per motū precedentem. cum ergo ſit falſum. quia Deus eſt agens primum, non vt inſtrumentū, poterit res producere abſq; motu præcedente, agens enim primum non agit, vt inſtrumentum. quia de ratione inſtrumenti eſt, quòd moueat motum de neceſſitate in actione ſua motum preſupponit. factio ergo vel productio præagētis pōt eſſe abſq; tali motu. Ideo creatio non eſt motus, quia motus preſupponit mobile. Creatio non nihil præſupponit, nec eſt mutatio propie. quia omnis mutatio eſt terminus motus, ſi, vt communiter ponitur, eſt ſimpliciter defluxus rerum a principio. Quicquid ergo cōtra inceptionem mundi, & contra ea, quę tenet fides, per viam motus arguitur, totum eſt ſophiſticum. &c.

Creatio quid.

Auerroïs errores præcipui.

Commentator autem errores Philoſophi aſſeruit, immo cū maiori pertinacia, & magis erroneè locutus eſt contra ponentes mundum incœpiſſe, quàm fuerit Philoſophus. Immo ſine comparatione plus eſt ipſe arguendus, quàm Philoſophus, quia magis noſtram fidem directè impugnauit, cui nō poteſt ſubeſſe falſitas, eo quòd innititur veritati.

1 Nam præter errores Philoſophi eſt arguendus, quia vituperauit omnem legem, vt patet in ſecundo Metaphiſic. & etiam in 11. vituperat legem Chriſtianorū, ſiue legem noſtram catholicam, & ēt legem Saracenorum, quia ponūt creationem rerū, & aliquid poſſe fieri ex nihilo, ſic etiam vituperat leges in principio tertij Phiſicorum, vbi vult quòd propter contrariam conſuetudinem legum aliqui negent principia per ſe nota negante ſex nihilo nihil fieri, Immo quod peius eſt nos tales tenentes legem deridēs appellat loquentes, quaſi garrulantes, & ſine ratione ſe mouentes, & in 8. Phyſicorum vituperat leges, & loquētes in lege ſua, voluntates, eo quòd aſſerant aliquid poſſe habere eſſe, poſt omnino non eſſe. Appellant enim hoc dictum voluntatem, ac ſi eſſet ad placitum tantum, & ſine ratione, & nō ſolum ſemel & bis, ſed pluries in eodem 8. lib. contra leges, creationem aſſerentes in talia prorumpit.

12. Meth. com. 18. com. 44.

2 Vlterius errauit dicens in 7. Metaph. quòd nullum immateriale tranſmutat materiale, niſi mediante corpore intranſmutabili: propter quod Angelus domini nō poſſet vnum lapidē hic inferius mouere, quod etiam aliquo modo poteſt ſequi ex dictis Philoſophi, ipſe tamen hoc non adeo expreſſe negauit. &c. com. 18. 31.

3 Vlterius errauit dicens 12. Metaphyſ. quòd potentia in productione alicuius non poteſt eſſe ſolum in mente, vituperans loa: Chriſtianum, qui hoc aſſeruit. eſt enim hoc contra veritatem, & contra Sanctos. quia in aliquibus factis tota ratio facti eſt potentia facientis. com. 18.

4 Vlterius errauit dicēs in eodem duodecimo, dicens à nullo agente poſſe progredi immediatè diuerſa, & contraria. & ex hoc vituperat loquentes in tribus legibus, videlicet in lege Chriſtianorum, Saracenorum, Iudeorum. quia hoc aſſerebant. com. 18.

5 Vlterius errauit dicēs in eodem duodecimo, quòd omnes ſubſtantiæ intellectuales ſunt æternæ, & actio pura non habentes admixtam potentiam. cui ſentētiæ ipſe met veritate coactus contradicit in tertio de anima dicens nullam formam eſſe liberatam à potentia ſimpliciter, niſi prima forma. Nam omnes aliæ formæ diuerſificantur in eſſentia & quidditate, vt ipſe met ſubdit. com. 30. 35. 41. 44. 9. Metha. 17 2. cœli 33 34 cōtradictio. 3. de ani. com. 5. in ſolutio. nc 3. quæſtionis, &

6 Vlterius errauit dicēs in duodecimo, Deum non ſollicitari, nec habere curam, ſiue prouidentiam indiuiduorum hic inferius exiſtentium adducens pro ratione, quia hoc non eſt fas, nec conueniens diuinę bonitati. com. 14. com. 37. in fine.

7 Vlterius errauit negans in Deo trinitatem eſſe dicens in dicto duodecimo, quòd aliqui putauerūt Trinitatem eſſe in Deo, & voluerunt euadere per hoc, & dicere. quia tres, & vnus Deus, & neſcierūt euadere quia cum ſubſtantia fuerit numerata; congregatum erit vnicum per vnam intentionem additam. com 39. in fine.

8 Vlterius errauit. quia dixit, Deum nō cognoſcere particularia, quia ſunt infinita, vt patet ex commento ſuo ſuper illo capitulo: Sententia patrum. 12. com. 51. in fine. & 3. de ani. comm. 5.

9 Vlterius negauit omnia, quæ hic inferius agūtur reduci in diuinā ſolicitudinem, ſiue in diuinam prouidentiam: Sed ſecundū ipſum aliqua proueniunt ex neceſſitate materiæ abſque ordine talis prouidentiæ, quod eſt cōtra Sanctos: quia nihil hic agitur, quod penitus ordinem fugiat, quia omne, quod hic aſpicimus illud diuina prouidentia efficit, & permittit. &c. 12. com. 37. in fine.

10 Vlterius errauit, quia poſuit vnum 12. Met. 51.

30.de ani. comm. 5. intellectum numero in omnibus, vt patet ex tertio de anima.

11 Vlterius quia ex hoc sequebatur, animam intellectiuam non esse formam corporis, dixit in eodem tertio, quod æquiuoce dicebantur actus de intellectu, & de alijs formis. propter quod cogebatur dicere, quod homo non reponitur in specie humana per animam intellectiuam, sed sensitiuam.

12 Vlterius ex hoc fundamẽto posuit, quod ex intellectu, & corpore non constituebatur aliquid tertium, quod non fiebat plus vnum ex tali anima, & corpore, quàm ex motore cœli, & cœlo. &c.

Auerrois errorum epilogus.

Quòd nulla lex est vera, licet possit esse vtilis, quòd Angelus nihil potest mouere immediate, nisi celeste corpus, quòd Angelus est actio pura, ꝙ in nulla factione tota actio pura, quòd in nulla factione tota actio facti est potentia facientis, quòd a nullo agente possũt simul procedere diuersa, quòd Deus non habet prouidentiam aliquorum particularium, quòd in Deo non est Trinitas, quòd Deus non cognoscit singularia, quòd aliqua proueniunt ex necessitate materiæ non ab ordine diuinæ prouidentiæ, quòd anima intellectiua non multiplicatur multiplicatione corporum, sed est vna numero, quòd homo non reponitur in specie per animam sensitiuam, quòd non fit plus vnum ex anima intellectiua, & corpore, quam ex motore cœli, & cœlo.

Auicenna errores præcipui.

1 Auicenna autem similiter ponens vnam formam in composito, vt patet ex secundo tractatu Metaphy. suæ cap. de diffinitione substantiæ corporeæ, vult, quod forma generis non specificetur per aliquod extrinsecum, per quod innuitur, quod forma speciei non sit aliqua essentia præter essentiam formæ generis.

2 Vlterius errauit in ponendo æternitatem motus. posuit enim motum æternum esse. vnde ait in nono libro suæ Metaphy. de proprietate actiua primi principij, Quod est motum non fieri postquam non fuit, nisi per aliquod, quod erat, & id quod erat non incepit, nisi per motum contigentem illum alium motum, assentiens fundamento Philosophi, quia nihil est in noua dispositione, nisi per motum præcedentem, vult motus non incipere, quia tunc ante primum motum esset motus. &c.

3 Vlterius errauit volẽs in omni factione noua præsuponi materiã. propter quod eodem capitulo dicit, quod non potest esse, vt fiat, quod nõ fuit, nisi precedat illud, quod est materiæ receptibile, vnde voluit, quòd post nihil aliquid de nouo inciperet esse, qa. vt ipse dicit, in nullo nõ potest esse, vt sit hora cessandi, & hora inchoandi, nec aliqua diuersitas horarum.

4 Vlterius voluit, quod à Deo Inuariabili nihil mutabile immediate progredi poterat. vnde ait eodem capitulo. quia si à Deo immediate procedit aliquid variabile per naturam variata est in eo natura si per intentionem variata est intentio, si per voluntatem variata est voluntas, imo quod peius est appellat hæreticos omnes dicentes, Deum præcedere creatiuum, prioritate demonstrationis, quia sic dicentes (vt ait) negant à Deo libertatem arbitrij, quia si Deus non statim produxit creaturam nõ habebat plurimam libertatem suæ actionis, sed expectabat tempora, & horas, vt ageret. &c.

5 Vlterius errauit ponens æternitatem temporis. non enim potest motus esse æternus, nisi tempus fuerit æternum. ait enim in eodem capitulo, quòd motus cœlestis non habet intellectum ex parte durationis, sed ex parte principij agentis, & quia huiusmodi motus creatur ab anima, vt ipse ait: quia ex anima & corpore fit animal, voluit, quòd cœlum esset animal obediens Deo. Omnes autem isti errores sumpserunt originem ex eo, quod non bene visum fuit quomodo Deus agit secũdum ordinem sapientiæ suæ. potuit enim Deus facere mundũ priusquam fecerit. sed quod non fecit, non fuit causa; quòd aliquid expectaret in futurum, à quo dependeret actio sua, sed quia sic ordinauerat secundum sapientiam suam, nec oportet motum præcedere ad hõc, quòd aliquid nouum procedat à Deo, vt ostensum est, cum describerentur errores Philosophi. &c.

6 Vlterius errauit de exitu rerum a primo principio. Nam non solum posuit producta à primo processisse ab eo ab æterno, sed etiam voluit, quòd a primo non processit nisi vnum numero, & intelligẽtia prima, vt ex nono libro Metaphysicæ suę patet, capitulo de ordinatione intelligentiæ, & animarum. vnde ibidem ait, quod nullum corporum, vel formarum, quæ sunt perfectiones corporum, est tantum propinquum ipsius primi. &c.

7 Vlterius ex hoc processit in errorem, vt diceret animas cœlestes produci ab intelligentiis, siue ab Angelis, & vnam intelligentiam produci ab alia. &c.

8 Vlterius corpora supercœlestia dixit esse producta ab animabus inproductis mediantibus formis earum. ex cuius positione sequitur, quòd intelligentiæ sint creatrices animarum cœlestium, & animæ cœlestes creatrices corporum, & inteligentiam superiorem esse creatricem inferioris intelligentiæ.

9 Vlte-

9 Vlterius animas nostras posuit esse productas ab vltima intelligentia, à qua dependet gubernatio animarum nostratum, & per consequens beatitudo nostra: Hæc autem omnia patent ex dicto capitulo dicti libri. &c.

10 Vlterius errauit circa animationem cœli, poluit enim cœlum animatum, cuius animam non solum, dicit mototem appropriatum, secundum quòd Philosophus & Commentator visi sunt dicere, sed quòd fieret vnum ex anima cœli, & cœlo. sic ex anima nostra, & corpore nostro, quod est contra Damascenum, qui dicit secundo libro cap. 60. cœlos esse inanimatos, & insensibiles.

11 Vlterius errauit circa dationem formarum. posuit enim omnes formas esse à datore formarum, vt ab Intelligentia infimarum, vt patet per ea, quę dicuntur 9. Methaphisicæ ea. de dispositione generationis elementorum, quod est contra Augustinum, qui vult Angelos nullas formas inducere, nisi p adhibitionem seminum: imo etiam animæ nostræ voluit obedire materiam, quantum ad susceptionem formæ, vt patet per ea, quæ ait in sexto de naturalibus: credens fascinationem necessariam esse, & quod anima nõ solũ operatur in corpore proprio, sed etiam in alieno.

12 Vlterius erranit volẽs, vt intellectus intelligentiarum intelligere non posset aliquid mali, contradicente Scriptura, quòd in Angelis suis reperit prauitatem. Quòd autẽ hęc fuerit positio sua, patet per ea, quę dicuntur 9. Metaphy. suæ capi. de ostensione, quomodo cõtinctur res sub diuino iudicio. &c. Iob. 4.

13 Vlterius erranit esse diuinam cognitionem, volens Deum non posse cognoscere singularia in propria forma, vt patet ex 8. Metaphy. cap. vlt.

14 Vlterius errauit circa diuina attributa, volens, quod scientia Dei, & aliæ perfectiones eius non dicant in ipso aliquid positiue, sed solùm dicta sunt per remotionẽ, quod est contra viam Sanctorum, secũdum quos huiusmodi perfectiones verius sunt in Deo, quàm in nobis, quòd Deus vere est, aut quòd melius est esse, quàm non esse. &c.

15 Vlterius errauit circa numerũ intelligentiarum ponens Angelos esse tot, quot sunt orbes. vnde concordat cum dictis Philosophi, dicentis: Angeli sunt quasi in numero 47. quia tot credidit esse orbes: positio autẽ ista habetur ab ipso 9. Metaphy. suæ cap. 3. qualiter proueniunt actiones a principijs altioribus. &c. 12. Meta. t. c. 47. cap. 3.

16 Vlterius errauit circa prophetiam in eo, quod noluit prophetiam esse altiorem non prophetijs, & quòd Propheta audit verbum diuinum, & quod videt; aut saltem videre potest Angelos transfiguratos coram se in forma, quia videri possunt, sed maledixit, quia visus est velle prophetiam esse naturalem, & voluit, quod secundum ordinem, quem habet anima nostra ad animas supercęlestes, & ad intelligentiam vltimam, dimittatur ad nos prophetia. &c.

17 Vlterius errauit circa orationes, & eleemosinas, & letanias uolẽs talia hominibus esse proficua eo, quòd Deo sit curę de rebus. in quo benedixit: sed male sensit, quia voluit talia comprehendi sub ordine naturæ, quod est falsum. quia cum talia nos ordinẽt ad beatitudinem supernaturalem, reducuntur in ordinẽ gratiæ: Hæc autem esse de intentione Auicennæ, patet ex 9. Metaphysicæ cap. de inspirationibus, & orationibus.

18 Vlterius errauit circa beatitudinem nostram uolẽs eam dependere ex operibus nostris, & ex positione sua sequntur, q beatitudo nostra consistat in cõtemplando vltimam intelligentiam, vt patet 10. Metaph. de cultu Dei, & vtilitate. Possunt autem & alia sibi imponi. Sed vel sumunt originem ex dictis, aut ad dictos errores reducentur.

Auicennæ errorum epilogus.

Omnes ergo errores Auicennæ sunt hi: quòd motus est æternus, quòd ex nihilo nihil fit, quòd ab inuariabili uariabile non potest inmediate procedere, quòd tempus nũquam habuit initium, quòd a primo principio non possunt inmediate progredi plura, quod ab vna intelligentia procedit, siue causatur alia, quòd ab intelligentiis procedunt, siue causantur animæ cęlorum, quòd ab animabus cœlorum procedunt supercœlestia corpora, quòd ab intelligentia vltima procedunt animæ nostræ, quod fit vnum ex anima cœli, & cœlo, sicut ex corpore, & anima nostra. quòd formæ hic inductæ sunt ab intelligentia vltima, non ab agẽtibus propris, quòd fascinatio est aliquid præter solam apprehensionem animæ, quòd anima per imaginationem suam operatur in corpore alieno, quòd intelligentię sunt tot, quot sunt orbes, quòd in Angelis nõ potest esse malum, quòd Deus non cognoscit singularia in propria forma, quòd attributa in Deo non dicunt aliquid positiue, quòd prophetia est naturalis, quòd eleemosinæ, letaniæ, & orationes comprehenduntur sub ordine naturalis propterea visus est velle, quæ hic inferius aguntur, de necessitate accidere, & qui plene sciret motum supercœlestium in ordine spiritualium substantiarum, posset iudicare futura. quòd Beatitudo nostra dependet ex operibus nostris, quòd beatitudo nostra cõsistit in agnitione vltimæ intelligentiæ.

Algazelis errores præcipui.

1 Algazeles autem primũ Auicennam sequens, & eius abreuiator existens, errauit

ponens motum cœli æternum esse, vt patet ex Metaphy. sua cap. quomodo corpora supercœlestia sunt mobilia per animam. &c.

2 Vlterius errauit ponens omnem intelligentiam, & quicquid non habet materiam, æternum esse. &c.

3 Vlterius posuit corpora supercœlestia non incœpisse, & quod in eis non est potentia ad esse: sed ad situm, quæ omnia patent ex dicto cap. dicti libri. &c.

4 Vlterius posuit, quòd a primo principio immediate nõ potest progredi multitudo, propter quod immediate à Deo nõ potuit progredi, nisi vnum tantum, vt intelligentia prima, siue primus Angelus. &c.

5 Vlterius posuit, quod ex primo Angelo processit secũdus Angelus, & primum cœlum: & ex secundo Angelo processit tertius Angelus, & secundum cœlum, & sic deinceps donec deuentum sit ad vltimum cœlum, & vltimam intelligentiam. voluit enim decem esse intelligẽtias, & nouẽ cœlos, quæ omnia sumpserunt originem modo prædicto. ait autem, quòd non sunt plures intelligentiæ, quàm decem, nisi ponamus esse plures orbes. Posuit autem vnam intelligẽtiam præesse istis inferioribus. Volebat enim, ꝙ ista inferiora constituerent vnam sphæram. Ideo in vniuerso posuit decem sphæras, videlicet, primum mobile, & circulũ signorum, & septem sphæras planetarum, & sphæram actiuorum, & passiuorum. & quia cuilibet sphęræ uoluit præesse aliquã intelligentiam, ideo posuit intelligentias decem. Cum ergo secundum hanc suam positionem non omnes sphæræ sint cœlestes: sed nouem tãtum sunt cœlestes. decima uero sit actiuorum, & passiuorum: oportuit Algazelem secũdum positionem suam dicere, esse nouem cœlos, & decem intelligentias.

6 Vlterius errauit, quia voluit non solum illuminationes descẽdere à Deo in nos per Angelos, sed etiam quòd nulla bonitas demandaretur à Deo inmediate in hæc inferiora, sed omnes bonitates demandantur ad nos per Angelos.

7 Vlterius errauit ponens quodammodo omnia ex necessitate prouenire, & quòd nihil potest fieri à Deo in istis inferioribus, nisi quod fit, quia Deus non agit, secundum ipsum, nisi præsupposita dispositione materiæ. Nã, vt dicit, materia, ex qua sunt musca, si posset recipere formam perfectiorẽ, proculdubio daretur ei à Datore formarũ. &c.

8 Vlterius errauit circa diuinam prouidentiam, non ponens malum permitti à diuina prouidentia in quantum ex eo dicitur bonum, sed magis prouenire ex necessitate materię. voluit enim non potuisse à Deo Saturnum, Martem, Ignem, & aquam prouenire, nisi proueniat à Deo malum ex eis, quod infirmum est. quia in fine mundi talia remanebunt, & tamen non erit malum ex istis, quia cessabit generatio, & corruptio: potest enim Deus impedire mala conseruando res in esse suo: nunc tamen permittit mala fieri, vt ex eis eliciat maiora bona. Omnes autem hi errores eliciuntur ex Metaphy. sua in tractatu de proprietatibus primi, quem appellauit florem diuinorum. Flos diuinorum.

9 Vlterius errauit circa cognitionẽ primi ponẽs ipsum ne scire particularia in propria forma, sed scire ea, quasi vniuersaliter. sicut si aliquis sciret omnes distantias orbium & motus eorum cognosceret omnes in vniuersali, hæc autem sentẽtia colligitur in Metaphy. sua ex tractatu de diuersitate prædicationum. &c.

10 Vlterius errauit ponẽs animam hominis procedere à datore formarũ, & quod omnes formæ hic inferius procedunt ab illo datore, qui dator est intelligentia ultima, vt patet ex his, quæ dicit in scientia de naturalibus Tractatu 4.

11 Vlterius errauit ponẽs animam nostram beatam in eo, quòd intelligit intelligentiam vltimam. &c.

12 Vlterius errauit ponẽs vltimam beatitudinem nostram esse naturalem. Voluit enim, quòd naturaliter deberetur animæ beatitudo.

13 Vlterius errauit circa pœnam animæ ponens talẽ pœnam esse solùm ex eo, quòd separatur ab intelligentia agẽte. vnde in anima separata non posuit pœnam sensus, nisi in quantum habet pœnam damni. In anima uero coniuncta ex pœna damni non posuit, prouenire pœnam sensus, dicens animam coniunctam corpori non dolere, & nõ sentire dolorem, nisi ex eo, quòd separatur ab intelligentia agẽte propter occupationem, quam habet circa corpus.

14 Vlterius errauit circa prophetiã, ponens cognitionem futurorum, & prophetiam esse in nobis naturaliter.

15 Vlterius errauit circa actionem animæ nostræ, ponens animam per imaginationem operari in corpore alieno, & quod impressio animæ trãsit ad allud corpus, sic vt destruat spiritum per extimationem suã, & interficiat hominem, & hæc dicitur esse, fascinatio. propter quod secundum ipsum verum est hoc prouerbium: Oculus mittit hominem in fossam, & Camelum in calcarium. Hęc autem omnia patẽt ex his, quæ dicit in Tractatu 5. scientiæ suæ naturalis. Prouerbium.

Algazelis errorum epilogus.

Omnes errores Algazelis, sunt hi: quòd motus cœli est æternus, quòd Angelus non incœpit esse. ꝙ primus Angelus creauit primum cœlum, & secundus Angelus creauit secundum cęlum, & sic deinceps, quòd corpora supercœlestia sunt æterna, quòd a Deo nõ potest immediate progredi multitudo,

quòd

quòd primus Angelus creauit ſecũdum Angelum,& ſecundus tertium, & ſic deinceps (dicitur) quòd ſunt tot intelligentiæ, quot ſunt orbes, quòd nulla bonitas in nobis eſt inmediate à Deo,quod Deus non poteſt facere,niſi quòd facit, quòd diuina prouidentia non poteſt impedire mala, quòd Deus neſcit particularia in propria forma, quòd anima noſtra eſt creata ab vltima intelligentia, quòd tota ſcientia noſtra eſt in nobis ab intelligentia vltima,quòd anima noſtra erit beata intelligẽdo vltimum Angelum,quòd anima noſtra vltimam beatitudinem ſuam poteſt conſequi naturaliter,quòd tota pena animæ ſeparatæ eſt in eo,quòd ſentit ſe ſeparatã ab vltimo Angelo,à quo dependet beatitudo ſua. quòd prophetia,& cognitio futurorum poteſt nobis ineſſe naturaliter, quòd anima noſtra per ſolam extimationem poteſt inficere corpus alienum, & per ſolam imaginationem interficere hominem. &c.

Alchindi errores precipui.

Alchindus autem in lib.de Theorica artiũ magicarum multos errores protulit.

1 Errauit enim,quòd ſimpliciter,& abſque conditione aſſeruit futura pendere ex conditione ſupercœleſtium corporum: vnde in dicto libro cap. de radiis ſtellarum ait, quòd totam cõditionem cœleſtis harmonię notam haberet:tam præterita, quàm futura plenè cognoſceret.

2 Vlterius errauit.quia credidit effectus omnium cauſarum mundialium pertingere ad quodlibet indiuiduũ. ex quo ſequitur, omnem cauſam,etiam creatã quodammodo infinitam habere virtutem. ex quo virtus cuiuſlibet cauſæ ad omnem effectum attingit. vnde in dicto libr.cap.de radiis elementorum ait, quòd pro vero debemus aſſerere,omnem actualem exiſtentiam in hoc mundo elementorũ radios emittere in omnem partem, qui totum mundum replent. Vnde eſt, quòd omnis locus mundi radios continet omnium rerum in eo actu exiſtentium. &c.

3 Vlterius in alium errorem incidit,volens,quòd qualibet re huius mũdi plene cognita,totius mũdi haberetur notitia. & hoc eſt,quod ait in capit.de radiis ſtellarum, quia vnius indiuidui huius mundi conditio plene cognita,tanquam per ſpeculum cœleſtis harmoniæ cõditionem totam repreſentat.

4 Vlterius errauit credens omnia de neceſſitate contingere. Nam ſi omnia plene ſunt ſubdita motui ſupercœleſtium corporum:cum talis motus ſit neceſſarius; de neceſſitate omnia contingunt,& hoc eſt,quod ait in capitu.de Theorica paſſibilium, quod omnia,quæ ſunt, & fiunt, & contingunt in mũdo elemẽtorum,a cœleſti harmonia ſunt cauſata. & creata. & inde eſt, quòd res huius mundi,ad illam relatæ ex neceſſitate proueniunt. & inde eſt,quòd reputabat homines ignorantes ex eo,quod ſperabant,& deſiderabant,& timebant aliquid;cum talia ſolum habeant eſſe de contingentibus aliter ſe habere. &c.

5 Vlterius errauit, quod elementa huius mundi, & indiuidua exiſtentia in ſphæra actiuorum, & paſſiuorum priuauit actionibus propriis. Credidit enim talia non agere per virtutem cœleſtem: vnde ait in dicto capitulo de Theorica paſſibilium, quòd ſecundum vulgi cõſiderationem vna res elementaris ſuis radiis,& ſua virtute agit in aliã.cum tamen ſecũdum exquiſitam veritatem non agat, ſed ſolum cœleſtis harmonia cũcta operatur.

6 Vlterius errauit credens ſpiritualem ſubſtantiam ex ſola prima generatione poſſe inducere veras formas, cuius contrarium Auguſtinus tertio de Trinitate,capitulo ſexto,& alibi vult, quicquid Angeli efficiũt,eos facere per adhibitionem ſeminum: contrarium tamen dr̃ ab eodem Alchindo capite de promouentibus effectum motus, quod imago alicuius rei in mente concepta emittit ſimiles radios illi rei,habẽs ſimilem actionem ipſi.&c.

7 Vlterius errauit, quia non ſolum formam imaginatam voluit habere cauſalitatẽ ſupra rem extra,ſed credidit, quòd ipſi deſiderio ſpiritualis ſubſtantię obediret materia quantum ad ſuſceptionem formæ,quod totum patet ex capite,de promouentibus effectum motus.&c.

8 Vlterius errauit, vt patet ex eodem capitulo. qa credidit, quòd preces fuſæ Deo ex ſpiritualibus creaturis,proſunt ad cõſequendum bonum,& excludendum malum naturaliter,nõ quòd pp tales preces Deus nobis bona tribueret, ſed ab ipſis verbis,& ab ipſo deſiderio,cum precamur Deum,demandantur aliqui radij, qui naturaliter efficiũt,quod optamus.&c.

9 Vlterius errauit, quia credidit motus voluntatis ſubeſſe corporalibus creaturis,vt puta ſupercœleſtibus,vt patet ex capitulo,de virtute verborũ,& de defectu orationis.&c.

10 Vlterius errauit circa diuina attributa credens Deo talia competere abuſiuè,volẽs Deum inconueniẽter dici Creatorem,& primum principium,& dominum dominorũ. Voluit enim perfectiones de Deo dictas,nihil poſſiuè de Deo dicere.&c.

11 Vlterius errauit volens caracteres naturaliter habere actionẽ circa ea, ad quæ ordinantur, vt patet ex capitulo, de Theorica figurarum. &c.

12 Vlterius errauit circa ſacrificia,credẽs ſacrificia facta in artibus magicis,naturaliter efficere id,ad quod ordinantur.

13 Vlte

13 Vlterius errauit volens sacrificia spiritibus, & Deo oblata nihil facere ad hoc, quòd per ipsa aliquid cõsequamur, sed naturaliter habere effectum, ad quem ordinantur. &c.

14 Vlterius errauit, quia noluit Deum, & spirituales substantias placari per preces, & sacrificia nostra. quod totum patet ex cap. de sacrificijs.

15 Vlterius errauit credens corpora supercœlestia, & dispositionẽ eorum, in qua incipimus operari, dirigere operationes nostras à principio vsque in finem. iraque stellatio illa, in qua opus inchoatur quantumcunque tale opus sit volũtarium, dominatur in illo opere a principio vsque in finem. &c.

16 Vlterius errauit credens aliqua sacrificia naturaliter talem potestatem habere, quod si secundum illa aliquod opus voluntarium incipiatur, tale sacrificium dominabitur toti operi à principio, vsque in finem.

17 Vlterius errauit credẽs ob mutationes, & consecrationes naturaliter posse dominari actionibus nostris. &c.

18 Vlterius errauit credens caracteres tale habere dominium super actionibus nostris, quòd, si, secũdum eos, aliquod opus voluntarium inchoetur, dirigatur opus illud per dictos characteres à principio vsque in finem. Hęc omnia patẽt ex Theorica, quam edidit dictus Alchindus de vitijs operum.

Alchindi errorum epilogus.

Omnes ergo prædicti errorẽs Alchindi sunt hi: quod simpliciter omnia futura dependent ex conditione corporum supercœlestium, quòd omnis res ad quamlibet partem vniuersi agendo pertingit, & habet quodammodo virtutem infinitam. quòd qualibet re vniuersi cognita, tota series vniuersi cognoscitur. quòd omnia de necessitate contingunt. quòd existentia in sphæra actiuorum, & passionum priuantur actionibus suis. quòd substãtia spiritualis per solam imaginationem potest veras formas inducere. quòd per solum desiderium spiritualis substantiæ formæ inducuntur. quod Deus, & spirituales substantiæ nihil nobis faciunt propter preces, & orationes nostras, sed si aliquid cõsequamur propter ea, hoc est, quia preces, & orationes illud naturaliter efficiũt. quòd motus voluntatis subduntur motibus supercœlestium corporum. quòd perfectiones de Deo dictæ non dicunt aliquid in eo positiue. quòd caracteres dominantur operibus voluntatis. quòd per sacrificia oblata Deo, & spiritualibus substantiis nihil nobis fertur. quòd corpora supercœlestia dirigunt nostras voluntarias actiones a principio vsque in finem. quod sacrificia, & obmutationes, & caracteres, sub quibus inchoantur nostra opera voluntaria, possunt dirigere opera vsque in finem.

Rabi Moyses errores præcipui.

Rabi autem Moyses tenens secundam superficiem dictorum in ueteri testamento discordauit a Philosopho, in ponendo æternitatem motus. Posuit enim mundum incœpisse, vt patet per ea, quę ait secundo libro de expositione legis capite 15. & 16. Vnde Aristot. credentem demonstrare æternitatem mundi, & volentem indicare de factione rerum post sui productionem, sicut de factione earum in hora creationis, assimilat cuidã puero volenti indicare de communibus cõditionibus hominis extra vterũ, sicut de cõditionibus eius in vtero, vt patet in eodem libro, capitulo septimo. non ergo in hoc errauit, sed in alijs multis deuiauit a veritate firma, & a fide catholica. &c.

1 Posuit enim in Deo nõ esse aliquam multitudinem, nec re, nec ratione, vt patet in primo libro de expositione legis, capitulo. 51. propter quòd sequitur in Deo nõ esse Trinitatẽ, cum tres personę sint tres res. vnde dicit eodem lib. c. 71. derisorie loquens de sapientibus Christianis insudantibus, & inquirentibus de ratione Trinitatis, ac friuolum esse, Trinitatem credere. &c.

2 Vlterius circa diuina attributa credẽs sapientiam, & bonitatem esse omnino æquiuoce in Deo, & in nobis, vt patet, in primo libro de expositione legis capite 56. Vnde ad hoc adducit pro se dictum Prophetæ dicentis: Cui me fecisti similem. Sed hoc stare nõ Isa. 40.
potest, cũ perfectiones nostrę deriuatę sint à perfectionibus diuinis & semper agens assimilet sibi passum. & inter ea patet, q̃ æquiuocatio esse non possit. &c.

3 Vlterius errauit circa tales perfectiones non credẽs ea in Deo vere existere. propter quod primo libro de expositione legis capitulo 57. ait, quòd Deus non est in essentia, & viuit non in vita, & est potens non in potẽtia, sed omnia talia dicta sunt de eo per remotionem, vt innuit eodem libro, & capite. vel dicta sunt de eo per causalitatem, vt dicatur Deus viuus, non quia vita sit in eo, sed quia vitam causat, vt patet primo de expositione legis, capitulo 61. &c.

4 Vlterius errauit circa propria personarum credẽs Verbum, & Spiritum Dei in diuinis dici essentialiter solum. vnde primo libro de expositione legis exponẽs illud Psalmi: Verbo Domini cęli firmati sunt, & spiri- Psal. 32.
tu oris eius omnis virtus eorũ. Dicit verbũ, & spiritum in diuinis sumi solum pro diuina voluntate, vel eius essentia, qua cœli sunt facti, cum tamen ea personaliter sumatur. &c.

5 Vlterius errauit circa supercœlestia corpora, ponens ea esse animata, & dicens ipsa

ipſa eſſe animalia rationabilia adducens pro
Pſalm.18. ſe illud Pſal. Cœli enarrant gloriam Dei, Et il
Cap.38. lud Iob: Cum me laudarent, ſimul aſtra matutina. quæ omnia ponit 2. lib. de expoſitione legis cap. 5.

6 Vlterius errauit circa motum cœleſtium corporum, & circa eorum innouationem. Nam licet crediderit, motum incępiſſe, credidit tamen ipſum nunquam deſinere. Vnde credidit mũdũ nunq̃ vniuerſaliter innouari, & quod dictũ eſt per Prophetã: Erunt cœli noui, & terra noua, dicit huiuſmodi cœlos nouos iam eſſe factos. exponẽs
Ioelis c.2. autem illud Ioelis Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis; intelligit non de die iudicij, ſed de morte Og, & Magog, & de morte Senacherib, quæ omnia patent ex 2. lib. de expoſitione legis cap. 29. vbi plane vult tempus, & motum nunquam deficere, vt manifeſtius patet ex alia tranſlatione.

7 Vlterius errauit circa prophetiam credens hominem ſe poſſe ſufficienter diſponere ad gratiam prophetiæ, & ꝙ Deus non eligit in prophetando quemcunque hominem ſingularem, ſed illum, qui ſe adaptat ad talia; Vnde viſus eſt velle diuinam gratiam dependere ex operibus noſtris. Hęc autem patent libro de expoſitione legis, capitulo trigeſimo ſecundo.

8 Vlterius errauit circa diuinam potentiam, dicens aliqua eſſe Deo poſſibilia, aliqua non, inter quæ impoſſibilia, narrat eſſe impoſſibile, accidens eſſe ſine ſubiecto. & quoſdam, quos appellat ſeparatos, quia dixerunt Deum hoc poſſe, dicit ignoraſſe viam diſciplinalium ſcientiarum. Hæc autem patent in libro de expoſitione legis, capitulo decimoquinto.

9 Vlterius errauit circa diuinam prouidentiam hominum quantum ad ſpeciem, & quantum ad ſingularia aliorum dixit, Deum tantum habere prouidentiam ſecundum ſpeciem non ſecundum ſingularia. Vnde caſus foliorum de arboribus, & alia quæ contingunt circa ſingularia voluit ſubdi ordini diuinæ prouidentiæ. ſed æſtimauit omnia talia contingere per accidens, vt patet, ex tertio capitulo de expoſitione legis. & cęt.

10 Vlterius errauit circa humanam voluntatem, & naturam ponens quòd licet à Deo talia mutari poſſint, nunquàm tamen immutantur. quia tunc fruſtra eſſet immutatio Prophetarum, credens hominem per ſe ipſum abſque ſpeciali Dei auxilio poſſe omnia peccata vitare, & omnes monitiones Prophetarũ implere. ex qua poſitione videtur ſequi, gratiam diuinam penitus ſuperfluere. proprer quod hæc poſitio eſt peior poſitione Pelagij, ſecundum quem licet poſſemus recte viuere ſine gratia, non tamẽ ſuperfluit gratia. quia habendo eam faciliori modo recte viuimus: quod autem ſic aſſeruerit Rabi Moyſes, vt dictũ eſt, patet per ea, quæ ait tertio libro de expoſitioue legis capitulo 32.

11 Vlterius errauit circa humanos actus ponens, ſimplicem fornicationem nullo modo eſſe peccatum in iure naturali. Sed ſolum ibi eſt peccatum ratione prohibitionis, quod falſum eſt. cum matrimonium ſit de iure naturali: Vnde ante legem datam, vt ait, licitum erat fornicari. propter quod dicit, Iudam non peccaſſe cum Tamar, qui fuit ante tempus legis. Hæc autem omnia patent ex tertio libro de expoſitione legis capitulo 49. &c.

Rabi Moyſes errorum epilogus.

Sunt ergo omnes prædicti errores, quòd in Deo non eſt aliqua multitudo, nec re, nec ratione. quòd in Deo non eſt Trinitas. quòd perfectiones in Deo, & in nobis dicuntur purè ęquiuoce, ꝙ Attributa Diuina non dicunt in Deo aliquid poſitiuè, ꝙ Verbũ dĩ in Deo eſſentialiter ſolum, ꝙ corpora ſupercœleſtia ſunt animata, ꝙ tempus licet incęperit. nunquam tamen deſinet, ꝙ motus ſupercœleſtium corporum ſemper erit. quòd mundus nunquam vniuerſaliter innouabitur, ꝙ homo ſe poteſt ſufficienter diſponere ad gratiam prophetiæ, quòd Deus non poteſt facere accidens ſine ſubiecto, ꝙ Diuina prouidẽtia in alijs ab homine ſe extendit quantum ad ſpeciem, non quantum ad ſingularia, & quòd quicquid circa talia euenit eſt per accidens. quòd Deus nunquam immutat voluntatem humanam, quod homo per ſe ipſum poteſt recte viuere, & implere monitiones Prophetarum, quòd ſimplex fornicatio non erat peccatum mortale ante dationem legis.

Peroratio.

Hæc, O bone Ieſu, ad laudem tuam, & ob reuerentiam nominis tui, nec non, & in deteſtationem contradicentium tibi, te auxiliante, loca, in quibus Ariſtotel. Auerroes, Auicenna, Algazel, Alchindus, & Rabi Moyſes viſi ſunt contradicere fidei à te traditæ, quam ſolam veram, & catholicam reputo, ſummatim in hac prima parte huius opuſculi compilaui. Vbi dictorum Philoſophorum, vel omnes errores ſunt ſimpliciter comprehenſi, vel ad ea, quæ ibi ſunt tradita poteſt eos reducere diligens inquiſitor. quod, cum non niſi per te fieri poſſit, tibi ſit Honor, & Gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

AEGIDII COLVMNAE ROMANI ORDINIS EREMITARVM D. AVGVSTINI SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS FVNDAMENTARII ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS S. R. E. CARDINALIS IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM Quæstionum

PARS PRIMA.

Prologus.

CONTRADICTIO. Huic loco videtur aduersari doctrina eius dē Doct. 10. Met. q. 1 dicēte, Ex 1. ente, olum mentiura secūdū cognoscerari nobis olum aliorum notitiam. Sed cō tradictionis umbra fugatur. Hic. n. loquitur de cognitione à posteriori, & imperfecta, ibi vero à priori. Ex Doctore. infra 10 fine prol. & 2. Et vide alibi sol in calce 1. Sēt. Dist.

* Forma.
* Materia.
* Efficiens.
* Finis.

MAGNITVDINE* enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Sap. 13. In verbis ꝓpositis, designant quatuor, secundum quæ possunt accipi quatuor causę Secūdi Sentētiarum: cuius nunc expositionem inteudimus, Altissimo annuēte. * Nam primo in auctoritate ꝓfata: homo se à Deo auertēs rationabiliter increpat: in quo Secundi libri, vt patebit, designatur causa formalis.

* Secūdò tota creatura vniuersaliter describitur, in quo habet causa materialis. * Tertiò ipse Deus creator omniū manifestè declaratur: in quo habetur huius Secūdi libri, & totius scripturæ sanctę causa efficiens principalis. * Quartò, & vltimo cognitio Creatoris per creaturam nobis aperte proponitur, in quo habetur causa finalis. Primu quidē in verbis ꝓpositis homo se à Deo auerteus rationabiliter increpatur: & hoc in tota auctoritate proposita. Nam si auctoritas proposita referatur ad intentionem Auctoris, & ad verba præcedentia: exponitur hoc modo: quòd Auctor libri Sapiētię rationabiliter increpat omnes homines se à Deo auertentes, & idola colentes: Nam & in eodem cap. dicit: Iguem, aut spiritum, ideſt, superiorem aerem: aut citatū aerem, ideſt, inferiorem aerē vēto agitatum: aut gyrum stellarum, ideſt, cœlum stellatum, siue octauam Sphęram: aut uimiam aquam, ideſt, congregationem aquarum: quæ in scripturis appellantur maria: aut Solem, & Lunam, ideſt primos planetas, siue stellas erraticas, Rectores orbis terrarum: Deos putauerunt. Hos ergo homines sic se à Deo auertētes increpat ꝓfatus Auctor rationabiliter dicens: A magnitudine speciei, &c. quasi dicat: Rationabiliter increpantur quicunque alium Deum putāt: nisi te Deum summum, & verum: quia hoc omnis creatura clamat: hoc ista sensibilia nos docent. Nam à magnitudine speciei, & creaturæ: quam sensibiliter videmus, videri poterit cognoscibiliter, ideſt patenter, &

manifestè Creator horum, ideſt Deus verus, & ſummus. Hoc etiam modo Paulus increpat ſe à Deo auertentes dicens: Quod notum eſt Dei, ideſt, quod de Deo ſcire poſſumus ductu naturalis rationis: manifeſtum eſt in illis, ideſt in ipſis hominibus. Cuilibet enim impreſſum eſt à Deo quoddam intellectuale lumen, in quo poteſt videre, & ſcire quod notum eſt de Deo ductu rationis. In illis ergo, ideſt in ipſis cordibus hominum eſt hoc notum, & manifeſtum. Ideo in eadem auctoritate ſubditur: Inuiſibilia enim ipſius Dei, ideſt, Pater, qui ſpecialiter dicitur inuiſibilis: quia non apparuit ſic in natura viſibili, ſicut filius: qui apparuit in carne: & ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ, à creatura mundi, ideſt ab homine per ea, quæ facta ſunt: intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus eius, ideſt filius: qui eſt Dei virtus, & Dei ſapientia: & diuinitas, ideſt ſpiritus ſanctus, cui appropriatur bonitas. Intelligimus.n. per diuinitatẽ ipſam ſummam bonitatem: ita vt ſint inexcuſabiles, quaſi dicat: Rationabiliter increpantur auertentes ſe à Deo: & non cognoſcentes ipſum. tales enim ſunt inexcuſabiles: quia inuiſibilia Dei: ſempiterna quoq; virtus & diuinitas, ideſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: quantum ad eorum appropriata: per ea, quæ facta ſunt, ideſt, per iſtas creaturas viſibiles intelligi, & conſpici poſſunt. Bene ergo dictum eſt: quòd in tota præfata auctoritate: homo ſe à Deo auertens rationabiliter increpatur.

Rom cap 1.

Pater inuiſibilis.

Virtus Dei filius. Diuinitas, Sp S.

In hac autẽ increpatione poteſt notari huius Secundi libri cauſa formalis, ſi conſideretur per quod homo increpatur: & de quo: quia per creaturarum conditionem. Increpatur autem de eius auerſione. nam quia per creaturas poteſt homo cognoſcere ſuum Creatorem: Ideo ſi ſe auertat ab eo: per creaturarum conditionem rationabiliter increpari poteſt: in quo forma, & ordo huius ſecundi libri habetur. Nam hoc modo ordinat Magiſter hunc ſuum ſecũdum librum: quia primo agit de creaturarum conditione: per quã homo ſe auertens debet rationabiliter increpari: poſtea agit de hominis auerſione: de quo homo ſe auertens eſt meritò increpandus. In auctoritate ergo tota: homo ſe à Deo auertens rationabiliter increpatur: per quod, vt patuit, huius ſecundi libri poteſt haberi cauſa formalis, ſcilicet, forma, & ordo tractandi.

Formalis cauſa. 2. Sẽt.

Sed in prima auctoritatis parte cum dicitur: A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ tota creatura uniuerſaliter deſcribitur: per quod habetur huius libri cauſa materialis: in quo agitur de rebus creatis: quia ſicut in primo libro agitur de ente diuino per eſſentiam, ideſt, de Creatore: ſic in hoc ſecundo agitur de ente diuino per participationem, ideſt de creaturis. Huiuſmodi autem vniuerſalitas rerum creatarũ, de qua agitur in hoc Secundo: in duplici magnitudine conſiſtit: videlicet in magnitudine creaturæ, quantũ ad res conditas: & in magnitudine ſpeciei, quantum ad ordinem conditorum. Ipſa ergo magnitudo creaturæ quantum ad res conditas: & ipſa magnitudo ſpeciei quantum ad ordinem conditorum nos manifeſtè docent Deum Creatorem, & conditorem omnium. Hoc enim vniuerſum, quod eſt quaſi vnus principatus vnius principis, ideſt vnius Dei: vt declarati habet in fine 12. Met. conſiſtit in magnitudine creaturæ quãtum ad res conditas. Nam quòd ſit totum, & quòd ſit magnum: hoc eſt ex magnitudine partium componentium: & maxime quantum ad partes principales: vt: ideo magna eſt domus, quia cõſtat ex magno tecto, magno pariete, & magno fundamento. Sic totũ vniuerſum eſt quaſi quędã magna domus Dei: vbi elementa tantam magnitudinem habent: & cœlum tantum ſpatiũ continet, vt & minima Stella ibi exiſtens viſu percepti bilis, vt Auctores Aſtronomię tradunt, maior ſit tota terra: de qua non tota pars quarta habitatur: & tamen eſt ſufficiens ad tantam hominum, & aliorum animalium multitudinem nutriendam. De hac autem magnitudine creaturę quantum ad res conditas poteſt intelligi, quod dicitur Baruch. 3. O Iſrael quàm magna eſt domus Dei. Rurſus in hoc vniuerſo non ſolum eſt magnitudo creaturæ, quantum ad res conditas: ſed etiam eſt magnitudo ſpeciei quantum ad ordinem conditorum. Nam magnitudo ſpeciei, & pulchritudo vniuerſi potiſſimè cõſiſtit in ordine conditorum. Inquit enim Auguſtinus: A bona trinitate creata ſunt omnia: nec ſummè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona: ſed tamen bona etiã ſingula: ſimiliter vero vniuerſa valde bona: quia ex omnibus cõſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. Admirabilis ergo pulchritudo conſtat ex omnibus: ſupple ad inuicem ordinatis: quia vbi non eſt ordo, ibi non eſt pulchritudo: ſed horror, & confuſio. Vnde idem Auguſtinus ait: Nihil inordinatum eſt pulchrũ. Magnitudo ergo ſpeciei, & pulchritudinis potiſſimè conſiſtit in ordine. Sic ergo exponendo primum præfatæ auctoritatis membrum, ſcilicet: A magnitudine ſpeciei, & creaturæ; ibi magnitudo non dicit rem aliquam, ſed dicit modũ rei: dicit enim modum ſpeciei, ideſt dicit quendam modum rerum conditarum, & ordinem conditorum. Alio autem modo non poteſt exponi: A Magnitudine ſpeciei, & creaturæ: vt quòd ly, horum, aliquam rem demonſtret: vt per creaturas intelligamus ipſas res creatas: per ſpeciem verò intelligamus creatorum diſtinctionem, & formas: per magnitudinem autem intelligamus ipſorum virtutem, & operationem. Hæc autem tria, & ſi tempore non ſe præceſſerint: natura tamen, & origine ſe præceſſerunt. Nam ſecũdùm Aug. tam ſuper Geneſim ad litteram: quàm in libro Confeſs. ſemper informe oatura, & origine præcedit formatum. Et Magiſter in diſtinctione 12. dicit, Deum in principio creaſſe materiam quatuor elementorum adhuc confuſam, & informem: deinde elementa diſtinxit: & ſpecies proprias, atque diſtinctas ſingulis rebus ſecundũ ſuum genus dedit, ergo ſaltem origine, & natura

Materialis cauſa. 2 Sẽt. & vide prol. 3. Sent hoc Doctores.

CONTRADICTIO. *Stella quælibet maior terra, idem d. 2. q. 2 art. 2 & d. 10 q. 1. Et diſt 2. Dub. ſuper litteã. Sed d. 16 q. 3 ar. 1. circ. Luna minor terra, qua ſi conferatur cum Fixa e meatu, eſt eſt aliquib. Bellis, eſt parua. teſte Arift. 2. Cęli t. viii. cuius magnit. ait eſſe ad 400. ſtadiorum millia. Hinc dicẽ punctus nõ obſcuratè, ſed in reſpectu, & ſicter ea eſt maior Luna, & minor multa Bellis. Sed modũ meum ignoti terram cõtinet ſtellas. d. Sueſ. in ſ. 9. lib. Cœli. Vnibus Contrad dicentes ſtellas, eq. a lis, non de omnibus.

Vniuerſi pulchritudo.

Ench cap. 6. Tom. 3.

Lib de vera rel gione. Tomo 1.

Informe formatum quo prędat

ptius

Gen. 1.

prius fuerunt res creatę in quadam informitate: deinde fuerunt per ſpecies diſtinctæ, & vltimo fuit eis virtus ad operandum collata. Nam primo creauit Deus cœlum, & terram, ideſt vniuerſam corporalium informem materiam: poſtea diuiſit lucem à tenebris: & fecit firmamentum, & luminaria in firmamẽto: & cõgreganit aquas, & apparuit arida, dando ſingulis rebus proprias ſpecies, & proprias formas: & poſtea dixit: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen: & lignũ pomiferum faciens fructum: dando omnibus rebus virtutem ad operandum. In huiuſmodi autem virtute, & operatione potiſſimè conſiſtit magnitudo, ideſt, fortitudo creaturæ. Ipſa ergo creatura, & eius ſpecies, ideſt eius pulchritudo, & forma: eius magnitudo, ideſt eius virtus, & operatio clamant Deum Factorẽ ſuum. Reprehenſibilis eſt itaque quilibet à Deo ſe auertens, & idola coleus: quia à magnitudine, ideſt virtute, & operatione creaturæ, & ſpeciei, ideſt creaturæ formoſæ, & ſpecioſæ: poteſt creaturarum Creator agnoſci. quòd autẽ ſic debeat intelligi: vt per creaturam intelligamus ipſas res creatas, ſiue opera coodita: per ſpeciem intelligamus creaturarum decorem, & formam: per magnitudinem autem intelligamus creaturę virtutem, & operationem: patet per verba præcedentia in eodem capite, vbi Primò agitur de operibus cooditis: Secundò de ſpecie rerum cõditarum: Tertiò de virtute, & operatione earũ: Quartò, & vltimo infertur in illo capite: quòd à magnitudine, ideſt virtute, & operatione ſpeciei, & creaturæ debet eorum Creator agnoſci: In prima enim parte illius capituli dicitur, quòd neque operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet Artifex. Ipſa ergo opera condita, & ipſę res creatæ ſuum actorem, & Creatorem oſtendunt. Secundo in eodem cap. dicitur: quorum, ideſt, quarum creaturarum: & ſi ſpecie delectati Deos putauerunt ſciant, quanto ſpecioſior eſt his dominator eorum. Tertio in eodẽ capite habetur: quòd ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt: intelligant ab illis: quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis. Poſtea ſubdit: quòd à magnitudine ſpeciei, & creaturæ poterit eorum creator videri. Ipſa ergo creatura, ſiue ipſa opera creata, & eorũ ſpecies, & magnitudo clamant Deum factorem ſuum.

Creaturũ ſpecies, & magnitudo Deũ oſtendunt.

Efficiens principalis cauſa à Sanctis.

Viſo ergo, quomodo in tota auctoritate homo ſe à Deo auertens rationabiliter increpetur: per quòd poteſt haberi huius Secũdi libri ordo tractandi & cauſa formalis: & oſtenſo quomodo in prima auctoritatis parte cum dicitur: A magnitudine ſpeciei, & creaturæ: vniuerſalis creatura deſcribitur: per quod habetur huius Secundi libri, vbi de creaturis agitur, cauſa materialis. Reſtat Tertio declarare: quomodo in ſecunda parte auctoritatis cum ſubditur: cognoſcibiliter poterit creator horũ videri, declaratur ipſe Deus, & ipſe creator omniũ: per quod habetur huius libri, & totius ſcripturæ ſacræ cauſa efficiẽs principalis, nam verum à quocunque dicatur à ſpiritu ſancto eſt, vt vult Ambr. ſuper illo verbo primæ ad Coriuthios 12. Nemo poteſt dicere dominus Ieſus: niſi in ſpiritu ſancto: ſpecialitee tamen veritas tradita in ſcriptura ſacra: dicitur eſſe à Deo: ſiue à ſpiritu ſancto: quia huius veritatem nó poſſumus inueſtigare per naturalem cauſam, ſed oportet, vt habeamus eam per diuinam inſpirationem. Ideo vult Auguſtinus ſecundo ſuper Geu. ad litteram: ✠ quòd maior ſit huius ſcripturæ auctoritas, quàm totius humani ingenij perſpicacitas: quia firmior veritas eſt, quę innititur iudicio diuino: cui non poteſt ſubeſſe falſitas: quàm quæ innititur humano, cui falſitas ſubeſſe poteſt. Quia ergo Magiſter in hoc ſecundo tractat de creaturis modo theologico: ſecundùm quòd de eis tractat ſcriptura ſacra: quæ habita eſt non per humanam inueſtigationem: ſed per diuinam inſpirationem. Ideo benedictũ eſt: quòd huius ſecundi libri, & totius ſcripturæ ſacræ, quæ diuinæ inſpitationi innititur: Deus creator omnium eſt cauſa efficiens principalis. Huiuſmodi autẽ cauſa manifeſtè declaratur, cũ dicitur: Cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Deus enim, & eſt creator: & eſt creator horum: & eſt creator horum cognoſcibiliter. Hæc ergo tria, ſcilicet quòd Deus ſit creator: & quòd ſit creator horum: & quòd ſit creator horũ cognoſcibiliter: referri poſſunt ad prædicta tria, cum dicitur: à magnitudine ſpeciei, & creaturæ. Nam in omni re creata ſunt tria. Eſt enim ibi ſuppoſitum: eſt ibi forma, per quam eſt ſuppoſitum: & eſt ibi magnitudo, ideſt fortitudo, & virtus, per quam operatur ſuppoſitum. Eſt enim ſuppoſitum illud, quod per ſe producitur. Alia autẽ producunt, & creantur in ſuppoſito: ideo per antonomaſiam ſuppoſitũ ipſum creatum poteſt dici creatura: ſecundùm ergo hanc adaptationẽ dicemus, quòd Deus eſt cauſa creaturæ, & omnium, quæ ſunt in creatura. Erit ergo cauſa ſuppoſiti, & ſpeciei, ideſt formæ, & magnitudinis, ideſt virtutum exiſtẽtium in ſuppoſito. Per comparationem itaque ad ſuppoſitum eſt creator: quia quod per ſe producitur, & creatur, eſt ipſum ſuppoſitum: per comparationem autem ad ſpeciem, ſiue ad formam, vt creator horum, quia quòd res ſint hæ: & quòd ✠ quælibet res ſit hæc: & quòd habeat eſſe diſtinctum: hoc eſt per ſpeciem, & per formam: quod patet per Aug. 12. Confeſſ. c. 4. Tomo 1. dicentem: Vbi nulla ſpecies: nuſquàm eſt hoc, & illud. Tertio per comparationem ad magnitudinem, ideſt, ad virtutem, ſiue operationem: Deus eſt creator horum cognoſcibiliter: quia naturæ, & ſubſtantiæ rerũ, per quas ſumus apti deuenire in cognitionem primæ cauſæ: potiſſimè innotescunt nobis per virtutes, & operationes ipſarum. Deus ergo eſt creator, & eſt creator horum, & eſt creator horum cognoſcibiliter. Eſt enim creator ratione creaturæ, ideſt ſuppoſiti: eſt creator horum ratione ſpeciei, & formæ. Eſt tertio creator horum cognoſcibiliter: ratione magnitudinis, & virtutis, & operationis. Bene ergo Deus, qui eſt cauſa

Veritas ſcripturæ à Spiritu ſancto.

Gen. 12.

*Auctoritas S. Scripturæ quæ ſit. Aug. To. 9. Idem infra d. 12. q. 1 ar. 1. & q. 2. art. 4.

CONTRADICTIO. *Huic loco videtur refragari doctrina eiuſdem Doct. in quol. 2 q. 5. & in hac diſt. p. 1. q. 1. ar. 1 Q. 3. q. 2. art. 1. vbi agitur de tridu. Hom. Animę ſeparatæ, & Angeli. Sed vtra contradictionis ſumitur. ſi dicatur inditum eſſe per formã, quatenus in actu exiſtit: & à materia habere vnitatẽ numeralem Vide Tab. Zima. & Tab. & concord. D Thomæ, vbi dicitur eſſe forma principium ind. principaliter: Materia ſubiectum: Quantitates inter minimę antecedentes, terminatæ verò conſequentes. Et 4. Quol q. 1. Vide d. 1. q. 2. ar. 1. an Reſolut. art. Et dub. 2. & 2. & d. 18 q. 2. ar. 2. quantitatẽ eſſe principiũ indiuiduationis originaliter. Quolib. enim. 1. q. 2. ait Materiã eſſe principiũ individuationis impropriè. Vide aliam ſolutionẽ. d. 1. q. 4 ar. 2. in corp. vbi dſt, quod in diuidua diuerſarũ ſpecierum indiuiduatio per formã. Sed Sãus Petrus Lib. 6. q. 13 & 14 Æ. gidij opinionem impugnat.

efficiens principalis huius Secũdi libri, & totius sacræ scripturæ: manifestè declaratur nobis, ex eo quòd est creator horum cognoscibiliter.

*vinalis can. 2. Sent. * Quartò ergo, & vltimo cognitio ipsa Creatoris omnium per creaturam in auctoritate proposita nobis apertè proponitur: cum vltimo dicitur: Videri, in quo describitur huius operis causa finalis. Nam hac intentione, & hoc fine, in secundo libro de creaturis agitur, vt per eas ascẽdamus ad contẽplationẽ Creatoris: & per eas doceamur cognoscere Deum Restauratorem, & Glorificatorem nostrum. Et quia illud dicimur videre, quod manifestè cognoscimus: ex eo ergo, quòd à magnitudine speciei, & creaturæ potest cognoscibiliter horum creator videri: manifestè nobis propunit cognitio creatoris per creaturam, quæ est causa finalis huius libri: Ad quã cognitionem apertam, & manifestam: quæ per excellentiam erit in patria, respectu cuius cognitio viæ dicta est imperfecta: nos perducat ipse Deus trinus, & Vnus benedictus in sęcula sęculorum. Amen.

Divisio partis primae:

Prima huius libri pars quindecim complectitur distinctiones: In quarum prima de rerum creatione in vniuersum: In decem sequentibus de creatura merè spirituali, hoc est, de Angelis: In quatuor postremis de creatura merè corporea per opera sex dierum sermo habetur.

DIST. I. PARS I.

De omnium rerum creatione, in vniuersum, quantum ad principium efficiens, opinione Philosophorum reiecta.

CREATIONEM rerum insinuans, &c.

Postquàm assignauimus causas huius operis: restat, vt ad diuisionem libri, & ad sententiam litteræ accedamus. Dicemus ergo, quòd iste Liber Secundus, in quo agitur de creaturis: diuiditur in duas partes, quia primo agitur de creaturis in generali. Secundò in speciali, ibi: [*De angelica itaque natura.*] In principio secundæ distinctionis.

Circa primum duo facit, quia primo agit de creaturis generaliter, prout procedunt à Deo tãquàm à principio primo. Secundo agit de eis generaliter prout reducuntur in Deum, tanquàm in finẽ vltimum: vbi præsens lectio terminatur, ibi: [*Credamus ergo rerum.*] Prima diuiditur in duas: qa circa processum rerũ à Deo primo ponitur veritas, & ex veritate proposita eliditur, & remouetur Philosophorum falsitas. Secundo specialiter descenditur ad opinionem Platonis, & Aristot. quid sensserint circa productionẽ rerum, ibi: [*Plato namq;.*] Dicit ergo, quòd [*sacra scriptura insinuans*] .i. docens creationem rerum: dicit, [*Deum esse creatorem,*] & dicit tempus, & omnem creaturam habere initium. In quibus verbis eliditur error omnium Philosophorum dicentium mundum esse ab æterno, & nõ habuisse initium, & eliditur error ponentiũ plura principia sine principio. Deinde cum dicit: [*Plato namq;*] descendit ad opinionem Platonis, & Arist. & primo ad opinionẽ Platonis: Secundò Ar. ibi: [*Aristoteles vero.*]

Circa primum duo facit, quia primo facit qđ dictum est. Secundo quia mentionem fecerat de Creatore, & de Artifice .i. de factore, vel de factione: dat differentiam inter creare, & facere, ibi: [*Creator enim.*] Dicit ergo, quòd Plato æstimauit tria initia: Deum .i. & exemplar .i. ideam, & materiam. Et ipsa .i. & ista tria principia posuit Plato esse increata sine principio, & Deũ posuit, quasi artificem .i. factorem, non creatorem. Sed quomodo intelligẽda sit opinio Platonis: in dubitationibus litteralibus apparebit. Deinde cũ dicit: [*Creator enim:*] dat differentiam inter creare, & facere. Circa quod duo facit, quia primo facit, quod dictum est, & patet littera. Secundo ex his, quæ dixerat: dat differentiam inter Deum, & alia agentia, ibi: [*Vnde & homo, vel Angelus.*] Circa quod duo facit, quia primo dat huius differentiam ex parte effectuum: Secundo ex parte efficientiũ, ibi: [*Veruntamen sciendum.*] Ex parte autem effectuum dat differẽtiam inter Deum, & hominem, vel Angelum, vel alia agentia, quia nec homo nec Angelus: nec aliquod agens creatum potest crebre, vel potest facere ex nihilo aliquid. Sed creare est proprium solius Dei: nisi acciperetur creare large: sicut in ipsa scriptura sæpe Creator accipitur, tanquàm factor.

Deinde cum dicit: [*Veruntamen.*] dat differentiam inter Deum, & alia agentia, quia non solum Deus potest facere effectum ex nihilo, quod non possunt alia agentia; sed etiam in agendo Deus non mutatur, nec laborat: nos autem in agendo mutamur, & etiam omnia agentia creata aguntaliquo modo mota, quod quomodo sit: in dubitationibus litteralibus declarabit. Tria ergo facit, quia primo ostendit, quòd Deus in agendo non mutatur, nec laborat. Secundo ait, quòd nos in agẽdo mutamur: non autem Deus: in quo secundum Magistrum non propriè est actus: eum omnis actus sit in mota. Tertio, quod dixerat declarat per similem calore Solis: ex quo sole multa contingunt, nulla mutatione facta in calore eius, quod quomodo verũ sit, in dubitationibus litteralibus apparebit, sed ibi: [*Nos autem operando mutari dicimur:*] Tertia ibi: [*Sicut ergo ex calore Solis:*] littera autem patet.

Tunc sequitur illa pars: [*Aristoteles vero.*] in qua descendit ad opinionem Aristotel. Circa quam duo facit, quia primo facit quod dictum est. Secundo ex scriptura sacra per spiritum sanctum inspirata elidit oẽs huiusmodi errores: tam Platonis, & Arist. q̃ etiã aliorũ, ibi: [*Horum ergo.*]

Dicit

Principia tria apud Platonem de lege Nat. li. 11. c. 1.

Differentia inter Deũ, & alia agentia ex parte effectuum.

Differentia ex parte efficientium.

Actus non est propriè in Deo.

Dicit ergo ꝙ Arist. posuit tria principia: duo intrinseca: materiam.s.& speciem.i.formam, & tertium operatorium.i.efficiens: mundum quoque dixit semper esse, & fuisse. Quomodo autem verum sit, ꝙ Aristot. posuit tria principia: materiam: formã,& efficiens: in dubitationibus litterslibus apparebit. Deinde cum dicit: [*Horum erge.*] elidit omnes hos errores per auctoritatẽ scripturæ factæ: dicens, ꝙ errorem horum.i.Platonis,& Arist.& similium,& aliorum Philosophorum: spiritus sanctus euacuat: cũ dicit: In principio temporum Deum creasse muudum: in quo datur intelligi, quòd æternitas dei extitit ante tẽpus. Postquàm enim Deus sua voluntate, quia velle est ei facere, & volendo facit: creauit tempora,& initio temporum creauit mundum: consequens est, quòd ipse Deus fuerit ante omne tẽpus, & ante mundum.

Principia tria apud Arist. 1. & 2. Phys.

QVÆSTIO I.

De rebus creatis.

AD intelligentiam autem dictorum cunuenit de quatuor dubitare. Nam, vt patuit, in hac lectione agitur de creaturarũ exitu, & principio, quia secundùm initium tẽporis, vt habitum est, Deus creauit cœlum,& terram. Est ergo dubitandum de ipsis rebus creatis, & de ipsis principijs rerum, & de ipsa creatione, & de ipso tempore. Sunt enim hæc quatuor in omni opere considerauda: videlicet, Res producta: Principium producẽs: Actio, per quam producit,& Duratio mensurãs ipsam productionẽ.

Quatuor in quocunque opere considerãda.

Circa hanc quęstionem tria dubitabimus. Primo quidem: vtrũ spectet ad Theologum determinare de creaturis.

Secundò dato, quòd sit: vtrũ prius debeat determinare de creaturis, quàm de creatore, vel econuerso.

Tertiò: vtrum superfluant aliæ scientiæ determinantes de creaturis: cum hoc spectet ad Theologum.

ARTIC. I.

An ad Theologum spectet considerare de creaturis. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1.p.q.1.art.1. &c. Item lib. 2. contra Gent. Cap. 1. 2.3.4. Henr. Gand. 1.part. 19.q.2.

DPRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non spectet ad Theologum cõsiderare de creaturis. Nam Scientia est vnius generis subiecti: partes,& passiones considerans. Ea ergo sunt de

Arist. 1 post. text. 41.

A consideratione scientiæ, quæ sunt subiectũ, vel partes subiecti, vel passiones subiecti, vel passiones partium subiecti. cum ergo Deus in en, quòd Restaurator,& Glorificator noster, sit subiectum in sacra pagina, & creaturæ nec sint ipse Deus: nec partes: nec passiones eius; non pertinebit ad Theologum considerare de ipsis.

Præterea quæ facta sunt in odium,& in tentationem animæ hominis: non debent esse de consideratione Theologi: creaturæ sunt huiusmodi, vt patet Sapien. decimoquarto. ergo, &c. Sapien. 14.

Præterea si Theologia consideraret de Creatore,& creaturis: cõsideraret vniuersaliter de ente, sed sola Metaphysica est vniuersaliter de ente: ergo theologia non erit huiusmodi.

B IN CONTRARIVM est: quia cum articulorum fidei quidam pertineãt ad deitatem: quidam ad humanitatẽ: cum pertinentes ad humanitatem connotent aliquid in creatura: non possunt huiusmodi articuli sciri: nisi de ipsis rebus creatis aliqua notitia habeatur.

Præterea inter articulos pertinentes ad deitatem: computatur creatio Cęli & terræ: quæ innuit potentiam: quæ appropriatur patri: cum ergo non possit sciri, quòd Deus creauerit cœlum, & terram: nisi de ipsis creaturis aliqua notitia habeatur: spectabit ad Theologum considerare de creaturis.

RESOLVTIO.

C *Ad Theologum spectat considerare de creaturis, per quas manuducimur in cognitionem Dei, vt est Vnus, vt est Trinus, vt Glorificator, & vt habet innumerabiles perfectiones.*

DICENDVM, quòd in omni scientia oportet dare rationem vnam aliquam: sub qua considerantur omnia, quæ introducuntur in scientia, vt in Metaphysica, vbi omnia considerata considerantur sub ratione entis, & in naturali Philosophia omnia ibi cõsiderata sunt propter corpus mobile. Sic & in Theologia oportet dare rationem vnam aliquam: sub qua omnia ibi considerentur. Hæc autem vna ratio est, Deus, vt est nostra salus,& nostra beatitudo. Quidquid ergo in Theologia cõsiderat: hoc est in ordine ad Deũ, vt est salus nostra, & finis nostræ glorificationis. Sic enim considerauimus omnia, quæ tanguntur in Theologia: vt ad hoc nos ordinant, & vt hoc intendunt. Vnde & Dominus statim cum locutus fuit Abrahæ: proposuit se tanquàm mercedem, & præmium eius: vt patet Gen. Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Si enim voluamus,& reuoluamus scripturam, non inueniemus ibi nisi verba æternæ vitæ,& ordinantia ad æternam vitam. qd satis dedit intelligere Petrus, cum dixit: Ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes. & Vetus ergo testamentũ,& nouum non sunt nisi rota in rota. Cap 15.

Ioan. 6. Vet. & nouum testamẽtum, vt rota i rota, & cor vetus gemitus operatis.

vnum

vnum enim per aliud declaratur: vtrumque verba vitæ æternæ habet, nam & si in veteri promittebatur temporalia: hoc erat, vt per talia manuducerentur ad æterna: Ita quòd Christus prædicans non temporalia, sed cœlorum regnum, legem non soluit sed adimpleuit. Omnia ergo cõsiderata in sacra pagina sunt verba vitæ æternæ, quia sunt propter vitam æternam. Deus ergo cõsideratur hic, prout est beatificator noster, quem cognoscere, est vita æterna. Iuxta illud: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te. Vnde in hac Ioan. 17. scientia quicquid introducitur, sub hac ratione introducitur: verum quoniam Deus est beatificator noster, q̃ restaurauit, & redemit nos. ideo si Deus est subiectum in hac scientia, vt est finis nostrę glorificationis: est etiam subiectum, vt est principium nostræ restaurationis. Pertinet ergo ad hanc scientiam cõsiderare quomodo per Deũ beatificamur: cum ergo beatificatio nostra præsupponat conditionem nostram, quia relatio rerum in finem præsupposuit earum exitum à principio: si spectat ad Theologum determinare de Deo Glorificatore nostro: oportet quòd spectet ad ipsum determinare de Deo conditore, & creatore nostro. Et quia secundùm veritatem homo fuit vltimo factus: nõ plenè possumus scire, quomodo homo factus est à Deo, nisi sciuerimus vniuersalem exitum rerum ab ipso. vniuersalis ergo exitus rerum à Deo tanquàm à principio requiritur ad hoc, quòd sciamus vniuersalem ordinem in ipsum, tanquàm in finem. Signanter ergo fortè Magister voluit determinare de creaturis in hoc secundo, hoc ordine processit, quia in hac prima distinctione de duobus agit: videlicet quomodo res exierunt à Deo tanquàm à principio, quod facit in lectione præsenti, & quomodo reducuntur in ipsum, tanquàm in finem, quòd faciet in lectione sequenti, innuens sorte per hoc, quòd isto modo spectat ad Theologum considerare de creaturis: prout exierunt à Deo tanquã à principio, & prout ordinãtur in ipsum tanquã Sap. c. 11. in finem. Dicemus ergo, quòd vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Vanum autem, secundùm Philosophum, est, quòd Moral l. 4. cap. 7. caret fine. Ad hoc ergo data est nobis scientia Dei, vt non simus vani, vt non careamus fine, vt glorificemus Deum Glorificatorem nostrum. quod plenè scire non possumus, nisi sciamus, quomodo omnia ordinantur in Deum, tãquam in finẽ, quòd scire non poterimus, ignorato, quomodo omnia exierunt ab ipso, tanquàm à principio: Spectat ergò ad Theologum considerare de creaturis: prout ordinantur ad beatitudinem nostrã, & prout per creaturas cognoscimus Deum Glorificatorem nostrum.

Subiectum sacræ scripturæ.

Resumamus ergo quomodocunque à principio, & dicamus quòd Subiectum in sacra pagina est Deus Glorificator, & beatificator, quòd si est ibi Subiectum Deus Restaurator: hoc est, quia isto modo nos beatificat redimẽdo nos, & restaurando casum nostrum. Cognoscere autem Deũ, vt glorificatorem: præsupponit Deũ esse aliquid in se. vtroque ergo modo spectabit ad Theologũ determinare de creaturis: videlicet, vt per creaturas manuducimur ad cognoscẽdũ Deũ, prout est Glorificator noster, & prout per creaturas manuducimur ad cognoscendum ipsum, vt est aliquid in se. Quomodo autem per creaturas manuducimur ad cognoscendum Deum, vt est Glorificator noster, est per habita manifestum, q̃ si alię scientiæ ordinant nos ad beatitudinem nostram: hoc est à remotis, & mediatè: prout ancillantur isti scientiæ: hæc autẽ à proximo ad huiusmodi beatitudinẽ super naturalẽ nos ordinat.

Rursus spectat etiam ad Theologum determinare de creaturis: vt per eas cognoscimus Deũ esse aliquid in se, sed Deum esse aliquid in se rationis ductu cognoscitur à nobis, vt est vnus, sed per reuelationẽ cognoscitur aliqualiter à nobis, vt est Vnus, & Trinus, licèt ergo creaturæ sufficienter ostendãt ipsum vnũ: nõ autẽ naturali rõnis ductu, sufficiunt ab ostendẽdũ ipsum esse trinũ: aliqualiter tamẽ hoc ostẽdunt, vt patebit. Nã postquàm Spiritu sancto inspirati sancti Dei homines: docuerunt nos Deum esse trinum: multa inuenimus in creaturis manuducẽtia nos in huiusmodi veritatẽ. Dicamus ergo, q̃ secũdũ rei veritatem Deus est vnus in essentia: trinus in personis: habens in se pluralitatem, & infinitatem attributorum. i. perfectionum, quæ sibi attribuuntur, quia secũdum Diou. Laudare debemus eũ, qui est infinitorum nominum. Est enim Deus infinitorum nominum, quia vnitiuè, & simpliciter continet in se innumerabiles perfectiones: à quibus omnibus nominari potest. Est enim iustus, pulcher, fortis, & sapiens, & secundum hæc nomina, & nomina aliarũ perfectionum potest nominationẽ susc̃pere: quia ergo per creaturas manuduci possumus in Deum, vt est Vnus: quia omnis multitudo ab vnitate procedit: manuducimur etiam in Deum, vt est Trinus, quia in omni re creata relucet vestigium trinitatis: manuducimur tertio per creaturas in Deum, vt habet innumerabiles perfectiones, quia perfectiones omnium generum reseruantur in ipso: spectabit ad Theologum considerare de creaturis.

12. De diu. nom.

Hoc enim modo Magister sententiarum ordinauit primum librum: vbi agitur de Deo tractãs ibi de vnitate essentię: trinitate personarum, & de pluralitate attributorum: ad quæ omnia aliquo modo manuducimur p creaturas, vt est per habita manifestum.

Theologia subiectum, idem infra art. 2. & paulo superius.

Resp. ad Aro. Ad primum dicendũ, quòd ad scientiam pertinet considerare de subiecto, & de omnibus his, quę deseruiunt ad cognitionẽ subiecti, & quia cognoscere creaturas manuducit nos ad cognitionẽ Dei, ideo spectat ad Theologũ cõsiderare de creaturis, & quia Deus, vt est Glorificator noster, est hic subiectum: ideo videndũ est quomodo quę considerantur de Deo in se, & omnia alia: pertinent hoc modo ad subiectum. propter quod dicere possumus, quòd Deus absolutè, & in se, & secundũ suæ substantię pelagus infinitum: nõ est subiectum in hac scientia

tia nostra, sed vt est Glorificator noster: verumtamen, vt dicebamus, quia Deum esse Glorificatorem nostrum, præsupponit primo ipsum esse aliquid in se, ideo multa determinat Theologus de Deo, quæ competunt ei, vt ipse est aliquid in se.

Vel possumus dicere, quòd quicquid determinat Theologus de Deo, determinat de ipso, vt est Glorificator noster. Ea.n. in via cognoscimus per fidem, & auditum, quæ in patria cognoscemus per visum. Dicemus.n. iunc in Ciuitate Dei existentes: Sicut audiuimus, sic vidimus. Si ergo Deus, vt est Glorificator noster, est subiectū in hac scientia, quia in consideratione de subiecto includuntur omnia illa, per quæ declaratur nobis subiectum: spectabit ad Theologum considerare de creaturis: prout per eas manuducimur in Deum Glorificatorem nostrum. Nam nó solum quę considerat Theologia de creaturis cō siderat hoc modo, sed quando considerat ea, quę competunt ipsi Deo, vt est aliquid in se, considerat ea, vt per illa manuducimur in Deum, vt est Glorificator noster, vt patebit in tertio Articulo.

Ad secundum dicendum, quia creaturæ factę sunt in odium, & in tentationem hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Est ergo hoc ex insipientia nostra, ꝙ per creaturas auertamur à Deo, ꝙa male vtimur eis, sed si bene vtemur creaturis: p eas manuduceremur in Deū.

Ad tertium dicendum, quòd aliter considerat vniuersaliter de ente Theologia, & aliter Metaphysica: Metaphysica.n. considerat vniuersaliter de ente per se, & primo, quia vniuersaliter ens est ibi subiectum, sed Theologia considerat vniuersaliter de ente: nnu per se, & primo: sed de ipso Deo Glorificatore nostro per se, & primo cō siderat. Sed si quid considerat de alijs entibus: hoc est, vt per illa ad hoc possimus manuduci. Qualiter autem consideret Theologia vniuersaliter de entibus, & qūo uou superfluant scientiæ aliæ: in Articulo tertio ostendetur.

Psal. 47.

Hinc elicit, habere nu-mos, nó esse peccatum.

Eas diuersi modè considerant à Theologo, & Metaph.

ARTIC. II.

An Theologus debeat tractare prius de Creatore, quàm de creaturis. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in prol. 1. Sent. p. 2. q. 1. Et in calce 1. Sent. super litteram. Henr. Gand. in 1. p. summ. ar. 19. q. 2. Ité ar. 21. q. 1.

SECVNDO quæritur: vtrum Theologus primus debeat tractare de creaturis, quā de Creatore, vel econuerso.

Et videtur ꝙ prius de creaturis, quia secundū Dio. primo de Angelica Ierar. Non est possibile aliter super-

A lucere nobis diuinum radium: nisi varietate sacrorum velaminum anagogicè circumuelatum, & his, quæ secundum nos sunt, prouidentia paterna vniuersaliter, & propriè præparatum. vbi vult iunuere, ꝙ nisi prouidentia paterna nobis ineffabili bonitate in hoc prouidisset: oculis nostris lumen ipsius omuino lucere nō posset. prouidit: ergo nobis: quia suum radium, & suum lumen velauit istis sacris velaminibus in istis sensibilibus reperris, vt per hæc sensibilia manuducamur in lumē eius. Debet ergo Theologia prius tractare de sensibilibus, per quæ manuducimur in cognitionem diuini radij.

Præterea, & Philosophi tradunt, & ex nobis ipsis experimur incipere debere à sensibilibus,
B sed Magister voluit incipere ab intelligibilibus, & descendere in sensibilia. Apparet autem, quòd econtrario debuerit facere, quia faciens domum modo debito incipit à fundamento, & ascendit operando vsque ad factionem tecti: non autem incipit à factione tecti, & descendit ad factionē fundamenti.

Præterea ue in tradenda Theologia iucrepemur: sicut iucrepabatur Plato in tradendo suam Philosophiam: debemus à sensibilibus incipere, & per illa in Deum ascendere.

Præterea in sacro Canone hic modus videtur esse obseruatus, quia primo ibi agitur de conditione creaturatum. s. quomodo creaturæ sint à Deo conditæ, sic enim incipit nostræ scripturæ sacræ Canon: *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Gene. 1.

C IN CONTRARIVM est Magister sentētiarum, qui volens in suis sententijs sub quodā compendio Theologiam tradere; Primo tractauit de Deo, vt in primo libro. Secundo de creaturis, vt in hoc Secundo.

RESOLVTIO.

Theologia per modum scientię prius debet agere de Creatore, vt fecit Magister in secundo sententiarum: Per modum credulitatis, & rationę nostrę ruditatis, prius debet tractare de creaturis, vt fecit Moyses.

D DICENDVM, quòd absolutè loquendo spectat ad Theologiam, vt est scientia, vel vt est sapientia: prius tractare de Deo, quàm de creaturis: sicut Magister suum librum ordinauit, & bene. Dicimus autem absolutè loquendo, & prout Theologia est scientia, vel sapientia, quia fortè in casu, & ex parte ruditatis uostræ, & put Theologia propouitur uou per modum scientiæ, vel sapientiæ, sed simplicis credulitatis: secus esset faciendum, quia sic se habentibus cōditionibus posset contigere, quòd secus facere expediret. Volumus autem ad præsens quatuor rationes adducere, quòd absolutè loquendo Theologia

prout

prout traditur per modum scientiæ, vel sapientiæ: debet prius tractare de Deo, & postea de creaturis. Nam scientia quantum ad præsens spectat: ad quatuor comparari potest: videlicet ad suum subiectum, de quo tractat: Ad ipsos habentes, & addiscentes, quos perficit: Ad suum modū considerandi Et ad auctoritates, & rationes, quibus innitutur. Nam omnis scientia tractat de aliqua re, & habet suum modum, per quem tractat de illa re, & innititur aliquibus, per quæ tractat de huiusmodi re, & perficit habentes, & addiscentes huiusmodi scientiam sic tractantem. His ergo quatuor vijs secundum, q̄ scientia ad quatuor comparatur: possumus nostrū propositum declarare.

Lib. 1. Sent. in Prol. q. 3. ad 4. arg.

Prima ergo via sumitur, prout scientia comparatur ad suum subiectum, de quo tractat. Dicemus. n. vt patuit ex primo nostro, quòd aliter assignandum est subiectum in hac scientia diuinitus inspirata, & aliter in quacunque scientia humanitus inuenta. Nam, vt dicebatur in argumēto, quia naturale est nobis, quòd nostra cognitio incipiat à sensu: ideo omnis scientia humanitus inuenta aliquo modo concernit sensibilia quantum ad suum subiectum. Nulla est. n, huiusmodi scientia, quæ non sit, vel de sensibilibus, vt naturalis Philosophia: vel de his, quæ sunt in sensibilibus, vt Mathematica: vel non habeat sensibilia, partem sui subiecti, vt Metaphysica, quæ est de toto ente sensibili, & intelligibili. Et iste est triplex modus essentialis Philosophiæ: Physicus, & Mathematicus, & Diuinus, vt declarari habet in Metaphy. quia hoc triplici modo sensibilia comparari possunt ad subiectum in scientia humanitus inuenta. Sed in hac scientia diuinitus reuelata: non sunt subiectū sensibilia: nec ea, quæ sunt in sensibilibus: nec habet sensibilia partem sui subiecti. Sed subiectum in hac scientia est ipse Deus: non secundum infinitum pelagus suæ substantiæ, sed secundum specialem rationem, prout. s. est Beatificator, & Glorificator noster, & qa subiectum est illud, de quo principaliter considerat scientia: si subiectum huius scientiæ non est quid sensibile: nec est in sensibilibus, nec habet sensibilia partem sui: consequens est, q̄ hæc non tractet de sensibilibus, nisi ex consequenti, quia non pertinent ad subiectum suum, & ad id, de quo considerat principaliter: omnes autem scientiæ humanitus inuentæ: aliquo modo considerant principaliter de sensibilibus, quia sensibilia sunt aliquid sui subiecti: sine quo suum subiectum esse non potest, quia vel sunt ipsum subiectum: vel fundamentum subiecti, vel pars subiecti. Cum ergo res non possit esse sine seipsa: nec sine suo fundamento: nec totum sine partibus suis: subiectum in alijs scientijs essentialem dependentiam habebit ad sensibilia, vt accipiamus essentialem dependentiam pro illo, sine quo esse non potest. quāquàm ergo aliæ scientiæ prius determinent de alijs sensibilibus, Theologia tamen, quæ principaliter considerat de Deo, & de sensibilibus solum ex consequenti, quia nec sunt

Ar. li 6. c 2.

Subiectum Theologiæ quid: idem supra pet. 1. & infra, artl. 1 vide Prol lib 1. q. 3. sub fine.

A subiectum: nec pars subiecti: primo determinabit de Deo, & ex consequenti, & secundario de creaturis. hoc. n, intendit tradere Theologia: quale sit istud obiectum nos beatificans, quia est Trinus, & Vnus: sine cuius aperta visione beatificari non possumus. Ideo Magister de hoc determinauit prius in primo libro, & de alijs, vt deseruiunt huic veritati, determinauit postea in libris alijs.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte ipsorum habentium, & addiscentium. Nā alind est Theologiam tradere per modum credulitatis, & aliud per modum scientiæ, & sapientiæ. Nam per modum credulitatis, vt proponūtur populo rudi simpliciter credenda: sic quilibet potest esse auditor huius scientiæ: secundum quem modū

B loquitur Augustinus, quòd sacra scriptura paruulis cōgruens: nullius generis rerum verba vitauit. Sed vt proponitur Theologia per modum scientiæ & sapientiæ, vt modo nobis possibili volumus intelligere: & per rationem capere, quę ibi traduntur: sic solum * perfecti debent esse auditores huiusmodi scientiæ; secundum quem modum loquitur Apostolus: Sapientiam aūt loquimur inter perfectos. Et exponit de qua sapientia loquatur.: cum subdit: Sapientiam vero nō huius sęculi, neque principum huius sęculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ absc̄dita est: sapientia enim Dei, quæ est Theologia, sic est absc̄dita, & raniæ est subtilitatis, & profunditatis, quòd debent esse multum perfecti in alijs scientijs volentes eam addiscere, vt est scientia, & sapientia: loquendo etiam

C eo modo, quo potest haberi ab homine in hac vita. Vode videmus, quòd illi sancti Doctores, qui profundius locuti sunt in sacra Theologia: prius fuerunt instructi, & perfecti in alijs scientijs. Sed secundum doctrinam traditam Metaphy. licet ex admirari incęperint Philosophi philosophari, & licet per effectus deueniamus in cognitionem causæ, nobis tamen perfectis oportet, quòd sit ordo cōtrarius ei, qui est à principio quæstionū. Imperfecti ergo ex effectu procedunt in causam: perfecti autem è conuerso, ex causa in effectum. Et quia perfectis debet proponi Theologia per modum scientiæ, & sapientiæ: Ideo talibus prius debet tradi doctrina de Deo nostro Glorificatore, & postea de creaturis, prout adminiculantur huic veritati.

Augu. 1. de trin. cap. 1. Tomo 3.

* theologię auditores.

2. Cor. 2.

Lib. 1. c. 2.

D Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte modi tractandi. Dicemus. n. quòd scientiæ humanitus inuentæ: sequuntur modum humanum. Ista autem diuinitus inspirata sequitur modum diuinum. modus autem humanus est, vt per intellectū primo feratur in creaturas, & in sensibilia, & postea per creaturas feratur in Deum, & per sensibilia in intelligibilia. Ideo scientia humana si eadem tractat de sensibilibus, & intelligibilibus, quia sequitur modum humanum: prius tractabit de sensibilibus, q̄ de intelligibilibus, vt patet in Metaphysica: vbi prius in 7. & 8. tractatur de substantia sensibili, quàm in 12. de intelligibili,

Vide resp. ad 1. arg. huius art.

&

& per consequens ibi prius tractatur de entibus causatis, quàm de Deo: Sed Theologia, quæ sequitur modum diuinum: cum Deos prius cognoscat se: & cognoscendo se, cognoscat alia: prius tractabit de Deo: & postea de alijs. non ꝙ in via per hanc scientiam videamus Deum per essentiam: & videndo Deum videamus alia: sed ideo hæc scientia sequitur in hoc modum diuinum: quia prius determinat de Deo: & postea de alijs: quia non determinat de alijs, vt ibi fistat: & ꝙ directè intendat cognitionem aliorum: sed solùm determinat de alijs: vt adminiculantur ad cognoscendam veritatem illam: quam intendit cognoscere de Deo: Ideo oportet, ꝙ de ipso primo determinet: cuius principaliter, & directè cognitionem intendit: & postea determinet de alijs: vt adminiculantes veritati, quam per se, & directè vult cognoscere. Sed scientiæ humanitus inuentæ etiam directè intendũt scire veritatem de ipsis creaturis, & per illas intendunt ad sublimiorem veritatem ascendere. Ideo non est mirum, si prius de sensibilibus agant:

Quarta, & vltima via ad hoc sumitur ex parte eorum, quibus innititur scientia. Nam ✻ scientia humana principalius innititur rationi: & ex cõsequẽti auctoritati. Vnde consueuimus dicere ✻ ꝙ locus ab auctoritate est valde debilis, & infirmus. Et in secundo Metaphysicæ t. c. t4. 15. tradit: ꝙ impedimentum est ad scientiam, credere testimonijs famosorum. Et Alexander in commentarijs suis de Aristotele dicit: ✻ Non credimus huic homini magis, quàm alijs, nisi, quia rationabilius locutus est. Si ergo non credimus Philosophis: nisi quateus rationabiliter locuti sunt: quia. 1. post. t. 5. Propter quod vnũ quodque, & illud magis: consequens est, vt rationi magis credamus: quàm ipsis Philosophis. In scientia ergo humanitus inuenta: ad nostrum propositum ostendẽdum: prius debemus rationem inquàm quid principalius adducere: & postea debemus nostrum dictum per auctoritatem Philosophicam confirmare.

Sed in Theologia se habet èconuerso: quia Auctoritas scripturæ sacræ est multo principalior, & validior, quàm sit quæcunque ratio: vel quæcunque perspicacitas ingenij humani. Iuxta illud, quod supra tetigimus de Augustino 2. super Gen. ad litterã ✻ Maior est quippe huius scripturæ auctoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas. Quia ergo rationes nostræ à sensibili oriuntur; scientia, quæ principaliter innititur auctoritati diuinæ, debet prius tractare de ipso Deo: cuius Auctoritati innititur: & postea tractare de alijs, vt adminiculantes veritati, quam intendit cognoscere. Nisi enim scitemus, qualis est ille, cuius auctoritati debemus inniti: quia habet intellectum infallibilem: & est gignens ex se verũ verbum: qui est verus Deus: & spirans spiritum sanctum: qui est diuinus amor: in quo omnia dona diuina liberaliter, & sine fallacia nobis communicantur: nesciremus, cui deberemus credere: & forte crederemus posse per ipsum decipi. Qui enim vult simpliciter principaliter diuinæ Auctoritati, & non vult principaliter inniti rationi: oportet, vt pro modo sibi possibili primò mente concipiat ipsum Deum. Quod autẽ Theologus primo auctoritati inniti debeat: & postea rationi, patet per Aug. dicentem: Primum secũdùm auctoritatem scripturarum sanctarũ, vtrũ ita se fides habeat, demonstrandum est: deinde si voluerit, & adiuuerit Deus, istis garrulis, vt inueniant aliquid, vnde dubitare non possint; persationem est resistendum. Aug. 1 de Trini. c. 2. to. 3.

Cum ergo quæritur vtrum ad Theologũ spectet determinare prius de Deo, quàm de creaturis: quem ordinem tenuit Magister in suis sententijs: patet, ꝙ sic, absolute loquẽdo, quia Theologia est scientia, vel Sapientia: quæ debet tractari inter perfectos. Sed in casu, vt si tradatur populo rudi: non est inconueniens, ꝙ prius manuducatur populus per aliqua sensibilia: sicut per creationem cœli, & terræ, & postea aliqua sibi tradantur de ipso Deo: vt ꝙ est vnus, ꝙ sit innumerabilis: ꝙ est omnipotens: ꝙ est trinus, & cætera alia, quæ de ipso verificantur.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ: ꝙ diuinus radius nõ illucescit nobis, nisi per sacra velamina: & per similitudines repertas in creaturis. Vnde & in primo sniarum, vbi agitur de ipso Deo multa adducuntur de similitudinibus creatorarũ: sic ẽt & Philosophus. 12. Mets phy. vbi agit de substantia intelligibili: multa adducit ad intelligentiã dictorum de substantia sensibili. & tamen libet ille duodecimus dicitur esse de substantia intelligibili: non obstante, ꝙ multa sint ibi tradita de substantia sensibili: sicut primus sentẽtiarũ est de Deo, nõ obstante, ꝙ multa sint ibi trdita de creaturis. Theologia ergo, vt est Scientia, & Sapientia, absolute loquẽdo, eo modo, quo potest, debet prius tractare de Deo: & postea de creaturis: Philosophia autẽ ècõuerso.

Ad secundùm dicendũ: ꝙ quia cognitio nostra incipit à sensu: Ideo scientia innitens modo nostro, & modo humano: deber à sensibilibus incipere. huiusmodi autẽ non est Theologia, quæ non innititur principaliter modo humano: nec humanæ intentioni: sed modo diuino, & diuinæ reuelationi. propter hoc debet prius de Deo tractare, vt in solutione principali est diffusius declaratum.

Ad tertium patet solutio per iam dicta, quia cum Plato traderet scientiam humanam, & humanitus inuentam, vere increpandus erat, quia noluit modo humano incedere. Theologia autẽ non est humanitus inuenta, & quantum spectat ad propositam quæstionem, absolute loquendo Theologia, vt est scientia, vel sapientia, in hoc sequitur modum diuinum, propter quod prius spectat ad ipsam tractare de Deo, & postea de creaturis.

Ad quartum patet solutio per iã dicta, quia Moyses loquebatur populo grosso, & rudi, ideo incepit à quibusdam sensibilibus, vt à creatione cœli, & terræ, vt per illa sensibilia manuduceret populum

* Scientia humana innititur rationi. * Locus ab auctoritate est infirmus.

* Aristoteles cur magis quã rationibus Philos. fides adhibenda sit cæteris com.

Theologia innititur auctoritati.

In Prol. sub finem. * Auctoritas scripturæ sacræ quanta sit.

Notandũ.

pulum ad credendum: ꝙ nō erant veri Dij, idola, quæ colebantur, sed erat vnus verus Deus, & omnipotens.

ARTIC. III.

An alia scientiæ, creaturas considerantes, sint superfluæ. Conclusio est negatiua.

AEgidius 1. Sent. Prol. q. 2. art. 3. & q. 3. Hen. 1. p. summæ art. 6. q. 2. 3. art. 7. q. 8. art. 1 3. q. 2. D. Tho. 1. p. q. 1. art. 1. 3. 5. & 6.

AD tertium sic proceditur: videtur, ꝙ cæteræ sciētiæ superfluāt. B Nam Theologia, vt patuit, determinat de Creatore, & de creaturis: sed quicquid est, vel est Creator, vel creatura: igitur Theologia determinat de omnibus entibus. superfluū ergo, & vanum est adiscere aliss sciētias.

Præterea de eisdem non possumus habere cognitionē perfectam, & imperfectam, vt si habemus demonstrationem de aliquo: impossibile est de illo habere opinionem, vt probat Philosophus: sed Theologia est perfectior scientia, quàm aliæ scientiæ. per eā ergo modo nobis possibili in via habemus de rebus cognitionem perfectam. superfluunt ergo aliæ scientiæ, dātes cognitionem imperfectam: immo sciētibus Theologiam, non solum aliæ scientiæ non sunt necessariæ, sed videtur ꝙ non possint simul stare cum ipsa. Nam adueniente cognitione perfecta, cessat, & non est necessaria imperfecta.

Arist. lib. 1. Post. t. 44. vsque ad fi. libri.

Præterea: Duobus modis cognoscitur Deus, per scripturam, & creaturam, quæ vtraq; nobis ad hoc proponitur intuenda, vt ipse q̄rat, ipse diligatur, qui & illam inspirauit, & istam creauit. Si ergo non propter aliud est habēda cognitio de creatura, nisi vt Deus quæratur, & diligatur, cum hoc potissime fiat per Theologiam, videtur, ꝙ aliæ scientiæ superfluant.

Aug. 2. de Trin cap 1. to. 8.

IN CONTRARIVM est, ꝙ cū sit dña, nō propter hoc superfluunt ancillæ: immo necessariæ sunt ad obsequium dominę: & quia Theologia est quasi domina, aliæ scientiæ sunt, quasi ancillæ, quibus vtitur in obsequium suum ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. i. ad defensionem cōtra garrulos. non ergo superfluunt aliæ scientię, immo sunt necessariæ.

RESOLVTIO.

Aliæ scientiæ considerantes creaturas alia ratione, alioque fine, quàm Theologia, cui ipsæ ancillantur, & ad hanc ordinantur, non sunt superfluæ.

RESPONDEO dicēdū, ꝙ triplici via inuestigare possumus, ꝙ quantuncunque Theologia tractet de Creatore, & de creaturis, non propter hoc superfluunt aliæ scientię. Prima via sumitur, si consideretur id, de quo principaliter est Theologia, vel ꝙ idem est, si cōsideretur Theologiæ subiectum. Secunda sumitur si consideretur subiectum aliarum scientiarum. Tertia vero si consideretur finis vtriusque tam Theologiæ, quàm aliarum scientiarum. A

Subiectum Theologiæ; idemque in pri. artic. 3. & 2. & vide in Prol 1 lit. q. 2. sub finem.

Prima via sic patet: nā, vt diximus, Theologia habet Deum pro subiecto, non absolute secundùm infinitatē pelagi suæ substātiæ, sed secūdùm specialem rationē, vt. s. est Beatificator nostet: ex hoc ergo restringitur cōsideratio Theologica, vt non possit considerare, per se loquendo, de omnibus, de quibus cōsideraut omnes aliæ scieotiæ, sed solū de illis consideret, per quæ ad beatitudinem manuducimur. Et quia scientia non superfluit, cum potest considerare aliqua, quæ non pōt alia scientia: ideo non superfluunt scientiæ Philosophicæ, quia possunt multa cōsiderare, quæ non spectant ad Theologiam. Hoc est ergo, quod dicit August. Non vtique quicq̄d ab homine sciri pōt in rebus humanis, vbi plurimum superuacuæ vanitatis, & noxię curiositatis est; huic sciētiæ est tribuendum, sed illud tātummodo, quo fides saluberrima, quæ ad verā beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur.

Lib. 14. de Trin. cap 1. to. 1.

Considerat. u. Theologia de Deo, sed non cōsiderat de eo secundùm omnem rationem, secūdum quam considerari potest, vt non considerat de ipso secundùm, quòd habere angulū extrinsecum est causa, quare trīgulus habeat tres, nisi in generali, quia considerat Deum esse causam omnium. Nam hoc ad beatitudinem nostrā spectat, vt ille sit Beatificator noster, qui est omnium conditor, & omnium entiū causa. In speciali tamen non spectat ad Theologum considerare de omnibus effectibus Dei, nec spectat ad ipsum considerare quicquid potest sciri in rebus humanis, & in effectibus Dei, vbi quantum ad beatitudinē nostram, à Philosophis multa sunt curiosè, & superstitiosè tractata. Sed solum illa debet in talibus Theologus animaduertere, per quæ manuducitur ad beatitudinem: vel quod idem est, per quæ fides, quæ ad beatitudinē ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Ex hoc ergo apparet, qūo Theologia cōsiderans de Deo nostro Glorificatore: considerat de ipso, vt est aliquid in se, videlicet, vt est in eo essentiæ vnitas, trinitas personarum, & pluralitas, vel & infinitas attributorum, siue perfectionum, secundùm quæ tria distinctus est totus primus sententiarum, vbi de Deo agitur in se, quia sine fide Trinitatis non possumus salutem consequi: nec potest esse finale bonum nostrum, nisi illud, qđ est quid perfectissimum, in quo referuātur omnes perfectiones, quia solus ipse potest satiare appetitum nostrum. Nam animam tanti boni capacem, nullum minus bonum satiare potest. quicquid ergo determinat Scriptura sacra: totū referendum est ad Deum Glorificatorem, & solū sub ratione illa pertinet determinare ad Scri- B C D

Primus lib. sent. circa quæ versatur.

pturam

ptuā sacram. Propter quod aliæ scientiæ nō superfluunt: intelligendo scientiam non superfluere, quæcunque potest aliquid determinare, quod ad aliam scientiā determinare non spectat.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte subiecti aliarum scientiarum. Nam nulla scientia humanitus inuenta habet ꝓ subiecto ipsum Deū. Sed quælibet talis scientia habet ens creatum, tanquàm subiectum, vel saltem tanquàm partem subiecti. Quælibet ergo alia scientia de creaturis considerat principaliter: quia & subiectum, & partes subiecti sunt per se, & principaliter de consideratione scientiæ, licet inter ipsas considerationes principales sint gradus. quia subiectum est magis de principali consideratione, quàm partes, & pars illa, in qua magis reseruatur ratio subiecti, est magis de principali consideratione, quàm alia: vt substātia, in qua magis reseruatur ratio entis, est magis de principali consideratione Metaphysici, quàm accidēs.

Tex c. 1. Propter quod & 12. Metaphys. sic incipit: De substātia quidem Theoria. i. principalis speculatio est. Nam substantiarum principia, & causæ quæruntur in hac scientia. s. primum, & principaliter. Sic ergo incipit ille duodecimus, ac si

Lib 4 Met. Tex. 1. c. 1. Metaphysica omnino principaliter intenderet de substātia. Intendit. n. Metaphysica principaliter de ente, & intendit principalius de substātia, quàm de alijs entibus, quia principalius reseruatur in ea ratio entis. quia quod est per se, est vehemētius, & magis, quàm quod est per aliud. Vnde scientia considerans de aliquo per se, potest multa considerare de illo, quæ non potest scientia considerans de ipso nisi per aliud, & ex consequenti, vt Geometra, qui considerat de linea secundum se: quia, vt dictum est, scientia considerat per se & de subiecto, & de partibus subiecti: potest multa considerare de ea, quæ non potest Perspectiuus, qui considerat de linea non secundum se, & simpliciter, sed vt est visualis. Dicimus autem quòd scientia considerat de subiecto & de partibus subiecti per se, non tamen eodem modo: quia de subiecto considerat per se, & primo, de partibus autem subiecti per se, sed non primo. Si ergo quod est per se, est magis, quàm quod est per aliud, & scientia cōsiderans de aliquo per se, potest multa considerare de illo, quæ non potest scientia considerās per aliud; scientiæ humanæ quæ considerant de rebus creatis per se, poterunt multa considerare de eis, quæ non pertinebunt ad Theologiam, quæ considerat de talibus solum per aliud, vt adminiculentur ad beatitudinem nostram, quæ est ipse Deus immediatè per seipsum nos glorificans, ad quod consequendum, & habendum, adminiculatur nobis cognitio, quam habemus de ipso per creaturas.

Tertia via ad hoc idem sumitur, prout considerātur finis tam Theologiæ, quàm aliarū scientiarum. Nam sicut est in artibus, sic est in doctrinis. Nam quando finis vnius artis ordinatur ad finem alterius: tunc ars considerans excellentio-

A rē finē: accipit ab arte alia, tanq̄ ab ancillante, & seruiēte, vt militaris accipit à frēnisactiua, q̄a frēnisactiua ordinat ad militarē. Multa ergo considerat de freno frēnisactiua, quæ non considerat militaris. Non enim oportet, quòd miles adiscēs artem militandi: adiscat facere frēna, sed sufficit, quòd de freno habeat quandam cognitionem generalem, cuius conditiones speciales considerat magis frēnifactor, quia ergo cognitio, quam habet de Deo Theologus: est multo altior, quàm cognitio habita in quacunque Philosophia: consequens est, ꝙ omnes Philosophię ancillentur huic scientiæ, & ꝙ ista possit accipere ab alijs tanquàm à seruientibus, & ancillantibus. Hæc ergo scientia omnes scientias alias tanquàm ancillas vocat ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. i. ad defendēdam fidē, vel mittit Theologia alias scientias tanquàm B ancillas suas, vt vocent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. i. vtitur eis ad fidei defensionem. quia ergo sic est, & quia Theologus vtitur omnibus alijs scientijs, & accipit ab omnibus eis non tanquàm subalternata à subalternāte, vt sicut Perspectiuꝰ à Geometra: sed tanquàm Dominus à seruientibus. Ideo de his, quæ accipit, multa possunt considerare scientiæ, à quibus accipit: de quibus per se considerare non spectat ad Theologū, vt si accipit aliqua à naturali Philosopho pertinētia ad corpus mobile: consequens est, vt naturalis Philosophus, qui per se considerat de corpore mobili, consideret multa pertinētia ad huiusmodi corpora: de quibus considerare per se ad Theologū non spectabit. Dicimus autem per se, quia propter adiscētes multoties * Doctores Theologorū C suos transgrediuntur limites declarantes in suis libris, quæ declarantur in alijs scientijs, quæ deberent accipere, & supponere, quod non dicimus malum esse. Si enim Perspectiuus vellet propositionem altquam perspectiuicam declarare ignoranti Geometriam: posset propter adiscentem declarationes geometricas assumere. Sic & Theologus: licèt non subalternetur scientijs alijs: tamen quia accipit ab eis, tanquàm à subancillantibus: potest multas declarationes facere, & assumere: quę in alijs scientijs pertractantur. Si enim esset adiscentes perfecti, scientes cæteras scientias, vt expediret; sufficeret ꝓpositiones assumere absq; declarationibus alijs. nunc autem oportet multa pertractare propter imperfectionem auditorū. Sic ergo excedere limites: est in limitibus permanere: propter bonum publicum, quod inde coosurgit. D

Potest autem esse alia ratio: quare Theologi pertractant, quę deberent aliæ scientiæ pertractare, & non simpliciter propositiones assumunt, tāquàm notas, & manifestas in scientijs alijs, sed eas declarant, & pertractant. quia non solum potest contingere, ꝙ hoc sit necessarium ex imperfectione audientium Theologiam, sed ex imperfectione tradentium Philosophiam, vt quia Philosophi in multis ad Philosophiam pertinentibus erranerunt, & multa ad Philosophiam pertinentia obmiserūt: possunt Theologi multa phi-

Theologiæ dignitas.

* Theologi cur tractēt, quæ tractantur in alijs scientijs.

Theologia ꝙo accipiat ab alijs scientijs.

losophica pertractare corrigendo errorem Philosophorum, & supplendo eorum defectum. Sed si auditores Theologiæ sufficientes essent, & Philosophi sufficiẽter scẽtiã Philosophiæ tradidissent, vbi desineret Philosophus: ibi inciperet Theologus, & quantum ad declarata in Philosophia, non oporteret declarationes iterare, sed solũ propositiones declaratas assumere.

Resolutio dicti superioris.

Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, ꝙ quia Theologus accipit ab alijs scientijs tanq̃ a subancillantibus, multa possunt cõsiderare scientiæ aliæ in his, quæ accipit ab eis Theologus: de quibus per se, & directè tractare ad Theologum non spectat: propter quod patens est, ꝙ aliæ scientiæ non superfluunt.

Posset autem ad hoc adduci, & quarta ratio ex parte modi considerandi. Nam etsi de eisdem aliquibus cõsideret Theologus, & Philosophus: hoc non est sub eadem ratione. Sed Theologus cõsiderabit de illis, vt adminiculantur ad supernaturalem beatitudinem nostram: propter quod cum Theologus considerat de creaturis: magis considerat de Creatore nostro Beatificatore, vt innotescit nobis per huiusmodi creaturas, quàm consideret de creaturis ipsis. Nam & si in hoc secundo, vbi agitur de creaturis, deberet assignari

Huius libri subiectum.

subiectum: magis esset huiusmodi subiectũ Deus creaturarum conditor, quàm creaturæ conditæ. Philosophus autem si considerat de aliquibus, de quibus considerat Theologus: hoc non est immediatè ad hunc finem, vt anima possit consequi suam beatitudinem supernaturalem, quia tunc ageret Philosophia vltra suã speciem; sed vt possit conseqni suas perfectiones naturales, quæ pñt ex puris naturalibus acquiri. non ergo superfluũt aliæ scientię considerantes de aliquibus: de qnibus considerant Theologi, quia hoc est sub alia

Materia prima alio modo considerat à Physico. & Metaph. Com. 1. 1.

ratione: sicut non est superfluum in naturali Philosophia considerare de materia, de qua considerat & Metaphysicus, qnia hoc erit sub alia ratione, vt tradit Commentator. 12. Meta. quia Metaphysicus considerabit de materia, vt est quoddã ens: licèt valde modo exili: cum secundum puram potentiam participet rationem entis: consideratio autem naturalis non erit superflua, quia erit sub ratione alia. Sprout est subiecta transmutationi, & motui.

Resp. ad arg. Ad primũ dicendũ, ꝙ aliæ scientiæ nõ superfluunt, quia etsi Theologia cõsideret de Creatore, & de creaturis, vt patet per iã dicta: possunt tñ aliæ scientię multa cõsiderare de creaturis: de quibus per se, & directè non spectat considerare ad Theologum. In illis etiam, in quibus communicant Philosophus, & Theologus: non superfluit Philosophia, qnia considerat ea sub alia ratione, qnàm Theologus.

Theologia perfectior Philosophia, & quomodo.

Ad secundum dicendum, quòd Theologia est perfectior quantum ad finalem cõsiderationem, & quantum ad adhęsionem, sed non oportet, ꝙ in omnibus sit perfectior, qnantum ad speculationem, quàm sint aliæ scientiæ. vnde id, quod intẽdit Theologia, est multo altius, quàm id, quod A immediatè intendit Philosophus: & his, quæ dicũtur directè, & per se in Theologia, magis adhęret Theologus, quàm his, quæ dicuntur per se, & directè in Philosophia. nõ enim sic subirent martyrium Geometræ propter hoc, quòd Triãgulus habet tres angulos, sicut subijciebant se martyrio Sancti in primitiua Ecclesia: propter hoc, qnòd Deus est Trinus, & Vnus. Quantum antẽ ad speculationem, multæ veritates in Philosophia declaratæ sunt magis nostro intellectui clariores, quàm multæ veritates traditæ in sacra scriptura. Propter ergo talem cognitionem perfectam: cuiusmodi est cognitio Theologica: non oportet, ꝙ cesset cognitio philosophica. non. n. se habet cognitio Theologica ad Philosophicũ: sicut cognitio patriæ de Deo, quæ erit per visionem apertã, ad cognitionem viæ, quæ est per fidem, & nõ per B speciem, qua adueniente, cessabit ista: nec se habet sicut demonstratio ad opinionem: de qua dicit Philosophus, quòd simul cum opinione sta re non potest, quia tam cognitio patriæ, respectu cognitionis vię, qnàm demonstratio respectu opinionis, cernnt clarè, quæ ista cernunt obscurè. Theologia vero non oportet, ꝙ sit sic perfectior, quantum ad cernere, & speculari, quàm Philosophia.

Arist. 1. post. t. 44.

Ad tertium dicendum, quòd creatura ad hoc nobis proponitur finaliter, vt Deus quæratur, & diligatur: Philosophi tamen non semper in suis scientijs intendebant hunc finem immediatè, sed vt ipsa creatura cognosceretur. Augustinus ergo loquitur modo theologico, quia in sacra pagina, & in Theologia semper intenditur hic finis, vt C Deus quæratur, & diligatur, qnia Plenitudo, & finis totius legis sacræ, est dilectio. ergo quia Philosophi in suis scientijs, vt plurimum, intẽdebãt hunc finem, vt ipsa creatura cognosceretur; poterant multa de creaturis tractare, quę ad Theologum non spectant. non ergo superfluit Philosophia, vt est per habita manifestum.

Ad Rom. 13.

QVÆSTIO II.

De Principijs rerum conditarum.

POSTQVAM dubitauimus de creaturis conditis secundum ordinem præfixatum; Restat dubitare de principijs rerum conditarũ. D Circa quod sex dubitabimus. Primò quidem: vtrum sola materia sufficiat ad aliquatum rerum productionem. Secundò dato, ꝙ præter materiam oporteat ponere causam agentem: dubitabitur, vtrum principium materiale, & actiuum sic se habeant, quòd vnum non reducatur in aliud, sed sint duo principia simpliciter prima in se inuicem non reducta. Tertiò dato, ꝙ principium materiale oporteat reducere in causam agentem: dubitabitur vtrum sit dare plura principia agentia prima: quorum vnum non reducatur in aliud: nec aliud in tertium. Quartò dato,

dato, ꝙ sit dare solum vnum principium primũ; dubitabit, vtrũ hmiusmodi principiũ possit creare, vel aliquid ex nihilo facere. Quintò vtrum in opere creationis possint alia agentia cooperari Deo, vel, quod idem est: vtrum poterit alijs agentibus conferri potẽtia creandi. Sextò, & vltimo: dato ꝙ alia agentia non cooperẽtur: nec cooperari possint Deo in opere creationis: dubitabitur, vtrum cooperentur ei in alijs operibus: vel, quòd idem est, vtrum alia agentia aliquid agant.

ARTIC. I.

An sola materia sufficiat ad productionem rerum naturalium. Conclusio est negatiua.

D. Thom. 1. Summæ. q. 44. ar. 1. Et huic art. deseruiunt rationes Arist. in 2. de gen. t. 53. 54. & 55. probantes materiam non posse mouere se ipsam ad generationem. Alex. de Ales. 2. par. q. 1. art. 1. 2. & 3.

AD primum sic proceditur: Videtur, ꝙ sola materia possit sufficere, vel sufficiat ad productionem rerum naturalium, quia secundum Philosophum. Si domus esset eorũ, quę natura fiũt, sic vtique facta esset: sicut nunc ab arte, & quod dictum est de domo: verum est de alijs rebus, vt si naui factiua esset in ligno: ita faceret nauem, sicut & ars, moueret ergo seipsum lignum, si haberet in se nauifactiuam, vt fieret inde nauis: sicut nũc mouetur ab arte. non ergo videtur differentia inter naturam, & artem, nisi, quia artificialia secundum ꝙ huiusmodi nõ habent in se principiũ motus, & quietis: naturalia autem habent. Si ergo naturalia secũdũ ꝙ huiusmodi habẽt in se principium motus, & quietis: seipsa mouebunt. non ergo oportet ponere aliam causam agentem.

2. Phys. t. c. 72. 86.

Prætereà si aqua calefiat: à seipsa redibit frigida: absque aliquo alio agente extrinseco, sed qua ratione subiectum est mouens, & motum, & seipsum mouet ad formam accidẽtalem: poterit materia esse mouens, & mota, & poterit se mouere ad formam substantialem.

Idem in q. 3. q. 3.

Prætereà videmus multa fieri à sibi non simili: sicut ea, quæ generantur ex putrefactione, vt ex carnibus equinis generantur scarabones: ex bouinis apes. talia autem cum non fiant à sibi simili: non habebunt aliam causam agentem, sed ipsa materia mouebit se ad productionem ipsorum.

Ar. 7. Phys. t. 1.

IN CONTRARIVM est, quia omne, quod mouetur, ab alio mouetur: prẽter ergo causam materialem, oportet ponere causam agentem, cum materia non possit seipsam mouere.

A

RESOLVTIO.

Materia, cum sit in potentia tantum: nihilq; agat nisi quod est in actu: cumq; actus simpliciter præcedat materiam: ad productionem rerum naturalium opus est agente.

RESPONDEO dicendum, ꝙ triplici via ostendere possumus, quòd sola materia non sufficiat ad productionem rerum, sed oportet dare causam agentem: Philosophi enim antiqui naturales aliqui solam causam materialem cognouerunt: qua posita, credidetunt sufficienter reddere rationem de naturalibus rebus, vt patet per Philosophum in secundo de generatione. Sed hac hypothesi stante: sequitur idem esse, & non esse, vel sequitur, ꝙ idem sit in actu, & nõ in actu,

B

& ꝙ sit in potentia, & non in potentia. Secundo hoc posito: sequit̃ ꝙ potẽtia simpliciter sit ptior actu. Sequitur & tertio, ꝙ nulla sit generatio, nec corruptio in rebus, quæ omnia sunt in conuenientia.

Primum inconueniens sic patet: Intelligimus enim hic per materiam aliquid, quod de se nullũ actum habet, sed est potentia tantum, per Philosophum, qui vult, ꝙ in fundamento naturæ. i. in materia: nihil sit distinctum: neque quantũ: neque quale: materia enim de se nullam habet actualitatem, nullam distinctionem, sed est in potentia ad actum. Hoc etiam patet per Aug. dicẽtem: Hyle namq; Græci, cum de natura differerent, materiam quandam rerum esse diffiniunt: nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, quę quidem corporum mutabilitate cognoscitur. Nam per seipsam nec sentiri, nec intelligi potest. tripliciter ergo describit hic Augustinus materiam, videlicet, quòd est sola potentia capax formarum, ꝙ per mutabilitatem corporalium formarum cognoscitur, & quòd per se nec intelligi, nec sentiri potest: quę cum Philosophorum dictis concordant. Nam secundum Commẽtatorẽ in De substantia orbis: essentiale est materiæ esse in potentia. est ergo materia ipsa potentia pura. Et secundum eundẽ ibidem: Trasmutatio fecit scire materiam: ergo materia mutabilitate formarũ corporalium cognoscitur. Et Philosophus vult, ꝙ materia non cognoscatur, nisi per analogiam ad formam. per se ergo nec sentiri, nec intelligi potest. Ex quibus omnibus sequitur, ꝙ materia dn

C

D

se nec esse, nec aliquem actum importat, quia si diceret de se aliqnod esse, vel aliquem actum: nõ esset potentia pura, & posset per se intelligi, vel cognosci. dicere ergo materiam esse principium actiuum: est dicere opposita: videlicet, ꝙ aliquid habeat esse, & non esse, ꝙ sit in potentia, & non in potentia, ꝙ sit in actu, & non in actu. Nã omne, quod agit, agit vt est in actu, & vt habet esse. Si ergo materia posset de se agere cum ratione, qua materia non habeat esse: esset in potentia, & non esset in actu: ratione vero, qua ageret secundum ꝙ huiusmodi: haberet esse, & non esset

Lib. 10. Metaph. t. c. 17. & lib. 7. t. c. 8.

Contra Faustum. To. 6.

Ar. 1. Phys. t. c. 69.

in

Potētia qđo præcedat actū, & ēcontra.

in potentia puta, sed in actu. Idem ergo haberet esse, & non esse: esset in actu, & nō in actu: esset in potentia, & non in potentia, quæ stare non possunt.

9. Metaph. tex. c. 19. & sparsim.

Secundom inconueniens sic patet: Nam secundum Philosophum: in eodem generabili, & corruptibili potentia præcedit actum, vt hic homo prius fuit in potentia, quàm in actu: simpliciter tamen actus præcedit potentiam, quia si hoc non esset, entia possent esse, sed non essent. Nam si esset potentia, & eam non præcederet aliquis actus: nihil esset, quod posset illam potētiam reducere ad actum: possent ergo entia esse, ex quo ponitur potentia esse, sed non essent, quia nullus esset actus, qui faceret ea esse. Vel possemus dicere, ꝙ hoc posito: entia non essent, nec possent esse, quia si aliquid potest esse propter potentiam passiuā materiæ, vt quia materia potest transmutari: consequens est, quòd sit aliqua potē tia actiua respondens illi potentiæ passiuæ, quæ possit transmutare, quia nisi esset agens, quod posset trāsmutare, nunq̄ materia posset trāsmotari. Si ergo actus simpliciter non præcederet potentiam: entia nec possent esse, nec essent. Ipsom ergo esse retū nos docet, ꝙ actus simpliciter præcedit potentia, sed si potentia posset facere seipsam in actu, quod oportet dicere secundum ponentes solum materiale principium: non oporteret dare actum simpliciter præcedentem potētiam, sed potentia simpliciter præcederet actum. esset ergo causa imperfectior, quàm effectus: cū effectus esset in actu, & causa esset potentia tātū, quod est inconueniēs. Semper enim agens est præstantius patiente, & causa efficiens est præstātior, & magis in actu, quàm id, in quod agit.

Agens semper præstantius patiēte.

Tertiom autem inconueniens de leui patet. Nam si materia posset seipsam mouere ad actum; materia esset quid in actu, quia nihil agit, nisi quod est in actu. Si autem materia esset qd in actu: nulla esset generatio, nec corruptio, qa in alteratione subiectum est quid in actu: in generatione, & corruptione per se loquendo subiectum est in potentia tantum: idem dicitur in 1. de generatione, quòd Hyle. i. potentia tantum: est maximè subiectum susceptibile generationis, & corruptionis. Dicimus autem per se, quia vtrum per accidens possit habere aliquem actum materia, quando suscipit formam substantialem, vt quia fortè habet dimensiones interminatas, declarate non est præsentis speculationis. Sed de hoc infra quæremos.

1. 1. de Gē. t. 6. 34.

Parte 2. huius dist.

Aduertendum autem, quòd Philosophus: increpat antiquos Philosophos: hanc eamdē qōnē mouet, & adducit triplicem rationem: qoare materia seipsam mouere nō possit ad generationem. Vna ratio est, proout materia considerata se condum se. Alia prout comparatur ad potentiā actiuā. Tertia prout comparatur ad agens instrumentale.

Lib. 2. de Gē. t. 13. 54. 51.

Prima ergo ratio respicit ipsam materiam secundum se, quia, vt ait: sic conuenit sibi mouēri, & pati: nō autem mouere, & agere. Posset autem sic formari ratio: Illud, quod secundum se solum habet, quòd transmutetur, & patiatur, non autem ꝙ transmutet, & agat: nō potest seipsum facere in actu, nec sufficit ad generationē terum, sed oportet præter hoc ponere causam agentem, & transmutantem: huiusmodi autem est materia, ergo &c.

Tex. c. 52.

Secunda autē ratio Philosophi sumitur, put materia comparatur ad potentiam actiuam. nā si materia haberet in se potentiam actiuam: sic in materia ignis est calor, qui est potentia actiua ignis; materia per huiusmodi potentiam actiuā posset agere in aliud, sed non in se. vnde & ibidem dicitur: Ignis non videtur pati nisi motus. s. ab alio. Arguatur ergo sic: Ignis cum potentia actiua, quam habet in se, nō potest seipsum mouere ad generationem: ergo multo magis ipsa materia secundum se accepta sine tali potentia, si ponerentur nuda existere, non posset seipsam mouere ad aliquid. præter ergo causam materialem, oportet ponere causam agentem.

Tex. c. 54.

Tertia aut ratio sumitur prout materia comparatur ad agens instrumentale. Nam agens instromentale nihil potest agere sine agente principali, vt serra nihil secare potest sine secante, sic ignis, & alia elementa, quia in agendo sunt organa supercælestium corporum. ergo nihil possunt agere nisi in virtute cæli. Arguatur ergo sic: Materia est magis in potentia, & minus potens ad agendum: quàm aliquod agens instrumentale, sed huiusmodi agens nō pōt aliqd facere per se ipsum sine agente principali, ergo nec materia poterit per se ipsam facere se in actu, sed oportebit ponere causam agentem.

Tex. c. 55.

Animal quo modo se mouet.

Rasp. ad arg. Ad primum dicendum, quòd si nauifactiua esset in ligno, lignum moueret seipsum ad factionem nauis: sicut, quia in planta est virtus pullulatiua: mouet seipsam planta ad prodoctionem foliorum, & fructuum, sed esse tale est diuisibile in talia duo: quorum vnum est per se mouens, & aliud per se motum. plāta enim nutrit seipsam, & augmentat seipsam, sicut animal mouet seipsum localiter, quia est diuisibile in animā: quæ se habet, vt mouens, & corpus quod se habet vt motum, sic quodlibet animatum est diuisibile in nutriens, & in nutritum, in augmentans, & augmentatum: sed ex hoc non habetur, quòd illud, quod est in potentia secūdum ꝙ huiusmodi, so faciat in actu, nec quòd aliquid moueat seipsum per se. Anima. u. plantæ per virtutem nutritiuā trahit homorem ad se, & conuertit ipsum in * materiam plantæ, & ex hoc corpus plātæ nutritur. Sic & per virtutem augmentatiuam conuertendo alimentum: augmētat corpus, in quo est. corpus ergo plantæ se habet, vt nutritum, & augmentatum: anima autem per virtutem nutritiuam, & augmentatiuā, se habet, vt nutriēs, & augmentans. Et si volumus, possumus dicere, quòd prout est ibi actio, & passio, non ibi agit p se aliquid in seipsum, sed anima plantæ per potentiam nutritiuam, & augmentatiuam agit in humorem.

* Alias: Nutrimentum. Augmentatio qđo fiat.

humorem. vnde planta nutritur, & augmentatur. Sic & in propoſito, ſi nauiſactiua eſſet in ligno, eſſet aliqua pars ligni, vbi eſſet virtus actiua, quæ ſe haberet, quaſi ſemen maris, & ageret, & in aliam partem ligni, & faceret inde nauem, q̃ ſe haberet, vt menſtruũ fœminæ. videmus. n. per ſimile in grano frumenti, quòd in cuſpide magis reſeruat virtus actiua, & ſe habet quaſi ſemen maris: medium autem ipſius grani ſa habet quaſi menſtruum: vnde cũ humore attracto fit germinatio. vnde dicitur, quòd formicę, naturali inſtinctu, à quolibet grano frumẽti cuſpidem ex vtraque parte grani amputant, vt granum illod non germinet. Habent ergo naturalia in ſe principium motus, & quietis. Sed nihil per ſe ipſum mouet ſe, nec ſeipsũ facit in actu: Dato tamen, quòd aliquid ſeipſum moueret: non propter hoc haberetur, quòd materia ſeipſam faceret in actu, quia materia dicit potentiã puram: cui agere non poteſt competere.

Ad ſecundum dicendum, quòd aqua calefacta redit frigida, & mouet ſeipſam ad frigiditatem per accidens, ſicut graue mouet ſeipſum deorſum per accidẽs: * Grane enim quantum eſt de ſe eſt deorſum ſemper. Si autem non eſt deorſum, hoc eſt per accidens, quia aliquid ipſum prohibet. A generante ergo mouetur graue deorſum, qui dedit ei tale naturam, cui quãtum eſt de ſe ſemper competit eſſe deorſum: à ſeipſo autem mouetur graue per accidens deorſum: removendo prohibens & ſcindendo medium. ſic quòd in aqua ſinat frigiditas, & quòd à materia ſubiecta forma fluant accidentia, hoc eſt à generante, qui dedit talem formam, quam ſequuntur talia accidentia. Quantuncunque ergo aqua ſit calefacta, ex quo remanet ibi natura aquæ, remoto igne calefaciente, incipiet fluere à natura aquæ frigiditas, quia eſt proprium accidens eius. qua fluente remittetur caliditas, donec aqua ſit totaliter frigida. Reducemus ergo bonc motum in generans, & in dantem formã, quòd in cauſam principalẽ, & per ſe. aqua enim non eſt in potentia eſſentialiter, vt fiat frigida, ſed in potentia accidentali, quia quantum eſt de ſe, ſemper eſt frigida.

Ad tertium dicendum, ꝙ ea, quæ fiunt ex putrefactione, ſunt imperfecta: ideo ad generationẽ talium ſufficit cęlum, & elementa circũferentia, & materia putrefactibilis. * Animalia autẽ perfecta vltra hoc requirunt ſimilem in ſpecie, quia ad generationem hominis, vel equi non ſufficit Sol, & Materia, ſed requiritur homo, & equus. Ideo dicit. 2. Phyſ. t. 26. Homo generat hominẽ ex materia, & ſole: non tamen propter hoc ad ea, quę generantur ex putrefactione, materia mouet ſeipſam, ſed cęlum, & elementa circunſtãtia putrefaciunt materiam, & in alia, & alia materia inducitur alia, & alia putrefactio. Ideo ex alia, & alia putrefactione inducta generatur aliud, & aliud animal. Ideo vult Cõmentator. 12. Metaph. Comm. t 3. 18. & 60. ꝙ putrefactio in talibus ſe habet ſicut ſemen in animalibus generabilibus.

Virtus actiua in grano frumenti & vide hunc Doct. quod. 2. 949.

Formicæ inſtinctus.

* Grane à quo moueatur deorſũ.

CONTRADICTIO.

*Huic loco ſimile legitur in 1. quoll. q 8. Sed oppoſitũ videtur eſſe libr. 1. poſt. t c. 17. vbi ait: Ex mortuo fit aliter viuum: & ex boue mortuo fit natu habiles boues viuos. Qũ videl. alludere ad opinionem Anaxarchæ. 7. Metaph. decennio: Animal perfectum. si homo produceret per putrefactione, ſicut rana. Sed contradictiõis umbra fugatur, ſi dictũ Aegidii Pol. ſic intelligatur: Ex boue mortuo i. ex materia, quæ tendere poteſt ſub eadem forma bouis, ſub qua prius erat, poteſt fieri bos viuus, non idẽ numero, ſed ſpecie. Quæ n. corrumpũtur, teſte Ar. 2. de gene. non redeunt eadẽ numero. Ai ſupra naturaliter homo idẽ numero, nedũ ſpecie, reſurget, vt in Iob c. 19. loquens de reſurrect. Quẽ ſi. Deum videbo ſum ego ipſe. 1. anima, & eoipore: & nõ alius. 1. eędem numero. Auer. 8. met. t.

A

ARTIC. II.

An materia ſit effectus alicuius agentis. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Thom. 1. Summæ. q. 44. art. 1. Et opuſc. 3. c. 69. 98. & 329. 230. Alex. de Ales. 1. par. q. 1. ar. 1. 2. & 3.

SECVNDO quæritur, dato ꝙ præter materiam oporteat ponere cauſam agentem: vtrum materia ſit effectus alicuius agentis. Et videtur quòd non, quia nullum agens agit, quod repugnat effectui: ſed repugnat materiæ, ꝙ fiat, vel ꝙ corrumpatur. quia ipſa eſt ingenerabilis, & incorruptibilis.

B

Arist. 1. Phyſ. t. 62.

Præterea ſi materia eſſet effectus alicuius agentis, potiſſimè eſſet effectus Dei, ſed hoc eſt impoſſibile, quia, per ſe loquendo, nullum agens producit ſibi omnino ſibi diſſimilem: Deo autem, qui eſt actus purus, eſt materia omnino diſſimilis: cum ſit potentia pura: ergo, &c.

Præterea ex materia inuiſa, vel ex forma informi dicũtur facta eſſe omnia. Arguatur ergo ſic: Quia per verbum Dei facta ſunt oĩa: ſequens eſt, ꝙ huiuſmodi verbũ nõ ſit factũ: ergo quia ex materia inuiſa factus eſt totus iſte mundus viſibilis, & facta ſunt omnia illa: cõſequens eſt, ꝙ ipſa nõ ſit facta. Quòd autem facta ſint omnia ex materia inuiſa; patet per id, quod habetur. Sap. 11.

C

Sap. 11.

Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua: quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, &c.

Præterea ſicut illud, quod ſupponitur in probatione, nõ probatur: ſic illud, quod ſupponitur to factione, non fit: ſed, vt dictum eſt, in factione rerum ſupponitur materia inuiſa: ergo huiuſmodi materia non eſt facta, & per conſequens nõ eſt effectus alicuius.

D

IN CONTRARIVM eſt: Quia ſecũdũ Dio. de diu. nom. demõſtratis duobus, oportet alterũ eẽ ex altero, aut ambo ex tertio: vel oportet ergo, ꝙ Deus, & materia ſint ab aliquo tertio, vel quòd vnum ſit ab alio: Deus autem à nullo cauſatur: nec eſt ab alio eſſentialiter, omnia ergo alia ſuor ab ipſo.

RESOLVTIO.

Materia nullo modo eſt efficiens, & eſt eorum, qua eſſe partiripant. Hinc Dei ſimpliciter effectum, eam eſſe, non eſt ambigendũ: aliorum vero agentium ſecundũ quid, quatenus per ea ſub hac, vel illa forma exiſtit.

RESPONDEO dicendum, quòd triplici via inueſtigare poſſumus materiã eſſe effectum alicuius

c 14 d Mortuũ fieri ex viuo, non è conuerſo; inte ligitur de rodẽ numero, vel de tranſmutatione immed ata. Hinc Arist. lib 8 met. t. 14 ait, ex morno fieri animę p legẽ tranſmutationẽ.

alicuius agentis. Prima via sumitur ex ipsa natura materiæ. Secunda est anologia entis. Tertia ex ordine effectuum.

Prima via sic patet: nam quòd aliquid sit factibile, hoc est ex ipsa materia, vel ex ipso materiali principio, vel ex ipsa possibilitate rei, nihil enim est factibile, loquendo large de ipso factibili, prout se extendit ad omnem productionis modum, nisi habeat in se materiam, vel aliquid materiale: vnde est in potentia ad esse, & non est ipsum esse. Ipsæ.n. intelligentiæ, vt dicitur in cõmẽto nonę ꝓpositionis de causis, habẽt suum Hyleachim. i. suum materiale. Si ergo omnia propter hoc sunt effectus alicuius agentis, ꝙ sunt in potentia ad esse, & habent in se aliquid, quod est possibile esse, consequens est, quòd ipsum possibile esse sit etiam effectus agẽtis. Dicemus ergo, quòd quodlibet creatum est compositum ex potẽtia, & actu, & es hoc creatur, quia communicatur ei esse. In omni ergo productione potentia fit sub actu, & actus fit in potentia. Vnde oportet tam actum, quàm potẽtiã esse effectus ipsius agentis, non quòd aliquod istorum fiat per se, sed quia fit in alio, vel sub alio.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex analogia entis. Imaginabimur quidem, quòd quæcunque essentialiter differunt, se habeant secũdum quẽdam ordinem in participando entitatem: nam materia minus participat de entitate, quàm aliquid aliud, est enim prope nihil, vt vult Augustꝰ. & secundum Commentatorem, est medium inter ens, & nihil. oĩa autẽ alia participant plus de entitate, & hoc secundum quendam ordinem, quia formæ se habent sicut numeri, ita quòd sicut non sunt duo numeri æqualiter distantes ab vnitate, & habentes æquales vnitates, ita non sunt duæ species æqualiter distãtes à Deo. Cum ergo hoc sit effici, quòd participare entitatem: & hoc sic facere, quòd communicare entitatẽ, materia, quæ in infimo participat entitatem, quia ita participat entitatem, quòd non potest alijs cõmunicare: ita habebit quòd sit effectus, quòd nullo modo habebit, quòd sit efficiẽs. Ideo dicitur, ꝙ materia, & efficiens nullo modo coincidunt in vnũ. Si ergo de alijs dubitaremus, vtrũ sint effectus alicuius agentis, quia vidẽmus eas esse causas, & efficere; De ipsa saltẽ materia dubitare non possumus, quin sit effectus. quia ita est effectus, quòd nullo modo efficiens. Ex ipsa ergo Analogia entis, quę sumitur secundum participare esse, dicemus quòd quicquid participat esse, & non est ipsum esse purum, est effectus alicuius agentis, quia hoc est effici. s. habere esse ab alio, & participare esse per aliud. Et quia potissimè competit materiæ, quòd participet esse, nullo modo dubitare debemus, quin sit effectus alicuius agentis. Eo ergo modo, quo materia accepit esse, fuit effectus agentis, vt si accepit esse in tempore, sicut veritas se habet, in tempore fuit effectus agentis. Si autem esset vera Philosophorum opinio, quòd materia ab æterno accepisset esse, ab æterno fuisset effectus agentis.

Augꝰ 12. conf To. 1. Comm. 1. Ph. To. 1. th. 7. 12. Meta. 11. & 14.

Ar. 2. phis. te. 70.

A quod.n. non est ipsum esse, & quod à se nõ habet esse, est effectus eius, à quo accipit esse: & si accipit ab eo esse simpliciter, est effectus eius simpliciter: si accipit ab eo non esse simpliciter, sed in hoc: est effectus eius non simpliciter, sed in hoc. Materia ergo generabilium est effectus cuiuslibet generantis, generans enim generat cõpositum, & generando compositum generat, & causat materiam, & formam, sed non causat materiã simpliciter, quia erat materia in alio, antequàm esset istud generabile generatum, sed quia non erat materia in hoc generabili, & quia non habebat hoc esse, ideo dicitur generans causare materiam non simpliciter, sed causare ipsam in hoc. Cuius autem sit effectus materia simpliciter, in prosequendo patebit.

Materia quomodo generetur.

B Tertia via ad hoc idem sumitur ex ordine effectuum. Nam si materia non esset effectus alicuius agentis, nullum agens in sui actione præsupponeret materiam: Nam ꝙ agens non possit aliquem effectum producere, nisi aliquo præsupposito; hoc est, quia agens illud innititur alij agenti, & sicut agens innititur agenti ita effectus innititur effectui. Propter quod oportet esse ordinem effectuum secundum ordinem agẽtium. Si ergo aliquod agens præsupponetet materiam, quæ non esset effectus alterius: illud agens non præsupponeret alium effectum cum nõ præsupponeret, nisi materiam, quę dicitur non esse effectus. Dicere aũt agens non præsupponere aliud, in cuius virtute agat effectum, aut præsupponere aliud, in quod recipiatur, est dicere oppositum in adiecto, quia agens, quod non innititur alteri C agenti: est causa totius. quod autem est causa totius, nihil præsupponit, quia nulla causa ꝓpræsupponit suum effectum: quoniam, vt dicebatur in arguendo, sicut, quod supponitur in probatione non probatur; ita, quòd supponitur in factione, non efficitur. Dicamus ergo secundum Philosophum: Semper primum in quolibet genere est causa omnium aliorum. Nam ibi dicitur: Si quęratur quid sit causa totius trinitatis: non vltimũ, quia nullius est causa, qđ finale est, nec mediũ, quia vnius tãtum est causa. ergo primum. Si ergo agens innititur alij agenti, non erit agens totius, & oportet, quòd effectus innitatur effectui, & si non innititur alteri agenti, erit agens totius, & non oportebit, quod effectus innitatur alij effectui, ergo agens, quod præsupponit materiam, quia non facit totum, suus effectus innititur alteri effectui, quod non posset esse nisi ipsa esset effectus alicuius agentis, ex ipso ergo ordine agentium, siue ex ipso ordine effectuum, patet materiam esse effectum alicuius agentis. Viso, quòd materia est effectus alicuius agentis; leue est declarare cuius sit effectus, videtur enim Augustꝰ. imponere Philosophis gentilibus, quòd materia non sit effectus Dei dicens: Verum in hoc errant quidam gentilium, ꝙ eam. i. materiam tanquàm cœternam Deo coniungunt, vt hæc ab illo non sit, quamuis ab illo formetur. Magister igitur in hac lectione imponit Platoni, &

2. Metaph. t. 4. l. 6.

Aug. contra Faustũ to. 6.

ri, & Aristoteli, quòd materia sit increata, & sine principio: sed non est credibile, quòd Arist. hoc senserit, ꝙ materia non sit effectus Dei, cū ipse dicat primum in quolibet genere esse causam omnium. Dicemus ergo secundum opinionem Philosophi, ꝙ ab æterno fuit generatio, & corruptio rerum. Agentia ergo naturalia, quia expoliant materiam vna forma, & induunt ipsam alia, non sunt causa, vt dicebamus, materiæ simpliciter, sed sunt causa materiæ in hoc. Sicut enim agentia dant esse materiæ, ita sunt causa eius. materia enim, ex qua fit aliquid, erat prius sub forma alia, quàm inciperet esse sub ista forma. generans ergo non facit materiam esse simpliciter, sed facit eam esse sub hac forma. ideo generans non erit causa materiæ simpliciter. quia non facit eam esse simpliciter: sed Deus, qui est agens primum, qui respicit totum esse rerum, est causa simpliciter cuiuslibet rei: ideo ipsa materia, simpliciter loquendo, est effectus Dei, secundum quid autem est effectus aliorum agentium. Dixisset enim Philosophus: ꝙ materia simpliciter est effectus Dei, sed ab æterno fuit effectus eius, quia ab æterno habuit esse materia sub aliqua forma, licet non sit signare illam formam: Deus enim est ens primum, & est ens maximè, & est ens infinitum. Inquantum est ens primum, consequens est, quòd ipsa prima materia sit effectus eius. quia agens, quod in sui actione præsupponit materiam, non est agens primum, nec ens primum, cum agat aliquo p̄supposito: Deus ergo, quia est ens primum, nō oportet, quòd præsupponat materiam, sed potest ipsam materiam producere: Rursus quia est ens maximè: ideo sua causalitas se potest extendere ad maximè distãtia, hmõi aũt est ipsa materia, quę cum sit potentia pura, maximè distat à Deo, qui est actus purus: Deus ergo qa est maximè eus, potest causare ea, quæ inter creaturas sunt maximè entia, cuiusmodi est natura angelica, quæ est Deo propinqua. & potest causare quæ sunt minima entia, cuiusmodi est materia prima, quæ est à Deo longinqua. Maximè enim entiis, & maximè actiui est etiam vsque ad longinqua suam virtutem extendere: est autem materia à Deo lõginqua, nõ situ, sed dissimilitudine. Vnde Augustꝰ dicit: Vnde vtique erat ſ. materia, nisi esset abs te, à quo sunt omnia inquantum sunt? sed tanto à te longius, quanto dissimilius. Vnde concludit ibidem: Duo quædam fecisti, vnum prope te, i. angelicam naturam, alterum prope nihil. i. ipsam materiam. Posset ét declarari quòd Deus sit productor materiæ ratione suæ infinitatis, sed hoc in quæstione illa, cum quærimus, vtrum Deus possit producere aliquid ex nihilo, diffusius ostenditur.

Aristi sententia de materia.

Aug 12. cõf. cap. 2. 10. 1.

Art 4. huius q.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd contra naturam materiæ est, ꝙ fiat naturaliter, quia agens naturale non generat nisi corrumpendo, & non inducit nisi expoliando. ideo semper in sui actione præsupponit materiã: quã expoliat vna forma & induit alia: Sed non est contra naturam materiæ, quòd fiat per agens diuinum, quod potest agere nullo præsupposito.

A

Ad secundum dicendum, quòd materia multum est dissimilis Deo, sed non est omnino dissimilis, quia quod participat aliquo modo entitatem, aliquo modo imitatur id, qđ est ipsum esse, in quo omnis entitas reseruatur. potentia ergo pura multum distat ab actu puro, sed non est omnino dissimilis, eo ꝙ aliquo modo participat entitatem. solum autem dissimile Deo, quod est ipsum nihil: & quod nullo modo participat entitatem, est sibi omnino dissimile.

Vel possumus dicere, ꝙ materia non est effectus Dei p se, sed vt est coniuncta actui. Sic aũt considerata, vt est perfecta per actum, nõ est omnino dissimilis ab actu.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ omnia, quæ sunt facta ex aliquo sunt facta ex materia informi. bene ergo arguitur, quòd materia non sit facta ex aliquo, enim omnia facta ex aliquo, sint facta ex materia. Vnde Augustꝰ dicit, quòd mundus ex informi materia factus est, & ipsa, s. informis materia facta est omnino de nihilo.

B

Aug. de vera Relig. 10. 1.

Ad quartũ dicendũ, ꝙ materia supponitur in productione eius, quę fiunt ex aliquo, non autem in productione omnium simpliciter. materia ergo non fuit facta ex aliquo, sed omnino ex nihilo, vt per Augustꝰ patuit. in productione. n. rerum primo fuit facta materia omnino informis, non primo, tempore: sed primo, origine, tẽpore enim materia nõ præcessit omnem formã, sed fuit facta sub aliqua forma.

C

ARTIC. III.

An plura sint principia prima. Conclusio est negatiua.

Aegid. 1. sen. d. 2. q. 1. Et 2. Met. q. 16. Et 3. Theor. de esse, & essentia. q. 1. D. Tho. 2. sen. d. 1. q. 1. ar. 1. Et 1. Sinę. q. 44. art. 1. D. Bon. 2. sent. dist. 1. par. 1. art. 2. q. 1. & 2. Biel. d. 1. q. 2. Th. arg. d. 2. q. 1. Vgol. de Vrbe vet. d. 5. ar. 1.

D

QUARTO quæritur: dato, ꝙ oporteat materiam reducere in causam agentem, vtrum sit dare plura principia agentia prima, quorum vnum non sit ex alio, nec ambo ex tertio. Et videtur ꝙ sic, quia secundum Augustꝰ. Mali causa non est bonum: cum ergo reperiatur aliquod malum in mundo, quæritur de illo, vtrum sit causatum ab aliquo, vel non: quia si non, tunc reperientur plura non causata ab alio, videlicet illud malum, quod ponitur non causatum, & etiam bonum, quia deuenire conuenit ad aliqđ bonum ab alio non causatum: si vero illud malum est causatum, non erit causatum à bono, quia, vt patuit per Augustꝰ causa mali nõ est bonum,

Aug 12 de Ciu. Dei ca. To. 1.

num, erit ergo causatum à malo: quæretur ergo de illo malo, vtrum sit causatum, non est autē abire in infinitum: erit ergo deuenire ad primū malum, quod erit causa omnium malorum. erūt itaque duo principia rerum simpliciter prima: non reducta in se inuicem, nec in aliud, videlicet primum malum, quod erit causa omnium malorum, & primum bonum, quod erit causa omnium bonorum.

Lib. de cplo t. c 44. & l. 3. t. c. 18.

Præterea secundum Philosophum: Si vnum contrariorum est in natura, & reliquum. Sed summum bonum videtur contrariari summo malo: cum ergo sit dare in natura summum bonum, erit dare & summum malum. & per consequens erit dare duo principia omnino prima.

Præterea: aut malum habet causam per se, aut accidit præter intentionem agentis. Si habet causam per se; quia in his, quæ sunt per se, non est abire in infinitum; erit ergo deuenire ad primum malum, quod erit summum malum, & omnium malorum causa. non enim potest malum reduci in bonū, tanquàm in per se causam. quia nūquàm calidum p se infrigidat, nec è cōuerso. nullum enim oppositum reducitur in alterum oppositum tanquàm in per se causam. quare si malum habet per se causam, reducetur in aliud malum, & illud in aliud: & quia, vt dictum est, non est abire in infinitum; erit deuenire ad primum malum omnium malorū causam. Quia si dicatur malum non habere per se causam, sed accidere præter intentionem agentis; Contra: Nam quod est tale, est in paucioribus. malum autem est in pluribus, ergo &c.

Peccare quot modis contingat, vide Ar. libr. 3. Eth. ca. 1. vbi diuersum esse ait, ex ignorantione, & ignorātē agere. idque à doct. non semel dictū

Præterea distinguit Philosophus in li. Ethi. q tripliciter nos peccare cōtingit: videlicet ex passione, ex ignorantia, & ex electione. Sic ēt distinguunt Theologi, quòd vel peccamus ex infirmitate, vel ex nescientia, vel ex certa malitia. Si ergo aliqui peccant ex electione, & ex certa malitia: ergo eligunt malum facere. Sed illud, quod cadit sub electione, non est præter intentionem agentis: quod autem est tale, habet per se causam: in habentibus autem per se causam est deuenire ad primum tale, quod est causa omnium aliorum. erit ergo deuenire ad primum malum, causam omnium malorum.

Præterea agens assimilat sibi passum, hoc est enim de ratione agentis producere sibi simile. si ergo omnia essent causata ab vno agente, omnia essent similia: quia quæ vni & eidem sunt similia, inter se sunt similia. Cum ergo videamus tātam dissimilitudinē, & difformitatem in rebus, videtur omnino esse ponendum, non omnia ab eodem principio processisse.

Binarius nō est principium, sed vanus.

IN CONTRARIVM est Dionysius. 4. de di. no. qui ait: Binarius non est principium, sed vanus. non ergo reducemus res creatas in duo principia, sed in vnum principium.

Præterea secundum eundem Dion. eodem libro, & cap. neque possibile est rerum existētium duo contraria esse principia, quia illa in se inuicem essent omnino aduersantia. Cum ergo videamus partes vniuersi se iuuare ad inuicem, & esse ad inuicem ordinatas, concluditur, q omnia reducantur in vnam causam, & in vnū principium.

Idem Tho. de arg.

Præterea si esset dare plura principia omnino prima, vel essent similia, vel contraria. Si similia, vel quodlibet per se sufficeret, & tunc alterum superflueret, vel vnum non sufficeret siue alio, & tunc quodlibet est insufficiens: & neutrum esset primum, vel vnum esset sufficiēs per se, aliud non sufficiens: & tunc illud, quod esset sufficiens per se, esset primum, aliud autem nō. Non ergo essent Duo prima, sed vnum primū. Nam hoc est esse primum agens non inuiti alteri agenti, vel non indigere alio agente, sed esse per se sufficiens ad agendum. Si vero huiusmodi plura principia, quæ ponuntur simpliciter prima, non sunt similia, sed contraria, aut sunt æque potentia, aut non: quòd si vnum est impotentius, cum contraria se impediant, nihil causare poterit, nec erit simpliciter primum: si autem sint æque potentia, æque se impedient. nullum ergo ipsorum poterit aliquid producere.

RESOLVTIO.

Deus cūsit summè simplex, & vnus, quo nihil est nō participans: summè bonus, cuius est se diffundere: summè ens, in quo reseruatur omne esse; Vnum primum principium, & non plura fatemur: & obstrepant licet Manichæi.

RESPONDEO dicendum, quòd Manichæi circa hanc materiam errauerunt ponentes duo principia omnium rerum, malum. s. & bonum. Deum. s. & dæmonē: vel Deū, & ϟ Hylem, vt patet per Augustī. in libro contra Faustum. Potuit aūt habere hęc opinio oriū ab antiquis Philosophantibus. Nam Empedo. posuit duo prima principia agentia, litem. s. & amicitiam, vt patet ex lib. de generatione. Pythago. etiam posuit decem principia bonorum, & decem principia malorum. processit enim Pythago. modo, mathematico, & per numeros, ponens causas rerum: & quia vidit in rebus esse bonum, & malum, & vidit numerum nō tre nisi vsque ad decem, quia vltra decem non est nisi replicatio assumptorum, posuit 10. principia bonorū. & 10. malorū. Quæ autem sint illa principia, in primo Mataphysi. enumerantur, & nos in quæstionib⁹ nostris de principio primo enumeratim ea. Pithago. ergo Manichæus, & Empedo. posuerunt plura prima principia agentia, non reducta in se inuicem, nec in alia. Quilibet autem illorum ex diuersitate effectuum, voluit arguere diuersitatem primorum principiorū. Et licet Empedo. magis visus sit attendere in effectibus cōtrarietatem, quia posuit contraria principia, litē. s. & amicitiam: Manichæus autem, & Pythago. magis visi sunt considerare in effectibus perfectio-

⁹ To. 4 l. 9. c. 24. & est decli. græc. vt Hyle. hyles. 1. materia sęcun.

Ar. 1. Phys. t. 48 & 1 de Gen. t. c. 2.

9. Met. c. 3. summa. a.

Quæst. de primo principio edita à doctore ante. 2. sent. sunt de esse, & essentia: & eadem citatio quæ est infra art. 5. & alijs in locis.

fectionem, & defectum, vel bonitatem, & malitiam, quia posuerunt rerum principia bonum, & malum. vnum tamen potest ad aliud reduci. Nã in bono, & malo est aliqnis modus oppositionis, vel cõtrarietatis, & in ipsis cõtrarijs est aliquo modo bonum & malum, quia vnum contrariorum habet rationem priuationis respectu alterius: vt lis habet rationem priuationis & imperfecti respectu amicitiæ, & frigidum respectu calidi, & nigrum respectu albi, & vniuersaliter in omnibus semper vnum contrariorum habet rationẽ priuationis respectu alterius; vnde dicitur, quòd prima contrarietas est priuatio, & habitus, vbi Commentator ait, quòd omnia contraria opponuntur secundum priuationem, & habitum, quia semper vilius contrariorum, vt dicit, habet rationem priuationis, vt amarum habet rationem priuationis, & dulcedo rationẽ habitus, & in alijs contrarijs similiter, vbi semper vnum est vilius, aliud autem perfectius.

Ar. 10. Met. t. c. 15. & 2. Phy c. 13 4. Metaph c. 27. idem. 3. Phy t. c. 5.

Reductis opinionibus ponentibus pluralitatem primorum principiorum quodammodo ad vnum, volumus assignare defectus sic opinantiũ. Dicemus antẽ, quòd ponentes plura prima principia propter bonum, & malum, quæ vident in rebus: vel propter contrarietatem, quam vidẽt in entibus, propter sex defectus errant.

Primo quidem errant, quia credũt quòd malũ sit substãtia aliqua, vel natura. Nam si hoc opinantes prænidissent, quòd malum nõ est nisi priuatio boni, cum priuatio de se sit non ens, vt declarari habet primo Physi. cũ non entis nõ possit esse causa efficiens, sed deficiens; nũquàm posuissent, quòd esset dare aliquid omnino malũ, quod esset causa omnium malorum, sicut est dare aliquid omnino bonum, quod est causa omnium bonorum. Nam omnino malum non est nisi omnino defectus, & omnino non ens, siue omnino nihil. Ideo dicit Augustin. quòd vitium, siue malum, nec in summo bono esse potest, nec nisi in aliquo bono. Et sequitur: Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola autem mala nusquam. malum ergo non est nisi in bono, quia malum non est nisi priuatio, priuatio autem est negatio in subiecto, vt declarari potest in 4. Metaphy. Cum ergo priuatio semper requirat aliquã subiectã naturã, & omnis natura secundũ, q̃ huiusmodi bona sit, malũ nõ nisi in bono esse possit: bona ergo tãquàm entia sunt alicubi, sed mala nusquã sunt tanq̃ entia, sed tanq̃ priuationes entiũ. Ideo probat Dio. quòd malum nec est existens, nec in existentibus. Malum enim non est existens, quia non est substantia: non est in existentibus, quia non est accidens. non enim malum est eus, quia vel esset ens existens, vel in existentibus; neutro autem modo est ens.

T. c. 71. & 4. Metaph. t. 6.

Aug. 12. de ciui. Dei. c. 4. To. 5.

T. c. 4.

Cap. 4 de diui. nom.

Reuertamur ergo ad propositũ, & dicamus, q̃ vnus defectus sic opinantium fuit, quia crediderunt malum esse substantiam aliquam vel naturam, ideo conati sunt reducere ipsum in causam per se, & in causam efficiẽtem. quod esse nõ posset, nisi esset dare primum, & summum malũ

A omnium malorum causam. Hunc autem errorem quantum ad hunc defectum, destruit Aug. 12. de Ciui. Dei: vbi ait: Nemo igitur quærat efficientem causam malæ voluntatis. non. n. vt ait, mala voluntas est efficiens, sed deficiens: nec ipsa. s. vt est mala, est effectio, sed defectio. Vnde ibidem subdit: Hoc est incipere, malam voluntatẽ habere, deficere ab eo, quod summè est. Secundum. n. ipsum in eodem libr. & cap. Sic causatur * malũ, sicut auditur silentium, & viderunt tenebra, * videre autem tenebram non est videre aliquid, sed est deficere à videndo, & audire silentiũ non est audire aliquid, sed est deficere ab audiendo, sic facere malum, secundum quòd huiusmodi, non est facere aliquid, sed est deficere à faciẽdo. vt si fornicatio est mala, non est mala secundum quòd est actus aliquis, sed secundum quòd deficit, & deuiat à lege Dei. Ipse enim actus habet causam efficiẽtem, sed ipsa inordinatio, vnde habet rationem mali, non habet causam efficientẽ, sed deficientem. Hoc est enim inordinatè agere, ab ordine deficere, & ordinem non seruare.

Ca. 3. To. 5.

* Malũ quo modo cauletur.

° Tenebra quo videat.

B

Secundus defectus sic opinantium est, quia ex hoc, q̃ opinati sunt malum esse naturam aliquam: æstimauerunt naturam illam esse Deo cõtrariam, quia si credidissent naturam illam, quã credebant esse malam: non esse Deo contrariam, non oportuisset eos ponere duo principia, quia in vnum principium reduci potest quicquid illi principio non contrariatur: Deo autem nihil potest esse contrarium: nisi quod non est. Intelligimus enim nomine Dei aliquid, qđ est ipsum esse, in quo reseruatur omne esse: quicquid ergo haC ber aliquod esse: secundum quòd huiusmodi nõ est Deo contrarium, nec dissimile. solum ergo illud erit dissimile sibi, quod non dicit esse, sed nõ esse. Omnium ergo essentiarum. & omnium habentium esse, vt habent esse, causa est Deus. Nec oportet aliam causam primam ponere: cum ipsa sit causa omnis esse, & cum in eo omnis essendi ratio reseruetur. Deo ergo nihil propriè contrariatur, quia nihil ei nocere potest. Sed accipiendo cõtrarium largè pro omni dissimili; nulla essentia, nullum esse est dissimile Deo, sed solũ est dissimile non esse: propter non esse autem non oportet ponere naturam aliquam, vel principiũ aliquod: quod efficiat ipsum non esse. quia non esse cum non sit: non potest habere causam efficientem, sed deficientem. Hanc autem viam tanD git Augustinus, cum dicit: Ei naturæ, quę summè est; qua faciente sunt quæcunque sunt contraria nulla natura est. Et subdit: Propterea Deo. i. summę essentiæ, & auctori omnium qualiuncunqu essentiarum essentia nulla contraria est. Deo ergo quia est summa essentia, & quia in eo reseruatur omne esse: quodlibet esse, & quælibet essentia est ei similis, nõ contraria: omnium enim essentiarum ipse est auctor. Et quia non debemus quærere principia, & causas: nisi propter rerum essentias, & naturas, & propter esse, non propter non esse. Ideo non nisi vnum primum principiũ est ponendum.

Lib. 12. de Ciu. Dei. c. 1. To 5.

Et arridet huic sententiæ. Ari 12 Metaph. in fine d cens Primo nihil cõtrarium. Oppositum tamen videtur 1 The 1. Phy. sed vide sol. in contrad. Zum.

Malum simpliciter. & mala huic.

Tertiua defectus istorũ fuit, quia crediderũt; quod est malum alicui, esse malum simpliciter, vt leonem crediderunt esse malum simpliciter, quia est malus huius.s. bestiæ, quam deuorat, & venenum crediderunt esse malum simpliciter, quia nocet homini, quem veneoat. Et quia videbant Manichęi in mundo esse multa talia mala, & multa sic nociua, non credentes talia posse reduci io vnum summum bonum: posuerunt duo principia: vnum à quo essent talia mala, & nociua: aliud, à quo essent bona, & proficua. Vnde & plerunque negabant Manichęi duos Deos esse, quia illud, à quo sunt mala, & nociua, secundum eos non merebatur dici Deus. Vnde Augustino disputanti contra Manichęos: respondebat Faustus: Bonorum, & malorum duo principia confitemur, sed vnum ex his Deum vocamus: alterũ Hylem: aut communiter, & vsitate dicimus dęmonem. Quia si tu ò Augustine putas nos duos assignare Deos, audiens egestatem, & copiã: duas copias putabis, & venenum audiẽs, & antidotũ: nihil interesse putare: an vtrunque vocetur antidotum. Vnde idem Faustus omnem vim maleficam assignabat Hyle, sine dęmoni: beneficam autem Deo. Ergo Faustus Manichęum sequens, qa videbat venenum nocium, & antidotum profi-cuum: posuit duo principia, à quorum vno esset nociua: ab alio proficua. Huoc autem errorem, & defectum reprehendit Augustinus ibidem, vbi ait, quòd isti sic dicentes vituperare psusunt solem: quoniam quidem peccantes, vel debita non reddentes: ponit à iudicibus iubeotur ad solẽ. vnde ibidem subdit, ꝙ non ex commodo, vel incommodo nostro, sed per seipsam cõsiderata, oatura dat artifici suo glotiam. ✠ Quælibet ergo natura simpliciter bona est, & quælibet à Deo est. Sed nõ obstãte, quòd est simpliciter quælibet natura bona, potest esse huic mala, & nocina, sed propter hoc non oportet ponere duos Deos. Nam esse malum oociuum: est esse malum pęnę. à Deo autem bono propter iustitiam exercẽdam infertur malum pęnę, licèt ipse non faciat malum culpę, vt potest haberi ab Augustinus, qui duplex malum distinguit, s. culpæ & pęnę, & subdit, Deum Auctorem esse mali penę diceos: Si Deum iustũ fatemur: negare sacrilegum est, vt sicut bonis prę mia, ita supplicia malis tribuat, quę vtique supplicia patiẽtibus mala sunt. propter. n. antidotũ, quod prodest, & venenum, quod oocet, non debemus pooere duo principia. nam malè vtenti, & antidotum obesse potest, & bene vtenti prodesse venenum. Tyriaca enim, quæ venenum fugat: ex veneno, & quibusdam alijs est confecta.

Contra Faustum. To 6. lib. 20. c. 14. & 15. de Ciu. c. 5. To. 5.

*Naturaqęlibet simpliciter bona, & à Deo ē.

Quartus autem istorum defectus est, quia nõ valde bona, vel minora bona crediderunt mala, vt quia ista corporalia sunt minora bona: crediderunt ea esse mala. vnde dixerũt Manichęi, ista corporalia corruptibilia facta esse à malo principio. Sed propter maius, & minus bonum non oportet duo principia ponere. oam sicut ab eodẽ calido aliqua magis, & minus calefiuot: sic ab eodem Deo bouo fluxit tota multitudo rerum: vbi in aliquibus bonitas maior: in aliquibus minor reperitur. Bona enim corruptibilia secundum, ꝙ huiusmodi: nun sunt tam magna bona sicut perpetua: non tamen nulla bona sunt, quia corruptibila sunt. Si ergo consideraſset Manichęus, ꝙ omnis natura bona est; licèt non omnis equè bona: non posuisset nisi vnum principium, à quo est omne bonum, & magnum, & paruum bonũ.

August sub princip. t. li. de lib. arb. To 1.

Quintus defectus istorum fuit, quia opinati sunt, quòd omnia tam bona, quàm mala per se, & directè sub sollicitudine, & prouidentia alicuius principij caderent, quod esse non posset: nisi sicut damus bunum principium, quod sollicitatur, & habet prouidentiam, vt bona fiant: sic daremus malum principium, & malum Deum, qui sollicitaret, & haberet prouidentiam, vt mala fierent. vnde & Commentator. in 12. Meta. dicit: Malum esse omnem sollicitudinẽ negare, & malum esse de omnibus æqualem sollicitudinem ponere. vnde ibidẽ dicit, ꝙ hoc traxit quosdam ad dicendum esse duos Deos: quorũ vnos creat bona, & alius mala. Bona ergo per se cadũt sub prouidentia: mala autem quasi per accideos, & indirectè: inquantum ex malis bona eliciuntur, vt ex malo culpæ elicitur punitio. & bouum iustitiæ. Propter ergo mala, & bona: non oportet ponere duos Deos circa hęc sollicitos, & attẽtos, sed est vnus Deus: sub cuius sollicitudine, & prouidentia cadnot bona directè: ea agendo, & faciendo, & mala indirectè: puniendo, & ex eis eliciendo bonum. Nam secudum Augustioum: nullo modo Deus permitteret mala fieri, nisi adeo omnipotens esset, vt posset de malis elicere boua.

Com. 12.

Bona, & mala quo modo cadũt sub prouidẽtia. & illa quatum ad hoc placitum hac vice quantum ad nostram tantam.

Ench. To 5.

Sextus defectus istorum fuit, quia sic attendebant ad contrarietatem, & diuersitatẽ in rebus, quòd non attendebant ad vnitatem, & conueniẽtiam, quam habebant. Differunt enim res, quia hęc est calida: illa frigida: hęc dulcis, illa amara: omnia tamen conueniunt io esse: nam esse calidum est aliquod esse, & esse frigidum est aliquod esse, & quia omnia entia habent aliquod esse, omnia sunt ab illo, in quo reseruatur oẽ esse. Quia ergo res contrarietatem habent ad inuicem: possunt habere contraria principia quantum ad ista principia causata, & secundaria: tamen quia omnia conueniunt in esse: omnium est vnum principium, in quo reseruatur omne esse.

Malum pœna à Deo, malum culpæ ab hoie.

Tyriaca ex veneno.

Cum ergo quæritur: vtrum sit dare plura prima principia non reducta in alia; si loquamur de primo in genere; est dare plura talia, quia est dare primam materiam non reductam in aliam materiam: & primum efficiẽs non reductũ in aliud efficiens. Sed si loquamur de primo simpliciter, non est dare plura principia simpliciter prima. Nam prima materia, licèt nõ reducatur in aliud principium materiale, nõ est tamen principium simpliciter. quia reducitur prima materia in primum principium efficiens, à quo per creationem est producta. Possumus autem duplici via declarare, quòd vnum est solum principiũ, à quo omnia sunt producta.

Materia prima, an sit immediatè à Deo, vide Sco & Zum. Theor 194. quæst. fine.

Prima via sumitur ex esse eius: quæ iam tacta est.

eſt. Nam cum Deus ſit ipſum eſſe: in quo reſeruatur omne eſſe: oportet quòd ipſe ſit cauſa omnium habentium eſſe, & quia in hoc conueniũt omnia, quæ participant eſſe: oportet omnium eſſe vnam cauſam.

Secunda via ſumitur ex eius bonitate. Nam ſi boni eſt ſe diffundere: maximi boni eſt maximè ſe diffundere, & quia nihil eſt non participãs bono: nihil eſt expers bonitatis diuinæ, & nihil eſt non cauſatum à Deo. Ipſa quoque materia, vt eſt pura potentia: eſt etiam quoddam bonũ. nã bonum eſt non ſolum eſſe, ſed etiam poſſe eſſe. Ipſa ergo materia eſt effectus Dei.

Poteſt etiam tertia via adduci ex vnitate eius; nam ipſe eſt maximè ſimplex, & maximè vnus: in quo nullus eſt eſſentialiter numerus, & quia qđ eſt maximè tale: eſt cauſa omnium aliorum: ipſe qui eſt maximè vnus erit cauſa vnitatis in omnibus entibus: & quia nihil eſt non participãs vno, vt vult Dionyſius: nihil eſt, quod nõ ſit effectus eius. Si ergo eſſẽt multi mundi, & infiniti mundi, quia quælibet res eſſet ens, vna, & bona: quilibet eſſet effectus Dei, qui eſt ſummè ens, ſummè vnus, & ſummè bonus.

Cap. 13. de diu. nom.

Boni à malo.

RESP. AD 3. Ad primum dicendum, quòd bonum non eſt cauſa mali, vt bonũ, & vt eſt efficiens, ſed eſt cauſa mali vt deficiens; malum ergo eſt cauſatum, ſed eſt cauſatum à bono defectuoso. Vnde ſi malum dicimus eſſe cauſatum; erit cauſatum defectiuè, non effectiuè: propter quod non oportet mala reducere in ſummũ malum. nam reducete omnia in vnum aliquod, hoc per ſe eſt in habentibus cauſam efficiẽtem, cui ſimodi non eſt malum. occaſionaliter quidẽ ſunt omnia mala ab vno malo, vt à culpa Luciferi: videtur omnis alia culpa introducta, ſed hoc eſt occaſionaliter, non per ſe. Si tamen nunquam peccaſſet diabolus: potuiſſet homo propria voluntate peccare, vel ſi noluiſſet homo: ſuadenti diabolo potuiſſet reſiſtere. Non ergo ex neceſſitate, & per ſe, ſed occaſionaliter, & inductiuè peccatum dæmonis fuit cauſa aliorum peccatorum: peccatum ergo, & malum habet cauſam deficiẽtẽ. Sed vnde venit iſte defectus: Dicimus, quòd hoc eſt ex defectibilitate, & ex vertibilitate volũtatis hominis: quæ malo conſentit, & ex iuſtitia Dei, quæ hominem deſerit: & poteſt eſſe ex aſtutia diaboli, quia malum ſuggerit. Vnde Auguſtinus contra Fauſtum ait: Aliud eſt venire malum de aſtutia ſuadentis, aliud de nequitia volẽtis, aliud de iuſtitia punientis. Cum diabolus ſuggerit: homo conſentit: Deus deſerit.

Malũ à bono.

Occaſionaliter omnia mala ab vno malo.

Peccatum vnde.

Ad ſecundum dicendum, q̃ hoc intelligendũ eſt de verè contrarijs: quorum quodlibet dicit naturam aliquam, vt calidum, & frigidum: ſed ſic non contrarietur malum bono, ſicut frigidum calido: quorum quodlibet dicit naturã aliquã: malum autem nõ dicit naturam, nec ens, ſed priuationem entis. Si ergo eſſet dare ſummè malũ, eſſet dare omnino nihil. Deo autẽ, qui eſt ipſum eſſe, nulla natura, & nulla eſſentia poteſt eſſe cõtraria, nec ei omnino diſſimilis. Solum ergo illud eſt Deo omnino diſſimile, quod eſt omnino non ens, & quia nihil eſt tale: nihil eſt, cuius non ſit cauſa Deus.

Malum in pauciores.

Ad tertium dicendum, q̃ quidam reſpondent malum eſſe in pauciores, quia vel loquimur de malo naturæ, vel de malo moris. Si de malo naturæ; ſic ſunt aliqua mala, & aliqua inordinata in iſtis inferioribus, vbi multa talia mala accidũt ex neceſſitate materiæ. Sed iſta inferiora, vbi aliqua accidit inordinatio, modica ſunt reſpectu ſuper cęleſtium corporum, quæ ſecundum curſum naturæ ſemper retinent ſuum ordinem. Si autẽ loquamur de malo moris, vel de malo culpæ, vel hoc eſt prout in Angelis, & tũc eſt in pauciores, quia plures remanſerunt, quam ceciderunt. Si in hominibus: cum in homine ſit ſenſus, & ratio: in ijs, qui volunt ſequi rationem, pauci defeciunt à bono. Nam ſi volumus rationem ſequi, & ſit voluntas firma, vt plurimum conſequimur bonum. In ijs vero, qui volũt ſequi ſenſum, eſt idem iudicium, ſicut eſt de brutis: tales n. conſequuntur bonum, ſed bonum ſecũdum ſenſum: conſequuntur enim vt plurimum, quod eſt bonum eis, non vt ſunt rationales, ſed vt ſunt ſenſuales.

Angeli plures remanſerũt, quàm ceciderint.

Sed hæc reſponſio non videtur ſufficere. quia etſi omnes Angeli peccaſſent, adhuc malum culpæ eſſet præter intentionem, & cauſam: & non eſſet in pauciotibus: etſi omnia eſſent corruptibilia, corruptio, quæ eſt quoddam malum naturę, eſſet præter intẽtionem, & cauſam, & non eſſet in pauciotibus. Dicamus ergo, q̃ eſſe præter intentionem eſt dupliciter, quia aliqua ſunt præter intentionem agentis, quę ſunt fortuita, & improuiſa, & talia ſunt in pauciotibus. Aliqua autẽ ſunt de neceſſitate annexa actioni agentis, vt naturali generationi neceſſario annexa corruptio, & talia non oportet eſſe in pauciotibus. Sic autem eſt de malo culpæ. nam inordinatio, quę eſt ibi, non oportet, quòd ſit fortuita, & improuiſa, optimè. n. poteſt ſcire fornicator, quòd fornicatio habet conuolutam mãlitiam, & habet annexam inordinationem.

Ad quartum dicendum, quòd peccantes ex electione eligunt malefacere, nõ quòd eligant ipſam inordinationem. quia * nemo aſpiciens ad malum agit, vt vult Dionyſius. Sed dicuntur peccare ex electione, quia electione agunt actũ: cui eſt connexa malitia, & inordinatio. Nam non eſt idem iudicium de eo, qui fornicatur, quia ignorat fornicationem eſſe malam: & de eo, qui fornicatur, non quia placeat ſibi fornicari, ſed quia ex paſſione impellitur ad fornicandum: & de eo, qui fornicatur, quia ex aſſuetudine fornicandi, iam acquiſiuit habitũ, & eligit actum fornicationis. Dicitur ergo talis peccare ex electione, non q̃ eligat ipſam inordinationem, quæ ſemper eſt præter intẽtionem: ſed q̃, vt diximus, eligit actionem: cui eſt annexa inordinatio.

* Nemo facit malum, vt malum. Cap. 4. de diu. nom.

Ad quintum dicendum, quòd licet cauſata ſint diſſimilia, ſunt tamẽ omnia ſimilia, quia omnia

Malum, & bonum quę contraria. & vide Ariſt. in Poſt. pd. c. de opp. & oppoſitur cõtrariè in moralibus, non in naturalibus.

nia conueniunt in ente, ideo omnia sunt causata ab vno ente.

ARTIC. IIII.

An possit aliquid produci ex nihilo per creationem. Conclusio est affirmatiua.

Aegidius de esse, & essentia. q.3. D. Thom. 1.p.q. 45.art.2. Et 2.sent.d.1.ar.2.1.1 contr.Gent.l.2.c.16.& 19.Guill. Voril.d.q.1.Sco.d.1.q.2. Dur.d.1.q.1.

QVARTO quæritur: vtrum ab hoc primo principio vno possit aliquid produci ex nihilo, & per creationem.

Et videtur quòd nõ, quia nullum agens facit, quod impossibile est fieri: nã quod impossibile est fieri, necesse est non fieri: quod autem necesse est nõ fieri, nũquam fit. omne ergo agens facit, quod possibile est fieri, sed quod possibile est fieri, est in potẽtia: ergo omne agens præsupponit ens in potentia, sed nihil tale facit aliquid ex nihilo: ergo, &c.

Præterea nullum agens potest cõtradictoria, nam ipse Deus hoc priuatur, ingenita facere, quę vtique facta sunt, vt dicitur in 6. Etbi. Sed dicere aliquid fieri ex nihilo implicat contradictionem. nam quod fit, mutatur, & vadit de potentia ad actum, mutatio antẽ est terminus motus, motus autem non est sine ente in potentia. Dicendo ergo aliquid fieri ex nihilo tõne, qua dicitur fieri, præsupponitur ens in potentia: ratione, qua dicitur ex nihilo, tollitur ens in potẽtia: ergo ibi implicatur contradictio.

Præterea omnia vel sunt de genere permanẽtium, vel de genere successiuorum, sed successiua nõ possunt fieri ex nihilo, quia nihil tale potest esse sine suo subiecto, vt non potest esse motus sine mobili, permanentia etiam non possunt fieri ex nihilo, quia tunc simul esset in eis fieri, & factum esse, quo posito, simul esset, & nõ essent. nam permanens cum fit, non est: cum autem factum est, est. Si ergo aliquod permanens simul fieret, & factum esset: simul esset, & nõ esset, qđ non est conueniens dicere.

Præterea si aliquid creat, per creationẽ creatur, cum ergo ipsa creatio rerum sit in tempore: oportet, φ & ipsa creatio sit creatura, ergo creatio aliqua creatione creabitur: & qa non est abire in infinitum, nulla est rerum creatio.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, &c. Et August. de fide ad Petrum dicit: Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem solũ verum Deum rerũ omniũ esse visibilium, & invisibiliũ creatorem.

Lib moral. Nich. cap. 2.

Cõtradictoria cur Deus facere non possit, vide hunc Doct. 1. Sent. d. 20. q. 1.

Gen. 1.

Tom. 3.

RESOLVTIO.

Deus, tum sit primum, & principale agens immediatè per suam essentiam, & illimitata virtutis (non agens naturale) effectum absque suppositione effectus producere potest.

RESPONDEO dicendum, quòd si volumus nomen factionis extendere ad omne, quod habet essentiã causatam, vt dicamus, φ ipsa forma est facta, quia est ab alio causata, sic accipiendo fieri ex nihilo, quicquid non fit ex aliquo, qđ est ipsum, vel pars ipsius; cogimur dicere, φ fiat ex nihilo, vt etiam agẽtia naturalia sic facere dicantur aliquid ex nihilo, largè loquendo de fieri ex nihilo. Nam per agentia naturalia inducitur forma in materia, forma autem nec est elementum, nec ex elemẽtis, vt probatur circa finem. 7. Met. ergo forma nec est facta ex aliquo, quod sit ipsa, quia nõ est elemẽtum: nec quod sit pars ipsius, quia non est ex elementis. cum ergo non fit facta forma ex aliquo, sequitur quòd sit facta ex nihilo. Ad hanc autem, & consimilem difficultatem vitandam Anaxagoras ne cogeretur ponere aliquid fieri ex nihilo, posuit latitationẽ omnium formarum in materia, & latitationem omnium in omnibus, vnde dixit quodlibet esse in quolibet. Videbat enim quantum ad ea, quæ sunt in sphęra actiuorum, & passiuorum, vel immediatè, vel saltem p multa media, ex quolibet fieri quodlibet: ideo dixit ĩ quolibet esse quodlibet, ponens generationem nihil esse aliud, quã exitum à manente, vel quàm extractionem alicuius ab eo, ĩ quo manebat: vt si fiat aer ex aqua; erat prius verè aer ille in aqua, sed non apparebat. nihil ergo erat aliud secundum ipsum generatio, nisi rerum detectio, sicut, si diceremus, limam nullam claritatem facere in ferro, sed solum remouere rubiginem prohibentem apparere huiusmodi claritatem. Vnde dixisset Anaxagoras: Sicut erat claritas in ferro, ante amotionem rubiginis: sic ante, quàm esset hæc res genita, vere, & actualiter erat in eo, vnde est genita, sed non apparebat.

Forma an fiat.

T. c. 61.

Anaxagoras in lib. 1. Aſi t.c. 35.

Anaxagoras de latitatione formarum.

Sed hęc positio sufficienter improbata est in primo Phys. nã non videmus sic fieri generationem, sicut exitum à manente, vt φ hoc modo generetur aer ex aqua: quia esset ex aqua: sicut est liquor ex vase, vel ex aliquo continente: immo agentia naturalia alterant, & transmutãt materiam: quod faciendo inducunt formam. Propter hanc autem eandem difficultatem plures moderni Doctores anxietatem animi patientes: quomodo incipiat esse forma in materia: si nihil de forma ante erat in ipsa, & tamen non fiat aliquid ex nihilo, quia hoc fuit, quod omnes Philosophantes perterruit; ne cogerentur ponere aliquid fieri ex nihilo, vt dicitur in primo de generatione: volentes hoc vitare: dixerunt aliqd de forma esse in materia ante introductionẽ formæ: qđ quidam vocauerunt inchoatiuũ formæ: quidam

Ar. li. 1. Phyſic. t. 38.

T.c. 17. 22.

Inchoatiuũ formarum.

quidam potentiam actiuam materiæ. Dicebant ergo, ꝙ forma nõ fit ex nihilo, ſed ex illo inchoatiuo formæ: vel ex illa potentia actiua in materia præcedente formam, fit forma.

Inchoatiuũ formarum.

Sed hæc poſitio tedit in poſitionem Anaxagoræ: quia quæritur de illo inchoatiuo, vel de illa actiua potentia: vtrum ſit tota forma, vel pars formæ: ꝙ ſi tota: ergo latebat forma tota in materia prius, quàm eſſet generata: quod eſt ponere poſitionem Anaxagoræ. Non autem dici poteſt huiuſmodi inchoatiuum, vel actiuam potentiã non eſſe totam formam, ſed partem. quia forma eſt ſimplici eſſentia conſiſtens: non habens ſecũdum ſa partem, & partem, ſecundum ꝙ hic loquimur de parte: dato tamen, ꝙ haberet partes; eadem difficultas eſset de illa parte formæ, quæ nõ erat in materia: vnde eſt facta: Propter hoc dixerunt & alij moderni temporis: ꝙ tota forma eſt in materia: ita ꝙ eſt ibi tota eſſentia, ſed non eſt ibi eſſe: ita ꝙ hoc facit generans: ꝙ inducit eſſe: vnde & generatio, vt dicunt, dicta eſt via in eſſe.

Ex 2. de Ar. phyſ. c. 14.

Sed huiuſmodi poſitiões inſta improbari poterunt: vbi quæretur de potentia actiua in materia: nunc autem ptout ad præſentem quæſtionem ſpectat: dicemus, ꝙ non euacuatur difficultas: quæremus enim de huiuſmodi eſſe, ſicut q̃rebamus de forma: vtrum ſecundum ſe totũ, vel ſecundum aliquam ſui partem: vel nihil de ipſo præfuerit in materia. vel oportebit ergo, ꝙ factũ ſit ex nihilo: vel quòd prius in materia lateret.

Tex. c. 26. & 27.

Philoſophus autem in ſeptimo Metaphyſicæ, & expoſitores eius ſuper hoc ſuſtentati ſunt, ꝙ non fiat materia, nec forma, ſed compoſitũ: ideo nihil fit ex nihilo: quia cõpoſitum, quod fit, ꝑtiè: non fit ex nihilo, ſed ex materia, quæ eſt mater omnium, & eſt cuiuſlibet generationis ſubiectum. Non ergo negat Philoſophus, quòd non incipiat aliquid eſſe in materia, de quo prius nihil erat in ipſa. nam de forma nouiter per generationẽ inducta in materia nihil prius erat: nec tñ ꝓpter hoc forma fit ex nihilo: qa non fit per ſe, ſed fit in alio. Cũ enim forma in alio dicat cõpoſitũ, ſi fit forma in alio: nõ fit forma, ſed cõpoſitũ. Ad bene ergo euacuandã difficultatẽ quæſtionis: videlicet quomodo Deus poſſit facere aliquid ex nihilo, videndum eſt, quid ſit fieri ex nihilo, & quomodo Philoſophus per huiuſmodi verba euacuet difficultatem, quòd forma nõ fiat ex nihilo. Dicemus ergo quòd fieri ex nihilo eſt fieri nihilo præſuppoſito, & facere effectũ ex nihilo eſt facere effectum non præſuppouentem aliũ effectum, ſed ſi fiat forma ex tranſmutatione materiæ non fit ex nihilo: quia fit effectus in effectu, vel fit effectus præſuppouens alium effectum. Ideo dicit Commentator in 12. Metaphyſicæ, ꝙ ſi aliquid fieret ſine tranſmutatione: tunc aliquid fieret ex nihilo. ſi ergo forma fieret per ſe, & non per tranſmutationem materiæ: fieret ex nihilo. Sic ergo imaginabimur, quòd agentia naturalia agunt, & non faciunt aliquid ex nihilo. Nam Deus creauit materiam, & hunc ſuũ effectum. ſ. materiam ſubſtrauit omnibus agentibus naturalibus. Faciendo ergo hunc effectum. ſ. materiam, & ſubſtraudo eam agentibus naturalibus: indidit materiæ, quòd per tranſmutationem naturalem poſſet ex ea educi forma: Agentia ergo naturalia nõ agunt ex nihilo omnes effectus, quos faciunt, præſupponunt enim hunc effectum Dei. ſ. materiã: ex eius naturali tranſmutatiõe fiunt huiuſmodi effectus. Philoſophus ergo ſufficienter euadit: quòd forma non fiat ex nihilo: ex quo non fit per ſe, ſed fit in alio. Et vt melius appareat veritas quæſiti: quomodo aliqd fiat ex nihilo: dicamus quòd tripliciter dicitur fieri aliquid ex nihilo.

Fieri aliqd ex nihilo, tripl citer contingit.

Primo modo ſi nõ fiat in aliquo: nec ex aliquo præiacente. quia qd ſic fit, eſt effectus non præſupponens alium effectum, & facere effectum non præſupponentem alium effectum, eſt agere nullo præſuppoſito, & per cõſequens eſt agere ex nihilo. Si ergo fieret forma per ſe: non in materia præiacente: & ſi fieret compoſitum non ex materia præiacente: huiuſmodi effectus eſſet ex nihilo, quia eſſet nullo alio effectu præſuppoſito. Loquendo ergo largè de fieri; ſi tranſmutando materiam, fit forma in materia ptẽiacente, vel fit cõpoſitum ex huiuſmodi materia: huiuſmodi effectus non erit ex nihilo, quia erit ex ſuppoſitione alterius effectus: videlicet ex ſuppoſitione præiacentis materiæ.

Anima humana quomodo fiat ex nihilo.

Secundo dicitur aliquid fieri ex nihilo: dato ꝙ fiat in alio: ſi poſſit exiſtere ſine illo, & ſic anima rationalis fit ex nihilo. quia etſi creetur in corpore, quia in creãdo infunditur, & in fundẽdo creatur: tamen quia corrupto corpore, non corrumpitur huiuſmodi anima, & poteſt eſſe talis anima ſine corpore: Ideo dicitur, & bene facta ex nihilo. Nam ſi non fieret ex tranſmutatione materiæ ſecundum naturæ curſum, & fortè ſimpliciter nõ poſſet eſſe ſine materia: eo ergo ipſo, ꝙ anima poteſt exiſtere corrupto corpore, & ſine corporali materia: ad productionem ipſius non ſufficit tranſmutatio materiæ corporalis. Et quia hoc eſt fieri effectũ ex nihilo: quando fit effectus, ad quẽ non ſufficit tranſmutatio naturalis alterius effectus, vt accipiamus tranſmutationem largè pro omni innouatione: Ideo anima rationalis dicitur eſſe producta ex nihilo.

Forma non fiat. 7. Met. t. c. 27. 28.

Fieri ex nihilo quid.

Aduertendum tamen, quòd quando dicimus formam materialem nõ poſſe eſſe ſine materia: non ſolum ſecundum naturæ curſum, ſed fortè ſimpliciter; ſemper quantitatem intelligimus eſſe exceptam. Nec eſt mirum ſi miraculosè quantitas poteſt eſſe ſine ſubiecto, quia & per ſe indiuiduatur, & etiam quia ad quantitatem maiorẽ, vel minorem propriè non eſt motus ex ſola tranſmutatione, ſed ex additione, vel ſubtractione eius. Nam non fit augmentum propriè, nullo addito: nec diminutio, nullo ſubtracto, vt declarari hẽt in primo de generatione. Vnde non ſic comparatur materia ad quantitatem, ſicut ad alias formas materiales de ipſa eductas: ſiue ſint ſubſtantiales, ſiue accidentales: nec eſt ſimilis ratio de quantitate, & de alijs formis.

Quantitas miraculosè ſine ſubiecto.

T. c. 15. c. de augm.

Tertio

Tertio modo dicitur aliquid fieri ex nihilo: dato ꝙ fiat in aliquo, & quòd non possit esse sine illo; tamen non naturaliter fit in illo: & hoc modo dicitur gratia creari ex nihilo; quia, & si fiat in anima, & si non possit esse sine anima, in qua fit: tamen quia naturalis transmutatio, vel naturalis quæcunque transmutatio animæ non sufficit ad habendam gratiam: dicitur gratia creari ex nihilo. Nam tunc non fit aliquid ex nihilo, quãdo sic effectus præsupponit effectũ: quòd ex naturali actione circa aliquem effectum fit huiusmodi effectus: ergo si effectus non præsupponit effectum, vel si possit esse sine effectu alio, vel si non ex naturali actione circa aliquẽ effectũ fiat huiusmodi effectus, dicetur talis effectus fieri ex nihilo. In ipso tñ fieri ex nihilo erunt gradus: qa plurimus modis fit ex nihilo. i. nullo præsuppposito: primo quando fit forma, quæ nec fit in materia, nec indiget materia: cuiusmodi est natura angelica. Secundo quando creatur in materia: potest tamẽ esse sine materia: cuiusmodi est anima rationalis. Tertio quando fit in aliquo, & nõ potest esse sine illo: tamen non fit naturaliter in illo: sicut fit vel creatur gratia in anima. Facere ergo aliquid ex nihilo, est facere effectũ nullo modo præsupponentem, vel ad sui esse non indigẽtem alio effecto, vel facere effectum non naturaliter, sed supernaturaliter inductum in alium effectum.

Gratia qñ ex nihilo.

Gradus creãdi, quæ fiũt ex nihilo.

Cum ergo quæritur: Vtrum Deus possit facere aliquid ex nihilo, est quærere vtrum possit facere aliquem effectum absque præsuppositione alterius effectus. Declarabimus autem triplici via, quòd Deus hoc potest, & non ageos naturale secundum triplicem differentiam, quam assignabimus inter hoc agens, & illud. Nam per ista naturalia, & per hæc sensibilia possumus ascendere ad intelligibilia. Differt enim primo agens naturale à Deo: quia agit per virtutem additã: Deus autem per suam essentiam. Secundo differt: quia huiusmodi agens est virtutis limitatæ, Deus autem est virtutis infinitæ. Tertio differt, quia huiusmodi agens naturale, est agens secũdum, & instrumentale: Deus autẽ est agens primum, & principale. Ex omnibus autem his differẽtijs: qua si tribus vijs possumus propositum declarare.

Declaratio difficultatis articuli.

Differentia triplex inter agẽs naturale, & diuinum.

Prima via sic patet: Nam agens naturale agit per virtutem additam suæ essentiç. i. agit per virtutem, quæ est accidens: agit enim per virtutem, quæ est naturalis potentia: siue quæ est qualitas, Deus autem agit immediatè per suam essentiã, quia sua essentia est sua virtus. Cum enim ipse sit simplicissimus: nihil est in eo, qđ non sit idẽ, quod ipse, & sua substantia. In ipso. n. nihil est ꝙ accidens, vt vult Augustinus 5. de Trinitate. Alia autem agentia: quia habent virtutem superadditam substantiæ: agunt per aliquid, quod est accidens: nam virtus addita substantiæ: non est ipsa substantia, sed accidit substãtiæ. Ideo dicitur in commento vigesimæ propositionis de causis, ꝙ Deus in agendo non indiget continuatore: alia autem agentia indigent continuatore. Deus enim, qui agit per suam essentiam: coniũgit se suo effectui. Nihil ergo est mediũ, vel nulla est virtus alia mediat continuans, vel coniungens Deũ suo effectui. Sed alia agẽtia, quia agũt per virtutem additam, agunt per cõtinuatorẽ. i. agunt per virtutem continuantem rem agentẽ suo effectui.

Deus cur aliquid ex nihilo facere possit, indicatur tribus vijs.

Cap. To. 5.

Dicamus ergo, quòd quãtũ ad ptæsens spectat: sic se habebit agens naturale ad agens diuinũ in agendo: sicut intellectus noster ad intellectum diuinum in intelligendo. Nam qnia * Deus intelligit per suam essentiam: cũ sua essentia prius sit repræsentatiua sui ipsius, quàm aliorum: consequens est, quòd Deus primo, & principaliter intelligit se, & intelligendo se intelligat alia. Intellectus autem noster econtrario, vt quia nihil intelligit per se, sed solum intelligit informatus speciebus aliorum, quia species aliorum primo, & per se ducunt in cognitionem illorum, quorũ sunt species: consequẽs est, quòd intellectus noster intelligendo alia intelligat se. Sic suo modo est in proposito. Nam sicut intelligere est per assimilationem, sic & actio secundum quòd præsens materia patitur, est secundum quandam assimilationem. nam agens in agendo assimilat sibi passum. Agens ergo naturale, qa agit per virtutem actiuam: quæ est quoddam accidens, & quædam qualitas continuans causam agentem cum effectu: primo & per se huiusmodi agens non causabit in passo substantiam, sed accidens: nam cum agat per virtutem, quæ est accidens: illud, quod primo inducetur per huiusmodi virtutẽ, erit simile virtuti, & erit accidens: vt ignis, quia non habet virtutem actiuam: vt Commentator dicit, nisi calorem: ideo primum, quod inducit est calor, & p le non nisi calefaciendo agit. Hoc ergo modo agens naturale causat substantiam causando accidens, vt ignis calefaciendo generat ignem. Et qnia primum inductum ab agente naturali semper est aliquod accidens: qa non nisi per virtutem accidentalem agit, cũ accidens semper requirat aliquid, in quo recipiatur: tale agens non potest agere nullo præsupposito. Deus autem, qui agit immediatè per suam substantiam, potest ipsam substãtiam producere immediatè. Et qnia substantia est omniũ aliorum fundamentum, & secundum quòd huiusmodi ad sui esse non indiget alio, in quo recipiatur, poterit Deus agere nõ præsupponẽdo aliud, sic qnòd poterit ipsam substantiam immediatè producere, & in substantia producere alia: & qa hoc est creare, & hoc est facere aliquid ex nihilo: consequens est, quòd ipse hoc possit: patet ergo, si in hoc tantum sistimus, quòd actio Dei est sua substantia, & quòd ipse agit per suam substantiam: nondum habemus intentum. Sed si ex hoc vlterius procedamus: quòd potest immediatè ipsam substantiam producere, quæ secundum quòd huiusmodi non sundatur in alio, tanquàm in subiecto, sed est aliorum fundamentum: habebimus, ꝙ poterit agere effectum non

* Intellectus Dei qũo differat ab humano in intelligendo.

Actio naturalis qualis.

Ignis actiua virtus qualis. li. 5. met. t. c. 9. 12. Met. 5. c. 18.

Actio diuina qualis.

fundatum

fundatom in alio effectu, & per conſequens, ꝙ poteſt agere nollo præſuppoſito. Hoc autem apparet, quia ſi agens naturale cauſat ſubſtantiam, cauſabit ſubſtantiam, quæ eſt forma: nó autem ſubſtantiam, quæ eſt materia. Nam cum incipiae ab accidentibus, poterit per accidẽtia tollere ipſam formam, ſed non poterit per accidẽtia tollere ipſam materiam: cum non fiant huiuſmodi accidẽa nisi ex tranſmotatione materiæ. Deus vero, quia in agendo poteſt incipere ab ipſa ſubſtantia, non oportet, quòd præſupponat tranſmutationem alicuius, ſed poterit totum producere.

Secunda via ſic patet: Nam cum agens naturale ſit virtutis limitatæ: non aget actionem realem in inſtanti: nec faciet effectum ſuum realem in inſtãti, ſed prius diſponet ad ſuum effectum, quàm ipſum faciat. Quicquid autem agit ſic diſponẽdo, præſupponit illud, quod diſponit. Ideo non poteſt agere nullo præſuppoſito. Deus autem, quia eſt virtutis infinitæ: quia ſecundum ꝙ augetur virtus, diminuitur tẽpus, vt poteſt patere in demonſtrationibus circa finem. 7. Phyſ. poterit agere in inſtanti. Ideo non oportet, quòd prius diſponat, & poſtea efficiat: quia poterit torũ ſimul facere: ꝓpter quod poterit agere, nullo præſuppoſito. Quod enim non indiget diſpoſitione materiæ, non indiget ipſa materia. Nam ideo agentia indigent materia, vt tranſmutando materiam diſponant eam, & inducant formam. Si ergo eſſet tale agens: quod ad totum eius fieret materia diſpoſita: non indigeret diſpoſitione materiæ: poſſet enim ſine tranſmutatiõe aliquid facere. Comment. autem in 12. Meta. vt patuit pro eodem habet facere aliquid ſine tranſmutatione, & facere aliquid ex nihilo. Agens enim, quod poteſt agere abſque tranſmutatione materiæ: habet poſſe in ipſam materiam, & quia immediatè habet poſſe in ipſam materiam: conſequens eſt, quòd eius effectus ſit ipſa materia: & per conſequens poterit agere, nullo præſuppoſito.

Deus eſt infinitæ virtutis.

T.c. 16.

Ex nihilo, & ſine tranſmutatione facere eſt idem.

Tertia via ſic oſtenditur. Nam quia agentia naturalia ſunt agentia ſecundaria: ideo agunt ſicut organa, & ſicut inſtrumenta agentis primi. De ratione autem inſtrumenti eſt, quòd agat motum: ſicèt ergo talia agentia non aguni niſi mota: ſic non agunt niſi mouendo, & tranſmutando: & quia motus, & tranſmutatio requirũt aliquid, in qoo recipiantur, non poterunt talia agẽtia agere nullo præſuppoſito. Deus autem quia poteſt agere ſine tranſmotatione, & motu: cum ſit agens principale, & à nullo alio motus, poterit agere nullo præſuppoſito. Poſſumus autem, & hanc conſequentiam clarios oſtendere. Nam quia Deus eſt agens principale, & primum: nihil eſt, quòd non ſit effectus eius: quia ſemper agens principale, & primum in omni genere eſt cauſa omnium aliorum, quæ ſunt prius, & quia nulla cauſa præſupponit effectum ſuum: quia quod efficitur ab aliquo non præſupponitur ab illo: conſequẽs eſt, quòd poſſit Deus agere nullo præſuppoſito, & ꝙ nihil oporteat ipſũ in agẽdo præſupponere: cum omnia fiat effectus eius. Agentia vero alia, quia ſunt agentia ſecundaria, non extendunt ſe ad totum: oec faciunt totum: ideo in agendo aliquid præſuppoount. Alia em̃ agentia dicontur non facere totum. i. non facere quamlibet partẽ totius ſimpliciter: licèt faciant, & caoſent quamlibet partem, vel ſimpliciter, vel in aliquo, vt agens naturale generans ignem cõpoſitum ex materia, & forma, facit materiam, & formam non ſimpliciter. Nam licèt poſſit dici, ꝙ caoſet formam ſimpliciter: quia huiuſmodi forma antea non fuit: materiam tamen non facit ſimpliciter, ſed facit eam in aliquo. erat. n. antea huiuſmodi materia, ſed non erat in hoc ignogenito: nec erat ſub eius forma. Et quia hoc facit agens: dicitur facere totum, & dicitur cauſare, & facere modo, quo diximus, ipſam materiam.

Agens natu. tale totum facere non poteſt.

Materia quo modo fit.

RESP. AD ARG. Ad primum dicẽdum, quòd aliquid dicitur poſsibile fieri dupliciter, vel quia eſt in potẽtia materiæ, vel quia eſt ſolom in potentia agentis. Primo modo eſt aliqoid poſsibile apud caoſas naturales: nam nihil eſt poſsibile ſecondum naturalia agentia: niſi qd eſt in potentia paſſiua alicuius. Secundo modo dicitur aliquid poſsibile: quia eſt ſolum in potẽtia agentis: ſicut in his, quæ fiunt à Deo: vbi non oportet, ꝙ præſupponatur aliquid, ſed tota ratio facti poteſt eſse potentia facientis. Cum ergo dicitur, ꝙ ſi eſt aliquid poſsibile fieri: oporter illud eſse ens in potentia: patet quòd in his, quæ fiunt à Deo: vbi nó oportet, quòd præſupponatur aliquid: quia omnia ſunt effectus eius, & ipſe nihil præſupponit: non oporter, quòd præexiſtat ens in potentia habens poteotiam paſsiuam, ſed ſufficit, quòd præexiſtat ipſe Deus: habens in ſe potentiam actiuam. relati ergo ad Deum omnes effectus ſunt poſsibiles per ſolam potentiam facientis.

Poſsibile fieri duplex.

Ad ſecundum dicendom, quòd creatio, vt cõmuniter ponitur, nec eſt motus: nec eſt mutatio. Motus quidem non eſt: quia motus fit in tẽpore, & habet partẽ poſt partẽ: creatio aũ fit tota ſimul, & fit in inſtãti: nõ eſt ergo creatio motus. Nec eſt etiam propriè mutatio: quia mutatio eſt terminus motus, creatio autem nó eſt terminus motus, & per conſeqoens non eſt propriè mutatio: niſi vellemus accipere mutationem largè. ꝓ omni noua inceptione, vt diceremus omne illud mutatum, quod nunc incipit eſse, quod nõ erat; ſioe habeat hoc per motum præcedentem: quod competit mutationi propriè ſumptæ: ſiue noo per motum præcedentem, quod competit creationi. Cum ergo arguitur, quòd mutatio eſt terminus motus: peccat argumentum in materia: nam creatio non eſt mutatio, quæ ſit terminus motus, ſed eſt acceptio ipſius eſse abſq; moto præcedente.

Creatio nõ eſt motus, nec mutatio.

Creatio qd.

Ad tertium dicendom, quòd creari oon eſt fieri, quod ſic realiter differat à facto eſse: creari em̃ eſt quoddam factum ſignificatom per modũ

Creare non eſt fieri.

Fieri, & fieri esse in quibus differant, & conueniant.

fieri. nam in his, quæ fiunt subito, & in instanti: idem est fieri, & factum esse. Et si talia dicuntur fieri: nihil est aliud, quàm significare factum esse per modum fieri, vt illuminatio aeris fit in instanti: ideo idem est illuminari, & illuminatum esse: & forma substantialis introducitur in instanti: ideo idem est talem formam introduci, & introductam esse, & motus terminatur in instanti: ideo idem est motum terminari, & terminatum esse: sic creatio, quia fit in instanti: idem est rem creari, & creatam esse. Cum ergò dicitur, quòd permanens cum fit: non est: verum est si fiat ex materia præiacente. Et si fiat primo disponendo materiã, & postea inducendo formam. Sed hoc nõ possumus dicere in creatione: nam creatio nihil præsupponit: nõ enim præsupponit materiam. Propter quod in creatione non prius disponitur materia, & postea inducitur forma, vel non prius disponitur potentia, & postea inducitur actus. Permanens ergo cum fit, nõ est: si fiat per motũ præcedentem: ita ꝙ fieri sit moueri, nõ mutatũ esse.

Ad quartum dicendum, quòd quãdo creatio creetur, & quid sit creatio; & qualiter non earum ibi in infinitum: dicetur: cum disputabitur de ipsa creatione: vtrum sit idem, quod esse creaturæ.

Infra q. 2. ar. 2.

ARTIC. V.

An alia agentia cooperari possint Deo in opere creationis. Conclusio est negatiua.

Aegid. Quol. 5. q. 1. De esse, & essẽtia. q. 6. D. Th. 1. p. q. 45. ar. 5. Item 2. Sent. d. 1. art. 3. Et contra Gent. lib. 2. c. 19. D. Bon. d. 1. q. 2. ar. 2. Sco. q. 4. Gabr. Biel. d. 1. q. 4.

QVINTO quæritur: vtrum alia agentia cooperentur Deo, vel cooperari possint in opere creationis.

Lib. 4. sent. dist. 5.

Et videtur, ꝙ sic per Magistrũ dicentem: Posset Deus potentiam creandi communicare creaturis: ergo, &c.

Præterea secũda agentia inducunt formã substantialem in materia, sed de forma substantiali nihil erat in materia: ergo est per creationem introducta, & per consequens alia agentia creant, vel cooperantur Deo in opere creationis.

Præterea difficilius est facere aliquid ex contrario, quàm ex nihilo. quia in nihilo nulla est resistentia sicut est in contrario, sed possunt alia agentia à Deo facere aliquid ex cõtrario: ergo &c.

Præterea quicquid potest facere aliquid ex nõ ente simpliciter: potest creare: cum hoc sit creare facere aliquid simpliciter ex non ente, sed generatio simpliciter est ex non ente simpliciter: sicut generatio secundum quid est ex non ente, secundum quid: sed ab alijs agentibus non negamus generationem simpliciter: ergo non negabimus quin possint facere aliquid ex noo ente simpliciter, & per consequens quin possint creare.

A

Præterea sicut res exeũt à Deo tanquàm à principio: sic reducuntur in Deum tanquàm in finẽ. Sed lex diuinitatis est infima reducere in suprema per media: ergo sicut infima non reducuntur in Deum tãquàm in finem nisi per media: ita nõ exeunt ab eo tanq̃ à principio nisi per media: ergo Deus creat infima mediãtibus causis medijs.

Præterea Deus est omnium creator, sed aliqua facit mediantibus illis causis: ergo aliqua creat mediantibus illis.

IN CONTRARIVM est, Dam. de Angelis, & de creaturis dicens: Quicunque vero aiunt conditores esse cuiuscunque substantiæ: hi omnes sunt os patris sui diaboli: creaturæ enim existentes. s. Angeli; non sunt conditores rerum. Præterea Augustinus ait: Non solum malos: sed nec bonos Angelos fas est putare posse aliquid creare. Sed si alicui creaturæ competeret, vel competere posset creare, vel cooperari Deo in opere creationis: hoc cõpeteret Angelis, q̃ sunt suprema creaturæ: sed non cõpetit eis, ergo nec alijs.

Lib. 2. c. 4.

B

3. de Trini. c 7. To. 3.

Præterea nihil, & aliquid distant in infinitum, quia non entis ad ens nulla est proportio: ergo ex nihilo fieri aliquid, requirit potentiam infinitã: quare, &c.

RESOLVTIO.

C

Creatura agit immediatè per virtutem superadditam, vtq̃, organum continuatore indigens. Hinc creare non potest, nec ratione rei actæ, nec agentis, nec modi agendi, sed ministerium præstare potest.

RESPONDEO dicendum, ꝙ circa hoc recitatur triplex modus dicendi: Vnus quorundam Philosophorum ponentium à prima causa non procedere immediatè nisi vnum: secundum quem modum ponendi necesse est dicere alia agẽtia esse creatores rerum. Cuius positionis potissimè assertor est Auicen. de ordinatione intelligẽtiarum, & animarum, & corporum cęlestiũ: volens, ꝙ à Deo, cum sit omnino vnus, & simplex: non processerit immediatè, nisi vnum tantum, videlicet intelligentia prima. Sed ab intelligentia prima, quę recedit ab vnitate, & simplicitate Dei

Auic. lib. 9. Met. cap. 4.

D

processerunt tria. s. intelligentia secunda: prima anima cęli, & primum corpus cęli, & sic procedendo saluat multitudinem in entibus. Huius autem positionem diffusè tractauimus, & reprobauimus in ✠ quęstionibus de primo principio, in q. 2. Vtrum à primo principio possint immediatè plura procedere. ✠ Secundus modus dicõdi est, quòd creare nulli creaturę est communicatum: nec etiam potest ei communicari: sicut non potest ei communicari, quòd sit infinitæ potẽtiæ. Tertius modus dicendi est, ꝙ licèt posse creare nulli

* Quæst. de primo principio, fuit de esse, & essentia edita ante 2. lib. sent. Vide sup. ar. 2.

* Creatura omnis q̃ sic est finitę essentiæ, magnitudinis, & virtutis. Hinc infinitus nõ capax, quia si donaretur, adæquatur.

Deus rem maiorem efficere non posset. Quod eius omnipotentiæ aduersatur.

nulli creaturæ ſit communicatum: potuit tamẽ ei communicari, & hoc multum videntur ſonare verba Magiſtri, vt patuit in arguendo. Additur autem à quibuſdam quartus modus dicendi, videlicet, ꝙ poſſe creare aliqno modo potuit communicari creaturis: aliquo modo non. Nam creare eſt agere nullo præſuppoſito, nec ex parte acti, nec ex parte agentis: dicunt ergo, quòd potuit cõmunicari creaturis agere nullo præſuppoſito ex parte rei actæ, ſed non ex parte rei agentis, quod ſatis videntur ſuperficialiter ſonare verba Magiſtri in loco præaſſignato dicentis, quòd poſſet Deus per aliquem creare aliqua: non per eum tãquã Actorem, ſed Miniſtrum: cũ quo, & in quo operaretur. Non poteſt ergo ſecundum iſtos communicari creaturæ, quòd agat omn præſuppoſito aliquo effectu ſubſtrato ſuæ actioni. His itaque prælibatis, hoc ordine procedemus in quæſtione propoſita; quia primo oſtendemus, quòd impoſſibile eſt communicari creaturæ, quòd non præſupponat aliquid ex parte rei actæ: oſtendemus enim, quòd quodcunq; agens præſupponit agẽs aliud: ſuus effectus præſuppooit alterius agentis effectum: propter quod non poteſt communicari creaturæ non ſupponere aliquid ex parte rei actæ. Secundo oſteodemus, vtrum aliqno modo verba Magiſtri ſaluari poſſint.

Ordo procedendi.

Propter primum ſciendum: quòd, vt ſupra diximus, omnis creatura agit per continuatorem, & impoſſibile eſt communicari creaturæ agere ſine continuatore, vel agere ſine virtute ſuperaddita ſuæ ſubſtantiæ. Dicemus autem, ꝙ creatura indiget continuatore ex parte rei actæ, & ex parte agentis, & ex parte modi agendi, ſecundum quæ tria, triplici via, ꝓbabimus, quòd impoſſibile ſit creaturam agere nullo præſuppoſito ex parte rei actæ.

Actus creaturæ triplici eget continuatore.

Prima via ſic patet: nam creatura ſecundum eſſentiam eſt ſeiuncta à ſuo effectu, vt dicitur in commento de cauſis, propoſitione 20. non enim poteſt creatura per ſuam eſſentiam immediatè agere in aliquem effectũ: ideo indiget virtute media continuaote. i. coniungente eam eum ſuo effectu: & qnia, vt diximus, virtus illa eſt accidens: ideo primum, quod inducit creatura, eſt aliquod aecidens. Si autem inducit ſubſtantiam: vtputa ſi inducit formam ſubſtantialem: hoc erit primo inducendo accidens, vt ſi ignis inducit formam ſubſtantialem in materia, hoc erit calefaciendo primo, & inducendo calorem, qui eſt accidẽs. Et quia accidens ſemper requirit aliquid, in quo recipiatur: eo ipſo qnòd creatura indiget virtute cõtinuante, & coniungente eam cum effectu, cum per huiuſmodi virtutẽ primo inducatur aliquod accidens: conſequens eſt, quòd ſemper creatura præſupponat aliqnid ex parte rei actæ, io quo recipiatur ſua prima actio, quæ eſt accidens.

Contra iſtã rationẽ eſt Gabr. Biel. 2. ſent. d. 1. q 4. in ſolutione primi dubij.

Quæſt. 3. q. 1.

Sed dices: Licet creaturæ, vt agenti priocipali non poſſit cõicari agere nullo præſuppoſito: põt tamen ei communicari tanquam inſtrumento, quia non eſt inconueniens organum, & inſtrumẽtum agere vltra ſuam ſpeciem. ageret enim creatura vltra ſuam ſpeciem, ſi per virtutem ſuã, quæ eſt accidens, immediatè produceret ſubiectum: ſed hoc poterit facere, vt inſtrumentum Dei, qđ faciendo competet ei creare. Sed hęc cauillatio modica eſt, quia non competit inſtrumento habere actionem, vt inſtrumentum, niſi competat ei habere actionem, vt quædam res eſt. Actio ergo inſtrumenti, vt inſtrumentum eſt: præſupponit actionem inſtrumenti, vt quædam res eſt: vt calor eſt organum, & inſtrumeotum formæ ſubſtantialis ignis, & in virtute eius ioducit huiuſmodi ſubſtantialem formam io materia. Habet ergo calor actionem, vt inſtrumentum eſt. inducern ſubſtantialem formam: & habet actionem, vt quædam rea eſt, qnia inducit calorem: & niſi haberet actionem, vt quædam res eſt. i. niſi induceret calorem, non haberet actionem, vt inſtrumentum eſt. i. non poſſet per calorem induci ſubſtaotialis forma. Nunqnam ergo inſtrumentum habet actionem, vt inſtrumẽtum eſt, niſi habeat actionem, vt quædam rea eſt, & quia creaturę nõ poteſt competere actio, vt qnædam res eſt, niſi aliquo præſuppoſito, & niſi actio eius recipiatur in aliquo; conſequens eſt, quòd non poſſit ei cõpetere actio, vt inſtrumentum eſt: niſi actio eius recipiatur in aliquo. propter qnod pater verum eſſe, quòd quicqnid agit, vt organum, & qnicqd præſupponit aliud agens, præſupponi aliqnid ex parte rei actę, & requirit aliquid, in quo ſua actio recipiatur. Eo ergo ipſo, qnòd qnodlibet agens creatum indiget continuatore ex parte rei actæ, quia indiget virtute media cõiungẽre ipſum ſuo effectui; patet, quòd tale agens non poteſt agere nullo præſuppoſito ex parte rei actæ; nec poteſt hoc ei communicari, & per conſequens non põt ei communicari, quòd creet.

Inſtrumẽti actio duplex.

Creatura quælibet agit, vt organum.

Secunda via ad hoc idem ſumitur ex eo quòd omne agens creatum agit, vt organum Dei: hoc eſt autem de ratione organi, qnod non poſſit facere effectum, niſi applicatum ad opus per principale agens, vt ſerra non agit, vt organum artis: niſi applicata ad opus per artificẽ, qnod verum eſt de Deo reſpectu aliorum omnium agentium. nã Deus non ſolum dat virtutem alijs agentibus, ꝙ agant, ſed etiam continuè monet omnia agentia ad agẽdum: ita quòd, ſi deſineret primus Motor mouere qnodcunque agens ad actionem ſuam, ſtatim deſineret illud agens agere. Et quia nõ poteſt aliqnod agens creatum aliquid agere, niſi à Deo motum; conſequens eſt, quòd non poſſit aliquid agere, niſi ſit à Deo ad agendum applicatum: & quanto magis agit actionem tale agens, vt inſtrumentum; tanto magis indiget tali applicatione. quia, vt diximus, hoc eſt de ratione inſtrumenti, quòd ſecundum, quòd huiuſmodi, non agat niſi applicatum ad opus à principali agente: ideo de qualibet agente creato verum eſt, ꝙ eũ non tangit, non agit, vt declarari habet in primo de Gene. qnodlibet ergo agens creatum prius intelligitur applicari, & tangere, q̃ agere: ſed contactus non põt eſſe ad ipſum nihil: nullo ergo præſuppoſito, ſicut non poteſt agens creatũ

Cap. de act. & paſſ. t. c. 48.

tangere, sic nō potest agere: solus ergo Deus, qui cū oon agat, vt organū, nō indiget priua applicati, quàm agere: illud ergo, qđ de se est impotens a d agendum, nullo præsupposito: de quo nō est intelligibile, quòd agat, nisi prius applicetur ad opus; oō est intelligibile, quod agat nisi præsupposito eo, ad quod applicatur. Dicemus ergo, ꝙ agere aliud, vel producere aliud: non præsupponit illud, quod agitur, & producitur: quia nulla causa secundum quòd huiusmodi presupponit effectum sunm: nā, vt supra dicebatur, quod efficitur, in factione non supponitur: sed id, ad qđ applicatur, presupponit agēs. ergo actor, vt principale agens: potest rem producere, & rei productæ se coniungere, & nec tempore, nec origine prius se applicat, quàm producat: immo origine, & si non tempore, producit. & producendo se applicat: & se applicando, rē productam in esse conseruat: non ꝙ talis applicatio sit per mutationem factam in Deo, sed solum per mutationem, & per nouitatem factam io creatura. Sed agena, vt instrumentum, cum saltē origine prius applicetur, quàm agat, non suppositare, ad qnā applicari possit; impossibile erit tale agens aliquam actionem efficere. Bene ergo dictum est, ꝙ quicqnid presupponit aliquid ex parte agentis, presupponit aliquid ex parte rei actæ: quia omne tale agens agit, vt organum: & agit, vt applicatum, & prius intelligitur applicari, qnàm agere. Dicere ergo, quòd possit agens creatum aliqoid facere nullo presuppposito, non per se, sed vt organum, & vt innitens superiori agenti; est petere, quod est in cootrario, & est arguere oppositū, oon propositum: cum agere, vt instrumētum, & innitens superiori agenti, sit agere, vt applicatum ad aliqnid.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, qnòd omne tale agens indiget continuatore ex parte modi agendi. Nam omne agens creatum siue sit agens per intellectum, siue per naturam; oportet quòd habeat determinatum modum agendi, quia sicut habet determinatam oaturā ad esse: sic habet eam determinatam ad agere. non enim diceremus de Angelo agente per iotellectum, & voluntatem, qnòd sunm intelligere sit sunm facere: vel sunm velle, sit suum causare: sicut dicimus de Deo, quòd, dixit, & facta sunt. Sed reqnitur debita proportio agentis ad rem actā. Ideo dicitur, quòd si voa stella adderetur orbi: quòd motor moueret orbem cū labore, & pœna. i. soluta esset proportio motoris ad mobile. Ipsa ergo debita proportio qnantum ad modum agendi, est quasi quædam continuatio, & quædā coniunctio agentis ad rem actā: & quia ad nihil nolla potest esse determinata proportio; nulli creaturæ communicari poterit, qnòd aliquid producat ex nihilo: sicut nec ei cōmunicari potest, quòd non agat determinato modo, & quòd nō habeat determinatum esse.

Cœlum quo cum labore moueretur. Ar lib. 2. de Cœlo. c. 7 1.

Visō, quòd nō potest commoicari creaturę, qnòd possit agere nullo præsuppositō: restat videndum si possit saluari opinio Magistri. Dicēdum ergo, quòd si Magister sensit: qnòd cōmunicari posset creaturæ, qnòd posset verè creare: io hac parte opinionem eius non tenemus i nec communiter tenetur in hoc eius opinio. Possumus tamen colorare verba Magistri, & reducere ea ad veritatem. agit enī Magister in loco prælegato: videlicet in 5. dist. quarti libri: de potētia dimittendi peccata, & de poteotia sanctificandi creaturam. hoc autem oon est agere nullo præsuppositō: cum in tali actione præsupponatur creatura; qnę sanctificari debet. Cum ergo to ipsa creatura sanctificata aliqnid inducatur p creationem: sicut gratia, vel aliqua alia dona, posset Deus concedere ministerialiter creaturę: quòd posset creare aliqna. i. quòd instrumētalitet operaretur interius in anima ad opus creationis excellentiori modo, qnàm ei contulerit. Sic ergo posse creare ministerialiter oō est facere de nihilo aliquid, sed est prestare ministeriū, vt hoc fiat. Quia si dicatur hoc communicatum esse creaturis, quia sacerdotes ministrando sacramenta disponunt ad gratiam: dicemus quòd hoc est faciēdo aliquid exterius: vult autem Magister: quòd sicut collatum est creaturæ disponere ad gratiā faciēdo aliquid exterius, sic poterit conferri creaturæ, posse creare ministerialiter. i. posse exhibere aliquod ministerium ad opus creationis: operando etiam interiua. Propter quod idem Magister dicit eodem libro, & eadem dist. vbi de hoc agitur: quòd potuit Deus dare seruo potestatē in mandatione vitiorum, vt seruus operaretur cum domino, non sine domino: sic in exteriori ministerio dominus operatur cū seruo, & io seruo. Non ergo potuit Magister, qnòd posset cōmunicari creaturæ: qnòd posset agere oullo presuppositō, vel quòd posset facere ex nihilo, qnòd si tamen hęc fuit intentio sua; cum eo, vt diximus, hanc opinioom non tenemus. verba tamen eius, vt satis patet, adduci possunt ad expositionem præfatam.

Opinio Magistri.

Defensio pro Magistro.

Creare qđ.

Resp. ad arg. Ad primum ergo, vbi arguitur ex opinione Magistri, patet solutio per iam dicta. Possemus tamen dicere, si vellemus, qnòd non oportet, quòd Deus communicauerit creaturę quicqnid potuit recipere, sed communicauerit ei, qnod potuit recipere de his, qnæ pertinent ad perfectionem oaturæ: oō autem de perfectionibus alija, ideo dato, quòd potuisset communicare Deus creaturę, posse creare: nō oportet, qnòd ei commoicauerit: quia esset perfectio supra naturam.

Ad secundum dicendum, quòd agentia secūda inducuot formam substantialem in materia, de qna nihil antea fuit in ipsa, sed propter hoc oon creant: quia huiusmodi forma non fit per se, sed fit in alio. Creare autem est facere effectū oon præsupponentem alium effectum: quod oō est verū de forma materiali, quæ à secundis agētibus induci potest.

Ad tertium dicendum, quòd si materia non haberet contrarium, & posset suscipere actionē agentis, facilius fieret effectus, vel hoc modo facilius

cilius esset agere ex non contratio, quàm ex cõtratio operari: cum ex nihilo, vel nullo præsupposito operari, vt commooiter ponitur, sit multo maioris virtutis, quàm operari ex contrario.

Contrarietas cur faciat difficultatem in effectu.

nam cõtrarietas pro tanto facit difficultatem in effectu, quia elongat potentiam ab actu, & materiam à forma. quanto enim materia magis est subiecta formę contratiæ, tanto remotior est à susceptione formæ propositę. ideo in habentibus symbolum facilior est tranlitus. Cum ergo nihil maximè differ ab actu, quia eius ad actum nulla est proportio: difficilius est, & maioris potentię agere ex nihilo, quàm ex cõtratio. Vel possumus dicere, ꝙ agens creatum non potest facere ex nihilo, sed ex contratio: noo ratione maioris resistentię, sed quia subtet sugit modum agendi eius.

Lib. 2. de Gen. t. c. 25.

Cum enim tale agens non agat otsi attingendo, & applicando se rei: semper oportet, quòd in actione sua aliquid præsupponat, cui applicari possit.

Non ens tribus modis dicitur.

Ad quartum dicendum, quòd non ens tripliciter potest dici, vel quia non est ens secundũ vnum actum, est tamen ens secundum aliũ: Vel quia non est ens secundum aliquem actum: Vel quia nullo modo est ens: nec secundum actum, nec secuodum potentiam. Primo modo ex non ente est alteratio, vt ex oon ente secuodum hanc formam accidentalem: ente autem secundum formam substantialem fit alteratio ad illã formam accidentalem, secuudum quam non est in actu, sed in potentia. Secundo modo ex nõ ente fit genetatio simpliciter, vt ex non ente simpliciter in actu: ente autem in potẽtia, fit per se geoeratio simpliciter. nam in generatione simpliciter propriè, & per se est subiectum, Hyle, vt dicitur in primo de generatione. Tertio modo ex non ente. i. ex nullo modo ente fit creatio. Vnde generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter aliter, quàm creatio. quia generatio fit ex nõ ente simpliciter in actu: ente tamen in potẽtia. sed creatio, vt dictum est, ex nullo modo ente. Rursus creatio fit ex non ente simpliciter. i. ex nullo modo ente ordinaliter, non materialiter: quia nullo modo ens: nullius põt esse materia, & tamen ordinaliter ex nullo modo ente. i. prius nullo modo ens, per creationem aliqoid incipit esse ens. Sed generatio fit ex non ente simpliciter in actu. i. ex materia, quæ de se est potentia pura materialiter, & subiectiuè. quia, vt diximus, materia est per se generatioois subiectum.

Creatio qõ fit ex non ente. T. c. 24.

Exitus rerũ à Deo cur immediat⁹.

Ad quintum diceudum, quòd oon est simile de exitu rerum à principio, & de reductione rerum in finem. quia si res crearentur per secunda agentia, consequens esset, quòd illa agentia crearent, sed cum creare sit proprium primi agentis, si communicaretur secundis agentibus, ꝙ crearẽt, communicaretur eis, ꝙ essent primum agẽs. Sed reductio rerum in finem, non arguit secundas causas esse vltimum fiorm, sicut creatio infert, ꝙ essent primum agens. In exitu ergo rerũ à priocipio multa fiunt mediantibus secundis causis: ita tameo, ꝙ secũdis causis non communicatur, ꝙ creent: sicut, prout reducuotur res in finem, multa fiunt per secundas causas; ita tamẽ, quòd non communicatur secundis causis, quòd sint vltimus finis. Ad formam ergo arguendi, cum dicitur, quòd Deus reducit alia in se per secundas causas: ergo creat per secundas causas: patet responsio, quòd non creat per secundas causas: quia non facit secundas causas esse primas: sicut non reducit res in seipsum, tanquàm in vltimum finem per secundas causas: sic ꝙ faciat secundas causas esse vltimum finem. Multa tamen exeunt à Deo per secunda agentia, vt omnia illa, quæ fiunt per generationẽ, & multa reducuntur in ipsum tanquàm in finem per secundas causas. nihil tamen fit abipso per creationem per secundas causas: quia quod creatur ab eo, secundum quòd huiusmodi, exit ab eo immediatè solum: sicut nihil reducitur in ipsum, tanquàm in finem per secundas causas, vt tendit in ipsum immediatè tantum: quia tunc immediatum, vt immediatum, susciperet medium: qđ est incouueniens.

Ad sextum dicendum, quòd Deus est omniũ creator: qa vel omnia immediatè facit, vel omoibus subtlernit immediatom suum effectum. Eis enim, quæ facit mediantibus alijs agẽtibus, substernit suum immediatum effectũ. quia omnibus talibus substernit materiam, vel naturam aliquam ab eo immediatè productam. Talia ergo agentia non creant, quia non agunt nullo præsuppositio.

ARTIC. VI.

An alia agentia cooperentur Deo, in alijs operibus. Conclusio est affirmatiua.

Aegidius de esse, & essentia. q. 4. D. Bonau. dist. 1. par. 1. art. 2. quæst. 2.

EXTO quęritur: vtrum alia agentia coopetẽtur Deo in alijs operibus: vel nihil faciant, sed totum faciat Deus.

Et videtur, ꝙ nihil agãt agẽtia alia. quia vnus tantum est modus in natura communicaodi natoram: nam cũ oatura sit quid vnum: vno modo communicabitur. Ideo dicimus, ꝙ generata ex putrefactione non generant, quia si generarent: tũc natura vna, & eadem communicaretur dupliciter. s. per geoerationem, & putrefactionem: quod dicimus esse imposfibile. Cum ergo eadem sit natura secũdum speciem huiusmodi equi generati, cum equo primo producto per creationem: si hic equus generaret equum, esset eadem natura: vt natura eqoina communicata dupliciter. s. p creationem; & generationem: quod nũ videtur posfibile: & quia omnia fuerunt creata à principio:

Naturam eõ municandi vnus mod⁹ tantum.

videtur

videtur, ꝙ nihil secunda agentia possint producere, sed omnia fiant per creationem, & quamlibet rem toram faciat Deus.

Præterea Deo attribuendum est quicquid est melius, sed quòd perfectissimè agat est melius, & nobilius: hoc est ergo ei attribuendum, sed agere omnia immediatè est agere perfectissimè: ergo hoc est Deo attribuendum.

Præterea frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: sed Deus solus potest totum facere: nihil ergo operantur alia agentia.

Præterea nulla creatura agit nisi per virtutem aliquam, quæ est accidens: ergo nulla creatura potest producere aliquam substãtiam: quia tũc ageret vltra suam virtutem: non etiam oportet ageos creatum producere aliquod accidens: qa à substantia fluunt cætera accidentia: materia. o. subiecta cum forma, est causa omnium accidentium, quæ fiunt in ea. Sed omne creatum, vel est substantia, vel accidens: ergo &c.

Præterea omnia, quæ sunt, vel sunt corporalia, vel spiritualia: & spiritualia suot super corporalia, sed spirituales naturæ nec sunt causa spirituũ, nec corporũ: ergo nullius sunt causa: multo ergo magis nec corporalia.

Lepli t.c.32. & 2.l. t.c. 50. 18. . IN CONTRARIVM est, quia in natura nihil est frustra, sed si alia agẽtia nihil agerẽt: frustra eẽnt: qa eẽnt priuata ꝓprijs operationibus.

Præterea si alia agentia nihil agerent, voa res nõ dependeret ab alia, sicut effectus à causa: non ergo magis fieret aliqd ab vna re, quàm ab alia: infrigidatio ergo nõ magis fieret ab aqua, quàm ab igne: nec calefactio ab igne, quàm ab aqua: quod est oegare sensum.

RESOLVTIO.

In agentibus secundis est actio coagens: sed effectus immediatè totus, non totaliter, est à Deo, vt ens: & ab agente secundo, vt tale ens. immediatius verò à Deo.

Errores circa hanc materiam. RESPONDEO dicendum, quòd in actione creaturarum siue secundorum agentium: aliqui attribuunt creaturis nimis patum, & minus, quàm deberẽt, immo nihil attribuerũt secundis causis. Aliqui vero attribueret secundis causis, & rebus creatis plus, quàm deberent. Aliqui autẽ aliquibus creaturis attribuerunt plus, quàm deberẽt: aliquibus vero minus: qui omnes à veritate deuiauerunt. Nã vt dicitur io 7. Metaphy. oportet quòd latitudo sermoois sit in vnaquaq; re secundum exigentiam illius rei, & non magis neque minus: qui. n. in omnibus dicit minus, quàm debeat, vel in omnibus plus quàm debeat, & qui in aliquibus minus, in aliquib⁹ plus: omnes à veritate deuiant. Tribuentes ergo creaturæ minus, quàm debeant negantes omnem actionem ab omnibus creaturis: fuerunt quidam loquentes in lege Saracenorum: de quibus Commen. ait in 12. Metaph. quòd loquentes nostræ legis, i. legis Saracenorum opinabantur, quòd

Com. in Saracenoꝝ lex: sed potius Agare.

A agens agat creando formam ex nihilo, & nullũ huiusmodi hic existens videtur agens. Et sobdit quod dixerunt, s. loquentes fuæ legis: quòd erat vnum agens omoia entia sine medio: ita quòd negant, vt ait, igoem comburere, & aquam humectare, sed dicunt omnia ista iudigere creatore. Videtur ergo motiuum istorum esse: quòd ageotia creata nihil agant: quia si agerent, crearent. Nam si agerent: non agerent quod est: ergo quod non est: vt si aguut morom, prius nihil fuit de illo motu, & iocipit nunc esse huiusmodi motus: ergo iocipit aliquid esse; de quo nihil prius erat. sed hęc est creatio. cum ergo oullum aliud agens possit creare, nisi Deus, solus Deus omnia operatur. Secundum ergo hanc opinioocm videtur, ꝙ ignis non comburat, & ꝙ aqua no humectet, sed hæc omuia operetur Deus.

ni. quàm se faceat dici debent. Sara. fuit libera: Agar vero ancilla; quę ex Abyaham genuit Ismaelem, qui fuit coztra omnes: ex quo etiã multiplicati sunt Gentiles, & Aegyptii, ex Agar Aegyptia: hinc omnibus infesti sunt Saraceni, qui Agareni merito sunt appellandi.

B Sed hæc positio stare oou potest: quia negantes à rebus actiones proprias: oegant & oaturas, & essentias proprias: vt dicit Comm. io 12. Met. quod sic declaratur: Nam à naturis procedit virtus propria: à virtute propria. operatio propria. qui ergo tollit operationem propriam, tollit & virtutem: & qui virtutem, substãtiam: cum ergo sit omuioo irrationabile, res nõ habere proprias virtutes: & substantias, irrationale est, eas nou habere proprias operationes. Ideo dicit Cõmen. in loco præassignato, ꝙ ista opinio est valde extranea à natura homiuis, & quòd qui recipiũt huiusmodi positionẽ non habent cerebrũ habile ad bonum. Motiunm autem istorum, ꝙ tunc illa agentia crearent, si aliquid facerent, vt patuit supra in articulo illo: Vtrum Deus possit facere aliquid ex nihilo: nullum est: immo ridiculũ est hoc putare. Nã, vt ibi diximus, creare non est inducere aliquid in aliqoo, de quo prius nihil erat in illo. quia tunc non posset quis incipere mouere pedem, cum ante iuceptionẽ huiusmodi motus nihil de motu eiset io pede: quod ponere esset negare sensum. Sed creare est facere effectum noo præsupponeutem alium effectum, vel agere oullo præsuppoito: ideo sufficieotet euadit Philosophus, quòd forma uou fit ex nihilo: quia uõ fit per se, sed fit in alio. Fit. n. io alio præsuppoito: qa fit ex pręsuppositioone materiæ. Hi ergo, de quibus locuti sumus, tribuuut creaturæ minus, quàm debeaut.

C Quæst. 2. ar. 4.

Aliqui vero, vt vidẽtur sonare verba Philosophi, & videntur sentire sequentes ipsum: tribuerunt creaturæ plus, quàm deberent. Crediderũt enim, quòd hæc ioferiora procederent à primo principio solum mediatè, oon immediatè. nam vt volt ipse Philosophus, & Commen. eius in 7. Metaphy. immaterialia uou trauismutant ista corruptibilia, & materialia: nisi mediante corpore in trauimutabili, vel mediaote re materiali: ita ꝙ id, quod non est io materia, non alterat materiam uisi mediante agente materiali, secundum quem modum Deus, qui est summè immutabilis, non ageret ad generationem istorum inferiorum, uisi mediantibus secundis causis. Sed hoc est falsum: si sic senserint Perhipatetici, vt

D L.b. 7. & 2. Met. t.c. 31.

Arist. error.

superficies

Verbo Ar. de ideis.

superficies verborum sonat. Licet enim verba Aristotelis Sectæ Pythagoricæ ducis in 7. Meta. adducta sint propter ideas, quòd si esset, dare ideas: ideæ illæ separatæ non facerẽt ad generationem: nisi mediantibus agentibus materialibus: verba tamen ibi communiter proferũtur, quòd immaterialia materiam non transmutant nisi mediantibus materialibus, quod de Deo falsum est. Agit enim Deus immediatè quamlibet alterationem, nec tamen immediata ista actio, vt in prosequendo patebit, excludit actionem secundorum agentium, sed stat simul cũ huiusmodi actione. quia vtrunque ibi cõcurrit: mediatio, & immediatio: nam, vt diximus, quæcunq; agit Deus mediatè, agit etiam immediatè. Nam Deus dat virtutem secundis agentibus, & virtute eius applicantur secunda agentia ad suos effectus. Est & in qualibet actione causans eam, & conseruans eam in esse. Intimius.n. operatur Deus actionem ignis, quã ipse ignis: & magis conseruat Deus ignem in esse, & facit magis ad esse ignis, q̃ ipsa essentia ignis.

Deus intimior rei, q̃ res ipsa sibi.

Hoc.n. modo dicitur esse Deus intimior rei, quã ipsa res sibi, quia per se, & potissimè conseruat rã in esse. Nam esse extrinsecè magis facimur ad fieri rei: intrinsecè autẽ magis ad esse: & quia Deus magis facit ad esse rei, quàm ipsa res; dicit Deus esse intimior rei, q̃ ipsa res sibi ipsi. Et quod dictum est de Deo respectu esse rei; verũ est de Deo respectu actionis rei: nam ipsam actionẽ rei magis Deus causat, & in esse conseruat, quàm res ipsa agens actionem illam. nam ad momentum nec res, nec sua actio posset subsistere, nisi Deus esset in ea. Sicut ergo tam Deus, quàm esse ignis sunt immediata causa ipsius esse ignis: & immediatior est causa Deus, q̃ esse ignis, quia intimior est Deus ipsi: non solum q̃ ipsa essentia: sed etiã, q̃ ipse ignis sibi. quia secundum Aug. 3. Confes. Intimior est Deus nobis, q̃ intimum nostrum: sic tam Deus, q̃ ignis sunt immediata causa actionis ignis: immediatior tamen causa est Deus illius actionis, q̃ ipse ignis. Quælibet ergo actio causata à secundis agentibus: est à Deo mediatè. quia ꝙ secunda agentia agant, hoc habent à Deo, & est à Deo immediatè, quia in qualibet re est Deus intimus causans, & conseruans, & producens tam essentiam rei, quàm eius esse, & etiã quàm eius actionem: sed non eodem modo est immediata causa eorum, quæ fiunt à secundis agentibus, tã Deus, quàm secunda agentia. sed aliter, & aliter: quomodo autem sit hoc aliter, & aliter, in prosequendo patebit. Ad præsens autẽ scire sufficiat, quòd nimis dant creaturæ dicentes, ꝙ solus mediatè Deus eius opera faciat, vel quòd solus mediatè producat effectum: quem produxit creatura.

To. 3.

His visis, restat exequi de positione illorum, qui aliquibus creaturis dabant magis: aliquibus vero minus. Huiusmodi autem opinionis fuit Auicebron in libro suo, quem intitulauit de fonte vitæ: vbi multos errores posuit: propter quod magis fons mortis nuncupari meruit: Et Auic. in Metaphysica sua. Hi enim aliquibus creaturis,

Auicebron. fons vitæ, sed potius fons mortis dicendus é.

A vt corporalibus, minimis parum dederũt: aliquibus autem, vt intelligentijs, nimis. Voluit enim Auicebron, quòd ista corporalia nihil efficerent, sed omnes actiones eorum faciebat aliqua vis spiritualis existens in eis. Sed hoc est priuare res proprijs actionibus, vt diximus: & proprijs virtutibus, & proprijs essentijs. Nimis ergo parum dabat Auicebron istis corporalibus: & illi, vt spirituali, quam ponebat, agere omnia opera rerum corporalium: si erat intelligentia aliqua, vel quæcunque vis spiritualis esset: nimis dabat illi. Auicenna & posuit quòd ista corpotalia solũ disponerent materiam: formam autem introducebat dator formarum: quam dixit esse intelligentiam vltimam in ordine intelligentiarum. Hic nimis dabat illi intelligentiæ, quia intelligentiæ, vt suo loco patebit, & vt planè vult August. 3. de Trin. non possunt in istis corporalibus habere effectũ, nisi adhibendo semina, & coniungendo actiua passiuis. intelligentiæ ergo Auicenna dabat multũ: rebus autem corporalibus dabat parũ. nã in formis, quæ de potentia materiæ educuntur: cuiusmodi sunt omnes formæ materiales, non valentes existere sine materia, agentia sufficienter disponentia ad tales formas, dicuntur inducere ipsas formas.

Auicenna errat.

To 3. cap. 7.

B

Opinio nociua.

Prosecutis ergo opinionibus à veritate deuiantibus in hac materia: Dicamus, quòd, vt potest patere per iam dicta, agentia secunda non sunt priuanda proprijs operationibus: & Deus nõ est excludendus à quolibet opere: quin ipsum etiam immediatè agat. Sic ergo imaginabimur de actione Dei, & secundorum agẽtium: in his, quę producit Deus secundum naturæ cursum, mediantibus eis, sicut imaginatur Dio. 4. de diu. no. quòd sicut Sol non ratiocinans, aut prælegens omnia, illuminat valentia participare lumen secundum proprtiam rationem: sic bonum, quod est super solem: omnibus existẽtibus proportionabiliter, immittit totius bonitatis radios. Prima ergo cã non ratiocinãs, aut prælegens, vniformiter se habet ad omnia. existit enim in omnibus rebus ſm dispositionem, vnã, vt dr in 24. propõne de causis. Quantum ergo ad hunc modum agendi, omnia agit vno modo, sed non omnia recipiunt actionẽ Dei eodem modo: ideo mediãtibus alijs, & alijs agentibus, agit alias, & alias actiones: vt mediante igne, calefacit: mediante aqua, humectat. Humectare ergo, & calefacere, & omnes actiones secundorum agentium, conueniunt, & differunt: vt conueniunt, sunt immediatè à Deo, qui in his actionibus: quæ agit secundom naturæ cursum, existẽs intimus omnibus rebus naturalibus; vniformiter agit huiusmodi actiones. vt differunt, sunt à secundis agẽtibus: quia licet Deus vniformiter ad ipsa agentia se habeat; non vniformiter se habent agentia ad Deum, sed omne tale agẽs recipit influentiam diuinam secundom modum suæ substantiæ, vel secũdom modum suæ speciei, vel secũdum modum suæ virtutis. Dicemus ergo, quòd omnia agentia cõueniunt in dare esse, & differunt in dando tale esse: quia quædam dãt

C

Sol non ratiocinatur, nec ꝓligit, sic Deus.

D

esse

esse calidum: quædam esse frigidũ, & sic de alijs. omnes ergo effectus, de quibus loquimur, sunt immediatè à Deo, vt sunt entia, & vt habent esse, & sunt immediatè à secundis agentibus, vt sunt tale ens, & vt habent tale esse. totus ergo talis effectus est immediatè à Deo, vt est ens: à secũdo agente, vt est tale ens. Vnde accipiendo immediatum pro eo, quod ex proprio attingit rem: quilibet talis effectus est immediatè à Deo totus, sed non immediatè à Deo totaliter, & est à secundo agẽte immediatè totus, sed non immediatè totaliter: calefactio ergo, q̃ est actio ignis: tota est immediatè à Deo, vt est ens, & vt cõuenit cum qualibet alia actione. quia, vt dictum est, in talibus actionibus secundum naturæ cursum eodem modo se habet ad omnia, & tota est immediatè ab igne, vt est tale ens, & vt differt ab alia actione. quia, vt dictum est, ipsa secunda agentia recipiendo diuersimode influentiam Dei, faciũt diuersitatẽ in huiusmodi actionibus. calefactio ergo ignis est immediatè à Deo, vt est ens, sed nõ est immediatè ab eo, vt est tale ens: ideo est immediatè à Deo tota, sed non est immediatè totalis. Si autem vellet Deus, sicut facit, hanc actionem immediatè totam: ita posset eam facere immediatè totaliter, vt posset sine naũi perducere homines per flumen, & posset sine igne calefacere: quod faciendo: calefactionem ipsam faceret immediatè totam, vt est ens, & vt est tale ens: propter quod faceret eam immediatè totam, & immediatè totaliter, sed quia liberalissimus est, vt non essent superuacua opera sapientiæ suæ, voluit dignitatem suam communicare creaturis, & facere eas participes causalitatis, vt & ipsæ creaturæ essent causæ rerum, & nõ essent priuatæ actionibus proprijs. Ex hoc autem apparet: quòd licet quælibet actio secundorum agentiũ sit immediatè à Deo, & immediatè à secũdo agẽtè: immediatius tamen est à Deo, quàm à secundo agente. nam, sicue amota cortice, remanet medulla: iden dicitur medulla intimior, & immediatior rei, quàm cortex: sic amoto à te, quòd sit tale ens, remanet, q̃ sit ens. Vnde cũ quilibet talis effectus sit immediatè à Deo, vt est ens, & immediatè à secũdo agente, vt est tale ens, immediatius est quilibet talis effectus à Deo, quàm à secundo agente.

Deus agit mediatè, & immediatè.

Actio q̃da est immediatè tota à Deo, sed nõ totalis. exẽplũ de ignis calefactione.

Totum, & totaliter qd.

Liberalitas Dei.

Exemplum.

Eadẽ natura specifica in aliquibus communicari potest pluribus modis. idem fere d. 14 q. 2. ar. 2.

* Eadẽ natura specifica in animalibus, vno tantum modo dicitur idẽ d. 14 q. 2 ar. 3. id. 16 q. 1. a. 1. dub. 3.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q̃ non est hoc vniuersaliter verum, quòd vnus tantum sit modus communicandi naturam in natura: quia ignis non solũ generatur ab igne, sed à motu, & aliquæ plantæ generatæ ex putrefactione faciunt semen: vnde similes plantæ generari possunt. Videmus etiam, q̃ plãtæ aliquæ & ex semine, & ex plantatione fiunt. multæ eñ plantæ sunt, à quibus abscisi rami, & plantati multiplicant seipsos: tales ergo plantę multiplicantur & per semen, & per plantationẽ. In animalibus tamen verum est, q̃ perfecta generant: imperfecta autem, & nata ex putrefactione non generãt. * In animalibus enim eadẽ natura specifica pluribus modis communicari non potest.

A Assentimus nanq; in hac parte Commentatori, q̃ * mures nati ex putrefactione, & excoitu nõ sunt eiusdem speciei: nam est tanta diuersitas: q̃ nullus ipsos eiusdem speciei posset iudicare. In talibus ergo vel natura talium. s. animaliũ: vnus est talis modus communicandi naturam naturaliter. Sed omni modo, quo communicatur natura naturaliter, potest communicari supernaturaliter. quia quicquid potest Deus, mediãte causa secunda, potest sine illa: effectum enim quemlibet, quem Deus per secunda agentia facit immediatè totum, si vellet, vt dicimus, posset facere immediatè totaliter: ita quòd nihil cooperarentur ibi secunda agentia. Agentia ergo secunda non priuantur actionibus suis, sed producunt illas eadem res specie, quas producit Deus.

* Mures ex putrefactione, & ex coitu sunt diuersi, & illi non generãt. Idem d. 16 q. 1. ar. 2. dub. 1.

B Ad secundum dicendum, q̃ non est ex imperfectione Dei, sed ex bonitate eius: q̃ communicet suam bonitatem creaturis, & quòd producat multa mediantibus secundis causis: semper enim ipse perfectissimè agit: quia etiam in his, quæ agit mediantibus secundis causis: perfectius agit, i. magis agit: quia agit intimius, & profundius, quàm secundæ causæ.

Ad tertium patet solutio per iam dictam: quia non est hoc ex indigentia Dei: nec fit frustra, eo, q̃ fiat sic per plura agentia, quia frustra est, quod caret fine: quòd autem communicata sit dignitas diuina creaturis: hoc non caret fine: eum ex hoc sint non superuacua opera sapiẽtiæ Dei.

Frustra qđ caret fine 2. Phys. t. cap. 62. 63.

C Ad quartum dicendum, q̃ creatura non potest producere aliquam substantiam immediatè, sed prius alterat, & inducit formam accidẽtalem, vt ignis prius calefacit, & inducit calorem, & sic calefaciendo, ad vltimũ inducit substantialem formam. ita q̃ calor imperfectus p̃cedit formam substantialem: ignis perfectus sequitur. Vtranque ergo formam induit naturale agens, substantialẽ, & accidentalem. Ad formam ergo argumenti: quando dicitur, q̃ creatura ageret vltra suam virtutem: vel vltra speciem suæ virtutis, quæ est accidens: dici debet, q̃ virtus actiua agentis naturalis, vt calor ipsius ignis, est organum substãtialis formæ, & in virtute substantialis formæ inducit substantialem formam: agere autẽ in virtute alterius vltra suã speciem, vel virtutem, non est inconueniens.

D Ad quintum dicendum, q̃ spiritualia sunt causa corporalium: quia angeli mouent cœlos: in quorum virtute fiunt generationes, & corruptiones in istis inferioribus. Quia si dicatur, q̃ non oẽs angeli mouent cœlos: dicemus, q̃ angeli inferiores mouent cœlos, & superiores illuminant eos de mysterijs, quæ debent exequi. propter quod causalitas, quam habent inferiores angeli in corpora, quodammodo retorquetur in omnes angelos. dato tamen, q̃ angeli nullam actionem habeãt in corpora: diceremus, q̃ omnes angeli sunt digniores corporibus: hãc tamẽ dignitatem, q̃ possint corporales effectus inducere, non habent: licet huiusmodi dignitatẽ habeant

beant corpora: quia non est inconueniens, creaturam, quæ est simpliciter indignior, esse secundum quid creatura alia digniorem.

QVÆSTIO III.

De actionibus diuinis circa creationem.

DVBITATO de rebus creatis, & de causis agẽtibus: Restat dubitare de ipsis actionib⁹, & potissimè de actionib⁹ diuinis. Circa quas tria dubitabimus. Primo: vtrum Deus possit non solum creare, & immediatè producere substantiam: sed etiam possit immediatè alterare, & producere accidens. Secundo dubitabit de ipsa creatione quid sit: vtrum sit idem, quod esse rei. Tertio: vtrum actio Dei possit se ad plura immediatè extendere.

ARTIC. I.

An Deus possit immediatè producere aliquod accidens. Conclusio est affirmatiua.

D. Thomas prima parte summæ q. 45. art. 4.

AD primum sic proceditur: videtur, quòd Deus nõ possit alterare, nec possit immediatè producere, aliquod accidẽs: quia, vt diximus in quæstione immediatè præcedẽte, differentia est inter agentia creata, & Deum: quia Deus agit immediatè per suam substantiam. Alia vero agẽtia aguut immediatè per aliquam virtutem, quæ est accidens. Arguatur ergo sic: Sicut alia agentia, quia agunt per virtutem, quæ est accidens, non possunt immediatè producere nisi accidẽs, sic Deus, quia agit immediatè per virtutem, quę est sua substantia, uon potelt immediatè producere uisi substantiam.

Deut. 32. Præterea Dei perfecta suut opera: sed vt dicebamus, calor imperfectus, & accidentia imperfecta præceduut formam substantislem in materia: perfecta vero sequuntur: ageus ergo, quod prius inducit accidens, & iuducendo accidẽs inducit substantiam; agit imperfectè: quis accidẽs præcedens substantiam est imperfectum: agens vero, quod prius iuducit substantiam, & iuducendo substantiam inducit accidens, agit perfectè: quia ergo actio imperfecta uullo modo est Deo attribuenda, uullo modo pouendum est, quòd Deus possit immediatè alterare, & producere accidens.

Præterea dicimus, quòd cœlum est primũ alterans non alteratum: arguatur ergo sic: quod primo est tale, est causa, quare omne aliud sit tale. Si ergo cœlum est primum alterans: quicqd aliud alterabit: hoc agit iu virtute cœli. Si ergo Deo posset competere alterare: posset & competere, quòd sgeret in virtute alterius: & per cõsequens, quòd ageret, vt organum. quod est inconueniens.

IN CONTRARIVM est: quia quod potest, quod maius est: potest quod minus. quod ergo põt creare, qđ est agere nullo præsupposito, põt alterare, qđ est agere aliquo p̃supposito.

Præterea, vt dictum est, actiones, quas sgit Deus mediantibus secundis agẽtibus, immediatè totas potest agere sine secundis agentibus, & immediatè totaliter. ipsam ergo alterationẽ, quã agit mediantibus secundis causis, poterit per seipsum immediatè exercere.

RESOLVTIO.

Deus ratione suæ perfectionis, & infinitatis, & rerum, quæ sunt apud ipsum, potest immediatè producere accidens, nedum substantiam.

RESPONDEO dicendum, quòd triplici via venari possumus, quòd Deus non solum potest creare & immediatè producere substãtiam, sed etiam potest alterare, & immediatè producere accidens. Prima via sumitur ex perfectione eius. Secunda ex infinitate ipsius. Tertia ex rationibus rerum, quas apud se habet.

Prima eñ via sic patet: Dicemus enim, q̃ substantia Dei non determinatur ad aliquod genus entis, sed habet in se perfectiones omnium generum, vt declarari habet iu 5. Metaph. Virtus ergo creatuę, q̃ determinatur ad genus, & ad speciem, vt calor ignis, qui determinatur ad certam speciem qualitatis per se, & immediatè: sic induceet accideus, & illam speciem qualitatis, quòd per se, & primo, & immediatè non poterit in ipsam substantiam. Sed Dei substantia, quæ vnitiuè, & simpliciter habet in se perfectiones omuium geuerum: uon determiuatur ad huuc, vel ad illum modum agendi. Poterit ergo Deus per substantiam suã immediatè producere substantiã creaturę: quia verè vnitiuè, & simpliciter omnis perfectio reperta in substãtia creaturę, multo excellentiori modo habet esse iu substãtia Dei; poterit etiam Deus per illam eandem substantiã immediatè producere ipsum accidens: quia verè in substantia Dei reseruantur uou solum perfectiones repertæ iu prędicamento substantiæ, sed etiam perfectiones repertæ in omnibus prædicamentis alijs.

t. co. 22.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex iufinitate Dei. imaginabimur autẽ, qnòd virtus creaturæ uou comparatur ad virtutem Dei, sicut liuea ad lineam, sed sicut punctus ad lineam: quia lineę ad liueã est aliqua proportio: virtutis autem creatę, quę est finita: ad virtutẽ increatam, quę est infinita: uulla est proportio æqualitatis: licet sit ibi proportio ordinis. uulla eñ est liuea

Finiti ad infinitum est proportio ordinis, non æqualitatis.

ita parua: q̃ in aliquo numero sumpta, non rederet æquè, vel plus, quàm linea quæcunque data, quantumcunque sit magna: nunquàm tamen posset totiens sumi virtus creaturę, quòd æquaret, vel excederet virtutem diuinam. Est ergo inter hanc virtutem, & illam proportio ordinis: quia vna ordinatur ad aliam: nõ autem proportio quãtitatis, vel ęqualitatis. Ideo, vt dicebatur, & bene, vna non comparatur ad aliam, sicut linea ad lineam, sed sicut punctus ad lineam: sic ꝙ linea, & punctus sic se habent, quòd ad quemcunque locum potest attingere linea cum puncto: attingeret, si esset inde amotus pũctus. quia punctus nullam magnitudinem addit supra lineam. Nnn enim plus de magnitudine est in pũcto, & linea: quàm in linea solũ. ergo & in proposito: ad quẽcunque effectum attingit diuina virtus, mediante virtute creaturæ, potest attingere sine huiusmodi virtute: quia nõ est plus de virtute in Deo, & creaturis, quàm in Deo solũ. totum enim, quod habet creatura, habet à Deo. vbi autem aliquid potest agens principale cum organo, quod non potest sine organo: hoc est: quia aliquid habet organum, quod non habet ab agẽte principali: quod in proposito patet esse falsum. quia ergo nihil habet creatura, quod non habeat à Deo, & quicquid potest Deus mediante creatura: potest sine ipsa: cum mediante creatura materiam alteret, etiam sine ea poterit alterare.

Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex rationib⁹ rerum, quas apud se habet. Nam cum in Deo sint rationes omnium, & omnia possit per seipsum facere: quorum rationem apud se habet; quia nihil facit per creaturam, cuius rationem apud se non habeat: quicquid facit mediante creatura, poterit facere sine ipsa.

Rasp. ad arg. Ad primum dicendũ, quòd, vt patuit, substantia Dei non determinatur ad aliquod genus: sicut determinantur ea, quæ sunt in creatura: ideo licet creatura agens p suam virtutem, quæ est accidẽs, & quæ est determinata ad genus: non possit immediatè causare nisi accidens: Deus tamen agens immediatè per suam substantiam: quæ non determinatur ad aliquod prædicamentũ: poterit immediatè causare res diuersorũ pdicamentorũ. poterit. n. immediatè causare tam substantiã, quàm accidens.

Ad secundum dicendum, ꝙ perfectio actionis in agente primo: potissimè est attendenda: secundum ꝙ requirit decor vniuersi, & quia ad decorem vniuersi faciunt omnia: ideo omnium est ipse Deus productor, & omnium est causa, & actor. nam vt dicit August. in Ench. Ex omnibus cõstat vniuersitatis admirabilis pulchritudo. ipse. n. res imperfectæ suo loco positæ, & bene ordinatæ vniuersum decorãt: sicut color niger debito loco positus picturam ornat. Vel possumus dicere, ꝙ totum & perfectum est idem: vel est secundum naturam proximum. illius ergo perfecta sunt opera: qui potest in omnia, & ille perfectè agit, qui potest agere secundum omnẽ modum agẽdi, & quia Deus in agendo est perfectissimus; ideo potest omni modo agere. potest. n. agere per seipsum, & potest agere, mediantibus alijs agentibus. potest agere eo modo, quo agunt alia agentia, & potest agere modo excellentiori, ad quem nõ attingunt alia agentia. Exponemus ergo auctoritatem assumptam: quòd Dei perfectã sunt opera. i. in hoc differt Deus ab alijs agẽtibus: quia non solum potest agere, sicut agunt alia agentia inducendo primo accidens, & alterãdo materiam, & postea inducendo substantiam; sed etiam potest agere modo excellẽtiori, & perfectiori: producendo primo substantiam, & postea substantiam productam ornando accidentibus debitis.

Perfectè agere, quid sit.

Dei perfecta sunt opera, quomodo intelligi debeat.

Ad tertium dicendum, quòd cœlum est primum alterans: non alterarum motum: quicqd ergo alterat motum, alterat in virtute cœli: secundum hunc cursum naturæ, quem videmus. Deus autem est primum agens omnem actionẽ immobile, & quia semper mobile innititur immobili: ideo Deus non alterat mediante cœlo tanquàm mediante agente principali, sed tanquàm mediante organo: nec virtus Dei innititur virtuti cœli tanquàm virtuti principalis agẽtis: cum Deus sit virtus virtutum: sed cœlum, & omnia alia innituntur virtuti eius.

Alteratio à cœlo, & à Deo diuersi modi.

ARTIC. II.

An creatio sit idem, quod esse creatura. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. Quol. 6. q. 4. De esse & essentia q. 7. D. Tho. 1. p. q. 45 art. 3. Sco. dist. 1. q. 1. Henr. Gand. Quol. 11. q. 3. Nic. de Nyse tract. 2. 1. p. q. 4.

Secvndo qritur: vtũ creare, vel creatio sit idem, quod esse creaturæ. Et videtur quòd non: quia creatur non solum esse, sed etiam essentia: si ergo creatur totum, creatio non dicit solum esse, sed dicit totum.

Prętereà creare est agere: ergo creatio ẽ actio: sed esse non est idem, quod agere, nec qđ actio: cum esse dicat aliquid in alio: agere & actio aliquid ab alio. creatio ergo nõ est idem, quod esse.

Prętereà semper res sunt, sed nõ semper creatur. Arguatur ergo sic: Si creatio esset idem, qđ esse: quamdiu esset in re esse: esset in ea creatio. & quia illud, in quo est creatio, creatur: ergo res crearetur, quàmdiu esset: quod falsum est.

In contrarivm est: quia hoc est creare res, quod dare eis esse. est ergo ✻ creatio quædam esse factio, sicut ✻ ergo calefacere, calefactio, & calor: idem sunt, & non differunt nisi secundum modum se habendi: sic esse facere, & esse factio, & esse idem sunt, & non differunt, nisi

Cap 6. to. 8. totum, & perfectum idẽ. 9. Phys. t. c. 64. 1. con lect. 3.

* Creatio est quædam esse factio.
* Calefacere, calefactio, & calor, qđ distinguat.

niſi ſecundum modum ſe habendi: vel ſecundũ modũ ſignificandi, vel ſecundũ modũ accipiẽdi.

Prætereà idem eſt realiter res in ſe, & vt eſt ab alio. vt idem eſt calor, vt eſt quædam res in ſe: & vt eſt inductus à calefaciẽte. idẽ ergo erit eſſe, qđ eſſefactio, & călor, qund calefactio. Differunt ĩ ſecundum modum conſiderandi: quia calor dicit rem abſolutè: calefactio dicit illam eandem rem, vt eſt ab alio inducta: ſic eſſe dicit quãdam rem abſolutam, eſſefactio dicit illam eandẽ rẽ, vt eſt ab alio inducta: & quia creatio eſt quædam eſſefactio: ſi eſſefactio non eſt res alia ab eſſe: cõſequens eſt, quòd creatio non ſit realiter aliud, quàm eſſe.

RESOLVTIO.

Creatio non eſt aliud realiter, quàm eſſe rei: cum creatio ſit actio tranſiens, perfectio acti, & aſſimilatio ad agens.

RESPONDAO dicendum, quòd ad pateſaciendam veritatem quæſiti videndum eſt, quid per ſe agitur, & qnid eſt actio: & ex hoc patere poterit quid per ſe creatur, & quid eſt creatio. Dicemus ergo, quòd per ſe non ſit niſi compoſitum, vt declarari habet in primo Phyſicorum. Et in 7. Metaphyſicæ: Non enim fit potẽtia: nec fit actus per ſe, ſed compoſitum ex vtriſque. actus.n. ſecũdum ſe, & quantum eſt de ſe, ſemper eſt: vt eſſe quantum eſt de ſe, ſemper eſt: Quòd enim per ſe deficiat ab eſſe, non eſt intelligibile, quia tũc idẽ deficeret à ſeipſo. ſed ſi eſſe deſinit, hoc eſt per accidens. quia eſt tale eſſe, quod non poteſt per ſe eſſe: ſed requirit aliquid ſibi ſubſtratum, in quo ſubſtentetur tale eſſe. & quia illud ſubtratũ poteſt ei deficere: ideo poteſt deficere illud eſſe: & huiuſmodi eſt eſſe cuiuſlibet creaturæ. eſſe enim cuiuſliber creaturæ: non ratione, qua eſſe: poteſt deficere: ſed ex eo, quòd eſt eſſe in alio receptũ, nun potens per ſe eſſe: & quia illud, in quo recipitur, pnteſt ei deficere: ideo conſequẽs eſt, quòd poſſit etiam deficere qundlibet tale eſſe. Actus ergo, & eſſe: per ſe non cadit ſub factione, ſed ſolũ talia ſub factione cadunt: prout ſunt in alio recepta. Sic etiam potentia per ſe non cadit ſub factione: tanquàm illud, quod fit: vel tanquàm id, quod generatur: licèt poſſit cadere ſub factionne: tanquàm id, quod factioni ſubijcitur. Nã quàmdiu aliquid eſt in potentia: nun eſt. Si ergo ipſum factum, & ex quo factum eſt: idem habeut eſſe: conſequens eſt, quòd potentia non cadat per ſe ſub factione: tanquàm id, quod eſt factum. quia eſt in putentia, & quàmdiu eſt tale: non eſt. Ad hoc ergo, qnòd aliquid ſit factnm: nnn oportet, quòd ſit pntentia tantum: ſed oportet, quòd ei ſuperaddatur actus. erit ergo compoſitum ex potentia, & actu: poteſt enim potentia cadere ſub factinne tanquam id, quod factioni ſubijcitnr: vt ipſa materia eſt id, quod generationi ſubijcitur: ipſum tamen generatum non poteſt eſſe materia tantum. ſemper enim generatio, & vniuerſaliter factio terminatur ad actum. Si ergo actus ſecundnm ſe non cadit ſub factione: ſemper in factione erit dun cõſiderare: videlicet id quod factioni ſubijcitnr, vt potentia, & id ad qnod factio terminatur, vt actus factum ergo per ſe non erit ipſe actus ſecundum ſe, ſed vt in alio: nec erit ipſa potentia ſecnndum ſe, ſed potentia, vt tendit in aliud, & vt eſt ſub alio. Er quia actus in alio, & potentia ſub alio: dicit ipſum compoſitum: conſequens eſt, quòd per ſe fiat ipſum cumpnſitnm, & generato cõpoſito, genereiur materia, & forma: quæ ſunt partes eins. Vt hoc loqnamur vniuerſaliter de omni factiune dicamus: quod per ſe fit, componitur ex potentia, & actu: & quia fit compoſitum ex potentia, & actu: ideo fit potentia, & actus. quod ſic declaratnr: Dictum eſt enim, ꝙ actus non cadit ſub factione: niſi quia fit in alio. Si ergo, quia fit actus in alio: ideo fit actus. cum actus in alio dicat compnſitum: non fit actus, niſi quia fit compoſitnm. ſic qnia non fit potẽtia, niſi quia fit ſub alio: cum potentia ſub alio dicat compoſitum: non fit potentia niſi quia fit compoſitum. quodlibet ergo agens in omni ſua actione: ſiu eilla actio ſit alteratio, ſiue generatio, ſiue creatio: non facit actum per ſe: nec potentiam per ſe, vt in dealbatione corporis, quæ eſt quædã alteratio: non fit curpus. quia ſupponitur ĩn tali actione eſſe corpus: nec fit albedn per ſe, ſed fit totum: videlicet corpns album. dealbans enim corpus: nou facit albedinem per ſe: ſed ideo facit albedinem, qnia facit albedinem in corpore: & quia non differt dicere albedinem in corpore, & dicere corpus album, vt poteſt patere ex 5. Met. Ideo dealbans corpus, quia non facit albediuem, niſi quia facit albedinem in corpore, per ſe facit compoſitnm, qnia facit corpus album, vel albedinem in corpore: & quia facit compoſitum, facit partes cnmpoſiti: ſicut & in generatione corporis non fit materia per ſe, nec forma, ſed compoſitum: & quia fit cnmpoſitum ex materia, & forma: fiunt partes compoſiti .ſ. tam materia, quàm forma.

Sic, & in creatione correſpõdenter. vt ſi modo crearetur aliquod corpus, non crearetur eſſentia illius corporis per ſe, nec eſſe: ſed crearetur compoſitum ex eſſentia, & eſſe. & quia crearetur cõpoſitum ex eſſentia, & eſſe, crearentur & partes compoſiti. ſ. tam eſſentia, quàm eſſe. In nm ni ergo factione fit compoſitum ex potentia, & actu: ſed huiuſmudi partes. ſ. potentia, & actus aliter aſſignamus in factione, quæ eſt alteratio: & aliter in factione, quæ eſt generatio, & aliter in factione, qnæ eſt creatio. Nam in alteratione potentia, & actus ſunt ſubiectum, & accidens: in generatione ſunt materia, & forma. ita quòd quicquid generatur, loquendo de generatione, prout reperit in rebus ereatis: eſt compoſitũ ex materia, & forma. Sed in creatione, potentia, & actus ſunt eſſentia, & eſſe. ita quòd quicquid creatur eſt compoſitum ex eſſentia, & eſſe. Alterans ergo facit per ſe compoſitnm ex ſubiecto, & accidente: & faciẽdo compoſitnm, dicitur facere tam accidẽs, quã

Aegid. ſuper 1j. Sent. E 2 ſubie-

Materia, & forma non fiunt, ſed cõpoſitum. T. c. 54. T. c. 26. 27.

7. Met. 1. 2. 26. 27. & 12. Metaph. t. 4. 32. Alteratio qũo fit.

Actus, & potentia quomodo fiant.

Generatio qũo fit.

Creatio qũo fit.

Actus & potentia in alteratione, & generatione non idem.

Alterans, & generans qũo faciunt cõpoſitum.

subiectum. Et generans facit compositum ex materia, & forma, quod faciendo dicitur facere tam materiam, quàm formam. Et in creatione agẽs facit per se compositum ex essentia, & esse, quod faciendo dicitur facere, vel creare tam essẽtiam, quàm esse: aliter tamen, & aliter: nam alteratus non facit subiectum simpliciter, sed facit subiectum sub accidẽte, erat. n. subiectum ante, quàm alteraretur, sed non erat sub illo accidente, sub quo est, cum iam est alteratum. Et generans non facit materiam simpliciter: erat. n. materia ante hanc generationem, sed facit eam sub hac forma, sub qua incipit esse per generationem: sed creans licèt non faciat esse per se, sed esse in alio: nec essentiam per se, sed essentiam sub alio: vtrunque tñ dicit facere simpliciter, qa nec essentia, nec esse, nec aliquid erat de ipso creato ante creationẽ.

Viso quid in factione fit, & quid in actione agitur: restat videre quid est ipsa actio, quia, hoc viso, patebit quid sit creatio. Dicemus ergo, quòd licèt agens agat totum: actio tamen propriè non dicitur ipsum totum: sed dicitur aliquid, quod est perfectio totius: dicemus enim, quòd ipsa potentia agitur inquantum subijcitur actioni, & ipse actus agitur inquantum terminat actionem: Verum quia, vt diximus, nõ agitur potentia, nisi vt subijcitur alij: nec agitur actus, nisi vt efficitur in alio: ideo totum per se agitur. Partes autem fiunt factione totius: aliter tamen, vt patet, & aliter: nam potentia fit, vt diximus, inquãtũ subijcitur actioni: actus autem fit inquantum, terminat actionem. Sed id, quod subijcitur actioni propriè loquendo est realiter diuersum ab ipsa actione: id autem, quod terminat actionem non oportet realiter differre ab ipsa actione, vt illud, quod subijcitur calefactioni realiter differt ab ipsa calefactione: sed calor, qui dicit esse calefactionis terminus, quia calefactio est via in calorem: non est realiter differẽs ab ipsa calefactione, vel si differt realiter: hoc est solum, quia calefactio dicit calorem incompletum: calor autem tunc puriſſime est: quando est completus, & perfectus. Sed si calefaciens totum calorem, quem debet inducere, induceret simul calefactio actio, & calefactio passio, & calor, non differrent secundũ rem: sed secundum modum considerandi. eadẽ enim res secundum se absolutè accepta esset calor, & vt est ab alio, esset calefactio actio: vt autẽ est in alio recepta, esset calefactio passio. calefaciens ergo totum facit, & calefactibile, & calorem: quia vt dictum est, non fit nisi compositum: attamen calefaciens non facit totum, nec facit quamlibet partem totius simpliciter. quia erat calefactibile ante, quàm calefieret. Sed si esset calor separatus, & ille esset agens primum, vt in quæstionibus octauis disputatis diffusius diximus, omnia entia essent calida. ipsum ergo calefactibile esset effectus caloris, & hoc modo calor separatus ageret, quia simul produceret calefactibile, & calorem. Actio ergo eius esset facere calidum, quod hoc modo faceret: faciendo simul calefactibile, & calorem. Si autem actio eius esset facere calidum, calefactio esset actio ipsius, & quia calefactio est idem realiter cum ipso calore: actio caloris separati esset calor in materia siue calor receptus in calefactibili. calor ergo separatus solum calefaciendo, produceret: sed produceret calefactibile inquãtum subijceretur calefactioni: produceret autem calorem inquãtum esset terminus calefactionis: & quia calefactio, vt dictum est, magis se tenet propriè cum termino, quàm cũ subiecto: licèt totũ ageretur: actio tamen esset ipse actus inductus in potentia: non autem esset propriè potentia producta sub actu. Sic & in ꝓposito: Deus est quoddam esse separatum: abillo autem alia esse est esse in omnibus alijs rebus ita, quòd omnia sunt effectus Dei inquantum participant esse: actio ergo Dei est facere res esse: siue est esse factio: & quia esse factio non est aliud, quàm esse factio: ideo creatio, quę est quædam esse factio, realiter est ipsum esse per creationem communicatum. Est autem creatio esse factio non quælibet: sed talis esse factio, quòd potentia tempore non præcedit actum, sed simile producitur cum actu. Ideo licet omnia agentia faciant esse: non tamen omnia creant, quia non omnia sic faciunt esse, vt sic faciant potentiam sub actu, quòd tempore potẽtia non præcedat actum. Posſumus autem triplici via ostendere: quòd creatio non est aliud realiter, quàm ipsum esse rei. Dicemus enim de creatione tria. Primum quòd est actio transiens in exteriorem materiam. Et ex hoc primo sequitur secundũ, ꝙ sit quædã perfectio acti. Ex his aũt duobus sequitur tertium, quòd sit assimilatio ad agens.

Prima via sic patet: Nam ex quo creatio est actio transiens in exteriorem materiam: constat, ꝙ totum non trãsit in exteriorẽ materiã, quia tũc idem transiret in seipsum: sed accipiendo materiam largè pro omni potentialitate; id, quod transit in exteriorem materiam est vel id, quod recipitur in exteriori materia, vel in exteriori potentia: est ipse actus. id autem, qood se habet tãquã actus in creatione, est esse: ideo creatio, siue essefactio est ipsum esse: totum ergo fit, & totum creatur, sed totum non est actio.

Secũda via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd creatio est perfectio acti. Nam si est actio trãsiẽs: cum hæc sit differentia inter actionem transeuntem, & manentem, quia manens est perfectio agẽtis: trãsiẽs est perfectio acti: creatio, quæ est actio transiens: erit perfectio acti. cum ergo ipsum totum non sit perfectio acti: licèt totum creetur, & totum agatur: non erit totum creatio; nec erit totum actio: sed illud erit actio, quod est perfectio potentiæ: & quia in creatione, vt dictum est, esse se habet sicut perfectio, & sicut actus: essentia se habet sicut potẽtia perfecta per huiusmodi actũ: creatio erit idem realiter, quod ipsum esse, quod est ipsa perfectio. Ex hoc autem apparet, quòd non est differentia inter creationem, & transmutationem naturalium agentium: propter hoc, ꝙ creatio non sit aliquid in exteriorem materiam transiens, vel receptum in exteriori potẽtia. quia creatio est sic actio transiens, sicut transmutans,

siue

form. D. Differẽtia 8. th. Pol. & Rhet. Et de intẽt. in Medio. & q disputabiles in Metaph.

Creatio qd.

Actio transiẽs est perfectio actꝰ immanens verò agẽtis. 9. Met. t. c. 16.

Esse dicit actum: & ita vero potentiam.

Quæ disputatæ editæ ab Agid ante 1300 sed quæst. disputat. intelligi: De eſſ. & essentia; De Mensura Ang. &c. De Instant. De Grad.

sine actin secundorum agentium, prout traosmu
rant alia, est actin transiens in exteriorem poten-
tiam. Sed differentia est, quia actio, de qua loqui-
mur, agentium naturalium; sic est transiens in ex
teriorem potentiam, quòd illam exteriorem po-
tentiam. tempore præsupponit. In creatione au-
tem quando creatur aliquid per se existens: po-
tentia tempore non præcedit actum, sed simul
producitur cum actu. Rursus noo est differentia
inter productionem secundorum agentium, &
creationem, quòd secunda agentia non faciant
totum: tam potentiam, quàm actum. Sed differē
tia est, quia secunda agentia oon facinnt poten-
tiam simpliciter, sed faciunt eam sub hoc actu:
creans vero facit ipsam potentiam simpliciter,
quæ in creatione tempore non præcessit actum.
Totum ergo in creatione fit, & totum agitur; ta-
men, vt diximus, totum non est ipsa actio, sed a-
ctio est ipsa perfectin recepta in exteriori poteo-
tia, vel est ipsum esse. Nam eadem res, vt est per-
fectio esēnę, est esse, vt est ab alio inducta in po-
tentiam, quam tempore non præcessit, sed origi-
ne: est creatio actio: pront autem est in allo hoc
modo recepta: sic est creatio passio.

Idea consi-derationis, & factionis.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd
talis actio, cuiosmodi est creatio: est assimilatio
ad agens: hoc autem potissimè fit per esse: nam
quicquid fit de idea considerationis: idea tamen
factionis rei semper est per respectum ad esse:
ita ꝙ nihil fit: nisi vt accipit aliquod esse. Hoc er-
go modo esse separatū, quod est Deus: per crea-
tionem assimilat sibi res faciendo eas esse. Ergo,
vt sæpe sæpius diximus, creatio est quædam esse-
factin: & quia idem est realiter esse creaturæ se-
cundum se consideratum, & ab alio inductum:
idem est esse, quod esefactio: & per coosequens
idem est creatio realiter, quod ipsum esse.

Aduertendum tamen, ꝙ multotiens à Doctō-
ribus inuenimus dictum: Quia creatio est quæ-
dam relatin, vel respectus quidam. quod & suo
modo veritatem habet. Nam creatio potest mi-
hi dicere, vel ipsum esse rei: cūm creatio sit quę-
dam esefactio, vel potest mihi dicere respectū
fundatum soper tali esse: sicut & potentia ma-
teriæ potest dicere, & ipsam esentiam mate-
riæ, & respectum fundatum in tali esentia: vnde
Com. 70. Comm. super j. Phy. vult, quòd materia non fit
sua potentia, quia potentia est in genere relatio-
Cap. 1. nis: materia in genere substātiæ. Et in de substan-
tia orbis vult, ꝙ materia substantietur per pos-
se: ita quòd si noo esset nisi ipsa substantia mate-
riæ: esentia esset huiusmodi potentia. creatio
ergo est ipsum esse, & nihilominus per creatiooē
intelligere posumus relationum, siue relationem
fundatam in huinsmodi esse.

RESP. AO ARG. Ad primum dicēdum, ꝙ licèt totum creetur, & licèt totū agatur:
tamen, vt diffusè patuit, nō totum dicitur actin:
nec totum dicitur creatio. Sed cum totū, quod
creatur, sit compositum ex potētia, & actu, illud,
quod in eo se habet tanquàm actus, illud est a-
ctio, & illud est creatio: & quia hoc est in crea-
tione esse: ideo, &c.

Ad secundum dicendum, quòd omoe agena
dar aliquod esse per suam actiouē, & quia actio
semper est via io aliquod esse: ideo non oportet,
quòd differat realiter à tali esse: sicut calefactio,
quæ est via in calorem: non differt realiter à ter-
mino, qui est calor: actio ergo erit illa perfectio,
quæ ab agente in potentia recipitor. Et qoia in
creatinne hoc est esse: ideo, &c. Ad formam aotē
argumenti, cum dicitur, quòd esae non est idem,
qnod actio, vel qnod agere, quia esse dicit aliqd
in alio: agere autē, vel actio dicit aliqoid ab alio;
dici deber, quòd hoc noo arguit differentiam se-
cundum rem, sed secundum modom considerā-
di, vel se habendi. eadem enim res, quæ est in a-
lio, potest sic esse in alio, quòd est ab alio.

Ad tertium dicendum, quòd sufficit differē-
tia secundum rationem inter esse, & creationē:
ad hoc, quòd semper res sit, quàm diu est: non ta
men semper creetur. eadem ergo res, vt est per-
fectio esentiæ: est esse, vt est ab alio inchoata,
& sic inchoata, quòd eam non præcesit tempo-
re potentia, in qua recipitur, sic est creatio: vt ve-
ro est talis perfectio continuata: sic est conser-
uatio. & quia ista secundum se, & vt inchoatum, &
vt continuatum: non addunt rem aliquam supra
esse, sed solum habitudinem ad agens: ideo crea
tio, & conseruatio noo dicunt rem aliam, quàm
esse. oihil est enim aliud creatio, quàm quædam
esefactio, vel quædam inchoatio, & conserua-
tio, & qnædam esse continuatio. Si ergo creatio
est qnædam esefactio, vel quædam esse inchoa-
tio: licèt omoe inchoatum nō sit aliud, quàm es-
se: tamen quia esse creaturæ non semper inchoa-
tur, quàmdiu est, sed est, qnàmdio est: ideo hui-
usmodi esse dicitur semper esse, quàmdiu est,
non aotem semper creari.

ARTIC. III.

An Dei actio posit se extendere ad plura. Concluſio est affirmatiua.

Aegidius de esse, & essentia, q. 2. Alex. de Ales q. 6. D. Tho. 1. p. q. 47. ar. 1. D. Bonau. dist. 1. par. 2. art. 1.

ERTIO quæritur: Vtrū actio
Dei possit se immediatè ad plu
ra extendere. Et videtur, quòd
nō: quia si aliqua causa est, pro
pter quā potest Deus plura im-
mediatè producere: hoc est, ꝙa
habet in se idearum pluralitatem: sed ideę exēū-
tes in Deo nnon differunt nisi solum secundum ra
tionem: ergo propter huiusmodi pluralitatem
non poterit Deus plura immediatè producere,
nisi secundum rationem tantum.

Prætereà pluralitas secundum rationē est plu-
ralitas secundum nostrum modum iotelligēdi.

oam

nam omnes illæ rationes in Deo sunt vnitiuè, & simpliciter: quas nos vnitiuè & simpliciter non possumus capere, sed noster modus intelligendi nihil facit ad ꝓducere Dei: ꝓp ergo tales plures rationes non poterit immediatè plura ꝓducere. A

T. co.19. Præterea secundum Phylosophum in secundo de generatione, Idem manens, idē semper facit idem: non.n. videtur possibile quòd sit diuersitas effectuum: nisi vel ex diuersitate agentis: vt Sol nō eodem modo calefacit nos in hyeme, & æstate: quia non eodem modo ascendit directè super nos hoc tempore, & illo. In hyeme enim emittit radios super nos magis oblique. Est ergo huiusmodi diuersitas ex parte agentis: quia sol non manet eodem modo semper, vel potest esse diuersitas ex parte receptionis materiæ. vt dato, quòd Sol semper eodē modo ageret: liqueface-

Sol diuersa efficit ex diuersitate recipientium. ret ceram, & induraret lutum: propter diuersitatem recipientium ipsum. ergo agens quātum est de se, nisi diuersificetur, semper facit idem. & qa Deus est omnino immobilis: immediatè nō nisi vnum effectum producet. B

Præterea videntur sic omnia entia procedere à primo, sicut omnes numeri ab vnitate: sed non est nisi vnus numerus immediatus ipsi vnitati. ergo non erit nisi vnum ens immediatè se habēs ad Deum, & per consequens Deus non nisi vnū immediatè producet.

In contrarium est, quia dicitur Sap.7. de Deo. Quia omnium est artifex, omnem habens virtutem. sed non esset omnium artifex, omnem habens virtutem: si non posset omnia immediatè producere.

Tom.1. Præterea Augustin. 12. Confess. exponēs illud: In principio fecit Deus cælum, & terram: dicit, In principio. i. in verbo suo sibi coæterno: fecit Deus intelligibilem, atque sensibilem: spiritualem, atque corporalem creaturam. Deus ergo nō per aliquam creaturam mediam, sed per verbū suum coæternum sibi: quod est idem essentialiter quod ipse: produxit plura immediatè: spiritualem. s. & corporalem substantiam. C

RESOLVTIO.

Angeli, cæli, materia, & individua animalium perfectorum prima à Deo tantum producti potuerunt. Hinc Deus plura immediatè produxit.

Respondeo dicēdum, quòd in hac. q. sic procedemus: quia primo declarabimus qnòd à Deo immediatè plura processerunt. Secundo dabimus modū, quomodo potuerint à Deo plura immediatè produci. Tertio manifestabimus quo modo veritatem habeat dictum Phylosophi t ꝙ idem manens idem semper facit idem. Propter primum sciendum, quòd quadrupliciter declarare possumus, ꝙ à Deo plura immediatè processerunt. Primo per ea, quę non habent materiā partem sui. Secūdo per ea, quę & si habeāt materiam partem sui: non tamen habent eam contrarietati subiectam. Tertio per ea, quæ etsi habeant materiam partem sui: & habeant eam contrarietati subiectam: non tamen possunt naturaliter fieri sine simili in specie. Quarto & vltimo possumus hoc ostēdere p ipsam materiā. D

Primū sic patet: quia ea, quæ non habent materiam partem sui; non possunt produci auxilio alicuius agentis creati. Nam vltimum, ad quod possunt omnia agentia creata, est reſoluere vsq; ad substantialem formam. Vltimum ergo, quod possunt, est inducere formam substantialem in materia. Intelligentiæ ergo, quæ sunt formæ per se existentes, non in materia receptæ: non possūt produci ab aliquo agente creato: immo, vt supra dicebamus: si forma fieret per se, fieret ex nihilo. cum ergo dictum sit, intelligentias esse formas p se existentes, non possunt produci nisi ex nihilo: & quia hoc nun potest aliqua creatura: nec pūt cōicari alicui creaturæ, vt supra q.2. art.5. diffusius disputauimus: ideo oēs intelligentiæ sunt à Deo immediatè producę: sed huiusmodi intelligentię sunt in maxima multitudine: iuxta illud Iob 25. Nūquid est numerus militū eius. Et Diony. 14. de Angelica ierar. ait: Multæ enim sunt beatæ militiæ supermundialium intellectuum: superantes infirmam, & coarctatam cōmensurationem numerorum materialium secūdum nos. i. materialiū rerum. Innuit enim Dionysi. qnòd plures sunt illæ supermundanæ militiæ. i. angeli: quàm sit commensuratio numeralis. i. quàm sit numerositas istarum materialium rerum: qnod intelligi potest, quātum ad species, vt quòd plures sint species angelorum, q̄ istarū rerum materialium: quia quilibet * angelus facit per se speciem, nō autem * quælibet res materialis. multa ergo à Deo immediatè processerunt: quia omnes intelligentiæ.

Secundo hoc idem declarari potest ex parte ipsorum cœlorum: qui etsi habeant materiam partem sui: non tamen habent eam contrarietati subiectam: propter quod ex tali materia nullū ageos naturale potest aliquid producere: omnes enim productiones naturales sunt ex contrarijs, & in contraria, vt declarari habet in pluribus locis Phylosophiæ. Sunt enim tria principia in natura: ex quib⁹ fiunt res naturaliter: materia, forma, & priuatio, vt declarari habet in primo Phyſic. Cum ergo materiæ semper sit annexa priuatio alicuius formæ, & priuatio, & forma sint contrariæ: in omni naturali productione erit transmutatio materiæ subiectæ de contrario in contrarium. Propter quod nullum agens naturale potest producere rem aliquam habentem materiam partem sui non contrarietati subiectam. A Deo ergo processerunt plura immediatè: quia non solum omnes intelligentiæ, quæ nō habent materiam partem sui, sed etiam omnes cœli immediatè sunt ꝓducti ab ipso: qui etsi cōpositi sunt ex materia, & forma: materia tn illa non est contrarietati subiecta: quia forma cœli non est forma habens contrarium, vt vult Commen. in de substantia orbis. Ideo signanter de cœlis loqnitur Iob 37. cum ait: Tu forsitan cum eo fabri-

* Angelus quilibet facit p se ipe ciem. quia est immaterialis, ut ante O. Tho. qu.50.art.4. Et Aegid. in 2 separata à materia idē est toppositū, & natura, nō in materialibus. Idē in quol. 2.q.7. infra d.43.q.2 art.3. Idem D. Th. p.q.50. ar.4. Oppositum affirmat. Sco.2.sen. d.3.q.7. & in 2. q quol. motus authoritate Damasc. d cōtra in elemēntis c.12. Deus secūdum vnumquęque arti. & ipeciem Angelorum Hypostaleos condidit. Et ex Articulo Parisiēsi tēpore Stephani Parisiensis episcopi 1216 vbi dicitur esse error, dicere, quod Deus non posset plures facere intelligentias eiusdem speciei, quia carent materia. Aegid. vero quol 2. nō negat potentiam, sed congruentiā secūdū ord. quem videmus laudamus aut negat Phylosophice, non theologice, vt ipse ait 1. Cœli q 21 Et fiee corp. q.

* Quælibet stella facit vnā speciē. sed melius id vide infra d.43.q.2.ar.3.

eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt. q.d. quòd tu, qui es creatura: nō es fabricatus cum eo cœlos: quia ipse p se ipsum fabricatus est eos: qui solidissimi sunt: quia agens naturale eos alterare nun potest. sunt enim cœli inalterabiles, & indestructibiles, & ingenerabiles: non susceptibiles peregrinarū impressionū.

Tertio hoc idem declarare possumus per animalia perfecta: quæ non possunt naturaliter produci: nisi per simile in specie: quia nun fit naturaliter equus: nisi ab equo. Ponendo ergo, sicut solidissima veritas fidei ponit, quòd mūdus incepit: omnia individua prima animalium perfectorum, vt equus primus, & leo primus, & primus homo, & cætera talia: fuerunt immediatè à Deo producta.

Quarto hoc idē declarari potest ex parte ipsius materię. nam materia non fuit producta, nec produci potuit ex alia materia: ideo, vt supra
To. 1. diximus, August. in de vera Relig. Mundū istum sensibilem dicit factum ex materia informi: materiam autem informem dicit factam omnino ex nihilo. In ipsam ergo materiam simpliciter loquendo nun habent causalitatem: nec habere possunt alia agentia à Deo, propter quod plura sunt immediatè à Deo producta.

Visto quomodo cogimur ponere plura esse à Deo immediatè producta: volumus dare modum, quomodo hoc fieri potuit. Dicemus quidem, quòd non potest esse nisi duplex principiū rerū per se loquendo: natura. s. & voluntas. Quidquid. n. habet per se causam, vel fiat ab agēte per naturam, vel ab agente per voluntatem: siue ab agente per appetitum. Et licet aliqui dixerint: q tria erāt principia rerū. s. Natura, mens, & ratio, ita quòd quidquid fit, vel fit ab agente per naturam, vel ab agente per voluntatem, vel ab agente per morem suum. i. per consuetudinem; Dicimus, quòd consuetudo inclinat in aliquid per modum naturæ: ideo virtus ex consuetudine inducta certior est omni arte: quia inclinat p modum naturæ: potissimè etiam consuetudo inducit in agentibus per appetitum. lapis enim & si decies, millies impellatur sursum, nō assuescet sursum ascendere: propter quod consuetudo nō debet facere tertium principium distinctū à natura, & voluntate: siue à natura, & appetitu, sed aliquo modo inclinat nus consuetudo cum natura, & aliquo modo cum appetitu.

Volitas. vt natura, respectu finis: voluntas vt respectu eorum, quæ sunt ad finem.

Aduertēdum ergo, quòd licet natura semper sit determinata ad vnum: voluntas tamen in aliquid fertur necessario, & determinatè, & quasi naturaliter vt in finem: in aliquid vero fertur secundum electionem, vt possit es libere velle, & nolle: vt in ea, quæ sunt ad finem. quia ergo in finem fertur voluntas quasi naturaliter: ideo respectu finis dicitur voluntas, vt natura: lo ea autem, quæ sunt ad finem. quia fertur voluntas secundum electionem: ideo respectu eorū potest dici voluntas, vt voluntas.

* Potentia Dei triplex, eiusque differentia.

* Ex his autē patere potest, quę differētia sit in Deo inter potentiam generandi, spirandi, & creandi, & quare Deus per potentiam generandi nun producit nisi vnum filium, & pater & filius per potentiam spirandi nun producunt nisi vnum spiritum sanctum: tota autē Trinitas per potentiam creandi producit tantam multitudinem creaturarū, & producere posset multo maiorem, si sibi placeret. Dicemus enim, quòd natura in patre est potentia generandi filium: volūtas autem, vt natura in patre, & filio est potētia spirandi spiritum sanctum: voluntas autem, vt voluntas in omnibus tribus personis, est potētia, per quam creatæ sunt creaturæ. omnia enim creata in diuinam voluntatem reducuntur tanquàm in causam, vt patet per August. 3. de Trinit. Pater ergo p naturā est principium generationis filij: ita quò l pater nō est potens gignere, nisi natura, vt vult Magister sententiarum libro primo. Pater autem & filius prout est in eis voluntas, vt natura, sunt vnū principium spiritus sancti, procedit enim spiritus sanctus, vt amor, & per modum voluntatis: nō per modum volūtatis, vt volūtas, vt quòd posit procedere, & nō procedere, sicut creatura, sed omnino necessaria, & immutabilis est sua processio: ideo potentia spiratiua, per quam spiratur, & producitur: nun dicitur voluntas, vt voluntas, sed voluntas, vt natura: Si enim Pater, & Filius nullā aliam bonitatem vellent, nec diligerent, producerent spiritū sanctum. Iden dicimus, quòd Pater & Filius diligēdo se, producunt spiritū sanctum: & qa Pater, & Filius suam bonitatem volunt, & diligunt naturaliter: ideo potentia spirandi spiritum sanctū erit voluntas, vt natura. inde est, quòd tam filio, qnàm spiritui sancto communicatur natura diuina: quia filius procedit à patre per naturam: spiritus sanctus procedit per modum volūtatis, vt natura: vel vt loquamur verbis cōmunibus, procedit per modum voluntatis, concomitante natura, & quia cuicunque communicatur natura diuina, ille est Deus: cum Deus sit illud, quo nihil maius cogitari potest: consequens est inter diuinas personas esse summam æqualitatē. ounc autem sic est, quòd secundum vnum modū producendi, cum productum æquatur producenti: nun potest procedere nisi vnum. ideo per naturam, secundum quem modum procedit Filius, qui æquatur Patri, noo potest procedere à Deo nisi vnus Filius, & per modum volūtatis, concomitante natura, secundum quem modum procedit Spiritus sanctus, q æquatur Patri, & Filio: nun procedit nisi vnus spiritus sanctus. ex perfectione enim productorum est, quòd secundū vnum modum nō producatur nisi vnum ab aliquo producente. Hinc ergo haberi pōt via, quomodo multiplicatę sunt creaturæ, & quomodo per potentiam creandi potest tanta multitudo à Deo procedere. nam creaturæ nō procedūt à Deo per naturam, sicut Filius: nec per voluntatē, cōmunicāte natura, sicut spiritus sanctus: sed per voluntatem, vt voluntas. nam Pater, & Filius licet suam bonitatem necessario velint: bonitates tamen alias possunt velle, & nō velle.

Deus qd sit per negationem.

Sed, vt

Sed, vt dicebamus, si nullam aliam bonitatem velleut: nisi bonitatem suam: producerent spiritum sanctũ. sed ad hoc, vt producatur creatura: oportet, ꝙ Deus velit bonitatem illã, quam vult producere, quia productio creaturæ fieri non potest, nisi per voluntatem diuinam. cum bonitates alias à se Deus possit velle, & non velle: potest Deus creaturam producere, & non producere: sicut placet sibi. nullo ergo modo creaturis communicatur natura diuina secundum se, quia nec procedunt à Deo per naturam: nec per voluntatem, communicãte natura, sed voluntas diuina, vt volũtas, & vt eligens facere, vel non facere, est productiua creaturarum. valde igitur deficiunt creaturæ à Deo.

Creaturæ à Deo libere procedunt.

Creaturæ à Deo quàm deficiunt.

Hinc autem sumit originem multitudo creaturarum. dicemus enim, quòd æquale est vno modo: defectiuum autem multipliciter. Nam illud est æquale, quod attingit magnitudinẽ eius, cui æquatur: illud autem est defectiuum: quod ab illa magnitudine deficit. sicut ergo percutere, & attingere signum perfectè est vno modo, vt si percutiatur rectè in medio: Deficere autem à signo, & deuiare est multipliciter: sic secundum vnum modum producendi æquari suo producenti perfecto, vel immateriali non est nisi vno modo secundum vnum modum producendi, sed deficere à suo producente perfecto, est valde modis multis. Dicimus autem secundum vnum modum producendi. quia secundum alium, & alium modum producendi: posset ibi esse pluralitas, vt patet in filio, & spiritu sancto, qui producuntur non eodem modo producendi. Dicimus etiam à producente perfecto. quia à producente imperfecto possent plura procedere, secundum eundem modum producendi æqualia suo producenti, sicut ab eodẽ patre carnali procedũt plures filij æquales patri, sed ab eodẽ perfecto agẽte sm eundẽ modũ ꝓducẽdi, nõ possunt plures procedere æquales sibi. Inæqualia autem, & deficientia possunt, & tot possunt secundum ordinem per se, & essentialem procedere ab eodẽ agente perfecto: quot modis cõtingit ab ipso deficere. Quot ergo sunt creaturæ essentialiter differentes: tot sunt modi deficiẽdi à primo: immo plures sunt modi deficiendi à primo, quàm sint creaturæ essentialiter differentes. Nam modi deficiendi à primo æquantur non solum creaturis essentialiter differentibus à primo productis, sed etiam creaturis possibilibus sic produci à nã ideo Deus producit, & potest producere plura essẽtialiter differentia, quia sunt plures modi deficiendi ab ipso. Imaginabimur ergo, quòd non sunt duæ creaturæ essentialiter differentes: æqualiter deficientes à Deo: sicut nõ sunt duo numeri specie differẽtes, æqualiter ab vnitate distãtes. Deus ergo agens per voluntatem, & intellectum: intelligit, quòd nulla creatura potest ipsum perfectè capere, sed quælibet ab ipso deficit: magis aliẽ, & minus: secundum quòd vna creatura est perfectior, vel imperfectior alia. quot ergo modis videt creaturas posse ipsum participare, & imperfectè, & per cõsequens ab ipso posse deficere: tot modis videt se immutabilem, & participabilem à creaturis. Hoc est enim participare quasi partem capere, vel quasi partem habere imperfectè. quia sicut totum, & perfectum est idem, vel proximũ secundum numerum, sic pars, & imperfectum est idem, vel proximum secundum naturam. participare ergo est partem capere, hoc est imperfectè habere. tot ergo sunt modi participãdi, quot sunt modi deficiẽdi, & imperfectè habẽdi. Deus ergo videns se à creaturis tot modis participabilẽ, videt essentiam suam esse ꝓptiam ideam, & rationem creaturarum: secũdum omnes istos modos participandi, & secundum istos modos deficiendi ab ipso, vel imperfectè habendi ipsum. ergo diuina essentia erit tota, & propria ratio producendi quamlibet creaturam: sed omne agens per intellectum potest omne illud per seipsum producere, cuius habet totam & propriã rationẽ factiuam. Videmus enim, quòd faber lignarius agens per intellectum: non potest facere arcam sine ligno. vel etiam cælum si ageret per intellectum, non posset producere equum sine equo: sicut angelus nihil potest producere no adhibitis seminibus, & hoc est aliter, & aliter Nam si habet lignarius non potest per rationem, quam habet in mente, facere arcam sine ligno; hoc est quia ratio illa non est ratio tota, vel non est ratio totius simpliciter, sed ratio formę: ita quòd ab arca, quæ est in mente, non fit ipsa materia simpliciter, sed fit arca in materia, vt declarat Aristo. in 7. Meta. & inde est, quòd quia non tota res dependet à ratione in mente artificis lignarij. quia non depẽdet inde simpliciter materia: illa ratio in mente non potest transmutare materiam sine organo materiali. Ratio ergo illa in mẽte nõ potest per seipsam sine suppositione materiæ, vel sine suppositione materialis organi producere illud, cuius est ratio. quia non est ratio totius. Cœlum autem dato, quòd ageret per intellectũ, & esset ratio totius, forte ad hunc non posset producere equum sine equo: quia nõ est rat in propria. Est. n. cœlum quoddam vniuersale agens: non proprια ratio huius, vel illius, sed determinata ad hoc, vel ad illud secundum aliam, & aliã dispositionem materiæ, vel secundum aliud, & aliud agens, in quo recipitur influentia eius. Et quia non potest fieri equus per hanc rationem: nisi adsit ibi ratio propria: stante hac hypothesi: cœlum non faceret equum sine equo, sicut nec nunc facit. Sol. n. & equus generant equum: nõ Sol tantum. Sic & angelus per rõnes terũ, quas habet apud se, non potest res producere. quia illę rationes, dato quòd sint totius, & dato ꝙ sint proprię, unn tamen sunt factiuę, sed repræsentatiuę tantum. Sed cum diuina essentia sit tota, & perfecta ratio cuiuslibet creaturæ, & sit ratio propria, & factiua: Deus habens in se suam simplicem essentiam, habet in se rationes omnium secundum totalitatem: proprietatem & factionem, & quia agens per intellectum potest omne illud per se producere: cuius habet rationẽ totã proptiam,

Creaturæ quot modis à Deo deficiunt.

Participare quid.

Exemplum. Faber cur arcam sine ligno nõ facit.

T. co. 10.

8. Phys. t. c. 26 vide supra q. 1. or. 8. sub finem.

propriam,& factiuam,poterit Deus per ſeipſum abſque auxilio alicuius alterius agentis quamlibet creaturã immediatè producere : propter qđ multitudo rerum potuit à Deo immediatè procedere,& proceſſit. Quòd autem Deus ſit ratio cuiuſlibet entis totius,patet, quia quicquid perfectionis eſt partis,reſeruatur in toto.& quia oĩa entia nõ ſunt niſi quædam participationes Dei: Deus habet in ſe totũ, & perfectè, qđ entia creata habent participatiuè, & imperfectè: dictũ eſt enim quòd omnes creaturæ non ſunt niſi quædam entia deficientia à primo: Deus ergo,à quo deficiunt omnia alia,habet in ſe totum,quod eſt omnium aliorum : non eo modo infimo,& potẽtiali,quo habent alia,ſed modo altioti,& ſimplicioti, quàm alia. Cum enim ipſe ſit ipſum eſſe,& omnia alia in tantum ſint,inquantum participant eſſe , oportet quòd totus cuiuſlibet creaturę ipſe ſit ratio: Oſtenſum eſt enim ſupra: quòd cauſalitas ſua ſe extendit ad omnes effectus , & φ non agit aliquo præſuppoſito. Oportet igitur, quòd rationes exiſtẽtes in ipſo, ſint rationes totius rei. Rationes ergo exiſtẽtes in Deo: ſunt tõnes cuiuſlibet totius rei productæ. Quòd autẽ ſint rationes proprię, pate. dictum eſt em, quòd creaturæ ſunt quædam entia deficientia à Deo. cum ergo alio modo deficiat hęc creatura, alio modo alia ſecundum alium , & alium defectum, vel deficiendi modum ; erit Deus propria ratio cuiuſlibet creaturę : ſta quòd oĩa proprijs rationibus ſunt condita , vt vult Auguſt. 83.q. Sic ergo imaginabimur proceſſum rerum à primo , quòd Deus ſit quædam vnitas ſimpliciſſima,& creaturę ſe habeãt pẽr ordinem, ſicut numeri ad vnitatem. omnes ergo creaturæ differẽtes ſpecie, ſe habebunt ſecundum diſtantiam lineale. ita quòd ſemper vna plus diſtabit , quàm alia. Sed creaturæ eiuſdem ſpeciei ſe habebunt ſecundum diſtantiam ex latere. nam licet ab vnitate plus diſtet quinarius,quàm quaternarius: quinquę tamen lapides non plus diſtant ab vnitate,quàm quinque leones,quia hęc quinque,& illa quinque nõ differunt in eo, quòd quinque, ſed in eo,quòd ad materiam applicantur. Si ergo vnitas nõ ſolum eſſet cauſa numeri ſecundũ quòd numerus, ſed cauſa materiæ,ad quam applicatur numerus : eſſet propria ratio quinque leonum,& quinque lapidum : non quia plus diſtarent ab vnitate hęc quinque, quàm illa quinque, ſed quia non penitus eodem modo diſtarẽt hęc,& illa.quia eſſent ad aliam,& aliam materiã applicata. Si enim ſubſtantiæ rerum eſſent numeri, vt poſuerunt Pictagorici,quinq; leones, & quinque lapides nõ differrent ſpecie ſecundum formam, ſed ſolum ſecundum materiãtnec plus diſtarent hęc, quàm illa,ſed ſolum, vt dicebatur, aliter diſtarent, quia eſſent ad aliam materiã applicata. Quando ergo ratio ſolum eſt productiua ſimpliciter fõtmæ,buæcunque habent eandẽ formam, & non differunt niſi per materiam,cadunt ſub vna , & eadem ratione. Sed quando ratio eſt productiua totius, habent aliã,& propriã

Tom 4.q.de Idea.

A rationem , non ſolum quę differunt ſecundum formam, ſed etiam quę diſtant ſecundum materiam. Differentia autem ſecundum ſpeciẽ diſtant adeo ſecundum ordinem linealem,ita , φ ſemper vnum plus diſtat,quàm aliud, & habent ſe hoc modo entia ad Deũ, ſicut numeri ad vnitatem. Sed quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, diſtãt adeo, ac ſi caderent ex latere,quæ, vt patuit,non habẽt alias perfectiones eſſẽtiales , ſed ✻ differẽtia horum ſecundum hunc curſum,quem videmus eſſe per materiam , & per accidentia ſequentia materiam. Et quia, vt dictum eſt, rationes exiſtentes in Deo,ſũt rationes totius: & quia ratio totius, eſt alia,& propria: ſiue ſit alietas in materia: ſiue in formis: nam talia eiuſdem ſpeciei poſſũt plura immediatè produci à Deo,& habent aliam,&

B propriam rationem in Deo : non quòd plua diſtent à Deo: nec quòd ſit inter ea ordo eſſentialis; ſed quia aliter diſtãt ab ipſo , qa ſunt ad aliã, & aliam materiam applicata. omnis ergo pluralitas in rebus creatis, eſt ex defectu, vt quia ✻ ſpecies deficit à ſpecie, vel quia individua deficiunt à ſpecie: niſi enim vna ſpecies deficeret ab alia : non eſſent plures ſpecies in entibus: & niſi individua deficerent à ſpecie, vt ſi quodlibet individuum haberet omne eſſe,quod poteſt competere ſpeciei , non eſſent plura individua in eadem ſpecie. Ab agente ergo perfecto, vt diximus: nõ poſſunt plura procedere ſecundum eandẽ modum æqualia ſuo producenti: quia tũc eſſet pluralitas in rebus productis ſecundum eandẽ modum producendi abſque imperfectione productorum: quod eſſe nõ poteſt. Sed ab agente imperfecto poſſunt plura æqualia ſic ꝓcedere , quia æquam imperfecto, eſt eſſe imperfectum: procedere autem plura imperfecta ab eodem agẽte ſecundum eundem modum producendis nullum videtur inconueniens, & potiſſimè,cum producta ſunt materialia,& formaliter non diuidũtur: diuidũtur tamen per materiam.

C Declaratum eſt ergo, φ eſſe poteſt,& eſt multitudo in entibus creatis, quia ſunt entia defectiua: declaratum eſt etiam, quòd rationes exiſtentes in Deo, ſunt rationes totius cuiuſlibet creaturæ,& propriæ. Quòd autem tales rationes ſint factiuę,& non repræſentatiuę tãtum, patet, quia ſemper primũ in quolibet genere , eſt cauſa omnium eorum, quę ſunt poſt: rationes enim rerũ in mentibus angelorum non ſunt factiuæ retũ,

D quia non ſunt rationes primę: ſed rõnes in Deo, quę ſunt rationes principales , & primę, ſunt factiuę,& productiuę rerum. Vnde Auguſt. ait, φ has rationes rerum principales, appellat ideas Plato: quatũ participatione fit, vt ſit, quicquid eſt. Si ergo omne agens per intellectum poteſt omnia illa per ſe ipſum immediatè producere, quorum habet rationes totales ꝓprias, & factiuas: Deus,quia eſt huiuſmodi, potuit multitudinem rerum per ſe ipſum immediatè producere, & produxit.

Habito quomodo cogimur ponere, φ à Deo multa immediatè proceſſerunt , & oſtenſo quo-

* Contradictionem huius. & ſolutionem vide in fine prol. huius lib. & d. 2 q. 2 art. 1 ditta fiue. & vide Tab. Zim. vbi multa dicit ex Ar. Aegidio, & Thom̃ aduerſantia. Et vide d. 3. q. 2 art. 1. & 2.& q. 4. ar. 2.& quol. 2. q. 12.

* Si homo cõſtaret ex tota ſua materia nõ eſſet niſi vnus homo, ſicut mundus, ex Ar. li. 1. de cœlo. t. 94. 95. 96.

To 4. 83. q. quæſtione de ideis.

s De Gen. tc. 16. Idē manens idē semper facit idem. Idem tribus modis intelligi potest Vide ꝛc infra q.4.ar.2.

modo hoc sit possibile: restat tertio declarare ꝓpositionem illam: quomodo idem manēs idem semper facit idem. Quod sipliciter potest verificari. Primo prout res producuntur à Deo: mediantibus diuersis agentibus. Secundo prout res producuntur à Deo: secundum aliam, & aliam rationem. Tertio prout res producuntur ab ipso secūdū actiunē, & id, quod actionis subijcitur;

Primum de leui patet: nam prout Deus producit res mediantibus secundis agentibus: Deus in agendo se habet vno modo: sed quòd sit diuersitas in entibus, hoc est ex parte agentium secundorum, vel ex parte recipientium non eodē modo se habentium ad Deum: Deus enim hoc modo agendo se habet ad omnia secundum dispositionem vnam, sed omnia non se habent ad ipsum secundum vnam dispositionem, vt potest haberi ex 14. propositione de causis.

Secundum etiam de leui ostenditur. nam idē manēr idē semper facit idem. i. idē manēs, & existens idē, i. secundum idem, vt, secūdum vnam, & eandē rationē: non nisi vnū potest producere.

Tertium etiam faciliter declaratur. nam in omni producto à Deo, cum creatio sit transiens in exteriorem materiam. i. in exteriorem substātiam, vt materia sumatur largè pro omni substantia, est ibi duo cōsiderare: & actionem, quæ transit, quæ se habet, vt actus: & substantiam, in quam transit, quæ se habet, vt potentia. Videtur ergo Deus, quòd multę, & variè essentię possunt ab ipso procedere, secundum quòd ipse multis, & varijs modis, est imitabilis à creaturis: in potestate ergo sua est producere hanc naturam, vel illā; quia, & si habet in se rationes totales ꝓpriar, & factiuas: ipsę tamen rationes tales non sunt productoę rerum, nisi secundum suę voluntatis imperium. Producendo ergo has quascūque naturas: quarum est ex parte sui, semper facit idem, quia non producit huiusmodi naturas, nisi communicādo eis suum esse, quibus naturis productis, quantum est ex parte sui, totum se exponit, & totum se communicat, ergo quantum est ex parte sui omnibus communicat idem esse: quia omnibus communicat suum totum esse. Sed ꝙ non omnes totum recipiant hoc, est quia à Deo deficiunt: & quòd non omnes idem esse recipiūt: hoc est, quia non omnes naturę eodē modo deficiunt. ergo idem manēs idem, semper facit idē: modo, quo diximus. Sed ꝓpter istud facere idē: negare non possumus, quin ab eo procedat multitudo rerum immediatè: quia habet apud se rationes omnium, per quas potest immediatè omnia producere in quibus omnib⁹ productis, quātum est de se, semper facit idem. quia semper eis communicat idem esse, ipsę tō naturæ non recipiunt idē: quia nō eodē modo recipiūt illud esse.

Resp. ad arg. Ad primum dicendū, ꝙ non oportet esse tantam vnitatem in effectibus, quanta est in causa: ideo si ideę in Deo non differunt, nisi secundum rationem: poterunt tamen in effectibus per illas plures rationes plures res esse productę: nam agens per intellectū producit rem per rationem, quam habet apud se: ergo ad hoc, ꝙ producat aliam, & aliam rem: sufficit, ꝙ habeat apud se rerum aliā, & aliam rōnem.

Ad secundum dicendum, ꝙ ista pluralitas rationum siue idearum diuinarum: non solum est in intellectu nostro, quia nos intelligimus Deū multis modis imitabilem esse à creaturis, sed etiā est in intellectui diuino: ꝓut intelligit se sic multis modis imitabilem: intelligendo ergo se Deus sic multis modis esse imitabilē: habēdo per hoc rationes omniū: quæ, vt patuit, sunt totales ꝓpriæ, & factiuæ: pōt immediatè multa ꝓducere.

Ad tertium patet solutio per tā dicta. Vel possumus dicere, quòd Deos manēs idem, producit plora, quia habet in se rationes omnium modo simplici, & vnitiuo, quod de alijs à Deo non possumus dicere.

QVÆST. IIII.

De duratione rerum conditarum.



Postquam dubitauimus de rebus productis, & de principijs producentibus, & de actione diuinā, quæ est omnium principium productiuum, secūdum præiacentem ordinem; restat dubitare de duratione rerum productarū; vtrum mundus sit æternus, vel habuerit initium durationis: sicut dicit scriptura: In principio creauit Deus cęlum, & terram. i. in primo instanti temporis secundum vnum exponendi modū. Gen. 1.

Hic autem tria dubitabimus. Primo vtrū mūdus sit æternus. Secundo vtrum possit demōstrari, mundum non esse, nec potuisse esse æternum. Tertio de expositione illius verbi: In principio creauit Deus cęlum, & terram.

ARTIC. I.

An Mundus sit æternus. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1.p.q.46.art.1.2. Item d.1.q.5. D. Bonau. d.1.art.1.q.2. Ric. d.1.q.2. Biel. d.1.q.1.Scō. d.1.q.2. Capr. d.1.q.1. Bacch. d.1.q.4. Dur. d.1.q.2. Ant. And. d.1.q.3. Adverte Arist. Topi. l.1.c.9. vbi ait problema esse: Verum Mūdus sit æternus, an non. Sed determinationem vide 8. Phys.

Ad primum sic proceditur: videtur, quòd mundus sit æternus, & quòd non potuerit de nouo incipere. Ad quod probādum, hunc ordinem tenebimus. quia primo adducemus rationes Philosophi in 8. Physi. vbi de hoc specialiter agitur. Secundo adducemus rationes eius. quas facit in alijs libris. Ad hanc materiam Tertio adducemus rationes Commen. & Auicē, quas superaddiderunt rationibus Philosophi, quòd mundus non potuit incipere. Adducit autē Philosophus quinque rationes in 8. Physi. quòd mundus sit æternus.

ętetnus. Prima ratio ſumitur ex parte motus. Secunda ex parte agentium naturalium. Tertia ex parte agentium per volũtatem. Quarta ex parte agentiũ quotumcũque. Quinta ex parte tpis.

Rationes Ariſt. pro mundi æternitate, Ex parte motus.

8 Phyſ.t.c 5. & 6.

Prima ratio talis eſt: Omnis motus præſupponit factionem mobilis: quæritur ergo vtrum motus ſit ſic nouus, ꝙ ante illum motum non fuerit alius motus. quòd ſi non: habetur intentũ, ꝙ motus non incęperit. ſed ſi eſt dare primum motum ſic nouum: cum ille motus, qui ponitur omnino primus, ſit in aliquo mobili, & illud mobile fuerit factum, & factio mobilis non ſit ſine motu: ante omnino primum motum fuit aliquis motus, quod eſt inconueniens. Quia ſi dicatur: mobile illud, cuius ponitur motus omnino primus, & nouus, nõ fuiſſe factum: dicit Philoſophus hoc eſſe irrationabile, quòd mobile ętternum incipiat moueri in tempore: tamen dato, ꝙ non eſſet irrationale: ſtatim haberemus intentũ. Nam ſi mobile, cuius ponitur eſſe motus omnino primus, & nouus: dicatur eſſe factum: ſequit inconueniens, quòd ante primũ motum ſit motus. Si dicatur tale mobile nõ eſſe factũ, habetur intentum: quia hoc poſito, creatura eſſet ętterna.

Rationes ex parte agentium naturalium.

8 Phyſ.t.a.7.

Secunda ratio talis eſt: Nihil eſt in aliqua diſpoſitione, in qua priùs non erat, niſi per motum præcedentem. Si ergo entia incęperunt moueri, & eſt dare primum motum nouum: ergo ante illũ primũ motũ entia nõ mouebantur: erãt ergo indiſpoſita ad motum: ſed illa indiſpoſitio non potuit remoueri niſi per motum: ergo ante omnino primum motum fuit motus. Et vadit tam hæc ratio, quàm prima ad infinitum. Nam ſi motus nouus præſupponit factionem mobilis, & factio mobilis nõ eſt, niſi per motum, quæretur de illo motu, per quem factum eſt mobile: vtrũ ſit nouus, quod ſi ſic; præſupponit factionẽ ſui mobilis. Si ergo motus nouus præſupponit factionem mobilis, & factio mobilis motum: & poſtea ille motꝰ, ſi ſit nouus, factionẽ ſui mobilis: oportet, quòd talia vadant in infinitum, & nunquàm incęperint, vt dicebat ratio prima. Sic etiã, ſi motus nouus præſupponit ammotionem indiſpoſitionis, & amotio indiſpoſitionis non poteſt eſſe ſine motu: & motus ille, ſi ſit nouus, nõpotuit eẽ, niſi prius fuerit amota indiſpoſitio: oportet talia in infinitum ire, & nunquàm habuiſſe initium: vt dicebat ratio ſecunda.

Rationes ex parte agentium per voluntatem.

8 Phyſ.t.c.1. & 9.

Tertia ratio Philoſophi ibidẽ ſumitur ex parte agentis à voluntate. Nam quia diceret forte aliquis, ꝙ in agentibus naturaliter: ſi nunc mouẽt, & prius non mouebant: oportet, remoueri indiſpoſitionem. Sed hoc non oportet in agentibus à propoſito: ideo ſpecialiter probat intentum in agentibus à propoſito, quòd. ſ. per huiuſmodi agentia non poteſt eſſe motus omnino primus. Nam ſimile quodammodo eſt de agente naturali, & à propoſito: nam ſicut frigidum per ſe infrigidat, & per accidẽs calefacit. vt quia ſtringit potos. & unu permittit exire calorẽ: ſic agens à propoſito per ſe facit vnũ oppoſitorum, vt medicus per ſe ſanat: per accidens autem occidit, vt forte, quia neſcit artem: vel quia habet corruptum appetitum: & vult facere cõtra artem: vel forte, qa eſt tãta ægritudo, & materia eſt ita indiſpoſita, ꝙ non eſt ſuſceptiua ſanitatis, quæ eſt ab arte. Agẽs ergo à propoſito ſemper facit, quod melius eſt: ſi autem non facit, vel ſi facit oppoſitum; hoc eſt propter aliquod impedimentum, quodcunq; ſit illud: ſiue ſit ignorãtia, ſiue corruptio appetitus: ſiue indiſpoſitio materiæ. Arguatur ergo ſic: Si agentia à propoſito agunt motum nouũ omnino primum: aliquid ergo impediebat, quod prius non mouerent. ſed illud impedimentum unu potuit amoueri, niſi per aliquem motum præcedentem: ergo ante motum primum præceſſit motus. Rurſus de illo motu præcedente quæretur: vtrũ ſit nouus: qđ ſi ſic, & incępit: ergo aliquid impediebat, quòd ille motus prius non fieret, & illud impedimentum non potuit amoueri, niſi per motum præcedentem, & ſic in infinitum: ante ergo quemlibet motum nouum incipientem, oportet dare motum, impedimentum amouentem, vt poſſit incipere talis motus.

Frigidum calefacit ꝙ accidẽs ita Medicus ũnat per ſe, & occidit ꝙ accidens.

Rationes ex parte agentium quorumcunque.

Quarta ratio eſt talis: In omni agẽte, qui prius non agebat: ſiue ſit agens per naturã: ſiue à propoſito: oportet dare nouam relationem inter mouens, & mobile. ſed noua relatio non eſt ſine motu præcedente: ergo ante omnem motum eſt aliquis motus, vt ſi comburere ſtuppam ponꝛetur primus motus, & ponꝛetur nouus: vt ſi dicatur, quòd nunc ignis comburit ſtuppam, & prius nõ cõburebat: & huiuſmodi cõmbuſtio eſt primus motus, ante quẽ non fuit alius motus: dicet Philoſophus, quòd ſi ignis nunc comburit ſtuppã, quam prius non cõburebat: oportet, quòd ſit noua relatio. i. nouus ordo inter ignem, & ſtuppã, qui prius non erat. Incępit autem eſſe hic nouus ordo, vel quia ignis fuit relatus ad ſtuppam, vel è conuerſo: vel forte, quia fuit adgeneratus ignis propè ſtuppam. Sed talis nouus ordo, quòd hoc agat, quod prius non agebat, & hoc patiatur, qđ prius non patiebatur: non fuit ſine motu præcedente: ex quo cãtus eſt ordo, & proportio inter agens, & patiens: ergo ante primum motum fuit præcedens motus: quæretur ergo de illo primo motu præcedente: vtrum fuerit nouus. ꝙ ſi ſic: ergo præceſſit nouus ordo, & noua relatio, quæ non potuit eſſe ſine præcedente motu: ergo non eſt dare motum nouum, quem non præcedat aliquis motus: propter quod naturaliter non poterit incipere motus.

8 Phyſ.t.c.1.

Rationes ex parte temporis.

Quinta ratio ibidem ſumpta ex parte tem-

Idem infra ad resp. arg. 9. Phys.

poris est. quia nunc semper est principium futuri, & finis præteriti: hoc enim esset nunc incipere, quod prius nõ fecisset, & postea faceret: cũ ergo prius, & posterius sint differentiæ tẽpotis, & differentię temporis non sint sine tempore: nunc ergo semper intelligitur esse inter tempus prius, quod est præteritum: & posterius, quod est futurum: impossibile est ergo tempus incepisse. quia si incepisset: incepisset in aliquo nũc: ante ergo illud nũc nũ fuisset tempus: fuisset ergo ante, qđ est differentia temporis sine tempore. Sic etiam tempus non potest desinere. quia si desineret: desineret in aliquo nunc: ergo post illud nunc non esset tempus: esset ergo post, quod est differentia temporis sine tempore. Nunc autem semper est inter præteritum, & futurum: totum ergo tẽpus non potest esse futurum, quia ante totum tempus futurum est nunc: ante nunc est tempus præteritum. Si ergo totum tempus posset esse futurum: ante totum tempus fuisset tẽpus: propter quod nunquàm incepit totaliter tempus: sed si semper fuit tẽpus, semper fuit motus: si semper fuit motus, semper fuit mobile: ergo non potuit incipere mundus,

Rõnes pro mũdi æternitate ex parte materiæ primæ.

Adductis rationibus pro æternitate mundi positis in 8. Phyſic. volumus adducere rationes alias eiusdem Philosophi sumptas ex alijs locis: quarum vna poterit sumi ex 1. Phyſi. quatuor sumentur ex libro de cęlo, & mũdo: & tres ex libro de generatione. In 1. autem Phyſi. probatur, quòd materia prima est ingenita, & incorruptibilis. nã quicquid generatur, generat ex materia: & quicqd corrumpitur, cedit in potentiam materiæ. quia, vt dicitur in 1. Phyſi. quicquid corrũpitur in hoc abibit vltimum. Arguatur ergo sic: Quod est ante omnem generationem, & post omnem corruptionem illud est ingenitum, & incorruptibile, & æternum. sed materia est ante omnem generationem, quia in omni generatione oportet præsupponere materiam, quæ est generationis subiectum. Rursus: Materia est post omnem corruptionem, quia quicquid corrumpitur, vt dictum est, cedit in potentiam materiæ: materia ergo istorum corporalium est ingenita, & incorruptibilis, & æterna: & per consequens ista corporalia nunquàm cęperunt vniuersaliter: ex quo sequitur, mundum ęternum esse.

Ex 1. Phyſ. 5. c. 62.

Materia prima cur ingenerabilis, & incorruptibilis.

Rationes pro æternitate mundi ex libro de cęlo, & mundo.

Adducta ratione, quæ habet ortum ex dictis in primo Phyſi. volumus adducere illas quatuor rationes, quæ possunt habere ortum ex lib. cœli, & mundi. Videtur enim impossibile, ꝙ mundus sit generatus, & ꝙ mundus habuerit initium, propter quatuor, quæ sequuntur quodlibet generatum. ✲ Nam omne generatum habet contrariũ: est de necessitate corruptibile: incipit alicubi esse, vbi prius non erat, & non constat ex tota materia sua. Et quia omnia ista quatnor, vt patebit, non possunt competere isti mundo: ideo, &c.

* Generatũ nõ habet cõtrarium: incipit esse, vbi nõ erat, corruptibile, & nullũ constans ex tota sua materia.

Prima ergo ratio sumitur ex eo, quòd omne generatum habet contrarium. Nam omnes generationes sunt ex contrarijs, & in contraria, quod ergo non habet contrarium, nullo modo potest esse quid generabile. & quia cœlum non habet contrarium: nunquàm fuit cœlum factum, nec generatum, nec habuit durationis initium: cum ergo mundus dicat cœlum, & elemẽta, & ea, quæ sunt ex elementis: impossibile est ipsum mundũ totum cadere sub generatione, quia tunc ipsum cœlum esset quid generabile.

1. Cœli t. c. 20.

Secunda ratio sumitur ex eo, quòd omne generabile est corruptibile: quicquid enim incipit esse, etiam desinit esse: & quicquid nõ semper fuit, non semper erit: ergo per locum à contrario, qđ non desinet esse, & quod semper erit, non incepit esse, & semper fuit. Et quia mundus secundum fidem catholicam nũquàm vniuersaliter desinet esse: ergo nec vniuersaliter incepit. Videt autem hæc ratio supet hoc fundari, quia duratio rei ex natura rei sumitur: inde est, quòd corruptibile, & incorruptibile non solum non possunt conuenire in natura speciei, sed nec etiam in natura generis. quia oportet talia differre genere, vt declarari habet in 10. Meta. quod ergo potest durare in perpetuum habet naturam ad semper esse. & quia id, quod consequitur naturam, oportet esse per se, & inseparabile. Si ergo tale quid aliquando incepit, & non fuit: tunc illud, quod haberet naturam ad semper esse, contingeret aliquando non esse: & per consequens contingeret ipsum simul esse, & non esse. Põt aut hæc consequentia aliter declarari, quia quodlibet corruptibile dicit rem determinati temporis: & ideo non semper verificatur: Sortes est homo, sed verificat hoc in aliquo determinato tempore. Incorruptibile autem non dicit rem determinati temporis: ideo dicit rem sempiternam, & rem, quę habet sempee esse: propter quod non dicit rem determinati tẽporis: & per consequens non dicit rem, quę incęperit esse. Est enim aduertendum, quòd videbatur Philosopho per se notum, ꝙ ideo data est generatio, & corruptio in rebus: quia res non possunt se perpetuare in esse. Si enim possent res se perpetuare in esse: non esset generatio, & corruptio in rebus, & nunquàm incepissent esse. & qa hęc pars vinetsi, vel illa, desinit esse: totum antẽ vniuersum nunquàm desinet esse: consequens est quòd nunquàm incęperit esse.

1. Cœli t. c. 126.

Corruptibile, & incorruptibile cur differãt plusquã genere.

T. c. 26.

Tertia ratio sumitur ex eo, quòd omne generatum incipit esse alicubi, vbi prius non erat. Si ergo totum vniuersum poſset incipere esse: totũ incepisset esse ev bi ptius non erat: non posset ergo totum vniuersum incipere esse: nisi præsupponeretur vacuum, vbi reciperetur: sed hoc est impossibile: ergo, &c.

1. Cœli. t. c. 99.

Quarta ratio sumitur ex eo, quòd omne generabile non constat ex tota materia sua: nã in istis genetabilibus, & corruptibilibus, agẽs, & patiẽs sunt contraria, & communicant in materia: si ergo generans constaret ex tota materia sua; nihil

1. Cœli. 9 c. 93 95. 96. &c.

posset

posset generare, quia non haberet materiam, vbi induceret formam suam. Ideo est ergo genetatio, & corruptio in rebus, quia in talibus est contrarietas, & nullum talium constat ex tota materia sua. Cum ergo totum ✠ vniuersum cõstet ex tota materia sua, impossibile est, totum vniuersum esse generabile, vel corruptibile, & per consequés impossibile est, ipsum habuisse durationis initiũ.

* Mundus constat ex tota sua materia. 1 Cœli. t 92. 94. 95. Hinc vnus mundus non erit. Sed mirror, cur Ioannes Duns. q. 24. de Cœle in fine 1 libri dicat Mundũ non esse vnũ numero quia nõ continuus, non specie, quę est sub genere: & hic haberet speciem sibi oppositã. Sed analogicè i ordine ad finem, ut ste Auerroe 4. Met. Cõsilio ordinatis sunt ad vltimum Sphærã, vt in finem.

Rationes pro mundi æternitate ex lib. de generatione.

Restat autẽ adducere rationes tres, quę possunt habere ortum ex dictis in li. de generatione, quarum vna sumitur ex diuersitate motuum: Alia ex inuariabilitate motoris primi. Tertia ex generatione, & corruptione rerum, quæ se inuicem præsupponunt.

Prima ratio talis est: Omnis difformitas reducitur in vniformitatem: omnia ergo, quę difformiter mouentur, reducuntur in aliquid vniformiter motum, vt latio solis in obliquo circulo, reducitur in motum vltimi mobilis vniformiter moti, & hæc inferiora, quæ aliquando mouẽtur, aliquando quiescunt, reducuntur in motũ cœli, quod semper muuetur: Hæc. o. verba, vel hæc sententia ex secundo de generatione, & in 12. Meta. & ex 8. Phys. accipi possunt. Arguatur ergo sic: Si ponãtur corpora aliqua semper moueri, habetur statim intentum, quòd semper motus fuit, & quòd mundus est æternus. Si vero dicatur, quòd aliqua entia inceperunt moueri, & prius non mouebantur, cum hæc difformitas in motu non possit esse, nisi per corpus cõtinue motum, oportet dare corpus, quod nunquàm incepit moueri, sed semper continue mouebatur, & ita motus vniuersaliter nũquàm incepit. propter quod oportet mundũ æternũ esse.

2. de Gen. tex. 60. 16.

Secunda ratio sumitur ex inuariabilitate motoris primi. Nam, vt dicitur in secundo de generatione, idem manens, idem semper facit idem. cum ergo primus motor omnino sit inuariabilis: semper facit idem: si ergo nunc mouet, semper mouebat: nam mouere, & non mouere sunt diuersa. Si autem semper mouebat: motus est æternus, & per consequens mundus.

3. de Gen. t. 66 67.

Tertia ratio sumitur ex generatione & corruptione, quæ se inuicem præsupponunt. Nam in aliquibus possumus arguere à posteriori tantũ: nam bene valet: Paries est, ergo fundamẽtũ fuit: & fundamentum est: ergo lapides inciſi fuerunt. Sed à priori in talibus non possumus arguere: non enim valet: Lapides inciſi sunt, ergo fundamentum fiet, quia potest impediri, ne fiat. Nec valet: Fundamẽtũ est, ergo paries erit, qa futurus incidens forte nõ incidet, vt dicitur in secũdo de generatione. Potest enim esse, quòd quis sit futurus incidens, & tamen non incidet. quia potest impediri motus eius. Sic quando factum est fundamentum, videtur quòd debeat esse futurus paries: hoc tñ poterit impediri. Sed generatio, & corruptio, & ex parte ante, & ex parte post, se inuicem de necessitate inferũt; ita quòd A de necessitate cõcluditur, quòd generatio, & corruptio nec potuerunt vniuersaliter incipere nec possunt vniuersaliter desinere. Inferunt. n. se ista incipiendo à posteriori, vt nunquàm vniuersaliter inceperint. Nam si aliquid est modo generatum: ergo aliquid fuit corruptũ: si aliquid fuit corruptum: ergo illud fuit prius generatum, & per consequens prius corruptum, & sic in infinitũ: ergo genetatio, & corruptio ab æterno fuerunt. Sic in talibus possumus arguere incipiendo à priori, ex quo cõcludetur, quod generatio, & corruptio in tempiternum erunt, & nunquàm desinent. Nam si aliquid est generatũ, ergo corrumpetur. quia omne generabile, est corruptibile, & omne corruptibile de necessitate corrumpetur. Si ergo corrumpetur: aliquid inde generabitur, & illud generabile corrũpetur, & aliud inde gñabitur, & sic in infinitũ. Talia ergo nec inceperunt, nec desinent. est ergo mũdus æternus.

B

Auerr. rationes pro mundi æternitate, 8. Phys.

Postquàm adduximus rationes Philosophi, q̃ possunt habere ortum tam ex dictis in 8. Phys. quàm ex dictis in alijs locis, ✠ mundus sit æternus: volumus adducere rationes aliorum: quas superaddidcrũt dictis Philosophi, & specialiter adducemus rationes Commen. & Auicen. Adducemus autem ad hoc 7. rationes Commen. quas facit in 8. Phys. & duas Auicen. quas facit in Metaphysica sua.

Prima ratio Commẽ. est ista: Illud, quod semper fertur, & non põt demonstrari, vt stans: semper habet aliquid ante se, & aliquid post se. Nã omne, quod mouetur: motũ est, & mouebitur: de quolibet. o. mobili verum est dicere, quòd si motum non est, ergo non mouetur: quia non incepit motum. Si autem non mouebitur: ergo non mouetur. quia consummauit motum. ergo semp illud, quod fluit, habet aliquid ante se. qa motum est, & aliquid post se, quia mouebitur. Instans ergo qnia est in continuo fluxu, & nũquàm potest signari: vt stans; semper est medium inter præteritum, & futurum. nunquàm ergo incepit tempus. quia tunc totum tempus fuisset futurum, & instans nihil habuisset ante se, sed solum post se, & nunquàm poterit desinere totum tempus. quia tunc totum tempus esset præteritum, & instans nihil haberet post se, sed solum ante se.

C

D

Secunda ratio talis est: Omne agens siue per voluntatem, siue aliter; si incipit agere, & prius non agebat, aliqua proportio facta est inter ipsum, & effectum, sed hoc non potuit fieri. nisi per motum præcedentem. Ibitur ergo in infinitum, quia si ille motus præcedens est nouus: non potuit incipere, mi quia incepit esse, ꝓportio agẽtis ad patiens: proportio autem illa non potuit esse sine motu alio præcedente: nunquàm ergo incepit motus.

Tertia ratio est ista: Omne agens per intellectum, & voluntatem: quod nunc agit, & prius non

non agebat, oportet ipsum apprehendere diuersa tempora, sed tempus non est sine motu, ergo nō potest aliquod agens incipere nouum motum: nisi per præcedentem motum: oportet ergo esse æternum motum.

Quarta ratio est hæc: Sicut se habet voluntas noua ad actionem antiquam: sic econuerso voluntas antiqua ad actionem nouam: sed volūtas noua nnu potest esse propria causa actionis antiquæ: ergo nec voluntas antiqua erit per se, & immediata causa actionis nouę. Ab æterna ergo voluntate Dei non procedet personaliter immediatè nisi æternus effectus, & ab illo æterno effectu æternus motus.

Quinta ratio est talis: A voluntate antiqua nō procedit aliquod nouum, nisi mediante actione noua. Nam si voluntas antiqua non expectatet aliquid aliud: statim faceret suum effectū. Quòd ergo non statim sit effectus: hoc est quia expectatut aliud habendum. Indigemus ergo præcedēte transmutatione: motus ergo nouus, & effectus expectatus non potest fieri sine transmutatione præcedente. Si ergo omnem nouum motum, & omnem nouum effectum præcedit transmutatio: ante omnem nouum motum fuit aliquis motus, & per consequens nunquàm incępit vniuersaliter motus.

Sexta ratio talis est: Dicit enim Comment. se accipere duo quasi per se nota. Vnum est, quòd nunquàm agēs expectat aliquid facere: nisi quia deficit sibi aliquid, vt saltem deficit sibi illud tempus, in quo vult facere: si ergo Deus nō fecit statim mundum, sed expectabat tempus, in quo volebat facere: deficiebat ergo ei tempus: in quo volebat hoc facere. Aliud autem, quod dicit se accipere, per se notum est, quòd huiusmodi agens, quod expectat tempus, vt faciat effectum in illo tempore: aut simul cum effectu facit tēpus: aut non. quòd si non: ergo præsupponit tempus, & per consequens motum: non ergo fiet nouus effectus, & nouus motus sine præcedēte motu. propter quod nunquàm incępit motus. Si autem expectando tempus simul cum effectu fecit tēpus: quia omne, quod fit, in tēpore fit: tēpus illud factum indigebat tempore: ergo non potuit fieri sine præcedenti tempore, & sine præcedēte motu. Omnem ergo effectum nouum, & omnem motum nouum præcedit tēpus, & motus: nunquàm ergo incępit tempus: nec motus.

Infinita an possint pertransiri.

Septima ratio talis est: Impossibile est, esse per transita infinita per se: sed non est impossibile esse pertransita infinita per accidēs. Si ergo à voluntate ęterna Dei posset immediatè causari iste effectus nouus: infinita essēt inter æternam volūtatem, & hunc effectum, & omnia illa essent pertransita per se. quia cum causa habeat per se ordinem ad suum immediatum effectum: hēt per se ordinem ad omnia ea, quæ sunt inter ipsam, & suum effectum: expectans ergo Deus per infinita tempora, vt veniat ad hunc effectum, quem vult producere in hoc tempore: oportet, quòd sit per se ordo in omnibus illis temporibus: oportet ergō per se esse pertransita infinita, quod est inconueniens.

Adducit autem quatuor alias rationes, sed non habent difficultatem aliam à difficultatibus Philosophi: immo solutis difficultatibus Philosophi, satis potest haberi via ad soluēdum difficultates illas.

Auicennæ rationes pro mundi æternitate.

Adductis rationibus Commentatoris: volumus adducere rationes Auicēnæ, quæ sunt duæ.

Prima talis est: Aut creator mundi præcessit mundum natura tātum: aut duratione. Si natura tātum: ergo non prius fuit creator, quàm creatura. Si autem duratione: cum prius, & posterius in duratione causent tationem temporis: ergo fuit tempus ante, quàm esset mundus, & per consequens motus, quod est impossibile. Nunquàm ergo incępit mundus, quia tunc ante mūdum fuisset tempus, & motus.

Secūda ratio Auicēnæ talis est: Quia, vt inqt, ꝙ aliquid sit causa existendi causatum, qđ prius nō fuit, hoc est: quia non est causa per essentiam suam, sed per aliquid aliud: cum ergo Deus sit omnium causa per essentiam suam, & circa sua semper eodem modo se habuit: nunquàm fuit, ꝙ non esset causa: & si semper Deus fuit causa: semper fuit suum causatum, & semper fuit mundus. Possent autem & plures tationes ad hoc adduci, & ex verbis horum Philosophorū possent aliquæ rationes trahi: sed sufficiant rationes prædictæ, quia ex dissolutione earū sufficienter euacuabitur difficultas quæstionis quæsitę.

In contrarium autem, ꝙ mūdus non sit æternus: est Scriptura sacra, & veritas.

RESOLVTIO.

Mundus non est æternus: nec rationes Philosopherum concludunt, si differentiæ inter Deum, & creaturam, quantum ad modum agendi, perpendantur.

Respondeo dicendum, quòd ex sensibilibus oportet nos ad intelligibilia manuduci: sic enim & Philosophus processit. quia volens probare, quòd ista sensibilia corpora, & motus, & transmutatio, quam videmus in sensibilibus corporibus: nunquàm vniuersaliter incęperunt: nec vniuersaliter desinent: conatur ex sensibilibus hoc probare. Nam secundum eum incipit esse hoc generabile, & desinit esse illud corruptibile: sed nunquàm fuit date primum generabile secundum Philosophum: nec erit dare vltimum corruptibile: nunquàm ergo vniuersaliter incęperunt, nec desinent ista generabilia, & corruptibilia: & multo magis, nec incęperunt: nec desinent supercœlestia corpora, quæ causant, & continuant transmutationes horum inferiorum, & multo magis adhuc secundū eum nec incęperunt, nec desinent intelligentię, vel animę cœlorum motrices orbium. Et quia hoc est

Aristo. dixit mūdū esse ętternum.

est totum vniuersum: videlicet ista generabilia, & corruptibilia, supcælestia corpora, & spiritua
les substantię: credidit Philosophus mũdum esse æternum, & vniuersum ouoquàm incæpisse. Er
Arist excusari non potest, de mũdi æternitate. licet aliqui, & magi aliquando de hoc Philoso
phũ excusare voluerint, videlicet, q̃ hoc Philo
sophus vnquàm senserit: si cõsiderentur tamen
dicta eius, excusare ipsũ de hoc est impossibile.
Quia ergo non nostra cognitio incipit à sensu:
videndum est in istis sensibilibus quomodo po
natur motus esse nouus: absque alio præcedente
motu. Si enim Deus ageret, sicut agũt agẽtia na
turalia, rationes Philosophi, & sequentium eum
essent demonstrantes: sed si videantur differẽtiæ
Dei ad agentia alia: omnes rationes adductæ ap
parebunt esse leuia sophismata. Cum enim cir
ca hanc materiam ponit esse triplex modus di
cendi; Vnus Philosophorum, quòd demonstrari
potest, mundum esse æternum. Alius quorumdã
magnorum Theologorum, quòd demostrari po
test, mundum incæpisse ex tempore. Tertius mo
dus medius, quòd mundus incœperit ex tempo
re, cum nec hoc, nec oppositum demóstrari pos
sit: multo tamen sunt difficiliores rationes mo
dernorum Theologorum: volentium demon
strare mundum æternum esse.

Septem ad quemlibet effectum concurrentia.

Vt ergo rationes Philosophorum in hac par
te appareãt defectus, & sophisticę, dabimus 7.
differentias inter Deum, & alia agentia: secundũ
quod ad quemlibet effectum videntur septem
concurrere. In talibus. n. est considerare ipsum
Agens, quod agit: Virtutẽ, per quã agit: Actio
nem, quam agit: Modum, secundum quem agit:
Tempus, in quo agit: Finem, quem intendit, &
Effectum, quem producit. Fecimus autem men
tionem de tempore, in quo agit: quia potissimè
volumus insistere circa huiusmodi sensibilia, &
circa motum, qui per se tempore mensuratur,
quomodo potuerit esse nouus absque præcedẽ
te motu. Quia enim per viam motus potissimè
conati sunt Philosophi, asserere æternitatẽ mũ
di: ideo bonum est, vt inde veritas oriatur, vn
de fallitas, & deceptio insurgebat. * Primus ergo
differentia inter Deum, & alia agentia est: quia
Deus est agens primum, ideo est causa, vt dicebã
tur, omnium effectuum, quia * primũ in quo
libet genere, est causa omnium eorum, quæ suor
post, nihil est ergo, quod non sit effectus Dei, p
pter quod non oportet, vt supra diffusius diceba
sur, quòd Deus in sua actione aliquid præ
supponat; alia vero agentia suor actorũ secun
da: ideo oportet, quòd semper agãt aliquo
præsupposito. Dicimus enim supra quòd opor
tet, quòd sit habeat effectus ad effectũ, sicut agens
ad agens. Quotiescunque ergo agens inoitur
alij agenti, & supponit aliud agens; sicut quodli
bet secundum agens præsupponit agens primũ,
& sibi inoitur, oportet, quòd effectus cuiuslibet
talis agentis præsupponat effectum agentis pri

A mi: in quo recipiatur, & innitatur illi effectui. Si
ergo Deus, sicut, & alia agentia, nõ posset agere,
nisi aliquo præsupposito, & non posset produ
cere aliquem effectum sensibilem, & aliquod cor
pus: quia de talibus nunc intendimus loqui, ni
si præsupponendo aliquid, vt præsupponendo
materiam, & transmutando ipsam: impossibile
esset, quòd motus nouus competeret mobili no
uo absque motu precedente. Propter quod opor
teret creaturam esse æternam, & mundum nõ
vniuersaliter incœpisse. Nam hac hypothesi stan
te: si motus aliquis est nouus omnino primus, vt
dicebamus in arguendo, iste motus nouus aut
est mobilis noui, aut mobilis æterni. Si mobilis
æterni, dicit Philosophus hoc esse irrationale: 2. Phys. c.
q̃ mobile sit æternum, & incipiat nouum mo 5.6.7.
tum ex tempore: & dato, quòd non esset ratio
B nale, stamen haberetur inconũ, quòd corpus ali
quod, & creatura aliqua esset æterna. Si ergo il
lud mobile, vt puta, si sit ignis corpus, q̃d ponã
tur mobile, quod petagit motum nouum omni
no primum, sit mobile nouum, & sit factum, cõ
stat, quòd facto sua fuit ex aliquo, quia iam sup
positum est, quòd nullum agens agat, nullo præ
supposito. sed quod fit ex aliquo, & quod fit per
transmutationem alicuius: sit per motum præ
cedẽtem. motus ergo ignis, qui ponitur nouus,
& primus, nõ est primus. quia huiusmodi motũ
præcessit factio mobilis. Factio ignis, & illa fa
cio fuit motus aliquis, & fuit in aliquo, vt pu
ta quia fuit in aere, ex quo factus est ignis. ergo
de illo motu aeris, qui præsupponitur in factio
ne ignis, quæretur, vtrum sit motus nouus, &
C vtrum sit mobile nouũ. Vel ergo oportebit de
uenire ad motum, & ad mobile æternũ: vel sem
per ante motum nouum alicuius corporis no
ui, fuit motus alterius corporis, per quem factũ
est illud corpus nouum: vel in rectum, vel per
circulum ibitur in infinitum, vt nunquàm sit de
uenire in motum nouum, quem non præcedat
aliquis alius motus. Dicimus autem in rectum,
vel in circulum, quia reciproca est generatio ele
mentorum, quia ex aere potest fieri aqua, & ex
aqua aer, & ecouerso, & sic in infinitum. Ideo
diceret Philosophus, quòd ante motũ aeris fuit
motus, & transmutatio aquæ, vnde factus est
aer: & ante motum, & transmutationem aquæ
fuit motus, & transmutatio aeris, vnde facta est
aqua, & sic reciprocè in infinitum: vel ergo secũ
D dum rectum, vt si essent infinita corpora: quo
rum vnum fieret ex alio, & aliud ex alio. vel se
cundum reciprocationem prosimum, vt si aqua
fieret ex aere, vel ecouerso, vel distantem: vt si
ex terra fiat aqua, & ex aqua aer, & ex aere ignis,
& ex igne terra, semper in his, quæ fiunt aliquo
præsupposito, ante motum nouum fuit motus
alterius corporis. vnde fuit actio mobilis, & an
te motum illius alterius corporis fuit motus, &
transmutatio alterius, & sic est processus in in
finitũ. * Hoc ergo modo materia est ingenita, & * Materia
incorruptibilis, quia supponitur in omni factio quo ad gene
ne, de qua cogimur hoc modo dicere, quòd semp rabilis, & i.
geocra- corrupt.
1. Phy. t. c.
82.

Generabile nullum ex tota sua materia constat.

generatio vnius est corruptio alterius, & econuerso: Hoc etiam modo nullum generabile, nec corruptibile constat ex tota materia sua. Secundum hunc itaque modum procedunt multa inconuenientia in argumentis tacta. Sed si in actione alicuius agentis non præsupponatur aliquid, cuiusmodi est agens primum, tunc poterit esse motus nouus, quem non præcessit alius motus, vt si Deus faceret aliquod corpus non ex transmutatione alterius corporis, sed per creationem producendo simul totam materiam, & formã: si illud corpus inciperet moueri: huiusmodi motũ non oporteret, quòd præcederet alius motus. Quia si dicatur: immo, quia motum corporis præcessit factio corporis; Dicemus quòd factio illa cum sit creatio: propriè nec est motus, nec mutatio. Quia si tamen huiusmodi factionem vellemus appellare motum, vel mutationem: dicemus, quòd potuit esse illa factio absque aliquo alio motu præcedente, quia Deus sine sui mutatione potest mutabilia facere, vt ex præcedentibus potest esse clarum: &, vt in prosequendo, declarabitur. ✻ Secunda differentia inter Deum, & alia agentia, sumi potest ex parte virtutis, per quam agens agit. Nam, vt ✻ supra dicebatur: alia agentia agunt per continuationẽ, qa non possunt agere immediatè per seipsa, siue p suam substantiam, sed indigent virtute media continuante, & coniungente huiusmodi agentia cum suis effectibus: vt ignis indiget virtute, per quã attingat, & agat in calefactibile, & quia accidens semper requirit aliquid, in quo recipiatur: alia agentia non possunt agere nullo præsupposito, nec potest hoc eis communicari. Per alia agentia autem non potest produci aliquod corpus: quin fit motus, & trãsmutatio in aliquo corpore: qua facta, expoliatur illud corpus accidentibus proprijs, & ad vltimum sic expolietur, q̃ corrumpitur illud corpus, & generatur aliud corpus: Hoc modo semper factio corporis præsupponit motum, & transmutationem alterius corporis. oportet ergo sic dare motum æternũ, & mobile æternum. quia quilibet motus nouus præsupponit factionem corporis, & factio præsupponit motum, & transmutationem alterius corporis, & sic in infinitum. Sed si esset aliquod agens, quod non indigeret continuatore, sed immediatè ageret per suam substantiam, cuiusmodi est Deus, qui immediatè posset producere ipsam substantiam rei; poterit Deus producere corpus non transmutando aliud corpus, sed immediatè causando substantiam illius corporis, & in substantia illa causando motum, & alia accidentia debita, quod faciendo erit dare motũ nouum, & primum, quem non præcesserit aliquis alius motus. quod est totum contra fundamentum Philosophi: videlicet, quòd non fit aliquod nouum absque motu præcedente. Quando.n. nõ potest produci corpus, nisi per transmutationẽ alterius corporis, non erit mobile nouum, nec factio mobilis absque motu alterius corporis, & absque transmutatione præcedente in alio corpore. Sed quando agens potest causare corpus: non corpus aliud transmutando, sed immediatè per suam substantiam producendo, poterit causare aliqd nouũ nullo motu alio p̃cedẽte. talis.n. factio corporis nullũ motũ alium præsupponet.

Secũda differentia ex virtute

✻ Q. 2. ar. 4.

Tertia differentia ex actione.

Tertia differentia est sumi ex parte actionis, quam agẽs agit. Nã actio immediata secundorum agentium, per quam producitur effectus aliquis corporalis; quia de tali nos ioquimur, est transmutatio materiæ. nã si alia agentia non inducunt immediatè substantiam, sed prius expoliant materiam ab accidẽtibus, & transmutant ipsam: immediata actio eorum, est transmutatio materiæ: vt immediata actio ignis est calefactio & aquæ: est infrigidatio: quę sunt quędã transmutationes. Nec oportet ire nunc ad ipsos angelos, quia in hoc satis concordamus cum ipso Philosopho, quòd tales immateriales substantiæ non possunt transmutare materiam, nisi mediante materiali corpore, quod quomodo posuerit Philosophus, & quomodo: nos cũ agemus infra de actionibus Angelorum, poterit declarari. nunc autem sciro sufficiat, quod nullam transmutationem ad formã possunt angeli facere, nisi adhibendo semina, & iungendo actiua passiuis. Ideo in hac parte reliquendę sunt actiones angelorum, & videndum est, quomodo hæc actiua, & passiua ad inuicem agant, & patiantur: quę cum nullum effectum producant, nisi transmutando materiam; immediatus eorum effectus erit transmutare materiã. nihil ergo fit ab eis, nisi per præcedentem transmutationem, & motum. ergo quia quælibet factio corporis præsupponit transmutationem alterius corporis, non erit dare mobile nouum sine transmutatione præcedente in alio corpore, vnde factum est tale corpus. Factio ergo huius mobilis noui præsupponit transmutationẽ alterius corporis, & factio illius alterius corporis transmutationem, & sic in infinitum. vel ergo, est mobile æternum non factum, & ita mundus est æternus, vel si quodliber mobile est factum: ibitur in infinitum. Propter quod idem sequitur, videlicet, quòd nunquam vniuersaliter incepit mundus, sed secundum Philosophum incæpit quoruntam ad aliquas sui partes, non principales, sed secundarias: Philosophus ergo hęc, & similia inducebat, vt vtrunque concluderet, videlicet, quòd esset mobile aliquod, & corpus aliqd non factum æternum, vt cœlum, & quòd esset mobile ante mobile, & corpus ante corpus in infinitum, vt in istis generabilibus, & corruptibilibus. vt si ex aqua transmutata factus est aer: aer nunc factus præsupponit aquam prius factã, & postea transmutatam, & factio illius aquæ præsupponit factionem, & transmutationem alterius, & sic in infinitum. & quia secundum hunc naturæ cursum, quem videmus: non potest esse corpus ante corpus in infinitum: nisi sit aliquod vnum corpus æternum continuã faciens transmutationem in huiusmodi corporalibus: ideo si cuiuslibet agentis immediata actio esset transmutatio,

Dist. 7.

Mundus quo incæperit, secundum Philosophum.

mutatio, non fieret aliquis effectus nouus sine transmutatione præcedēte. Propter, quod oporteret sic ponere, vt Philosophus posuit. Sed Deus ab alijs agentibus differt. quia sua immediata actio potest esse datio esse absque transmutatione alia præcedente. Nam ille, qui nō inducit formam, nisi transmutando materiam: immediata sua actio, est transmutatio: sed ille, qui potest ipsam substantiam immediatè producere dando sibi esse, sua immediata actio est datio esse, absque transmutatione materiæ præcedente. Deus enim qui, vt dictum est, immediatè agit p suam essentiam: non oportet, quòd prius producat accidens, sed potest immediatè ipsam substātiam, & ipsam essentiam producere. Verum qa, vt * supra diximus, essentia siue substantia respectu esse: se habet sicut potentia: & esse sicut actus. quia non fit potentia per se, nec actus: sed fit potentia sub actu, & actus in potentia. quia ergo semper per se fit ipsum compositum: causabit Deus essentiam sub esse, & esse in essentia. & quia actio magis se tenet ex parte ipsius actus, quàm ex parte potentiæ, in qua recipitur actus, qa esse se habet tanquàm actus: sicut actio ignis est calefactio (qa calor, est actus receptus in calefactibili) sic actio Dei immediatè potest esse essefactio. quia esse est actus receptus in essētia. Si ergo consideremus, quomodo differt immediata actio Dei ab immediata actione aliorum agentium: de leui patet, quòd Deus potest producere effectum nouum absque transmutatione aliqua p̄cedente, quod non possunt alia agētia.

* Quæst. 1. art. 2. Esse dicit actū. Essentia verò potentiam.

Quarta differentia ex modo agēdi.

Quarta autem differentia Dei ad alia agētia, est ex modo agendi. nā omnia alia agentia agūt, vt organa: de ratione autem organi est agere, vt applicatum. & quia omne agens applicatum, vt supra diximus, non potest agere, nisi præsupponē do illud, ad qd applicatur: iden omnia alia agētia agunt aliqun prę̄supposito, & si volumus loq in istis effectibus sensibilibus: vnde debemus ad intelligibilia consc̄endere: si agens non posset producere effectum sensibilem, nisi prius applicatum ad aliqund corpus sensibile; oporteret, q̄ nihil faceret nisi transmutando illud corpus sensibile, vnde faceret effectum intentum. Sed si esset aliquod agens, quod ageret, vt nō applicatū: cuiusmodi est Deus: posset agere absque transmutatione præcedente. quia non oporteret, q̄ tale agens prius se applicaret, & postea transmutaret, sed absque transmutatione præcedente produceret, & vnire se producto. Et, vt hanc viam diffusius declaremus: dicamus, q̄ in alijs agentibus potest esse necessaria quintupliciter applicatio, quę non est necessaria in actione Dei. Prima est ex parte agentis superioris. Secunda ex parte actionis, quam agit agens. Tertia ex parte ipsius passi. Quarta ex parte proportionis, & ordinis, qui requiritur inter agens, & passum. Quinta ex parte eius, quod adminiculatur ad agendum.

Agentibus alijs à Deo quintuplex applicatio necessaria.

Applicatio prima.

Primo igitur dico, quòd requiritur applicatio superioris agentis, vt puta si aliqua intelligentia debet inducere aliquem effectum in istis inferioribus: primo erit ibi applicatio ex parte agentis superioris. quia Deus cuilibet dat virtutem ad agendum, & virtutem cuiuslibet agentis applicat ad agendum. nam nullum agens potest agere: nisi in illo agente sit Deus, & nisi illud agens agatur, & moueatur ad agendum per Deum, sicut enim in his, quæ sunt gratiæ: qui spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt: sic in his, quæ sunt naturæ, agentia, quæ Deo auctore aguntur, organa Dei sunt. Nam sicut nullum ens esset, nisi semper esset Deus præsens vniens, & cōnectens èsse eius cum essentia: quia sicut ad actum oculi stare non posset, si Deus se subtraheret: sic nullum agēs per virtutem, quam habet, ageret. Solus ergo, nisi semper adesset Deus cōnectens, & vnies virtutem cum sua actione, & cum suo effectu; nō posset agere. Deus autē, quia est principale agēs, tali applicatione non indiget. Secundo si aliqua

In his, quæ naturæ, & gratiæ agunt. & mouentur à Deo ad agēdum.

Rom. 8.

Applicatio secunda.

intelligentia deberet aliquem effectum facere in istis inferioribus, indigeret applicatione ex parte suæ actionis. nam actio intelligentiæ non est sua substantia: aliqua ergo variatio est in intelligentia ex sua actione. non. n. intelligentia per suam substantiam coniungit se ei, quod agit, sed per actionem super additā substantiæ. sed actio Dei est ipsa sua substantia: ideo non oportet, quòd sit actio media coniungens Deum suo effectui, sed ipse per suam essentiam immediatè potest producere, & immediatè attingit omnem effectum. ideo in actione Dei nullam potētialitatem, nullam variationem in ipso ponimus: semper est. n. Deus coniunctus suæ actioni interiori: non autē sic semper est coniunctus angelus. Quòd si vellemus hoc adaptare ad ipsa corpora: dicemus, q̄ sicut substantia spiritualis habet suam actionem interiorem, & per illam progreditur in opus exterius: vt angelus per suū velle, & intelligere aliquid operatur in exteriori substantia: sic corpus, quia per calorem calet in se: ideo calefacit aliud. calere autem est aliquid superadditū corpori: & intelligere, & velle est aliquid superadditum substantiæ Angeli. Intelligere autem Dei, & eius velle, per quem omnia produxit in esse: non sunt aliquid superadditum substantiæ Dei.

Applicatio tertia.

Tertio in alijs agentibus requiritur applicatio ex parte passi. quia nisi præexisteret passum, cui se tale agens applicaret: nihil posset tale agens facere. Deus autem non indiget passo, vel non præsupponit passum, cui se applicet ad agendū: sed potest ipsum passum producere totum: absq; eo, quòd aliquid præexistat. Quarto in alijs agētibus requiritur applicatio ex parte ordinis, & proportionis, quæ requiritur inter agens, & patiens. nō. n. calidum ex eo, quòd calet, agit, & calefacit, nisi adsit calefactibile in debito ordine, & in debita p̄portione: vt qa debet esse approximatum, & quia debet esse sic situatum, vt possit ibi esse actio, & passio; sic etiam intelligentia non potest quocunque modo agere: vt, cum est in cœlo, nō posset mouere aliquid, quod est hic inferius: nisi fortè mouendo cœlum: sed suā tamen actionem immediatā: qa nō vbique est: nō

Applicatio quarta.

Applicatio quinta.

vbique operatur, quod de Deo dicere non possumus. Quinto in talibus agentibus requiritur applicatio ex parte adminiculãtis, vt quia angelus non põr transmutare materiã ad aliquã formam, nisi adhibẽdo semina, & applicãdo actiua passiuis: ideo oportet, quòd applicet actiua passiuis, si debet sic materiã transmutare. sic, & alia agentia, vbi indigent adminiculante; oportet, q̃ agens adminiculãs applicetur passo, vt fiat actio, & passio. Si ergo agens creatum facit aliquẽ effectum nouum, quem prius non faciebat: hunc effectum nouum præcedit multiplex motus: accipiendo large motum pro omni innouatione. nam talem effectum præcedit motus. quia istud agens creatum non potest agere nisi motum à superiori agente. Præcedit etiam motus, vel innouatio, quia non potest agere nisi per aliquid superadditum suæ substantiæ. Præcedit etiam hũc effectum nouus motus ex parte passi. quia cum tale agens non agat nisi applicatum ad passum: oportet, quòd prius trãsmuter passum, & postea producat effectum nouum. Præcedit, & quarto in talibus agentibus effectũ nouũ aliqua transmutatio ex parte proportionis, & ordinis. vt si ignis modo agit in stuppa, vbi prius non agebat; aliqua proportio deficiebat ibi. quare non erat actio, & passio. vt forte quia stuppa nimis distabat ab igne: vel forte, quia erat madefacta: ideo eam non comburebat, quam postea deficcatam comburit: vel quia ignis non erat plenè accensus, & in actu: ideo non agebat: postea factus in actu, agit. Hanc etiam proportionem oportet ponere esse in intelligentijs. quia non mouent quodcunque, & quocunque modo, & maximè in motu ad formam, secundum quem non agũr nisi adhibendo semina. Quinto in talibus agentibus effectum nouum præcedit transmutatio ex parte adminiculantis, vt ideo nunc talia agentia agunt, & prius non agebant, quia aliquid est adminiculans eis, quod prius non erat: sicut intelligentia, seu angelus, vt dimittamus loqui de istis corporalibus. nam & ipsis angelis suũ velle non est suum facere: nec suum dicere, siue suum intelligere est suum facere: idest suum velle, & suum intelligere non sufficit ad facere, sed requiritur ibi ordo, & proportio: requiritur etiam ibi adminiculans. quia non quicquid possunt talia agentia cum adminiculante, possunt siue adminiculante. nihil ergo po[illegible]est fieri à talibus agentibus sine motu præ[illegible]ei Deus, qui agit nõ motus ab alio: [illegible] id superadditũ suæ substantiæ: cu[illegible]um dicere est suũ facere, & ita est potens suum dicere, & suum velle. quòd qcquid vult, & quando vult, & quomodo vult, sic fit: qui etiam potest agere nullo præsupposito, & non indiget aliquo adminiculante. quia quicqd potest, mediantibus secundis agentibus, potest sine illis: potest nouum effectum facere absque nouitate in ipso. quia non agit motus, nec variationi subiectus, & absque motu præcedere in alio, cum in sua actione non præsupponat aliud.

A Quinta differentia Dei ad alia agentia est ex tẽpore, in quo agit. Hoc enim volumus quærere de motu, & de mobili: vtrum possit esse mobile nouum, & motus nouus sine motu præcedente, & quia motus non potest esse sine tempore: ideo oportet dare differentiã Dei, ac aliorũ agentiũ ex parte ipsius temporis. Dicemus igitur, q̃ si Deus aliquid ageret in tempore, vtputa si produceret aliquod corpus mobile, quod statim inciperet moueri: sic ageret talem effectum in tempore, q̃ simul cum effectu produceret, vel posset producere tempus: propter quod in sua actione non præsupponeret tempus. Sed omnia alia agẽtia in producendo aliquem effectum præsupponunt tempus, & quia tempus non est sine motu: ideo præsupponunt motum.

Quinta differentia ex tẽpore, quia Deus totũ, & totaliter facere potest, i compositum, & partes, &c.

B Sexta differentia est ea parte finis, quem intendit agens. nam aliqua agentia aguut propter bonum aliquod acquirẽdum: Deus autem propter bonitatem suam cõmunicandam. Vnde Psal. 15. Dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Et in prioribus dicitur, quòd Deo nihil est proficiens: omnia ergo alia agentia, quia intendunt bonum acquirere: si non statim agũt, aliquid deficit eis: vel quia illa actio non est tunc proficua: ideo expectant tempus, vt sit eis proficua, vel quia non est ad bonum, quod intendunt acquirere: vel quia aliquid deficit eis, vt illam actionem faciãt: ideo aliquis motus, vel aliqua mutatio requiritur, vt agant, vel ex parte agentis, vel ex parte aliarum rerum. Sed Deus, qui solũ agit, vt bonitatem suam communicet rebus, qui in actionibus suis non intendit principaliter alium finem, nisi seipsum, & bonitatem suam: omnia agit secundum ordinem sapientiæ suæ: prout per sapientiam suam ordinauit bonitatem suam communicare rebus. voluntate ergo ęterna agit: sed tunc agit, cum ordinat agere: ordinauit autem ab ęterno, vt produceret creaturã in tempore; ideo absq; mutatione facta in ipso: sed in sua voluntate ęterna creaturas temporales produxit.

Sexta differentia est ea parte finis.
Deus agit propter bonum cõmunicandum. Psal. 15.

Septima differentia est ex parte effectus, quẽ agens producit. nam alia agentia, sicut non possunt effectum adnihilare, ita non possunt ea nihilo producere, sed tota creatura, siue ipse mũdus, vt patuit per Augustinum ad istum oculi non staret: si Deus seipsum subtraheret. Potest ergo effectum adnihilare, & per consequens potest de nihilo producere: & sic potest effectum nouum absque transmutatione præcedenti facere.

Septima differentia ex effectu.
Vide supra applicatione. 2.

Resp. ad rationes Arist. ex 8. Phys.

Ea dictis autem de leui possunt argumenta soluti facta in 8. Physi. nam cum primo dicitur, q̃ motus primus, si sit nouus, præsupponit factionũ mobilis, & factio mobilis non est sine motu præcedente: patet quòd cum Deus possit agere nullo præsupposito: potest facere mobile absq; motu præcedente: erit ergo motus nouus, & primus, quem non præcessit, nisi factio mobilis, quam sequitur nullus præcessit motus.

Quod

Quod autem secundo addebatur, ꝙ nihil est in aliqua dispositione, in qua prius non erat, nisi per motum præcedentem; patet esse falsum. nam cū Deus agat nullo pręsupposito: potest facere mobile nouum, quod statim incipiet moueri. erit ergo illud mobile in dispositione, vt moueatur, in qua dispositione prius non erat: quia nullo modo erat: & tamen hoc non fuit per motū præcedentē, quia mobile illud incępit esse absq; alia transmutatione, & absque alio præcedente motu.

Quod autem tertio addebatur, quòd est simile de agentibus naturalibus, & à proposito, quia sicut agens naturale facit alterum oppositorum determinatè, & si facit aliud oppositum, vtputa, si frigidum calefacit, hoc est per accidēs. Sic agēs à proposito semper facit alterum oppositorum, vt medicus semper sanat: si autem nō sanat, hoc est per accidens, & propter aliquod impedimentum. vt quia ignorat, vel quia habet corruptum appetitum, vel quia est materia indisposita; Dici debet, quòd alia agentia ex suis actionibus consequuntur aliquod bonum: ideo si non agunt, vnde possunt consequi simpliciter bonum, hoc est, vel quia ignorant: vel quia habent corruptū appetitum: & volunt, quòd est eis simpliciter bonum: vel quia est aliquid impediens extra: propter quod oportet amouere vel ignorantiam, vel corruptionem appetitus, vel impedimētum aliud: quod non est sine aliqua transmutatione præcedente. Sed Deus, cui nihil est proficiens, qa non agit propter finem alium, sed solum propter bonitatem suam, vt huiusmodi bonitatē secundum ordinem sapientię suæ communicet rebus: non quia aliquid potuisset impedire actionem suam: nec ex ignorantia: nec ex corruptione appetitus: sed quia sic ordinauit per sapientiā suā: sic egit, & sic nunc fecit mūdum, sicut ordinauit: non aliter, nec ante.

Quod autem quarto addebatur de nouo ordine, & noua relatione patet, quòd agentia naturalia præsupponunt aliquid in quod agant, & debitam proportionem agentis ad patiens. Si ergo talia agentia non agunt, & postea agant, vel hoc est, quia deficit passum: vel quia, & si est passum, nondum est proportionatum agēti, vt quia est distās, vel indispositū. Quòd ergo fiat debitus ordo, & debita relatio: vt, ꝙ fiat passum: vel quia fiat debitè dispositum: non potest esse naturaliter sine præcedente motu. sed Deus quia non agit, vt applicatus, & quia potest rem facere, nullo præsupposito, & absque transmutatione materię: inter creaturam, & ipsum potest consurgere noua relatio, & noua dependentia: non ex motu præcedēte, sed ex simplici factione creaturæ. Primus ergo motus potuit esse, & fuit nouus, & non præsupposuit, nisi factionē creaturę: ex qua factione erat debitus ordo, & debita dependentia creaturæ ad Deū, vt poset ipsam mouere sicut sibi placeret. Ipsam aūt factionē creaturæ nō oportuit, ꝙ præcesserit nec motus, nec transmutatio: quia, vt patuit, Deus potest agere, nullo præsupposito,

Quod autem quinto addebatur, quòd nunc est differentia temporis, & non potest esse differentia temporis sine tempore: Propter quod si tempus incępisset in aliquo nunc, & ante illud nunc non fuisset tempus: secundum hoc ergo fuisset ante, quod est differentia temporis sine tempore; sic etiam, si desineret: non esset postea tempus; Dici potest, quòd nunc semper est initium, & finis temporis. non solum realiter, sed tēporis imaginati. Fuit enim date nunc, ante quod non fuit tempus: sed illud, ante, dicit differentiā temporis, non simpliciter, sed imaginati. Possumus. n. imaginari tempus, antequàm incipetet tēpus: sed illud, ante, dicit tempus imaginatum solum, vt communiter ponitur. sic etiam erit nūc: post quod noo erit tempus: quando cessabit motus primi mobilis. Sed illud, post, dicit tempus imāginatum solum. Si ergo secundum tale ante, & tale, post, volumus arguere, quòd tempus non quàm incępit, nec desinet: probabimus, ꝙ quantitas corporalis sit infinita. nam si finitur: ergo extra huiusmodi quantitatem nihil erit, sed extra est differentia loci, & differentia loci non est sine loco: locus autem noo est sine corpore: ergo extra totum vniuersum est corpus, & adhuc extra corpus, iterum corpus, & sic in infinitum. Sicut ergo tali sophisticationi respōdemus, quòd cum dicimus extra vniuersum: ly extra, dicit locū imaginatum. Propter quod dicit Philosophus in 3. Physic. t. c. 75. quòd non debemus in hac parte intelligentiæ. i. imaginationi credere: sic cum dicimus: si tempus incępit in aliquo nunc: ergo ante id nō fuit tempus: & si desineret, post illud nō esset tempus: ly ante, & post, dicunt tempus imaginatum tantum. Est ergo date instans, quod ita fuit principium futuri, quòd non fuit finis temporis prætériti: nisi temporis imaginati tantum: & quando cessabit motus primi mobilis, erit date istans, quod erit finis prætériti, & nō erit principium temporis futuri: nisi temporis imaginati tantum: loqnēdo de tempore, de quo locuti sunt Philosophi.

CONTRADICTIO. *Nec semper est initiū, & finis temporis.* Sed in 2. Pe. Hexameron, c. 11. ait, primum instans esse tāmum instans futuri, & non finem præteriti. Nodus aut dissolui tur hac lege quo de tēpore imaginato, & reali: vbi vero de reali tantum. Sed id vide infra artic. 2. Triplex notatur istis; ideſt circa dictum inter prætériti, & futuri: Alterū, qđ fuit tantum principiū futuri, in quo Deus creauit Mūdū. Tertiū finis tantū prteriti, qđ erit in fine mūdi, cuius distinctionis intellectū fusius à Lyra inter cetera hic posita.

Ad rationem. 1. Phys.

Ex dictis etiam potest solui ratio sumpta ex 1. Physi. Quòd materia est ingenita, & incorruptibilis; verum est enim, quòd quicquid generatur, vel quicquid producitur per viam motus, & per transmutationem, & vniuersaliter producitur ex materia præiacente: & quicquid corrūpitur hoc modo, cedit in potentiam materiæ. Sed cū Deus possit agere, nullo præsupposito: non oportet, ꝙ transmutet materiam, & inducat formam; sed simul potest producere, & producit materiam, & formam: materia ergo est ingenita, & incorruptibilis per transmutationem, & motum: sed est à Deo per creationem producta sine transmutatione, & motu.

Ad rationes de cęlo.

Ex dictis etiam solui possunt rationes sumptę ex libro de cęlo, & mundo. Nā cū dicitur, quòd Tertia.

omne, quod generatur habet contrarium; dici debet, quo[d] generationes, & corrupciones naturales, quæ sunt per transmutationem materiæ sunt ex contrarijs, & ideo cōtraria: sed per actionē Dei, quæ nihil præsupponit, & per quam potest produci aliquid sine transmutatione materiæ: non oportet, quòd sic productum habeat contrariū. per talem enim actionem potest produci non solum, quod caret contrario, vt cœlum, sed etiam, quod caret materia, vt intelligentia.

Cœlum quo incorruptibile.

Quod autem secundo addebatur: Omne generabile est corruptibile: & omne, quod incipit esse, desinit esse; dici debet, quòd cœlum perpetuabitur in esse, & nunquàm desinet esse: sed q̄ possit sic se perpetuare in esse: hoc nō habet à se: sed ab alio: ideo, quòd esset, & quòd posset perpetuari in esse, tunc habuit: quando voluit qui sibi dedit, & tunc perderet quando vellet sibi subtrahere. Vel posumus dicere, q̄ sicut cœlum incepit esse: sic posset desinere esse, & sicut non incepit esse: non posset desinere esse. Incepit enim esse per voluntatem Dei creantis ipsum, & si vellet Deus per voluntatem eius, posset desinere esse: non autem incepit esse cœlum per actionē naturalium agentium: nec per eorum actionē posset desinere esse. Est ergo hoc modo ingenerabile, & incorruptibile vniuersaliter, vel per actionem naturalium agentiū. ingenerabilitas enim, & incorruptibilitas sequuntur naturaliter, quia naturalia agentia non possent ipsum producere, vel corrumpere. ergo à Deo habet, quòd sit incorruptibile: à quo habet suam oriuā, & à quo conseruatur in sua materia.

Cœlum qñ ingñabile.

Vacuū ante mūdi creationē fuerit.

Quod autem addebatur tertio, quòd oportet præsupponere vacuū, in quo receptum fuit vniuersum; Dici debet, quòd vacuum non dicit nihil: sed dicit locum priuatum corpore, vel dicit dimensiones sepatatas. ante ergo creationē mūdi non fuit vacuum, quia nihil erat. Ad formam autem arguendi dici potest, quòd non est simile de eo, quod generatur ex aliquo, & de eo, quod generatur ex nihilo. quia illud, quod generatur ex aliquo: sicut præsupponit illud aliq̄d, de quo generatur, ita præsuppunit locū, in quo est illud aliquid, ex quo generatur, & in quo postea est illud, quod inde generatur: sed in eo, quod fit ex nihilo, nihil præsupponitur. Vel possumus dicere, quòd totum vniuersum nō est in loco per se: dicimus enim, quòd vnum elementū est in alio, & q̄uòd omnia elementa sunt in cœlo: cœlum autem non amplius est in loco. sic nec totum vniuersum est per se in loco: quia non continetur ab alio, sed si aliquis modus essendi in loco cōpetit vniuersō: huiusmodi locus non fuit ante creationē vniuersi: sed fuit simul creatus cū vniuerso.

Vniuersū. & cœlum quia nō sunt in loco. Cœlum n. p̄ vltima sphæra est in loco per accidēs rone cētri, q̄ est in loco: cælū pro vniuerso, tatione partium. 4. phy. 99.

Quod autem quarto addebatur: Nullum generabile constat ex tota materia sua: dici debet, quòd accipiendo generationem largè ad omnem productionem: illud, quod generatur, i. illud, q̄d producitur de aliqua materia, & à simili in specie: non constat ex tota materia sua: quia agens, & patiens hoc modo communicant in materia.

A Sed illud, quod producitur ex nihilo: ideo est incōueniens, quòd constet ex tota sua materia.

Ad rationes de Generatione.

Ex dictis ét possunt solui rationes sumptæ, ex habitis in 2. de Generatione: Nam cum primo dicitur, q̄ omnis difformitas reducitur ad vniformitatē: dici debet, quòd hæc difformitas, vel hæc diuersitas, quòd, cum prius non fuisset motus: postea fuit motus: reducitur in vniformitatem: non in motum aliquem vniformē, sed in voluntatem diuinam: quę stabilis in se manens dat cuncta moueri, & quæ semper vniformiter se habēs, & æterna existens: secundum ordinem diuinę sapientię creauit motum nouum, & alia noua, quę antea non fuerunt.

Idē manēs idem, q̄o intelligat. Vide supra q. 1. ar 2.

B Quod aūt secundo addebatur: Idem manens idem semper facit idem, vt patuit in quæstione præcedenti: quomodo veritatem habeat, quod dicitur, fuit diffusius pertractatum. Possumus tamen, si volumus, & aliter soluere obiectionem factam: dicemus. n. quòd agens per intellectū agit secundum intellectuales rationes, quas apud se habet: quas rationes in Deo vocamus ideas. sed huiusmodi rationes in intellectu existentes non sunt factiuæ rerum, nisi, vt se extendunt ad voluntatem, vel nisi secundum imperium voluntatis. nam intellectus extensione fit practicus. Huiusmodi autem extensio intelligenda est secundū ordinem ad voluntatem: omnia ergo producta à Deo, sunt à Deo volita secūdum ordinem suæ sapientiæ. Deus ergo hoc modo semper facit idē, quia non facit, nisi illud, quod ab æterno voluit, & per suam sapientiam ordinauit.

Intellectus extensione fit practic⁹.

C Quod autem tertio addebatur, quòd generatio vnius est corruptio alterius, & ēconuerso: & q̄ ista se inuicem præsupponunt; Dici debet, q̄ accipiendo generationem pro omni productione, quàm diu aliquid producitur ex aliquo; non potest esse generatio sine corruptione, & quàm diu aliquid corrumpitur in aliquid, non est corruptio sine generatione: vt si ex aqua fit aer: non erit factio aeris sine corruptione aquæ, nec ēconuersio. Sed si aliquid fieret ex nihilo, vel si corrumperetur in nihil; esset productio sine corruptione, & corruptio sine generatione. generatio ergo, & corruptio se inuicem inferunt: in his, quę fūt ex aliquo, & naturaliter: non in his, quæ fūt ex nihilo, & à Deo.

Ad Auerroem.

D Ex dictis etiam possunt solui rationes Cōmē. nam cum primo dicitur, quòd instās semper fluxit, & non potest demonstrari; dici debet, quòd instans temporis semper fluxit, ex quo incepit esse: sed non semper fluxit à priori, quia non semper fuit motus: nec semper fluet in posterius, qa aliquādo cessabit motus: simul enim cum motu incepit tempus: mobile ergo fluens causauit motum, & instans fluens causauit tempus. In principio ergo temporis, vel in principio motus incepit fluere instans absque moto præcedente, &

absque

Instans, an signari possit.

absque ſoſtanti præcedente: non ergo talia ſunt æterna. Ad formam ergo arguendi dicendum, ꝙ inſtans fluens non poteſt demonſtrari à nobis, qa noſtrum intelligere eſt cum cōtinuo, & tempore: ideo inſtans propter ſuum continuum fluxū non poteſt demonſtrari, niſi ſit aliud ioſtans: ipſum tamēde ſe eſt ſignabile, quia eſt dare inſtās, quod ita fuit principium temporis futuri, quòd non fuit finis præteriti.

Quod aūt ſecundo addebatur, quòd omne agens ſi nunc agit, & prius non agebat; hoc eſt, qa aliqua facta eſt proportio inter ipſum, & effectū; Dici debet, ꝙ, vt patuit, rationes in Deo ſuot factiuæ rerum, vt habent ordinem ad voluntatem diuinam: ſicut ergo Deus voluit ordinare, & quā do vult ordinate: ſic fecit mundum. Si quis ergo vult hoc appellare proportionem effectus, vt eſt, & quando eſt à Deo volitus: verum eſt, ꝙ prius non fiebat mundus, quia oūn erat tunc à Deo volitus. Sed ex hoc noo debemus dicere, ꝙ iſta proportio ſit facta: vel, ꝙ iſte ordo inter agēs, & patiens ſit factus. nam huiuſmodi ordo non eſt factus, ſed æternus: ab æterno. n. ordinauit Deus in ſeipſo: quando, & quæ voluit producere, & ſicut ordioauit, ſic produxit.

Quod vero tertio addebatur: Agens per intellectum, quod prius oon agebat, & poſtea agit apprehendit diuerſa tempora: videlcet tempus, in quo non agebat, & tempus, io quo agit, & ꝙ hoc non eſt ſine motu; Dici debet, quòd ex hoc non arguitur, qnòd ante factionem mundi fuerit rempus aliquod realiter. Sed, quòd fuerit ſolum ſecundum apprehenſionem intellectus. quod ſi concedatur, nullum ſequitur tnconueniēs, quia omnia fuerunt ab æterno in apprehenſione intellectus diuini. ex hoc ergo non habetur, quòd fuerit creatura aliqua realiter, nec tēpus, nec motus ante factionem mundi.

Voluntas antiqua, an poſſit facere effectum nouum.

Quod autem quarto addebatur, quòd ſicut voluntas noua nó poteſt facere effectū antiquū: ſic nec antiqua oouum; Dici debet, quòd oon eſt ſimile: nam, quòd cauſa præcedat effectum, nullum eſt inconueniens: ſed, quòd ſequatur, eſt inconueniens. quòd ergo voluntas noua faciat effectum antiquum, & quòd ſequatur effectum ſuū, eſt inconueniens: oon aūt eſt inconueniens èconuerſo. Vel poſſumus dicere, quòd pro tanto aliquid veritatis habet, quòd dicitur, quòd à cauſa antiqua eſt antiquum, & à noua nouum: quia oportet eſſe ordinem aliquem inter cauſam, & effectum: ſi ergo ſimul cū voluntate æterna Dei ſaluamus ſufficientem ordinem ad productionē effectus noui: nullum eſt inconueniens, ſi à voluntate æterna Dei procedit effectus oouus. Dicemus ergo, ꝙ quia calidum per ſe calefacit: ideo aliquid intantum habet per ſe ordinem ad calidum, tanquà n ad per ſe cauſam: inquantum eſt calefactum, & tunc habet hunc ordinem, quādo eſt calefactum: ſic & in propoſito, quia voluntas Dei eſt per ſe cauſa effectus; & intantum effectus habet per ſe ordinem ad Deum, tāquàm ad cauſam agentem, inquātum eſt à Deo volitus: & tūc habet hunc per ſe ordinem, quādo eſt à Deo volitus, vt fiat: propter hoc oon oportet voluntatē Dei eſſe nouam: quia ſemper voluntas Dei eſt ęterna, & ab æterno voluit qnicquid voluit, & ab ęterno voluit effectus fieri: non vt fierent ab ęterno, ſed in tempore. Voluit ergo Deus ab ęterno, vt fierent effectus in tali tempore, & tunc facti ſunt effectus, ſicut Deus voluit, & ordinauit: ſaluamus ergo in Deo voluntatem æternam, & ſaluamus hunc ordinem: quòd fiat effectus in hoc tempore, nō in alio: rationoe ergo ordtois non rationne effectus: in Deo voluntas antiqua, & æterna facit nouum effectum in tēpore, cauſa, ordine, & æterno. Nunquàm. n. Deus voluntate ęterna fecitſet effectum nouum, niſi ab ęterno ſic ordinaſſet. Nunquàm ergo à voluntate priori fit effectus poſterior: niſi mediāte ordine priori: vt, ꝙ prius ordinauerit ſic facere à voluntate eius æterna ęternaliter ordinante, vt fiat effectus nouus in tempore: poteſt tunc fieri talis effectus io illo tēpore, in quo ab æterno ordinauit hoc facere.

Quod vero addebatur quinto, quòd voluntas antiqua non agit actionem nouam, niſi quia aliquid expectat; oportet ergo, qnòd tranſeant tempora, & veniat tempus illud, in quo vult agere: non ergo aget aliquid nouum, niſi per tranſmutationem præcedentem: quia oportet præcedere tempus, & motus: vſque ad tempus nouum, & motum nouum, in quo fiet effectus nouus; Dici debet, quòd in hac ratione, aut ſit vis in expectatione: aūt in præteritione temporum. ſi ſiat vis io præteritione temporum, dici debet, quòd nullus motus, nulla præteritio, nullum tempus fuit ante factionem mundi. Nam Deus ſimul apprehendit omnia tempora: non autem apprehendit tempus poſt tempus: ideo nullus motus, nulla præteritio eſt io apprehēſione Dei. Si ergo Angelus fuiſſet ab æterno, & voluiſſet facere mundum in tempore: fuiſſet motus ab ęterno io apprehenſione Angeli, & in ipſo Angelo aote, quā fuiſſet mundus. nam non potuiſſet Angelus, cū habeat intellectum finitum, totum tēpus apprehendere ſimul. Sed illud dicemus, hac hypotheſi ſtante, de apprehēſione Angeli, quod dicemus de generatione hominum. nam ſicut ſi muodus fuiſſet ęternus, ſempet fuiſſet homo poſt hominem, & ounquàm eſſet dare primum hominem: ſic Angelus ſemper apprehenderet tempus poſt tempus, & ſemper vna apprehenſio temporis precelliſſet aliam, donec deuentum eſſet ad hoc tēpus: nuoquàm tamen eſſet dare primam apprehenſionem temporis. ab æterno ergo fuiſſet motus, & ſucceſſio apprehenſionum io Angelo. dicemus enim, quòd Angelus poteſt ſtare in apprehenſione ſua, quantum vult. Poſſet ergo Angelus, ſi fuiſſet ab æterno, hoc modo deuenire ad apprehenſionem huius temporis per apprehenſionem ad hoc tempus, quia potuiſſet apprehēdere aliquod tempus finitum, & potuiſſet ſtare in apprehenſione illa tam diu, quòd ſi fuiſſet tēpus exterius, cucurriſſet tantū tempus, & poſtea apprehendiſſet aliud tempus finitum, donec deueniret

ueniret ad hoc tempus, in quo esset agendum, & quia ab æterno sic apprehendisset successiuè: non esset dare in eo primum apprehensum esse. Dato ergo, ꝙ Angelus fuisset ab æterno: non potuisset ordinatè facere effectum in tempore; quia ab æterno non potuisset apprehendere facere effectum temporalem: nisi successiuè apprehendŏdo tempus post tempus. Angelus ergo æternus: & volũtas sua æterna, & intellectus suus æternus: non potuisset facere effectum nouũ, nisi per apprehensionem nouam, & per actionem nouam, & volitionem nouam. nam sicut succederet apprehensio apprehensioni: sic, & volitio volitioni. quicquid autem sit de Angelo: patet tamen, ꝙ Deus quia habet intellectum infinitum, omnia tẽpora simul apprehendit: propter quod absq; aliqua præteritione, & absque alio motu, nec in se, nec in alio: potuit apprehendere, & ordinatè facere effectum in tali tempore, sicut fecit. A voluntate ergo sua æterna, & ab intellectione sua æterna, intelligente hoc tempus nouum, potuit progredi effectus in tali tempore. Si autem fiat vis in expectatione: dici debet, quòd Deus ante factionem mundi nihil expectabat: sed nolebat adhuc mundum facere: nam qui agit propter finem alium à se: ille regulatur, & ille retardatur, & expectat: vt agat secundum exigentiam sui finis. sed qui non agit, nisi propter seipsum, & nihil quærit extra seipsum, & extra voluntatẽ suã, quare agat in omnibus reddenda est causa, volũtas sua, & ordo sapientiæ suæ. non est ergo reddẽda causa si non agit, quòd aliquid spectet: vel, ꝙ propter aliquid retardetur. sed ideo, vel agit, vel non agit, quia sic ordinauit, & sic voluit, vt dicamus, cũ Dauid: Omnia, quęcunque voluit, fecit. Psal. 114.

Quod autem addebatur sexto de acceptione duorum fundamentorum, dicemus, ꝙ vtrunque fundamentum est falsum. Nam primum fundamentum, quòd agens, quod non agebat, & postea agit: aliquid expectat, falsum est: nam Deus prius non fecerat mundum, & postea fecit: non quia aliquid expectabat: sed quia agere nolebat, vt suprapatuit. Secundum etiam fundamentum est falsum: videlicet, ꝙ si fieret tempus, quòd fieret in tempore. Nam sicut motus nõ est motus, motus enim fit ipso, non fit per alium motum: sic tempus non fit in alio tẽpore. Vel possumus dicere, ꝙ tempus fuit factum in instanti: non quia instans sit tempus, sed quia est initium temporis: hoc ergo modo dicitur esse factum tempus in instanti, quia fuit factum initium temporis, quod est instãs. nõ ergo factionẽ tẽporis pcessit tẽpus, sed solum instans, quod est initium temporis. Tempus in facta in tẽpore.

Quod autem addebatur septimo, quòd impossibile est infinita pertransire: patet, quòd nullus fuit ibi pertransitus: nulla præteritio, quia Deus simul omnia apprehendit. si enim ab Angelo fuisset factus mundus in tempore, & ipse fuisset ab æterno: oportuisset, præcessisse infinitas apprehensiones temporis, vt Angelus potuisset deuenire ad apprehensionem huius temporis: Sed talia in Deo locum non habent. Habet

A & alios defectus hæc ratio: sed nõ est nobis curę: qa sufficienter soluta est, vt ad propositũ spectat.

Ad Auicennam.

Ex dictis ẽt possunt solui rationes Auicẽnæ. Nam cum primo dicitur, quòd si Deus præcessit mundum, vel hoc fuit natura tantum: vel duratione; dici debet, quòd duratione, non duratione, quæ sit tempus: sed duratione, quæ est æternitas. nam Deus præcessit mundum, vel præcessit omnia æternitate, vt dicit August. 12. Confes. Tex.

Quod vero dicitur, quòd prius, & posterius facit tempus, verum est prius, & posterius in eadẽ mẽsura: sed, quòd vna mensura sit prior alia: vt, ꝙ æternitas sit prior tempore: illa prioritas est æternitas, non tempus.

B Quod autem addebatur secundo, ꝙ Deus est causa per essentiam suam: ideo semper est causa; Dici debet, ꝙ Deus est causa per essentiã suam: quia voluntas in Deo est idem, ꝙ essentia sua: tamen aliam habitudinem, vel alium modum significandi habet voluntas, quàm essentia. Propter quod aliqua concedimus de voluntate, quæ non concedimus de essẽtia: & aliqua de velle: quæ non concedimus de esse. Dicimus enim, quòd Deus vult bonum nostrum, & bonum omne creatum. non tamen est bonum creatum, sed increatum: quantũcunque ergo Deus est per essentiam, est æternaliter, & illa sunt æterna, vt si est pulcher, bonus, sapiens: illa bonitas est æterna: sic etiam, & pulchritudo, & sapientia: sed nõ quæcunque vult illa sunt ętęrna, quia voluntate æterna vult temporalia, quæ temporalia sunt. Dei essentia, & volũtas qlio idẽ.

C Ad formam ergo argumenti dicendum, ꝙ esse Dei, vt essentia, est ratio, quòd Deus sit hoc, vel illud: vel, vt magis aptè loquamur, est ratio, ꝙ nec sit hoc, nec illud: sed sit à quo tollendum est hoc, & illud: sed essentia Dei, vt voluntas, est ratio, quòd Deus agat hoc, vel illud: & quia, vt dictum est, voluntate æterna pót Deus velle agere temporalia: non potest esse causa temporalium.

ARTIC. II.

An demonstrari possit, Mundum incapisse, & æternum esse potuisse. Conclusiò est negatiua.

D Hear. quol. 1. q. 7. & quol. 9. q. 17. D. Tho. 1. p. q. 46. ar. 2. Ioã quol. 3. ar. 3. 1. & Opusc. 4. 3. ar. 17. D. Bonau. d. 1. ar. 1. q. 2. Hoscoth. 2. sent. q. 1. ar. 5. Capreol. d. 1. q. 1. Greg. Arim. d. 1. art. 3. Dur. d. 1. q. 2. Bacch. d. 1. q. 4. 5. 6. Sco. d. 1. q. 2. Th. arg. d. 1. q. 1. ar. 2. Brulef d. 1. q. 2. Buridanus Peretus. li. 1 5. à ca. 10. ad finem vsq;. Arist. 1. Topic. c. 9. ait hanc quæstionem esse problematicam. Et vide hanc quæst. apud Iand. quæst. 1. 8. Phys.



Secvndo quæritur: verum possit demonstrari mundum incepisse, & non potuisse esse æternum. Et quoniam quidam Magistri ponunt hoc posse demõstrari: adducemus rationes illas, quas dicunt

dicunt esse demonstrationes, vt accipiatur demonstratio largè: pro ratione necessaria, & insolubili. In hac ergo materia aliquæ rationes insolubiles. i. quæ dicuntur insolubiles: sumptæ sunt ex parte mensuræ: aliquę sumptæ ex parte infinitatis: aliquæ autem sumptæ ex parte factionis. Nam si mundus fuisset factus ab æterno, aliqua mensura mensuraretur eius factio: & fuisset infinituus tempus pertransitum: ergo & ex parte mensuræ, & ex parte infinitatis, & ex parte factionis, potest argui ad hanc materiam. Ex parte autem mensuræ fiunt rationes tres.

Rationes ex parte mensuræ pro inceptione mundi in tempore.

Prima talis: Si mundus fuisset factus ab æterno: aliqua mẽsura mensuraret eius factio. quia, vt dicitur in Sapientia, Omnia in mẽsura, numero, & pondere disposuisti. sed mensura creationis mundi non potest dici æternitas Dei. quia nõ est proportionata tali creationi: nec tempus. quia mundus fuit factus in indiuisibili. nõ enim creatio potest fieri successiuè, nec etiam mensura creationis potuit esse ęuum: quia creatio non est quid æuiternum: relinquitur ergo per locũ à partibus sufficienter enumeratis, quòd mensura illius creationis fuerit instans aliquod: ergo ante illud instans nihil fuit de creatura. Est ergo dare primum instans, in quo creatus est mundus, nõ ergo potuit esse ab æterno. Sap. 11.

Secunda talis: Quia si materia fuisset ab ęterno: Deus non potuisset de illa facere mundum ab ęterno, vt probabitur. sed non est dicendum, quòd Deus prius potuisset facere mũdum ex nihilo, quàm ex materia, si fuisset ęterna: ergo &c. Probatio assumptę: nã si de materia ęterna Deus fecisset mundum, vel fecisset hoc per motum, vel per mutationem: Nõ per motum: quia tunc non fecisset mundum, quàm citius potuisset, & ita non fecisset ab ęterno. fecisset ergo per mutationem, quod est facere velocissimũ, sed mutatio omnis mensuratur instãti: ergo factio mũdi esset facta in instanti. ante ergo illud instans non fuisset mũdus: esset itaq; dare primũ instãs, in quo factus esset mundus. non ergo potuit esse ab æterno.

Tertia talis: Sicut generatio est, pcessus ab esse in potentia in ens actu, & corruptio ab ente in actu in ens in potentia: sic creatio est processus à nõ ente simpliciter in ens actu, & adnihilatio est ptocessus ab ente in non ens simpliciter. Sed sic est, quòd si aliquid adnihilaretur: esset dare instans, in quo esset adnihilatum, & nõ esset ibi infinitas ex parte post: ergo si quid creatur: est dare instans, in quo creatur, & quod est mensura suæ creationis, & non est ibi infinitas à parte ante. nõ ergo ab æterno fuit facta creatio. Generatio, corruptio, creatio, & adnihilatio quo differunt.

Rationes ex parte infinitatis.

Adductis rationibus ex parte mensuræ, volumus adducere rationes ex parte infinitatis, quæ sunt nouem.

Prima talis: Si mundus fuisset ab æterno: sequeretur hoc inconueniens, quòd in infinito fieret additio, & per consequens, quòd infinitum esset maius infinito. nam cum infinitæ reuolutiones præcesserint, & semper fiant reuolutiones aliæ: adduntur reuolutiones reuolutionibus infinitis, & est vnum infinitum maius alio, quod est contra rationem infiniti, quòd sibi fiat additio, & quòd vnũ sit maius alio. Si vero dicatur, ꝙ tempus fuit infinitum à parte ante, vel secundum id, quod est acceptum: non autem à parte post, & secundum id, quod est accipiendũ: ideo potest ei fieri additio, & maioritas. Hæc enasio nulla est: probatur enim, quòd secundum id, qđ est accepmm: infinitum est maius infinito. nam si tempus fuit ab æterno præcesserunt infinitę reuolutiones Solis, & infinitę reuolutiones Lunę. Sed plures sunt reuolutiones Lunæ, q̃ Solis. quia Sol complet suum cursum in anno: Luna vero in mense, & minus, quàm in mẽse: ergo infinitas reuolutionum Lunæ est multo maior, q̃ reuolutionum Solis: nam pro vna reuolutione solis sunt saltem 12. Lunæ. Sic ergo in tempore accepto, erit vnum infinitum maius alio, quod est inconueniens.

Secunda talis: Infinita impossibile est cadere sub ordine, quia ordo fluit à principio in mediũ: vbi ergo non est principium, nec medium, & per consequens nec ordo. Si ergo fuerunt reuolutiones infinitæ, non fuerunt ordinatæ. nõ ergo vna fuit ante aliam. Quòd si dicatur: ordinem esse solum in his, quæ sunt per se, & quæ habent ordinem causalitatis: quæretur, quare non in alijs: dicetur etiam, quòd ista euasio nulla est: nam ex ipsis reuolutionibus Solis causantur animalia, & vnum animal est per se causa alterius animalis. ergo vna reuolutio est per se causa alterius, & nõ poterit in talibus esse processus in infinitum. infinitorũ ordo cum non sit.

Tertia talis: Impossibile est infinita pertransire: si mundus ergo non incępit. quia non est infinita pertransire, & quia fuissent infinitæ reuolutiones, non potuissemus peruenisse vsque ad hanc diem. Quòd si dicatur, quòd non est dare reuolutionem primam; & in his, vbi non est dare primum, in infinito tempore possunt esse infinita pertransita; quæremus, vtrum reuolutionem hodiernam pręcesserint infinitę reuolutiones, quòd si non: non fuit mundus ab ęterno. ꝙ si sic: quæremus de reuolutione immediatè pcedente, & de secunda, & tertia, & quarta prędente. quas omnes oportet ponere, præcessisse infinitas reuolutiones: non ergo plures reuolutiones pręcesserunt reuolutionem hodiernam, quàm hesternam, & quàm tertio, & quarto hesternam, cum infinitum non sit maius infinito, quod est negare sensum: cum semper plures reuolutiones fiant.

Quarta talis: A finita virtute nõ possunt cõprehendi infinita, sed si mundus fuisset ab æterno: angelus, qui nullius obliuiscitur: comprehẽderet infinitas reuolutiones. Quòd si dicatur nõ esse inconueniens comprædere infinita eiusdem

dem speciei; Dicemus, quòd si mũdos esset æternus: angelus non solum compræbenderet infinita consimilia eiusdem speciei, vt infinitas reuolutiones; sed infinita dissimilia, & diuersarũ specierũ, vt infinitos effectus hic inferius gñatos per reuolutiones illas: qui sunt diuersi, & varij.

Quinta talis: Impossibile est infinita simul esse actu, sed quot fuerunt homines, tot fuerunt animę rationales. * Si ergo mundus potuit esse ab ęterno, & potuerunt esse infiniti homines: possent esse infinitę animę rationales actu, qđ est impossibile. * Quòd si dicatur, quòd est circulatio in infusione animarum: error est in Philosophia: non solum in Theologia, quia * actus actiuorum sunt in patiente, & dispositio. non enim q̃libet aoima potest esse perfectio cuiuslibet corporis. Sed hoc est perfectio huius, & non alterius: nec põt dici, quòd sit vnus intellectus oumero ĩ oĩbus, quia hic esset maior error.

* Animæ actu infinitæ, si mundi æternus, qa sunt immortales.

* Animarũ circul' cur dari nõ possit.

* 2. De Anima t. c. 24.

Sexta talis: Omne prętetitum fuit futurum: si ergo possunt esse infinitę reuolutiones prętęritę: poterunt esse infinitę reuolutiones futurę. Est ergo dare instans, in quo fuit verum dicere: infinitę reuolutiones sunt futurę: & est dare nũc instans, in quo est verũ dicere, quòd infinitę reuolutiones sunt prętęritę. Inter duo ergo instãtia signata: eruot infinitę reuolutiones, quod est inconueniens. Quòd si dicatur quęlibet dies signata; prius fuit futura, & postea prętęrita, vt hodierna dies, & hesterna, & alia besterna, & sic de singulis: primo fuit futura, & postea prętęrita. non tamen propter hoc habebitur, totam infinitatẽ temporis simul fuisse futuram. quia sic procedendo: nunquàm deueniemus ad primam diem; Cõtra: Quęlibet dies prius fuit futura, & postea prętęrita: cum quęlibet dies idem sit, q̃ omnes dies: omnes ergo dies prius fuerũt futuri, & postea prętęriti. videmus enim, quòd si motus cœli duraret in infinitum, possemus dicere verè infiniti dies sunt futuri: sed id, quod est futurum, aliquando erit prętęritum: possemus ergo verè dicere: Infiniti dies erunt prętęriti. ergo à simili, vel fortè multo magis: si infiniti Dies sunt prętęriti, aliquando erunt infiniti Dies futuri, & tunc idem, quod prius.

Septima talis: Si potuit creatura esse ab ęterno: ducetur ad hoc inconueniens, quòd ab Asino, ante quem non fuit alius Asinus vsqoe ad hunc Asinum: fuerunt infiniti, quod est inconueniens, quòd inter aliquos duos signatos terminos fuerint actu infinita. probatio assumptę. nã si potuit creatnram Deus facere ab ęterno: potuit facere Asinũ, & Asinam, vel Equũ, & Equã ab æterno: sed illi generassent, quod negare non possumus. quia, & qui æternitatem mundi ponunt, generationem animalium oõ negant: & videtur inconueniens dicere, quòd æquus qui nũc generator ab equo, possit generare, & q̃ eqous, quem fecisset Deus ab æterno: generare nõ posset. genuissẽt ergo illi equos, & eqoa ab eterno, quod esse non posset: nisi infiniti eqoi fuissent vsque ad hunc equum. Infiniti ergo equi fuissẽt inter duos signatos equos, qood est incõueniẽs.

Octaua talis: Constat, quòd Deus creauit, & fecit omnia ista, quæ videmus. vel ergo fecit in particolari, vel in vniuersali: noo fecit ea io vniuersali, qoia hoc est impossibile. nam actio semper terminatur ad aliquod singulare. Est ergo da re primum equum, & primum hominem à Deo factos: cum enim muodus fuerit factus ab æterno, non potuit fieri ab aliqua creatura: si ergo fie fuit factus ab æterno, sicut modo est; consequẽs est, q̃ à Deo fuerit factus, sicut modo est. A Deo ergo fuit factus homo, & capra, & ista animalia, quæ videmus, & illa fuerunt prima. Inter ergo primam capram signatam, & hanc capram: fuerunt infinitæ caprę. quod est incõueniens. Nulla autem est ratio aliquorum, quòd Deus potuerit facere creaturam ab æterno, vt hominem in voiuersali, quia nulla actio terminatur ad aliqđ vniuersale: ergo oportet date signatum hominẽ, & signatum equum, qnem Deus ab æterno fecit, & tunc idem, quod prius.

Nona talis: Si Deus potuit facere mundum ab æterno: potuerunt præcessisse, immo & præcesserũt infinitæ reuolutiones, vel infiniti Dies. Sed quolibet die potuisset Deus facere vnum lapidem, & lapidem factum conseruare. possunt esse ergo actu infiniti lapides, & per consequens infinitum corpus io actu. qnia infiniti lapides facerẽt infinitum acerum, qđ est inconueniẽs.

Rationes ex parte factionis.

Adductis rationibus ad banc materiam sumptis ex patte mensure, & ex parte iofoitatis: Restat addncere ratiooes sumptas ex parte factionis, quæ erunt sex.

Prima talis: Si creatio fuisset ab æterno: non differret in creatnra fieri à facto esse. Nã si fuisset ab æterno: nunquàm fuisset signare fieri creaturæ. quia nunquàm inchoasset. semp ergo creatura fuisset in facto esse, & nnnquàm in fieri: qđ videtur valde inconnemẽs dicere, quòd aliquid sit effectus Dei, & oon fiat à Deo, sed solum factum sit ab ipso.

Secunda talis: Si creatura fuisset ab æterno, vt dictum eſt, non differret in ea fieri, & factum esse: quia non esset dare, qnãdo fieret, sed solum qoando esset facta. sed si in creatnra non differret fieri, & factum esse (quod, vt videt, cogeremnt ponere, si mundus fuisset ab æteroo) cum esse creaturæ semper sit in facto esse; semper esset in fieri. quod nollus diceret.

Tertia talis: Si creatura fuisset ab æterno: nõ potnisset Deus facere, qnòd non esset creatora. nam si potuisset creatura esse ab æterno, potnisset noo esse futura. sed nibil potest impediri, nisi cum sit futurum: nam prætęritum noo potest non esse prætęritum: si ergo potuisset creatura ab æterno esse à Deo, potuisset procedere ab ipso ex necessitate: qua non posset non esse: oõ autem ex libertate volũtatis: qoa potest esse, & oõ esse, quod est inconueniens. nihil.n. procedit à Deo in aliena substantia: nisi ex meta libertate eius,

eius, qua potest facere, & non facere. Impossibile est enim creaturam sic processisse à Deo, quòd non potuisset eam non fecisse. Muniunt quidã hanc rationem sic, quia si Deus potuisset facere creaturã ab æterno, vel si fecisset: sequeretur hoc inconueniens (quod est non solũ falsum, sed impossibile) ꝙ Deus non potuisset eam nõ fecisse, quia si potuit, vel potuit ante, quàm faceret, vel quando fecit: vel post, quàm fecit: non antequã faceret, quia ante æternum nihil est: nec quando fecit. Quia omne, quod est, quando est, necesse est esse: nec post, quàm fecerat. quia præteritum impossibile est non esse prætetitum.

Arist lib. 1. Perihet. ca. vlt. sub fine.

Quarta talis: Si creatura fuisset sic facta ab æterno: haberet necessitatem essendi: non ergo videretur differentia inter productionem filij, & creaturæ, nisi quia productio filij est in diuina substantia: creaturæ vero in aliena substantia: sed hoc est falsum, quia productio filij est à patre naturaliter in eadem natura: productio autẽ creaturæ, nec est naturaliter, nec eadẽ natura: immo est voluntariè in aliena substantia. videntur ergo volentes, quòd Deus potuerit mũdum facere ab æterno, ꝙ aliquid creatum potuerit à Deo procedere naturaliter: sicut vmbra à corpore: vel sicut imago à facie, ac si creaturæ procederent à Deo quasi quædam vmbra, & imago Dei: sed hoc est falsum, & impossibile, ꝙ aliquid creatũ procedat à Deo naturaliter, sed solũ ex libera voluntate.

Quinta talis: Si creaturæ potuissent procedere ab æterno: semper essent in creato esse, & semper essent in acquisito esse: non ergo differret creatio à conseruatione. nam creatio est, qua cuicunque rei acquiritur esse: conseruatio, quæ continuat esse in posterum. creatio ergo prætent, quia non semper res creatur: conseruatio autem continuatur, & durat: non est ergo idem creatio, & conseruatio: valde ergo, vt videtur, insipienter dicunt aliqui, ꝙ eadẽ actione Deus res creat, & conseruat. Si ergo hoc est insipienter dictum; & hoc oportet ponere dicentes mundum potuisse creari ab æterno: insipiẽs est, vt videtur, talis positio.

Creatio, & cõseruatio quo differant.

Sexta talis: Nam mundum creari ab æterno, vel creaturam aliquam fieri ab æterno: implicat cõtradictioem (nam materiam nõ posset Deus de vno esse reducere ad aliud esse: sine innouatione) semper ergo esse datũ erit nouum. sed dicere nouum aliquod esse æternũ, est implicare contradictionem: ergo, &c.

Auctoritates Sanctorum.

Tom. 6.

Adducuntur autem ad hoc idem auctoritates Sanctorum. nam Ambro. in principio Hexameron, ait: Quid tam inconueniens, vt æternitas operis cum Dei omnipotentis coniungatur æternitate. Non ergo potest esse creatura coęua Creatori. Et August. in lib. contra Felicianum dicit: Creatura est, ex eo, quod adhuc non est, & aliquando non fuit: rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se est: omnipotentis Dei voluntate facta substantia. Et Dam. lib. 1. c. 8. dicit, quòd creatio Dei voluntatis opus existens non coęternã est cum Deo, quia non aptum natum est, quod ex non ente ad esse deducitur: coęternũ esse Deo, ꝙ sine principio est, & semper.

IN CONTRARIVM est, quia Dam. li. 1. eodem capitulo dicit: quòd non similiter facit homo, & Deus. homo. n. nihil quidem ex nõ ente ad ens ducit, sed facit ex subiecta materia: non valens solus. Deus autem solus valens ex nõ ente ad esse deduxit vniuersa. Deo ergo suum velle est suum facere: non ergo oportet, ꝙ Deus operetur manibus: vel, quod disponeret materiam: sed statim cũ vult ad suum velle effectus producitur. sed nullus dicit, quòd non potuerit ab æterno velle producere: potuit ergo, & producere, & per consequens effectus potuit produci.

RESOLVTIO.

Mundus & si re vera in tempore esse cepit, & ab æterno esse nõ potuit; ipsum tamen potuit facere ab æterno Deus. quia ab æterno Deus potentiam habuit: nec eam à tempore accepit. Rationes verò factę, quòd mundus incęperit, & esse ab æterno non potuerit, sunt solubiles, & non demonstratiuæ. Sic conclusio legi debet, cuius in altera parte, inter imprimendum, in nonnullis codicibus nũc excusis negatio è typis ob incuriã (vt nõ rarò contingit) fuit extracta: in aliquot reposita.

Fient quol. 1. quæst. 7. & Th. 3. p. q. 46. a. 2.

RESPONDEO dicendum, quòd certum est, mundum incępisse: sed vtrum potuerit esse ab æterno: posset esse triplex modus dicendi. Primo quidem, quòd aliquis diceret mundum ab æterno esse nõ potuisse. Secundo si quis diceret, quòd non potest demonstrari mundum non potuisse ab æterno fieri. Hic autem secundus minus diceret, quàm primus: quia multa sunt vera, ad quę demonstrationes habere non possumus. Tertio quidem si aliquis diceret, quòd rationes adductæ, vel per alios factæ nõ sunt demonstrationes, & hic tertius modus minus diceret, quàm secundus: quia multa sunt determinabilia, ad quę non habemus demonstrationes, & multa sunt scibilia, quæ nondum scimus. Si ergo à nobis quæratur, quid sentimus de æternitate mundi: non dicimus, quòd mundus potuerit esse ab æterno: nec dicimus, quòd non possit hoc demonstrari; sed dicimus, quòd rationes, quas vsque nunc, vel audiuimus, vel in scriptutis inuenimus ab alijs factas, quòd impossibile fuerit mundum fuisse ętẽtnũ; non sunt demonstrationes, vel saltẽ videntur nobis solubiles, & non esse demonstrationes: & illã auctoritatẽ Dam. ad hoc adductã: non sic approbamus, vt dicamus, ex necessitate concludente, quòd mundus non potuerit ab ęterno esse.

Hoc ergo ordine procedemus in hac. q. quia primo præmittemus quædam præambula ad propositum. Secundo, quia rationes factæ circa hãc materiam, quas aliqui reputant insolubiles, & stabiles: videntur nobis solubiles, & defectiuæ: ostẽdemus, quomodo videtur nobis, quòd deficiãt: & quomodo possunt solui. Præmittemus autem quatuor præambula, vel declarabimus quatuor

ad declarationem propositi. Primo quidem ostendemus: qua mensura mensuratur creatio, quia ex hoc magnum fulcimentum plures rationes recipiunt ex rationibus factis. Secundo declarabimus: quomodo debeamus imaginari æternitatē mundi, prout eam posuerunt Philosophi. nam ex defectu imaginatiuæ virtutis: quæ multum cōfunditur in imaginando infinitum: plures ex rationibus factis videntur demonstrationes, quæ secundum iudicium nostrum deficiunt, & non demonstrant. Tertio, quia circa ipsum infinitū suoꝝ multæ considerationes per accidens, & multæ deceptiones: ostēdemus aliquas de illis, vt nobis cauere possimus. Quarto, quia magna difficultas sit in proposito de creatione, & conseruatione rerum: declarabimus quomodo creatio, & conseruatio sint idem: & quomodo differant.

Propter primum sciendum, quòd creatio rerū, vt plures rationes supponebant, vel probabiliter declarabant; absolutè loquendo, non mensuratur instanti temporis. Idem ostendemus, ꝙ nullius creaturę, cuius potest esse per se creatio: per se mensuratur huiusmodi creatio instanti tēporis. Declarabimus etiam, quòd totius vniuersi creatio non potest mensurari instanti temporis. Ostendemus nihilominus, quòd secundum, ꝙ spectat ad propositū: nec per se, nec per accidens creatio rerum potest mensurari instanti temporis: sed mensuratur quo, vel nunc qui, & potissimè loquendo de creatione rerum per se existentium. Præter hæc autem ne videamur fugere, declarabimus secundum, quòd ad propositum spectat: qualiter instans temporis se habeat ad creationem: vt ex hoc solnamus difficultates illas, ꝙ si mundus fuisset ab æterno; non propter hoc oporteret inter duo instantia signata, fuisse infinita in actu. nam hæc est creatio ex simpliciter non ente esse data. ostendimus enim supra, ꝙ creatio creaturæ realiter non differt ab eius esse. Si ergo esse, vel substantia cuiuslibet creaturæ: nō mēsuratur instanti temporis: consequens est, quòd nec creatio cuiuslibet creaturæ mensuretur instanti temporis. Secundum enim aliquorum Græcorum opinionem Angeli fuerunt creati ante mundum, quod si sic, non fuit, tamē potuit esse. Deus ergo creādo Angelos, creauit simul in eis eorum mensuram: ita, quòd illa mensura mensurat esse Angelicum à sui productione vsque in finem. Huiusmodi autem mensura non est tempus, nec nunc temporis, quia esse Angeli sub tempore non cadit. volentes ergo concludere ex mensura durationis, quòd inter duo signata instantia: vt inter instās creationis, quod oportet esse aliquod signatum, & nunc instans vltimum: essent infinita media. Si mundus fuisset ab æterno (quod est inconueniens) si hoc referatur ad ꝙum, vel instans qui; nullum est inconueniens. nam cum in quo non sit successio, vt patebit infra, & vt patuit in nostris quæstionibus de æuo, si mūdus fuisset ab æterno, & Angelus fuisset ab æterno: nō fuisset nisi vnum instans qui in tota huiusmodi duratione. non solum ergo inter duo instantia, sed in

Angeli fuerunt creati ante mundū secūdū Doctores Græcos.

Angelorū mensuræ.

Quæst de æuo siue de mēsura Angelorum.

A vno, & eodem instanti qui: vel vnum, & idem instans qui: si mundus fuisset ab æterno, astitisset in finitum in actu. bene ergo dictum est, quòd non cuiuslibet creaturæ creatio mensuratur instanti temporis: immo nullius creaturæ creatio (loquēdo de creatura per se existente) directè mēsuratur tempore, vel nunc temporis. quod patet, & ex parte creantis, & ex parte creaturæ. Nam illud directè mēsuratur, & cadit sub tempore, quod producitur in esse per viam transmutationis, & motus, qui per se mensuratur tēpore. est enim tēpus per se mensura motus, quod de creatione dicere non possumus, eo, quòd non est creatio acceptio esse per viam transmutationis, & motus, sed per simplicem processum à primo. Ex parte etiā creaturæ hoc patet, quia esse directè, & per se nō mensuratur tempore, sed indirectè, vt sit non esse entis, sed sit esse motui, & transmutationi subiectum. Sed vt magis ad propositū incedamus, & vt referam hoc ad totum vniuersum, quia de ipso mundo est quæstio: vtrum possit demonstrari non potuisse ab ęterno fieri. & vt accipiamus hæc, prout ad propositum spectant; dicemus, ꝙ creatio totius vniuersi impossibile est, quòd mensuretur tempore, vel nunc temporis. nam totum vniuersum secundum natutæ cursum est ingenerabile, & incorruptibile. partes enim aliquæ vniuersi cadunt sub generatione, & corruptione: ipsum autem totum vniuersum est perpetuum, & sub generatione, & corruptione non cadit. propter creationem ergo vniuersi nō dabimus inter duo instantia temporis infinita in actu: immo prout rectè ad propositum spectat, nec directè, nec indirectè, nec per se, nec per accidens alicuius creatio (loquendo de creatione rerum per se existentium) mēsuratur tempore, vel instanti tēporis. nam nos loquimur ex suppositione: puta si mundus fuisset effectus ab ęterno: secundum, ꝙ Philosophi posuerūt: quo posito, nihil fuisset productum per creationem, quod haberet esse generabile, & corruptibile, vt in prosequendo patebit. per creationē enim fuisset producta solū perpetua, & ęterna: quo posito creatio terū per se existentium, nec quantum ad esse, nec quantum ad substantiam, vt perficitur per esse, mensuraretur tempore, vel nunc temporis. sed ęuo, vel nunc qui. Si ergo Deus nunc crearet aliquod animal: licēt creatio illius animalis directè non supponeretur tempori. quia animal illud non esset productum per transmutationē, & motum: indirectè tamen ratione materiæ, ad quam applicatur talis creatio, vt ratione animalis, quod est qd gñabile, & corruptibile: poset boc pertinere ad tēpus, vel nunc tēporis. sed si mundus fuisset ęternus per creationē, non processisset ab æterno nisi perpetua, & ęterna: ideo creatio, hac hypothesi stante, non pertineret ad tēpus, nec ad nūc tēporis: sed ad ęuū, vel ad nūc qui. quo posito, nūqnā concluderetur, quòd inter duo instantia signata temporis: propter creationis mensuram, oporteret ponere infinita in actu: dato, quòd mundus ab ęterno fuisset. Sed si sic dicimus, videmur fugere,

Quod per se mensuratur tēpore.

Creatio totius vniuersi mensuratur tēpore.

B

C

D

gere, & difficultatem propoſitam non euacuamus. Verum eſt enim, vt patebit in ſecunda declaratione, quòd ſi mundus fuiſſet æternus, ab æterno nõ fuiſſent creata generabilia, & corruptibilia: ſed quodlibet generabile poſſet produci per generationem: nihilominus tamẽ fuiſſet tempus, & inſtans temporis: quãdo fuiſſet facta creatio. nam & ipſum tunc poſuerunt Philoſophi ab æterno: quæretur ergo de creatione dato, quòd non menſuretur inſtanti temporis, nec tempore, vtrum vel aſſiſtebat illi creationi tempus, vel nunc temporis. non autem dici poteſt, ꝙ creatio fuerit facta in tempore, vel, quod aſſiſterit creationi tempus. quia tunc nõ eſset facta ſubito, & in indiuiſibili, qd eſt impoſſibile, aſſiſtit ergo illi creationi inſtans temporis: ante ergo illud inſtans nihil fuit de rebus creatis. Si ergo mundus fuit æternus: inter illud inſtans, qd aſſiſtit creationi, & iſtud inſtans, quod nunc eſt: fuiſſent infinita in actu, quod eſt impoſsibile. quia tunc infinita fuiſſent finita. quia fuiſſent inter duo inſtantia, quæ ſe haberent quaſi duo fines, & duo termini. Dicemus ergo, ꝙ ſi mũdus fuiſſet ab æterno: creatio rerum fuiſſet facta in inſtãti temporis: non tanquàm in propria menſura creationis, ſed in eo, quod creationi aſſiſteret. fuiſſet enim inſtans temporis coæuum creationi rerũ. modo ergo, quo dictum eſt, fuiſſet creatio rerum ab æterno in inſtanti temporis: nõ in inſtanti tẽporis aliquando manente, vel aliquãdo non cutrẽte, ſed ſemper fluente. ſi enim mũdus fuiſſet ab æterno: nunc ſemper ſtans feciſſet æternitatem, & nunc fluens, & nunquàm non fluens feciſſet tempus. ſic enim dicemus de inſtãti, ſicut dicimus de mobili, vt dicet nos imaginari Philoſophus in 4. Phyſicorum. eſt enim vnum mobile, & idem ſecundum rẽ in toto motu, non autem idem ſecundum rationem. Si ergo ſit motus habens principium, & finem: licet huiuſmodi motus ſiat ab vno mobile: motus tñ clauditur inter duo mobilia ſecundum rationẽ: videlicet inter mobile, vt incæpit moueri: &, vt ceſſat à motu, quod eſt aliud, & aliud ſecundum rationem. Sed ſi mobile ſemper fuiſſet motum, & nunquàm incæpiſſet moueri: nunquàm poſſemus totum motum claudere inter duos terminos, quia faceret illum motum vnum mobile ſecundum rem: non tamen, vt eſset aliud, & aliud ſecũdum rationem: eo, quòd nunquàm eſset ſignare mobile, prout includit totum motum cũ poſitum ſit talem motum non incæpiſſe. Sic, & in propoſito ſi ab æterno fuiſſet tempus: inſtans fluens faceret tempus, & vnum eſſet inſtans ſecũdum rem, cuius fluxus eſset tempus, vel, quòd fluens faceret tempus: tamen ſecundum aliam, & aliã partem ipſius fluxus: eſſet aliud, & aliud inſtans ſecundum rationem. ſi ergo tempus incæpit: eſt ſignare inſtans, quod non præceſſit tẽpus: ſicut ſi motus incæpiſset: eſset ſignare mobile, quod nihil peregiſset de motu. ſed ſi tempus non incæpit: non eſt ſignare inſtans, quod non influxerit: &, quod non fecerit aliquid de

Creatio. an potuerit fieri in æte.

Inſtãs æternitatis.

A tempore: & quòd non præceſſerit aliqua pars temporis: ſient ſi motus non incæpiſset: non eſſet ſignare mobile, quod non feciſset aliquid de motu: &, quod non ante feciſset aliquam partẽ motus. Si ergo mundus fuiſset ab æterno, creatio fuiſset in inſtanti, & in indiuiſibili. ſed illud inſtans, & illud indiuiſibile nunquàm incæpiſſet fluere, ſed ſemper fluxiſset. incæpiſset ergo creatio in inſtanti nõ incipiente fluere, ſed ſemper fluente. incipere ergo in tali inſtanti: eſſet non incipere eſſe, ſed ab æterno eſſe. nunqnã ergo eſset ſignare tale inſtans, quod non præceſſiſiet aliqua pars temporis: &, quòd non feciſset aliquam partem ſui fluxus. nunquàm ergo inter duo ſignata inſtantia erunt infinita in actu. nec tamen diceremus, quòd Deus fecerit mundum
B in vniuerſali: vel, quòd fecerit inſtans temporis in vniuerſali: ſed ſicut ſuum inſtans ſtãs, qd facit æternitatem, ſemper ſtetit, & nũquàm fuit ſignare, quòd non ſteterit: ſic ſequendo opinionem Philoſophorum: ab illo inſtanti fluxit inſtans tẽporis, quod ſemper fluxerit, & nunquàm fuit ſignare, quin flueret. tali ergo inſtanti ſic ſemper fluenti fuit coæua creatio rerum: ſiue menſuretur ab illo inſtanti, ſiue non. Si ergo ab æterno fuerunt infiniti equi in actu: non erit ſignare inſtans, in quo incæpit equorum generatio. Nec p creationem rerum oportet dare inſtans ſignatũ. quia creatio rerum non eſt coæua inſtanti, modo ſignato ſe habenti, ſed ſemper fluenti. Secũdo iuxta prætaxatum ordinẽ, declarandum eſt, quomodo debeamus imaginari æternitatẽ mundi: ſecundum, quòd eam poſuerunt Philoſophi, & potiſſimè Peripatetici. Sciendum ergo,
C quòd ſecundum, Philoſophiam, & ſecundum rectam rationem, omnia ſunt effectus Dei. quia primum in quolibet genere eſt cauſa omnium aliorum, quæ ſunt poſt. nam non ſolum motus cœli, ſed ipſa ſubſtantia cœli eſt effectus Dei, vt dicit Commentator in de ſubſtantia orbis. hoc ergo modo imaginabimur, quod dicitur. quia illa, quę ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia ſunt illa, q̃ ſunt ab æterno ꝓducta, & per creationem, & non per tranſmutationem, & motũ exiuerũt in eſſe, vt iſtud Cœlum, iſta Luna, iſte Sol, ſunt ea, quæ ſunt ab æterno ꝓducta: non per generationem, nec per tranſmutationem, & motum facta. Præmiſſo ergo homine. quia de
D hoc erit ſpecialis locutio: alia autem generabilia, & corruptibilia ſecundum hãc hypotheſim non fuerunt per creationem producta, niſi ratione materiæ: ſed ſemper fuit equus ab equo, & Aſinus ab Aſino, & ſic in infinitum: nec tamen dicimus, quòd Deus fecerit res in vniuerſali, ſed in particulari. dicimus enim, ꝙ ſic ſe habent infinita generabilia, & corruptibilia in actu, ſicut ſe habent infinita mutata eſse in aliqua particulari motu, omnia enim mutata eſse, quæ ſunt in motu, facit mobile: nec facit ea in vniuerſali, ſed facit quodlibet in ſe: tamen, quia quodlibet facit mediante moueri: ita, quòd non eſt aliquod mutatum eſse, quin ſit terminus ipſius moueri,

Tex. 104.

Mũdi æternitatis imaginatio.

Ariſt. 9. Meta. tex. 4.

Generabilia, & corruptibilia. an creata. ſtante mũdi æternitate.

non est in aliqoo moto date primom mutatum esse, sed ante quodlibet motatum esse præcessit mutatum esse in infinitom. Sic omnium generabiltom est causa Deus: sed est causa mediante transmutatione, & motu, & per agentia naturalia, secundum hunc naturæ cursum, quem videmus: secundum quæ agentia uatutalia eqous fit à sole, & equo. Si ergo nuu est equos, qui uon sit factus per transmutationem, & motum; non est eqous, quem oou præcesserit Sol, & equus. hûc ergo equum præcessit Sol, & equus: & illum eqoum Sol, & equus in infinitum.

Dicemos ergo, quòd si Deus faceret nunc aliquem equum per creationem, ille equus uon se haberet sicut mutatum esse. quia non esset terminus alicuius transmutationis, vel motus: sed quilibet equus ponendo æternitatem mondi se habebit sicut mutsiũ esse. Dicemus ergo, quòd in motu finito fuut infinita mutata esse in potẽtia: sed in motu infinito, vel tẽpore infinito sunt infinita mutata esse in actu. Illud ergo dicemus de mutatis esse ĩ actu, vel de ipsis generabilibus, quæ se habent quasi motata esse in actu: sicut dicimus de mutatis esse in poteotia in tempore finito, vel in motu finito. licet enim omnia illa secundum esse, quod habent (quia nõ habent esse in actu, sed in poteutia) omnia facit mobile: nec tamen est ibi dare primom mutatom esse, quia quodlibet illorũ præcessit moueri. sic omnium generabilium est causa Deus, & est causa generabilium in particulari, & secoudom esse, quod habent i tameo oou est ibi dare primũ genersbile, quia quodlibet talegenerabile ponitur esse factum per generationem, & per transmotationem, & motum. Quod si obijciatur, quòd oportet dare primum equum, qoia equus, vel fuit ab æterno, vel uon fuit ab æterno, quòd si oou fuit ab æterno, potest dari equus primus: sicut, & nunc secundum veritatem datur, si autem fuit ab æterno, adhuc dabitur equus primus: vt ille, qui fuit ab æterno, ante quem non fuit alius equus; Dicemus, quòd fuit ab æterno sicut mutatum esse fuit sb æterno: mutatum. n. esse non fuit sb æterno, quòd mutatum esse non præcesserit moueri: cum sit terminus eius. sed si mundus fuit æternus, motatum esse fuit ab æterno. qoia non est signare instans, quod non præcesserit mutatum esse. aliter ergo cœlũ fuit ab æterno, & aliter mutatũ esse fuit ab æterno. cœlũ. n. fuit ab æterno secundum hunc modum loquẽdi. quia hoc cœlum fuit ab æterno, sed mutatũ esse fuit ab æterno: nõ, quòd sit signare aliquod mutatum esse, quod fuerit ab æterno. quia cum ante quodlibet mutatum esse præcedat moueri: si esset signare mutatum esse, quod esset æternũ: (quia æternũ nihil præcedit) illud mutatum esse nullũ moueri præcessisset: nec esset terminus alicuius, quod est inconueniens. mutatum ergo esse hoc modo est æternum, & hoc modo non incepit. quia non est signare instans, quod non præcesserit aliquod mutatum esse. In motu ergo aliqou particulari, qood incipit, & desinit, licet non sit dare primom mutatum esse: non tamen ibi mutata esse sout ab æterno. quia est dare instans, vt illud, in quo incæpit motos ante, quàm aliquid esset de moto, ante quod instans non fuit aliquod tale motatum esse. Sed si mũdus fuisset æternus: motata esse, & reuolutiones cœli uon fierent in vniuersali: tamen quis non fierent mutata esse, nisi mediãte moueri: hoc modo mutata esse essent æterna, & reuolutiones hoc modo essent æternæ, & nou incæpissent. quia nõ esset date instans: sute qood non præcessisset reoolutio, & motatum esse: nolla tamen reuolutio posset signari, quæ esset æterna. quia cum reuolutio semper sit prius in fieri, quàm in facto esse (qa est terminus motus) oportet, qoòd quælibet talis reoolutio prios non sit, quàm sit. nolla ergo signata potest esse æterna. reuolutiones itaque cœli ita fiunt in particulari, sicut facti fuerunt in particulari ipli cœli: sed, ꝙ signare sit hoc cœlum esse æternum, & non hanc reuolutionem: hoc est, quia factionem cœli nou præcessit motos. reuolutio tamen uon completur nisi per motum. sic, & in proposito nullum generabile est signare, quod sit æternũ. quia si aliquod generabile fuisset ab æterno creatũ: illud generabile durasset per infinitum tempus. Nam æternum præcedit æternitate omne, quod est post æternitatẽ. Si ergo aliquod generabile fuisset ab æterno creatum: cõstat ꝙ in fuisset corruptum, fuisset corruptum per corruptionem: illod ergo generabile præcederet suam corruptionem æternitate, vt accipiatur æternitas large, ꝙ omni eo, quod non incæpit esse. sed nihil potest præcedere aliod æternitate, nisi præcesserit illud per infinitum tempus: non posset ergo aliquod generabile ab æteroo creari, nisi pcedetet suam corruptionem æternitate, & per infinitum tempus, & per consequens oportuisset tale generabile durasse per infinitum tempus, quod secundum naturę cursum est contra rationem generabilis. noo est ergo signate aliquod generabile, quod fuerit ab æterno: nec etiam, quod fiant generabilia in vniuersali: sicut oec reuolutiones io vniuersali fiunt. Sed qoia generabilia fiunt p genetationem, & motũ: nõ est dare gñabile, qđ non præcesserit motus: & per conseqoens nõ est dare generabile primum: sicot quia reuolutio completur per mutum; noo est dare reuolotionẽ, quã noo præcesserit motus: & sequendo modũ Philosophi, nõ est dare reuolutionẽ primam.

Sed intellectus hominis nõ quiescit. Dicet. n. aliquis, quòd oportet materiam esse per creationem. quia nullum ageus est citra primom, quod possit producere materiam. materia ergo fuit creata à Deo: oou sine forma: nec sub forma: In vniuersali ergo sub aliqua furma signata illud fuit primum generabile: sub cuius forma materia fuit primo creata. Sed mirabile est, ꝙ homioes nesciant imaginationem traoscendere: iemper loquontur de infinitio qoasi de fioito, & de terminato, quasi de habẽte terminom: ideo semper rationes tales per accidens falluot. Dicamus

ergo

ergo materiam per creationem eſſe: nec factã ſub forma vniuerſali, quia factio ad vniuerſale non terminatur: nec tamẽ eſt dare primam formam, ſub qua fuit facta, ſi fuit ab æterno creata. Dicemus, n. quòd ſicut cœlum ſubijcitur ſuis reuolutionibus, ita, quòd non poteſt ſimul pluribus reuolutionibus reuolui; ſic materia generabilium ſubijcitur ſuis formis: ita, quòd non poteſt eſſe ſimol ſub diuerſis formis. Ponamus ergo, quòd Deus cœlum ab æterno feciſſet, & ab æterno ipſum mouiſſet: conſtat, quòd feciſſet cœlum in particulari, & incæpiſſet ipſum mouere ſecundũ particularem motum: nec tamen eſſet dare reuolutionem primam. quod ideo eſt, quia non incæpiſſet moueri, ſed ſemper fuiſſet fluens. Deos ergo feciſſet cœlum, & feciſſet ipſum non motũ, & non reuolutum: nec eſſet tamen ibi ſignare reuolutionem primam: ſic ſi ab æterno creaſſet materiam, & ab æterno ſubieciſſet eam tranſmutationi, & motui: ſicut ab æterno ſubiecit cœlũ reuolutionibus: ſicut non eſſet dare in cœlo reuolutionem primam: ſic non eſset dare in materia tranſmutationem primam: & per conſequẽs nec formam primam, ſed ſicut in eodem cœlo ante reuolutionem eſt reuolutio, & per conſequens ante mutatum eſſe, quod acquiritur per vnam reuolutionem; eſt mutatum eſſe, quod acquiritur per aliam, & ſic in infinitum: ſic materia ſiue initio ſubiecta tranſmutationibus, ſemper habuiſſet tranſmutationẽ ante tranſmutationẽ, & ſemper habuiſſet formam acquiſitam per vnam tranſmutationem, ante formam acquiſitam per aliam. propter quod nunquàm eſſet ſignare in materia tranſmutationem primam, nec formam primam. Triplex eſt ergo deceptio hominum in hac materia, vt poteſt aliquo modo patere per habita.

Materia quo à Deo ſit facta, ſicut mobili æternitate.

Tres deceptiones circa reuolutiones.

Deceptio prima.

Prima deceptio eſt, quia loquuntur de interminato quaſi determinato. Dicimus enim, quòd ſicut Deus menſuratur inſtanti, quod ſemper ſtetit: ſic produxit materiam, quæ ſemper fluxit, & quæ ſemper fuit tranſmutatioi ſubiecta. non eſt ergo ſignare aliquam tranſmutationem, ſub qua primo fuerit: niſi ponas ipſam incæpiſſe eſſe tranſmutationi ſubiectam. Si enim cœlum p vnam reuolutioem acquireret album: per aliã nigrum: per aliam dulce: per aliã frigidum (qa infinitæ reuolutiones ſecundum huoc modum loquẽdi, quẽ proſequimur, præceſſiſſent in cœlo. quia in infinitis reuolutionibus ſunt infinities decem reuolutiones: centum infinities: mille infinities: decem millia infinities: quoteunq; millia infinities) fuiſſet cœlum ſub omnibus illis tranſmutationibus: ſic & materia generabilium durat ſub forma botos animalis per centũ annos, ſub forma alterius animalis puta per mille annos (qa in infinito ſunt infinities, quotcũque centum infinities: quotconque mille infinities) fuit materia ſub quibuſcũque tranſmutationibus, nec eſt ibi dare tranſmotationẽ primam: nec formam primam. Quotieſcunque ergo in talibus vis dare primum, & vis menſurare, loqueris de infinito, quaſi de finito, & deciperis. quia das dorationis initiũ ei, quod eſt ſine ioitio.

Mundus la inſtãs fuiſſet creatus, ſi ab æterna.

Secunda deceptio circa talia eſt, vt etiam poteſt patere per habita. quia homines loquuntur de ęternitate motus, & tranſmutationum: ſicut de æternitate eorum, quæ ſubijciontur tranſmutationi, & motui. Io bis emñ, q̃ ſubijciũtor tranſmutationi, & motui, poſſumus ſignare ea, q̃ ſuot æterna. vt ſi mundus æternus fuit: hoc cœlum eſt, quod fuit ab æterno reuolutionibus ſubiectum, & hoc inſtans fuit illud, quod æteroaliter fluens cauſat tempus. Nam ſicut tempus idẽ eſt, quod motus: ita inſtãs ſecũdum, quòd propriè, & principaliter ſumitur, eſt idem, quod ſubſtantia mobilis primi. ſubſtantia. n. mobilis primi, vt ſubijcitur motui: tanquàm cuidam actui: ſic eſt, quoddam mobile, & ſic fluens cauſat motum: illa etiam eadem ſubſtantia, vt ſubijcitur illi motui, tanquàm numero prioris, & poſterioris: ſic eſt inſtans, & nunc, quod eſt idem realiter in toto tempore: & quod fluens cauſat tempos. Eſt ergo ſignare inſtans, quod ſubijcitor æternaliter fluxui, loquendo de inſtanti, vt eſt idem ſecundũ rem, ſed non eſt ſic ſignare huiuſmodi ioſtaos, vt eſt aliud, & aliud ſecundum rationem, ſed diuidẽdo fluxum per partes, vtputa reuolutiones, & tempus per partes: vtputa per noctes, & dies; reuolutiones ſuot ęternę: oon, quòd ſit dare reuolutionẽ, quæ ſit æterna, ſed reuolutiones ſunt æternæ, & nunquàm incæperunt. ✻ quia nõ eſt dare inſtans, quod nõ præceſſerint infinitę reuolutiones: ſic noctes, & dies ſunt æterni: nun, q̃ ſit date, vel ſignate diem aliquam, quę ſit ęterna, ſed quia non eſt dare aliquod inſtans, quod non præceſſerint infiniti Dies. Sic etiam ponẽdo mundum ęternum: eſt aſſignare hanc materiam, quæ æternaliter fuit tranſmutationibus ſubiecta. Sed non eſt aſſignare, vel ſignare aliquam tranſmutationem in materia, quæ fuerit æterna. Sed pro tanto tranſmutatiooes materiæ dicuntur ętetoę, & non incępiſſe. quia non eſt ſignare aliqoam tranſmutationem materiæ, quã non præceſſerint infinitę tranſmutationes.

Deceptio ſecunda.

Inſtans ſignificatum.

*Hic loquitur de inſtanti reſpectu realis eſſe mutabilis dicti, nõ imaginati. Vide ad ſuſtinendum ſup. ar. 1.

Deceptio tertia.

Tertia quidem deceptio circa hoc, eſt, vt etiã poteſt eſſe per habita manifeſtum. quia homines loquuntur de ęternitate geoerabilium, ſicut de ęternitate perpetuorum. nam licet ſit dare hoc ſignatom perpetuum, quod ab æterno fuit, vt hoc Cœlom: hic Sol: ſecũdum hunc modum loquendi ſuot illa, quę ab ęterno fuerunot: tamẽ nullum eſt ſignare generabile, quod ab ęterno fuerit. qoia tunc generabile dutaſſet per infinitum tempus, vt antea probabatur. mirabile eſt enim. quia concedunt aliqui, vel videntur concedere: motum potuiſſe eſſe ab æterno. Propter quod ſi eſſe creaturę eſſet ſemper in fieri: videntur annuere, quòd poſſet eſſe ab æterno. tamen, quòd equus ſit ante eqoum in iofinitum, videntor pro impoſſibili habere. Si ergo cœlũ fuiſſet ab æterno contiouè motum: ſicut nõ eſſet dare reuolutionem primam, ſed reuolutio p̃cederet reuolutionẽ in infinitũ: ſic nõ eſſet dare

mille,

mille, vel mille millia reuolutiones primas, sed has mille reuolutiones præcessisset alię mille reuolutiones, & aliæ mille in infinitũ: vel hmõi mille millia reuolutiones p̃cessissent alia mille millia: & alia mille millia in infinitũ: cũ ergo oẽ corruptibile de necessitate corrumpatur, & omnia generabilia ista mensurentur certa periodo, quia nullum tale secundum naturæ curium potest in infinitum durare: non poterit accipi ita magna periodus: nec ita magnum tẽpus: ex qno finitum est: quin sit dare semper huiusmodi tempus ante huiosmodi tempus in infinitum. quantũcunque ergo materia generabilium duret sub forma, ex quo non potest ibi stare per tempus infinitum: oportet, quòd semper fuerit sub alia, & alia forma in infinitum: vt oõ sit deuenire ad primam formã. si enim huiusmodi materia ab ęterno fuisset sub aliqua signata forma: dato, quòd postea fuisset expoliata ab illa forma: formatio materiæ, vt supra diximus, præcederet ęternitate sum̃ expoliationem: per infinitum ergo tempus stetisset materia geoerabilium sub aliqua forma, qond recta ratiõ non admittit. Si ergo bene considerabimus, quid dicat infinitum, & interminatum, & non habere initium: multæ rationes in hac materia dicuntur demonstrationes esse, quæ apparebunt esse sophisticæ. Sic ergo pertractauimus diffusè, quomodo debeamus imaginari durationem mundi, si fuisset ab ęterno: nnn, q̃ in hoc intendamus sanare Philosophis: sed vt appareat, vtrum rationes adductæ contra hoc, sint solubiles: vel sint demonstrationes. licèt enim multo fortiores, & validiores sint rationes aliquorũ doctorum, ostendentes impossibile esse mundũ ab ęterno fuisse: de quibus tractabimus in quæstione p̃senti: quàm sint ampullosę rationes Philosophorum volentes ostendere mundum de necessitate fuisse ęternũ: de quibus egimus in quæstione præcedenti: neutræ tamen nobis videntur esse demonstrationes.

Infiniti cõsiderationes multæ, ac deceptiones.

Tertio principaliter dicere restat: quomodo circa infinitum accidunt multæ considerationes per accidens, & multæ deceptiones, quas bonũ est tangere: vt oobis caueamus ab illis. tangemus autem quinq; deceptiones: Quarum vna sumitur ex parte additionis, & diminutionis. Secunda ex parte totalitatis, & partialitatis. Tertia ex parte maioritatis, & minoritatis partium. Quarta ex parte multiplicitatis, & submultiplicitatis. Quinta ex pertransire, & non pertransire.

Deceptio prima infiniti ex additione, & diminutione.

Prima igitur deceptio est ex parte additionis, & diminutionis. Nam cum infinito oon possit fieri additio, qoia hoc est infinitum, quod totum occupat, vel quod totom comprẽhendit: si mundus fuisset ab ęterno per tempus infinitum: non posset tempori fieri additio. qa semper additur dies diei, & nox nocti, & reuolutio reuolutioni. Sed hæc consideratio sic in apparet esse per accidens: nam infinitum, vt infinitum: non recipit additionem. Si ergo esset aliquid omniquaque infinitum, ex nulla parte posset recipere additionem. Sed si aliqd ex vna parte est finitum: ex alia est infinitum: accidet tunc infinito recipere additionem, quia nõ recipit, vnde infinitum, sed vnde finitum. Sic & tempus, si mũdus fuisset ab ęternn ex parte ante; fuisset infinitum: ex illa ergo parte nullo modo posset recipere additionem. Si eoim tempus incępisset ab ęternn: non potuisset incipere ante ęternum. sed ex parte temporis, in quo sumus: vbi est date vltimum instans, potest teiopus recipere additionem, vt ratio ostendebat.

Deceptio secunda, ex toto, & parte.

Secuoda autem deceptio est ex parte totalitatis, & partialitatis. si enim mundus fuisset ab æterno: videretur sequi, quòd totum esset æquale parti. nam quando additur aliquid alicui, tũc præcedens cum addito est totum ad aliud, cui additur. vt si palmus addatur vlnę: vlna, & palmus est totum ad vlnam. reuolutio ergo hodierna addita est reuolutionibus alijs. reuolutiones ergo præcedentes cum reuolutione hodierna erunt totũ ad reuolutiooes præcedentes: sed, vt probabitur, reuolutiones præcedentes cum hodierna, si mundus fuit ab æterno, non sunt plus, quàm reuolutiones præcedentes tãtum. videbitur etgo ex hoc sequi, quòd totum non sit plusquàm sua pars.

Infiniti pars sit totũ, & pars.

Probatio assumptę. nam si mundus fuit ab ęterno: infinitę reuolutiones præcesserunt reuolutionem hesternam, & infinitę hodiernam. sed infinitum non est maius infinito: non ergo plures reuolutiones præcesserunt hodiernam, quàm hesternam: & per consequens non est plus de tempore ab initio mundi vsque hodie: quàm ab initio mundi vsque heri: totũ ergo est æquale parti. Sed hæc sophistificatio manifestè decipit: cui statim instare possumus, vt communiter iostatur. nam infinitæ species numerorum excedunt denarium, & infinitæ centenarium: non ergo plures excedunt denarium, quàm centenarium: centenarius ergo numern æquatur denario, & per consequens totum parti. Diceremus ergo, quòd vbi ex vna parte non itur in infinitum: sed ex alia: potest in talibus accipi maioritas, & minoritas: iotalitas, & partialitas: nõ ex ea parte, qua itur in infinitum: sed ex parte, qua statur. vnus ergo numerus excedit alium: non quia ab vno numero ascendendo citius possimus ire ad finem numerotum, quàm ascendendo ab alio. à quocunque enim numero incipiamus ascendere, nũquàm poterimus venire ad finem numerotorum. Sed est vnus numerus maior alio per comparationem ad vnitatem, vbi est status. vt quis plures vnitates continet, vel quia magis ab vnitate recedit. accidit ergo ipsi centum, & extraneum est ab eo: prout est totum ad decem, quòd comparetur ad infinitatem numerorum. quia oon accipitur huiusmodi eius totalitas per relationẽ ad ascensum in infinitum, vbi nõ est status, sed per relationem ad vnitatem, vbi est status. velle ergo probare, quòd centum non est plus, quàm decẽ; quia Infinitæ pecies numerorum excedunt centum,

tum, sicut & decem; est peccare per fallaciam accidentis, & per relationem ad aſcensum in infinitum, à qua non sumitur maioritas, & minoritas in numeris. Et vt demus exemplum magis simile ad propositum, imaginemur duas lineas æquales: quarum quælibet ex vna parte vadat ad infinitum, & non ex alia, ex ea ergo parte, qua illæ lineæ habent terminum: poterit cuilibet lineæ fieri additio. Si ergo fiat additio vni lineæ, & non alij: vna erit maior alia: etiam vna cum eo, quod est additum, erit maior, seipsa, & erit totum ad seipsam sine illo additio: nõ ex ea parte, qua vadit in infinitum, sed ex ea parte, qua facta est sibi additio. hac ergo hypothesi stante: totũ est æquale parti, & inæquali. Aequale quidem ex ea parte, qua itur in infinitũ. Inæquale vero ex ea parte, qua facta est sibi additio: sic etiam se habet in tempore ipso.

Deceptio tertia ex maiori, & minori. Infiniti, an sit maius, & minus.

Tertia difficultas, vel tertia deceptio potest accipi in talibus ex parte maioritatis, & minoritatis partium. nam si toties sumantur magnæ partes, sicut & paruæ: totum confectum ex maioribus partibus esset maius, quàm confectum ex minoribus. Ex hoc ergo videtur, quòd si mũdus fuit ab æterno tẽpus, per quod durauit mũdus, sit maius, & minus seipso, quod est inconueniens. Nam in huiusmodi tempore sunt infinities mille anni. posumus. n. dicere, quòd mundus durauit per mille annos, per duo millia, tria millia, quatuor millia, & sic in infinitũ. sic etiã in tali tempore sunt infinities decem anni. quia posumus dicere, quòd mũdus durauit per 10. annos: per 20. 30. & sic in infinitũ. sed, quod constat ex infinities mille, videtur esse multo maius, quàm quod constat ex infinities 10. erit ergo huiusmodi tẽpus maius, & minus seipso. Sed huic deceptioni statim instatur in numeris, nã in numeris sunt infinities mille, & infinities decem. posumus enim dicere mille: duo millia: tria millia, & sic in infinitum, & nonquàm deueniemus ad finem numerorum. Sic etiam posumus dicere 10. 20. 30. & sic in infinitum: & nunquàm deuentemus ad finem. arguatur ergo sic: Quod constat ex infinities mille: est plus, quàm quod constat ex infinities 10. sed species numerorum constant ex infinities mille, & infinities 10. ergo sunt plures, & pauciores seipsis. Dicemus ergo, quòd si toties sumantur magnæ partes: quoties paruæ: dum tamen quælibet sumantur ex in certo numero, facient maiorem quantitatẽ magnæ partes; quàm paruæ: sed non si sumantur infinitæ. vnde infinitę scutellę plenę aqua, facerent infinitam aquam. sicut, & infinita dolia. cuius ratio est. quia non est ita parua pars, quæ non possit toties sumi, quòd æquetur, vel excedat partem magnam. vt si maior pars aquę continetur in dolio, quàm in scutella; toties posset sumi scutella plena aqua, quòd æquabitur dolio, vel excedet ipsum. Si ergo sumantur partes in certo numero: poterit esse differentia inter partes magnas, & paruas. sed si sumãtur sine numero, ita facient infinitum infinitę partes paruę, sicut & magnę. quia quantitas partis maioris, & minoris, nihil est respectu infiniti.

Quarta autẽ deceptio sumi potest in talibus ex parte multiplicitatis, & submultiplicitatis. nã si mundus fuisset ab æterno: tempus, per quod durasset mundus, esset multiplex, & submultiplex ad seipsum. fuissent enim in tali tẽpore infinitę reuolutiones Solis, & infinitę reuolutiones Lunę. sed Luna reuoluit duodecies, quãdo Sol semel: esset ergo huiusmodi tempus duodecuplum ad seipsum. Sed huic deceptioni statim instatur in numeris. nam in numeris sunt infiniti denarij, & infiniti centenarij: ergo tot sunt ibi cẽtenarij, quot denarij. Sed centenariũ est decuplũ ad denariũ. ergo decuplo plures sunt in numeris denarij, q̃ cẽtenarij: & sunt totidẽ, vt dicebatur. ergo quod est decuplum, est tantumdem, & subdecuplum. Dicemus ergo, quòd accidit infinito, & extraneum est ab ipso, quicquid competit illi tatione finitatis. Cum enim finiti ad infinitum nulla sit proportio: velle sumere proportionem in infinito, secundum, quòd finitum, est inconueniens: immo hoc est infinitum carere proportione. Tripliciter ergo est soluta obiectio. Primo quidem. quia esse decuplum, vel duodecuplum: non competit rei, nisi ratione finitatis: ex hoc ergo velle arguere ipsum infinitum esse decuplum: est arguere per accidens: est enim arguere in infinito ex his, quę se tenent ex parte finiti. Soluta est obiectio, quia ex hoc proportio partium facit proportionem in toto, inquãtum partes sunt proportionatę toti. quòd si partes sunt improportionatę toti: nullo modo ex tali proportione potest argui proportio totius. cum ergo centenarius, & denarius, & quilibet numerus finitus, sit improportionatus numero infinito: ex proportione talium partium nulla resultabit proportio in toto: ex eo ergo, quòd centenarius est decuplex ad denarium: & ex eo, quòd infiniti centenarij, & infiniti denarij sunt in numero infinito: nulla proportio ex hoc potest argui in tali numero: non ergo potest dici ex hoc, quòd sit decuplus ad seipsum. Sic etiam & in tempore: si tempus, per quod duraſſet mondus, continueret infinitas reuolutiones Solis, & infinitas Lunę: licet vna sit duodecupla ad aliam: nõ propter hoc huiusmodi tempus erit duodecuplum ad seipsum. Tertio soluta est obiectio. quia esse decuplum, vel duodecuplum, hoc est esse proportionatum, & finitum: non ergo sic se potest habere infinitum ad seipsum, cum sit infinitum.

Deceptio 4 ex multiplici. & submultiplici. Infiniti an sit multiplicitas, & submultiplicitas.

Finiti ad infinitum nulla ẽ proportio ex 8. Phyſic c. 15. & 3. Cęli t. c. 50 64. sicut ligit de proportione qualitatis, non autem ordinis, ut Doctor exponit supra q 3. artic. 1.

Quinta deceptio in talibus sumi potest ex parte transitus, vt dicamus, quòd si mundus fuit ab æterno: impossibile est deuenire vsque ad diem hanc. quia tunc infinita essent pertransita. Sciendum ergo, quod pertransitus non repugnat infinito: nisi quatenus faceret infinitum finitum. Si ergo est talis pertransitus, quòd non faciat infinitum finitum: non repugnabit ipsi infinito. pertrã sire ergo infinita, incipiẽdo transire, est impossibile. quia ille, qui incipit transire, ab aliquo incipit; & cum complet transitum, in aliquo definit.

Deceptio. 5. ex tranſitu.

Infinitum an possit pertranſiri.

Dicere

Dicere ergo hoc modo posse pertransire infinita, A est dicere posse pertransire finita: nam cum huiusmodi transitus habeat principium, & finem: impossibile est esse infinitū. Si ergo sic esset pertransire infinitas reuolutiones, ꝙ aliquando incepisset reuolui cēlū: esset omnino impossibile: sed præterire infinita absque incipere pertrāsire, vel absque initio pertransire: non repugnat infinitati temporis, quia est hoc ex parte ante, cum tēpus est infinitum: non damus ei terminū neque finem. Infinitę ergo reuolutiones sunt pertransitę in infinito tempore. infinitum autem tempus est pertransitum ex parte ante, quia huiusmodi pertransitus non habuit initiū, & per consequēs tempus sic pertransitum non fuit initiatum: vnde non competeret ei ex parte ante habere terminum, siue finem. Posuot autem, & multæ aliæ sophisticationes circa infinitatem fieri, quas volumus silentio pertransire.

De creatione, & conseruatione. Quatto, & vltimo, quia, vt dicebatur, magnā difficultatem facit in proposito creatio, & conseruatio rerū: declarare volumus quomodo ista se habeāt ad inuicem: vtrum sint idem, vel quomodo differant. videtur enim aliquibus, ꝙ differat realiter conseruatio à creatione, quia, vt dicunt, esse differt à durationē: cum ergo, vt aiunt, terminus creationis sit esse, terminus cōseruationis: sic duratio. quia creans aliquam rem dat sibi esse: conseruans autem præsupponit esse: non est ergo idem creatio, quod conseruatio. Differt, & secundo, vt dicunt, quia rei habenti esse: nihil potest dare esse: nisi res prius perderet ſuū esse. Si ergo Deus semper daret rebus esse: semper esset res in continuo corrumpi, & in cōtinua perditione ſui esse: cum ergo hoc sit falsum: quia non semper dat rebus esse: ergo non semper res creat, sed semper res conseruat: non est ergo vnū idem, quod aliud. B C

Creatio, & conseruatio. Scieodum ergo, quòd creatio, & conseruatio dicunt aliam, & aliam habitudinem ad agēs; sed vnam, & eandem rem dicunt. Supponemus autē cum eis, quòd idem sit creare, quòd dare esse. Sed quæremus ab eis vtrū esse, & esse, vt ab alio, sint duæ res, vel sit res, & habitudo quædam. Cōstat autem, quòd esse, vt ab alio datum, nullam rem addit supra esse. sic conseruare idē est, quod continuare esse: quæremus ergo ab eis: vtrum esse, & esse ab alio contiouatum dicant duas res. constat autem, quòd conseruare esse in eo, quod habet esse, non est aliquid addere rei: sed est eam tenere in eo, quod habet conseruare: ergo nullā rem addit supra esse: creare ergo, & conseruare dicunt aliam, & aliam habitudinem: propter qd aliquid verificatur de vno, quod non verificatur de alio, sed non dicūt aliam, & aliam rem: quodlibet. n. eorum dicit esse rei creatæ, & conseruatæ. cū ergo dicitur, quòd durare est aliud, quàm esse: dicemus, quòd eandem rem dicit durare, & esse: res eorum tam diu durat, quàmdiu est. Si autem differt duratio ab esse: huiusmodi differēti a non erit realis: sed dicitur res durare: non quia aliud habet, sed quia nō perdit, quod habet. præ- D supponit etiam conseruatio creationem: & creare est dare esse non habeoti: conseruare vero cōpetit habenti esse. sed hoc non est, quia res præsupponat rem, sed quia habitudo hæc tenere p aliud, præsupponit habere per aliud: nec etiam ex hoc est, quòd sit alia, & alia res; sed, quòd sit alia, & alia habitudo. nam eadem res est, vel idē esse est, quod per creationem nō habenti datur, & per cooseruationem in habente continuatur. Si ergo mundus incæpit in tempore, vt veritas est, & vi fides tenet: tunc creatio dicit esse ex nihilo in hac re inchoatum; conseruatio dicit idē esse in hac re continuatum, sed si mundus non incæpisset, creatio diceret esse sine initio datum: conseruatio vero diceret idem esse tunc, & in posterum continuatum.

Ad rationes ex parte mensuræ.

Ex his ergo solui possunt rationes sumptæ ex mensura creationis. nam cum dicitur, quòd mēsura creationis est nunc temporis: patet, quòd si mundus fuisset ab æterno: creatio nō fuisset mēsurata per nunc temporis: sequendo tamen opinionem Philosophorum: nunc temporis fuisset coæuum creationi: nō nunc temporis, quod fluere incæpisset, sed quod ab æterno fluxisset. nunquàm ergo esset signare tale instans: cum semper fuisset in fluxu, quod non præcessisset ipsum pars temporis: ergo cum huic vltimo instanti nunquàm possit signari aliquod instans præcedens, quod includeret infinitum tempus, per consequens nunquàm esset signare instans primum: à quo vniuersaliter inciperet tempus.

Quod autē secundo addebatur, quòd si Deus fecisset mundum de materia æterna: si fecisset illum in instanti ante illud instans non fuisset mūdus, & ita non esset æternus: multo ergo magis nō est æternus, si non est factus de materia æterna, sed de nihilo; Dici debet, ꝙ si materia fuisset æterna: Deus potuisset facere de illa materia aliquid ab æterno, sed illa factio non mensuraretur instanti temporis. quia nihil ab æterno factū secundum naturæ cursum est temporale: quodlibet enim tale, dato, ꝙ postea corrumperetur, vel annihilaretur: durasset per infinitum tēpus. creatio ergo talis rei non haberet pro mensura instans temporis, sed instans æui. & quia in æuo non est successio: sufficit vnum instans ad quantamcunque durationem. Dato ergo, quòd ante illud instans non fuisset mundus: non propter hoc arguerētur, quòd non esset æternus mūdus, illa ergo creatio non mensuraretur nunc temporis, sed posset ei coæuum esse nunc temporis: nō nunc temporis aliquando non fluens, sed nunc temporis ab æterno fluens, sed ante tale nunc, quod ponitur ab æterno fluere: non esse mundum: non arguit ipsum non esse æternum.

Verum quia intellectum habens non qualescit: debemus diligenter aduertere, quòd in infinito tempore necesse est esse infinita temporalia, siue infinita generabilia, & corruptibilia. Nā generabile, & corruptibile quantūcunque duret

per

per magnum tempus, vtputa per quingentos, vel per mille annos, & ex quo tempus illud finitum est. quia finitum finities sumptū totū est finitum. Si mundus fuisset ab æterno, quia transiuisset infinitum tempus: oporteret, ꝙ generabilia, & corruptibilia in illo infinito tempore fuissent infinite: fuissent. n. ſm hanc hypothesim infiniti equi: infiniti leones, & sic de alijs gñabilibus. vbicūq; autem est dare infinita, nō est dare primū: ió in quolibet motu locali, quia sunt ibi infinita, mutata esse, nō est ibi dare primū mutatū esse. Ille. n. qui mouet totam, nō mouet ea in vniuersali, sed mouet ipsam in particulari: attamen, quia in illo motu sunt infinita mutata esse: nō est ibi dare primū mutatū esse. sic, si Deus fecisset ab æterno cœlū, & subiecisset ipsum reuolutionibus: non subiecisset ipsum reuolutionibus in vniuersali, sed in particulari: attamen, qa fuissent infinitæ reuolutiones, nō esset dare reuolutionē primē: hoc ē posito: fuisset ab æterno reuolutiones, sed non esset signare reuolutionem, quę iuisset ab æterno producta, quia tunc illa reuolutio esset prima, & esset ibi signare reuolutionē primam, qđ est impossibile secundū hypothesim factā. Sic, si Deus ab æterno subiecisset materiā formis gñabilibus, & corruptibilibus, vtputa formis leonum, & formis equorū, & alijs formis: nō subiecisset materiam huiusmodi formis in vniuersali, sed in particulari: attamen, quia hoc posito, fuissent infiniti leones, & infiniti eq ſm hāc hypothesim: posset dici, ꝙ equi, & leones fuerūt ab æterno, sed nō esset signare leonē, nec equū, qui fuisset productus ab æterno, qa tūc ille leo, vel ille equus esset leo primus, vel equus primus, qđ est impossibile. Si ergo materia fuisset æterna: potuisset Deus de illa materia facere hoc cœlū signatū, vel hunc Solē signatū, vel hēc duo signata, qa talia nō sunt gñabilia, nec corruptibilia: nullū tñ gñabile, vel corruptibile posset signari, qđ de materia æterna fuisset productū ab æterno, qa tunc illud esset primū tale. ergo si mundus fuisset ab æterno, vt ab æterno fuisset gñabilis, & corruptibilis: non esset signare primū gñabile, nec primū corruptibile. Ió si Deus de materia æterna fecisset ab æterno aliqđ, quo signari posset factio illius, nō mēsuraret instantī tpis, qa nō esset tpale, sed mēsuraretur in instanti cui, quod nō est instās fluēs, sed est instans stans. Igitur si Deus fecisset mundum ab æterno: fecisset materiā ab æterno subiectam corporibus perpetuis, vtputa corporibus supercœlestibus. & ab æterno fecisset materiē subiectā formis gñabilium, & corruptibilū, vtputa formis istorum inferiorū: ita, ꝙ ab æterno fuissent gñabilia, & corruptibilia, & ab æterno fuissēt corpora perpetua, & supercœlestia aliter tamen, & aliter, quia esset determinatè signare hoc corpus supercœleste, vel illud, quod fuisset productū ab æterno: sed non esset signare hoc gñabile, vel illud, quod esset ab æterno factū, quię tūc illud esset generabile primum: ergo si volumus loqui de instanti, quod mensurat productiones factibilium, dicemus, ꝙ ab æterno in instanti fuisset productio generabilium, & productio perpetuorum: sed productio corporum perpetuorū fuisset ab æterno in instanti semper manente: productio vero corruptibilium fuisset ab æterno in instanti semper fluēte: & quia instans, quod mensuraret productionem corporum perpetuorū, esset semper stans: posset signari instās, in quo esset producta corpora perpetua, & per consequens possent signari corpora perpetua, quæ essent ab æterno producta. Sed, quia instās, in quo fuisset producta generabilia, & corruptibilia, non fuisset instans manens, sed instans semper fluens: & quia illud instās nō incepisset fluere, sed ab æterno fluxisset: non esset signare instans, in quo primo essent facta generabilia, & corruptibilia. quia, hoc posito, esset signare quando primo incēpit fluere illud instās: quo posito non semper, & ab æterno fluxisset, sed fluere incepisset. & sicut non esset signare instans, in quo primo essent facta generabilia, & corruptibilia: sic non esset signare primum generabile, nec primum corruptibile. Cum ergo dicitur: si Deus in instanti fecit mundum: ergo ante illud instans non fuit mundus: aut loquens de instanti, quod mēsurat productionem perpetuorum: aut de instanti, quod mensurat productionem corruptibilium. nā mundus est quoddam totum ex corporibus perpetuis, & temporalibus compositum: si loqueris de instanti, quod mēsurat productionē perpetuorū (quia illud instans est stans) potuit ab æterno esse: propter qđ non arguitur, quòd non fuerit mundus ab æterno: sed quòd non fuerit mundus ante æternum. Si autē loqueris de instanti, quod mensurat productionem corruptibilium (quię illud instans fuisset semper fluens, & non esset signare quando primo fuisset fluens) semper fluisset generabilia, & non esset signare quando primo fuissent facta generabilia. nō ergo ex hoc arguitur, quòd generabilia non fuissent ab æterno: sed, ꝙ nō esset signare generabile, quod fuisset ab æterno: vel quod idem est, quòd non esset dare primum generabile. secundū ergo hanc hypothesim coęua essent hæc duo instantia, & quodlibet illorum fuisset ab æterno: videlicet instans semper manens, quod faceret ęuum, & mensuratet productionem perpetuorū, & instans semper fluēs, quod faceret tempus, & mensuraret productionem corruptibilium. nam licèt motus, vel alteratio mensuretur tempore: inductio tamen formæ, & acceptio esse, & generatio, siue productio cuiuscunque substantiæ mensuratur instanti. generabilia neque, & corruptibilia non fuissent ante instans semper fluens, & perpetua non fuissent ante instans semper stans: sed cum ista instantia essent coæua, & quodlibet illorum secundum hanc hypothesim fuisset ab æterno: non arguit argumentum, quòd corpora corruptibilia, vel perpetua non fuissent ab æterno: sed, quòd non esset signare primum.

Quod autē tertio addebatur, quòd si aliquid adnihilaret, nō esset ibi īfinitas ex parte post: ergo si aliqđ creatur, nō erit ibi infinitas ex parte ante

videtur hæc ratio huic consequentiæ inniti: hoc adnihilabitur: ergo non durabit in infinitum: ergo à simili hoc fuit ex nihilo: ergo non fuit per tempus infinitum. si.n. quòd aliquando erit adnihilatum: aliquando non erit: propter quod nõ perpetuabitur in esse ex parte post: ergo, qđ fuit ex nihilo, eliquando nõ fuit: nec duravit per infinitum tempus ex parte ante; Dici debet, ꝙ nõ est simile de othilo fieri aliqd, & de eliquo nihil. Nã si mũdus æternus fuisset: ex nihilo fuisset factus, & fuisset factus post nihil: non post, duratione, sed natura: possumus enim intelligere, ꝙ effectus diuersus in esse à causa, sit coęuus causæ: secundum quòd docet August. 10. de Cio. Dei. Tom.3. c.31. dicens: Si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper ei subesset vestigium, quod tamen vestigium à calcante factũ nemo dubitaret, nec alterum altero prius esse: quàmuis alterum ab altero factum esset. Et, vt clarius hanc sentẽtiam ponamus: dicemus, quòd Deus creat deudo esse: adnihiler subtrahendo esse: quantum ergo est ex parte dare esse: si nihil aliud repugnat: possumus intelligere, ꝙ Dens sicut finem initio est: sic finis initio dat esse alicui: ergo illud, cui dat esse, si nihil aliud repugnet: potest esse Deo coęuum ex parte ante. sed illud, cui Deus accidit esse: si nihil aliud repugnet: sequitur ex ipso accipere esse, ꝙ illud, quod adnihilatum est, & à quo acceptum est esse: non sit coęuum Deo ex parte post. Dicemus ergo, quòd quantum est ex parte dare esse: si nihil aliud obuiaret: creatura potuit esse coęua Creatori. Vel possumus dicere, ꝙ argumẽtum arguit magis pro æternitate, quàm contra: dicitur enim ibi, ꝙ creatio naturaliter tendit ad esse: adoihilatio ad non esse. sic ergo debemus argnere de infinitete à parte post, reipectu non esse in adnihilatione: sicut de infinitate respectu esse ex parte ante in creatione: vt dicamus, id, quod adoihilabitur per infinitũ tempus à parte post: poterit habere non esse: ergo id, quod fuit creatũ per infinitum tempus ex parte ante potuit habere esse: cum.n. creatio tendat ed esse: adnihilatio ad non esse: sic, vt videtur, debemus loqui de esse in creatione: sicut de nõ esse in adnihilatione. Prima tamen responsio magis est ad rẽ, quie ponentes, quòd mundus potuit esse eh æterno: dicerent nihil præcessisse creaturem natura: tamen si creatura adnihilaretur, & fieret nihil: tunc etiam duratione aliquid sequeretur creaturã: ꝙ.n. perdens esse sit Deo coęuũ ex parte post, est impossibile: sed, ꝙ accipiens esse eb eo sit ei coęuum ex parte ente: quantum est ex perte recipere esse: si nihil aliud repugnaret, nullum videtur incõueniens. vtrum autem aliquid aliud repugnet, propter quod cõcludatur hoc esse impossibile: neutram partem asserimus. sed dicimus, ꝙ rationes, quas vsq; nunc vidimus: volẽtes probare, ꝙ hoc repugnet creaturæ, & ꝙ non potuit esse: vidẽtur nobis solubiles, & non esse demonstrationes.

Ad rationes ex parte infinitatis.

Ex his etiã possunt solui rationes in hac materia sumptæ ex parte infinitatis. nã cum primo dicitur, ꝙ si mũdus fuisset ab æterno, infinito fieret additio, & vnum infinitum esset maius, quàm aliud, & vnum infinitum esset hoc modo maius alio, quia fuissent ibi infinitæ reuolutiones Solis, & Lunæ, & tamen fuissent ibi saltẽ duodecies totiens reuolutiones Lunę, quàm Solis: totũ solutum est in tertio præambulo: vbi assignauimus sophisticationes, & deceptiones, quæ possunt contingere circa infinitum.

Quod autẽ secundo addebatur, ꝙ in infinitis non est ordo: pp quod si reuolutiones fuissent in infinitę, nõ fuisset vna reuolutio prior elia; Dici debet, ꝙ in infinitis nõ est ordo p se causelitatis. impossibile est.n. aliquẽ effectũ p se depẽdere ex infinitis causis: sed bene põt in infinitis esse prius tẽpore: ex quo tẽpus ponitur durasse in infinitum: vt, ꝙ vna reuolutio fuerit prior elia tempore, & alia prior tempore, & sic in infinitum. Vel possumus dicere: hoc esse non omniquque verum, ꝙ in his, quæ vadunt in infinitum, nullus sit ordo: nam numeri in infinitũ vadũt, & tamẽ est numerus post numerum, & est ordo in numeris: tamen nullũ est dare numerum ectu: qui sit ex infinitis causis, vel quẽ præcesserint infiniti numeri. Sic, si mundus fuisset ab æterno: nullam esset dare rẽ in actu, quam præcessissent infinitæ, quæ essent per se caosæ illius rei. Et quando dicebatur, quòd vnum animal est per se causa elterios animalie, Dici debet, ꝙ generans est per se causa genici: ite, ꝙ pater est per se causa filij, sed equi præcedentes hunc equũ generantem: sunt per accidens causa huius equi genin. Si enim faber fuisset æternus, & martelli essent generabiles, & corruptibiles: habuisset infinitos martellos: ita, ꝙ hũc martellum præcessissent infioiti martelli. Sed hoc esset per accidens: sufficisset enim vnus martellus ed constituendũ hũc mertellum. ꝙ aũt infiniti martelli præcesserint, accidit huic martello. fuerunt enim precedentes martelli, causa sine qua nõ: sed non fuerũt causa per sc. Quod vero ibidẽ addebatur: quare in his, quæ sunt per se nõ põt esse infinitus: sed in his, quæ sunt per accidẽs; Dici dẽt, ꝙ nõ hẽt difficultatẽ, qđ quęritur: nã hebere cãm per se: est hẽ cãm determinatã: hẽ aũt cãm per accidẽs: est hẽ cãm indeterminetã, ꝙ ergo p se sit infinitũ, & indeterminatũ: est incõueniẽs: sed ꝙ p accidẽs, qđ de se dicit qđ indeterminatũ, sit infinitum, & indeterminatũ: non est incõueniens.

Infinitas cur in ijs, quæ sunt p se. esse non ponit.

Quod autem addebatur tertio, quòd si mundus fuisset ab æterno: fuisseut infinita pertransita: ergo nunquàm fuisset deuentum ad reuolutionem istam; solutum fuit in deceptionibus, quas eduximus circa infinitatem. Quod vero ibidem addebatur, quòd hoc posito infinitæ reuolutiones præcessisent reuolutionã hodiernã, & hesternã, & aliã hesternẽ, & tertiã hesternem: ergo non plures reuolutiones pcessisent vnã reuolutionẽ, quàm aliam. solutum etiam fuit in eisdem deceptionibus: vbi instabatur in numeris: quomodo infinitæ species numerorum excedũt denarium, & infinitæ centenarium, & hoc soluebatur, vnde contingit talis deceptio.

Infinitorũ, an sit ordo.

Quod

Quod vero addebatur quarto, quòd tunc intellectus angeli, qui eſt finitus, poſſet intelligere infinita actu, quia nullius obliuiſcitur; Dici debet, quòd ſi mundus fuiſſet ab æterno, & angelus ab æterno, & fuiſſent infiniti equi: non poſſet angelus ſimul intelligere infinitos equos. nã hic equus generabilis, & corruptibilis, dicit equum determinati temporis: nam ſi diffiniretur talis equus: hic, & nunc, quæ ſunt conditiones materiæ: ingrederentur diffinitionem eius. Si ergo intelligitur hic equus gñabilis, & corruptibilis: intelligitur determinatum tempus, in quo eſt talis equus. & quia nunquàm ✻ angelus poſſet ſimul intelligere totum tempus, ſi mundus fuiſſet ab æterno: ſed ſemper poſſet intelligere maius tempus, ſemper maius tempus: nunquàm tamen poſſet intelligere infinitum tempus: ſicut ſemper poſſet intelligere plures equos, ſemper intelligere plures equos. nunquàm tamẽ actu intelligerent infinitos equos, quia infiniti equi nõ fuiſſent niſi in infinito tempore: totum autem infinitum tempus ſimul comprehẽdi ab angelo eſſet impoſſibile.

*Angelus non poſſit intelligere totum tempus ſimul, ſi mũdus fuiſſet æternus.

✻ Quod vero addebatur quinto, quòd tunc eſſent infinitæ animæ rationales actu, quod eſt impoſſibile; Dici debet, quòd cum quæritur: vtrum poſſit demonſtrari, quòd impoſsibile fuerit mundum fuiſſe ab æterno: non eſt quæſtio de omnibus, quæ ſunt in mundo: nec de omni modo, quo ſunt in mundo: nec quomodo eſt, vtrũ potuerit eſſe ſecundum naturæ curſum: ſed vtrũ Deus potuerit facere: vel vtrum poſsibile fuerit hoc eſſe à Deo. arguamus ergo ſic: Conſtat, ꝙ ſi quæreretur, vtrum Deus poſſet per circulationũ infundere animas corporibus, quilibet concederet, quòd ſic. nam Deus poteſt quamcunque diſpoſitionem inducere in quamcunque materiã: etiam ſi res eſſet annihilata: ſecundum Sanctorũ ſententiam poſſet eam, vnde vellet, eandem numero reficere: nam ſi aliquis fuiſſet nutritus ex embrionibus puerorum, & nihil haberet de materia, quod non pertineret ad veritatem humanæ naturæ aliorum hominum: ille tamen homo reſurgeret, & Deus vnde vellet, ei materiã reſtauraret, & in materia illa induceret diſpoſitionem eandem, vt poſſet infundi eadem anima. Si ergo quæreretur: vtrum ſecundũ naturæ curſum poſſet eſſe infuſio animarum per circulum? diceremus, quòd non. Si quæreretur: vtrum Deus poſſet hoc facere: diceremus, quòd ſic. Si ergo Deus poſſet per circulum infundere animas, & hoc faciendo, ſi mundus fuiſſet ab æterno: non fuiſſent infinitæ animæ: conſtat, quòd ſi Deus feciſſet mũdum ab æterno, & ſi fuiſſet homo ab æterno, potuiſſet facere, quòd non eſſent infinitæ animæ.

*Animarũ infinitas an fuiſſet, ſtante mũdi æternitate.

Animarum infuſio nõ poteſt eſſe per circulũ ſecundũ naturæ curſũ.

Ad argumentum ergo cum dicitur, quòd eſſent infinitæ animæ: dici poteſt, quòd ſi Deus feciſſet mundum ab æterno potuiſſet facere hominem in tempore. nã multi doctores Græcorũ poſuerunt angelos factos ante mundum. Si ergo mundus fuiſſet ab æterno: non fuiſſet magnum inconueniens, hominem fuiſſe factum poſt mũdum. Vel poſſumus dicere, vt dicebamus, quòd ſi mundus fuiſſet ab æterno, & homo ab æterno: potuiſſet Deus inueniſſe modum, quòd non eſſent infinitæ animæ: vt modum illum, quem aſſignauimus. vel inueniſſet alium modum multo congruentiorem, ad quem inueſtigandum intellectus noſter non ſufficit.

Animarũ infinitas an fuiſſet, ſtante mũdi æternitate.

Infinitum non numerũ poſſe eſſe infinitũ, ſed ſolum eſt, quia ſi ex diuiſione magnitudinis cuius vnitates ſũt quæſtitæ cõcinnæ.

Quod autem addebatur ibidem, quòd eſt error in Philoſophia ponere talem infuſionem animarũ, quia ✻ actus actiuorum ſunt in patiente, & diſpoſito: dici debet, quòd ratio ſolum arguit, ꝙ hoc fieri non poſſit ſecundum naturæ curſum: ſed, quòd Deus hoc non poſsit facere: ratio non concludit.

* Ariſt. 2. de gñ. t. c. 44.

Quod autem addebatur ſexto, quòd oẽ præteritum aliquando fuit futurum; dici debet, ꝙ ſicut, ſi mundus fuiſſet æternus, tempus præteritum fuiſſet infinitum, & ſine initio: ſic totũ tempus fuiſſet futurum, quòd in illo toto tempore non eſſet dare terminum nec initium. non ergo eſſet dare inſtans, in quo poſſemus dicere totum tempus fore futurum.

Quod autem addebatur ibidẽ: Quælibet dies præterita prius fuit futura, ſed quælibet dies idẽ eſt, quòd omnes dies: ergo, &c. Dici debet, ꝙ tales argumẽtationes ſunt ſophiſticę, & poſſunt ſolui per ſimile, qđ habetur in de generatione, & corruptione. nam continuum eſt diuiſibile ſecundum quodcunque ſignum: non tamẽ poteſt eſſe diuiſum ſecundum omnia ſigna. eſt enim cõtinuum diuiſibile ſecundum quodcunque ſignũ, quia nullum ſignum poteſt ſignari ſecundum, ꝙ non poſſit diuidi, & ſecundum, quòd non poſſit eſſe diuiſum: non tamẽ poteſt eſſe actu diuiſum ſecundum quodcunque ſignum, quia nec omnia ſigna continui actu ſignari poſſunt: Sic quælibet dies præterita fuit futura: tamen, quia non omnes dies ſignari poſſunt: nunquàm eſt ſignare aliquod inſtans, in quo totum tempus fuerit futurum. nã, ꝙ dies præterita prius fuerit futura, hoc eſt, quia inſtans, quod eſt principium futuri; fit poſtea finis præteriti: nunquàm ergo præteritũ poteſt ſignari futurum, niſi quia incępit eſſe præteritum. Si ergo ſine initio, & ſine incęptione fuiſſet tempus præteritum: nunquàm totum huiuſmodi poſſet ſignari fuiſſe futurum.

Quod autem addebatur ſeptimo, ꝙ ſi mũdus fuiſſet ab æterno: ſequeretur hoc inconueniẽs, ꝙ inter duos aſinos fuiſſent infiniti aſini; Dici poteſt, quòd, vt patuit in ſolutione principali, ſi mundus fuiſſet æternus; nõ eſſet ſignare aliquod generabile, quod eſſet æternum, quia tunc illud generabile duraſſet per tempus infinitum: hac ergo hypotheſi ſtante: ✻ generabilia fuiſſent ab æterno: non, quia eſſet ſignare aliquod generabile æternum: ſicut eſſet ſignare Cœlum, vel Solem, qui fuiſſet ab æterno, ſed pro tanto generabilia fuiſſent ab æterno, quia non eſſet ſignare inſtãs, in quo inæpiſſet generatio illorum. ✻ Si ergo Deus feciſſet aliquem aſinum ab æterno: ille aſinus non genetaſſet. quia nihil, quòd durat per infinitum tempus ſecundum naturæ curſum eſt

* Generabilis quo fuiſſent æterna, ſi mundus fuiſſet æternus.

* Animal æternũ non poſſet generare.

generationi, vel corruptioni subiectũ. nec tamen propter hoc asinus generans esset nobiliot illo asino non generante. quia sicut potest aliquis equus, quod non põt angelus: nec tamen est propter hoc simpliciter nobilior angelo. sic: si asinus aliquis signatus fuisset ab æterno: secundum ortum curtum non generaret: non tamen esset ignobilior asino generãte. nã dimittamus de homine, vbi semper est specialis difficultas. generatio, & corruptio in alijs rebus data est, vt, quia non possunt se continuare eędem numero: continuẽt se eędem specie: licèt enim posset alia causa assignari: hæc tamen est bona causa. sed si asinus aliquis signatus fuisset ab æterno, (quia ille duraſſet per infinitum tempus ex parte post) continuasset se in numero per tempus infinitum à parte post: ideo, quòd talia generarent: ea, quæ oriuntur ex sensibilibus, nõ admittunt. Vel possumus dicere, quòd si Deus fecisset aliquem asinum ab æterno, & ille genuisset: inter huiusmodi asinum, & hunc asinum non possent esse infiniti asini. nam nunquàm asinus genitus est coęnus generanti: sed æternum præcedit æternitate omne sibi non coęuum. asinus ergo ille æternus præcessisset suum filium æternitate (accipiendo æternitatẽ largè) pro omni eo, quod comprædhendit infinitum tempus. & quia asinos primogenitos ab asino fuisset temporalis, nõ potuisset hoc modo esse infiniti asini. sed si fuissent infiniti asini, hoc est, quia semper fuisset asinus ante asinum, & nunquàm potuisset signari, qui fuisset æternus asinus.

Quod autem addebatur octauo, q̃ actio agentis non terminator ad vniuersale, sed ad particulare: solutum fuit in solutione principali. Nam si cęlum fuisset factum à Deo ab æterno, & Deus ab æterno reuoluisset cœlum: non causasset reuolutionem cœli in vniuersali: attamẽ, quia huiusmodi reuolutiones non habuissent initium, non esset dare reuolutionem primam, sed semper ante reuolutionem fuisset reuolutio in infinitum. Et quod dicimus de cœlo secundum reuolutiones ad situm: diceremus secundum hũc modum loquendi de materia respectu transmutationum ad formam. Si enim Deus ab æterno fecisset materiam: & subiecisset eam transmutationibus ad formam: non esset dare trãsmutationem primã: nec formam primam in tali materia, sed semper ante transmutationem fuisset transmutatio, & ante formam forma in infinitum: nõ tamen propter hoc talia fierent in vniuersali, sed in particulari, vt in solutione principaliter diffusius dicebatur.

Quod autẽ addebatur nono, quòd fuissent infiniti dies, & quolibet die Deus potuisset facere vnum lapidem; Dici debet, quòd hæc ratio non concludit intentum, sed petit sibi quandam difficultatem solui: nam quotquot Deus potest facere in pluribus diebus, & in pluribus instantibus: potest facere in eadem die, & in eodem instanti: nam in eodem instanti dicuntur fuisse facta, cœlum Empyreũ: Natura angelica, & Corporalia, vel materia istorum corporalium: cum ergo hæc sint ita diuersa, & cum tot dicantur esse species Angelorum. quia, vt inquit Dionysius 14. c. de Angelica Hierarchia; * Sunt plures, quàm sint species omnium istorum corporalium: Si Deus tot potuit facere in vno, & eodem instanti: nec plura potest facere in duobus instantibus, quàm in vno; consequens est, quòd si etiam essent infiniti dies, vel infinita instãtia; nõ propter hoc Deus plura posset. Vultne ergo hæc ratio sibi hanc difficultatem solui; ✻ An Deus potuisset facere infinita. Ad quod dicemus, cum Commentatore in 12. Metaphysicæ: Quòd nullũ agens potest, qd̃ repugnat effectui, quia tunc esset ageos, & non agens. & quia infinitas repugnat effectui: nec in eodem instanti: nec in pluribus instantibus: nec etiam in infinito tempore; possent fieri infinita, quòd essent actu infinita, quia hoc repugnat effectui.

* Angelorũ spẽs quot. Vide id fusius d. 3. p. 2.

✻ An Deus potuisset facere infinitum. & 8. Phyſ. c. 4.

Ad rationes ex parte factionis.

Ex his etiam solui possunt rationes sumptæ ex parte factionis: nam cum primo dicitur, quòd si mundus fuisset ab æterno: non differret fieri creaturæ à facto esse; Dici debet, quòd in creatione semper sunt simul fieri, & factum esse: nã cum creatio non fiat successiuè, sed simul tota: simul est creari, & creatum esse, & fieri, & factũ esse: sicut videmus per simile, quòd quia forma substantialis inducitur in instanti; simul est eam induci, & inductam esse. Possumus tamen aliquã differentiam assignare in talibus, inter fieri, & factum esse. nam in his, quæ de nouo creantur, est signare primum instans creationis: in illo ergo primo instãti creatura fit, & facta est, vel creatur, & creata est. In omnibus autem alijs instantibus non propriè dicitur, quòd fiat vel creetur: sed, q̃ facta, & creata sit: ergo creatum esse, & factũ esse, respicit tam primum instans creationis, quàm totum tempus sequens. sed creari, & fieri respicit primum instans solum. Sed si mundus fuisset ab æterno, creatum esse, & factum esse competeret creaturę ab æterno, & in omnibus instantibus sequentibus: sed creari, & fieri competeret creaturæ ab æterno tantum. Si enim mundus fuisset æternus; Deus fecisset creaturam, & conseruasset in facto esse: sed fecisset ab æterno: conseruasset autem in facto esse, & tunc, & postea. fecisset ergo Deus mundũ: sed nõ esset signare instans, in quo fecisset: secundũ, q̃ August. 10. de ciu. Dei docet nos imaginari de vestigio pedis: nam si ab æterno fuisset vestigium, quòd factum esset à pede, nemo dubitare: non autem est intelligibile, quòd vestigium factum esset à pede, nisi pes fecisset vestigium: vestigio ergo secũdum hanc hypothesim fieri competeret ab æterno, sed factum esse competeret ei ab æterno, & postea: nec est inconueniens, quòd aliquid simul fiat, & factũ sit, cum non fiat successiuè.

Ro. 5. ad 1.

Quod autem addebatur secundo, quòd esse creaturæ esset semper in fieri, quia non differret ibi fieri, & factum esse; Patet, q̃ sine mundus fuerit

rit ab æterno, siue incæperit in tempore, semper esset differentia inter fieri, & factum esse. nam si fuisset ab æterno: ab æterno fuisset fieri, & factū esse. Sed per totū tempus post, verificaretur factum esse, & creatum esse: non propriè fieri. Dicimus autem non propriè fieri. quia secundum aliquem modum verificari posset, ꝙ esse creaturæ esset semper in fieri: competerat enim creaturæ fieri, etiam si ab æterno fuisset, & competeret ei fieri in instanti temporis: non, quòd instãs temporis creationem mensuraret, sed quia illi creationi assisteret, & esset illi creationi coæuũ. In iustanti ergo fecisset Deus mundum: non in iustanti aliquando non fluente, sed semper fluẽte, & quia non esset signare ꝙ instans, quod non fluxerit, non esset signare instans, in qun Deus fecerit. Multa. n. sunt, quæ facta sunt, & verè sunt: quibus tamen non est signare, quando primo facta sunt. vt si ab ęterno fecisset cœlum, & ab æterno voluisset ipsum: verum esset, quòd fecisset hoc cœlum, & hunc motum cœli, sed non esset signare, cum primo fecit: nec cum primo mouit. Aduertendum autem, quòd sensibiliter procedendo dicemus, ꝙ in quolibet motu nõ est signare, cum mouens primo mouit: est enim signare, cum nihil erat de motu, sed non est signare primum moueri, loquendo de motu locali, vbi est magis continuitas, quàm in alijs: non ergo possumus negare ipsum moueri nõ esse creatum à mouente. quia non est signare primũ moueri: sic non possemus negare, quòd Deus non fecerit mundum: dato, quòd non esset signare quando primo fecerit: non enim solum in successiuis, sed etiam in permanentibus, vt patuit in vestigio pedis, si ab æterno fuisset pes in pulnere, ab æterno fuisset vestigium, quod factum fuisse à pede nemo dubitaret, & per consequens, quòd pes non fuisset, nullus negaret. attamen quando primo fecisset, vel quando fecisset, non esset signare.

CONTRADICTIO. Instãs primum nõ fluxit, vt ait Doctor. 2. part. Hexam. c. 2. sed incæpit. Hic autem non loquitur de primo instanti, sed de instãti cõiter dicto. Tu fusius id vide paulo superius. art. 1.

Quod autem tertio addebatur, quòd si creatura fuisset ab æterno, non potuisset Deus non fecisse creaturam, & quòd præteritum non potest impediri, nisi quando est futurum; dici debet, ꝙ sicut si mundus durabit in perpetuum: Dominus regnabit vltra mundum, iuxta illud: Dominus regnabit in æternũ, & vltra. Sic si mũdus fuisset ab æterno: Dominus fuisset ab æterno, & ante. Ipse ergo mundus in Deo fuisset futurus tanquàm in causa, & Deus fuisset ante mũdum, tanquàm causa: dato ergo, quòd mundus ab æterno fuit: Deus ab æterno potuit facere, & non facere, vt si Deus operatur in aliquo iustanti, cum deuenit est ad illud iostans, in quo operatur: potest in illo instanti operari, & non operari: non quòd ista duo simul possint esse; quòd operetur, & non operetur. Sed quia in potestate sua est operari hoc, vel oppositum, sicut sibi placet. Cum vero arguitur: vel potuit non facere, quando fecit, vel ante, vel post; dici debet, quòd si Deus fecisset mundum ab æterno, potuit non facere, quando fecit. vt potuit non facere ab æter-

Deus in æternitate mundũ, si mundus æternus.

no, quod ab æterno ponitur fecisse. non quòd simul potuisset facere, & non facere, sed quia in potestate sua erat alterum horum eligere, & secundum electionem agere. sic, si mundus fuisset ab æterno, quia prius fuisset in causa sua: non prius duratione, sed prius natura: & quia Deus est agens per electionẽ: prius eligisset facere, vel non facere, quàm fecisset. Præteritum ergo non potest non esse præteritum, & si mundus ponitur ab æterno factus, non potest esse non factus: & quandocunque ponitur factus, non potest esse non factus: tamen quandocunque fuit mundus factus: siue ponatur ab ęterno factus, siue in tempore: prius fuit in potestate causæ ipsum facere, vel non facere, quàm esset factus: propter quod non ex necessitate, sed ex libera Dei voluntate fuit mundus factus: potuit ergo non fieri, si Deus eum non facere decreuisset.

Deus facere non põt Præteritum nõ esse præteritum. 6. Moral. c. 2. sub finem. Sed, cur sic, vide Doct. 1. dist. d. 10. q. 1.

Quod autem addebatur quarto, ꝙ non differret productio filij à productione creaturæ: nisi quia productio filij esset in diuina substantia: creaturæ vero in aliena substantia; Dici debet, ꝙ immo. quia Deus de necessitate produxit filiũ: non de necessitate coactionis, sed de necessitate immutabilitatis, sed creaturam produxit ex mera liberalitate. nam etsi ab æterno produxisset eam: prius elegisset eam producere, & potuisset ab æterno non producere: non, ꝙ simul produceret, & nõ produceret, vel ꝙ faceret productũ non esse productum, vel præteritum non esse præteritum: sed quia ab æterno in potestate sua erat agere, vel non agere, sicut sibi placebat.

Deus necessitate immutabilitatis ꝓduxit filium, sed creaturã ex mera liberalitate.

Quod autem addebatur quinto, ꝙ si creatura ab æterno fuisset, non differret in ea creatio, & conseruatio; solutum est per iam dicta. nam sicut dabamus differentiam inter fieri, & factum esse: siue mũdus ponatur factus esse ab æterno: siue in tempore; sic daremus differentiam inter creationem, & conseruationem. nam si mundus fuisset ab æterno; & ab æterno, & post mundus fuisset in facto esse, & Deus conseruasset mundum: non tamẽ ab æterno, & post Deus fecisset, & creasset mundum, sed ab æterno tantum.

Quod autem addebatur sexto, ꝙ Deus non posset materiã de vno esse reducere ad aliud esse: dato, ꝙ materia ab ęterno fuisset sub aliquo esse sine nouitate: ergo multo magis da nullo esse potest facere aliquod esse sine nouitate; Debet dici, ꝙ istud multomagis est multo minus. nam si materia ab æterno fuisset sub aliquo esse; oporteret, ꝙ duratione præcederet aliud esse, qã inducetetur in ipsa. quia non posset simul esse, & non esse: sed nullum esse, si ab æterno fuit mundus: nũ præcessit duratione, sed natura tantum. Si enim de nihilo fieret aliquid materialiter: sic, ꝙ ipsum nihil prius esset nihil, & postea fieret materia alicuius, & acciperet esse: fortè haberet apparentiam, quod dicitur. Sed si ab æterno fuisset mundus: fuisset factum aliquid ex nihilo non materialiter, sed ordinaliter; non ordine durationis, sed naturæ.

Modus quo fuisset ab æterno.

Ad Auctoritates Sanctorum.

Auctoritatibus io cõtrariom facile est respõdere. nam com dicit Damascenus, ꝙ creatio in Dei voluntate opus existẽs nõ est cœterna Deo: nec quod creatum est aptum natũ est esse Deo cœternum; Dici debet, ꝙ io hoc datur differeotia inter productionem filij, & creaturæ. quia ꝓductio filij est ex oatura. ideo necessaria, & immutabiliter est cœua patri: productio autem creaturæ est es voluotate Deit ideo non est co æterna Deo, vel noo est apta nata, vt sit cœterna Deo. i. de se non dicit aliquid cœuum suo facturi, sed solũ in voluntate Dei, vt tunc sit creatura, cum Deus voluerit eam esse. Auctoritas ergo magis est ad contrarium, quàm ad propositum. vt licut Deus voluit siue ab æterno, siue in tempore sic creatura fuerit: ipsi ramen creaturæ de se non debetur æternitas, sicut debetur filio.

Filij Dei ꝓductio ex natura: creaturæ vero ex voluntate.

Quod autem adducebat de Amb. in Hexameron, quòd inconuenieos est, vt æternitas operis coniungatur cum ætetnitate Dei; Dici potest, sicut dicit August. 83. q. quæstione de Deo, & creatura, quòd si semper aliquid viuat; tamen mutabilitatem patiatur, nõ propriè appellatur æternum: æternitas ergo operis non propriè coniungitur, oec æquatur cum æternitate Dei. quia si ab æterno fuisset creatura, nõ esset immutabilis, sicut Deus: nec mensuraretur eadem æternitate cum æternitate Dei.

Tomo 4. Aeternitas vera quæ.

Quod autẽ addebatur de August. qoòd creatura est ex eo, quòd adhoc nõ est, &c. Dici debet, quòd sequendo hunc modum: diceremus, quòd diffinit creaturam secondum, quòd fuit: non secundum, qoòd potuit esse. Vel possumus dicere, quòd omnis creatura quantum est de se: non fuit, & nihil fuit, solum autẽ voluntate Dei fuit. Diffinieodo autem creationem secuodum, quòd fott. quia fuit facta in tẽpore: sic creatora prius ooo fuit, & postea fuit duratione. Sed secundũ prætaxatum modum, creatura prius non fuit, quàm fuerit, non duratiooe, sed oatura. si ergo mundus potuit esse ab æterno, dicemus Aoguit. diffinisse creatutã solum secundum, quòd fuit. quia dicit, quòd creatura aliquãdo non fuit, qđ ooo esset dicete: si ab æterno fuisset. dicetur ergo, quòd id, quod dicit August. de creatura, nõ est propriè diffinitio, sed est quædã notificatio, vel descriptio creationis, non quocunqoe modo sumptæ, sed secũdum, quòd fuit, & habuit esse.

Epilogus ad reuli.

Concludamus ergo, & dicamus, ꝙ rationes factæ, ꝙ mundus non potuerit esse aò æterno: videntur oobis esse solubiles, & non esse demonstrationes: tamẽ. vt supra tangebamus, qoia multa sunt vera, quæ demonstrari non possuot, & multa sunt demonstrabilia, ad quæ nondum inuentæ sunt demonstrationes; ideo nõ tenemus, ꝙ mondus potuerit esse ab æterno: nec ꝙ noo possit demonstrari, sed ꝙ rationes ad hoc factæ non videntur nobis esse demonstrationes. Si ergo in hac quæstioone aliquando visi fumus dicere, ꝙ mundus potuit esse ab ęterno: non tanquã hoc asserentes diximus, sed gratia disputationis hoc asumebamus, vt posemos ostẽdere rõnes contra hoc factas non concludere. Certum est tamen, ꝙ Deus potoit facere mundum ab æteroo. quia ab ęterno potentiam habuit, & non accepit eam in tempore, vt muodum faceret.

Deꝰ potuit mundũ ab æterno facere.

ARTIC. III.

An illud de præteritis, sed occultis vaticiniũ: In principio creauit Deus cœlum, & terram; rectè exponatur.

Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 46. art. 3. Item 2. senten. d. 1. q. 1. art. 6. Et quol. 5. q. 1. ar. 1. Et Opusc. 9. q. 1co. Guill. Alust. 1. sent. q. & tract. 7. Nic. Lyr. & Gloss. Ord. Ric. d. 1. in fine super litteram.

ULTIMO quæritur de expositione illius verbi: In principio creaoit Deus cœlum, & terrã. Et videtur, ꝙ inconuenienter exponator, ꝙ io principio. i. in filio pater creauit cœlum, & terram. Nam principium totius deitatis est pater. quia secũdum Dio. 2. de di. no. pater est fontana deitatis: principium ergo nõ debet appropriari filio, sed patri.

Principium totius deitatis Pater: & principium nõ de principio. Principium de principio Filius. Principium à principio Sp. Sanctus.

Præterea, si dicimos, qòd pater est principium non de principio: filius principium de principio, & spiritus sooctos principiom à principio, videtor, ꝙ iy in principio debeat exponi de spiritu sancto. nam secuodum Augnst. illoct Apostoli: Ex ipso, & p ipsum, & in ipso suot omnia: noo est confuse accipieodum. nam omnia sunt ex ipso. i. ex parte: omnia per ipsum. i. per filiũ: omnia in ipso. i. in spiritu sancto: ergo qood dicitur: In principio fecit Deus, debet exponi de spiritu sancto.

Præterea videtur, qòd inconuenienter exponatur: Io principio. i. in pripcipio temporis. nam tempus non fuit ante morum firmamenti: mundus autem factus fort ante firmamentum: cum firmantũ factũ fuerit secunda die: ergo &c.

Præterea, tempus dicitur esse cœuum cœlo: ponunt. n. ista quatuor cœua: Natura angelica, Cœlom, Tẽpus, & Materia informis. Sed tempos non fuit factum in principio temporis, quia tunc fuisset tempos in indiuisibili. nam cum factum est, aliquid est. Si ergo tempos in instãti factum fuit, in instanti fuit, quod est inconueniẽs.

Libr. 6. de Trin. c. 10. Tom. 3.

Præterea videtur, qòd inconueoieoter exponatur: In principio fecit Deus cœlom, & terram. i. ante omoia. nam primum rerum creatarum est esse, vt dicit propositio quarta de caosis. nõ ergo cœlum, & terra sunt creata ante omnia.

Eccl. 18.

Præterea dicitur: Qui viuit io æternum, creaoit omnia simul. noo ergo ante omnia fuerunt creata cœlũ, & terra, sed simol fuerũt creata oĩa.

Præterea Cœlũ, & Aogelus dicuntur cœua. non ergo cœlũ, & terra fuerunt creata sote oĩa.

RESO-

RESOLVTIO.

Deus in principio.i.in filio: vel in exordio operandi ante omnia: vel in temporis initio, creauit Cęlum, & terram. i. vniuersam creaturam: vel corporalẽ tantum: vel materiã omnis creaturę, vel corporalis tantum.

Tom.1. RESPONDEO dicendum, quòd August. dat quinque expositiones in 12. Confess. quo in principio fecit Deus cęlum, & terrã. ex quibus possumus habere quincuplicem expositionem.

Primo, vt per cęlum, & terrã intelligatur vniuersa creatura, vt.s. per cęlum intelligatur creatura intelligibilis: per terram, sensibilis. Erit ergo sensus: in principio. i. In filio, siue in verbo sibi coęterno: fecit Deus cœlum, & terram. i. intelligibilem, & sensibilem, vel spiritoalem, & corporalem creaturam.

Secundo modo possumus intelligere solum creaturã corporalem, quæ diuiditur in cœlum, & terram. i. in id, quod non patitor peregrinas impressiones, cuinsmodi est cęlum: & in id, quod patitur peregrinas impressiones: cuiusmodi est sphæra actiuorum, & passiuorom, qoæ significator oomine terræ. Erit ergo secunda expositio, vt Augustinus dicit, quòd In principio. i. in verbo sibi coęterno, fecit Deus cœlum, & terrã. i. vniuersam hanc molem mundi corporei.

Tertio modo per cœlum, & terram potest intelligi materia omnis creaturæ, vt dicamus materiam, omne illod, ex quo fit aliquid, vt si Deus crearet uũc aliquod corpus: faceret ipsom ex materia, & forma: non ex materia præiacente, sed concreata. & si Deus crearet aliquam substantiã spiritualem, faceret ipsam ex natura, & esse: ita, quòd natura esset quasi quid materiale, & quid perfectibile per esse. sic ergo loquendo de materia: pro omni, quod substernitur perfectioni: omnia sunt creata ex aliquo materiali, & formali. Secundum hoc ergo erit tertia expositio, quã sangit Augustinus: In principio fecit Deos cęlũ, & terram. i. informem materiam creaturæ spiritualis, & corporalis: qoæ iotelliguntur nomine cœli, & terrę: sic ergo per materiam intelligemus ipsam naturam, quæ de se informis est, & formabilis est per esse. primo ergo fuerunt facta cœlũ, & terra. i. natura corporalis, & spiritualis.

Quarto modo per cęlum, & terram possumos iotelligere materiam solius corporalis creaturæ, & secundum hoc est quarta expositio, quam taogit Augustinus, vt sit sensus: In principio. i. in verbo sibi coęterno: fecit Deus cœlum, & terram. i. informem materiam creaturæ corporalis: vnde facta sunt cœlum, & terra.

Quioro modo exponitor, vt per principiom intelligator exordiom operandi: vt sit seosus: In principio. i. in exordio faciendi, vel operandi: fecit Deus cœlum, & terram: per exordium autem operandi possumus intelligere, vel initium temporis, vel ante omnia.

A Principiom ergo, in quo fecit Deus cœlum, & terram: tripliciter potest sumi: Vel pro ipso verbo coęterno: Vel pro exordio operandi ante omnia. i. vel pro initio temporis. Multis modis ergo exponitur dicta auctoritas: secondum, quòd per cœlum, & terram possumos aliud, & aliud intelligere. dedimus. o. quantum ad hoc triplicem expositionem, quam tangit August. 1. super Gen. Tom 1. ad litteram circa principium dicens: In principio fecit Deus cœlum, & terram. vtrum in principio téporis, an quia primò omniũ facta sunt: an in prineipio, quod est verbũ Dei vnigenitus filius. q.d. quòd per principium, in qoo fecit Deus cœlum, & terram, tria intelligi possunt, vel hoc tripliciter exponi potest.

Quantum autem ad hanc triplicem expositionem de principio eliditur triplex error, videlicet B Maoichęorum ponentium plura principia retũ: Peripateticorum ponentium mundum ab ęterno: Auic. & quorundam aliorum Philosophorũ ponentium creaturam corporalem creatam, mediãte spiritnali. Exponendo enim per principiũ, filiom, siue verbum: eliditur error Manichęorũ, quia non in pluribus principijs, sed in vno principio, vt in ipso Verbo Deo coęterno (quod verbum cum Patre, & Spiritu sancto est vnum principiom creaturæ) facta sunt cœlum, & terra. i. vniuersa creatura corporalis, & spiritualis. Exponẽdo autem per principium initium temporis: destruitur error Arist. & Peripateticorum sequentium ipsum. nam non ab ęterno: sed in principio temporis Deus fecit cœlum, & terram. Exponendo vero per principium exordiom faciendi. i. ante omnia: destruitur error Auicen. quia creatura C corporalis non mediante spirituali, sed cœlum, & terra. i. ambo simul tam creatura spiritualis, quàm corporalis: non vna mediante alia, sed ambo immediatè, & ante omnia: exiuerunt à Deo per creationem.

Manichęorum error, & Philosophorum.

Arist. error confutatur.

Auicennæ error destruitur.

RASP. AD ARG. Ad primum dicendũ, ꝙ Deus est principium effectiuum, & est exẽplar, & finis omnium. Et licèt hæc sint essentialia, & communia toti Trinitati: ratio tamen huius, vel illius põt appropriari huic personæ, vel illi: Vt: ratio principij effectini potest appropriari patri. Ratio principij exemplaris, vt commoniter ponit, filio: Ratio principij finalis spiritui sancto: In principio ergo. i. in filio, cui appropriatur ratio principij exemplaris: fecit Deus cęlũ, & terrã.

Ad secuodum dicendum, quòd esse sicut in saluare: appropriatur spiritui sancto, cui appropriator bouitas: Esse, sicut in efficiente: potest appropriari patri. Sed esse sicut in arte: põt appropriari filio, qui est ars omnipotentis Dei: vt dicitur 6. de Triui. Deus ergo pater in principio. i. in filio, in quo sunt omnia tanquam artificiata io arte, fecit cœlum, & terram. Tom. 1. ca. vltimo.

Ad tertium dicendum, quòd teoeodo illam opinionem, quòd omnia sint creata simul; tunc exponitur: In priocipio. i. in principio temporis fecit Deus cęlom, & terram. i. vniuersam creaturam: noo in principio temporis, tãquam in mensura ote,

surante, quia nunc temporis non est mensura creationis cuiuslibet creaturæ, sed omnia facta sunt secundum hunc modum in initio temporis: saltem tanquàm in coassistente. quia huiusmodi initium temporis fuit coæuum creationi rerum. Si vero non omnia facta fuerunt simul: & cælum, in cuius motu fundatur tempus, fuit factum secunda die; dicemus, quòd aliqua vicissitudo, & aliquis motus incæpit esse à principio mundi: in initio ergo temporis, quod erat mensura illius motus, fuit facta creatio rerum.

Ad quartum dicendum, quòd aliter incipiũt esse permanentia, aliter successiua. nam permanentia tunc incipiunt esse: cum tota sunt. vt tũc incipit esse domus, quãdo completa est domus. successiua vero cum tota sunt, vel cum completa sunt, nihil sunt, iuxta illud Augustini in lib. xi. Confes. Tomo 1. c. 4. Tunc omnes nostri anni erũt cum nulli erunt, & sicut successiua cũ tota sunt, nihil sunt: sic cum incipiunt, nondum sunt. motus ergo incipit in instanti, sed in illo iostãti nihil est de motu: sic & tempus potest dici incipere in instanti, sed in illo instanti nihil est de tempore, sed post illud instans. Tempus ergo fuit coæuum cælo: non quia fuisset in instanti tempus, sed quia fuit principium temporis. In illo enim instãti, in quo incæpit esse cælum: dicitur incæpisse tempus. quia fuit illud instans principium temporis.

Esse quomodo primo creatũ. Ad quintum dicendum, quòd cum dicunt, primò esse creata cælum, & terram: intelligitur de rebus creatis per se existentibus. sed cum dicitur primum rerum creatarum est esse: non intelligitur de rebus per se existentibus, vel realiter differentibus: nec intelligitur huiusmodi primitas secundum ordinem realem, sed secũdum ordinem acceptionis intellectus. vt si idem est esse, & viuere: intelligitur tamen, quòd illud idem sit prius, vt est esse, quàm, vt est viuere. hoc modo generalia sunt prius producta, quàm specialia, lib. 1. c. 17. & hoc modo loquitur Commen. in Meta: quòd materia prius recipit formas magis vniuersales, & postea minus vniuersales. & quia nihil est communius ente: ideo primum rerum creatarum est esse. quia non est aliquid creatũ latius.

Ad sextum dicendum, quòd per cælũ, & terram intelligitur informis materia: vnde facta sunt cælum, & terra, vt patuit per Augustin. 12. Tomo 1. Confess. vel ergo omnia creata fuerunt simul in proprijs formis, vel prius fuit facta tempore materia informis cæli, & terræ, vnde facta fuerunt cælum, & terra. cælum ergo, & terra. i. materia informis, vnde facta fuerunt cælum, & terra, vel tempore secundum eos, qui non ponunt omnia creata simul, vel saltem origine fuit creata ante omnia. quia semper informe secundum Augusti. in pluribus locis tam in li. Confess. quàm super Gen. ad literam; origine præcedit formatum.

Ad septimum dicendum, quòd secundũ varias expositiones, oportet vario modo intelligere cælum, & terram. nam si velimus intelligere ante omnia. i. ante omnia corporalia: sic in principio. i. ante omnia facta sunt cælum, & terra. i. materia informis cæli, & terræ: quæ saltem origine præcessit hæc corpora formata. Si vero ante omnia vellemus intelligere omnia creata: sic per cælum, & terrã intelligetur natura spiritualis, & corporalis. nam in hęc duo diuiditur totum ens creatum. iõ hæc duo dicunt ante omnia creata.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram dubitat: primo quomodo Plato posuerit tria principia: videlicet Deum: Exemplar, & Materiã. Et quo modo ista posuerit increata, & sine principio, & quomodo posuerit Deum Artificem, non Creatorem.

Idea Platonis. Dicendum, quòd Plato posuit ideas rerum, desetuientes ad scientiam, & ad generationem, vt declarari habet in 7. Meta. Ab illis autẽ ideis Tex. c. 28. & 31. deriuabantur species in intelligentijs in animabus, & in materia: prout ergo illæ ideę causabant species in intelligentijs, & in animabus, sic desetuiebant Platoni ad scitiam. quia hoc modo dicebat Plato esse scientiam rerum: prout illæ ideę causabant similitudines in intelligentijs, & in animabus: prout autem hęc fiebãt in materia: deseruiebant illę ideę Platoni ad generationem. nam hoc modo secundũ Platonem fiebat generatio rerum, prout à formis separatis fiebãt formæ in materia. Sed si sic intellexisset Plato; sicut eũ excusat Augustinus 83. q. quæstione de ideis, Tomo 4. vbi dicit, q̃ ideas Plato primus appellasse perhibetur, & vbi alt, quòd has ideas; siue has rationes, non arbitrandum est, esse; nisi in ipsa mente creatoris, quòd si sic intellexisset Plato non posuisset tria principia, vt imponit ei Magister. nam tunc Exẽplar. i. idea, & Deus nõ essent duo principia: si enim idea esset in ipsa mente Dei; esset idẽ, quod Deus. sed Plato posuit istas ideas, & ista exemplaria rerum per se existentia, & non posuit ea in mente Dei: propter quod faciebant aliud principium à Deo. Erant ergo tria principia secũdum ipsum: Deus, & Exemplaria illa separata, siue Ideę, & Materia, quam posuit ingeniram, & ęternam. Deum autem dixit artificem, quia nihil dixit ipsum producere, nisi ex materia præiacente.

Plato quam posuerit Ideas. & quę nam principia.

Dub. II. Litteralis.

Vlterius autem dubitaret aliquis quomodo Deus in agendo non mouetur nec laborat: nos autem laboramus, & mouemur; Dicendum, q̃ ex alio, & alio dicitur agens in agendo laborare, & moueri. nam tunc agenti in agendo accidit labor, & lassitudo: quando agit, mediante virtute organica. Sed tunc agens agit motum, vel per se, vt si sit corpus: vel per accidens, si sit virtus in corpore: vel ab intra, vt si mouet propter finem alium: sicut mouent intelligentię, quę in mõdo mouentur ab intra. i. in appetitu interiori desiderando alium finem à seipsis. Hoc ergo modo agere

Agẽs in agendo quo modo moueatur.

agere aliquo modo motum: competit omnibus agentibus organicè. omne enim agens organicè agit aliquo modo, vt motum, vel per ſe, vel per accideus, vel ab intra. Nos ergo in agendo, & laboramus. quia agimus mediante virtute in corpore, & mouemur quia agimus, vt organum ſuperioris agentis. Intelligentiæ vero cum agũt nõ laſſantur. quia non agunt per virtutem in corpore. ſunt enim formæ à corpore ſeparatæ: tamen aliquo modo agunt motæ, & aliquo modo non mnię: non enim agunt motę ſicut mouẽtor corpora, vel ea, quę ſunt perfectiones corporũ. monentur tamen, quia diſſinituntur loco. nam cum ſunt in cœlo, nõ ſunt in terra: Ideo pnſſunt nñc eſſe in cęlo: nunc in terra. mouentur etiam ab intra ſecundum appetitum interiorẽ, quia mouentur propter finem alium à ſeipſis. Deus autem, cuius virtus non eſt virtus in corpore: qui non diſſinitur loco: qui non agit, vt organũ alicuius: in agendo nec laborat, nec mouetur.

Intelligentiæ quo modo agunt.

Angeli quo diſſinitur loco.

Deus nec laborat nec mouetur.

Dub. III. Litteralis.

Vlterius autem fortè dubitaret aliqnis: quomodo ſicut ex ſole, vel ex calore eius multa fiũt ſine mutatione ſnis: ſic Deus agit ſine mutatione eius: videtur enim hoc falſum. quia Sol per motum, quem habet in obliquo circulo: cauſat generationem, & corruptionem in iſtis inferioribus, vt declarari habet in fine de Generatione. Dicendũ, q̃ non oportet ſimile eſſe ſimile p̃ omnẽ modũ. In hoc enim eſt ſimile. qa ſicut Sol, ſic oe cælũ mouet aliquo motu, qno motn nõ mouetur: licet moueat alio motn: ſic Deus mouet nõ motns: nec illo motu, nec alio motu: ſed mouet non motus ſecũdum quemcunque motum. cœlum enim eſt primum alterans inalteratum: ſed non eſt primum mouens immobile. monet enim motu alterationis iſta inferiora: qno motu non mouetur ipſum, licèt moueatur motu alio, vt motu locali. Deus autem eſt primum mouens immobile, quia monet nullo modo motus: propter quod ſignanter videtur loqni Magiſter cum ait: Ex calore Snlis aliqua fieri contingit, nulla mutatione facta, vel in ipſo Sole, vel in calore eius. nam Solem mutari quantum ad calorem. i. quantum ad qualitatem illam actiuam, ſecundum quam calefacit, quæ non eſt calor formaliter, ſed effectiuè: eſſet ſnlem alterari. & quia Sol alteratur, non alteratns, dicitur mouere nõ motus: non, quòd moueat nullo modo motus, ſed quia non mouet hoc modo motus.

Lib. 2. c. 56.

Dub. IIII. Litteralis.

Vlterios fortè dubitaret aliquis quomodo Ariſtot. poſuit duo principia: Materiam, & Formam. videtur enim hoc falſum. nam ipſe poſuit aliud principium, quàm materiam, & formam: quia poſuit priuationem, vt patet ex primo Phyſicorum. Item poſuit aliud principiũ, quàm efficiens, qnia poſuit cauſam finalem. poſuit ergo qninque principia, materiam, formam, priuationem, efficiens, ſiue operatiuum, & finem.

Dub. V. Litteralis.

Vlterius videtur, qnòd non poſuerit niſi duo principia: nam ſecuodnm ipſum efficiẽs: forma, & finis: incidunt in idem: ſola autem materia ſecundnm eum non coincindit cũ alijs cauſis: poſuit ergo duo principia: Materiam, & principiũ alind: in quo poſſunt incidere omnes caoſæ; Dicendom, qnòd prinatio dimittenda eſt. quia non eſt principinm per ſe, ſed per accidens: forma, qnę incidit ſimul cum efficiente eſt forma exemplaris: non forma, qoę inducitur in materia, qoę eſt efficientis effectus: efficiens, & forma exemplaris, & finis facient vnum principiũ primnm. nam Deus in hoc triplici genere cauſę eſt cauſa omnium. Materia autem, & forma facient duo principia intrinſeca rei, qnę non incidunt in idem. quia nec materia eſt forma: nec econoerſo. Poſuit ergo Philoſophos tria principia: Materiam, & Formam tanquàm partes rei, & Deum, qui vnus, & idem ſimplex exiſtens: eſt efficiens, & finis. quia mouet, vt deſideratum, & amatum, & forma exemplaris omniũ, & in hoc non peccauit Philoſohus, ſed quia poſuit omnia iſta ęterna, & de neceſſitate ęterna: peccauit. quia non eſt niſi vnum, quod eſt neceſſe eſſe. ſ. Deus tantum. patet ergo, quomodo ſit intelligenda poſitio Philoſophi.

Lib. 2 Phyſ. t.c. 70.

DIST. I. PARS II.

REDAMVS igitur rerũ. Poſtquàm Magiſter egit de exitu creaturarũ à Deo, ſicnt à principio: hic, vt dicebatur agit de ordine earũ in Deum tanquàm in vltimom finem. Circa, quod duo facit. quia primo ait, quòd bonitas Creatoris eſt cauſa finalis creaturarũ omniũ: cuius bonitatis vult Deus facere participes creaturas ſuas, qd nõ neceſſitate, ſed libera voluntate fecit. Scdo ex his q̃ dixerat: agit de inſtitutione, & ordine creaturarum, & ſpecialiter de inſtitutione, & ordine rationalis creaturę: ibi: [*Quis non valet.*] Circa, quod duo facit, qnia primo determinat de rationalis creaturæ inſtitutione. Secundo de eius ordine in finem, vel de eius fine: ibi: [*Ideoq, ſi quæratur.*] Dicit ergo, q̃ ſupple, ideo ſnit inſtituta creatura rationalis, quia beatitudinis diuinæ non eſt particeps, niſi creatura rationalis. iden fecit creaturam rationalem, quam hoc modo diſtinxit, vt pars remaneret in ſua putitate: nõ vnita corpori, vt natnra angelica: pars autem corpori vniretur, vt animæ humanæ. Quomodo autẽ nun eſt particeps beatitudinis, niſi crextura rationalis, & quomodo Angeli ſunt rationales: in quę ſtionibus litteralibus apparebit: Deinde cum dicit: [*Ideoq, ſi quæratur,*] determinat de ordine in finam,

in finem, siue de fine rationalis creaturæ. Circa quod duo facit, quia primo determinat de huiusmodi ordine in finem: siue de huiusmodi fine generaliter tam hominis, quàm Angeli. Secũdo determinat hoc de homine specialiter, ibi: [*Et sicut factus est homo.*] Circa primum tria facit: secundum ꝙ triplicem causam finalem assignat, quare facta sit rationalis creatura, vt quare factus sit homo, vel Angelus. Vna ast ex parte agẽtis, vt ideo facta sunt hęc propter bonitatem Dei. Alia est ex parte operis, vt ideo facta sunt hæc, vt Deum laudent, Deo seruiant, Deo fruantur, & in hoc fiat eorum profectus, & vtilitas. Tertia est ex parte vtriusque: vt ideo facta sunt hæc propter Dei bonitatem, & eorum vtilitatem. hanc autẽ triplicem causam assignat: licèt aliquid de vna tangat in alia. Secunda pars incipit ibi: [*Et si quæritur.*] Tertia ibi: [*Cum ergo quæritur.*] littera autem patet.

Deinde cum dicit: [*Et sicut factus est homo.*] assignat causam finalẽ rationalis creaturę, quãtum ad homiuem specialiter, vt, quare factus sit homo. Circa quod tria facit: secundum quòd triplicem huiusmodi causam assignat. uam primo assignat huiusmodi cãm: prout homo comparatur ad ipsum vniuersum, & ad ipsum mundum. Secundo prout comparatur ad angelos. Tertio prout comparatur ad suas partes. Secũda ibi: [*De homine quoque.*] Tertia ibi: [*Solet etiam quæri.*] In prima ergo parte prout homo comparatur ad vniuersum, siue ad mũdum: assignat causam, quare factus sit mundus, vt. s. seruiret homini, & quare factus est homo, vt seruiretur et à mundo: omnia ergo facta sunt propter vtilitatem hominis, & omnia sunt nostra, vt patet in littera. Deinde cum dicit: [*De homine quoque,*] assignat causam quare factus sit homo, vt comparatur ad angelos dicens, quòd homo factus est propter reparationem ruinę angelicę: nõ ꝙ ista sit tota causa, sed quia inter alias causas ruinę angelicę reparatio est quędam causa.

Deinde cum dicit: [*Solet etiam quæri,*] assignat causam, quare factus sit homo prout comparatur ad suas partes, vt quare factus sit homo ex talibus partibus, vt ex anima vnita corpori. Videtur, quòd tria facit. ꝙa primo assignat causam huiusmodi ex Dei voluntate. quia Deus ita voluit. Secundo ex nostra instructione, vt instrueremur, nos posse vniti creatori per gratiã: ex quo tam excellens creatura, vt anima rationalis vnita est corpori per naturam. Tertio, quia in hoc viderut animæ rationalis depressio, quòd vnita est corpori, & assignat, quæ sit huius depressionis recompensatio. Secunda ibi: [*Secundo autẽ potest dici.*] Tertia ibi: [*Quia ergo pro exemplo.*] Circa quod tria facit. Primo assignat huius depressionis recompensationem. uam hęc recompensatio huius depressionis, quòd anima vnita est corpori: erit glorificatio corporis. Secũdo resumit distinctionem rationalis creaturæ. quta diuisa est in duo: videlicet in angelos, quorũ locus est cœlum: & in animas rationales coniunctas corporibus, quorum corporum habitatio est in terra. Tertio ex huiusmodi & diuersitate, & distinctione data: dat ordinem tractandi in hoc Secundo libro. quia primo tractabitur de creatura pure spirituali, vt de angelis: postea de creaturis alijs. Secunda ibi: [*Sic ergo conditor.*] Tertia ibi: [*Ex præmissis apparet.*] Littera autem per se patet.

QVÆST. I.

De causa rerum finali.

QVONTAM Magister in præsenti lectione, agit præcipuè de causa finali rerum, & de creatura rationali: ideo de his duobus dubitabimus. Circa finalem autem causam rerum quæremus quatuor. Primo vtrum agentia naturalia agant propter finem. Secundo vtrũ Deus agat propter finem. Tertio vtrum Deus sit finis omnium. Quarto quomodo omnia sunt facta propter hominem, & quomodo est finis omnium.

ARTIC. I.

An agentia naturalia agant propter finem. Conclusio est affirmatiua.

Alex. de Alesi part. 2. q. 4. ar. 3. D. Th. lib. 3. contra Gent. c. 1. 2. Iand. lib. 2. Phys. q. 13. Tataretus 2. lib. Phys. & vide Doct. Philos. cum hæc materia sit Physicalis.

AD primum sic proceditur: Videtur, quòd agentia naturalia nõ agant propter finem. Nam illa agentia, in quorum actionibus inueniuntur multa monstra, & multa peccata, non agunt propter finem, sed agentia naturalia sunt huiusmodi, vt patet in generatione animalium, & plantarũ: vt, nascitur equus, vel bos cum pluribus mẽbris, quàm debeat, vel cũ paucioribus: ergo, &c.

Præterea, vbi multa contingunt per accidens: illa non videntur agere propter finem, quia hoc est esse per accidens, esse præter finem, & præter intentionem. sed in actionibus agentium naturalium multa sunt per accidẽs, quia multa sunt ibi casualia: ergo, &c.

Præterea, quæ agunt sine deliberatione: non videtur agere propter finem, quia agere propter finem, est apprehendere finem, & secundum fiuẽ apprehensum deliberare, quomodo possit illum finem consequi: sed agentia naturalia nõ deliberant, & sine deliberatione aguot: nõ videtur ergo, ꝙ agant propter finem.

Præterea vbi multa contingunt ex necessitate materiæ:

materiæ: illa non agunt propter finem, quia quæ ex necessitate materiæ contingunt: nō fiunt propter finem. sed in naturalibus multa contingunt ex necessitate materię: ergo, &c.

Text. 23. *In contrarium est*, quod habetur in secundo Meta. vbi dicitur, quòd nullum agens incipit actionem quamcunque: nisi intendendo finem. cum ergo agentia naturalia agunt: oportet, ꝙ intendant finem. nam si non intenderēt finem, non solum non agerent, sed etiam non inciperent agere.

Text. 23. com. 2. Præterea, vt habetur secundo Physic. Finis est causa omnium aliarum causarum. nam vt dicitur in 2. Meta. *Finis est, cuius esse nō est propter aliud: sed esse aliorum est propter illud.* Si ergo omnia alia, & omnes aliæ causæ sunt propter finem: qui tollit finem, tollit omnem causam.

RESOLVTIO.

Agentia naturalia agunt propter finem, cū sint causa per se, non per accidens: vt patet, ratione causæ in se, actionis, effectus: & per comparationem ad alias causas.

Respondeo dicendum, quòd causa aliqua quantum ad præsens spectat quadrupliciter potest inuestigari. Primo secundum se. Secūdo ratione actionis, qua agit. Tertio ratione effectus, quem per huiusmodi actionem producit. Quarto, & vltimo prout comparatur ad causas alias. His autem quatuor vijs inuestigat Philosophus agentia naturalia agere propter finem.

Prima via sumitur ex parte ipsarum causarum secundū se. nam quædam sunt causę per se: quædā sunt causæ per accidens. illud enim habet causam per se, quod est intentum à causa: illud autē fit per accidens, quod fit præter intentionē causæ. omnis ergo causa per se agit propter finem: quia ex quo hoc est esse causam per se, determinare intendere aliquid: & nihil determinate intēdit aliquid, quod non agit propter finem: oportet, quòd omnis causa per se agat propter finem. Et ideo dictum est, quòd causa per accidens est infinita: quia quod euenit per accidens, euenit præter intentionem, & indeterminate. Si ergo ex ipsis causis volumus videre vtrum agentia naturalia agant propter finem: videndum est vtrum sint causæ per se, vel vtrum sint causæ per accidēs solum. constat autē, quòd sunt causæ per se: quia ea, quæ fiunt naturaliter, fiunt, vt semper: vel, vt frequenter. si enim agētia naturalia essent solum causę per accidens: ea, ꝙ fiunt naturaliter, fierent raro: qd falsum est, cū hant: vel, vt sem p, vel vt frequenter. Hæc est ergo vna ratio, ꝙ tangitur in 2. Physi. cōtra antiquos naturales Philosophos: tollentes causam finalem ab agentibus naturalibus. probatur enim ibi: quod agentia naturalia agunt propter finem, quia quæ fiunt hoc modo: fiunt, vel vt semper, vel vt frequenter.

Causam finalem antiqui negauerunt.

2. com 75. & infra.

Secunda via ad inuestigādum hoc idē sumitur ex parte ipsius actionis. nam quod iudicare possimus actionem aliquam esse talem, qualis debet esse, & ꝙ res sic fiant secundum, ꝙ debent fieri: hoc est ex parte ipsius finis. imaginabimur quidem: quòd sicut sagitta per motum suum tendit in signum tāquam in finem: sic agens per actionem suam tendit in aliquid, quod intendit tanquam finem; sicut ergo si non esset signum: nullus posset cognoscere, vtrum aliquis bene, vel nō bene sagittaret: sic si non esset finis: nullus posset cognoscere vtrum aliquod agens bene, vel nō bene ageret. Dicemus enim, quòd finis est regula omnium agibilium. sicut ergo per regulā cognoscitur vtrū aliquid sit rectū, vel nō rectū: sic ꝙ finē scitur vtrū aliquid sit rectè, vel nō recte factū. est enim finis illud, ꝓpter quod agitur quicquid agitur. Ex hoc ergo sumitur secunda via Philosophi in 2. Physi. quod natura agat propter finem: quia res naturaliter factæ sic fiunt, & sic agnntur secundum, quòd sunt aptę natę agi: quòd sagitta sic vadat secundū, ꝙ ire debet: hoc est, quia vadit in signū. quòd ergo res naturales sic fiant secundum, quòd sunt aptę natę fieri: hoc est, quia tendunt in debitum finem. Dicemus ergo, quòd non fit quodlibet ex quolibet: sed quodlibet fit sicut aptum natum est fieri: vt ex semine olinę fit oliua: & ex semine alio aliud. Virtus ergo, quę est in semine oliuæ aliquid determinatè intendit: quia si non intēderet aliquid determinate: esset indifferens ad agendum: vel non magis ageret vnum, quàm aliud: eo ergo ipso quod non fit quodlibet ex quolibet: sed quodlibet fit ex determinatis principijs: & secūdum, quòd est aptum natum fieri, sufficienter ostenditur, quòd agentia naturalia intendunt determinatum aliquid, & ꝙ agant propter determinatum finem.

2. com. 49.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte effectuū, qui per talia agētia aguntur: vel per actionē talium agentium: vt patet in quibusdam animalibus: quæ sic ordinatè agunt, & sic ordinatè faciunt effectus, vt araneę faciunt telam: & hirundines nidos. Inde est, ꝙ aliqui dubitauerūt, vtrū ex aliqua arte operarēntur. sed certum est, ꝙ non operantur, nisi ex naturali instinctu. nunquam enim aranea docet filium suum facere telam, nec hirūdo nidum: & quia ex naturali instinctu hoc faciunt: cum taliter agere sit propter finem: consequens est, ꝙ hoc agant propter finē: immo non solum in animalibus, vbi forsitan dubitaretur, vtrum tales actiones sint a natura; sed etiam in ipsis plantis, & in alijs videmus aliqua esse propter finem. nam non solum araneę faciunt telam propter aliquem finem, vt propter habendum victum ex captione muscarum: & hirundines faciunt nidum propter aliquem finem, vt propter salutem filiorum, sed etiā plantę faciunt aliquid ꝓpter finem, vt facinnt folia propter custodiā fructuum. In alijs etiam rebus naturalibus videmus aliqua fieri ꝓpter finem, quæ omnia manifesta sunt ex 2. Physicorum.

Aranearum tela, & hirundinū nidi.

Plantæ faciunt folia propter fructuū custodiam.

Posset etiam huic rationi sumptæ ex parte effectuum addi ratio de forma inducta ab agēte naturali

turali, nam agens naturale intendit assimilare sibi passum. ergo intendit, sicut possibile est, formam suam, vel perfectionem aliquam, quam habet formaliter, vel virtualiter inducere in materia. omne ergo tale agens agit propter finem, quia agit propter huiusmodi formam, vel perfectionem inducendam.

Quarta ratio ad hoc idem potest sumi comparando causas naturales ad alias causas, vt comparando agens per naturam ad agens per artem, nã ea, quę fiunt per naturam, sic fiunt, ac si fierent p artem: ideo dicitur in secundo Physicorum, q si domus esset eorum, quæ natura fiunt, sic vtique facta esset, sicut nunc est ab arte. Si ergo nauis facta esset in ligno, & fieret nauis per naturam, vel à natura: sic vtique fieret, sicut fit ab arte: cõsequens ergo est (ex quo actio naturæ sic assimilatur artι, quòd tota natura dirigatur ab aliquo agente per artem, & per intellectum; & quia agens per artem, & per intellectum agit intendendo finem) quòd ipsa agentia per naturam agant propter finem. Hæ autem quatuor, vel quinque rationes, quas tangit Philosophus in secundo Physicorum contra negantes, naturam agere propter finem: sic possunt reduci, vt dicamus, quòd naturam agere propter finem ex duobus inuestigare possumus; videlicet ex modo agẽdi naturæ, & ex actione, siue ex effectu eius. nam prima ratio sumpta ex eo, quòd quæ fiunt natura, fiunt sicut semper: vel sicut frequenter, & etiã ratio secunda, quod ea, quæ fiunt natura, sic fiũt, sicut sunt apta nata fieri; & hæc est ratio vltima, quòd ea, quæ fiunt natura, sic fiunt, ac si fierent ab arte: arguunt naturam agere propter finem ex modo agẽdi eius. ratio autem illa, quòd natura agat propter finem (quia agit propter formam) & quòd natura agit propter finẽ. quia animalia aliqua ex instinctu naturæ, & etiã ipsæ plantæ faciunt aliqua propter finem: ostendunt hoc idem ex ipsa actione, & ex effectu naturæ, vel ex ipsa reacta. Dionysius autem in 4. de di.no. omnia agere propter finem, quæcunque sint illa: aliter ostendit; videlicet ex modo agendi, & ex reacta dicens, quòd si existẽtia pulchrũ, & bonum desiderant: omnia quæcunque faciũt propter hoc, quod videtur bonum, faciunt. q. d. quia omnia existentia desiderant pulchrum, & bonum: ideo omnia quæcunque faciunt. i. omnia agentia faciunt, siue agunt propter id, quod videtur bonum. i. propter finem, qui est de necessitate, vel est quid bonum, vel apparens bonum. Agentia ergo omnia agere propter finem: probat Dio. ex pulchro, & bono. quia omnia appetunt pulchrum, & bonum: ideo omnia agũt propter id, quod appetunt, & per consequens omnia agũt propter finem: Pulchrum ergo potest referri ad modum agendi: siue ad circunstãtias debitas: sicut ergo homo dicitur pulcher: quando habet omnia mẽbra debita, vt quia habet nasum sicut habere debet, & oculos, & alia: sic dicitur actio pulchra, quando habet omnes circumstantias debitas. vt quia fit sicut est apta

v. eo. 78. 86.

Bonum, & pulchrũ appetuntur ab omnibus.

Pulcher qs. Pulchra actio quæ.

A nata fieri. pulchritudo ergo potest referri ad modum agendi: bonum autem ad rem factam. & qa omnia desiderant pulchrum, & bonum: ex modo agendi rerum, & ex rebus actis concludi potest secundum Dio. omnia agentia, siue sint naturalia, siue alia, agere propter finem. Commu- Bonum, & pulchrũ idem. nitet enim, loquendo, vt Dio. loquitur, Omne pulchrum est bonum, & omne bonum pulchrũ. nam, vt dicitur 4. de di.no. Pulchri causa cuncta fiunt, propter quod, vt subditur, idem est bono pulchrum: quoniam pulchrum, & bonum cuncta desiderãt. bonum ergo est idem pulchro, per quandam adaptionem. in factione enim rerum, pulchritudo potest referri ad modum fiendi: bonitas ad rem factam, vel ad rem existentem. quia, inquantum est, bona est.

B RESPONDEO. Ad primũ ergo dicendũ, q argm arguit oppositum, non ppositũ. nã nisi natura ageret propter finẽ, nullum esset peccatum: nullum esset monstrum. nisi enim aptior esset manus ad operandum cum quinque digitis, quàm cum pluribus, vel cum paucioribus: non esset peccatum in actione naturæ: si faceret manum cum sex digitis, vel si faceret eam cũ tribus digitis. quia ergo in actione naturæ est peccatum cum deuiat à fine: consequens est naturã agere propter finem. Possemus & aliter respondere dicentes: quia si propter hoc, q in actionibus naturæ accidit peccatum, vellemus negare, naturam agere propter finem, diceremus, quòd, & actio artis esset præter finem. nam & in his, quæ fiunt ab arte, accidunt multa peccata, vt scripsit non recte Grammaticus, & potuit non recte Medicus, Dicemus ergo, quòd ars agit propter finem: tamen quia aliqui artifices deficiunt ab arte; ideo est peccatum in actionibus artis. sic & in proposito: natura agit propter finem: tamen propter corruptionem alicuius principij in rebus naturalibus, vel propter defectum proportionis agentis ad patiens; contingunt peccata multa in natura.

Peccatũ naturæ vide. & vide Aristo. lib. 2. Phy. 2. ca. & sup hoc Sueff. & alios expositores.

Peccatũ artis in vide. 2. Phy. tex. 2. ca.

Ad secundum dicendum, quòd non solum in his, quæ fiunt à natura, sed etiam in his, quę fiunt ab arte, accidunt multa præter intentionẽ artis, & præter intentionem artifícis. sed ex hoc non arguitur propositum, sed oppositum. nam non acciderent aliquid per accidens, & præter intentionem agentis, nisi agens aliquid per se intenderet. sicut ergo nihil esset violentum, nisi esset aliquid naturale, vt non esset lapidi violentũ ferri sursum; nisi esset ei naturale ferri deorsum: ita non esset per accidens, & præter intentionem agentis, nisi aliquid esset per se ab agente intentum. Si enim agens non intenderet aliquid determinatum, vel si nihil intenderet, nihil ageret: & si nihil ageret in actione sua, nihil per accidens accideret.

D 4. Phy. t. c. 67. & ex 2. cœli. t. c. 11.

Ad tertium dicendum, quòd etiam multæ artes agunt sine deliberatione: addiscit enim homo citharizare, sed postquàm bene scit artem: & vbi incæpit tangere vnam cordam; non deliberat quam aliam cordam tangere debeat, sed

Artes quædam no deliberant.

sed ex assuefactione, quam habet ad citharizandum: dato, quòd cogitet alia, & nihil cogitet de citharizatione: potest bene citharizare: sic etiam sotores, & textores: non oportet, quod in texendo, & suendo deliberent: nō ergo oportet, quòd si natura agit sine deliberatione, quòd agat præter finem. Vel possumus dicere, quòd quæcunque agunt propter finem, agunt, vel quia tēdunt, & diriguntur in finem per cognitionem, q̄ est in ipsis: vel per cognitionem, quæ est in alio: naturalia autem tendunt in finem, & agunt propter finem: non per cognitionem, quæ est in ipsis, sed per cognitionem, quæ est in alio, vt quia dirigitur in finem à Deo, vel ab intelligentia agēte per cognitionem, & intellectum. agit autem natura propter finem, secundum, quòd à Deo p intellectum in finem dirigitur: sicut tēdit sagitta in signum, prout à sagittante dirigitur.

2. Meta. c. 18.

B Ad quartum dicendum, quòd etiam in arte contingunt aliqua ex necessitate materiæ, vt si materia sagittæ sit nodosa, contingerent aliqua ex materia: sic etiam, quia materia generabilium est subiecta contrarietati: corruptio in generalibus contingit ex necessitate materiæ, sed ex hoc non concluditur, quòd natura non agat intendendo finem. sed solum habetur, quòd aliqua accidant in istis inferioribus ex necessitate materiæ præter intentionem finis.

ARTIC. II.

An agere propter finem competat ipsi Deo. Conclusio est affirmatiua.

C

Alex. de Ales parte. 2. q. 4. D. Thom. 1. p. q. 44. art. 4. Et 2. sentent. d. 1. parte. 2. q. 1. Durandus d. 1. q. 6.

Tex. c. 1. Vide pro hac propositione Tab. Zim & Thom in 1. phi. contra 1. c. 31. post. 1.

ECVNDO quæritur: vtrum agere propter finem competat ipsi Deo. Et videtur, quòd nō. qa, vt dicit in 3. Meta. In Mathematicis non est finis, neque bonum: videtur ergo velle Philosophus, quòd in rebus immobilibus, vel in his, quæ non fiunt per motum, non sit finis. Sed Deus producit res sine præcedenti motu: non videtur ergo, q̄ Deo cōpetat agere propter finem.

D Præterea: videtur se habere finis ad agēs, sicut forma ad materiam: videtur enim agēs in finem tendere tanquàm in aliquam perfectionem, q̄ desiderat: sicut materia in formam. Sed Deo nō competit, vt per aliquid perficiatur: ergo non competit ei agere propter finem.

Præterea: ex quo agens agit propter finem: aliquid accrescit agenti per actionem suam, per quam finem consequitur. sed Deus bonorum nostrorum non eget: nihil ergo accrescit Deo propter creationem rerum: Deus autem non creauit res propter aliquem finem, quem vellet inde consequi, & per consequens non competit ei agere propter finem.

Psal. 15.

Præterea, vt dicitur in Politicis, Finis appetitur in infinitum: tantum est ergo desiderium finis, quòd agēs propter finem statim agit, ne impediatur: si ergo Deus ageret propter finem: statim egisset: fecisset ergo mundum quàm citius potuisset, quod patet esse falsum.

Lib. 1. Pol. cap 4 Finis tantum appetitur.

Præterea actio Dei est ipse Deus, sed Deus est finis omnium rerum, & eius non est alius finis: ergo actio sua erit finis omnium rerum, & eius non erit alius finis: non ergo agit propter aliquem finem.

IN CONTRARIVM est. quia, vt dicit Damasc. libro 1. cap. 8. Creatio est opus Dei voluntate existens. Sed primum mouens voluntatem est finis. finis ergo est primum volitum: nisi enim voluntas vellet finem: non moneretur in finem. & quia primum est causa omnium aliorum: finis erit causa volendi alia. Arguatur ergo sic: Quæcunque voluntas causat, illa vult: sed quæcunque vult, vult propter finem: ergo quæcunque causat, vel agit, hoc facit propter finem. ex quo ergo Deus agit volendo, oportet, quòd agat propter finem.

Finis est prima mouens voluntatem.

RESOLVTIO.

Deus agit propter finem, quia primum Agens, & Agens per intellectum: & vt Agens amatum, & desideratum, vt patet ex naturis rerum.

RESPONDEO dicendum, quòd quadruplici via inuestigare possumus, quòd Deus agit propter finem. Prima via sumitur ex ipsis naturis rerum. Secunda ex eo, quòd Deus est primum agens. Tertia ex eo, quòd est agens per intellectum. Quarta ex eo, quòd monet, & agit sicut desideratum, & amatum.

Prima via sic patet: videmus enim res naturales directè in finem tendere, vt patuit ex rationibus supradictis. Si ergo natura agit propter finem: cum Deus dirigat naturam totam: consequens est, q̄ & Deus agat propter finem. Si enim sagitta tendit in signum; quia non tendit in signum nisi impulsa à sagittante: si motus sagittæ est in signum: consequens est, q̄ impulsio sagittantis sit in signum. si ergo naturæ rerum tendunt in finem; actio Dei, qua productæ sunt rerum naturæ, & qua diriguntur in finem: oportet, q̄ sit propter finem, & in finem. dicemus. n. q̄ finis est id, quod agens intendit. Si ergo ex ipsis naturis rerū volumus videre, quomodo Deus agit propter finem: videamus quomodo natura intendit finem, quia non intendit natura finem, nisi inquantū mouetur ab intendente, & cognoscente, vt dicebatur, quòd sagitta intendit ire in signum, quia impellitur ab intendente, & cognoscēte signū. si ergo nō intēdit natura, nisi qa ab intendente dirigitur: intendere finē, & agere

12. Met. cō. 18.

propter finem: magis competit ei, à quo natura dirigitur, i. intelligentijs, & principaliter Deo, q̃ ipsi naturæ, quæ à Deo dirigitur. Ideo dicit Com. Com. 18. mentator super 12. Metaph. ꝙ res habent mensuras proprias in actionibus suis, & ista mẽsura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ est similis arti principali: sub qua fiunt artes plures. Et subdit, quòd secundum hunc est intelligendum, *Auerr. 12. Met. cō 18. quòd ꝟ natura facit aliquid perfectè, & ordinatè, quàmuis natura non intendat nisi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus, quę dicuntur intelligentiæ, quòd ergo natura intendat finem, vel quòd in finem tendat, habet ab intelligentijs, & à motoribus orbium. Intelligentiæ autem mouentes orbes sunt quasi artes secundariæ sub arte principali, quæ est ipsius Dei: quòd ergo natura intendat, & tendat in finẽ: totum prouenit ab arte diuina. Deo ergo potissimè competit ordinate res in finem, & agere propter finem.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd Deus est agens primum. nam agenti primo tanquàm motori primo attribuitur omnis motus: motus ergo rerum in finem ipsi Deo ast attribuẽdus: tanquàm motori primo, & agenti primo. Sic enim imaginabimur, quòd Deus imprimendo rebus naturas proprias dat rebus, quòd per huiusmodi naturas tendant in proprios fines. Sap. 8. Inde est, quòd Dei sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sapientia enim Dei imprimendo naturas rebus, attingit à fine ad finem, quia attingit ad omnem finem. cum enim res naturales per naturam suam habeant, quòd inclinentur in finẽ: ille potissimè attingit ad hunc finem, qui rebus talem naturã dedit. Istud autem attingere dicitur esse forte, & & suaue: forte quidem est, quia forta, & vehemens est, quod competit rei ex inclinatione naturæ: ita est suaue, & sine violentia, quod competit rei secundum inclinationem naturalem. potissimè ergo Deus agit propter finem, quia ad ipsum potissimè spectat tanquàm ad primũ agentem totam naturam in finem dirigere. Posset autem, & hæc ratio aliter deduci. nam, vt dicitur Lib. 2. Met. t. c. 8. in Metaphys. Nihil incipit actionem agere quicunque non intendendo finem. Si ergo per se est, quòd agens intendat finem: quanto magis agens agit, & quanto principalius agit, tanto magis intendit finem. & quia causa primaria plus est influens in suum causatum, & plus agit, quàm causa secundaria: consequens est, quòd primum in quolibet genere sicut plus agit: sic plus intendat finem, & principalius.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd Dicere Dei est facere. Deus est agens per intellectum. suum enim dicere est suum facere: dixit enim Deus: Fiat, & factũ est. Sic etiam secundum August. Deus dixit non corporaliter, sed intellectualiter, quia verbum genuit, in quo erat, vt fieret. Sed omne agens per 2. Met. t. 9. intellectum intendit finem, vt dicitur in Meta. Si ergo Deus est agens per intellectum, quia dicendo suum verbum intellectuale: per illud verbum fit quicquid dicit, vt fiat, vt vult Augusti-

A nus in 12. Confes. consequens est, quòd Deus agat propter finem. imaginabimur enim, quòd omne agens per intellectum agit per voluntatem. Nam intellectus non fit practicus nisi per extensionem, vt se estendit ad voluntatẽ. ratio enim, quæ est in intellectu, siue species, vel idea ibi existens, non est factiua operis, nisi prout per volũtatem est ordinata ad opus: ideo vult Commentator in 6. Metaphysicæ, quòd in diffinitione artificialium ponatur voluntas, & Philosophus in eodem sesto vult, quòd artificiatum, & volitum sunt idem, & in eodem sexto habetur, ꝙ principium artis, ideſt rei artificiatæ, est in artifice, & est voluntas. quicquid ergo fit per artẽ, & per intellectum, illud est volitum: cum ergo finis sit primum volitum: agens per intellectum, quia agit volens: consequens est, quòd primo velit finem, & quòd agat propter finem.

B Quarta via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd Deus mouet sicut desideratum, & amatum: ex quo consequens est, quòd moueat sicut desiderans, & amans. accipiando desiderare largè, prout ipsum amata est quoddam desiderare. In intelligibilibus enim non ast dubium, quin illud, quod mouet sicut intelligibile, sit intelligens: vnde, & Plato supra totelligentias posuit intelligibilia: cum enim distinxit quadruplicem gradum rerum in infimo gradu posuit corpora: supra corpora animas: supra animas intelligentias: supra intelligentias intelligibilia, ideſt ideas, quæ erant quidditates rerum separatæ per se intelligibiles: nam ad hoc, quòd aliquid intelligat, sufficit, quòd sit in potentia in genere intelligibilium, &

C postea possit perfici per aliquid: quo informatum, & perfectum intelligati vt intellectus noster est potentia in genere intelligibilium, informatus autem specie intelligit: sic intellectus angeli, licèt non sit potentia pura in genere intelligibilium (sicut intellectus noster) non tamen est actus purus: propter quod potest informari specie, & informatus intelligit. Actio ergo intelligendi magis egreditur ab eo, quod informat intellectum, quàm ab intellectu. quia actio magis egreditur à forma, quàm à materia: & magis ab eo, quòd habet rationem actus, quàm ab eo, quod habet rationem potentiæ. Si ergo ipsa species intelligibilis, quæ est ratio intelligendi, esset separata, & per se existens: de necessitate intelligeret. plus est ergo essa intelligibile,

D quàm esse intelligens. sic prout ad propositum spectat: plus est esse amabile, quàm esse amans, & maximè de amabili separato. nam esse tale amabile oportet, quòd sit amans: sicut omne intelligibile separatũ (dum tamẽ habeat per se esse) oportet, quòd sit intelligens. Deus ergo, quia mouet, vt desideratum, & amatum: mouet etiam, vt desiderans, & vt amans: omne autem tale mouet propter finem, quia finis est quid primò amatum, & primò volitum: necesse est ergo dicere Deum agere propter finem.

Propter argumenta tamen sciendum, ꝙ in s. Phys. T.c.12. & 3. Eth. 3. describitur duplex finis: forma, & vsus,

Ipsa

Tom. 1. Intellectus quo fiat practicus. Comm. 2. T.c.1. Gradus rerum apud Platonem. Intelligibile supra intelligentiam. Actio intelligendi vnde. Intelligibile plus, quã intelligẽs.

Ipſa enim ædificatio domus ordinatur ad duplicem finem: ad formam domus, & ad vſum eius. nam ad hoc ædificatur domus, vt conſtruatur, & perficiatur. Ipſa ergo forma domus, vt ipſa conſtructio domus eſt finis ædificationis. Rurſus ad hoc conſtruitur domus, vt habeatur vſus domus, & vt inhabitetur domus. Vſus ergo eſt principalior finis, quàm forma. In artificialibus ergo fieri ordinatur ad formam: forma autem ad vſum. Secundum ergo hunc duplicem finem, formam. ſ. & vſum: ortum habuit illa communis diſtinctio, quod eſt finis operis, & finis operantis, & q̃ finis operis ordinatur ad finem operantis, & quòd finis operis eſt perfectio operis: finis autem operantis perfectio operantis. Nã forma eſt finis operis, & perfectio operis. Sed ex vſu accipitur voluntas, vel perfectio operantis, vel eius, qui negociatur circa domum. operans enim ducit opus ad finem, & ad complemẽtum, quod eſt finis operis, quod faciendo intendit aliquam perfectionem, & aliquod complementum in ſe ipſo, quod eſt finis operantis. Intendit enim operans vt ipſo operato propter ſeipſum. i. propter aliquid, quod habet: vel, quod intendit habere in ſeipſo: & quia omnia comparantur ad Deum ſicut artificialia ad artificem; ideo poſſumus in actionibus diuinis ſicut in actionibus aliorũ artificum diſtinguere finem operis, & finem operãtis. Nam finis operis diuini eſt perfectio operis: finis operantis eſt perfectio operantis, differenter in Deo, & in alijs artificibus. Nam in ædificatore perfectio operantis eſt, quam intendit acquirere ex opere, vel ex vſu operis: ideo dicebamus in talib⁹, quòd forma erat perfectio operis: vſus autem perfectio operantis, vt ædificator ad aliquem vſum ædificat domum, vel ad vẽdendum, vel ad inhabitandum, vel ad aliquem aliũ vſum, vnde emolumentum accipiat. ſed finis Dei operantis eſt perfectio, & bonitas: non quam intendat acquirere ex opere, ſed eſt ipſa bonitas ſua, quam intendit communicare operi. Deus ergo agit propter finem operis, quia opera ſua intendit ducere ad finem, & ad complementum: & agit propter finem operantis. quia agit propter ſeipſum. i. propter bonitatem ſuam, quam intendit communicare alijs: & quia finis operis, vt tactum eſt, ordinatur ad finem operantis: omnia Deus agit propter ſeipſum, & propter bonitatẽ ſuam. Ideo dicitur Prouerb. 16. Quod vniuerſa ꝓpter ſemetipſum operatus eſt dominus. In ipſis enim operibus diuinis vnum ordinatur ad aliud, vt res ordinatur ad ſuum complementum, & ad ſuam perfectionem, & in hoc attenditur finis operis, & omnia hæc ordinant ad Deũ, & ad bonitatem diuinam, & in hoc attenditur finis operãtis: & hoc modo Deus operatur omnia: non propter alium finem, ſed propter ſeipſum, & ꝓpter bonitatem ſuam. Hoc eſt ergo, quod Magiſter dicit in littera, & ſumptum eſt ab Auguſti. in de doctrina chriſtiana. Quod creatura facta eſt ad creatoris bonitatem, & ad creaturæ vtilitatem: ergo propter Creatoris bonitatem tanquàm propter finem operantis, & propter creaturæ vtilitatem, & perfectionem tãquàm propter finem operis voluerſa operatus eſt Dominus. Rationes ergo prius factæ, quòd Deus operatur propter finem, aliquæ concludebant, quod operatur propter finem operis, vt ratio prima ſumpta ex eo, quòd dirigit naturam totam: Et ratio ſecunda eſt eo, quòd eſt primum monens, cui attribuitur omnis motus. Aliquæ autem concludebant, quòd Deus operatur non ſolum propter finem operis, ſed etiam propter finem operantis, vt ratio tertia. quia Deus agit per intellectũ: Et ratio quarta. quia Deus agit, vt amans, & volens. Hæ autem duæ rationes ex vna radice procedunt. Nam agens per intellectum, agit etiam, vt amãs, & volens. ſic ergo imaginabimur, Deum produxiſſe res. Nam Deus amans bonitatem ſuam: vult illam communicare, & dilatare, & in alias res fluere: propter bonitatem ſuam ergo res produxit, quam amans, & diligens, voluit ea creaturas participes facere? Hoc eſt ergo, quod dicit Dionyſius 4. de di. no. quòd amor in bono. i. in Deo ſecundum exceſsũ præexiſtens: non dimiſit ipſum ſine germine in ſeipſo manere: mouit autem ipſum ad operandum: exceſſus ergo amoris, quem habet Deus ad bonitatem ſuam: mouit Deum, vt eam diffunderet, & creaturis communicaret.

Finis duplex ex 3. Eth. 3.

Bonitas, & gloria diuina eſt finis operãtis, voluntas autẽ noſtra eſt finis operis.

Mandus cur à Deo creatus. ex Aug. 10. 3.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd in Mathematicis non eſt finis, neque bonum. Quia ibi non arguimus per cauſam finalem: nunquàm enim ſic arguitur in Mathematicis, quòd triangulus habet tres, & non plures, quia melius ſit ipſum habere tres, quàm plures: ſed in actionibus diuinis, & in actionibus naturalibus conuenienter eſt talis argutio. Ad formam ergo arguendi, quòd in rebus immobilibus, & in his, quæ non fiunt ꝓ motum: non eſt finis, neque bonum: verum eſt, acquiſitum per motum. quia ſicut eſt agens, quod agit per motum, vt agens naturale, & agens, qđ poteſt agere ſine motu, vt Deus: ſic poteſt eſſe bonum acquiſitum per motum, & ſine motu.

Mathematica quomodo non habẽt finem, neque bonum.

Idem dicit 1. de Gen. q. 14.

Ad ſecundum dicendum, quòd agens, quod agit propter bonũ, qđ intẽdit acquirere: eſt agẽs imperfectum, & indiget perfectione, ſed agens, quod agit ſolum propter bonum, quod intendit communicare: non quòd poſſit aliquod bonum vlterius acquirere, eſt agens perfectum non indigens alia perfectione, ſed eſt ipſa perfectio. vnde, & cõmuniter dicitur, quòd ſi accipiatur deſideriũ propriè, eſt rei non habitæ: amor autem poteſt eſſe rei habitæ. ideo dicitur, quòd alia agentia agunt propter deſiderium boni, & propter deſiderium finis. Sed Deus agit propter amorẽ finis, & propter amorem boni, quod habet, & quod vult alijs communicare: accipiendo tamẽ large deſiderium, poteſt accipi pro ipſo amore.

Ad tertium patet ſolutio per iam dicta. nam agenti propter finem acquirendum aliquid accreſcit propter adeptionem finis. ſed agenti propter finem. i. propter bonum communicãdum,

cuiusmodi est Deus: nihil vlterius accrescit per opera sua, sed operibus suis communicatur bonitas.

Ad quartum etiam patet solutio per iam dicta. nam alijs agentibus acquirentibus bonitatem ex operibus non est indifferens agere, vel nõ agere: ideo statim agunt, nisi impediantur: sed Deo indifferens est agere, vel non agere. quia nihil ei acquiritur ex productione rerũ. Inde est, quòd Augustꝰ. super Gen. ad litteram exponens illud verbum: Spiritus domini ferebatur super aquas: ait, quòd spiritus domini intelligitur superferri: ne faciendo opera sua putaretur Deus amare per indigẽtiæ necessitatem potius, quàm per abundantiam beneficentię. Abundantia ergo beneficentiæ, qua vult Deus benefacere suis creaturis, non necessitas indigentiæ fecit Deum producere creaturas: propter quod solus ipse est verè liberalis. quia agit, & producit creaturas suas: non vt inde bonum recipiat, sed, vt eis bonitatem, quam habet, in fluat.

Notandum de spiritu sancto, qui ferebatur super aquas. Gen. 1.

Ad quintum dicendum, quòd licet actio Dei sit ipse Deus, & sit idem, quod bonitas eius: differunt tamen in modo significandi. vel huiusmodi nomina licet eandem rem dicant: nõ sunt tamen sumpta secũdũ eãdẽ habitudinem. propter quod aliquid concedimus de vno, quod nõ cõcedimus de alio. Dicimus enim, ꝙ bonitas Dei est obiectum actionis suæ. Deus ergo volens bonitatem suam tanquàm principale obiectum, producit creaturas propter huiusmodi bonitatem, quam vult eis communicare. Ad formam ergo arguendi dicendum, quòd actio Dei, quæ est ipse Deus, non habet alium finem realiter à seipsa: nõ est tamen inconueniens, quòd nos intelligamus Deum per actionem suam tendere in bonitatem suam, tanquàm in principale obiectum, quam vult, & amat in infinitum: quo amore amatur finis.

ARTIC. III.

An Deus sit omnium finis. Conclusio est affirmatiua.

Alex. de. Ales parte. 2. q. 4. art. 1. D. Th. 1. p. q. 44. art. 4. Item 2. sent. d. 1. q. 2. Item q. 102. art. 2. & lib. 3. contra Gent. c. 17. & 18. Ric. d. 2. q. 5. princ. art. 1. Gabr. Biel. d. 2. q. 5. Voril. q. 1.

QUERITVR: vtrũ Deus sit finis omnium. Et videtur, ꝙ nõ. quia nihil naturaliter mouetur ad aliquem finem, quem sit impossibile consequi. quia tunc esset naturale desiderium otiosum. Sed impossibile est creaturas posse consequi diuinam bonitatem: cum sit infinita: impossibile est ergo huiusmodi bonitatem esse finem.

A Prætereà: res producũtur ab agẽte quãto propinquius possunt fini: & quanto aliquid est melius, & diuturnius: tanto magis accedit ad diuinam bonitatem. Deus ergo fecit res quanto meliores, & quanto citius potuit, quod patet esse falsum.

Prætereà: oportet finem rerum accipere secundum naturas earum. quia vnaquæq; res naturalius tendit naturaliter in finem secundũ naturam suam. sed non omnium rerum est vna natura: ergo non omnium erit vnus finis.

Prætereà: bonitas Dei est ipsa beatitudo eius. sed non omnes res possunt esse participes beatitudinis: ergo &c.

B IN CONTRARIVM est: quia secundum Comment. in 2. Metap. bonum, & finis idem, quod ergo est bonum omnium rerum: erit finis omnium rerum. sed vt dicitur 8. de Trini. omnia sunt bona participatione diuinæ bonitatis. Et ibidẽ dicitur, ꝙ Deus est non alio bono bonum, sed omnis boni bonum. Si ergo ipse est bonum omnium: consequens est, ꝙ sit finis omnium. Et in 10. Met. vult Commen. ꝙ Deus non solum sit principium tãquàm motor rerum, sed tanqnàm forma, & finis. Est ergo Deus in triplici genere causæ respectu rerum. quia est omniũ efficiens, oium forma exemplaris, & oium finis.

Com. 1.

Tomo c 4.

Com. 7. & 12. Meta. c. 1. 6. 16. 38. 41. 44.

RESOLVTIO.

Deus est omnium finis, ratione vertibilitatis creaturæ, gubernationis rerum, motus, & ordinationis.

C RESPONDEO dicendum, ꝙ Dama. in primo libro suo c. 3. probat quadruplici via, ꝙ p creaturas possumus inuestigare Deum esse: quæ quadruplex via sufficiens est ad inuestigandum non solum Deum esse, sed omnium finem esse.

Prima via eius sumitur ex vertibilitate creaturę. nam cum omnia creata sint vertibilia quia qđ à versione incipit versioni subiectum est, vt ibidem dicitur. & quia omne creabile, & omne vertibile præsupponit aliquid increabile, & aliquid inuertibile: ipsa vertibilitas rerum docet nos, esse aliquid omnino inuertibile: cuiusmodi est Deus. nam illa vertibilia sunt de se tendentia in non esse, quæ de se non habent esse: oportet ergo talia ab alio habere esse: quæretur etiã

D de illo alio: vtrum ab alio habeat esse: non est autem in per se causis abire in infinitum: Sed deuenire ad aliquid, quod non habet ab alio esse dependens: hoc autem dicemus esse Deũ. Ad propositum: sicut omne vertibile præsupponit aliud inuertibile: à quo est causatum, & productum effectiuè: sic omne vertibile tendit in aliud inuertibile, in qđ ordinatur finaliter. nã sicut ens in potẽtia est ab ente in actu effectiuè: sic ens imperfectũ ordinat ad ens perfectũ finaliter. & qa entia vertibilia, cuiusmodi sũt entia creata, sunt in potẽtia, & sũt imperfecta: ens aũt inuertibile est ens in actu, & perfectũ: vertibilia iquãtũ

sunt

ſunt entia in potentia habentia potentialitatem admixtã: oſtendunt aliquid inuertibile eſſe actu abſolutum ab omni potentia: à quo ſunt effectiuè: iſta eadem entia vertibilia: prout ſunt defectiua: demonſtrant aliud eſſe inuertibile omnino perfectum ſine omni defectu, ad quod ordinantur finaliter. omnis ergo creatura tatione ſuę vertibilitatis, vnde habet potentialitatem, & imperfectionem, clamat Deum eſſe illum, à quo proceſſit effectiuè, & in quem ordinatur finaliter.

Secunda via Dam. ad probandum Deum eſſe, ſumitur ex conſeruatione, & gubernatione rerũ. vnde ait, quòd ipſa creationis permanentia, & conſeruatio, & gubernatio, docet nos, quoniã eſt Deus: qui hanc vniuerſitatem conſiſtere facit, & continet, & conſeruat. cum enim tanta ſit diuerſitas in rebus; oportet eſſe aliquod vnum, quod huiuſmodi diuerſitatem conſeruet, & continuet. Dicetur ergo Deum eſſe cauſam effectiuã rerũ ex ipſo ordine rerũ, vt quia res vniuerſi cũ ſint ſic diuerſę: non ordinarentur ad conſtitutionem vnius principatus, niſi eſſet vnus princeps ordinans ipſas. Si ergo ex bono ordinis arguitur vnus princeps, qui ſit cauſa efficiens rerum: conſequens eſt, quòd ex ipſo bono ordinis arguatur ille idem princeps, qui ſit finis omnium rerum. nam, vt probatur in 12. Metaphyſ. bonum ordinis partium exercitus ordinatur ad bonum ducis tanquàm ad finem: ſic bonum ordinis partiũ vniuerſi ordinatur ad bonum diuinum, ſeu ad Deũ, qui eſt Princeps huius totius principatus, tanquàm ad finem. 12. c. 12.

Tertia via Dam. probans eſſe Deum, ſumitur ex ipſo motu. nam cum non ſit abire in infinitum in motu: ſi omne, quod mouetur ab alio mouetur; oportet deuenire ad aliquid, quod moueat omnino immobiliter, non ab alio motum. hoc autem dicemus eſſe Deum. Hæc ergo via non ſolum probat Deum eſſe, ſed oſtẽdit ipſum eſſe finem omnium. nam mouere immobiliter eſt mouere ſicut deſideratum: ſicut pomum mouet amantem. pomum enim, vt amantem moueat, non oportet, quòd in aliquo moueatur. mouere ergo omnino immobiliter, eſt mouere ſicut deſideratum, & amatum, & eſt mouere in ratione finis. omnia ergo entia creata tenduut in Deum tanquàm in finem, quia amant omnia, & deſiderant participare aliquid de huiuſmodi bonitate. Inde eſt ergo, quòd Dam. ait Quid eſt, quod hoc monet, & agit quieſcibiliter ſine motu? q. d. quòd modo quieſcibili, & ſine motu hęc omnia creata mouet, & agit ipſe Deus. cũ ergo Deus moueat immobiliter: mouet in ratione finis. Exemplum de pomo mouente puerum.

Quarta via Dam. ad hoc idem eſt, quòd ordinare res nõ põt attribui caſui, vel fortunæ, quia quod eſt tale eſt præter ordinem, & præter intentionem. oportet ergo, quòd aliquid ſit, quod omnibus rebus prouideat: huiuſmodi autẽ nõ eſt niſi Deus. Si ergo ordo totius vniuerſi non eſt attribuẽdus caſui: non eſt dicendũ, ꝙ huiuſmodi ordo ſit præter finem. tendit ergo totus huiuſmodi ordo in aliquem finem. oportet ergo, ꝙ illud, in qđ tendit totus huiuſmodi ordo, ſit ſupra huiuſmodi ordinẽ: nam ſicut verbum Dei, per quod facta ſunt omnia, non eſt factum, vt probat Aug. ſuper Ioannem: Sic illud, in quod ordinantur omnia: oportet non contineri, nec ſubiacere ſub huiuſmodi ordine. Huiuſmodi autem non eſt niſi Deus: erit ergo Deus illud, in quod ordinãtur omnia, & per conſequens erit finis omnium. Tom. 9.

Propter argumenta tamen ſciendũ, ꝙ vt cõiter ponitur: ſicut duplex eſt agens: quoddã proportionatum, & vniuocũ, quod inducit formam ſuã in materia: ſicut ignis generat ignẽ, & equus equum. Quoddam vero eſt excellens agens non proportionatum paſſo, & tale agens non inducit formam ſuam in materia, vt Sol non generat Solem: aliquid tñ trãſit in paſſum virtute Solis, qđ eſt participatio aliqua virtutis eius. omne enim agens aliquo modo aſſimilat ſibi paſſum. Sed huiuſmodi aſſimilatio non ſemper eſt ſm identitatẽ formæ, vt nõ ſolum generatur equus ab equo, cũ quo conuenit in forma, & in ſpecie: ſed etiam generatur mulus ab aſino: cum quo nõ conuenit in forma, & in ſpecie, vt declarat habet in 7. Metaph. quanto enim agens magis excellit paſſum: tanto minus conuenit in forma cum ipſo, & tanto magis exilis, & debilior eſt aſſimilatio vnius ad alterum. Et ſicut eſt differentia in agentibus; ſic eſt, & in finibus. nam aliquando finis eſt proportionatus ei, quod in finem tendit, & talis finis poteſt acquiri ſecundum ſuum eſſe, & vt perfectio alterius: ſicut ſi ſanitas ſit proportionata corpori: corpus tendens in ſanitatem tanquàm in finem, poterit acquirere ſanitatem ſecundum id, quod eſt, tanquàm ſuam perfectionem. Sed, quia finis eſt nimis excellens, & improportionatus: nõ oportet, ꝙ acquiratur huiuſmodi finis ſm ſe, ſed ſufficit, ꝙ acquiratur aliqua ſimilitudo eius: ſic eſt diuina bonitas, quæ eſt ita excellens, quòd non põt acquiri ipſa ſm ſe ab aliqua re creata, vt ſit eius formalis perfectio, ſed acquiritur aliqua ſimilitudo illius bonitatis. Dicemus ergo, quòd ſummè habere diuinam bonitatem eſt ipſam habere ſecundum ſe quantum ad eſſe: ſed habere ipſam ſecundũ ſimilitudinẽ, & participatiuè: eſt ipſam habere non ſecũdũ ſe quantũ ad eſſe, ſed ſolũ ſm aliquã participationẽ. Primo modo Deus habet bonitatẽ diuinã ſm eſſe, qa eſt ipſa huiuſmodi bonitas. Secũdo mõ habẽt, vel hñe pñt bonitatẽ diuinã creaturæ rõnales. nõ em̃ tales creaturæ poſſunt hñe huiuſmodi bonitatẽ ſm eſſe, vt ꝙ poſſint eſſe ipſa diuina bonitas, ſed poſſunt habere eam in ratione obiecti. quia cũ beatę erunt, videbunt ipſam per ſeipſam ſine omni medio. Creaturæ autem aliæ, nec ſunt ipſa diuina bonitas, nec habent operationem tẽdentẽ in ipſam diuinam bonitatem, ſed ſolum acceduut ad eam ſecundum aliquam aſſimilationem. Agens duplex. Finis duplex. T. c. 51. & 12. Met. 13. 18.

Resp. ad arg. Ad primum dicendũ, quòd, vt patet ex ſolutione principali, omnes res tendunt in Deum tanquàm in finem: non quòd acquirant ipſam diuinam bonitatem, tanquàm

perfectionem, & formam inhærentem, sed quia acquirunt aliquam similitudinem eius.

Ad secundum dicendum, quòd bonitas Dei est causa rerum: secundum quòd Deus vult bonitatem suam cõmunicare rebus: propter quod oportet, quòd res sic tendant in Dei bonitatem tanquàm in finem: secundum q̃ Deus vult eis suam communicare bonitatem: ideo talia produxit, qualia voluit, & quando voluit.

Ad tertium dicẽdum, quòd licet res habeant naturas proprias: omnes tamen huiusmodi naturæ sunt quædam expressiones, & quædam vestigia naturæ diuinæ. ꝓpter huiusmodi ergo naturas alias, & alias: ꝓterunt res habere alium, & alium finem immediatum, & proximũ, & naturis earum proportionatum: finem tamen vltimum habebunt vnum sicut omnia exprimunt, & imitantur naturam vnam.

Ad quartum dicendum, quòd diuina bonitas est finis omnium: non sub ratione, qua est beatitudo, sed sub ratione, qua omnia aliquo modo participant huiusmodi bonitatem. nam beatitudo, vt declarari habet in 1. Ethic. Est operatio animæ secundum virtutem perfectam. creaturæ ergo illæ, quæ possunt habere operationem tendẽtẽ immediatè in Dei bonitatẽ; possunt esse beatę, & possunt tendere in Dei bonitatem, tanq̃ in eorum finalem beatitudinem. sed creaturæ irrõnales, vel insensibiles, non valẽtes esse participes diuinę visionis; tẽdũt i bonitatẽ Dei, tanq̃ in finẽ, participando aliq̃d de huiusmodi bonitate.

Cap. 12.

ARTIC. IIII.

An omnia sint facta propter hominem. Conclusio est affirmatiua. § non simpliciter.

Alex. de Ales p. 2. q. 17. art. 3. Ric. d. 1. q. 5. princ. art. 3. D. Th. 2. sentent. d. 1. p. 2. q. 3.

QVARTO quæritur: vtrũ omnia sint facta ꝓpter hominẽ. Et videtur, quòd non. nam nobilius nõ est propter vilius: nõ est. n. forma propter materiã: nec actus ꝓpter pẽtentiam, sed econuerso. Sed multa in vniuerso sunt nobiliora homine, vt angeli: ergo &c.

Præterea, si omnia essent facta propter hominem: tunc homo esset finis omnium, & humana natura in ꝓductione vniuersi esset principaliter intenta à Deo, quod falsum est. nam Deus non potest principaliter intendere nisi seipsum, & bonitatem suam.

Præterea: sicut est in efficientibus, sic est & in finibus: sicut ergo illud, à quo sunt omnia, est efficiens primum: sic illud, propter quod sunt omnia, est finis vltimus: si ergo omnia essent facta propter hominem, esset homo finis vltimus omnium, quod falsum est. quia huiusmodi finis est sola diuina bonitas.

Præterea: illud, quod non iuuat, sed impedit hominem: non videtur ordinari in vtilitatem, & in bonũ hominis. sed, vt dicitur Sapientię, Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationẽ animæ hominum: non ergo factæ sunt in vtilitatem hominis. Sap. 14.

Præterea: nullus sapiens artifex videtur facere maxima opera propter aliquid paruũ, & modicum. Sed homo respectu totius vniuersi est quid valde modicum: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est August. 83. q. quæstione: vtrum omnia sint creata in vtilitatem hominis: vbi ait, quòd omnia facta sunt in vsum hominis, & per consequens omnia ordinãtur ad ipsum, & sunt propter vtilitatem eius. Tom. 4.

Præterea, in secundo Phys. dicitur: Nos sumus quodammodo finis omnium. Tex. c. 24.

RESOLVTIO.

Homo est finis omnium artificialium, & naturalium in se, & vt natura ordinatur ad gratiam. & sic secundum Dei clementiam, quatenus est quid medium inter Deum, & Mundum; est finis omnium non simpliciter, sed secundum quid. Quod septem modis hic declaratur.

RESPONDEO dicendum, quòd hanc quæstionem quomodo sumus finis omnium: pertractat August. 83. q. quæstione prętacta, & Philosophus in secũdo Physicorum, & Magister in lectione pręsenti vult, ꝙ homo factus sit propter Deum: mundus factus sit propter hominẽ, vt ei seruiat: positus est ergo homo in medio inter Deum, & mundum, vt seruiat Deo, & seruatur sibi à mundo. Primo ergo pertractabimus modum Philosophi, & postea supplebimus defectum eius per August. & per Magistrum: ostẽdendo amplius dicendũ esse, quàm Philosophus dixerit: non ꝙ ipse Philosophus in hoc falsum dixerit, sed plus & completius dici potuit. Volẽs enim Philosophus probare hominem esse quodammodo finem oĩum in secũdo Phys: Primo probat ipsum esse finem omnium artificialium. Secundu ostendit ipsum esse finem omnium naturalium. Primum sic patet. nam quasi omnes artes operatiuæ reducuntur ad triplex genus artium: videlicet ad præparatiuã: factiuã, & vsualẽ. vt in operatione nauis: Vna ars est, q̃ materiã præparat: Alia est, q̃ facit nauẽ componendo ligna, & inducẽdo formã. Tertia est, q̃ vtitur naui. vna istarum est omnino subseruiens, vt ꝑparatiua, siue illa quæ intendit circa materiam: duę autem sunt architectonicę, siue principatiuæ, vt factiua, & vsualis. Nam factiua principatur dolatinæ: vsualis aurem principatur factiuæ. erit ergo ars dolatiua, & præparatiua, materiæ omnino subseruiens: vsualis autem omnino principans. Sed ars factiua, & inductiua formæ est principãs respectu ꝓparatiuæ: subseruiens respectu vsualis. nauta. n. qui debet vti naui, præcipit factori nauis, qualiter nauim faciat: factor autẽ nauis ꝑcipit dolatiuo, qualiter materiã præparet. Et qd dictũ est de factione nauis: veritatẽ bẽt de oĩbus artibus

Tom. 4.

Vide etiam Arist. lib. 4. de part. animal. c. 9.

Tex. co. 24.

Artes operatiuæ tres.

artibus opatiuis: vt de factione domus: de factione vasorum, vel pannorum, vel omnium aliorũ. nam in factione domus aliqui sunt, qui lapides dolant, & materiam præparant, aliqui lapides componunt, domum cooſtituunt: & formã inducũt: aliquis vero vtitur domo facta, vt Oeconomicus, siue diſpenſator domus. non enim modicum eſt eſſe bonũ Oeconomicum: nõ modicũ eſt ſcire bene vti domo: vti vaſis: vti alijs artificialibus ad vtilitatem hominum factis. Dicemus ergo, quòd quotiẽſcunque ars eſt ſub arte: finis eſt ſub fine; vt ſi Frænifactiua eſt ſub Equeſtri, & equeſtris ſub militari: ad finem militaris ordinabitur finis equeſtris, & frenifactiuę. Et quia inter artes operatiuas, vſualis eſt altior: ad hanc ordinabuntur omnia alia. Si ergo omnia artificialia ordinantur ad vſualem: & vſualis eſt propter vſum hominis; omnia artificialia erunt propter vſum homiois. Sumus ergo nos quodãmodo finis omnium artificialium.

Ars ſub arte, & finis ſub fine.

Phyſicor. 2. t. c. 44.

Homo cur finis naturalium per artem.

Attẽdendũ eſt aũt, ꝙ res naturales ſunt materia artis. nã vbi natura deſinit, ibi ars incipit. Si ergo nos ſum⁹ finis oĩum artificialiũ: ſum⁹, & finis rerũ naturaliũ, ꝓut circa illas res naturales verſatur ars. Hoc ergo modo & aſtra nobis ſeruiunt; & ſunt in obſequium noſtrũ: adeo vt Ptolomęus in centilogio ſuo diceret: Sapiens dominabitur aſtris. nam non ſolum ſapientes Aſtronomi: ſed ẽt prudẽtes ruſtici dñant Cęlo, & vtunt Cœlo in obſequiũ ſuum, quando illo tẽpore arant terras, & colunt vineas, in quo conditio cœleſtis, & modus exiſtẽdi Cœli poteſt eis magis eſſe proficuus.

Sapiens dominatur aſtris.

Viſo ergo, qũo Philoſophus inueſtigauit hominem eſſe finem omnium artificialium: & etiã naturalium, prout naturalia per artem, & induſtriam humanam ordinantur in vtilitatẽ, & profectum hominis: volumus declarare quomodo idem Philoſophus in eodẽ 2. Phy. inquirit quomodo homo eſt finis rerum naturalium ſecundũ ſe, ahſque eo, quòd per indſtriam artis vtatur eis in vtilitatem, & profectum ſuum. Nam illud eſt finis rerum naturalium, ad quod ſtat vltima conſideratio Philoſophi naturalis, nam ſi Philophia naturalis verſatur circa naturalia: ad illud ordinabũtur omnia naturalia, ad quod ſtabit tota reſolutio Philoſophiæ naturalis, vel ad quod vltimo ſe protendit cõſideratio Philoſophiæ naturalis. hoc autem eſt anima humana. Ideo Philoſophus ait: Vſque quantum. i. quouſque Phyſicum. i. Philoſophum naturalem oportet cognoſcere ſpeciem, & quod quid eſt. i. formam. Et ſoluit, ꝙ quãmodum oportet, Medicum cognoſcere neruum: & Fabrum æs: vſquequo, cuius cauſa vnumquodque eſt. q. d. ꝙ ſicut Medicum oportet, cognoſcere neruum, & Fabrum æs, vſquequo veniat ad illud, cuius cauſa conſideratur vnumquodque in illa materia. i. vſque quo deueniat ad cognitionem vltimæ formæ in tali materia; ſic oportet naturalem conſiderare de forma materiali, ſiue de forma naturali: vſque quo deueniat ad vltimam formam, quæ data eſt materiæ. huiuſmodi autem eſt forma humana, quæ aliquo modo eſt ſeparata a materia, & aliquo modo coniuncta: ſeparata quidem: quia non eſt de materia educta: coniũcta vero, quia dat materiæ eſſe: ideo ait Philoſophus ibidẽ, ꝙ hæc. i. formæ. ad quas ſtat vltima conſideratio naturalis, ſunt ſpecies ſeparatę in materia. Forma ergo humana eſt forma ſeparata in materia. ad talem ergo formam ſeparatam in materia: ſtat vltima conſideratio naturalis. nam ſi eſſet aliqua forus plus ſeparata, quàm aĩa humana, ſicut ſunt intelligẽtiæ: quæ nec ſunt eductæ da potẽtia materię, nec dant eſſe materię: talia excederent conſiderationem Phyloſophiæ naturalis. Nam quæ nõ amplius mota mouent: non amplius ſunt Phyloſophicæ cõſiderationis. Dicemus ergo, ꝙ de tali forma ſeparata, quæ eſt forma in materia, eninſmodi eſt anima humana, poteſt conſiderare Phyloſophus naturalis, quod ſic probat Phyloſophus: Nã omnis forma rei generatæ ex materia eſt de conſideratione Phyloſophi naturalis, ſed anima humana eſt forma hominis, qui eſt res generata ex materia (quia homo generat hominem ex materia, & ſole) ergo forma hic ſeparata, cuinſmodi eſt anima humana, erit de conſideratione Philoſophi naturalis. Sed ſi eſſet forma magis ſeparata, quàm anima humana, ſicut eſt intelligentia: excederet conſiderationem Phyloſophi naturalis. Vltima ergo conſideratio Phyloſophi naturalis ſtat ad animam humanã, ſed ad illud, ad quod ſtat vltima conſideratio naturalia, eſt anima, ad quam tãquam ad magis nobile ordinantur omnia alia naturalia: tanquam minus nobilia. Propter ergo animam rationalẽ, quam habemus, quæ nobilitate excedit totam naturã, & omnes formas materiales, ſumus nos quodammodo finis, & artificialium, & naturalium. Vnde & Commeo. expoens illud verbum Phyloſophi in 2. Meta. videtur, ꝙ tota natura ferè admiſceatur cum materia: dicit, quòd ait: ferè, propter intellectum humanum, qui eſt ſeparatus a materia. Intellectus ergo humanus tãquam forma immaterialis: nobilitate excedit omnes formas, per ſe, & directe ſubiectas conſideration naturalis Phyloſophi. quia omnes tales formæ ſic ſubiectæ præter animam intellectiuã ſunt immerſæ materiæ, & præter materiam eſſe non poſſunt. Bene ergo dictum eſt, ꝙ propter animã intellectiuam, homo eſt quodammodo finis omnium rerum naturalium. quia ad huinſmodi animam ſtat vltima conſideratio Philoſophi naturalis: & propter huiuſmodi animã homo eſt longe nobilior omnibus alijs naturalibus rebus.

Homo finis omniũ naturalium ſecundum ſe.

T. c. 26.

Phyloſophus naturalis quem terminũ habet.

Phyſicor. 2. t. c. 20.

Anima humana eſt vltima forma materialis.

Anima eſt forma ſeparata in materia.

Lib. 3. Phyſicorum. t. c. 71.

Anima humana cur à Phyſico conſideretur.

Phyſ. 2. 26.

Tex. c. 18.

Declarata opinione Philoſophi, volumus ad ipſam addere aliqd ſm ſententiam Sanctorum, vel Theologorum doctorum. Dicemus enim, ꝙ natura ordinatur ad gratiam tanquam ad ſuam perfectionem. aliqualiter enim dirainnte tetigit Philoſophus, qualiter homo eſt quodammodo finis omnium, quando oſtendit, ꝙ ſecundum conditionẽ naturę noſtrę, quę eſt rationalis, cuius eſt per artem agere; omnia ſunt in obſequium noſtrum, prout per rationem, & per artem circa omnia negociamur, ſi ſapientes ſumus conuertendo

ea

ea prout possibile est in profectum, & vtilitatem nostram. & quia hoc magis possumus per gratiã, quam possimus per naturalem industriam, vel per artem: ideo magis sic sumus finis omnium, si per gratiam totum ordinemus in profectum nostrum: immo hoc etiam modo homo est finis sui ipsius, si seipso vtitur ad profectum suum ordinando seipsum ad Deum. Vtitur etiam hoc modo rationabilibus creaturis ad societatem, quam debet referre in Deũ: irrationabilibus ad eminentiam, quam etiam in Deum referre debet. non est enim hic modicus profectus, si es hoc in Deum intendimus, & laudamus ipsum: quia nos eminẽtiores fecit omnibus irrationabilibus, & insensibilibus creaturis. Hoc ergo est, quod Augustinus ait in quæstione præassignata: vbi ostendit quo omnia sunt in vtilitatem hominis: & quomodo homo omnibus vtitur, vel vti debet ad suum profectũ. Dicit enim, quòd humana mens primo seipsa vtitur. i. vti debet ad intelligendum Deum, vt eo fruatur, a quo etiam facta est. Vtitur etiam cæteris rationalibus ad societatem: irrationalibus ad eminentiam suam, quã ad id refert. i. referre debet, vt fruatur Deo, quod facere potissime competit nobis per gratiam. Valde ergo vilis, & infima est vtilitas, secũdum quã Philosophus dicit, nos esse finem omniũ: & omnia esse propter vtilitatem nostrã: & valde alta est illa vtilitas: secũdum quã sancti nos ponũt finem omnium: & omnia esse propter vtilitatem nostram.

Possumus etiã dicere, quòd etiam Magister in littera hanc vtilitatẽ melius assignat, quam Philosophus. nam magis sic sumus omnium finis: & magis omnia ordinantur in nostram vtilitatem, & profectum (secundum quòd per diuinam clementiam positi sumus medij inter mundum, & Deum: vt mundus nobis seruiat: & nos seruiamus Deo) quàm prout per nostram industriam sumus quodammodo finis omnium: conuertendo omnia in vtilitatem nostram. Propter argumẽta tamen sciendũ: quòd nos non sumus finis omnium simpliciter: sed quodam modo, quod septem modis exponi potest.

Quòd nos dicimur septem modis exponi.

Primo, vt hic quodam modo referatur ad artem, & industriam inuẽtam ab homine: vel consequentem naturam hominis. nã homo secũdũ, quòd homo nõ dominatur astris, nec rebus aliis, nisi prout per artem, & per industriam negociatur circa talia ad profectũ, & vtilitatem suam.

Secundo modo hoc potest verificari: vt hoc referatur ad diuinam clementiam: quæ voluit hominem ponere in medio inter mundum, & Deum, & vt mundus seruiret homini, & homo Deo. non ergo simpliciter est homo finis vniuersi, siue mundi: sed prout per diuinam clementiam sic statutum est, vt ei seruiat mundus.

Tertio modo potest hoc verificari; quòd homo non est finis mundi simpliciter, sed quodam modo: quia non est finis mundi tanquam principaliter ab agente intẽtum: sed tanquam aliquid ad cuius vtilitatem ordinatus est mũdus. non est ergo finis simpliciter: quia non est finis operantis mũdum, sed est aliquo modo finis operis, inquantum ipsum opus, & ipse mundus ordinatur ad vtilitatem eius: sed finis mundi. i. finis operantis mũdum est sola Dei bonitas, quæ mouit Dei voluntatem, vt faceret mundum: vt loquamur de moueri large, quia Deo non proprie competit moueri.

Quarto modo potest exponi: vt dicatur homo finis omnium quodam modo, quia ipse non solum non est finis operantis: sed etiam non est finis operis simpliciter, & principaliter, sed quodam modo, & secũdario. nam vt in 12. Metaphysicæ declarari habet, duplex est ordo in vniuerso. Vnus est totius vniuersi ad Deũ, sicut totius exercitus ad ducem: alius est partium vniuersi ad inuicem: secundum, q̃ se inuant ad inuicẽ: sicut partium exercitus ad inuicem, sicut vna pars alteram partem iuuat. ordo autem totius ad Deum est ordo primarius. ordo autem partium vniuersi ad inuicem est ordo secundarius. Est enim hic ordo propter ordinem primarium: vt propter ordinẽ totius ad Deũ. Deus ergo est finis operis principalis, & in eo principaliter tendit totum vniuersum: sed homo est finis operis secundarius: prout partes aliæ vniuersi ordinantur in vtilitatem huius partis, quæ est homo.

Quinto modo potest verificari, quod dictum est, vt dicatur homo quodã modo finis omniũ: quia etiam secundum hunc finem secundarium, prout partes vniuersi se iuuant: est cõsiderare aliquid, quod sic est causa factionis alterius, q̃ si illud non esset, nec illa fierent. Nam Deus in primaria factione mundi: quando fecit prima animalia perfecta: vt primum hominem, & primum equum: fecit membra hominis propter hominẽ, & membra equi propter equum: ita quòd si non fecisset hominem, non fecisset membra eius separata, vel membra equi separata, si equum non fecisset: sicut phãtasticè opinabat Empedocles: a principio membra animalium, & partes plantarum sic diuisa fuisse. Sed homo non est sic finis mundi: quòd si non fuisset factus homo, nõ fuisset factus mundus, vt quòd res mundi secũdum se non habeant participationem diuinæ bonitatis, nisi in ordine ad hominem, sicut membra animalis in ordine ad animal. Sed habent res secundum se quãdam participationem diuinæ bonitatis, & nihilominus ex ipsis rebus prouenit quædã vtilitas homini, ratione cuius dñr res factæ propter hominem. Sic enim dicemus de mũdo respectu hominis: sicut dicit Magister de factione eius ✠ propter reparationem angelicam, cũ ait: Factus est homo propter reparationem angelicæ ruinæ, quod non ita intelligẽdũ est: quasi ✠ non fuisset factus homo, si non peccasset angelus, sed quia inter alias causas. f. præcipuas, hæc etiam. i. reparatio ruinæ extitit nonnulla causa, i. aliqua causa, vt fieret homo.

Empedocles error.

* Homo fuit factus quoad ✠ propter reparationẽ Angelorũ.

* Angelus etiam si nõ peccasset, homo fact' fuisset.

Sexto modo potest exponi, q̃ nos sumus finis omnium quodam modo, quia non sumus finis omnium vniuersaliter, sed finis omniũ naturalium habentium formam in materia, quę omnia ordi-

ordinantur ad nos, tanquam minus nobilia ad magis nobile.

Septimo modo potest etiam verificari quod dicitur, quia si sumus finis omniū vniuersaliter, & si omnia nobis seruiunt, & ministrant; hoc nō est simpliciter, & ex ordine naturæ nostræ: vt ꝙ secundum naturā simus excellentiores omnibus, sed ex ordine diuinæ misericordiæ, quæ facit angelos suos esse ministros nostros. vnde & in littera dicitur, ꝙ ipsi quoque angeli in quibusdā scripturę locis nobis seruire dicuntur: dum propter nos in ministerium mittuntur.

Angeli hominibus seruiunt.

RESP. AD ARG. Ad primum dicēdum, ꝙ si illa, quæ sunt nobiliora, quàm nos, vt angeli seruiant nobis: hoc non est simpliciter, quòd sic requirat ordo naturæ, sed quodam modo: prout hoc facit ordo diuinæ misericordiæ. videt enim nos imbecilles diabolo ad resistendum, & misericordia motus, in obsequium nostrum mittit angelos ad nos adiuuandum.

Ad secundum dicendum, quòd homo non est finis omnium, quòd sit finis operantis omnia, vel ꝙ sit principaliter intentus ab agente omnia, sed est finis omnium, quia est quodā modo finis operis: prout in vtilitatem eius ordinantur quodā modo omnia opera.

Ad tertium dicendum, ꝙ ordo in vltimū finē est ordo primarius. homo autem non est sic finis omnium, ꝙ in eum ordinentur omnia principaliter. Ad formam autem arguendi dicendum, ꝙ illud, à quo fiunt omnia, non innititur alij agēti: ideo est agens primū, sed non omnia ordinantur in hominem tanquàm in finem: sic, ꝙ homo nō ordinetur in alterū finem: sicut agens omnia non ordinatur in aliud. agēs. quia, vt patuit, huiusmodi ordo non est principalis, sed secundarius: propter quod homo non est finis vltimus.

Creaturę quo factæ sint in odiū hominis.

Ad quartum dicendum, quòd creaturæ factæ sunt in odium, & in impedimentū hominis propter insipientiam eius, quia nescit bene vti creaturis. si enim bene sciret vti eis, essent omnia ad profectum eius, vel quia inde efficeretur humiliot, vel quia inde efficeretur doctior, vel ꝙa inde surgeret in laudē Dei, vel aliquas alias vtilitates inde acciperet.

Ad quintum dicendum, quòd esse vnam creaturam propter aliam; vel hoc est, quia tendit in similitudinem diuinā per illā, & sic propter ordinem perfectionis quodlibet inferius est propter suum superius. imaginabimur enim, quòd sicut nō sunt duo numeri æqualiter distātes ab vnitate: sic nō sunt duæ spēs æqualiter distātes à Deo, sed semper vna est perfectior alia, & sm ordinem perfectionis est media inter Deum, & aliam. Secundum ergo hunc ordinem, semper vna tendit in Deum, mediante alia, vt imperfecta tendit in Deum, mediante perfecta, quia semper inter Deum, & speciem minus perfectam cadit media species magis perfecta. Hoc ergo modo nīa materialia, ꝙa sunt infra hominem, aliquo modo ordinant ad hominē: homo ergo hoc mō nō est quid paruum, nam ipsum cœlum, quod est tantæ quantitatis est infra hominem, quia cum non habeat intellectum, non est ita quid nobile, sicut homo. Alio modo potest dici vna creatura esse propter aliam: prout vni creaturæ provenit vtilitas per aliam, & sic omnia quantumcunq; magna possunt esse propter parua. Ipsi etiam angeli possunt esse hoc modo propter hominem, prout ex eis provenit vtilitas hominum.

Cœlū infra hominem.

Angeli ꝙn propter hominem.

Adnertēdum autem, quòd hoc modo omnia magis sunt propter hominem, quàm propter angelos: nam ex vna re provenit vtilitas alij: prout vna res habet convenientiam cum alia. & quia homo habet convenientiam cum omnibus, non autem sic convenit angelo: dicitur magis, vel pluribus modis habere vtilitatem ex omnibus, quàm angelus.

De creatura rationali.

DEINDE quæritur de creatura rationali, quam dicit Magister diuisam in duas partes: quarum vna remansit in sua puritate, vt Angelus: alia cōiuncta fuit corpori, vt anima humana. Circa quod quatuor quæremus. Primo vtrū sit aliqua creatura rōnalis media inter angelum, & hominem. quia si sic: non erit creatura rationalis diuisa in duo solum: in angelum, & hominem. Secundo vtrum sit aliqua creatura rationalis infra hominem, quia hoc modo etiam esset dare creaturam rationalem tertiam, præter angelum, & hominem. Tertio quæretur: vtrum anima rationalis, congruum fuerit, quòd vniretur corpori. Quarto virum fuerit congruum, quòd vniretur tali corpori.

ARTIC. I.

An detur creatura rationalis media inter Angelum, & hominem. Conclusio est negatiua.

AD primum sic proceditur: videtur, quòd sit dare creaturam aliquam rationalem mediam inter angelum, & hominem. Nā ordo, & connexio vniuersi requirit, quòd à re nimis discordante ad rem nimis discordantem nō sit processus sine re media cum vtroque concordante: cū ergo angelus habeat omnes species suas intelligibiles simul, quia nullam acquirit: homo autem nullā habeat, quia omnes acquirit: erit ergo dare creaturam rationalem mediam, quæ aliquas habebit, & aliquas acquiret.

Vniuersi ordo, & cōnexio.

Præterea: Angelus nec secundum substātiam, nec secundum operationem dependet à corporea

anima

anima autem secundum esse, & secundum operationem coniungitur corpori: A tanta ergo differentia ad rem sic differentem non est processus sioe re media: erit ergo dare creaturam ratioonalē mediam, quæ oec secondum vtrumque. i. secundum esse, & operationē erit vnita corpori: nec secnodum vtrumqne poterit esse separata: sed erit secundnm vnum coniuncta fm aliud separata.

Ordo rationalium ex opin. antiquorum. To. 5. c. 14.

Prætereà: qnod ponebāt aliqoi de ordine animalium: vt recitat Aug. 8. de Ciui. Dei. videtur, quòd debeamus dicere de ordinc creaturārū rationalium. Dicebāt illi, quòd animalium, in quibus est anima rationalis, est tripartita diuisio, io Deos, homines, & dęmones. Dij, vt dicebāt, excellentissimum locum tenent: homines infimum: dęmones medium. Deorum sedes, vt dicebāt, est in cœlo: hominum in terra, dæmonum in aere. Videbātur ergo isti velle, ꝙ omnia ratioonalia haber ēt corpora. Sed, qa nō erat transitus ab extremo ad extremum sine medio, si sunt animalia rationalia, quorū sedes est cœlum, vt dij. Animalia rōnalia, quorum sedes est terra, vt homines: Sūt & animalia media, quorum sedes est aer. Sic & nos arguere poterimus: qoia si sunt creaturæ rationales, quarum magis aptus locus est Cœlum, vt Angeli. & creaturæ rationales, quarum congruus locus est terra; erūt creaturæ rationales mediæ, quarum congruus locus erit locus medius.

Cap. 16.

Præterea: vt recitat idem Aug. eo. li. 8. Ponentes dæmoocs medios inter Deum, & homines: ponebant eos æternitate cōuenire cum dijs, passibilitate cū hoībus. Arguamus ergo & nos sic de creatura media iter angelos, & homines: sicut ipsi videbātur arguere de creatora ratioonali media ioter Deos, & homines. Dicemus enim, ꝙ angeli secondum naturam, oec suot corruptibiles, nec passibiles: homines autē & corruptibiles, & passibiles. non ergo erit connexum vniuersum, nisi sit dare creatnram rationalem mediam incorruptibilem, & passibilem, ratiooe coius cōueniat cum vtroqoe.

Symbolum Athanasij.

In contrarium est Magister in litera, qni creaturam rationalem dicit distinctam solum in duo, in iocorpoream, quę vocatur Angeius: & corporeā, quæ vocaior homo ex anima rationali, & carne subsistens.

RESOLVTIO.

Creatura rationalis media inter Angelum, & hominem non datur. cuius oppositum fabulosum censetur.

To. 5. c. 14.

Respondeo dicendum, quòd circa hanc materiam videntur minus sufficienter sensisse Auctor de causis, & qnidam alij Philosophi: & etiam qoidam alij, de quibus ioqoitur Aug. 8. de Ciui. Dei, qui Academici vocabātur. Auctor enim de causis inter homines, & intelligentias, qoas ous vocamus angelos: posoeront creaturas quasdam rationales: aliqno modo corporibus vnitas, & aliqoo modo oon vnitas, quas vocaoerunt animas Cœlorum: Ideo dicitur in 31. propositiooe de causis: ꝙ inter rem, cuius substātia,

Animæ cęlorum quæ, ex Auct. de causis.

A & actio est in momento ęternitatis: & rem, cuius substantia, & actio est in momento temporis: est res media, cuius substantia est in momento æternitatis, & operatio in momēto temporis. accipitur enim ibi momentum æternitatis, & momentom temporis large, siue sit æternitas, siue nunc æternitatis: siue tempus, siue nunc temporis. omnia ergo ista corporalia, quæ videmus, voluit ille Auctor esse in tempote secundnm substantiam. etiam ipsum cœlum volnit esse in tempore secundum substantiam. qoia in substantia cœli est motus, in qno motu est tempos. Corporalia ergo omnia, vt in libro de causis diffusius diximus: secundum modum loquendi illius aoctoria habēt substantiam in tempore: vel quia habent substantiā subiectam primo motui, in quo fundatur tēpus: sicor subiectum subijcitur accidenti: & sic habet substātiam in tempore primum mobile: vel quia habent substātiam subiectam huiusmodi motoi: sicut effectus subijcitur causæ; & sic habēt omnia alia mobilia substantiam in tempore. quia in omnia alia mobilia habet aliquam causalitatem primus motus, in quo suodatur tempus. In substantia enim omnium aliorum mobilū caufator aliquis motus a primo mobili: vel ad sitom, vel ad formam: & quia videbatur Auctori de causis, ꝙ vniuersum non esset connexum, nisi inter rem, cuius substantia, & operatio non est in tempore, vt intelligentia: & rem, cuius etiam ipsa substantia est in tēpore, modo, quo diximus (vt sunt omnia ista mobilia) sit res media, cuius substantia est i ęternitate; & actio i tpe. iō dixit, ꝙ oportet, vt sit res media, coius substantia est in æternitate, & actio in tempore, vt aīa cœli. Hoc ergo mō connectitur voiuersum, sicut videmus, ꝙ connectuntur elementa: vt terra connectitor aquæ: qa vtraq; frigida: aqua aeri: quia vtrūque humidū: aer igni: quia vterq; calidus. nisi ergo esset aqua, non bene cūnecteretur terra cum aere: qna nullo qualitate symbolam habet cum ipso: & nisi esset aer: non bene cōnecteretur aqua cum igne: quia nullam qualitatem symbolam habet cum illo. Inter ignem ergo, qui est calidus; & siccus: & aquam, quæ est frigida, & humida, est aer faciens connexionem iotet vtrumquet: qui in caliditate coooenit cum igne, & in humiditate cōuenit com aqna: sic inter intelligentias, quas vocamus angelos, & omnia ista corporalia: sunt animæ cœlorum mediæ facientes connexionem in vniuerso, quæ cum intelligētijs conneniuor: qa habent substātiam in æternitate. i. in æuo, & operationem in tempore. Neque enim operatio intelligentiarū cadit aliqno mō sub tēpore propriè dicto; qnod est passio primi motos. Ideo dicitur intelligentia secundum omnia sua esse supra tēpus. Sed operatio animæ cœli mēsuratur tempore prōpriè sumpto: cum eius operatio sit motus cęli. secundum hoc ergo tripartita est creatura rationalis: in Angelos: & Hoies: & Animas cœlestes: qoe in libro de causis vocantur animæ nobiles. Sed hic modus loqoendi superstitiosus est: & aliquo modo continet falsitatem. Superstitiosus quidem

Lib. de causis edit. ab Aegidio ante 2. sent.

Elementoꝝ connexio.

Vniuersi cōnexio.

Animę cęlorum quales.

Intelligentię cur supra tempus.

Auctor de causis improbatur.

Motores cœlorũ non possunt dici animæ.

quidem,& ampullosus est: vt tales motores cœlorum vocentur animæ, licet secundum aliquem modum possint animæ appellari: sed aliquo modo continet falsitatem, quia sic distinguebãt animas ab intelligentijs: vt animæ non possent fieri intelligentiæ: nec intelligentiæ animæ. voluerunt enim, quòd semper operatio animarũ immediata, loquendo de animabus cœlestibus: esset motus cœlorum, & quòd nunquam immediata actio intelligentiarum posset esse motus corporum. Sed cum animæ cœlorum moueant cœlos per voluntatem, & intellectum: si Deus vellet: possent illę cessare a motu cęli: & possent aliæ intelligẽtiæ mouere cęlos. Distinguere ergo creaturam rationalem in homines, intelligẽtias,& animas cœlorum, accipiendo rationale large: (quia propriè intelligentiæ non sunt rõnales, sed intellectuales) est distinguere creaturam rationalem in hominem, & intelligentias inferiores, & superiores. Nam animæ cœlorum non sunt nisi intelligentiæ inferiores: dignum est enim, quòd infima suprem orum, i. inferiores intelligentiæ: attingant suprema corporum, i. supercœlestia corpora. Propter ergo ampullosum modum loquendi Philosophorum, nõ ponemus creaturam rationalem tertiam differẽrem ab homine, & ab Angelo. nam animæ cœlorum sunt ipsi angeli: sed sunt inferiores angeli. non enim est inconueniẽs, quòd Seraphin, q̃ sunt de suprema Hierarchia, administrent corpora. Sed congruum est, quòd faciant illi de infima Hierarchia. Sed cum disputabimus de animatione cœlorum: supplebimus si quid sit hic dimissum: nũc autem tantum dictũ sit, quòd propter animas cœlorum non oporter, creaturam rationalem ponere tripartitam: vel non oporter ponere tertiam creaturam rationalem ab homine, & ab angelo differẽrem, Auctor ergo de causis, & quidã alij Philosophi, inter angelos, & homines, siue inter intelligentias, & homines posuerunt quasdam creaturas medias, vt animas cœlorum, quæ secundum esse non erant coniunctæ corpori, sed solum immediatè operabantur circa corpora. Sed, vt ponit Aug. 8. de Ciui. Dei. quidam Philosophi à Platone quodammodo sumentes originẽ: vt Speusippus sororis Platonis filius: & Xenocrates dilectus eius discipulus, qui successit ei in schola, quæ Academia vocabatur, a qua eorum successores sunt Academici appellati: isti, vt dicit Aug. creaturam rationalem tripartitã posuerunt, in Deos, Dæmones, & Homines: nec est inconueniens, quòd eos, quos vocabant Deos, vocemus creaturas: quia vnum ponebant Deum summum, qui omnium habebat aliorum prouidentiam: & per cõsequens qui erat omnium aliorum causa. Secundum hoc ergo inter Deos, & homines. i. inter angelos, & homines erat creatura media: non secundum esse a corpore absoluta: sed secundum esse corpori coniuncta. hanc autem creaturam mediam vocabãt dæmones: dicentes eos habere corpora aërea. qd et si ipsos Deos, siue angelos dicebãt hẽra corpora vnita: dicebant eos habere corpora cœlestia.

Academia Platonis schola.

Intelligentiæ non dicũtur rõnales, sed intellectuales.

Animæ cęlorum quę.

A tripartita ergo secundum istos erat rationalis natura: & quęlibet erat coniuncta corpori: quarum alia erat cęlestis, alia aerea, alia terrestris. Sed hæc posito stare non potest: quia corpus animatum oportet esse organicum: propter quod nullũ corpus simplex: cuiusmodi sunt elementa, & cœlũ: potest esse animatum, vt hic de animato loquimur: sicut diffusius patebit in vltima q̃stione lectionis præsentis. Dicamus ergo, ꝙ propter ampollosa verba quorundam Philosophorum, ponentium animas cœlorum medias inter animas nostras, & intelligentias; non oportet ponere tripartitam esse rationalem creaturam. quia animæ illæ cœlorũ nũ sunt nisi inferiores intelligentiæ, vel inferiores angeli. Rursus propter quorundã fabulas, ponentium q̃dam animalia rationalia supra hominem habentia corpora aerea, vel cęlestia non oportet ponere: nisi dupliciter rõnalẽ creaturam: quia talia corpora simplicia animata esse non possunt. non enim cęlum sic est animatum, vt hic de animato loquimur, ꝙ fiat vnum secundum esse ex cęlo, & eius anima: & etiam secundũ hunc cursum naturæ, quẽ videmus, nullum corpus simplex potest esse sic animarum.

Corpus simplex animũ esse non potest.

Ex cœlo, eiusque alia non fit vnũ per se.

RESP. AD ARO. Ad primũ dicendũ, ꝙ non semp, q̃n est dare duo sic dicta, est dare tertiũ connectens: præcipuè si hmõi tertium repugnet effectui: sicut est in proposito. nam oportet, recipiens esse denudatum a natura recepti: vt declarari habet in 2. de anima, pupilla enim, vt possit colores recipere: est absolor nullum colorem habens. repugnat ergo effectui, ꝙ intellectus intelligens per receptionẽ specierum, aliquam speciem habeat: quia tunc nullam reciperet, si naturaliter sibi aliqua inesset. Inter intellectum ergo angelicum habentem omnes species concreatas, & intellectum nostrum omnes aliunde recipientem, nõ est dare intellectum medium habentem aliquas species concreatas, & aliquas acquisitas. Vel possumus dicere, quòd homo non est connectens naturam spiritualem cum corporali, vt qa angeli sunt pnrè spirituales, & quædam substantiæ sunt pure corporales, est homo medius connectens hoc cum illo compositus ex vtraq; substantia. quia si semper inter connectens, & connexum oporteret dare medium: ratio connexionis iret in infinitum. Possumus etiam & tertio respõdere, quòd si in hoc differunt homo, & angelus: quia angelus habet omnes species intelligibiles cõcreatas: homo vero omnes huiusmodi species aliunde receptas: non tamen propter hoc oportet dare creaturam rationalem mediam, & tertiã inter hominem, & angelum, connectentem vnũ cum alio. quia simul cum differentia assignata sunt multæ conuenientiæ inter angelum, & hominem, ratione quarum est aliqua connexio inter eos, vt ordo vniuersi requirit.

T. c. 67. 7. 83. & 7. de an. 4. 5. & 8. cœli. 67.

Homo medium vniuersi.

Ad secundum dicendum, quòd est dare hoc modo substantiam rationalem mediam: quæ habet operationem corpori vnitam: tñ sm substantiam, vel sm esse est separata a corpore, vt anima cęli. Sed propter hoc nõ damus substantiã rõnalẽ

mediã

medium inter hominē, & angelum: quia animæ cœlorum non sunt nisi inferiores angeli.

Ad tertium dicendum, ꝙ illud dictum ioiam est poeticum, & fabulosum. nam non est dare animalia habentia corpora cœlestia: quos vocabant Deos: nec habentia corpora aerea: quos dicebant dæmones. quia corpora simplicia nō possunt esse animata: vt hic de animato loquimur. sunt enim dæmones: sed non illo modo, vt isti ponunt.

Ad quartum dicendum, ꝙ hoc repugnat effectui, ꝙ sit aliquid secundum naturam passibile: & sit incorruptibile: quia omnis passio naturalis magis facta abijcit à substantia: propter quod tale medium poni non potest. virtute enim diuina hoc fieri pōt, quòd aliquid incorruptibile patiatur. sed secundum naturæ cursum fieri nō potest.

ARTIC. II.

An creatura rationalis infra hominem detur. Conclusio est negatiua.

SECVNDO quæritur: vtrū sit dare creaturam rationalem infra hominem. Et videtur, quòd sic: nam corpus animatū quadrifariam diuiditur: videlicet In vegetatiuum, sensitiuum, & secundum locum motiuum, & intellectiuum: cū ergo sit dare multas species vegetabilium, & multas sensibiliū (quia multa sunt animalia, & diuersa fm speciem, quæ non monentur fm locū: nisi se dilatando, & constringēdo) sic etiā multæ sunt species animalium secūdum locum se mouētiū. Pari ergo ratione erunt multæ species animaliū intellectū habentium. sed si sunt plures spēs animalium rationalium: cum in prædicta quæstione sit dictum, ꝙ non est rationale animal infra hominem, sine inter angelum, & hominē: erit ergo dare rationale animal infra hominem, vel aliter non erunt plures species rationalium.

Animatum corpus qua duplex.

Præterea quando aliqua diuidunt ex aduerso, quanto nobilius est alterum altero, tanto maior est ibi pluralificatio secundum speciem: videmus enim, quòd diuiditur creatura in intellectualē, & corporalem. quia ergo creatura intellectualis, siue angelus est nobilior, quàm corporalis: multo plures sunt species angelorum, quàm corporū, vt innuit Dio. 14. c. de Ang. hierar. Sic ergo, quia animal diuiditur in rationale, & in irrationale: cū rationale sit nobilius: erunt multo plures species animalium rationalium, quàm irrationalium.

Angelorū plures spēs, quàm corporū.

Præterea secundum Commen. Mures, qui nascuntur ex coitu: non sunt eiusdem speciei cum illis, qui nascuntur ex putrefactione. sed mures nati ex coitu sunt multo maiores: ex putrefactione autem sunt multo minores. Mures ergo magni non sunt eiusdem speciei cum parvis, & quia in aliquibus partibus dicuntur esse Gigantes, qui

Mures ex coitu, & putrefactione non sūt eiusdē speciei. Vide id fa. ⁹ Lyra p. 1. q. 2. ar. 6. & d. 16 q. 1. ar. 2. dub. 1.

A sunt multo maiores: in aliquibus Pygmei, qui sunt multo minores: & quia, qui sunt huiusmodi, non videntur esse eiusdem speciei; consequēs est, ꝙ animal rationale diuidatur in multas spēs.

Præterea secūdum Cōmē. in 1. de anima: Mēbra leonis, & mēbra cerui non differunt: nisi, qa animæ differunt. si ergo inueniūtur homines habētes diuersas figuras mēbrorū, cōsequēs ē hmōi homines nō esse eiusdē speciei. sed dicitur, in aliquibus partibus esse homines Monoculos: in aliq bus esse ⁊ Vnipedes: nō habētes nisi vnū pedē: qui pes dicit esse tantę latitudinis, ꝙ homo hmōi pedē habēs ad terrā iacens, & suū pedem soli obijciens; faciē vmbram toti corpori. tāta ergo diuersitas membrorum arguit diuersitatē aiarū. sunt ergo multę species animaliū rationaliū, quę licēt non vocentur homines: sunt tō rationales, sicut & nos: licēt sint infra nos: cū supra, esse nō possint. quia inter eos, & angelos certum est nullam esse creaturam rationalem mediam.

Comment. 1. 8. dicit non se mel dictū à Doctore.

B

Vide Mag. in 8 philosophicā. li. 8. cap. 20.

IN CONTRARIVM est Magister in litera, solum in duo dividēs creaturam rationalē: in angelos, & homines.

RESOLVTIO.

Plures intellectus possibiles, vel anima intellectiua specie differentes dari non queunt, nec creatura rationalis infra hominem: sicut duæ primæ materiæ specie, & essentialiter differre non possunt, vt patet ex differentia, medietate, & distantia ad Deum.

C RESPONDEO dicendum, ꝙ intellectus noster in genere intelligibilium est sicut materia prima in genere entiū. Quòd licèt sit dictū Cōmētatoris: est tamē rationi, & veritati consonū. nam intellectus corpori vnitus est aptus natus à phātasmatibus recipere species. & quia recipiens debet esse denudatum à natura recepti, huiusmodi intellectus nullam habet de se speciē: est enim, quantum de natura sui, sicut tabula rasa, in qua nihil est pictū, vt declarari habet in 3. de anima. Et quia de se nullā habet formam intelligibilem, est pura potentia in genere intelligibilium: sicut qnia materia nullam de se habet formā sensibilē, est potentia pura in genere sensibiliū, & in genere entium. Sicut ergo in quibusdā nostris quæstionibus disputatis: ostendimus, ꝙ materia à materia essentialiter differre non potest: sic triplici via ostendemus, ꝙ vna anima intellectiua ab alia specie differre nō possit, & ꝙ non sit dare plures species animalium rationalium. Prima via sumetur ex indifferentia, quam dicit talis potentia. Secunda ex medietate, quam importat. Tertia ex distantia, quam habet ad primum, siue ad Deum.

Intellectus humanus est pura potentia in genere intelligibiliū. 3. de anima. c. 18. 19.

T. c. 14.

D

Quæst. disp. dēt ferre de esse, & essētia.

Prima via sic patet: nā vt dicitur in Metaph. Actus ⁊ est, q distinguit. Si ergo aliqua sunt distincta, vel hoc est, quia vtrunq; dicit actum, sed alium, & alium actum, & sic duę formę differunt inter se, vel differunt secūdo, quia dicit diuersos

Li. 7. t. c. 49. ⁴ Actus enim principaliter distinguit a materia vero aliquo mō, sed hoc habet à forma. Vide 2. Theor. Zimara.

actus

actus in diuersis subiectis receptos, & sic differunt duo composita habentia diuersas formas. vel tertio differunt, quia vnum dicit actū, aliud carentiam actus, & sic differunt materia, & forma. imaginari autem quartū modum, quòd duæ potentiæ differant per comparationem ad actum, vt fortè qa vna potentia est propinquior actui, quàm alia, vel quia vna ordinatur ad nobiliorem actum, quàm alia, vel qualitercōque aliter vna differat per comparationem ad actō ab alia, hoc non erit sine actu. nam si duę sunt potētiæ purę: cum pura potentia nihil habeat de actu: qa tota nobilitas est ex perfectione, & actu: non erit vna propioqnior actui, qaàm alia: nec erit vna nobilior alia: nec aliter ordinabitur ad actum vna, quàm alia: propter, quod nullo modo differre poterit vna ab alia. Et quod dictum est de prima materia in genere entium, veritatē habet de intellectu nostro possibili in genere intelligibilium: non enim poterunt esse duo tales intellectus differentes specie, nisi vnus sit perfectior alio. Nam non sunt duæ species quarumcunque rerum æquè perfectæ: sicut nō sunt duo numeri specie differentes æquales habentes vnitates: cum ergo perfectio, & endelechia de actu dicatur, vt potest haberi ex Met. Si erunt duo tales intellectus specie differentes, vnus erit perfectior alio, vnus erit actualior alio. quare si vnus erit potentia pura in genere intelligibilium: alter non erit potentia pura. alter ergo intellectus non erit coniunctus corpori. quia omnis intellectus coniunctus corpori: cum intelligat acquisendo à sensibus, & acquirens id denudatum à natura acquisiti: est pura potentia in genere intelligibilium. non ergo sunt duo animalia rationalia specie differentia.

Species, vt numeri 8. Met. 12. Met. 9. T. 6. 7.

Aduertendum tamen, quòd non intendimus per hæc verba determinare quæstionem illam: & vtrum animæ humanæ sint æquales, vel inæquales in naturalibus: ponendo enim inæqualitatē animarum secundum naturalia: oportebit hanc inæqualitatem seruare simul cum potentialitate plures intellectos possibiles. Quòd qualiter sit, & verum fieri possit, non est præsentis speculationis.

Hanc quæstionem determinat Doctor infra dist. 7.

Secunda autem via ad hoc idem sumi potest ex mediocritate, siue ex mediatione, quam importat huiusmodi pura potētia, vt materia, q̄ est pura potētia in genere entiū, qa dicit medium tale inter ens actu, & nihil: & dicit medium tale, q̄ si natura plus haberet de entitate, qā nō esset potentia pura, statim esset ens in actu. Si autem minus haberet: quia nec esset ens actu, nec potētia, statim esset nihil. Et quod dictum est de materia, q̄ est potētia pura in genere entium: veritatem habet de intellectu nostro possibili, qui est potentia pura in genere intelligibilium. est enim huiusmodi intellectus medius inter intelligibile actu, & non intelligibile. Nam si huiusmodi intellectus plus haberet de intelligibilitate: quia tunc non esset potentia pura in genere intelligibilium esset aliquid actu in tali genere. Si vero minus haberet de intelligibilitate, tūc nec actu, nec potentia pertineret ad genus intelligibilium. esset ergo de genere sensibilium. est ergo intellectus noster secundum medium punctale inter intelligibilia, & sensibilia: sicut materia tenet medium punctale inter ens, & nihil. sicut ergo nihil de entitate posset addi materię, nisi fieret ens actu, & nihil posset demi ab ea, nisi fieret nihil; sic ab intellectu nostro possibili nihil posset demi de intelligibilitate, nisi pertineret ad genus sensibilium: & nihil posset ei addi, nisi fieret actu in genere intelligibilium. Impossibile est ergo tales intellectus specie differre: quia tūc vnus plus, vel minus haberet de intelligibilitate, qnàm alius: qnia esset vnus perfectior, & actualior alio: non ergo quilibet illorum obseruaret hanc punctoalem mediationem, quæ requiritur ad intellectum coniunctum corpori, acquirentem scientiam ex sensibus.

Intellectus si differunt specie, sequeretur, q̄ vnus plus, vel minus haberet de intelligibilitate, q̄ alius. sed hoc est falsum. ergo illud, ex quo sequitur.

Tertia via sumitur ex longinquitate, & propinquitate ad principiū. imaginabimur. n. quòd sicut non sunt duo numeri specie differentes æqualiter ab vnitate distantes: sic non sunt duæ res specie differentes: sine sint illæ res in genere intelligibilium, siue non pertineant ad tale genus, sed ad genus communius, vt ad genus entium, secundum ordinem perfectionis æqualiter distantes à Deo: sed semper erit vna alia perfectior, & per consequens Deo similior, & hoc modo propinquior. Dicemus ergo de intellectu nostro possibili respectu angeli in genere intelligibilium, quod dicit Augustinus 12. Confess. de angelo, & materia prima: cum ait: Dno fecisti domine: & vnum propè te. i. angelum: aliud * propè nihil. i. materiam primam. Sic possumus dicere de angelo, & de intellectu nostro respectu rei sensibilis. duo fecit Deus: vnum propè se. i. angelum, & & aliud propè sensibile. i. intellectum nostrum, qui, si minus haberet de intelligibilitate, non pertineret ad genus intelligibilium, sed fieret de genere sensibilium. Duo ergo tales intellectus specie differentes esse non possunt, quia vnus esset perfectior alio, & haberet plus, vel minus de intelligibilitate, qnàm alius. non ergo æqualiter distarent à primo: nec essent æquè propè sensibile: sicut debet esse potentia pura in genere intelligibilium. non est ergo dare duos intellectus corpori vnitos specie differentes. propter quod nec est animal intellectuale supra hominem, sed solus homo est rationale animal, loquendo de animali propriè sumpto, quod est species corporis animati. Nam Grego. large loquendo de animali, ipsum angelum appellauit rationale animal.

Tomo 1.

Angelus appè Deum.

* Materia prima propè nihil.

* Intellectus humanus propè sensibile.

Angelus dicitur esse rationale impropriè.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd sicut est in qnantitatibus, sic suo modo est in speciebus entium. Nam aliquando finis est vel terminus in descendendo, vt in quantitate discreta: aliquando in ascēdeodo, vt in quantitate continua, vt declarari habet in Physicis: sic & in genere entium, vel in speciebus

entis: aliquando non est status in ascendendo t nullus est enim angelus ita prope Deum: quin possit fieri angelus propinquior Deo, vt infra disputabimus, sed est aliquo modo status in descendendo. nam materia ita est prope nihil, ꝙ in genere entium nihil posset fieri propinquius nihilo. Vnde Augustinus 12. Confes. appellat materiam penè nullam rem: propter propinquitatem, quâ habet ad nihil. In speciebus autē entis: si incipimus a superiori: vt a creaturis rationabilibus, siue intelligibilibus: erit status in infimo, vt in intellectu nostro. Si autem incipimus ab inferiori, vt à rebus animatis, siue à rebus sensibilibus; erit status in supremo, vt in homine. homo enim ratione intellectus excellentior est quacunque res sensibili: non est ergo, ꝙ ✻ si sunt plures species angelorum, ꝙ sint plures species hominū, quia hoc modo est status in homine descendendo. nec est simile si sunt plures species vegetabilium, vel sensibilium, vel animalium, fm locum mobilium, quòd sint plures species animalium rationabilium, quia hoc modo est status in homine, ascendendo.

Tom. 1.

*An gelorū sint plures species hominum in vno tantum.

Ad secundum dicendum, ꝙ quanto nobilior est pars accepta: si potest ibi esse maior plurificatio specierum: oportet, ꝙ illud acceptū sit genus. nam in specie specialissima impossibilia est date multiplicationē secundum spēm. & quia animal rationale non dicit genus, ideo plura animalia rationalia specie differentia esse non possunt. Si ergo volumus verificare, ꝙ sint multo plures species animalis rōnalis, quàm animalis sensibilis; oportet animal rationale extendere ad angelos. fm quem modum verum erit, quod dicitur. Et sic aliqui valde largè locuti sunt de rationali animali dicentes ✻ Angelum esse rationale animal, vt Grego. Aliqui aut cœlū dixerunt esse animal, secundum quem modum loquitur Auicen. in Metaphysica sua dicens: Cœlum est animal obediens Deo: sic & Porphyrius videtur cœlos appellare Deos: & appellare eos rōnabilia animalia, cum dixit: Mortale additum rationali animali, separat nos à dijs; loquendo tamē proprie de rationali animali, in eo est status, modo, quo diximus. & quia vbi est status ibi non est dare gradum secundum speciem, ideo huiusmodi animal rationale dicit solum vnam speciem.

Animal rationale, an sit genus.

* Angelus quo animal rationale ex Greg. li. 2. Homil. 10. quæ legitur in festo epiphaniæ, licet ponatur rōnale pro intellectuale. fi. de gñt simili dictū Porphyrij cap. de Differētia.

Ad tertium dicendum, ꝙ mures maiores, & minores non differunt specie ratione magnitudinis, & paruitatis, sed qa hi nascunt ex putrefactione: hi autem ex coitu. Si ergo inueniuntur homines valde magni, vt Gigantes: & mediæ magnitudinis, vt nos: & valde paruæ staturæ, vt ✻ Pygmęi, non tamen nascuntur hi ex putrefactione, hi ex coitu, vt ex hoc dicere possimus eos specie differre, sed omnes nascuntur ex coitu. & si omnes habeant intellectum, omnes sunt homines, & eiusdem speciei. Dicimus autem si omnes habeāt intellectum. nam multa animalia tanta industria naturali vigent, vt videātur intellectum habere. Pygmæi forte habent similia membra hominibus: & vigēt multa industria naturali: vt videantur habere intellectum. ꝙ si non habent, nō sunt eiusdem speciei nobiscum: si autem habent; eos, & nos continet vna species: quia intellectus coniunctus corpori multiplicationem secūdum speciem non suscipit. magnitudo autem, & paruitas non oportet, quòd faciat diuersitatem in specie: videmus enim canes, & equos valde se excedere secundum magnitudinem, & paruitatem, inueniuntur. n. canes valde parui, & etiam valde magni: omnes tamen sunt eiusdem speciei.

* Pygmęi ex Plin. li. 6. c. 11 & 7. c. 2. sunt popoli in extrema pte mōtium Indię ita dicti. Nā πύγμη Cubitum significat. Hi mulieres 5. anno pariunt, senescunt. 8. Ex Arist. 2. de Gen. an. hī eorū generatio. Et 8 de hist. animal. c. 12. dīcit eā Graibus pugnare, nec id fabulū esse lamus, vt & recētes Plinius.

Ad quartum dicendum, quòd multa dicūtur poeticè, & fabulosè miranda, quæ tamen non sunt credenda: posset etiam aliquid contingere tanquam monstrum in natura, quod non attribueretur intentioni speciei. ✻ Monoculi ergo, & Vnipedes: vel forte nulli sunt, sed fabulosè dicuntur esse: vel forte monstra in natura sunt; & aliquando aliquid tale visum creditum est esse secundum intentionem speciei, ꝙ si tamen animalia talia sunt, & monstra non sunt; dico ea non esse intellectualia: sed forte ex industria naturali faciunt aliqua opera similia arti: sed de talibus aliquid firmiter asserere non possumus plenè, qa nostra cognitio oritur ex sensu, de talibus autem nondum habuimus sensum, nec vidimus habentem.

Ex Canone parę nesi 3. moral dicēte: Nā multa canunt, sed non credenda Poetę.

*Monoculi non sint.

Ad maiorem tamen omnium horum intelligentiam sciendum, quòd August. 16. de Ciu. Dei narrat nouem monstruositates gentium.

Monstra humana quot & quę ex Aug. To. 5. libro 16. de Ciuita. & lib. 22. ca. 8. & 9. Et de Tri. lib. 5. c. 3. 8. & 10. Lege Gell. lib 9 cap 4. Et vide Sanctum in lib. Physic. 2 tex. 82. Et Arist. lib. 4 de gener. animal. c. 4.

Vna quidem est: quòd sunt quidam homines vnam habentes oculum in fronte media.

Secunda vero, quòd sunt quidam habentes plantas versas post crura.

Tertia est, quòd sunt quidam habentes vtrumque sexum: vt dextram mamillam habent virilē, & sinistram muliebrem: & inter se coeundo gignunt, & pariunt.

Quarta monstruositas est: quòd sunt quidam non habentes ora, sed per nares alimentum, & viuunt.

Quinta est, ꝙ aliqui sunt staturæ cubitales, quos Pygmæos vocant.

Sexta est, quòd alicubi feminæ, & mares quinquennes generant: & in octauo anno sunt homines illi ita decrepiti, quòd vltra non viuunt.

Septima, ꝙ sunt gentes non habentes nisi vnū crus, & non flectunt in illo cruce genu, & videntur ſonare verba Aug. ꝙ in illa cruce habēt duos pedes, quia forte habent vnum pedem ad effigiē duorum pedum; & est tantæ magnitudinis, & velocitatis per illo, quòd incepres in terra, cōtra solem faciunt sibi vmbrā de illo pede, & dicuntur hi homines maximæ celeritatis in cursu. potest enim contingere, quòd illi, qui videntur hi homines: habentes simul duos pedes in vnum vnitos, habeant illum pedem, vel illos duos pedes sic vnitos, ita magnos, quòd ex sola dilatatione, & restrictione velociter currant: vel forte habendo vnum crus, & vnum pedem, vel duos pedes sic coniunctos: saltando velociter currant, sicut & passeres, qui vel volant, vel saltant, nunquam autem aliter pergunt.

Passerum motus.

Octa-

Octaua monstruositas est, quòd sunt quidã homines sine ceruice: habentes caput intra humeros, vt in ipsis humeris habeant oculos.

Nona monstruositas est, q̃ sunt quidam homines habentes capita canina: quorum latratus magis ostendit eos esse bestias, quàm homines. Has monstruositates non asserit August. esse, sed dicit se adinuenisse in historijs quorumdam librorum.

Dicemus ergo cum Augustino in eodẽ libro & capitulo, quòd qualẽcunque quis habeat formam corporis, vel colorem, vel motum: dum tamen sit animal rationale, mortale: ab Adam originem trahit, & per consequens est eiusdem speciei nobiscum: non est ergo nisi vnum animal rationale secundum speciem: licet sub hac specie sint multa indiuidua, & multæ possint esse diuersitates. Istæ autem diuersitates, quas narrauimus, possunt prouenire ex deceptione nostra, q̃a credimus eos esse homines, qui tamen non sunt homines. Nam multi, qui nunquàm vidissent Simias: quando viderent eas, possent putare eas esse quoddam genus hominum.

Monstrorũ causæ diuersæ.

Secundo possunt illæ diuersitates venire ex monstruositate in natura: sicut quidam nascuntur cum pluribus digitis, quàm quinque, tam in manibus, quàm in pedibus. quidam, vt ibidem August. narrat, visus fuit, qui erat duplex ex parte superiori, & simplex ex parte inferiori: habebat duo capita: duo pectora: quattuor manus: vnũ vẽtrem, & duos pedes. qui ergo in extraneis partibus videret aliquem talem: fortè non diceret hoc esse monstrum in natura, sed crederet aliqd genus hominum esse tale.

Tertio tales diuersitates prouenire possunt, vt August. ait, ex voluntate Creatoris: cum huiusmodi diuersitates possint facere ad quandam pulchritudinẽ vniuersi: quæ omnia innuit August. eodem libro, & capitulo.

Possumus & nos addere quartam, & quintã causam, vt dicamus, q̃ multas diuersitates possunt facere alia, & alia plaga cœli. quia sicut videmus in aliquibus partibus sunt homines magni, & albi: in aliquibus parui, & nigri: quas diuersitates quia soliti sumus videre, non miramur eas: non est enim inconueniens, q̃ ex aliquo aspectu cœli fiant aliqua membra maiora: aliqua mẽbra minora, vt in aliquibus regionibus, vt plurimum, habeant magnum nasum: aliqui magnũ, & grossum os, vt quasi videantur habere os caninũ, & ita loquũtur grossè, q̃ quando loquuntur: quasi videntur emittere quendam latratum canis. Et sicut dicimus de naso, & de ore, ita possumus dicere de collo quantum ad paruitatem: q̃ aliqui habent ita paruum collum, vt quasi non videantur habere ceruicẽ: omnes enim tales diuersitates possunt fieri ex alio, & alio aspectu cœli, quas non soliti videre, audientes admiramur eas: & fortè homines in narrando addunt, quia plus dicunt, quàm viderint, vel fortè transeuntes aliquas partes celeriter, & nõ perfectè videndo, talia mentiuntur. Qui enim videret Gruem stãtem, quia semper stat quasi in vno pede: & videret eam volantem, quia volando ita coniungit pedes, q̃ quasi videtur habere vnum pedem: si nesciret aliter naturam Gruis: fortè diceret se vidisse auem, quæ non haberet nisi vnum pedem.

Nasum magnum, & os habentes.

Gruem statua, & volatus.

Volumus addere etiam & quintam causam, vt dicamus, quòd etiã ex arte possunt fieri multæ monstruositates: dicitur enim de Italia, quòd cum semper fuerit terra bellicosa, quòd matres filijs nascentibus comprimebãt capita, & faciebant ea quasi rotunda, vt aptius possent portare galeam: & cum hoc fecissent per aliqua tempora: nascebantur pueri cum talibus capitibus naturaliter, qualia matres sibi formauerant per artem. Nam, quia tales habebant * Patres habẽntes talia capita, nascebantur postea tales filij: ita possent & matres, cum puer est tener, sic pertrahere os, q̃ quasi videretur habere os caninum, & sic comprimere collum, vt quasi non videretur habere ceruicem. Sit ergo ad vnum dicere, q̃ animalia istarum diuersitatum, vel non sunt rationalia, & non habent intellectum: vel si rationalia sunt, ab Adam descenderunt: & sunt eiusdem speciei nobiscum, vndecunque illæ diuersitates prouenerint. Via ergo rationis ad hoc nos ducit, q̃ intellectus coniunctus corpori non plurificetur secundum speciem: omnes enim habẽtes animam rationalem, nisi monstrum acciderit in natura, sunt similes Christo homini, qui secundum Apostolum ad Hebr. c. 2. per omnia voluit fratribus assimilari.

Italorum mos, & præsertim Romanorũ, q fuerunt bellicosi.

* Cõtradictio. Doctor nõ videtur sibi cõstare. nã lexcẽtis in locis huius libri ait non habere corpus à matribus: sed totum dispositiuè à Patribus. Sed omnia cõtradictionis tollitur, ibi n. loquitur quãtũ ad ma eriã, quã foetus hẽt à Mre. hic verò quantũ ad lineationẽ, quam hẽt à Patre. Vide d. 16. q. 1 ar. 1. & d. 29 q. 1 ar. 8. dub. 2.

ARTIC. III.

An Anima rationalis debuerit vniri corpori, sicut est vnita. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 2, senten. d. 1. p. 2. ar. 4. 5. Item contra Gent. li. 2. c. 56. 57. & in q. disp. q. 1. de Sp. creat. art. 2.

TERTIO quæritur: vtrũ decens fuerit, vel debuerit anima rationalis vniri corpori. Et videtur, q̃ non. quia, vt dicitur in libro Sapientiæ, Corpus, qđ corrumpitur, aggrauat animã: Deus ergo, qui est summè liberalis, & summè bonus: non debet animam, quam creat mundã antequàm aliquid agat mali, vel boni, infundere corpori, vnde aggrauetur.

Sap. 9.

Animæ & corp. vnio qualis.

Præterea illud, quod habet esse per se subsistens: non potest coniungi alteri nisi accidentaliter: quia, quod vnitur alteri post esse completum: vnitur ei per accidens. sed anima humana potest habere per se esse: ergo nec debet, nec potest vniri ita corpori, quòd fiat vnum inde essentialiter.

Auerr. 1. Phys. cõ. 67.

Præterea: anima ex vnione ad corpus: impeditur a sua beatitudine: quia impeditur a contẽplatione spiritualium per operationes corporales. Vnde & Porphyrius dixit, ꝙ aïæ aufugiendũ erat omne corpus, vt esse beata posset: sed Deus, cuius est omnia dirigere in finem, non debet aliquam suã creaturam impedire à fine: ergo &c.

Aïa, & corporis vnio qualis.

Præterea: maximè distantia si coniungãtur hæbent modicam vnionem, quia secũdum, ꝙ res plus differunt minus conueniunt, & minus vniri possunt. Vnde anima, & corpus, quæ valde distãt, modica potent esse eorum vnio: sed materiæ ad formam est maxima vnio, non ergo poterit vniri anima corpori, sicut forma materiæ: & multomagis nec debuit fieri.

Præterea: effectus nõ est magis abstractus, quã sua causa: & per consequens potentia non potest esse magis abstracta, quã essentia: sed aliqua potẽtia animæ, vt intellectus, non est actus corporis: ergo multo magis essentia animæ non debet, nec potest esse actus corporis.

IN CONTRARIVM est, quia secundũ Anselm. minimũ inconueniens est impossibile apud Deum. Si ergo non esset decens animã vniri corpori, Deus non vniuisset eam: sed vniuit eam, ergo, &c.

RESOLVTIO.

Anima rationalis vniri debuit corpori decenter: idque ratione desiderij naturalis, euitandę confusionis, & ratione pulchritudinis vniuersi, Dei potentiæ, ac bonitatis.

RESPONDEO dicendum, quòd triplici via inuestigare possumus decentiam vnionis animæ ad corpus. Prima vt desiderium naturale animæ non sit frustra. Secunda ne cogamur ponere magis formam esse propter materiam, quàm econuerso. Tertia est pulchritudo, & perfectio vniuersi.

Propter primum sciendum, ꝙ anima comparatur ad mẽbra corporis, sicut ars ad organa: vnde, & in diffinitione animæ ponitur corpus Physicum organicum, quia membra corporis, vel varię partes corporis animati sunt quasi organa Physica, idest naturalia animæ. Ideo & Philosophus in 1. de anima vult, ꝙ vnumquodque corpus aïatũ bẽat ꝓpriã formã, i. ꝓpriã animã: & ait cõtra Pythagoricos ponentes aïam ire de corpore in corpus, ſ. ꝙ simile est, ac si aliquis dicat, tectonicam indui tybicines, vel vt habet alia litera, ꝙ ars carpentaria existat in musica. Imaginabimur ergo, ꝙ sicut quælibet ars habet sua organa propria, & vna non se adaptat organis alterius, vt ars carpentaria non intrat tybicines, i. fistulas, nec adaptat se organis musicæ; sic quælibet anima requirit suum proprium corpus, & sua propria organa, & non adaptat se alteri corpori tanquã forma materiæ. Si ergo ars carpentaria haberet desiderium, desideraret coniungi proprijs organis, sine quibus nõ potest proprias operationes exercere. sunt enim in arte propria opera virtualiter, quæ actualiter exercet mediantibus proprijs organis. Sic in anima tanquam in radice virtualiter sunt oẽs huiusmodi operationes corporeæ, quas exercet in corpore: propter ✻ ꝙ habet naturale desiderium, vt vniatur corpori: vt possit huiusmodi operationes exercere: nã & separata, & in beatitudine existens: secundum Aug. 12. super Gen. circa finem: propter desiderium naturale, quod habet administrandi corpus: ✻ retardat ne omnino ferat in illud summum cęlum, quàmdiũ non subest corpus: cuius administratione appetitus ille conquiescat. Ne ergo sit frustra huiusmodi desiderium naturale, decẽs fuit aïam vniri corpi.

* Aïa beata capit vnire corpori.

Tomo 3.

* Anima retardat à beatitudine ꝓpter corp.

Secunda via ad hoc idem sumit, ne cogamur ponere magis formam esse propter materiã, quã econuerso, non enim debemus credere, ꝙ vnio animæ ad corpus sit magis propter bonum corporis quàm ꝓpter bonum animæ: quia tunc esset dignius magis propter vilius: & forma magis propter materiam, quàm econuerso. magis enim Deus subiecit materiã formę propter formam, vt forma esset in materia, quæ sine materia esse nõ poterat, quàm propter ipsam materiam: & magis vniuit corpus animæ, vt anima esset inde perfectior, & vt exerceret operationes suas in corpore, quas sine corpore exercere non posset; quàm eam fecerit propter corpus: bonum ergo fuit animam vnire corpori, quia hoc est propter bonũ animæ: quia magis corpus est propter animam, quàm econuerso. nam si ex tali vnione anima nõ sortiretur aliquod bonum, sed potius detrimentum: corpus autem sortiretur inde bonũ: incideremus in inconueniens tactum, ꝙ magis esset anima propter corpus, & forma propter materiam, quàm econuerso.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex perfectione vniuersi, & ex pulchritudine eius. Nam secundum Aug. in Ench. Ex omnibus constat vniuersitatis admirabilis pulchritudo. Et idem circa finem tertij super Gene. ait, quòd singula bona in vniuerso, valde bona sunt. Et subdit: Non frustra additũ est: Valde: quia & corporis mẽbra si etiã singula pulchra sint: multo sunt tamen in vniuersi corpis cõpage ꝯa pulchriora. Magna ergo perfectio, & pulchritudo vniuerso deesset: si solũ ibi esset natura purè corporalis, & pure spiritualis, & non esset ibi homo ex vtraque natura compositus, qui & si in se pulcher sit, in ordine tamẽ vniuersi est multo pulchrior. Assignantur etiam ab alijs aliæ congruitates, quòd hoc decuit, quia in hoc manifestatur diuina potentia in coniungendo: maxime distantia: cuiusmodi sunt natura corporalis, & spiritualis. Manifestatur etiam in hoc ordo diuinæ sapientię, qui in vniuerso habet supremum, infimum, & medium: supremũ quidem, naturam pure spiritualem: infimum pure corporalẽ: medium hominem ex vtraque compositum. quòd si deesset homo, vel deesset hæc vnio: deesset hic ordo ex defectu medij, ex quo ordine valde innotescit diuina sapientia. Decuit etiã, vt dicũt, tertiò Deũ cõiũgere aïam corpori,

Vniuersa creata sunt valde bona.

Dei bonitas.

quia

quia in hoc manifestatur fua bonitas, cuius est maxime se diffundere. fuisset em̃ nó tãta diffusio bonitatis diuinæ, si solũ fecisset creaturã pure spiritualẽ, & pure corporalẽ, & non fecisset hominem ex vtraque cõpositũ: ergo secundùm hũc ordinem, quẽ videmus: decuit Deũ hoc facere: ꝙ si secus fecisset, secundũ alium ordinẽ decens fuisset: ideo q̃n posset secus facere, nõ est quærenda diuinæ voluntatis causa: vt Magister tangit in litera: vbi ét circa hanc materiam quasdã congruitates ponit, quas recitare non expedit.

RESP. AD ARG. Ad primũ ergo dicẽdum: ꝙ si aïa de se esset subsistãtia nó vnibilis corpori, sicut nec angelus est: multo esset natura nobilior: sed ex qun est apta nata vniri corpori: bonũ est sibi, ꝙ corpori cõiungat. qa sepatata à corpore, priuaret multis operationibus, quas põt in corpore exercere: sic ergo corpus aggrauat aïam, naturaliter loquendo: sicut materia est impediti ua cognitionis. Si enim res esset immaterialis, eẽt de se manifestior & cognoscibilior, q̃ materialis: sed si ponitur res esse materialis: multũ facit ad cognitionẽ eius scire naturam materiæ, sic secundũ naturæ cursom, pfectior esset aïa si non esset apta nata vniri corpori. Sed ex quo est vnibilis: nõ nullã perfectionem cõsequitur ex hmõi vnione.

Animæ, & corporis vnio non est accidẽtalis.

Ad secundũ dicendũ: ꝙ corpus aduenies aïę, cõtrahitur ad cõfortiũ illius esse, qd hẽt aïa. imaginabimur. n. ꝙ aïa infundendo creat: & creãdo infunditur: & in illa infusione fit vnũ esse aïæ, & corporis: ꝛa ergo recedente à corpore, remanet si bi illud esse, qd acquisiuit in corpore: & tã in resurrectione vnietur corpori, & readmittet corpus ad consortium illius esse: non ergo vnio animæ ad corpus est accidentalis.

Ad formã aũt arguendi dici dẽt: ꝙ qñ aliquid aduenit alicui existenti, vt cõiter ponitur, dana nouũ esse, vt albedo adueniens homini dat esse albus, qualecunq; fit illud esse: siue sit esse, qd sit res, siue modus rei; talis aduentus est p accidens. Sed si vniens, & vnitũ non constituunt nisi vnum esse, vt cõiter dr̃, & bñ; sicut est in vnione aïæ, & corporis; talia vniuntur per se, & essentialiter.

Ad tertiũ dicendũ, ꝙ si aïa nó esset corpori vnibilis, nõ esset eiusdẽ speciei cũ seipsa: & esset alio modò apta nata venire ad beatitudinẽ, q̃ modo sit: sed cũ sit corpori vnibilis: est apta nata consequi beatitudinẽ suã p operationes, quas exercet in corpore. Deus ergo vniendo eã corpori: non impediuit eam a fine: sed posuit eam in via: ꝙ si vellet Deus adhærere, posset consequi finem.

Ad quartum dicẽdũ, ꝙ corpus, & aïa possunt considerari dupliciter: aut secũdũ proprietates naturæ: aut secundũ ꝓportionẽ potẽtiæ ad actũ. cũ ergo dr̃, ꝙ valde distantia modicũ vniuntur: non est intelligendũ de distantia secũdũ proprietates essentiæ, vel naturæ: quia sic magis fieret vnum ex duobus in actu: cũ magis cõueniant: vel ex duobus in potentia, q̃ ex actu & potentia. sed accipienda est hæc distantia & conuenientia fm proportionẽ potentiæ ad actũ: vt qñ est potentia ordinata, & proportionata ad aliquẽ actũ: tũc fit vnũ essentialiter, & p se, & p cõsequens secundũ proportionẽ potentię ad actum: & ꝙa aïa & corpus, cui infundit; licet multũ distent fm proprietates essentiæ, vel naturæ: tñ fm proportionẽ potentiæ, & actus proportionata sunt: sicut ea, ex quibus debet fieri vnum essentialiter: ideo ex eis constituitur essentialiter.

Ad quintum dicendũ, ꝙ aïa non est sic immersa materiæ, sicut formæ materiales, quæ educũtur de potentia materiæ: sed quia aïa secundũ essentiã creat a Deo: & non est dare substantiã octosã: ideo oportet, ꝙ in ipsa essentia aïę fundent aliquę virtutes & potẽtię: formæ ergo separatæ, cuiusmodi sunt angeli, nullas virtutes hñt organicas: formæ aũt materiales, de potentia materiæ eductæ, oẽs potentias hñt organicas: aïa aũt humana, q̃ cũ substantijs separatis conuenit: quia nó educit de potentia matetiæ secũdũ substantiã, & cõuenit cũ formis materialibus, quia educitur de potentia materiæ secũdũ dispositionem: & infunditur corpori: & est perfectio corporis: ideo cũ vtrisq; cõueniẽs, aliquas virtutes hẽt organicas, aliquas nó organicas. Aïa ergo humana cõiũcta corpori: nec omo est absoluta forma, & separata sicut est angelus: nec omnino est, immersa materiæ sicut sunt aliæ naturales formæ.

Anima humana educit de potẽtia materiæ secũdũ dispositionem.

Ad formam ergo arguendi cũ dr̃, ꝙ potentia nó est plus abstracta, q̃ esse: dici dẽt ꝙ ipsa essentia aïæ est aliquo modo abstracta, prout secundũ id, qd est, non est educta de materia: intellectus aũt, & voluntas, quę sunt potentię nó organicę, sequuntur aïam, vt est sic abstracta, & vt materiã superat. ex abstractione ergo essentię sequitur abstractio potẽtię. si enim esset aïa omo suę materię immersa, tales potentias habere non posset.

ARTIC. IIII.

An Anima rationalis vniri debuerit tali corpori mixto. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. lib. 2. contra Gent. cap. 90. item in q. disp. q. 1. de Sp. creat. artic. 6.

QVARTO quęritur, vtrum fuerit cõgruum, ꝙ aïa vniretur tali corpori sic mixto, & sic eom posito ex contrarijs: & habenti tã tã diuersitatem partium. Et vr, quòd corpus, coi vnitur anima rationalis, debuerit esse de natura cęli. nam nobilissimæ formæ debetur nobilissima materia: sed inter omnes formas, quæ sunt vnitæ materiæ, vel corpori: anima humana est multo nobilior. debuit ergo vniri nobilissimo corpori. hmõi autẽ esset corpus, qd esset de natura cœli, ergo, &c.

Præterea: quãto corpus est magis separatum a contrarietate: tanto magis est proprium argauum animę ad cognoscendum. inde est, ꝙ homo est prudentissimum animalium: quia habet complexionem magis redactam ad medium: & ma-

Homo est prudentissimum animalium.

gis a contrarijs separatam: sed inter omnia corpora corpus cęli est magis a cõtrarijs separatum: ergo de natura cœli debuit esse corpus nostrum.

Anima humana cur corpori terrestri unita.

IN CONTRARIVM est, quia secundũ, quòd ait Magister in littera: ex hoc datur spes animæ, quòd possit vniri Deo per gratiam in beatitudinem. quia in vnione naturali vnita est tam vili materiæ pet naturam, ergo quanto magis est vilis materia, tanto magis conuenitur animæ talis spes. bonum ergo fuit animæ non vniri corpori cœlesti, sed terrestri: vt ex hoc magis speraret posse vniri Deo. quia si hoc fuit possibile, ꝙ tantum descenderet per naturam, non reputabit impossibile, quòd possit tantum ascendere per gratiam.

Dub. I. Lateralis.

An debuerit vniri corpori simplici. Conclusio est negatiua.

D. Tho. in q. dispu. q. 1. de sp. creat. artic. 7.

VLTERIVS autem dato, quòd non habuerit corpus cœleste: videtur, ꝙ debuerit habere corpus de aliquo elemento simplici, vt puta de aere. nam simplex corpus vt magis conforme simplici naturæ: & corpus, quod est formalius naturæ formaliori: cũ ergo anima rationalis sit simplicior, & formalior, quàm sint aliæ animæ aliorum animalium coniunctæ materiæ terrestri, videtur, ꝙ debuerit habere corpus de aere, q̃ est formalior, & simplicior, quàm terra.

Præterea: corpus datum est animę rationali, vt moueat secundum eius imperium: & quia corpus magis habile ad motum est aer: debuit ergo habere corpus de aere.

Corpus humanum domus lutea.

IN CONTRARIVM est ratio superius facta, quia quicquid Deus facit: cũ sit sapientissimus: arbitrãdum est deceotissima ratione esse factum. Sed Deus coniunxit animam nostram non corpori aereo, sed domui lutæ, & fundamento terreno, iuxta illud Iob 4. Ecce qui seruiunt ei, oõ sũt stabiles, & ẽ angelis suis reperit prauitatẽ. q̃to magis qui habitant domos luteas: ergo, &c.

Dub. II. Lateralis.

An debuerit vniri corpori homogeneo. Conclusio est negatiua.

VLTERIVS videtur, ꝙ debuerit habere corpus homogeneum. Dato. n. ꝙ habeat corpus mixtũ ex pluribus elementis: vt, ꝙ hmõi corpus debeat esse homogeneum. i. similium partium, sicut est lapis. non. n. debuit esse ex tot varietatibus cõpositum, vt ex carnibus, ossibus, neruis, & cęteris talibus. nam anima illa, quæ est tota in qualibet parte, videt, ꝙ debeat habere tale corpus, cuius quælibet pars suscipiat prædicationẽ totius. huiusmodi autem est corpus similium partium: q̃a quælibet pars lapidis est lapis: non autem est huiusmodi corpus dissimilium partium. quia non quælibet pars manus est manus. Et quia anima est tota in toto, & in qualibet parte eius tota, vt vult Aug. 6. de Trioi. videtur, ꝙ repugnet tali formæ, ꝙ possit esse tota in parte: nisi corpus sit similium partium, vt partes suscipiant prædicationem totius. Tomo 3. c. 7.

Præterea: si corpus vnitum animæ rationali debet esse corpus mixtum: cum huiusmodi anima sit simplex, debet esse tale illud corpus, ꝙ magis accedat ad simplicitatem. tale autem est corpus similium partium, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia actus actuorum sunt in patiente, & dispositi propter qđ forma requirit propriam materiã: & anima proprium corpus: sed proprium corpus, quod cadit in diffinitione animæ, est organicũ Philosophicum: vt patet ex 2. de anima: huiusmodi autem non potest esse corpus simplex, nec corpus similium partium: quia tunc non esset organicũ, nec haberet distincta instrumenta. 2. de anima tex. c. 19. T. c. 7.

Dub. III. Lateralis.

An in corpore humano debeat dominari aliquod elementum. Conclusio est affirmatiua.

Io. Iand. in primo libro de Cœlo. q. 9.

VLTERIVS autem dato, ꝙ corpus vnitum animæ sit mixtum, & nõ sit similium partiũ: videtur, ꝙ in tali corpore dominentur elementa leuia. nam quanto formalior est anima, tãto in corpore suo magis debent dominari elementa formalia: sed anima nostra est multo formalior, quàm sit anima bruti: & anima cœli est multo formalior, quã sit anima nostra. Sicut ergo cęlum est multo formalius, & actiuius, quàm sint omnia elementa, sic corpus nostrum debet esse multo formalius, & actiuius, quàm sint corpora aliorum animalium. In corpore ergo debent dominari elementa formalia, vt aer, & ignis.

Homo cur de limo dictus.

IN CONTRARIVM est, quia factum est de limo terræ. quod ideo dictum est, quia ibi dominatur terra. & si Deus fecit corpus nostrum tale, decens est, ꝙ debeat esse tale.

Resolutio Articuli IIII.

Anima rationalis debuit vniri corpori mixto, non cœlesti, ratione simplicitatis, impassibilitatis, & motus cœli.

RESPONDEO dicendum, ꝙ triplici via inuestigare possumus, ꝙ corpus coniunctum animæ nostræ non debet esse de natura cœli. Prima via sumit ex simplicitate cęli. Secunda ex impassibilitate eius. Tertia ex motu ipsius.

Prima via sic patet: nã aïa cõiũcta corpori fm esse, non pũt mouere corpora, nisi per virtutem organicam existentem in musculis, & in neruis. anima enim cœli non vnitur cœlo immediatè

per

per suam essentiam: Sed virtus, quæ est in essentia animæ cœli, immediatè attingit cœlum: & quia virtus illa non est organica: inde est, ꝙ motoribus cœli in mouendo cœlum non accidit lassitudo. sed anima nostra, vel quæcunque anima faciens cum corpore vnum secundum esse: immediatè attingit corpus per essentiam, propter quod si aliqua virtus fundatur immediatè in essentia animæ: huiusmodi virtus immediatè non attingit corpus. & quia mouens, & motum debent esse simul, & debent se attingere mediante tali virtute, non erit anima sufficiens ad mouendum corpus. Intellectus ergo, & voluntas, q̃ fundatur in ipsa essentia animæ, non dicuntur immediatè attingere corpus: Propter quod anima per intellectum, & voluntatem non est sufficiens ad monẽdum corpus, sed oportet, esse virtutem in musculis, & neruis, cui imperat anima per voluntatem, & quæ exequitur motũ corporis. propter quod si læditur nerus, vel illud, in quo cõsistat virtus motiua, quam habet anima: non obediet tibi illud membrum ad motũ: corpus ergo vnitum animæ debet esse tale, vbi possit esse virtus moriua, impellens alias partes corporis, sicut in musculis, & neruis est virtus motiua impellens membra corporis: nullum autẽ tale, vbi per naturam est impellẽs, & impulsum, & vbi determinatè hoc est aptum natum esse impellẽs, hoc autem impulsum: potest esse corpus simplex. quia tale est similium partium. propter quod vna pars non magis est apta nata esse actiua, quàm alia, vel magis passiua: immo, vel quælibet est actiua, vel quælibet passiua. Potest autẽ in corpore simplici dari, quòd vna pars sit spissior alia: sicut in cœlo stella est spissior pars sui orbis: propter quod vna pars erit luminosior alia. Propter quod dicimus in cœlo, quòd influere, & agere est magis à partibus luminosis. Sed ex quo totum corpus est simplex, & non est alterius naturæ in toto, & in partibus: nõ etit dare, quòd vna pars se habeat, vt agens: alia, vt patiẽs: nisi fortè diceremus, quòd vna pars impulsa ab alia impellit partem aliam: secundum quẽ modum vna pars aeris impellit aliam partem.

Sed, quòd magis hæc pars impellat illam: hoc est, quia hęc pars impellitur immediatè ab alio, & non illa. sic vt etiã & motor cœli ponitur in oriente, & pars oriẽtis impulsa impellit partem aliam: vnde nec in cœlo semper est eadem pars cœli in oriente: immo ponendo, quòd semper motor cœli sit in oriente: aliquando primò impellitur hęc pars cœli: aliquando primò illa: secundum, quòd nunc hæc pars, nunc illa in oriẽte esse incipit. Talia ergo bene possunt esse in corpore simplici: sed, ꝙ hæc pars habeat virtutẽ motiuam, & impulsiuam: illa autem hac omnino careat, sed sit receptiua, & passiua: in corpore simplici saluari non potest. cœlum ergo eo ipso, ꝙ est corpus simplex, & est eiusdẽ naturæ in toto, & in partibus non potest esse vnitum animæ: ex quo, & anima fiat vnũ secundum esse, & à qua moueatur per virtutes organicas.

Motoribus cœli cur lassitudo non accidat.

Anima humana cur ꝓ voluntatẽ nõ possit mouere corp.

Cœli pars spissior est luminosior, vt stella.

Motor cœli in oriẽte.

Cœlum nõ potest vnire animæ.

A Secũda via sumitur ex impassibilitate cœli, & ex eo, ꝙ non suscipit peregrinas impressiones. dictum est enim, ꝙ ideo anima cœli in mouendo non lassatur, quia non monet, mediante virtute organica. Sed quia anima faciens cum corpore vnum secundum esse, non potest monere nisi mediante virtute organica: oportet, ꝙ omni tali corpori sic moto accidat lassitudo. Propter quod oportet omne tale corpus esse passibile ꝓ naturam, & esse susceptibile peregrinarum impressionum, quæ cœlo competere non possunt.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex motu cœli. Nam motus cœli secundum naturæ cursum semper est regularis. potest enim hęc sphęra cœlestis inferior moueri diuersis motibus: prout à superiori sphęra reuoluitur: sicut reuolueretur medulla in osse: motus tamen cuiuslibet sphęræ propriè semper est vniformis, quod non potest competere corpori moto per virtutem organicam, cui accidit lassitudo: est etiam contra naturam talis corporis, ꝙ nunc magis appropinquet terræ, nunc magis elongetur: loquendo quantũ ad totam sphæram, cui per se competit moueri. Nam dato, ꝙ sit dare circulos eccentricos: sicut communiter Mathematici ponunt: totus circulus eccentricus secũdum se totum semper est in eadem propinquitate ad terram, & in eadem distantia, sed hæc pars eccentrici, vel stella in eccẽtrico fixa, cum est in auge. i. in sublimiori parte eccentrici: erit à terra longinquior, quàm cum est in parte opposita. motus ergo rectus est contra naturam cœli, quod neque est graue, neque est leue: cui non competit moueri à medio, nec ad medium, sed circa medium. corpus ergo vnitum animæ secundum esse, quod mouetur per virtutes organicas, quod est susceptiuum peregrinarum impressionum (quod oportet, ex consequenti esse passibile: & oportet moueri rectè, & aliter, vt expedit saluti talis corporis) de natura cœli esse non potest, nec etiam debet. poterit autem tali corpori per gratiam conferri, vel per dores supernaturales poterit ei tribui, ꝙ sit impassibile: tamen, ꝙ secundum naturã sit impassibile, & sit organicum, esse non potest.

Eccentrici non sint semper æquè ꝓpinqui terræ. Vide cõ traditionẽ Dist. 3 p. 1. q. 1. art. 3. in Resolutione. Dub. 3.

RESP. AD ARG. ART. IIII.

Ad primũ dicendũ, ꝙ tale corpus debet vniri aĩæ, p qđ aĩa possit exercere operationes suas, dũ existit in tali corpore: eo, ꝙ corpus est magis ꝓpter animam, quàm econuerso, & quia hoc non posset anima, si esset corpus simm de natura cœli. quia in tali corpore non possent esse membra organica, vt requirit anima, ideo talẽ corpus datum animæ non est de natura cœli.

Ad secundum dicendum, ꝙ corpus animalis prudentis debet sic esse separatum à contrarietate, vt possit suscipere impressiones sensibilium, quia cognitio cuiuslibet animalis, vel est sensitiua tantum, vel secundum naturæ cursum à sensu incipit. quod autem sic est separatum à contrarietate, nõ est: quòd nullo modo habeat contrarium, sicut cœlum: quia tunc non susciperet sensibilium impressiones. sed est separatum à

Cognitio oĩs a sensu.

contra-

contrarietate. quia habet complexionem redactam ad medium. de tali enim separatione à cõtrarietate: verum est, quod dicitur, ꝙ quãto corpus animalis per se loquendo magis est sic separatum à contrarietate. i. magis est sic redactum ad medium, tanto illud animal est prudentius.

Resolvtio dvb. I.

Anima rationalis elemento simplici viri non debuit, ratione prouisionis salutis faciendæ per Deum, & naturam: ratione sensus tactus reseruandi: complexionisque media retinendæ.

Quid autem, quod vlterius quærebatur, vtrum debuerit esse corpus de aliquo elemẽto simplici, vtputa de aëre, dici debet, quòd tripliciter via inuestigare possumus: quare non est possibile, vel non decet huiusmodi corpus esse de aliquo elemento simplici. Prima via sumitur ex eo, ꝙ natura, vel Deus debet prouidere saluti cuiuslibet: Secunda ex eo, ꝙ in quolibet animali oportet reseruari sensum tactus. Tertia sumitur specialiter ex homine, qui debet habere complexionem potissimè redactam ad medium.

Prima via sic patet: nam quodlibet elementũ habet partes de facili diuisibiles, & ad inuicem separabiles. Ipsa. n. terra, quæ inter cetera elemẽta videtur esse magis compacta, vbi soliditatem non habet; est puluis, vbi autem terra se tenet, non est puta, sed habet aquam admixtam: terra enim pura puluis est, nec habet partes se tenentes ad inuicem: sic & aqua, & aer, & quodlibet elemẽtum habet partes de facili diuisibiles, sed diuisio partium in animali est animalis destructio: si ergo natura, vel Deus hominis, vel cuiuscũque animalis fecisset corpus de aliquo elemẽto puro: non prouidisset saluti eius. quia de facili partes talis corpotis fuissent diuisibiles: statim illud corpus esset destructioni subiectum.

Terra pura quænam sit.

Secunda via sumitur ex eo, quòd in quolibet animali oportet dare sensum tactus, & propter salutem eius, & propter sensus alios. propter salutem eius, quia animal non vbique videt: neque vbique audit. Ingeniauit ergo natura, vt esset tactus in toto corpore, vt vbique sentiret animal secundum sensum tactus. quia si hoc non esset, posset comburi pes animalis, & non sentiret. Posset ergo animal de leui perdere omnia sua membra, quia nõ sentiret læsiua. Ingeniauit ergo natura ueruũ illum, in quo reseruatur sensus tactus, quasi per ramos capillares per totum corpus extendi sicut in foliis arborum: quasi ad modum ueruorum extenduntur quędam lineæ, seu virgulæ in qualibet parte folij. per hunc ergo neruum sic vbiq, extẽsum sentit animal vbique illud, quod est immutatiuum tactus, & percipit tristabile, & proficuum: ideo potest se saluare, fugiendo nociua, & sequendo profieua: sensus ergo tactus fuit valde necessarius animali ad salutem eius. Est etiam huiusmodi sensus animali necessarius propter alios sensus. Nam hic est fundamentum omnium aliorum sensuum: sicut enim qualitates primæ: quę per se sunt obiectum tactus: sunt quasi fundamentum qualitatum secundarum, quę sunt obiecta aliorũ sensuum: vel sicut huiusmodi qualitates primæ ꝓsupponuntur ab alijs omnibus qualitatibus: sic sensus tactus est sensus primus, & præsupponitur ab omnibus alijs sensibus. immo, vt declarari habet in 2. de Anima, animal est animal propter tactum, quod sic exponi potest. Nam quilibet sensus est media proportio sensibilium. Nã alij sensus, vtputa visus, est sic media proportio eorum, quæ debet recipere, ꝙ est omnino ⁂ denudatus à natura ipsarum, vt à natura colorum, sed tactus non est omnino denudatus à qualitatibus primis. est enim quilibet sensus proportio quædã, vt declarati habet in 2. de anima. t. 123. vbi ostenditur, quod excellentia sensibiliũ corrũpit sensum: sicut corrũpitur proportio, & symphonia, nimis fortitet pulsatis chordis. tes ergo, vbi mixtio non est sic redacta ad medium, ꝙ possint immutari secundum huiusmodi proportionem mediam, non possunt habere sensum tactus. Animal ergo est animal propter sensum tactus. quia sufficit ad hoc, quòd sit animal, quòd habeat complexionem sic redactam ad medij, vt possit ibi reseruari sensus tactus, qui est minima medietas, quæ possit esse in animali. Arguitur ergo sic: Minor medietas, quæ potest reseruari in animali, est medietas, quæ cõstituit sensum tactus: sed ad talem medietatem non solum nõ sufficiunt elementa media, sed etiam non sufficit quælibet mixtio: corpus ergo animalis non potest esse ex elemento simplici: nec etiã potest esse quodlibet corpus mistum, sed oportet esse sic mixtum, ꝙ sit ibi tanta redactio ad medium, ꝙ possit ibi reseruari sensus tactus. & quia sensus tactus est media proportio qualitatum tangibiliũ: quã medietatem non habent elementa simplicia: eo, ꝙ habeant excellẽtias taliũ qualitatũ. ideo nullum elementum simplex potest esse corpus alicuius animalis. Potest autem, & hæc ratio aliter deduci, vt dicamus, ꝙ ⁂ ꝓpter corruptionem aliorum sensuum; non corrũpitur animal: nec per se loquendo propter excellentiam aliarum qualitatum, sed propter corruptionem sensus tactus, & propter excellentiam qualitatum tangibilium, vt nimius calor, & excellens frigus corrumpunt animal. quod ideo est, quia qualitates tangibiles sunt qualitates actiuæ & passiuæ elementorum dispouentes materiam ad susceptionem formæ. quando autem sic est disposita materia, ꝙ est ibi redactio ad medium, vt possit esse media proportio tangibilium, quæ sufficiat ad sensum tactus: potest talis materia, vel tale corpus esse subiectum animæ animalis. quando autem tollitur hæc proportio, non vlterius durat animal. propter quod & hoc modo animal est animal ꝓp tactum. & quia huiusmodi media proportio tangibilium, quę requiritur ad tactũ, in elemento simplici reseruari non potest; nullũ elemen-

Tactus est fundamentũ sensuũ.

Animal est animal propter sensũ tactus. t. c. 16 17. quomodo intelligatur.

* Recipiẽs omne dẽt esse denudatum à natura recepti, glossat ab Auer. 1. de ala c. 43. exili. 67. 2 de anima. 67 & intelligitur specifice, non generice.

Vade æqualiter calida, aut frigida: mollia, vel dura, non sentimus 2 de anima. t. c. 112. Sed in hoc Auerroes impugnatur à Mercenario in suis disceptationibus.

Tactus corruptiõe corrũpitur Animal.

elementum simplex est congruum corpus alicuius animalis.

Tertia via ad hoc idem sumitur specialiter ex homine. omnes enim alij sensus præsupponunt hanc proportionem: non quòd semper sint meliores alij sensus, vbi sit melior hęc proportio. habens. n. meliorem tactum, potest habere peiorem visum, & peiorem olfatum. ✣ homo. n. omnia animalia excedit in tactu: non tamen excedit in alijs sensibus: ✣ aues enim habent acutiorem visum, vt plurimum, quàm homines, vel saltē multę aliorum hoc habent: & canes in odoratu multū excellunt homines: ✣ nullum tamen animal, nec aranea, vt quidam fabulantur, excellit hominem in tactu. Nobilitas ergo tactus facit ad nobilitatem complexionis animalis. nā si ea hoc corpus potest perfici per animam animalis, quia reseruatur in eo media proportio tangibilium, vt possit ibi reseruari sensus tactus: consequens est, quòd complexio animalis, quasi magis redacta ad medium, sit nobilior, quàm complexio vegetabilium, vel quàm mixtio aliorum mixtorum. quanto ergo magis est talis redactio ad medium, tanto nobilior est complexio. & quia homo, eo quod est prudentissimum animalium, habet complexionē magis redactam ad mediū: si repugnat alijs animalibus habere corpus ex simplici elemento, in quorū corporibus nō requiritur tanta proportio tangibiliū, multo magis hoc repugnat homini.

* Homo tactu excellit cūcta animalia.

* Aues in visu, Canes in odoratu excellunt hominem.

* Animal nullum excellit hominē in tactu.

RESP. AD ARG. DVB. I.

Ad primum dicendum, quòd corpus non est nisi organum animæ, per quod exerceat operationes suas. tale ergo debet esse corpus, quòd anima possit in eo alias operationes exercere: huiusmodi autem non est corpus simplex: vbi non est redactio ad medium. In videdo. n. quale debeat esse corpus animalis, non debemus arguere per communia, & logicè, vt dicatur, quòd animæ simplici debeatur corpus simplex: sed debemus arguere ex ipsis proprijs, vt dicamus, quòd ex hoc tale datum est corpus animæ, vt in eo exerceat operationes proprias: propter quod oportet tale corpus esse organicum, & mixtum, quia in simplici elemento talia exerceri non possunt.

Ad secundum dicendum, quòd anima nō mouet corpus, nisi mediante virtute motiua existēte in musculis, & nerui: corpus ergo simplex quātumcunque sit de se habile ad motum per impulsionem: nō tamen est habile, vt moueatur eo modo, quo monet anima, quia ex corpore simplici musculi, & nerui constare non possunt: corpus ergo simplex non est congruum animæ.

RESOLVTIO DVB. II.

Corpus Adæ homogeneum esse non debuit ratione diuersitatum, sensuum, tactus, complexionis, & compositionis.

ADid autem, quod vlterius quærebatur de corpore homogeneo, vel de corpore cōsimilium partium: dici debet, quòd triplicia nia inuestigare possumus tale corpus non esse congruum animæ. Prima via sumitur ex diuersitate sensuum, quæ requiritur in animali perfecto. Secunda ex modo tangendi: qui competit cuilibet animali. Tertia ex complexione, vel eom positione, quam animali tribuimus.

Prima via sic patet: nam omnia animalia perfecta, de necessitate habent omnes sensus. nam cum animal reponatur in esse animalis per animam sensitiuam, non habet animam sensitiuam perfectam, quod non habet omnes sensus, & per consequens non est perfectum animal. diuersitas autem sensuum, & potissimè oēs sensus in corpore consimiliū partiū esse non possunt, quia alius, & alius sensus requirit aliud, & alind organū. qđ sine diuersitate partium esse nō potest. nullius ergo animalis perfecti, nec etiā imperfecti, & multo magis hominis; potest esse corpus congruū, si sit similium partium.

Animal ex reos aliquo sensu nō habet animā sensitiuam perfectam.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex modo tāgendi. nam non solum animalium perfectorum: sed etiam nullius animalis, potest esse proprium corpus congruum: si sit simplex, quod ex modo tangendi patet. nam omni animali inest sensus tactus. hic autem sensus semper sentit per medium intraneum. ergo oportet in omni corpore animalis ex ipso modo tangendi, dare diuersitatem in partibus, quia oportet ibi esse aliquid, quod sit organū tactus: cuiusmodi est neruus aliquis: & aliud, quod sit medium in tactu: cuiusmodi est caro. corpus ergo animalis omnino consimiliū partium esse non potest.

Neruus est sensorium tactus secundum medios, non autem Arist.

Tertia via sic patet: nā in omni animali oportet dare carnem, quæ est medium in tactu. nam si non est animal sine tactu, & tactus sit per carnem: tanquàm per medium intraneum, & connaturale sibi: oportet carnem esse de compositione cuiuslibet animalis. Sed si caro esset quid molle, non saluaretur animal, nisi esset aliquid durū sustinens carnem. ideo aliqua animalia ad sustentamentum carnis habent ossa: aliqua spinas: aliqua typionem. i. neruum quendam extēsum per carnem sustinentem molliciem carnis. quia ergo sic oportet esse compositum animal: ex ipsa compositione animalis patet, ꝙ corpus eius nō potest esse omnino similium partium.

RESP. AD ARG. DVB. III.

Ad primum dicendum, ꝙ anima rationalis reseruatur in qualibet parte corporis: non ẽm se: sed secundum, quòd habent ordinem ad totum. & quia ad vnum, & idem totum possunt habere ordinem diuersæ partes: tam consimiles, quàm dissimiles: poterit vna, & eadem anima esse in pluribus partibus: tam similibus, quàm dissimilibus. quia ergo anima est in hoc toto homine secundū quòd partes habēt ordinem ad totū: ideo hic totus homo est similis illi toti homini: ita si anima esset in qualibet parte hominis secūdū se, & absolutè considerata: esset quælibet pars similis cuilibet parti: sed hoc nō est, vt iā dictū est.

Ad secundum dicēdum, quòd corpus mixtū, quod est organum animæ: debet esse tale, vt sæpe diximus,

diximus, quòd anima in eo possit animales operationes exercere: huiusmodi autem non potest esse corpus similium partium, quia nec etiam solum tactum in tali corpore exercere posset.

RESOLVTIO DVB. III.

In corpore humano plus est de quantitate elementorum materialium, & passibilium, quàm agentiũ, & formalium, quantum ad quantitatem molis. Contra verò quantum ad quantitatem virtutis.

AD id autem, quod quærebatur vlterius, quòd in corpore mixto, & maximè in corpore humano debent dominari elementa magis actiua, & magis formalia; dici debet, quòd huiusmodi dominium, vel potest esse secundum quantitatem virtutis, vel secundum quantitatem molis. Secundum autem quantitatem molis, impossibile est, quin sit ibi plus de elementis materialibus, quàm formalibus. quia si esset ibi tantum de quantitate ignis sicut de quantitate alicuius alterius, ignis totum destrueret, & totum consumeret. quia ergo in elemẽtis formalibus plus est de actione: in materialibus plus de passibilitate, vt sit proportio in corpore mixto secundum quantitatem molis: plus oportet ibi esse de elementis passiuis. Vnde Aug. 3. super Gen. ad litteram ait: Distribuũtur enim elementa ad patiẽdum duo; humor, & humus. i. aqua, & terra: ad faciendum autem alia duo: aer, & ignis. Aliquod ergo dominium in corpore animalis, & potissimè in corpore hominis habent elementa calida, quantum ad dominium virtutis, quod satis designatur in hoc, quòd homo staturam erectam habet: & aliquod dominium habent elementa grauia quantum ad quantitatem molis. eo enim ipso, quòd animalia desiccantur, & indigent restauratione: videtur in eis dominari calidum, & elementum leue. quia vero feruntur deorsum quantum ad quantitatem molis, diminuatur in eis elementum graue.

Tomo 3.

RESP. AD ARG. DVB. III.

QUod ergo obijcitur, ꝙ anima nostra est formalior, quàm aliæ formæ immersæ materiæ. Ideo debet esse suum corpus formalius: sic arguere est vaide per communia, & nun est ex propositis. Tamen dici potest, quòd licèt elementa formalia in corpore animalis habeant aliquod dominiũ virtutis: non tamen habent dominium secundum quantitatem molis. Nam dominium secundum quantitatem molis non possunt habere elemẽta leuia, vel elementa actiua, quia tunc consumerent alia: sed semper tale dominium habent elementa grauia: cuius signum est, quia omnia corpora mixta siue sint animata, siue non: deorsum mouentur naturali motu. Possunt tamen ex impulsu facto in aliquo elemẽto, moueri ab qua talia corpora sursum, vt pisces ex impulsu, qnẽ faciunt in aqua, possunt moueri sursum: & aues ex impulsu, quem faciunt in aere: volatio enim

Pisces. & Aues quo mouentur sursum.

A animum in aere, quasi similis est natationi piscium in aqua: naturali tamẽ motu omnia corpora mixta deorsum tendunt.

Dub. I. Litteralis.

SVPER istam partem primo dubitatur de illo verbo, quòd beatitudinis diuinæ particeps nõ est nisi creatura rationalis. Nam beatitudo diuina est idẽ, quod bonitas eius: sed bonitatis eius omnes creaturę sunt participes: ergo, &c.

Beatitudo est vniuersale bonum.

B Dicendum, ꝙ beatitudo dicit quoddam vniuersale bonum: est enim beatitudo, secundũ Boetium, status omniũ bonorum aggregatione perfectus. quia ergo creaturæ irrationales non possunt esse participes bonitatis diuinæ secũdum seu prout est in se quoddam vniuersale bonum, sed solum sunt participes secundum quandam particularem acceptionem bonitatis: ideo ipsę sunt participes bonitatis diuinę: nõ tamen dicuntur participes beatitudinis. sed creatura rationalis licèt secundum id, quod est, nõ sit susceptibilis vniuersalis boni, quia nunqnàm potest esse vniuersale bonum: tamen secundum operationem suam est particeps ipsius Dei, qui est vniuersale bonũ: potest enim ad hoc peruenire, quòd immediatè Deum videat, & amet: qui est vniuersale bonũ: ideo dicitur esse beatitudinis particeps. Vnde & Magister in littera volens ostendere, quomodo creatura rationalis sit beatitudinis particeps: ostẽdit quomodo talis creatura possit attingere summum, & vniuersale bonum, dicens, ꝙ fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonũ intelligeret, & intelligendo amaret.

C

Dub. II. Litteralis.

VLterius dubitaret fortè aliquis, quo angelus dicatur rationalis, vt Magister videtur dicere in littera. Dicendum, quòd creatura aliqua potest dici rationalis, vel quia habet apud se rationes rerũ, vel quia ratiocinatur de rebus. si ergo aliqua causa est, quare dubitatur: vtrum angelus dicatur rationalis: hoc est, quia nõ intelligit cum discursu, nam si dicatur aliquid rationale, quia intelligit cum discursu: tunc rationale dicetur à ratiocinatione, quod arguendo, & syllogizando fit. sed si dicatur aliquid rationale, quia habet apud se rationes rerum: non quia ratiocinando, & discurrendo intelligat: sic esse rationale etiam simplici naturæ non repugnat. nam & in ipso Deo sunt rationes rerum. Vnde & de Dei filio dicitur 6. de Trinit. c. vlti. quòd est ars omnipotentis, ac Dei sapientis, plena omnium rationum. Et 83. q. quæstione de ideis dicitur, quòd rationes, per quas productæ sunt res: nõ nisi in mẽte Creatoris arbitrandum est esse. hoc ergo modo, & in ipso angelo sunt rationes rerum: differunt tamẽ, quia huiusmodi rationes, quas in Deo dicimus:

D

Tomo 6.

sunt

Opinionum diuersitas

* Oppositū huius tenuit Scot⁹ d. 3. lib. 2. sen. cū dicit nō esse necessariū, quod Angel⁹ nō discurrat à principio ad conclusionē.

Angelus quomodo discurrat.

sunt rerū productiuæ. In ✠ angelo vero sunt rationes rerum: quæ sunt rerum expressiuę, & representatiuę. dē ergo angelus esse natura rationalis: non quia ratiocinando, & discurrendo intelligat: sed quia habet apud se rerum rationes. Quia si tamen esse rationale ad intelligere cum discursu vellemus restringere, dicemus, ꝙ licet angelus intelligendo non ratiocinetur, nec syllogizet: nec discurrat à præmissis ad conclusionē, vel a causa ad effectum: discurrit tamen à cognitione per vnam speciem ad cognitionem per aliā speciem: quia nō omnia intelligit per vnam speciem, propter quod alia, & alia successio est in eius intelligere.

Dub. III. Litteralis.

Apprehensum sub ratione eius bonj impossibile est non esse volitum.

Vlterius forte dubitaret aliquis: quō rationalis creatura summum bonum intelligit, intelligēdo amat: amando possidet, possidendo fruitur: vt Magister ait in littera. Dicendum, ꝙ de necessitate intelligere Dei, vel visio aperta Dei, gignit amorem: amor autem ille gignit possessionem, possessio fruitionem. nam bonum apprehensum est motiuum appetitus: illud ergo⁹, quod apprehenditur sub ratione omnis boni; impossibile est non esse volitum ab appetitu. Ideo vult Aug. 13. de Trinit. quòd omnes volunt esse beati: & nulli miseri, rationalis ergo creatura, quæ intelligit, vel aperte videt illud summum bonum: quia ibi non est nisi bonum, nec aliqualiter potest apprehendi sub opposita ratione boni: necesse est, ꝙ ad ad huiusmodi apprehensionem voluntas feratur in illud: sicut amans in amatum, & volens in volitum, ergo ex apprehensione illius boni gignitur amor: ex amare autem hoc modo illud bonū gignitur habere, & possidere illud. nam vt vult

Com 16.

commen. in 12. Meta. mouens, vt agens, est forma in anima: mouens, vt finis est forma in re extra, vt forma balnei apprehēsa in anima mouet nos, vt velimus tanquam finem formam balnei in re extra. Sed hoc est, quia balneum habet aliam formam in anima, & aliam in re extra: & ideo alio modo mouet, vt est in anima: & alio modo, vt est in re extra, sed si balneum esset in anima: eadē forma esset mouens, vt agens, & vt finis. Si ergo intelligeremus balneum per ipsam rem existentem in anima: hoc modo intelligendo balneum amaremus balneum, & vellemus balneum: & ad talē amorem genitum ex tali intelligere, sequeretur habere balneum, & possidere balneum, quia si ipsa res esset in nobis, & intelligeretur per seipsam, nolūtas ex tali apprehensione amaret rem; & per amorem vniret, & coniungeret se ipsi rei: cui se vniendo, & coniungendo ipsam rem haberet, & possideret. Et sic est in proposito, nam Deus hoc

Deus a beatis quomodo intelligatur.

modo intelligitur per visionem apertam a creatura rationali, mouens intellectum eius: creatura ergo rationalis sic intelliges Deum, quem apprehendit sub ratione summi boni; necesse est tali apprehensione existente, vt per voluntatem feratur in ipsum; sicut volens in volitum, & amans in amatum, & quia creatura rationalis in seipsa, habet illud, in quod fertur per amorem: tale quid amare non est sine habere, & possidere. quando ergo videbimus Deum: non feremur per amorem in ipsum sicut apprehēdendo balneum volumus balneum: quia balneum est aliquid extra nos: pp qd hoc modo nos intelligendo, & amando balneum, nō oportet, quòd habeamus, vel possideamus balneū: sed hoc modo intelligendo, & amando Deū necesse est nos habere, & possidere Deū. bene ergo dictum est, ꝙ ex tali intelligere oritur amor. Intelligere antē, & amare nō est sine hēre, & possidere. hēre ꝙū, & possidere nō est sine frui, & delectari: nam ex coniunctione amati cū amato: & conuenientis cum conuenienti, de necessitate sequitur delectatio.

Dub. IIII. Litteralis.

Com. 4.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, quòd quia Deus bonus est, sumus. videtur autem hoc esse falsum. nam ex hoc videtur, quod bonitas Dei sit causa creaturarum, sed vel est causa sufficiens, vel non; non est autem dicendum, quòd sit causa insufficiens: ergo si est sufficiens, posita causa, ponetur effectus: & ad nō existere effectum: sequetur non existere causam. Si ergo, qa bonus est, sumus: si non essemus, non esset bonus, quod falsum est.

Præterea videtur, quod quia Deus est, sumus. nam esse Dei est causa esse nostri: iuxta illud Cōmen. in 2. Meta. Vnum est per se ens, & per se verum: & omnia sunt entia per esse, & veritatē eius.

Dicendum, quòd Deus secūdum, quòd est ens, & secundum, ꝙ habet esse; potest dici causa rerū efficiens. secundum autem, quòd est bonus potest dici cā rerū finalis, nā finis, & bonū idē. & qui tollit finem, tollit omne bonū, vt alibi declaratur.

Aduertendum tamen, ꝙ habens apud se rationes rerum: dato, ꝙ sit iple rationes, non est causa efficiens rerum per rationes illas, nisi prout se extendunt ad voluntatem, & prout per eas vult exire in opus. sic etiam apprehendens finem exit in opus; prout vult secūdum illum finem agere. propter, quod patet qualiter verum sit: ꝙ quia Deus est, sumus; & qualiter, qa bonus est, sumus.

Dei esse, & bonitas quo fit est creaturarum.

nam vnum magis potest referri ad causam efficiē rem, de qua dicimus, ꝙ omne agens agit, vt habet esse, aliud autem ad causam finalem: secundum, quod dicimus, ꝙ finis, & bonum idem. qualiter autem Deus secundum suum esse sit rerū efficiēs, & ab esse Dei effectiue sit esse creaturarum, est per habita manifestum. Quod vero dictum est: quia Deus bonus est: ideo lum⁹, assignatur causa finalis rerum, nam quia Deus est, & quia vult suam bonitatem communicare creaturis: ideo suas creaturas produxit in esse, amor enim, quem habet Deus ad suam bonitatem, quæ est finis rerum, non dimisit ipsum esse sine germine. i. quin produceret germina creaturarum, vt potest patere ex Dio. 4. de di. no.

Agens naturale, & q intellectum quo differant.

Quod vero obijcitur, vtrū bonitas Dei sit causa sufficiens, dicemus, quòd in agentibus naturalibus non habētibus dominium suæ actionis, posita

sita causa sufficienti, & non impedita, sequitur effectus. sed in agentibus per intellectum: cuiusmodi est Deus: quantumcunque bonitas sua sit causa sufficientissima: posita tamen bonitate illa, nõ sequetur, quòd ponatur effectus: nisi prout vult, & quando vult illam bonitatem communicare. Ratio autem secunda soluta est per iam dicta: patuit.n. quomodo quia Deus est, sumus: & quomodo, quia bonus est, sumus.

Dub. V. Litteralis.

Vlterius autem, quia intellectus hominis non quiescit: videtur omnino dicendum, quòd quia bonus est, boni sumus: & quia est, sumus, & quia pulcher est; pulchri sumus, & sic de alijs, cuius contrarium habetur in littera, vbi dicitur: quia bonus est, sumus; Dicemos, quòd, vt diximus, idẽ est esse res, & perfectio rei: propter quod idem est ens, & bonum. Iuxta illud Aug. 1. de doctri. christia. inquantum sumus, boni sumus. Et Philosophus 1. Ethi. inquit, quòd bonum dicitur æquaritur enti. esse ergo potest considerari, vel secundum, quod facit rem in actu, & hoc modo sumitur esse sub ratione, qua esse, vel secundum quòd est quædam perfectio bona, & desiderabilis, & sic esse innotuit rationem boni. quòd ergo à pulchritudine Creatoris sit pulchritudo i creatura: à fortitudine fortitudo, & sic de alijs: hoc potest dicere & causam efficientem, & formalem, exemplarem, & finalem. Intelligemus enim, quòd Deus sit quoddam esse simplex, in quo reperiatur omne esse: ió omne sapiens esse, forte esse, & cætera talia, non sunt nisi quędã explicationes illius esse, & quia non possumus illud esse intelligere secundum pelagum suę infinitatis, explicamus ipsum secundum huiusmodi perfectiones, quæ veriori modo sunt in illo esse, quàm in nostro esse. sic etiam Deus est bonum omnis boni: ideo pulchritudo, & sapientia nostra, quę sunt bona: sunt expressiones illius infiniti pelagi bonitatis. nec est inconueniens, quòd eędem sint explicationes esse Dei, & bonitatis eius. sufficit enim, quòd hoc sit solum secundum aliam, & aliam rationem: cum secundum rem sit idem ens, & bonum. Deus ergo apprehendendo suum esse, quia illud esse, est omne esse: apprehendit esse pulchrũ: esse forte: esse sapiens, & apprehẽdit quodlibet esse: sic etiam apprehendendo suam bonitatem, quia illud bonum est omne bonum, apprehendit pulchritudinem, & fortitudinem, & quicquid habet rationẽ bonitatis. & vt ergo ista sunt quædam actualitates, & quædam explicationes divini esse: sic pertinent ad causam efficientem: prout vero ipse est ista esse intellectualiter, & istæ rationes essendi sunt in eodem modo intelligibili: sic pertinent ad causam formalem exemplarẽ rerum, sed prout sunt quædam perfectiones, & bonitates, quas Deus amans, & diligens vult eas communicare creaturis: sic pertinent ad causam finalẽ rerũ. quia vero finis mouet agẽtem, & facit efficientem, & finis est causa causarum: ideo quæ attribuimus Deo, vt mouet, vt agens: possumus ei attribuere, vt mouet, vt finis. quia motio agenti est ex motione finis. nam secundum nostrum modum intelligendi prius intelligimus, quòd Deus apprehendit bonitatem suam, quàm amãdo vult cõmunicare rebus: & postea intelligimus, quòd ex hoc procedat in opus, & producat res in esse. producere ergo res in esse: potest attribui bonitati Dei, vt est per habita manifestũ. & quia sic est: bene dictũ est: quia Deus bonus est, ideo sumus. quia propter bonitatem suam, quam vult communicare rebus, res produxit in esse.

Dub. VI. Litteralis.

Vlterius fortè dubitatet aliquis: qđ nã sit magis propriè dictũ: an quia Deus est, boni sumus: an quia Deus bonus est, sumus. Videtur enim, q eodem modo se habeat hoc, & illud. Arguemus enim sic: Sicut esse Dei ad esse nostrum: sic bonitas Dei ad bonitatem nostrã. ergo permutatim: sicut esse Dei ad bonum nostrum, sic bonitas Dei ad esse nostrum: ergo æquè propriè dictum est quia Deus est, boni sumus: sicut, quia bonus est, sumus. Dicendum, q huiusmodi perfectiones, sicut fortitudo, pulchritudo, &c. patet quomodo sunt expressiones diuini esse, & diuini bõni. & patet aliquo modo qualiter pertineant ad rationẽ causæ efficientis, & formalis exẽplaris, & finalis. Sed ad maiorem declarationem veritatis: declarare volumus quomodo hæc aliter sunt attributa, & aliter rationes agendi, & creandi. Dicemus enim, quòd sicut omne esse deficit à diuino esse: sic omnis pulchritudo deficit à diuina pulchritudine: & omnis fortitudo à diuina fortitudine: & sic de alijs perfectionibus. nam diuinum esse nihil est aliud, quàm quoddam infinitum pelagus omnium perfectionum. & sicut non omnia entia deficiunt eodem modo ab illo esse, & per consequens non omnia imitantur eodem modo illud esse: sed quot sunt entia, & quot res sunt, tot sunt modi imitandi: sic non omnes fortitudines deficiunt eodem modo ab illa fortitudine: nec omnes eodem modo imitantur illam, sed quot sunt talia, tot sunt modi imitandi. sicut ergo esse Dei prout est hoc modo imitabilis ab hac creatura. i. est idea huius creaturę, & idea illius, prout est imitabilis hoc modo à creatura illa: sic fortitudo, & pulchritudo, & talia: quia non sunt nisi quædam expressiones illius esse: prout est hoc modo imitabilis ab hac pulchritudine, erunt rationes producendi hanc pulchritudinem, vel hanc fortitudinem, & sic de alijs. Fortitudo ergo, & pulchritudo, & cætera talia: dupliciter possunt considerari: vel, vt sunt perfectiones simpliciter, vel, vt dicunt respectum ad creaturam, & vt sunt proprię rationes perfectionum creatarum. Primo modo magis pertinebit ad rationem attributorum, sed secũdo modo magis ad rationem idearum: ideo in attributis diuinis instruit nos Dio. reducere ad proprietatem: remouendo modum existendi in creaturis, vt dicamus: creatura est pulchra. & qa hoc est perfectionis simpliciter: ideo, & Deus est pulcher: sed non est illo modo pulcher, quo est

Ens, & bonũ idem.

Tomo 1.

Cap. 12.

Deus est efficiens, exẽplaris, & finalis rerum.

* attributa in Deo tripartiti considerari possunt vel vt pertinẽt ad causam efficientẽ, vel formalẽ, vel finalem.

est creatura. Sed in rationibus idealibus nõ opor tet sic remouere: in Deo enim est idea perfectionis rei, & idea creatorę propria cuilibet creaturę, quia omnia proptijs sunt condita rationibus, vt dicit August. 83. q. quæstione de ideis, & inde est quòd omnium, quæ sunt in creatura; dicimus esse rationes in Deo: sed non omnia, quæ sunt in creatura, nec omnes perfectiones creatorę attribuimus Deo: sed sola illa, quæ dicunt perfectiones simpliciter. licèt enim esse iapidem, & esse muscam, sit esse quoddam eus, & per consequens dicat quandam perfectionem: tamẽ quia nec dicunt perfectionem simpliciter: non concedimus, quòd Deus sit lapis, vel musca: nisi forte metaphoricè, quia fortè aliquando vilia per metaphoram transferuntor ad Deum: concedimus tamen, quòd Deus habet ideam lapidis, & muscæ, & cuiuslibet creaturæ: ex quo patere potest, quòd aliter Deus secundum suom esse est causa efficiens rerum, & aliter secundum suam bonitatem est causa finalis rerum. nam secundum suom esse est causa efficiens rerum, prout illud esse est propria ratio cuiuslibet esse rei: sed secundum suam bonitatem est causa finalis rerũ: prout illa bonitas est infinitom pelagus bonitatis. apprehendendo enim Deus suam bonitatẽ, quæ est iofinita, vult eam commonicare creaturis: ideo dicitur in littera, quia summè est bonos: vult suæ bonitatis alios participes facere: ad illud enim booum, quod est infinitum bonum, & vt est iofinitom bonum tanquàm ad finẽ ordioatur omne particulare booum. Aliter enim finis est ratio agendi, & aliter idea. finis enim est ratio ageodi moueodo agens; idea vero prout est proprium exemplar effectus, & quia quanto magis est bonom, tãto magis mouet: dicimus, quòd amor iofinitę bonitatis moot Deum ad producendom creaturas, & non permisit eum esse sine germine: sed secundom propriam ideam cuiuslibet creatorę produxit quamlibet creatoram.

Tomo 4. Idex omniũ Deo.

A

B

C

D

Dupliciter ergo secundũ hoc soluemus quæstum. quia si Deus secundum, quod habet esse: sic habet efficere, & agere: secundum quòd est bonos, sic est rerom finis. quia ea, quæ sunt efficientis magis attribuũtur fini, quàm econuerso. quia finis dicitur esse causa causarum: magis propriè dictum est: quia Deus bonus est, sumus; quàm quia est, boni sumus. Est aotem, & alia ratio. quia ea, quæ sunt ex parte efficientis: oportet, quòd dicant propriam, & determinatam rationem. & ideo efficienter, vel formaliter eaem plariter: à bonitate hooitas: ab entitate entitas: à fortitudine fortitudo: ab esse Dei, vt est propria ratio huius esse, vel illius esse: est hoc, vel illud esse. nec differt, vt Deus est causa efficiens, & vt est forma exemplaris cuiuslibet rei: nisi, vt est habens propriam rationem, & vt est propria ratio omnis rei: vel Deus est efficiens ex ipsa actione, & est forma ex modo agendi, quia est agens à proposito, & per intellectum. Sed ad quæstiooem propositam de fine, dicamus, quòd semper ex fine sumitur agere simpliciter: ex forma modus agendi: vt quare ignis agit propter finem? quia vult similitudinem suam inducere in materia. Sed quare agit hoc modo, vt quia agis calefaciendo, & oon infrigidando: hoc est propter formam, quia habet in se formam caloris, & non formam frigidi. Quare ergo Deus produxit mundum? propter bonitatem suam. Sed quare produait hoc, & illud? quia habet ideam huius, & illius. quia ergo finis est appetibilis in infinitum: quanto magis habet rationem boni? magis habet rationem finis. In assignando ergo causam finalem buius rei: assignabimus infinitam bonitatem Dei. vt quia bonus est: sumus fortes, sumus pulchri, & omnia sumus. sed in assignando causam eaẽplatem, assignabimus causam propriam cuiuslibet rei. vt quia fortis est: fortes sumus. quia pulcher: pulchri, & sic de alijs. In efficiendo ergo infinitas Dei ioduit modum diuersarum expressiooum, sed in essendo finem: omnes huiusmodi expressiones vniuntur in infinito pelago bonitatis Dei. vt infinitum esse Dei est causa efficiens rerom: prout est propria ratio huius rei, & illius. Sed omnis pulchritudo rẽdit in pulchritudioem Dei: tanquàm in finem, & fortitudo in fortitudioem: prout omnia ista reseruantur in infinita bonitate Dei. Et vt loquamur clarius: Deus diligens fortitudinem suam, voluit eam creaturis communicare. & diligens suam pulchritodioem, voluit ipsam commonicare: omnia ista mouerunt Deum ad commonicandum: prout continentur in infinita bonitate Dei. nam bonum quanto maius, & magis infinitum: magis mouet: vel magis est sufficiens ad mouendum efficiens, quanto magis est propria ratio: magis est sufficiens ad agendum: ideo Deus est sufficientissimus ad agendum: nec indiget aliquo alio, quia habet in se omnium proprias ratiooes. oam quicquid habet in se propriam rationem efficiendi aliquid: si non haberet illam ab alio, potest illud efficere sine alio. sed si haberet rationem commonem efficiendi aliquid, & non haberet propriam: dato, quòd huiusmodi rationem non haberet ab alio: non posset illud efficere sine alio. non ergo ita propriè dictum est: quia Deus est, boni sumus: quia aut intendis assignare causam finalem, aut efficientem, aut formalem. Non finalem, quia esse non habet rationem finis sub ratione, qua esse, sed sub ratiooe, qua bonum. Si efficientem, vel formalem exempiarem: est proprius assignare propriam. vt quia est sapiens, sapientes sumus. quia pulcher, pulchri, & sic de conditionibus alijs, quæ quomodo sunt aliter ratio agendi, & aliter attributa, superius est expressum. sed ex parte finis non sic: nam ipsum infinitum bonum movit Deum, vt suam bonitatem commonicaret creatorę per partes, eo modo, quo poterant eam creaturę recipere: ex ipsa ergo iofinita bonitate Dei, assignabitur causa finalis.

Agere simiter ex fine, modus vero agẽdi ex forma.

Deus cur produxit mundum, & hoc, & illud in mundo.

Quod vero obijcitur, quòd sicut se habet esse Dei ad esse nostrum, sic bonitas Dei ad bonitatẽ nostram: patet, quòd non est omnino simile de esse respectu essẽ, & de bonitate respectu bonitatis, quia esse sub ratione, qua essa; non est finis: sed bonum sub ratione, qua bonum, est finis: ideo ex bonitate tanquàm ex fine magis possumus assignare causam omnium generaliter, & specialiter, quàm ex esse.

Dub. VII. Litteralis.

Aug. l. 1. de doctrina chr. c. 32.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera, & sumptum est ab August. ℔ inquantũ sumus: boni sumus. Contra: si inquãtum sumus, boni sumus: ergo sumus boni essentialiter, quod falsum est, quia solus Deus est bonus per naturam, & essentialiter. Dicendum, ℔ bonum dicitur æqualiter enti. Sicut ergo loquimur de ente: sic debemus loqui de bono. quæstio. n. de ente, vt vult Commen. in 5. Meta. vno modo pertinet ad quæstionem de genere. alio modo ad quæstionem de accidente. Dicimus enim aliquando, quòd omne ens est ens per essentiam suam: aliquando autem dicimus, quòd solus Deus est per se ens, & per essentiam suam: omnia autem alia sunt entia per participationẽ, quorum vtrunque verum est: aliter tamen, & aliter. nam ℔ ens vno modo dicit figuras prædicamentorum, & quælibet res non est per se in genere nisi per essentiam suam: ideo hoc modo q̃stio de ente pertinet ad quæstionem de genere, & vnumquodque est ens per essentiam suam. Alio modo dicitur aliquid esse ens, quia est existens, quod non potest ei competere nisi per esse superadditum suæ essentiæ. & sic accipiendo largè accidens: prout omne, quod est superadditũ essentiæ habet quẽdam modum accidentalem: sic quæstio de ente pertinet ad quæstionem de accidente: non, quòd esse sit propriè accidẽs, sed quia habet quendam modum accidentalem. Sic dicemus & de bonitate. Nã vt bonum dicit ipsum ens, quod diuiditur in figuras prædicamentorum, sic vnumquodque est bonum per essentiam suam. Si verò bonum dicat esse, & perfectiones superadditas: sic vnumquodque est bonum per participationem. Hoc ergo modo solus Deus est bonus per essentiam suam, quia in ipso Deo sufficit, essentiã suam ad omne esse, & ad omnem bonitatem habere; ita, quòd tua essentia est suum esse, & est omne esse, & omnis perfectio: alia autem non sunt bona per essentiã suam: non, ℔ essentia eorum nõ sit aliquod bonum: quia quicquid est aliquod ens, est aliquod bonum. sed quia essentia eorum non sufficit ad perfectionem bonitatis eorum. essentia enim creaturarum non solum nõ sufficit ad perfectionem bonitatis infinitæ, sicut sufficit essẽtiæ Dei, sed etiam non sufficit ad perfectionem bonitatis, quam potest habere creatura, sed oportet ad perfectã bonitatem, quam potest habere quodlibet ens creatum superaddi aliquid super essentiã suã: ꝓpter qd quodlibet ens creatũ est participatiuè bonũ. licet ergo quodlibet ens creatũ, inquantum est, bonum sit; nihil tamen tale est perfectè bonum secundum bonitatem, quam habere potest, nisi aliquid aliud participet super id, quod est. propter quod patet solutio ad obiectum.

Vel possumus dicere, ℔ malum non est nisi priuatio, & dicit quoddam non esse: bonum autem dicit quid positiuum, & dicit esse. propter quod quodlibet esse est quædam perfectio, & quædam bonitas. & quia ex quolibet esse possumus arguere aliquam perfectionem, & bonitatem: ideo omne, quod est, inquantum est, bonũ est. est enim vnum esse nobilius, quàm aliud: vt nobilius est esse calidum, quàm esse frigidum: omne tamen esse est quoddam bonum. licet nõ sit summum bonum. propter quod omne, qd est, prout est, bonum est.

Com. 14.

℔ Ens quot modis sumatur.

Bonum est vnũquodq; participatiuè, vt bonũ dicit perfectiones superadditas. solus n Deo est bonus per essentiã, & cur.

DIST. II.

De tempore, & loco creationis Angelorum.

DE ANGELICA ITAQVE NATVRA &c. Postquàm Magister determinauit de creaturis in gñali, in parte ista, vt dicebatur determinat de ipsis, in speciali. Circa quod tria facit: secundum, quòd creatura tripliciter diuiditur: videlicet in putè spiritualem: in putè corporalem, & ex vtrisque compositum. Primo ergo determinat de putè spirituali, siue de angelis. Secundo de putè corporali. Tertio de composita ex vtrisque. s. de homine. Secunda ibi: [*Hæc de Angelicæ naturæ conditione dicta sufficiãt.*] In principio duodecimæ distinctionis. Tertia ibi: [*His excursis, quod supra de hominis creatione promisimus.*] In principio decimæ sextæ distinctionis. Circa primum duo facit: quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento ibi: [*Quædam auctoritates.*] Dicit ergo: [*De Angelica itaque natura hæc primo considerandæ sunt: quando creatura fuerit, & vbi, & qualis facta, dum primo conderetur: Deinde qualis effecta, ex auersione quorumdam, & conuersione. Considerandum est quoque de excellentia, & ordinibus, & de donis eorum, & de officijs, & de nominibus, & de alijs ad hoc pertinentibus. Nam ex diuersitate ordinum, & Hierarchiarum, sumitur diuersitas & nominum, & officiorum, & plurium aliorum.*]

Deinde

Deinde cum dicit: [*Quædam auctoritates.*] exequitur de intento. Circa quod quinque facit, secundum ꝙ quinque de angelis dicenda proposuit. Nam primo inquirit quando angeli creati sunt. Secundo vbi. Tertio inquirit de qualitate eorum quantum ad primariam cõditionẽ. Quarto de qualitate eorum quantum ad conuersionẽ, & auersionẽ. Quinto de quibusdam alijs differẽtijs eorum. Secunda ibi: [*Iam ostensum est.*] circa mediũ, præsentis lectionis, & dist. Tertia ibi t [*Ecce ostensum est.*] in principio tertiæ distinct. Quarta ibi: [*Post hæc considerando adducit.*] in principio quintæ distinct. Quinta ibi: [*Post prædicta super est cognoscere de ordinibus:*] in principio nonæ distinct. Circa primum duo facit, qa volendo ostendere quando creati sunt angeli. Primu procedit arguendo. Secundo soluendo, ibi: [*Videtur itaq;.*] Circa primum tria facit, quia primo probat angelos creatos ante mundum: qa, vt
Eccl. 1. dicitur in Ecclesiastico: Ante omnia creata est sapientia, quod non potest intelligi de Deo, vel de aliqua persona diuina: intelligitur ergo de angelica natura, quæ sæpe in sacra scriptura, & vita, & sapientia, & lux dicitur. Secundo obijcit ad
Gen. 1. partem contrariam, quia, vt dicitur Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram. quod intelligitur de creatura corporali, & spirituali.
Psal. 101. Et in Psal. dicitur: Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Tertio confert huiusmodi auctoritates ad inuicem: quę sibi contradicere videntur. nam si primo omniũ creata est sapientia. i. angelica natura: videtur ex hoc, ꝙ sit facta ante cœlum, & terram. Rursus: si in principio fecit Deus cœlum, & terram, & initio terram fundauit, & opera manuum suarum sunt cœli: nihil videtur factum ante cœlum, & terrã. Secunda ibi: [*Sed rursus.*] Tertia ibi: [*Et videtur quædam.*] littera autem patet.

Deinde cum dicit: [*Videtur itaque.*] soluit, dubitationes tactas. Circa quod duo facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo obijcit in contrarium per Hiero. ibi: [*Hieronymus tamen.*] Circa primum tria facit. nã primo soluit, quòd angelica natura est facta primò, & non ptmò: primo dignitate: non primò tempore. Nam tempore quidem simul facta est spiritualis, & corporalis creatura, vt probat per Aug. Secundo ad maiorem expressionem veritatis: ostendit, quòd nec tẽpus, nec aliquid factum est ante spiritualem, & corporalem creaturam. quia non in tempore, sed in initio temporis facta sunt omnia ista. Tertio concludit, quòd simul cum tempure facta est spiritualis, & corporalis creatura, & etiam simul cũ mundo. Secunda ibi: [*Ante ea enim.*] Tertia ibi: [*Simul ergo.*] & patet littera.

Deinde cum dicit: [*Hieronymus tamen.*] obijcit per Hieronymum. Circa quod duo facit, quia primo obijcit per Hiero. qui videtur velle angelos factus longè ante mundum. Secundo soluit, quòd magis approbat angelos factus cum mundo. Et respondet ad dictum Hiero. quòd hoc nõ dicit asserendo: sed aliorum opinionem tecitando, ibi: [*Nos autem, quod prius.*] Et patet littera. Tunc sequitur illa pars: [*Iam ostensum est:*] in qua inquirit vbi facti sunt angeli. Circa quod duo facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo dat quandam conuenientiam inter corporalem, & spiritualem creaturam, ibi: [*Simul ergo.*] Circa primum tria facit, quia primò inquirit vbi facti fuerunt angeli, & ostendit, quòd fuerunt facti in cœlo: iuxta dictum domini: Videbã Satha-
Luce 10. nam sicut fulgur de cœlo cadentem. Secundo inquirit cuiusmodi fuerit illud cœlum: vbi facti fuerunt angeli: dicens, quòd non fuit cœlum, quod dicitur firmamentum: sed fuit cœlum Empyreum. i. igneum, quod dictum est tale non à calore, sed à splendore, quod probat per Strabum. Tertio probat hoc idem per Bedam. Secũda ibi: [*Nec appellatur.*] Tertia ibi: [*De hoc quoque Beda.*] Deinde cum dicit: [*Simul ergo.*] dat quandam conuenientiam inter corporalem, & spiritualem creaturam. Circa quod duo facit, quia primò dat huiusmodi conuenientiam: ostendens, quòd vtraque creatura tam corporalis, quàm spiritualis fuit creata simul, & vtraque primò informis, & postea formata: nam creatura corporalis in principio: licèt habuerit formam conditionis, non habuit formam distinctionis: spiritualis vero, & si in principio habuit formam naturę, informis tamen creata fuit, vel quantum ad gratiam, vel saltem quantum ad gloriam. Secundo mouet quãdam quæstionem, quòd si angeli fuerũt creati in cœlo, quomodo illud exponitur de Lucifero: Ascendam in cœlum. Et soluit, quòd hoc nõ
Isa. 14. intelligitur de cœlo Empyreo: vbi Lucifer, & alij angeli fuerũt creati, sed de cœlo deitatis: ad cuius æqualitatem voluit Lucifer ascendere, ibi: Hic quæri solet, & in hoc stat tota sententia lectionis, & distinctionis.

QVÆST. I.

De Aeuo.

QVONIAM in præsenti distinctione duo quærũtur: videlicet quando creati fuerunt angeli: quod pertinet ad mẽsuram durationis eorum, quod est ęuum: & vbi creati fuerunt, quod pertinet ad locum eorum, qui est cœlum Empyreũ: ideo de his duobus q̃rimus, videlicet de Aeuo, & de cœlo Empyreo. Circa ęuũ quæremus qnq;. Primo de eius inchoatione. s. quando incœperit. vtrum. s. incœperit ęuum, vel ęuiternum cũ ipso mundo, vel fuerint creata ęuiterna, siue angeli ante mundum. Secundo de vnitate, vtrum sit vnũ ęuũ omniũ ęuiternorũ. Tertio de eius permanentia, vel successiue. vtrũ ęnũ sit mẽsura pmanẽs, vel successiua. Quarto de eius qdditate quid sit ęuum. vtrum sit substantia, vel accidens, vel sit idem, quod æuiternorum esse. Quinto de comparatione eius ad mensuras alias: quomodo differat ęuum à tempore, & ab æternitate.

ARTIC. I.

An Angeli sint creati ante mundum. Conclusio est negatiua.

Alex. de Ales 2.p.q.19.D.Th.1.p.q.61.art.2.3.Et 2. sent. d.2.q.1.art.2.& 3.Et in q.disp.q. de pot. q.3. art.18. 19. D.Bonau.d.2.art.1.q.3.Voril.2.sen.d.2.&Greg.Arim.2. senten.d.2.q.1.& vide infra Dist.12.p.1.q.1.art.2.& alios Doct. in illa d.

Hęc opinio est Græcorum quorũdam. Vide supra d.1.p.1.q.4.art.2. in Resolutione.

AD primum sic proceditur: videtur, qnòd angeli sint creati ante mundum. Nam, vt dicitur Eccle. 1. Prior omniũ creata est sapientia. Quod Augnst. 1.super Gene. ad litteram: exponit de angelica natura. Angelica ergo natura est creata prior omnium, & per conlequens ante mundum.

Præterea Auguſt. 2.ſuper Gen. ad litteră ait: Quòd conditio cœli prius erat in verbo Dei ſecundum ſapientiam genitam: deinde in creatura ſpirituali: hoc eſt in cognitione angelorum, ſm creatam. i. concreatam in iſtis ſapientiam.

Deinde cœlum factum eſt, vt eſſet ipſa cœli creatnra in genere ptoprio. cœlum ergo conditum, & etiam alię res conditæ, vt planè vult Auguſt. eodem libro ſuper Gen. ad litteram, prius fuerunt in verbo: poſtea in cognitione angelica, & vltimo in ſeipſis. quod non eſſet niſi Angeli creati fuiſſent ante alias res, & ante mundum.

Tomo 1.

Præterea: nullns poteſt habere cognitionem rei fiendæ, niſi ſit ante rem. ſed angeli habnerũt cognitionem rerum fiendarum, vt vult Auguſti. in eodem libro: ergo &c.

Præterea aſſignatur cauſa, quare Deus noluit facere mũdum ab æterno: ne videretur creatnra æquipatari ſibi: ergo pari ratione noluit ſimul facere creaturam corporalem, & ſpirituale, ne videretur creatura corporalis æq̃parari ſpirituali.

IN CONTRARIVM eſt, quod dicitur Eccleſi. 18. Qui vinit in æternum, creauit omnia ſimul. ſimul ergo fuit creata corpotalis, & ſpiritualis natnra.

Tomo 1. & 2.

Præterea Auguſt. tam ſuper Gen. ad litteram, quàm in libro Confeſſ. exponit, qnòd in principio creauit Deus cœlum, & terram. i. ſpirituale, & corpnralem ſubſtantiam.

Præterea non videtur intelligibile, qnòd ſint duæ eſſentiæ creatæ diuerſę per ſe exiſtentes: niſi quia vna non eſt in alia: ſi ergo angeli fuerunt creati ante mundum, vnus non erat in alio. qđ etiam commnniter ponitur, & veritas eſt, qnòd angelus angelo non ullabitur: nec vnus poteſt eſſe in alio. vbi ergo erat vnus quando fuerunt facti, tbi non erat alius: ergo ad factionem angelorum reqnirebatur diuerſitas locorum. vt, vbi eſſet vnus angelus, ibi non eſſet alius, & per conſeqnens requirebatur factio corporis.

Angelus Angelo nõ illabitur. Vide infra Dist. 8.

Præterea: ſi prius fuernnt creati angeli, & poſtea fuit creata corporalis ſubſtantia: erit da-

A re nunc ptius, in quo fuerunt creati angeli: & nũc poſterius, in quo creata ſuit corpotalis ſubſtantia. ſed nunc prius, & poſterius non eſt ſine tempore: non ergo fuerunt creati angeli ante tempus. ſed tempus ptæſupponit motum: motus præſupponit corpus mobile: non ergo fuerunt creati angeli ante corpus. pouẽdo ergo ipſos non fuiſſe factos ante tempus, cogimur ipſos ponere, vt videtnr, factos ſimul cum corpore, ſiue cum corporali ſubſtantia.

Angeli ſi fuiſſet creati ante tẽpus quid ſi quereretur.

RESOLVTIO.

Creatura ſpiritualis, & corporalis ſimul creatæ ſunt, vt error exrluderetur dicentium, angelos fuiſſe creatores: & decor vniuerſi ſeruaretur. Prior tamen fuit ſpiritualis dignitate, non tempore. Idq; congruenter ſentiendum, oppoſitũq; pertinaciter aſſerendum, & rongruum non eſſe poſſe, non cenſemus.

RESPONDEO dicendum, qnòd multa ſunt poſſibilia, quæ non fiunt. Vnde Auguſt. 13. de Trinit. ait: Prętermiſſis alijs innumerabilibus modis: quibus ad nns liberandos vti poſſet omnipotens: ipſam mortem potiſſimum eligere voluit, vt fieret. Voluit ttaqoe Deus nos liberare per ſuam mortem: quàmuis aliter potuiſſet hoc facere. Multa ergo ſunt poſſibilia qnę non fiunt. Ideo videndũ eſt primo, vtrũ ſit poſſibile, vel implicet contradictionem, qnòd ante facta ſit ſpiritualis creatura quàm corporalis, vel econuerſo: vel vtrum neceſſe fuerit eã ſimnl fieri, vel non ſimnl fieri. Dicemus ergo, q̃ creatura ſpiritualis, & corporalis potuerũt ſimul fieri, & nõ ſimul fieri. potuit enim ſpiritualis creatura fieri ante corporalẽ, & corporalis ante ſpiritualem, & fieri potuit vtrsque ſimul. Nam ſecundum Dam. li. c. 8. Aliter operatur Deus: aliter homo. Nam homo operatur nnu volens ſolum, ſed prœcogitans: deinde manibus operans, & nihil ex non ente ad eſſe pròducit. Sed Deus volens ſolum, ex non ente ad eſſe produxit vniuerſa. In quibus verbis datur triplex differentia inter operationem Dei, & creaturæ.

Poſſibile non omne fit. Tomo 4. c. 16.

Poſſibilia multa ſunt, quæ Deus non facit.

Differentia triplex inter opera Dei, & humana.

Prima: quia creatura nõ poteſt totum operari ſimul, ſed operat hoc poſt illnd. vt homo prius prœcogitat, & poſtea agit. & qnia non poteſt cogitare totum ſimul: oportet, q̃ cogitatio prœcedat cogitationem. Si enim poſſet cogitare totum ſimul: non oporteret deliberare nec prœcogitare, ſed ſtatim videret, quid agendum. Angelus ẽt licet non diſcurrat: tamen nnn intelligit omnia ſimul: propter quod ſi rationes rerum exiſtẽtes in ipſo: eſſent factinę rernm: non poſſet omnia ſimul facere. Sic etiam agens naturale: cum non agat niſi applicatum: prout ſucceſſiuè applicatur nunc ad hoc, nunc ad illud: ſucceſſiuè agit nnnc hoc, nunc illud. Deus autem operatur ſolũ volõ. Nam oĩa intelligit ſimul, & rationes oĩum ſunt i ipſo, q̃ ſunt factinę, & ꝓductiuę rerũ. Sed, vt ſæpè diximus: tatio exiſtẽs in intellectu nõ ſe

extendit

extendit ad opus: niſi ſm beneplacitū volūtatis: habet ergo Deus rationes omniū apud ſe, & ſimul intelligit omnia: noo ergo requiritur aliud, niſi ꝙ velit ſm illas rationes agere. Ideo Dam. ait, ꝙ operatur volens ſolum.

Secunda differentia eſt inter actionem creaturæ, & Dei, quia Deus poteſt agere nullo prę ſuppoſito. Vnde ex noo ente. i. ex nihilo: ad eſſe vniuerſa perduxit: homo autē, nec aliqua creatura hoc poteſt.

Tertia autem differentia eſt, quia homo nō ſolum noo operatur ex non ente, & non ſolū oportet pręcogitare (quia nō omnia intelligit ſimul) ſed cū pręcogitauit, oporret ipſum manibus operari. i. materiam diſponere, quod in omni agente creato ét verū eſt: præſupponit enim quodliber tale agens & materiā, & diſpoſitionē materię. niſi enim prius diſponat materiam: noo poteſt ibi inducere formam. Deus aūt poteſt totum ſimul ꝓducere. Dicemus ergo, ꝙ Deus pōt omnia producere ſimul, quotū rationes habet apud ſe: non quod repugnat effectui. nam hoc nullum agens poteſt, quod contradictionē implicat, & quod effectui repugnat, quia hoc eſſet facere effectum, & non effectum: ideo non poſſet Deus ſimul producere ꝛ infinita: quantūcunq; hēat apud ſe rationes infinitorū, & hoc quia effectui repugnaret: immo non ſolum ſimul, ſed nec etiam ſucceſſiuè fieri poſſet, ꝙ aliquando producta eſſent ſimul infinita. poſſunt enim aliqua eſſe ſimul: quæ non ſunt facta ſimul. infinita autem nullo modo poſſunt eſſe ſimul: ſiue ſint ſimul facta ſiue nō. Quęcunque ergo poſſunt ſimul eſſe, poſſunt ſimul à Deo fieri, quia hoc effectui non repugnat, & ꝙa crearura ſpiritualis, & corporalis poſſunt ſimul eſſe, & ſimul ſunt: ideo potuerūt ſimul à Deo fieri. Potuit etiam fieri creatura ſpiritualis ante corporalem, & potiſſimè natura angelica, quia ridiculum eſt cogitare, qnòd talis natura ad ſui eſſe indigeat corpore. nō ergo repugnaſſet effectui, ſi fuiſſet facta ante omne corpus. Rurſus potuiſſet Deus facere creaturam corporalem ante ſpiritualem: nam licèt Deus adminiſtrer creaturam corporalem, mediante ſpirituali: tamen, quia poteſt Deus ſine cauſa ſecunda, qnicquid poteſt cū huiuſmodi cauſa: poſſet ſine creatura ſpirituali adminiſtrare toram creaturam corporalem.

Cum ergo quærirur: vtrum res fuerunt ſimul producte, vel quæ ante producta ſunt: dici debet, quòd res ſic fuerunt productæ, ſicut Deus voluit. quia omnia, quęcunque volnit, fecit. ſed de ipſa voluntate diuina quid voluit, & quomodo fecit: dupliciter poteſt nobis quantum ad præſens aliquid innoteſcere. Primo modo ex inſpiratione diuina, ſiue ex ſcriptura ſacra, vr ſi Deus poruit hoc facere hoc modo, & alio: ſi ſcriptura ſacra, cui nō poteſt ſubeſſe falſitas, de modo factionis teſtetur aliqnid determinatè: ſtatim debemus aſſentire, quòd factum fuerit illo modo, quo dicit ſcriptura, & non alio. Secundo modo hoc poteſt nobis innoteſcere ex congruitatibus rerum, quia ſemper modo conuenientiori, & magis congruo arbitrari debemus Deum ſingula produxiſſe. Sed ab vtroque iſtorum modorum oe decipiamur, nobis cauere debemus. In exponendo ergo ſcripturam ſacram, quaurū ad præſens ſpectat, quinque ſunt attendenda.

Quinque ſunt ſeruanda in exp. Sacræ ſcripturæ.

Primo, vt non trahamus ſcripturam ſacram ad ſententiam noſtram, & ad id, quod magis nobis placet, ſed quòd nos conformemus illi ſententiæ, quam ſcriptura ſacra magis ſonare videtur. multi enim ſic ſcripturas exponunt, quòd magis, quod animo conceperunt, volunt, quòd ſcriptura dicat: quàm velint conformare animum ei; quod magis ſcriptura ſonar. Vnde Auguſtinus primo ſuper Geneſ. ad litteram circa finem, alr: Non pro noſtra ita dimicantes ſententia, vt eam velimus ſcripturarum eſſe, quæ noſtra eſt: cum potius eam, quæ ſcripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus. tomo 3.

Secundo attendendum eſt, oe in expoſitione ſcripturæ ſacræ magis appreciemur ſcripturas alias, quàm ipſam ſcripturam ſacram. quod & ſubtilibus, & rudibus periculoſum eſſe poteſt. Vnde 1. ſuper Geneſ. circa finem: dicit Augnſt. Periculoſius autem errāt quidam infirmi fratres, qni cum iſtos impios, & infideles de cęleſtium corporum nomeris, vel de quibuſlibet elementorum mundi huius quæſtionibus: ſubtiliter, & copioſè diſſerere audiunt, euaneſcunt, & eos ſibi cum ſuſpirio præponentes, & magnos putantes: ſalubertimè pietatis libros cum faſtidio reperuut: quos dulciter haurire deberet. In hoc enim non ſolum rudes, ſed etiam induſtres aliquando periculoſè ſuccumbūr, cum dicta Gētilium, vtcumq; ſcripturæ ſacræ præponunr.

Tertio attendēdum eſt, ne ſcripturam ſacram taliter exponamus, quàm merito poſſimus à fidelibus irrideri: propter qnod inducantur, vt credant ſcripturæ ſacrę ſubeſſe errorem, vt idē Auguſtinus in eodem libro ait.

Quarto attendendum eſt, ne obſcuritatē ſcripturæ ſacræ in aliquam partem ſic trahamus pertinaciter, ꝙ aliquo tempore, ſi appareat noo ſic eſſe: videri poſſit, ꝙ iabes aliqua, vel falſitas ſubſit ſcripturæ ſacræ.

Quinto attendendum eſt, ne ſic noſtram opinionem in rebus aſſeramus: vel, quod expoſitionem aliquam in tantum approbemus, quòd expoſitioni alij, quæ vera eſſe poteſt, pręiudicare velimus. Vnde Auguſtinus eodem libro circa finem, ait: Librum Geneſeos multipliciter, quātum potui, enucleaui, protuliq; ſententias de verbis obſcurè poſitis ad exerçitationem noſtram: non aliquid vnum temere affirmans: cum prætu dicio alterius expoſitionis. In talibus ergo, quæ poſsūt eſſe hoc modo, & aliter, vr quia Deus poruit vtramque creaturam corporalem, & ſpiritualem ſimul facere, & quia potuit alterā prius facere: dato, quòd aliquæ auctoritates ſcripturæ ſacrę videantur dicere magis hoc; vel magis illud attendere debemus, oe propter opinionem noſtram, vt quia magis placet nobis vna opinio, quàm alia: magis trahamus ſcripturā ad noſtram

Implicitia cōtradictionem à Deo fieri nō poſſunt: quia non dicunt entitatē, vt ait Aeg. d lib. 1. Sent. d. 20. q 1.

*Infinitum cur nullum à Deo produ. i poſſit vide etiam ſup. a d 1. p. 7. q 1 a. 5.

Dei voluntas, quot modis cognoſci poſſit.

noa

sententiam, quàm nostram sententiam velimos concordare scripturæ. Attendendæ sunt etiam & aliæ conditiones prætactæ: propter quod apparet qualiter in talibus ad aliquid opinãdum: sit ex scripturæ sacrę expositionibus procedẽdũ.

In secundo autem circa hanc materiam, vt in congruitate rerum, est etiam attendendum. quia cũ intellectus noster valde debile lumen habeat: multa vidẽtur nobis congrua, quorum oppositа sunt magis congrua. His itaque prælibatis, dicamus ad q. quòd cum quodlibet prædictorum fuerit possibile, quia creatura corporalis, & spiritualis poterant simul fieri, & non simul: & cum auctoritates quædam scripturæ sacræ videantur sonare vnum: quædam aliud; & quia congruitates adduci possunt ad vtranq; partẽ: ideo circa hoc diuersi diuersa senserũt. Nã Greg. Nazianzenus, siue Greg. Theologus, vt recitat Dam. 2. li. c. 3. voluit, ꝙ Deus primũ excogitauerit angelicas virtutes, & cælestes, & escogitatio, vt ait, eius opus fuerit. Voluit ergo Grego. ille, quòd Deus prius fecerit angelos, quàm alia: cui sententiæ Dam. consentit dicens: Ego autem Theologo Grego. consentio. Decebat enim, vt ait, primam intellectualem substantiam creari, & ita. 1. postea sensibilem. Voluit ergo Dam. quòd prius creata fuerit angelica natura, & postea sensibilis. Nec dici põt, quòd intelligat de prioritate dignitatis, vt Magister quasdam auctoritates saluat: exponẽs, ꝙ sapiẽtia, i. angelica natura, facta est prior omni dignitate. Nam secundum hunc modum prioritatis, non solum decebat, sed etiam necesse erat intellectualem naturam præire sensibilem. quia impossibile est secũdum naturalem dignitatem, ꝙ intellectuali naturæ sensibilis adęquetur. Magister vero in littera vult: creaturã spiritualem, & corporalem simul factam esse tempore, & adducit ad hoc auctoritatem Augusti. hoc dicentis. Nos autem nullam partem pertinaciter asserimus: tameo quia hoc tenetur communius, ꝙ tempore, vel duratione vtraque sit facta simol: ideo ad hanc partem magis declinamus: nam ex hoc magis error eliditur. Nam si Deus prius fecisset spiritualem naturam, & postea corporalẽ, daretur aliqua occasio assentiendi errori Auic. & quorundam aliorum Philosophorum, ponẽtium, quòd Deus creauit creaturã corporalem, mediante spirituali. Rursus ex hoc aliqualiter eluceret nobis diuina potẽtia i cui sic ad nutum omnia famulantur, vt secundum suæ voluntatis imperium: vtramque naturam corporaliẽ, & spiritualem simul in esse produxerit. Videtur etiã tertio hoc cõgruere decori, & pulchritudini vniuersi: vt, ꝙ Deus omnia creauerit simul, vel in materia pręiacente, vt corporalia: vel in naturali sua perfectione, vt spiritualia: vel in suo simili, vt rationalem animam. Ponendo enim hominem factum sexta die: rationalis anima in principio non fuit creata in se, sed in suo simili: nisi fortè diceretur, quòd in principio fuit creata anima rationalis, & postea sexto die fuit formatũ corpus Adæ, & anima vnita illi corpori, de quo infra diffusius tractabitur. Quia ergo ex omnibus constat vniuersitatis admirabilis pulchritudo: videtur hoc multum congruere decori vniuersi, quòd simul fuerit facta corporalis, & spiritualis substantia. Ad tamen hæ congruitates non sunt sic pertinaciter asserẽdæ, ꝙ etiam oppositum cõgruum esse non possit.

Magistri sentẽt opin.

Corporalia. & spirit. creatura facta simul.

Resp. ad arg. Ad primum dicendũ, quòd, vt Magister respondet in littera, prior omnium creata est sapientia. i. angelica natura: non tempore, sed dignitate.

Ad secundum dicendum, quòd res secundũ aliquam opinionem non fuerunt factæ simul quantum ad distinctionem, vel si fuerunt factę simul quantum ad distinctionem secundum ꝙ alij volunt: aliquis tamen ornatus fuit eis superadditus. ergo quãtum ad aliquem modum prioritatis, & posterioritatis, vel distinctionis, vel ornatus, non fuerunt simul facta omnia: tamẽ fuerũt simul menti angelicę impressa. Ideo res prius dicuntur fuisse in verbo. quia cum non essent in se in propria natura, erant tamen rationes earũ in verbo. postea vero fuerũt f angelica natura, in qua omnes species terũ fuerunt simul impressę, & vltimo fuerunt in propria natura, vel distinctæ, vel ornatæ, vel saltem per generationem continuatæ.

Ad tertium dicendum, quòd de re facta potest accipi cognitio, vt est fienda: si considereretur in suis causis, ex quibus processit. Si enim fuissent angeli facti post factionem rerum, potuissent de rebus fiendis habere cognitionem in verbo, vbi erant priusquàm fierent.

Mũdus eũ nõ ab ęterno.

Ad quartum dicendum, quòd: vt ponitur cõmuniter: Deus præcessit mundum non solũ duratione, sed etiam causalitate: ideo congruum fuit, vt mundus non esset coæuus sibi: ne putari posset ab aliquo, quòd à Deo non esset factus. Sed quia angeli præcedunt corporalem naturã dignitate, nõ causalitate: quia ipsi non sunt creatores corporum: bonum fuit, vt simul fierent vtraque natura: ne, si duratione præcessissent, angeli putarentur corporum creatores.

Resp. ad arg. Incontrarium.

Argumenta etiam in contrarium non concludunt, quòd non poterit aliter esse: propter qđ ad duo vltima argumenta, quæ videntur hoc cõcludere, est respondendum. Nam cum dicitur, ꝙ vnus angelus non est in alio, verum est: sed non oportet, quòd sit in alio, & alio vnus angelus, q̃ alius, ad hoc, quòd sit differens ab alio. Nam q̃libet res sicut se habet ad esse: sic se habet ad vnũ esse, & ad distinctum esse. quod enim ad sui esse non indiget loco: nec ad suum distinctum esse indigebit loco. Ratio ergo procedebat secundũ quòd aliqui non possunt imaginationem transcendere. quia ergo semper imaginati sunt corporalia, quæ distinguuntur situ: fortè putauerunt, quòd & spiritualia situ distinguãtur: cum tamen secundũ Boetium sit communis cõceptio apud sapientes, incorporalia in loco nõ esse: qđ

non

non sic est intelligendū: quòd nō sit aliquis contactus virtualis spiritualium ad corporalia: & quia spiritualia possint operari in corporalibus: & hoc modo esse in eis. Sed intelligendum est: quòd spiritualia non sunt in corporalibus situaliter, nec circunscriptiuè: propter quod ad sui esse non indigent corpore: nec oportet, quòd distinguantur situaliter: sed sufficit, quòd essentialiter sint distincta.

Quod vero addebatur postea, ꝙ si prius fuisset facti angeli, & postea mundus, illud nunc prius, in quo facti sunt angeli, & nunc posterius, in quo fieret mūdus, facerēt tempus. Dici debet, quòd nunc prius, & nunc posterius in alia, & alia mensura, non faciunt tempus. vt si prius fuit nūc æternitatis, & postea incipit nunc qui: istud nunc prius, & nunc posterius nō faciunt tēpus, nec ꝓcessit Deus angelum, siue quiternum tempore: talia ergo non faciunt tempus, nisi imaginatum, ex tempore autem imaginato nō potest argui, quòd fuerit mundus, vel corpus aliquod.

Nūc prius. & nunc posterius non facīt tempus nisi in eadem mensura.

ARTIC. II.

An sit vnum æuum omnium æuiternorum. Conclusio est negatiua.

Aegid. de mensura Aug. q. 2. D. Tho. 1. par. q. 10. arti. 6. Item a. sent. d. 2. q. 1. arti. 2. Item Quodl. 5. artic. 7. D. Bona. dist. 2. q. 2. art. 1. Ricar. dist. 2. q. 1. Dur. d. 2. q. 5. Bacc. d. 2. q. 4. & 5. Sco. d. 2. q. 3. Capreol. d. 2. q. 2. Franc. Mayr. d. 2. q. 3. Ant. And. d. 2. q. 3. Io. Iid. 10. Meta. q. 5. Th. Arg. dist. 2. q. 2. ar. 4.

SECVNDO quæritur de vnitate quiternorum. Et videtur, ꝙ sic. nam secūdum Dam. li. 1. c. 3. Quod enim est his, quæ sub tempore sunt, tempus: hoc æternis. i. æuiternis est sæculum. i. æuum. Est ergo similis comparatio temporis ad tēporalia, & æui ad quiterna: sed vnum est tempus omnium temporalium, ergo &c.

Præterea: medium debet sapere naturam extremorum: sed æuū est mensura media inter æternitatē; & rēpus. cū ergo nō sit nisi vna æternitas, & vnum tempus, non erit nisi & vnum æuum.

Præterea: quanto mēsura est simpliciot, magis accedit ad vnitatem: sed æuum est simpliciot, mēsura, quàm tempus: cum ergo non sit nisi vnum tempus, multo fortius non erit nisi vnum æuum.

Præterea: omnia mensurantur minimo sui generis, vt vult Philosophus in 10. Met. sed non est dare nisi vnum minimum in vnoquoq; genere, quia quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit. Vnde, & in eodem. 10. Metaph. probatur, quòd solum vnum contrariatur vni: eo ꝙ contraria maxime a se distant. In vno ergo, & eodem genere, non est nisi vna maxima distantia, nisi vnum minimum, & nisi unum per superabūdantiam dictum. In genere itaque æuiternorum, non erit nisi vnum minimum æuiternum. In illo, ergo habebit esse æuum, quo mensurabuntur omnia æuiterna.

T.c.3.4.

T.c.14.

INCONTRARIVM est Augost. 8. super Gen. vbi exponens illud verbum: Omnia fecisti in numeto, pondere, & mensura. dicit sic esse intelligendum, quia omnia fecit, vt haberent pondus, numerum, & mensuram, sicut omnia colorata facta sunt in colore. i. facta sunt, vt haberent colorem. mensura ergo est aliquid in mēsurato, sicut color est aliquid in colorato. Sed tot sunt colores, quot sūt colorata: ergo tot sunt mēsurę, quot mensurata; non ergo est vnum æuum omnium quiternorum, sed tot sunt æua, quot quiterna.

Tomo 1. sup. 9.

Præterea: æuum est mensura durationis quiternorum. quæ ergo non habent eandem durationō inter quiterna, non possunt habere idem æuum: sed non omnia quiterna habent eandem durationem, quia aliqua incœperunt prius, aliqua posterius. nam & anima rationalis inter æuiterna computatur, nec tamen omnes animæ simul incœperunt: sed quotidie nouas animas Deus creat, ergo &c.

RESOLVTIO.

Æuum non est vnum omnium æuiternorum, sed tot sunt, quot æuiterna, quantum ad ea, quæ sunt in æuiternis. sed quantum ad id, quod est in Deo, est vnum tantum. i. Deus.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc sunt variæ opiniones. Quidam enim posuerunt, quòd est vnum æuum omnium quiternorum, inuestigantes vnitatem æui, ex vnitate temporis, vnitas autem temporis secundum, ꝙ ipsi dicunt, & vt Commētator vult in 4. Physicorum. A quibusdam fuit accepta ex vnitate numeri, à quibusdam ex vnitate materiæ, a quibusdam ex vnitate subiecti. Voluerunt enim quidam, quòd ideo est vnum tempus omnium temporalium: quia potest esse vnus numerus multorum numeratorū. vt quia idem est numerus in. bominum, 10. camum, & ammam, quorumcunque, 10. sic secundum istos, idem est tempus horum temporaliū, & illorum tēporalium, & quorumcunque temporalium.

Vnitas temporis vnde, cōmē. vltimo.

Aliqui vero huiusmodi vnitatem temporis acceperunt ex vnitate materiæ, dicentes, quòd tempus non mensurat nisi variabilia. & quia res sunt variabiles ratione materiæ, cūm vna sit materia omnium materialium, erit secundum istos vnū tempus omnium temporalium. Est autem & tertius modus dicendi, quòd tempus est vnum non ratione vnitatis numeralis, nec vnitatis materiæ, sed ratione vnitatis subiecti. nam tempus vt in subiecto, est solum in motu primi mobilis. & qa est solus vnus talis motus, non erit nisi solum vnum tempus: nam in eodem subiecto non possunt esse plura accidentia eiusdem speciei: in eodem ergo motu nō poterunt esse plura tēpora.

Dicemus

Mathematica é abſtractis ſecundũ conſiderationẽ tantum. idẽ ferè q1. artic. 4.

T.c 2. vel ex t.c.14.& ſeq.

ratas: non enim conſiderat Mathematicus niſi de his, quę ſunt in materia: & licet conſideret de eis præter materiam; nõ tamen eſt mathematica de abſtractis ſecundum eſſe: cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, quas familiari nomine vocamus angelos. ſed ſolum eſt de abſtractis ſecundum conſiderationem. Rurſus: ſi vnitas eſt vnitas materialis, non poterimus hoc modo ponere vnitatẽ æui reſpectu æiternorum, ſicut temporis reſpectu temporalium. quia æiterna carent materia: ſunt enim entia præter omnem materiam ſenſibilem, & intelligibilem, vt declarari habet in 8. Meta. Et Dio. in pluribus locis, de angelica Hierar. loquens, vocat huiuſmodi angelos immateriales mentes.

Reſtat ergo oſtendere, quòd ſecundum tertiũ modum loquendi de vnitate temporis: non poſſit inueſtigari vnitas æui: prout hic de æuo loquimur. eſt enim tempus, vnum ratione ſubiecti, qa fundatur in vno aliquo tanquam in ſubiecto: vt in vno motu primo: ex quo dependent omnes alij motus, & per quem menſurãtur. Si ergo hoc modo volumus inueſtigare vnitatem æui: non ponemus æuũ in aliquo æiterno: ſicut nõ ponimus tempus in aliquo tẽporali. Dicemus enim, ꝙ ſicut tempus mẽſurat eſſe temporale, & variabile, ſic æuum menſurat eſſe participatum. Si autem volumus quærere vnitatem temporis: tranſcendemus omnia temporalia, & omnes hos motus inferiores, & aſcendemus ad motum perpetuum, & ad corpus ſempiternum, ſicut eſt motus cœli: & ibi ponemus tempus. quamdiu enim ſumus in re temporali, non habemus vbi ponamus tempus tanquam in ſubiecto. nam licet vnum tẽporale ſit durabilius, quàm aliud: in nullo tamen temporali ponitur eſſe tempus. quia ipſum tempus non eſt temporale, ſed eſt menſura temporalium. Si enim tempus eſſet temporale: tẽpus fieret in tempore: & eſſet tempus ante, quàm eſſet tẽpus: qua enim ratione tempus eſſet in vno temporali, eſſet in quolibet temporali: non obſtante, vt diximus, quòd vnum temporale eſt durabilius alio. Sic, ſi ſecundum hunc modum volumus inueſtigare vnitatem ęui: tranſcendemus omnia æuiterna, & omnia habentia eſſe participatum, nec erit æuum in aliquo æiterno, nec in aliquo habente eſſe participatum: imo, qua ratione poneretur æuũ in vno æiterno, poneret in quolibet æiterno: non obſtante, quòd vnum æiternum hẽat eſſe ſimplicius, quàm aliud. Sic autem æuũ eſt in ipſo Deo, qui eſt ſupra omnia æiterna, ſicut eſt tempus in cœlo, quod eſt ſuper omnia tẽporalia. ſic enim eſſe vnum æuum omnium æiternorum, quia omnia æiterna reducuntur in Deum, tanquam in eum, qui eſt menſura omniũ, omnino rationi conſonat: ſed ſic de æuo non loquimur. Ipſe enim Deus eſt æuum æuorum: & eſt æuum omnis æui: & eſt, in quẽ reducuntur omnia æiterna tanquam in mẽſuram omnium. Sed loquendo de æuo ſecundum, quòd eſt, quid creatũ: qua ratione eſt in vno æiterno; eſt & in quolibet. Non ergo eſt vnum æuum omnium æiternorum: vt hic de æuo loquimur: ſed ſunt tot ęua, quot æiterna. Et vt per ea, quæ videmus in tempore inueſtigemus quæ ſunt dicenda de æuo: dicemus, quòd tempus illud vnum, quod eſt menſura omnium temporalium: vt diximus, eſt ſupra omnem rem temporalem, quia eſt in corpore cæleſti, quod eſt ſupra omnia temporalia: in ipſis tamen temporalibus non eſt tempus, ſed quando. quod ideo eſt: quia propter variabilitatem, quam habent iſta temporalia: innumerus prioris, & poſterioris repertus in motibus eorum, non habet rationem menſuræ: & per conſequens non habet rationem temporis, ſed dicitur eſſe quãdo. quod idem ſonat, quod eſſe aliquando. Et inde eſt, ut patet ex ſex principijs, ꝙ quando eſt in omni re temporali: & in omni eo, quòd incipit eſſe. quicquid enim incipit eſſe, non eſt ſemper: ſed eſt aliquando: & per conſequens eſt quãdo. illud igitur quando eſt quod reliquitur ex adiacẽtia temporis. In iſtis ergo inferioribus nõ eſt tempus, ſed quando. Sed ſi poſſet dici tempus: & poſſet habere rationem mẽſuræ, & quæreretur a nobis, vtrũ eſſet vnum tempus omnium temporalium; diceremus, quòd nõ: ſed tot ſunt tempora, quot ſunt temporalia: nam ii loquimur de tempore, quod eſt menſura extrinſeca omnium temporalium, & quòd non ponitur eſſe in aliqua re tempotali, ſic eſt vnum tempus omnium temporalium. Sed ſi loquimur de tempore, quod eſt in ipſis temporalibus, ſic eſt tempus in quolibet temporali: nec eſſet dicendum, quòd huiuſmodi tempus eſſet in ſupremo temporali, & non in alijs: quia ex quo temporale eſt: non magis eſt in eo tempus, quàm in alio temporali. ſic ergo tẽpus erit in quolibet temporali. Sed licet id, quod eſt in ipſis temporalibus nõ habeat rationem menſuræ, nec poſſet dici tempus: id tamen, quod eſt in æiternis, propter eorum ſimplicitatem, & vnitatem: habet rationem menſuræ, & poteſt dici æuum.

Tẽpus eſt in his inferioribus nõ ſi, ſed quando.

Cap 4.

Quando qd ſit.

Quæſtionis punctus.

Tum ergo quæritur, vtrum ſit vnum æuũ omnium æiternorum: aut loquimur de æuo, quod eſt menſura extrinſeca, & quod eſt ſupra omnia æiterna, quod eſt in ſolo Deo. quia ſolus Deus eſt ſuper omnia habentia eſſe participatum: & ſolus ipſe non participat eſſe: ſed eſt ipſum eſſe: & ſic eſt vnum ęuum omnium æiternorum. quia eſt vnus Deus, in quem tanquam in mẽſuram, & cauſam, reducũtur omnia æiterna. Sed ſi loquimur de æuo, quod eſt in ipſis ęiternis: non poſſumus dicere, quòd huiuſmodi æuum ſit in primo ęiterno, & non in alijs: quia ex quo ęiternum eſt, & habet eſſe participatum, non magis eſt in eo æuũ, quàm in alijs. Sic enim dicebamus & de tempore. quòd ſi quãdo, quod eſt in re temporali haberet rationem temporis, ſicut id, quod eſt in ęiternis, habet rationem æui; tempus ſic acceptum eſſet in quolibet tẽporali. Aeuum ergo poteſt dicere, vel æiternitatem ſimpliciter, vel participatam: & vtraque aliquo modo eſt menſura angelorum. nam ſicut ens per eſſentiam, & ens ſimpliciter, cuiuſmodi eſt Deus: eſt menſura omnium entium per participationem: quia omnia

Aeuum duplex.

entia

entia mensurantur primo ente: sic cõsequens est, A siue in vnam æternitatem simpliciter tanquam
φ omnium æternitatum participatarum sit mensura æternitas simpliciter, recipiunt.n. mensurã &
modũ æternitatis participatæ ab æternitate simpliciter, sicut recipiũt mẽsurã, & modũ entia participata ab ente per essentiã: qđ pót dici ens simpliciter. Aeuitetna itaq; mẽsurant æternitate participata tãquàm mensura intrinseca, & reducũtur omnia æuiterna in æteruitstem simpliciter: tanquàm in mensuram extrinsecam. Si ergo æuum dicat æternitatem simpliciter: est vna talis æternitas, vel vnum tale æuum, quod est æuum omniũ æuorum: vel, quod est æuum omuis æui: secundũ quem modum loquitur Dio. de Deo. 5. c. de diu. no. quòd ipse est æuum aliorum: qui est ante secula. Deus ergo, qui est ante secula: est æuum omnium aliorum æuorum: & est æuum omnis æui. B Sed licet sic acceptum æuum sit vnum omnium: non tamen sic loquimur de æuo: vt nunc acceptũ est, & vt dicit æternitatem simpliciter. Alio modo potest accipi æuum, vt dicit æternitatẽ participata m. & quia in hoc conueniunt omnia æuiterna, quòd habent æternitatem participatã: Sic erit æuum in quolibet æuiterno: sicut quando est in quolibet temporali: tamen quia quando non habet rationem temporis: nec rationem mensuræ: sicut habet æuum: ideo æuum nõ sulum prout dicit æternitatem simpliciter, sed etiam prout dicit æternitatem participatam: habet rationem mensuræ. Sed si quando posset dici tẽpus: distingueremus duplex tempus: videlicet tempus simpliciter, quod esset in primo motu tanquàm in subiecto, & tempus temporale quod esset in alijs motibus tanquam in subiecto: & diceremus, φ quodlibet temporale haberet suum tempus tanquam mensuram intrinsecam: & omnia temporalia reducerentur in vnum tempus simpliciter: tanquam in mensuram exttinsecam: quod non esset in aliquo temporali: sed esset in motu non temporali: aut sempitetno: propter quod nunquam reduceremus temporalia in vnum tempus quãdiu staremus in aliquo tempotali. sic & in proposito: idem est æuum quod æternitas: nam æteruitas ab esse dicitur: & æuum ab esse sumptũ est. Aeuum enim ab esse sumptum est: & æternitas ab esse entis. Vnde & ✠ Hugutio in suis derivationibus dicit, φ æternitas est idem, qđ æuũ: & sancti pro eodem accipiunt æternitatem, & æuũ: penuria tamen vocabulorum hoc fecit: vt secundum communem sermonem æternitas acciperet pro æternitate simpliciter, æuum autem pro æternitate participata. tamen sicut distinguimus, φ est duplex æternitas: simpliciter & participata. sic possumus distinguere duplex æuum: simpliciter, & participatum: & sicut dicebamus de tempore simpliciter, & de tempore temporali: sic dicemus de æuo simpliciter, & participato. Aeuum ergo sumptum simpliciter erit supra omne æiternum. sed æuum participatum est in ipsis æiternis. quodlibet ergo æiternum habet suum æuum tanquam mensuram intrinsecam: & omnia æuiterna reducuntur in vuum æuum simpliciter;

* Hugutio etimatur idem fere infra d. 2. art. 5 nec locus est mẽdosus.

siue in vnam æternitatem simpliciter tanquam mensuram extrinsecam. nunquam ergo reducemus omnia æiterna in vnum æuum, quamdiu stamua in aliquo æiterno: sed oportet transcendere omnia æiterna, & ire ad æternitatem simpliciter: ad hoc, quòd dicamua vnum esse æuũ æiternorum. Non ergo fuit bona inuestigatio: qũ ex vnitate temporis aliqui venabantur vnitatem æi: volentes esse vuum æuum omnium æiternorum, & huiusmodi æuum esse in primo æiterno, nam & si est vnum tempus omnium temporaliũ, non est huiusmodi tempus in primo temporali: sed est in corpore sempiterno: vt in cœlo, quod est super omnia temporalia.

Rursus: non solum non fuit bona eorum inuestigatio: vt sic veuarẽtur vnitatem æi: sed etiam nuu fuit bona eorum euasio: vt ponerent illud vnum æuum nũ in supremo angelo damnato, sed in supremo beato. Nam si supremus ✠ augelus damnatus, vt communiter puniur: fuit suptemus augelus: simpliciter habuit, & habet nobilio ra natutalia, quàm aliquis aliorum angelorum. Nam vt vult Dio. 4. de di. uo. Dæmonum tribus non est mala secundum naturam: data enim eia naturalia, vt ait, nequaquam ipsa mutata dicimus, sed sunt integra, & splendidissima.

* Lucifer habuit, & hãc nobilio ra naturalia quàm aliqs alioꝝ angelorum.

Aeuum ergo, quod dicitur vnum omnium æuiternorum; aut ponitur in altiori æuiterno, secundum gratiam: aut in altiori æiterno, secundum naturam, si in altiori, secundum gratiam: tuuc in anima Christi esset huiusmodi æuũ: supposito, φ fuerit suprema in gratia. Si autem in altiori secundum naturam, tunc in Lucifero esset C huiusmodi æuum: supposito, φ ipse fuerit suptemus angelorum: quia ✠ a naturalibus sibi datis non cecidit: sed remanserunt ei integra, & splendida: vt patuit per Dio. Non ergo verum est, φ in vno æuiterno sit æuum: & per illud æuiternum sit mensuta omnium æiternorum, immo oportet transcendere omnia æiterna, vt sic inuenia-mus vnitatem in æuo. Rursus dat o, φ in vno æiterno esset æuum, & per illud esset omnium aliorum mensura, supposito, φ Lucifer esset altior augelus quantum ad naturalia, nunquam ponemus huiusmodi æuum in supremo angelo beato, vt ista opinio asserebat. sed cum æuum mensuret non solum esse naturæ, sed etiam mensuret alt qua, quæ sunt gratiæ, oportebit ponere huiusmodi æuum in altiori secundum gratiam. Nam visio D diurnæ essentię, quę innititur habitui gloriæ, siue gratię cõsummatę, quo mensuratur, non tempore. Si ergo reducerentur æuiterna in æuum quantum ad ea quæ sunt gratiæ, esset æuum in anima Christi, vbi est excellentissima gratia.

Contradictio.
* Hanc locõ vt aduerlati existimant Doct. dictũ in 1. sent. circa finem Prolog. vbi ait, Dæmonẽ in sui natura suã cõditionẽ nõ remãsisse. qa ut 1oã. 8. in veritate nõ stetit. Hic aũt sit sibi naturalia integra, & splẽdidatemãsisse. sed contradictio vmbra fugit. Hic. n. quantũ ad integritatẽ cognitionis naturalis remansisse dicimus: quantũ ad cognitionẽ naturalium debere nõ poterat, vt ait Aegid. libro 2. d. 5. art. 1. ibi vero cum Aegid. inter legimus eadem inhabilitata g peccatũ ad bonum gratię, & sic nõ remanserunt integra, qa ni amplius ad gratiam non deseruntur.

His ergo omnibus ptælibatis, volumus adducere rationes, φ si ponitur vnum æuum, in quod reducuntur omnia æiterna, φ huiusmodi æuũ non est in aliquo æiterno, sed est in ipso Deo.

Prima vsa sic patet, qa eadem est mensuta totius, & nobilioris partis. nobilior autem pars torius entis est substantia. Ideo dicitur in 12. t. c. 2. Meta. φ si totum vniuersum fuerit hoc aliquid:

substantia

substantia est pars prima. Et ibidem dicitur, ꝙ quæsita sunt principia substantiæ principaliter. Est ergo substantia prima, & nobilior pars totius entis. sic etiam in tota substantia: nobilior pars, est substantia intellectualis, & separata. sicut ergo non est alia mensura totius entis, & substantiæ: sic non est alia mensura totius substantiæ, & substantiæ intellectoaliter. quòd autem eadem mensura mensuretur totum ens, & substantia tanquã nobilior pars entis, patet. nam totum ens mensuratur ente primo: solus ergo Deus est illud, in qđ reducuntur omnia entia tanquam in suam mensuram: nullum. n. ens infra Deum potest esse mẽsura totius entis: & sicut primũ ens est mẽsura totius entis: sic prima substantia est mensura omnium substantiarum. Nam secundum Philosophum. Inconueniens est dicere vnum colorem esse mensuram omnium colorum: & negare vnã substantiam esse mensuram omnium substantiarum. sicut ergo primus color est mensura omniũ colorum, sic prima substantia, vt in 10. Meta. traditur: est mensura oĩum substãtiarũ, vt Cõm. ait, Intẽdit Philosophus primũ motorẽ æternum absolutum abomni materia, qui est actus vltimus, cui non admiscetur aliquid de potentia: & quia hic est Deus: Deus est illa mensura vna, in quam reducuntur substantiæ. cum ergo substantia immaterialis sit nobilior pars substantiæ: sicut totum genus substantiæ est nobilior pars entis: sicut totum non reducitur in vnam mensurã, quæ sit infra Deum: sed reducitur in primum ens, qđ est ipse Deus: & sicut totum genus substantiæ tãquam in vnam mensurã non reducitur in aliquã substantiam infra Deum: sed reducitur in primã substantiam, quæ est ipse Deus: sic & multo magis ipsę immateriales substãtiæ nõ reducẽtur in vnã mensurã: nec in aliquid infra Deũ: sed reducentur in primam immaterialem substantiã, quæ est ipse Deus. Deus ergo & est primum ens: & est prima substantia, & est prima immaterialis substantia, vt est primum ens: est mensura omnium entium: vt est prima substantia simplicitate, & dignitate, est mensura omnium substantiarum, vt vero est prima immaterialis substantia, est mẽsura oĩum immaterialium substãtiatũ. Est ergo Deus mensura totius entis generaliter, & totius substãtiæ tanquam nobilioris partis entis. est mensura specialiter, & totius substantiæ immaterialis, tanquam nobilioris partis substantiæ. est mensura adhuc magis specialiter, totum enim ens in tam nobilem mensuram, sicut est Deus, non potest reduci, nisi ex ea parte secundum, quam reperitur nobilitas in ente. & si totum ens ratione nobilitatis in eo repertæ reducetur in tam nobilem mensuram, quæ est Deus, multo magis substantia, quę est nobilior pars entis in huiusmodi mensurã nobilem reducetur. Deo bene dictum est, quòd si totius entis est mensura Deus, multo magis totius substantiæ tanquam nobilioris partis substantiæ erit mensura Deus. Dicendum est ergo, ꝙ Deus est primum ens, & est tale primum ens, quod est substantia, & est tale substantia: quę est substãtia immaterialis, & secũdum hoc est mensura oĩum entiũ, & oĩum substantiarũ, & oĩum substãtiarũ immaterialiũ. Sic ẽt dicimus, ꝙ Deus est prima duratio: & est talis prima duratio, ꝙ est incorruptibiliter: & est talis duratio incorruptibilis, ꝙ est immaterialis: secundum ꝙ est prima duratio, sic est mensura omnium durationum: prout prima duratio incorruptibiliter, sic est mensura omnium durationum incorruptibilium: sed prout est taliter duratio incorruptibiliter, quod est immaterialis: sic est mensura omnium durationum immaterialium.

Primo modo est mensura durationis omnium entium.

Secundo modo est, mensura durationis ómnium entium incorruptibilium tam corporaliũ, quàm spiritualium.

Tertio autem modo spiritualiter est mensura omnium entium spiritualium. Tribus modis ergo quærimus mensuram in entibus: quia vel quęrimus mẽsuram toti: vel parti nobilioti: vel parti ignobilioti. toti autem, & parti nobilioti quærimus mensuram nobilem: aliter tamẽ, & aliter. quia mensura nobilis, quæ respondet toti, generaliter respondet parti nobiliori specialiter: sed parti ignobiliori secundum se accepię, quęrimus mẽsuram non ita nobilem: vt toti enti, & substãtiæ: tanquam nobiliori parti entis quęrimus mensuram nobilem Deum. ſ. sed parti ignobili entis, vt puta accidentibus: vt colotibus, vel ponderibus, vel uenmatibus, vel soui: quęrimus mensuram non illam nobilem: sed mensuram multo infra mensuram illam: vt coloribus album: ponderibus vnciã: nenmatibus, siue sanis dyasunũ, siue semitonium, sic & in durationibus: vt omnibus durationibus, vel durationibus incorruptibilibus tanquam durationibus nobiliotibus, quærimus mensuram durationem nobilem: vt durationem primam sine Deum, sed durationibus corruptibilibus tãquam durationibus ignobilibus: quærimus mensuram durationem non primam, sed durationem ignobilem, & variabilem: vt tẽpus: durationes ergo nobiles, & duraniones æternorum: si reducantur in aliquam vnam mensurã: illa mẽsura erit duratio prima: videlicet ipse Deus, vel aliter non ponimus in eis durationẽ modo nobili, sed ignobili: est ergo vnum æuum omnium æuiternorum, & tot sunt æua. quot sunt æuiterna. æuum enim, quod est æternitas participata, de quo loquimur hic, multiplicatur secundum multiplicationem omnium æuiternorum: & tot sunt talia æua, quot sunt æuiterna.

Secunda via ad hoc tdem sumitur ex eo, ꝙ omnia mensurantur vno minimo sui generis, & oportet genus hoc accipi large. nam totum ens hoc modo est vnum genus, vt totum ens mensuratur vno simplicissimo ente Deo: sicut etiam omnes substantiæ sunt vnum genus, & omnia mensurantur vna minima. i. simplicissima substãtia. ſ. Deo. Non ergo sistimus cum reducimus omnia in vnum, donec inueniamus minimũ, & simplicissimum tale: vt si posset esse color perfectior,

& quæsita sunt principia substantiæ principaliter.

Li 10. Met. com. 7.

Tcom. 17.

Deus est mensura totius entis.

Mẽsura minima ẽ simplicissima.

& simpliciot albo, non esset album mensura omnium colorum. Inde est ꝙ totum ens noo habet mensuram oisi Deum, qoia oon reperitur minimum, & simplicissimum ens nisi Deus. Inde est & etiam, quòd omnes substantiæ non habent pro mensura aliquam substantiam oisi Deũ: quia nõ reperit aliqua simplicissima substãtia nisi Deus. Hoc ergo etiam modo çuiterna, & substantiæ immateriales, vel durationes talium substantiarum: non reducentur in vnam durationem, nisi in durationẽ diuioam, quæ est o inima simplicissima. Quia ergo nollum æoiternum, & nullus angelus est mioimos, & simplicissimus: quia quolibet angelo posset fieri alius angelus simplicior, si durationes omniũ æuiternotum reducimus in aliquã vnam durationem, vel io aliquod vnum æoum; illud æuum non erit in aliquo æuiterno, nec erit æternitas participata, sed erit æternitas simpliciter, & erit io ipso Deo. Aeuum ergo, quod est in ipso Deo, est vnum omnium æuiternorum: & est illud, in quod reducuntur omoia æuiteroa. Sed æuum, quod est in ipsis æuiterois non est vnum tãium, sed tot sunt alia æua, qoot sunt æuiteroa, quod declarare volebamus.

Aeuũ vnũ.

Aeua plura.

A

B

Resp. ad aro. Ad primum dicendum, quòd nuo oportet similitudinẽ esse per omoem modum inter temporalia respectu temporis, & æuiterna respũ çui. Similitudo est eoim quantum ad hoc, quòd æuum est meosura çuiternorum, sicut tempus temporaliũ, sed est dissimilitudo, qoia tempus noo est io temporalibus, sed æoum est in çuiternis: ex hac autem dissimilitudine habetur iotẽrum: nam si tempus esset io tẽporalibus multiplicaretur secuodum multiplicationem temporalium: vt io solutione ptincipali est diffusios patefactum. quia, qua ratiooe tẽpus esset in aliquo temporali, esset in quolibet temporali: & tempus sic sumptum non esset vnum omnium temporalium: & quia hoc est in propositiu quòd çuum, de quo loquimor, est in ipsis çuiternis, quia non loquimur de çuo, quod est çteroitas simpliciter: sed de çuo, quod est çteroitas participata; tale çuum, vt supra diffusius diximus: oon potest poni in vno çuiterno, & non io alio: sed est in quolibet æuiterno, noo est ergo vnum tale æuum omnium æoiternorum.

Aeuum, & tẽpus qio conueniũt, & differũt.

C

Ad secundum dicendum, ꝙ æuum est mensura media ioter æternitatem, & tempus; attamen aliter meosurat, quàm æteroitas, & tẽpus: ratione cuius licet sit vna æternitas, & vnum tempus; non tamen est vnum æuum. Nam tempus respectu temporalium est mensura extrinseca: quia non est in aliquo temporali: ideo non oportet, ꝙ multiplicetur secundum multiplicatiooem temporalium: erit ergo vnum tempus respecto omnium temporalium, quia non est in ipsis temporalibus: & est vna æternitas simpliciter, sicut est vous Deus. nam huiusmodi æternitas est idem, quod Deus. Sed cum sint multa æuiterna: & æuũ sit in ipsis æuiternis: non poterit esse vouum æuũ, sicut est vna æternitas: quia ooo est vnum solum æuiteroum: nec vnus solus angelus: sicut est vna Deus, nec poterit esse vnum æuum; sicut est vnũ tempos. quia licet sint multa temporalia, sicut & multa çuiterna, tamen quia tempus non est in ipsis temporalibus, onn moltiplicabitur secundũ multiplicationem temporalium: æuom autem, quod est in ipsis æuiternis, multiplicabitur secundum multiplicationem æuiteroorum, & erunt molta æua, sicut & molta æuiterna. Est itaque çuum aliquo modo mensura media inter æternitatem, & tempus, sicut çuiterna sunt media inter Deum, & temporalia: propter discrepaotiam tamen, qoam habet huiusmodi æuum sioe hoiusmodi mensura media ab çteroitate, & tempore, vt patet per iam dicta, plurificari poterit, & plorificatur, oon obstante, ꝙ non plurificetor oeque æternitas, neque tempus.

Aeternitas vna Aeua plura.

D

Ad tertium dicẽdum, ꝙ simplicitas çui hoc facit, quia ooo habet pluralitatem, sicut habet tempus. nam in vno, & eodem æuiterno, non est nisi vnum æuum: nec diuiditur secondum se, nec secundum suas partes: quia noo habet partem, & partem: cum in eodem motu primo sint molta tempora: & si non secundum se: sunt tamẽ molta secundum suas partes: ex eo, quòd tempus dlui ditur in diuersa tempora: sicut totum io diuersas suas partes: verum tameo non dicitur esse nisi vnum tempus: quia omoes illę partes temporis çomponuot voum tempus: vel non est nisi voom tempus, qoia nnn sunt plures partes temporis simol: quia quando est vna dies, noo est alia, & quando est vna hora diei, non est alia. nuoquam eoim sunt plores partes temporis simol, nisi vna pars cõtineat aliam, quia simul est anoos, & dies: & simol dies, & hora. Est itaque vnum tẽpus, sed io hoc vno tempore est aliqua pluralitas: sed in voo, & eodem æoo ratione soæ simplicitatis, hoiusmodi ploralitas esse non potest: babet tamen æuum aliquam ploralitatem, quam noo habet tempus, non ratione suæ simplicitatis, sed ratione diuersitatis subiectorũ. nã tempus, vt in subiecto, est in primo motu: & qoia non est nisi vnus primus motus: non est oisi vnum tempus. sed æuũ, vt in subiecto, est in ipsis æuiternis, & qa sunt multa çuiterna, suot multa æua: propter quod patet quomodo rõoe simplicitatis habet aliquã pluraluatem tempus, quam non habet æuum, & quomodo ratione diuersitatis subiectorum sunt simpliciter plura æoa: loquendo de æuis, quæ sont in æuiternis, licet sint simpliciter plura tempora.

Temporis plures partes.

Aeuum nõ hãt partes.

Ad quartum dicendum, quòd omoia mensurantur mioimo sui generis, sed oportet ibi accipere genos large. quia hoc modo Deus, vt est primum ens, est mensura omnium entium: totũ ergo ens, meosuratur minimo soi generis, i. mensatarur minimo, & simplicissimo ente, quia mensuratur Deo; & tamen accipiendo genus proprie Deus non est io eodem genere cum alijs entibus. Sic omoes substantię immateriales mensorantur minimo sui generis: quia mensurantur Deo, qui est minima. i. simplicissima, & immaterialis substantia. Sed sic reducendo omnia çuiterna in vnã

Mesura in omni genere minima.

men-

mensuram: reducimus ea in ipsum Deum, qui est super omnia æviterna, secundum quem modum est vnum æuum omnium æviternorum. nã æternitas Dei est æuum omnium æuorum: & est æuum, in quod reducuntur omnia æviterna, vt est per habita manifestum: sed sic non loquimur de vnitate æui: vtrum omnia æviterna reducantur in vnum æuum, quod est supra omnia æviterna: sed vtrum reducantur in vnum æuum, quod est in ipsis æviternis, secundum quem modum loquendo de æuo, tot sunt qua, quot æviterna.

Æuū vnū.

Æuus plura.

ARTIC. III.

An in Æuo sit successio. Conclusio est negatiua.

Aegid. de Mensura Aug. q. 7. D. Tho. 1. p. q. 10. ar. 5. D. Bona. d. 2. arti. 1. q. 3. Ricar. d. 1. q. 3. Hear. Gand. quol. 5. q. 13. Scot. d. 2. q. 2. Bacc. di. 2. q. 2. artic. 2. 4. 5. Dur. d. 2. q. 3. Vorad. dub. 2. q. 1.

QVÆRITVR, vtrum in æuo sit successio. Et videtur, q̃ sic. quia si in æuo non esset successio: eadem ratio esset ibi de præterito, & futuro: sed nõ potest Deus facere, quod angelus nõ fuerit in præterito, ergo non posset facere, qd nõ esset i futuro: sed hoc est falsum: ergo & illud, vnde sequitur, videlicet, q̃ in æuo non sit successio.

Præterea secundum Ansel. Prosologio. ca. 20. loquentem de angelis, habetur, quòd angeli nondum habent de sua æternitate, quod futurum est: sicut non habent, quod præteritum est: sed hoc non potest esse sine successione, quòd transeat ibi aliquid præteritũ, vel quòd expectetur aliud in futurum: ergo, &c.

Præterea Deus potest annihilare angelum: aut ergo potest annihilare ipsum in instanti, in quo est: aut in alio non in instanti, in quo angelus est. quia tunc simul angelus esset, & non esset. ergo in alio: sed vbi est dare aliud, & aliud instans: ibi est dare prius, & posterius, & per consequens successionem: ergo in durationc angelorũ est dare plura instantia: & per consequens successionem.

Præterea: sicut res se habet ad esse: ita se habet ad agere, & ecouerso: vbi ergo in actionibus est prius, & posterius: oportet, quòd & in ipso esse sit aliqua prioritas, & posterioritas: sed in actionibus angelorum est prius, & posterius, & successio: est ergo & in esse: sed æuum mensurat esse angelorum: erit ergo æuum mensura successiua.

IN CONTRARIVM est, quis quod nõ habet partem, & partem, est totum simul: sed esse angelorum cum sit simplex non habet partem, & partẽ: ergo est totũ simul, & per consequens æuum, quod est eius mensura, totum simul erit.

Præterea in hoc differt esse à motu: quia motus non est totus simul: tunc enim completus est motus, qñ nihil est de motu, sed ecotrario est de esse. quia tunc dicitur res esse, quando habet totũ id, quod pertinet ad eius esse. Si ergo in esse esset successio, & non esset totum simul, tunc ipsum esse esset motus. cum ergo tempus mensuret motum, æuum mensuret esse: cum in motu sit successio: non in esse; erit tempus mensura successiua, & non æuum.

RESOLVTIO.

In Æuo non est successio propriè, sed est totũ simul: largè uero conceditur quantum ad definere. i. quatenus est ibi successio in potentia.

RESPONDEO dicendum, q̃ in hac materia Doctores, vel Sancti videtur sibi cõtradicere. nam Ansel. in Prosologio. capitulo allegato: vult angelos de sua æternitate nom habere quod futurum est: nec habere quod præteritum est. August. & quantum ad beatitudinem, quæ iuniitur gratiæ: & quantum ad esse naturæ, vult quòd angeli nihil expectent in statum, nec ab eis aliquid trãseat in præteritũ. Vnde 12. Cõfess. loquens Deo ait: Te sibi. i. angelo semper præsente, ad quem totum affectu se tenet: non habens futurũ, quod expectet: nec in præteritũ traijciens quæ meminerit: nulla vice variatur, nec in tempora vlla distenditur. Ex quo patet, quòd loquens de angelis beatis: vult, q̃ tenendo Deum toto affectu, nec expectant aliquid in futurum: nec traijciont aliquid in præteritum. Idem etiam August. loquens quãtum ad esse naturæ 12. de Ci. Dei. videtur velle, q̃ non in angelorum esse: sed in eorum motibus siue actionibus sit successio. Ideo ait: Si immortalitas angelorum non trãsit in tempore, nec præterita est, quasi iam non sit: nec futura quasi nondum sit: tamen eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex futuro in præteritum transeunt.

To. 1. c. 3. & 21.

To. 5. c. 15. 16.

Adductis circa hanc materiã auctoritatibus, quæ sibi videntur aliquo modo contradicere: in hac quæstione hoc ordine procedemus: quia primo declarabimus quomodo in mensura aliqua, & maximè in æuo sit dare prius, & posterius. Secundo ostendemus, vtrum ibi sit, vel possit esse successio. Tertio contrarietates auctoritatum ad concordiam reducemus.

Propter primum sciendum, q̃ prius, & posterius in mensura respectu alterius mensuræ, potest æui mensuræ conuenire. io ipsa enim æternitate respecto aliarum mensurarum est prius, & posterius natura. vel etiam duratione. Si enim angeli fuissent ab æterno; æternitas fuisset ante æuum, & Deus præcessisset angelos: non duratione, sed natura, quantũcunque enim effectus sit coæuus causę: semper tamen illa causa est prior effectu: vt si splendor sit coæuus Soli: eo tamẽ ipso quòd splendor causatur a sole: Sol est natura splendore prior. Sic & si angeli, vel aliqua creatura fuisset ab æterno: eo tamen ipso, q̃ creatura non potest nisi per creationem in esse procedere: & nisi producta sit & causata a Deo, ipse non põt: Deus natura est prius, quàm creatura illa.

Æuum q̃o hẽt prius, & posterius

Causa omnis effectu prior.

Æternitas natura, & duratione præcedit oẽm creaturam.

Verum quia nulla creatura fuit ab æterno: sed Deus præcedit æternitate quamlibet creaturam: consequens est, ꝙ æternitas sit prior ęuo, & mensura quahbet: & quòd Deus fuerit prior, quàm aliqua creatura: non solum natura, sed etiam duratione. Erat etiam duratio Dei, & æternitas eius quando non erat duratio alicuius creaturæ: quia non erat aliqua creatura. Itaque bene dictum est, quòd æternitas etiam durationę præcedit quamlibet creaturam. Sic etiam æternitas & si non durationę: natura tñ dicitur esse post omnem creaturam. dicitur enim, quòd Deus regnabit in æternum & vltra. loquendo enim de æuo, & de æternitate participata: Deus regnabit vltra huiusmodi æternitatẽ: & vltra æuum: sine vltra angelos. quod vltra accipiendum est secundum naturam, & si non secundum durationem. nam sicut, si semper fuissent angeli: adhoc Deus fuisset & regnasset ante angelos natura: sic & si semper erunt angeli: adhuc Deus erit & regnabit vltra angelos natura: quamcunque. n. effectus sit coęnus causæ: semper causa dicitur esse ante effectũ natura: & a simili quantocunque effectus duret tũ tum, quãtum durat causa: natura semper causa est post effectũ, & vltra effectum dicitur esse, vel durare natura. In ipsa ergo æternitate respectu aliarum durationũ: est prius, & posterius. Hoc ergo modo in æuo respectu aliarum durationũ, vt in ęuo respectu temporis, vel in vno æuo respectu alterius æui: potest esse prius & posterius. potuit. n. tempus incipere ante æuum, vt potuit fieri creatura corruptibilis ante incorruptibilem, & econuerso: potuit fieri simul vtraq; creatura: vt simul fuissent facta tempus, & æuum: sicut communiter a Sanctis ponitur. ponitur enim ꝙ ęuum, & tempus fiut coęua: sic etiam ponẽdo sicut posuimus: ꝙ in quolibet æuiterno sit vnum ęuum, sic erit vnum æuum ante aliud æuum: sic sit vnum æuiternum ante aliud. nam si quotidie creãtur nouæ animæ: & animæ computantur inter æuiterna: est angelus creatus ante hanc aiam, vel illam, vel ante omnem animam: & est vna anima creata ante aliam animam. Sic ergo ptius, & posterius ponere in æuo: non in eodem, sed respectu alterius: vt in ęno respectu temporis: vel in vno æuo respectu alterius æui; nullum est inconueniens. Visũ quomodo ĩ æuo sit dare prius: & posterius: volumus declarare, quomodo ibi sit dare successionẽ: videtur enim successio dicere pri⁹, & posterius in eodem, vel respectu eiusdem. nam non dicitur mẽsura habere successionem: nisi in eodem, vel respectu eiusdem sit ponere ibi successionem. Possumus autem distinguere de successione tripliciter: vt dicatur, in mẽsura esse successionem: vel quia ens succedit non enti; vel quia non ens succedit enti, vel quia ens succedit enti. Primæ enim duę successiones sunt vel possunt esse in qualibet creatura: & in qualibet mensura creata. nã omnis creatura incępit esse: & omnis creatura posset anuihilari, & posset desinere esse: cũ ergo incępit esse angelus, vel cum inceperunt esse æuiterna, incępit esse ęuũ. nam ante ęuiterna ęuũ esse nõ potuit, tunc ergo ipsi nõ esse successit esse. hoc ergo modo in ęuo fuit successio: quia cũ nõ esset æuum, incæpit esse æuum, & respectu eiusdẽ æui fuit successio, quia ipsi nou esse æui succesit esse æui. Sic etiam si annihilaretur æuum, tũc ipsi esse succederet non esse. Tertio modo potest intelligi esse successionem in mensura, quia ens succedit enti, & sic est successio in tempore, quia vna pars temporis succedit alteri, & hoc modo proprie est successio, quando eus succedit enti, sicut quando duæ formæ contrariæ succedunt sibi inuicem in materia. quia quando est ibi vna, non est ibi alia. sic & duæ partes temporis, vt duæ horæ succedunt sibi inuicem. quia quando est vna hora non est alia, immo nec esse potest, ꝙ cum est vna hora sit alia. hoc est ergo sibi inuicem succedere: quando quæ simul esse nõn possunt, successiuè esse accipiũt. magis ergo est successio in duabus partibus temporis: quàm sit in formis cõtrarijs in materia, quia nullo modo est intelligibile, ꝙ simul sint duę horę tpis, vt ꝙ simul ineadẽ parte hemisphærij, vel eadẽ plaga terręe sit hora tertia, & sexta: licet forte dicerer aliqs, ꝙ miraculo fieri posset, ꝙ duę formę contrarię simul in materia existerẽt. Vera ergo successio nõ est in eo, ꝙ nõ ens succedat enti, vel econuerso, quia cum dr aliquid succedere alicui, non proprie hoc esse poterit, nisi quodlibet eorum sit aliquid positiuè. ipsum enim nihil non proprie succedit alicui, quia nec est aliquid ibi positiuè, nisi dicatur, ꝙ nec successio sit secundum modum nostrum intelligendi. sic vero ipsi nihilo aliquid propriè succedit. successio enim quendam ordinem & quandam relationem importat. sicut ergo entis ad nihil: vel econuerso, non potest esse ordo, vel relatio realis, sed secundum modum intelligendi, ita ꝙ intellectus est ille, qui accipit talia secundum modum successionis: vt si aliquid incipit esse, vel desinit esse accipit successionem entis ad non ens, vel econuerso: realis tamen relatio, vel realis successio esse nõ põt, nisi vbi res reĩn esse succedit.

Deus regnabit in æternum, & vltra. 2.Pe.11.

Successio propriè.

Successio vera.

Cum ergo quęritur, vtrum in ęno sit successio; dici debet, ꝙ in ęuo potest esse successio primo modo, prout esse succedit non esse. quia potest ęuum incipere esse, cum ante non fuerit: vel potest ibi esse successio secundo modo, prout non esse succedit ipsi esse. quia potest ęuum annihilari, & potest desinere esse, cum prius fuerit, sed tertio modo, secundum quem modum proprie accipitur successio, vt ꝙ ens succedat enti, vel ꝙ vna pars æui succedat alteri: sicut vna pars temporis alteri succedit, sic est impossibile in æuo esse successionem. nam nunquam est hoc modo successio in mensura nisi quia est successio in re mensurata, vel in fundamento mensuræ. vt si tempus p se, & primo mensurat motũ: vel si fundamentum temporis est motus, ideo est successio in tempore, quia est successio in motu. ideo vna pars tpis succedit alteri, qa vna pars motus succedit alteri. Cũ ergo æuũ mensuret esse angelicũ, & fundetur in esse angelico, si in æuo esset successio; qa vna pars succederet alteri; oporteret, quod & in

Successio quo facto fit in æuo.

ipso

ipſo eſſe angelico eſſet ſucceſſio, & quòd vna pars ſuccederet alteri. Et quia hoc eſſe nõ poteſt, cum illud eſſe ſit ſimplex non habens partem, & partem, talis ſucceſſio in æuo eſſe non poterit. Si ergo diſtinguimus de ſucceſſione: patet qnomodo in æuo eſt ſucceſſio, & quomodo non.

Succeſſio duplex.

Poſſumus autẽ & aliter de ſucceſſione diſtinguere: quòd ſucceſſio poteſt accipi, vel ſecundũ totum, vel ſecundum partem, vel ſecundum actum, vel ſecundum potentiam. Dicitur enim ſucceſſio ſecundum partem, quando pars eſse incipit, vel quando eſſe deſinit: vt in tempore eſt ſucceſſio ſecundũ partes, quia quælibet para tẽporis eſſe incipit, & quælibet pars eſſe deſinit. per ſimilem ergo accipiemus ſucceſſionem ſecũdum totum: quando totum eſſe iocipit, vel quando totum eſſe deſinit. Sed opottet tunc largè loqui de ſucceſſione, quia non dicitur in tempore eſſe ſucceſſio, quia hæc pars temporis eſſe incipit, niſi quia alia eſſe deſinit: nec dicitur ibi eſse ſucceſſio, niſi quia alia eſſe incipit, quæ ſimul cum ipſa eſſe non poteſt. igitur ſi cum totum eſse incipit, vel toiũ eſse deſinit, ſi proprie eſset ibi ſucceſſio: oporteret, quòd cum vnum totum eſse inciperet, aliud totum eſſe deſineret, & èconuerſo, quod ſimul cum ipſo eſſe non poſſet. Et quia hoc non damus in æuo: immo æuum incępit eſſe abſque eo, quòd aliud æuum deſineret eſſe, & poſſet deſinere æuum eſſe: abſque eo, quòd aliud æuum inciperet eſſe. ideo non eſt proprie ſecundum totum ſucceſſio, oiſi forte ſicut eſse ſuccedit, non eſſe, vel èconuerſo, vt cum æuum totum incępit eſſe, deſinebat non eſse. & ſi deſineret eſſe: inciperet non eſſe. Sic ergo, largè loquendo de ſucceſſione æui ſecundum, quòd totum aliquod eſſe incipit, vel totum eſſe deſinit: in æuo eſt ſucceſſio. Sed loquendo de ſucceſſione ſecundum partem, ſecundum quem modum proprie accipitur ſucceſſio, vt prout in menſura aliqua vna pars eſſe incipit, & alia eſſe deſinit: ſic in æuo non eſt ſucceſſio. quia non habet partem, & partem.

Succeſſio duplex.

Alio modo poteſt accipi ſucceſſio ſecundum potentiã, vel ſecundum actum: nam quantum ad incipere eſſe actu, ſuit in æuo talis ſucceſſio: non quantum ad partes, ſed quantum ad totum. quia totum æuum alicuius æuiterni: ſicut & totum eſse eius ſimul incępit eſse: ſed quantum ad deſinere eſse eſt ibi talis ſucceſſio ſecundum potentiam, non ſecundum actum, quia poſſet Deus quodlibet æuiternum annihilare: & ſic totum poſſet deſinere eſse: non tamen deſinet: qa nihil annihilabitur in natura: licet Deus poſſet hoc facere, ſi vellet.

Ex hoc autem patere poſſunt opiniones circa hanc materiam. nam quidam doctorum voluerunt, quòd in æuo nulla ſit ſucceſſio: cui ſententiæ adhęremus, & quam magis approbamus. Alij autem dixerunt, quòd in æuo eſt ſucceſſio cum innouatione. Alij autem, q̃ ibi eſt ſucceſſio ſine innouatione. Quę opiniones ſic verificari poſſunt: qa vel loquimur de ſucceſſione propriè, ſecundũ

A partes: vt prout pars ſuccecdit parti: vel prout ens ſuccedit enti: & ſic in æuo non eſt ſucceſſio: quia non habet partem, & partem. Vel poſſumus loqui de ſucceſſione largè, ſecundum quòd ens ſuccedit non enti, & ſecundum quòd totum incipit eſſet, & ſic in æuo eſt ſucceſsio cum innouatione: poterat enim dici de æuo cũ incępit eſſe, quod erat quid nouum. Tertio modo poſſumus loq̃ de ſucceſſione magis largè: prout in æuo eſt ſucceſſio quantũ ad deſinere eſse, ſecundum quũ modum eſt ibi ſucceſſio in potentia: quia poteſt totum deſinere eſse: & ſic in quo eſt ſucceſſio ſine innouatione, imaginabimur enim, quòd ponendo æuum nunquam deſinere eſſe, ſicut nunqnam deſinet: eſt ibi ſucceſſio: & eſt prius, & poſterius, ſicut fuiſset ibi ſucceſſio: vel fuiſset ibi prius, & poſterius ſi nunquã incępiſset eſse. Si enim creatura fuiſset ab æterno: adhuc natura prius fuiſſet non ens. quàm ens eſset ergo ibi ſucceſſio, quia habuiſſet creatura eſse poſt non eſse ſine innouatioue: quia nũquam fuiſset creatura noua, cum ponatur fuiſſe æterna. Sic & in propoſito: quantuncunque creatura nunquam deſinat eſse, tamen qnia de ſe non habet eſse: ſemper dicitur deſinere eſse: propter quod eſt ibi ſucceſſio prout prius intelligimus creaturam de ſe nõ habuiſſe eſse. & poſtea a ſuo Creatore accepiſſe eſse, & poſt hoc intelligimus eam poſſe deſinere eſse: & de ſe non habere eſse: cum ergo creatura producta fuerit: natura, vel naturali intelligentia eius non eſse præceſſit eſse: poſtquam autem intelligitur eſse producta, & poſtquam intelligitur ab alio habere eſse: ſemper intelligitur de ſe non eſse, & poſſe deſinere eſse. Ergo eſt multiplex ſucceſſio: vel eſt multiplex prius, & poſterius. videlicet natura, ſiue ensturali intelligentia, ſecundum quem modum ſi creatura fuiſset ab æterno, fuiſset prius non ens, quàm ens. Et ſi durabit in ęternum: poſtquam intelligitur eſse ab alio ens: intelligitur eſse de ſe nõ ens, tale antẽ prius & poſterius, & talis ſucceſſio, poteſt dici ſine innouatione. fuiſset enim talis ſucceſſio, & tale prius, & poſterius in creatura, ſi fuiſset ab æterno, & ſi in æternum duraret, propter tamen talẽ ſucceſſionẽ creatura non poſset eſſe noua, quia quod æternum eſt, nonum non eſt. Alio modo accipitur prius, & poſterius, non ſolum natura, ſine naturali intelligentia; ſed ſecundum tem, & ſecundum durationem, & hoc eſt, vel ſecundum partem: vt quia pars incipit, & pars deſinit. & ſic eſt vera ſucceſſio, & hoc modo menſura non eſt tota ſimul, quia nec tota ſimul deſinit, nec tota ſimul incipit, nec tota ſimul eſse habet, & ſic eſt tempus mẽſura ſucceſsiua. Alio modo, vt diximus, poteſt eſse ſucceſsio ſecundum totalitatẽ, vt quia menſura aliqua tota ſimul incipit, vel tota ſimul deſinit. Et hoc dupliciter, vel ſecundum actum, vel ſecundum potentiam. & hoc modo in æuo eſt ſucceſſio quantum ad incipere eſſe: qa totum æuum ſiue totum eſse cuiuſlibet angeli: ſimul incępit eſse. & talis ſucceſsio eſt cum innouatione, quia ex hoc poteſt dici, quòd ſtatu

Succeſſio ſecundum totum.

Succeſſio vera.

Succeſſio ex toto.

angelicum sit nouum: ex quo secundum durationem incepit esse. Sic etiam in æuo est successio quantum ad desinere esse: non secundū actū, ꝙ aliquando actu desinat esse, sed secundum potentiam: quia potest desiuere esse.

Epilogus secundum triplicem successiua modum.

In æuo ergo est triplex successio, vel triplex pri⁹, & posterius. primo narra: secdo durationej & actu: tertio durationę, & potētia. Primus modus successionis, secundum ꝙ natura prius intelligitur aliquid non esse, quàm esse, per se loquendo est siue innouatione: quia esset talis prioritas, & posterioritas in ęuo, si nunquam fuisset nouū, sed ab æterno fuisset. Secundus successionis modus secundum actualem durationem: prout post non esse incipit esse; est cū actuali innouatione: quia quod sic actu incipit esse, actu nouum dicitur esse. Tertius autem successionis modus secundum potentialitatem: prout aliquid potest incipere vel desinete esse, non dicit innouationem actualem, sed potentialem. Sed licet in æuo possimus assignare omnes hos modos successionis, nō tamen proprie dictum est, ꝙ in æuo sit successio: sed magis proprie dicetur, quòd ipsum æuū succedit: vel quòd aliquid succedit æuo, quàm ꝙ in ęuo sit successio: vt si ænum incæpit esse, & habuit esse post non esse: sine sit natura, sine duratione non erit ex hoc in æuo successio: sed magis ipsum ænum succedit alij: quia succedit suo non esse. quia post nun esse æui incæpit esse æuum. Sic & si æuum desineret esse, non esset in æuo proprie successio, sed ipsi æuo succederet aliud: succederet enim ei non esse. successio autem in æuo secundum partem non datur, vt ꝙ cum vna pars incipit, alia desinat, sicut in tempore, vbi, quando vna hora, & vna pars temporis desinit: alia hora, & alia pars temporis incipit, secundum quemmodum in æuo nullarenus est successio: quia nō est ibi aliquid & aliqmd, nec pars, & pars, cum sit quidam simplex. Hoc est. u. esse successiuum, non esse totum simul. quod ergo incipit vel desinit, dum tamen totum simul incipiat vel totū simul desinat, proprie loquendo, non meretur dici mēsura successiua. Ex hoc ergo verificare possumus omnes opintoues de ęuo, videlicet, ꝙ in æuo non sit successio, & quòd ibi sit successio cum innouatione, & sine innouatione. nam si loquamur de successione mensuræ proprie, prout in ipsa mensura est successio, quia non est tota simul, sed habet partem post partem: sic nullo modo in æuo est successio, quia pars, & pars ibi esse nō potest. Sed si loquamur de successione largè, non prout in ipsa mensura est successio, vt prout aliquid mēsuræ desiuit, & aliquid incipit, sed ptout ipsa mēsura succedit alij, vt ħ mensura illa tota incipiat, talis mensura succedit alij: loquendo de alio large, quia succedit suo non esse. oportet enim hoc modo loqui de alietate large, quia ipsum non esse non est proprie aliud. Potest etiam successio competere mensuræ, si ipsi mensurę succedat aliud: vel possit succedere aliud, vt si mensura desinat esse, vel possit desinere esse. Hoc ergo modo in æuo est successiu sine innouatione. & cum innouatione, nam sic accipiendo large successionem, si loquamur de successione prout importat prioritatem, & posteriorita tem, non ordine durationis, sed naturæ, sic in æuo est successio sine innouatione; talis enim successio per se loquendo innouationem nō importat. dicemus enim, quòd creatura naturaliter habet nō esse ante esse: quia natura est non ens: & per creatorem facta est ens: & si sitæ naturę relinquerētur, statim fieret nō ens. Vnde Augustinus quarto super Gen. ait: quòd Mundus vel ita oculi stare non poterit, si ei Deus regimen subtraxerit; Sic autem habere prius, & posterius: vt habere nou esse ante esse; & non esse post esse, dicit successionem secundū naturalem intelligentiam, non secundum nouitatem vel mutationem in re factam. Sed si loquamur de successione sic etiam large sumpta: non prout dicit solum ordinem naturæ: sed prout importat ordinem durationis, sic est successio cum innouatione. ordine enim durationis non potest ęuum, vel quæcunque creatura habere esse post non esse: nisi fuerit noua. propter quod patet, quomodo omnes opiniones de æuo habent aliquem modum veritatis.

Successio sine innouatione.

Tomo 3. cap. 22.

Conciliatio omnū opinionum de æuo.

Prima tamen opinio negans ab ęuo successionem, vera est & propria: quia proprie de successione loquitur. aliæ autem duæ opiniones, quarū vna ponit in æuo successiouē sine innouatione, alia cum innouatione; & si possunt ad aliquem modum veritatis trahi: non tamen earum locutio est propria: quia secundum illum modum loquendi non proprié est mensura successiua, nec proprie est in mensura successio: vt quòd aliquid de mensura desinat, & aliquid incipiat: licet tota simul mensura incipiat, vel possit incipere, aut desinat, vel possit desiuere.

Successio & prię non est in æuo.

Ostensum quomodo circa successionem æui diuersi diuersa sentiunt: & declarato, quomodo in æuo est successio, & quomodo non: volumus auctoritates sanctorum vel doctorum ad inuicem concordare. nam cum dicit Anselmus, quòd angeli non habent de sua duratione, quod futurum est: sicut nec quod præteritum est, pro tanto veritatem habet: quia æiterna, nec à seipsis habuerunt in præterito, quòd durauerint: nec à seipsis habebunt in futuro quòd duturi. Sed si sibipsis fuissent in præterito derelicta, statim esse desiscent: & si sibipsis reliquerentur in futuro, statim esse desinerent. Vult ergo Ansel. probare: ꝙ Deus regnabit in æternum & vltra: & quod regnabit vltra æiterna. nam cum æiterna potuerint non esse in præterito: propter quod dicuntur non habuisse quod præteritum est: quia seipsis non habuerunt, quòd durauerint: & cum possiut non esse in futuro: propter quod dicuntur non habere, quod futurum est: quia seipsis non habebuut, quòd durent in futurum: talis, quæ possuut non esse, aliqno modo dicuntur habuere finem suæ durationis. Deus autem qui nullo modo potest non esse: nullo mudo habet finē suæ durationis. & quia duratio, quę nullo modo habet finem, dicitur plus durare, quàm duratio

Deus regnabit in æternum, & vltra, quo pacto intelligatur. lib. 1. 25.

quæ

quæ aliquo modo habet finem, ideo merito dicitur Deus plus durare, quam omnia æviterna: & dicitur regnare in æternum, & vltra. Quod autem dicit August. ꝙ angeli nec in futurum aliquid expectant, nec in præteritum aliquid trajiciunt, & ꝙ in esse eorum non est aliquid præteritum, quasi iam non sit, nec aliquid futurũ quasi nondum sit, pro tãto verum est, quia totum suũ esse simul acceperunt: vt non sit ibi aliquid in futurum expectatum, nec in præteritum pertransitum. Non est ergo in æuo successio, sed est æuum totum simul: nisi loquamur de successione largè, vt est per habita manifestum.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd in æuo in se eadem est ratio de præterito, & futuro, quia nihil est ibi præteritum: & nihil expectatur futurum: attamen per comparationem ad mensuram aliam: vel ad imaginationem nostram aliquid est ibi præteritum, & aliqd futurum. ipsum enim æuum in se non præterit, nec futuritionem habet: assistit tamen mensuræ successiuè: vt assistit tempori, quod habet præteritum, & futurum, & si non assistat tempori secundum, quod habet esse reale: quia posset esse æuum, etiã si nullum esset tempus: assistit tamẽ tempori secundum se, quod habet esse imaginatum. ipsum ergo æuum non habet partem, & partem: sed totum simul esse incepit. Et si Deus vellet, totum simul esse desineret. sed per comparationem ad tempus reale, vel ad tempus imaginatum: quia in huiusmodi tempore præteritum de necessitate est præteritum. Si ponatur, quòd æuũ assistebat tali tempori præterito; impossibile est, quin in æuo sit præteritũ, non secundum se, sed secundum assistentiam. Ideo dicimus esse impossibile, si ponatur, quòd æuum fuerit in præterito, vel ꝙ astiterit tempori præterito, ꝙ non astiterit huiusmodi tempori. implicaretur enim ibi contradictio: eo, ꝙ tempus præteritum de necessitate sit præteritum. tempori autem futuro, cui nunqd ponitur astitisse, põt nõ assistere. Ipsum ergo æuũ, siue assistat, siue non assistat, siue incipiat, siue desinat, romm simul desinit: totum simul assistit: totum simul desistit, per comparationem tamen ad tempus reale, vel imaginatum. quia huiusmodi æuum potest assistere vtrique tali tempori: ideo est in eo in aliquis modus, vel aliqua similitudo vel aliqua assistentia secundum futuritionem, vel præteritionem.

Ad secundum dicendum, ꝙ dictum Anselmi in Prosologio, ꝙ angeli de sua duratione non habent quod futurum est: sicut nec quod præteritũ est, vt potest esse per habita manifestum: pro tanto veritatem habet: quia angeli a se non habuerunt quòd durauerint in præteriro: nec habebũt, quòd durent in futuro: sed licet suam durationẽ non habeant a se, sed ab alio: tamen suam durationem, & suum esse totum simul acceperunt ab alio, vt ibi, propriè loquendo, successio esse non possit.

Ad tertium dicendum, quòd si Deus annihilaret æviternum: non annihilaret ipsum in instanti, in quo est: nec in instanti, in quo nõ est, propriè loquendo: sed in destructione instantis imaginabimur, enim, & Deus producẽs aliqd æviterniũ, & aliquem angelum, producti simul substãtiam angeli, & esse eius, & per consequens producit simul nunc æui, quod mensurat substantiam angeli, & æuum quod mensurat eius esse. Et si Deus destrueret æviternum, simul destrueret eius substantiam, & eius esse, & per consequens simul destrueret nunc æui: quod fundatur in substantia æviterni, & æuum quod fundatur in eius esse. productio ergo æviterni est in instanti æui: sed destructio, & annihilatio eius nõ est in instanti per se, & propriè loquẽdo: sed est in destructione instantis, vel in annihilatione eius. Dabimus ergo instans, in quo æviternum producitur: sed per se loquendo non dabimus instans, in quo æviternum annihilatur, nisi forte instans imaginatum, vel instans æternitatis: in quo instanti est æui productio, & qui destructio. quicquid enim producitur, & quicquid destruitur, totum sit in instanti æternitat, is quod omnia complectitur. Sed si loquamur de instanti qui reali: nunquam potest produci æviternum, nisi in instãti æui: & nunquam destruitur nisi in destructione instantis. Si enim Dens produceret vnum æviternum: & nihil esset aliud, quàm id æviternum: si Deus postea illud, æviternum destrueret, & nihil aliud produceret, daremus instãs æui, in quo æviternum esset productum: sed non daremus instãs æui, in quo æviternum esset destructum, nisi instans æui imaginatum, vel instans æternitatis, qđ nullo modo potest deficere: loquendo tamen per se de instanti vero, & reali: si æviternum creatur hoc est in instanti qui: sed si annihilatur, hoc est in destructione instantis, ergo in quo non est nisi vnum instans: non duo instantia, nisi poneremus duo instantia æquiuocè, vnum reale, aliud imaginatum. Propter quod apparet, quomodo in æuo est prius, & posterius: & quomodo est ibi successio, quia nõ est ibi successio, vel prius & posterius secũdum rem: ꝙ res succedat rei: sed est ibi prius, & posterius secundum imaginationem: vt quia res succedit imaginationi, vel imaginatio rei: vt si nunc crearetur angelus, crearetur in instanti æui, & esset dare instans, in quo fuisset angelus: & instans, in quo non fuisset: sed instãs in quo fuisset, esset instans reale: instans vero, quod præcessisset, esset instans imaginatum: ergo secũdum banc hypothesim res succederet imaginationi. Sed si æviternũ annihilaretur: esset dare instãs, in quo æviternum esset: & hoc esset reale: & instans, in quo non esset: & hoc esset imaginatum. & tunc imaginatio succederet rei: semper enim in non facere intelligimur facere: & omnino in negatione dictio. i. affirmatio: vt dicitur in Elenchis. Rectum enim est iudex sui, & obliqui, ita quod per rectum non solum intelligimus rectum, sed etiã obliquum: immo non possumus intelligere obliquum, nisi per rectum. Sic etiam non possumus intelligere negationem, nisi per affirmationẽ, nec destructionẽ nisi per positionẽ. Si ergo

Tempus dur. plex.

Instans dur. plex.

Angeli non habent præteritum nec futurum.

2 de An. Text. 5.

producitur æuiternũ hoc est in instanti æui: sed si destruitur, per se loquendo, nõ erit in instanti, A sed in destructione instantis. Verum quia destructio instantis non potest intelligi sine instanti: in ipso instanti destructo erit instans intellectum, & imaginatum.

Res sicut se habet ad esse, ita ad agere, quo intelligitur. Hęc propositio est frequens apud Doctorem: & forte elicitur ex. 2. Meta. T. c. 4. Res sicut se habet ad esse, ita ad cognosci: Agere o. est forme. g quã res est in esse.

Ad quartum dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ * res sicut se habet ad esse, ita & ad agere: oportet, ꝙ ibi esse accipiatur non solum pro esse substantiali: sed etiam pro accidentali: sicut videmus in rebus corporalibus: ꝙ corpore manente eodem secundum esse substantiale, & specificum: vtputa aqua, manente aqua: prout variatur secundũ aliud, & aliud esse accidentale: vtputa quia nunc est calida, nunc frigida competit ei aliud, & aliud agere: vt quia nunc calefacit, nunc infrigidat: sic etiam in spiritualibus, prout intellectus angelicus perficitur & informatur per aliam, & aliam speciem: sic competit ei aliud, & aliud intelligere. prius ergo, & posterius in agere: vel successio secundum agere: non est sine priori & posteriori, & sine successione in esse: sed non oportet, ꝙ huiusmodi successio sit secundum esse substantiale: sed sufficit, quòd sit secundum esse accidentale: vtputa, quia est secundum aliam, & aliam informationem speciei: vel secundum aliud accidentale esse: successionem autem in angelis secundum esse accidentale non negamus: sed secundum esse substantiale. æuum autem, quia fundatur non in esse accidentali, sed in substantiali, non oportet, propter hoc successionem habere.

ARTIC. IIII.

An Æuum sit in prædicamento Quantitatis. Conclusio est negatiua. C

Aegid. de Mens. Ang. q. 5. Henr. Gand. quol. 9. q. 7. Bacc. d. 2. q. 1. art. 1. Landul. d. 2. q. 1. Th. Arg. d. 2. q. 1. art. 2. concl. 1.

VARTO quæritur de quidditate æui, quid sit æuum; & in quo prædicamento habeat esse. Primò quæritur, vtrum sit Quantitas: & vtrum sit in prædicamento quãtitatis. Et videtur, ꝙ sic, quia secundum Philosophum in 10. Meta. Mensura est illud, per quod certificamur de quantitate rei. Arguamus ergo sic: Illud, quod nos certificat de quantitate rei, & quod mensurat in re quã titatem eius, est quantitas, & pertinet ad prædicamentum quantitatis: æuum. cum sit mensura, est huiusmodi, ergo &c.

T c. 4. & in cap. 2 primę summæ. D

Aristo. cap. Quant.

Prætera fm Philosophum in prædicamẽtis: Proprium est quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici: sed importare adæquationem potissime videtur competere mensuræ. quicquid ergo habet rationem mensurę, ratione adæquationis, qua importat, videtur esse quantitas: & pertinere ad prædicamentum quantitatis: æuum habet rationem mensuræ, ergo &c.

INCONTRARIVM est, quia omnis quantitas, vel est continua, vel discreta. æuum autem nõ potest esse quantitas continua. quia omne continuum est quid extensum: æuum autem, cum sit in angelis, & in rebus simplicibus, extensione careat, nec potest esse quantitas discreta. quia huiusmodi quantitas, vt patet ex 3. Physic. causatur ex diuisione continui, nihil autem potest esse in angelis, qđ causetur ex diuisione continui, ergo, &c.

Dub. I. Lateralis.

An Æuum sit in prædicamento Qualitatis. Conclusio est negatiua.

Aegid. de Mens. Ang. q. 4. 7. & ex professo hanc materiam tractatam vide de Mens. Ang. q. 10. Th. Arg. d. 2. q. 1. art. 1. concl. 2.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis: vtrum æuum sit Qualitas, vel pertineat ad prædicamẽtũ qualitatis. Et vt, ꝙ sic: quia non sunt nisi tria prædicamẽta, dicẽtia ipsas res, vt diffusius pertractauimus in quæstionibus nostris, De mensura Angelorum, cum ibi distinximus numerũ prædicamẽtorum: &, vt plane innuit Boe. in suo lib. de Tri. Sũt autẽ prædicamẽta realia: Substãtia: Qualitas: & Quantitas, & quicquid in re dicit rem aliquam absolutam pertinet ad aliquod istorum trium prædicamentorũ. æuum autem cum sit in angelis, nõ est qnantitas, vt patuit in quæstione præcedenti, nec est ipsa substantia angeli. erit ergo qualitas quædam: & per cõsequens ptinebit ad prædicamentũ qualitatis.

Quæst. de Mens. Angelor. ante hunc libr.

Qualitas formã sequitur, & quantitas materiam. idem paulo infertur.

Prætera, quod causatur ex substãtia rei, non pertinet ad ipsam substantiam, & maxime si substantia illius rei sit multiplex. sed duratio angeli, siue æuum causatur ex substantia angeli. cum ergo substantia angeli sit multiplex, non pertinebit æuum ad substantiã angeli, nec pertiner ad quantitatem. quia non est in angelis prædicamentum quantitatis. pertinebit ergo ad qualitatem, & erit qualitas.

Prætera videtur qualitas esse accidens consequens formam, sicut quantitas materiam: sed in angelis cum sint ipsę formæ non sunt nisi accidẽtia sequentia formam. quicquid ergo est in angelis præter substantiam angelorum, totum videtur esse qualitas, & ad qualitatem pertinere. æuũ aũt est in angelis, & est aliquid prẽter substantiam angelorum, ergo &c.

INCONTRARIVM est: quia, vt in prosequendo patebit, æuum materialiter est idem, quod angelorum esse. sed esse rei nõ est qualitas, nec pertinet ad prædicamentum qualitatis, ergo, &c.

Dub.

Dub. II. Lateralis.

An Aeuum sit in prædicamento Relationis. Conclusio est negatiua.

Aegid. de Mens. Aug. q. 4. 5. Th. Arg. d. 2. q. 1. concl. 3.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, vtrũ Aeuum sit relatio, vel pineat ad prædicamentum Relationis. Et videtur, quod sic. quia quæ opponũtur relatiuè pertinent ad prædicamentum relationis: sed mensura refertur, & opponitur relatiuè ad mensuratum: ergo mensura pertinet ad prædicamẽtum relationis: æuũ habet rõnem mensuræ: ergo &c.

Tres. 20. Relationũ modi quæ, & qui.

Prætereà, secundum Philosophum 5. Met. in c. de Relatiuis: Relatiua, vel dicuntur modo numeri, vt duplũ ad subduplum: & omne multiplex ad suum submultiplex. vel dicuntur modo actionis, & passionis, vt calefaciens, & calefactum, & omnino agens, & patiens: vel dicuntur modo mensuræ, & modo adæquationis, vt sensatum ad sensum: eo, quòd adæquat sibi sensum, & omnino mensurans ad mensuratum, & adæquans ad adæquatum. Habere ergo rationẽ mẽsuræ dicit principalem modum, vnde sumitur ratio relationis, quod non esset nisi mensura esset quid relationũ, & pertineret ad prædicamentum relationis: quum habet rationem mensuræ: ergo &c.

Com. 19.

IN CONTRARIVM est, quia secundum Commen. in 12. Metaph. relatio habet minimum de esse, sed æuum dicit ipsum angelorũ esse, vt infra patebit: non ergo æuum pertinet ad relationem, quę non est ipsum rei esse, sed est ad aliud se habere.

Dub. III. Lateralis.

An Aeuum sit accidens. Conclusio est negatiua.

Aegid. de Mens. Aug. q. 4. 5. Th. Arg. d. 2. q. 1.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, vtrum æuum sit accidens, vel pertineat ad aliquod prædicamentum accidentis. Et videtur, quòd sic: quia quod aduenit, vel aduenire potest alicui rei post esse completum, est accidens, & pertinet ad prædicamentum accidentis: æuum est huiusmodi: ergo &c. Probatio assumptæ iuxta secũdum eos, qui dicunt esse vnum æuum omnium æuiternorum, huiusmodi quum est in primo angelo, & per se & primo mensurat esse illius angeli, & per illud mensurat esse omnium aliorum angelorum. si ergo annihilaretur primus angelus, inciperet æuũ el-

Auer. 1. Phys. Com. 62 Et Arist. 1. de Gen. c. 2.

A se in secundo angelo: aduenitret ergo æuum tale illi angelo post esse completum: secundum hanc ergo positionem æuum est accidens, quia aduenit, vel aduenire potest rei post esse completum: ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia esse substantiæ non est accidens, quia tunc substantia esset per accidens: cum ergo angeli sint substantiæ, & quũ, vt patebit sit idem realiter, quod esse angelorum: no erit huiusmodi æuum accidẽs.

Dub. IIII. Lateralis.

An Aeuum sit idem, quod esse Angelorum. Conclusio est affirmatiua.

B Aegid. d. Mens. Aug. q. 3. Sco. d. 2. q. 4. Franc. Mayr. d. 2. q. 4 Bacc. d. 2. p. 2. q. 1. Dorb. d. 2. q. 1.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, vtrum æuum sit idem, quod esse angelorum. Et videtur, q̃ non, quia sicut se habet tempus ad motum: sic se videtur habere æuum ad esse. quia, vt vult Dionys. 10. de di. no. Existentia mensurantur æuo. sed q̃ sunt in gñatione. i. in motũ: mensurãtur tẽpore. quod non esset, nisi ita se haberet æuum ad esse, sicut tempus ad motum. sed tempus est passio motus, vt potest patere ex 4. Physicorum: ergo æuũ erit passio ipsius esse, sed passio non est idem cũ eo, cuius est passio ergo: &c.

C Prætereà: mensura habet rationem causę: cũ per mensurã certificemur de mensurato, & certificatio cognitionis rei sit ex causa: æuum ergo cum sit mensura ipsius esse, habebit rationẽ causę respectu esse, sed causa non est idem cum eo, cuius est causa: ergo &c.

IN CONTRARIVM est, q̃a sic se habet æuum ad esse, sicut tempus ad motũ, cum tempus realiter sit idem, q̃ motus, vt vult Commẽ. super 4. Phys. erit æuum realiter idẽ, quod esse.

Dub. V. Lateralis.

An Aeuum sit Substãtia. Conclusio est affirmatiua.

D Aegid. de Mens. Aug. q. 4. 5. Th. Arg. d. 2. q. 1. art. 3. concl. 4.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, vtrum sit Substantia, vel pertineat ad prędicamentum substantię. Et videt, q̃ nõ. q̃a hoc est in solo Deo, cũ duratio eius sit sua substantia. ergo cũ æuum non sit idem cum substantia rei: æuum angelorũ non erit idem, sed erit aliud à substantia eorum, sed quod est aliud à substantia rei: non pertinet ad prædicamentum substantię: æuum est huiusmodi: ergo &c.

Prætereà,

Præterea. æuum, vt arguebatur in quæstione præcedenti, est idem, quod angelorum esse: sed esse angelorum non est substantia: ergo æonm non est substantia, sed quod non est substantia, non videtur pertinere ad prædicamentum substantiæ: ergo &c.

Ratio quor. & quæ in libro de ortu scientiarum.

IN CONTRARIVM est: quia, vt dicitur in libro, qui intitulatur de ortu scientiarum, scias nihil esse præter Substantiam, & Accidens, & Creatorem substantiæ, & accidentis benedictum in secula. cum ergo osteusum sit, quòd cuum non est accidens, opottet, quòd sit substantia, & quòd pertineat ad prædicamentum substantiæ.

Resolutio Articuli IIII.

Æuum non est quantitas, quatenus comparatur ad continuum, & materiam. Cum Mathematicus de omni quanto consideret, & de Æuo, aut de substantijs separatis nullam prorsus mentionem faciat.

RESPONDEO dicendum ad quæstionem primam, quòd cum quæritur: vtrum cuum sit quantitas, vel pertineat ad prædicamentũ quantitatis; dici debet, quòd triplici via inuestigare possumus, quòd cuum non est quantitas: nec pertineat ad prædicamentum quantitatis. Prima via sumitur secundum, quòd quantitas comparatur ad cõtinuum. Secunda prout comparatur ad materiam. Tertia vero prout comparatur ad artifices: qui de quantitate considerant.

Prima via sic patet, quia nunquàm quantum separatur à continuo. nam eum duplex sit quantitas, continua, & discreta, vt in arguendo tangebatur; certum est, quòd quantitas continua non separatur à continuo: nec etiam quantitas discreta à continuo separatur: nam vnũ, quod est principium numeri: idem est realiter, quod continuum. Et inde est, quòd ex diuisione continui causatur numerus: eadem. n. quantitas dat rei, q̃ sit quid continuum, & quòd sit vnum, quod est principium numeri: aliter tamen, & aliter. nam prout quantitas illa perficit rem in se, vt alibi in quæstionibus nostris diffusius diximus: sic dat rei, vt sit quid vnum, quod est principium numeri. Illa etiam eadem quantitas, vt perficit rem in compatatione ad partes: dat ei, quòd sit quid continuũ. & inde est, quòd in diffinitione vnius non ponuntur partes, quia res non habet, quòd sit q̃ vnũ, quod est principium numeri, per comparationem ad partes: in diffinitione tamen continui ponuntur partes, & dicit nr illod esse continuũ, cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem. Inde est etiam, quòd quia nihil diuiditur nisi per comparationem ad partes, qnòd vnum, vt vnum, non diuiditur. quia sic nõ consideratur in ordine ad partes. Idem tameu, & per idem licèt non eodem modo sumptum; est vnum, & continuum. per eandem enim rem aliter, & aliter consideratam, habet res, quòd sit quid vnum, vt hic de vnoloquimur, quod est principium numeri, & quòd sit continuum. Si ergo quantitas cõtinua secundum esse nunquàm separatur à continuo, & si quantitas discreta semper habeat esse in rebus continuis: angeli, qui secundum esse sunt separati à continuo nõn habẽt in se quantitatem continuam nec discretam. Est enim in angelis multitudo, quæ componitur ex vnitatibus, secundum quòd vnũ conuertitur cũ ente: sed non est in angelis numerus, qui est species quantitatis. Et si inueniatur aliquando, q̃ in angelis sit numerus: accipitur ibi numerus large, non secundum, quòd est species quantitatis: sed secundum, quòd componitur ex vnitatibus; prout vnitas conuertitur cũ ente. quantitas enim discreta, & numerus, qui est species quantitatis, nunquàm habet esse nisi in rebus continuis, & ex diuisione continui causatur talis quantitas. Nec obstat, qa videtur Philosophus distinguere quãtitatem discretam in numerum, & orationem; cum ait: Est autem quantitas discreta numerus, & oratio, nam tam numerus, quàm oratio causatur ex diuisione continui; sed diuisio continui in rebus permanentibus, vt si diuidatur lignum, vel aliquid, quod diuisionem tenet, facit numerum. Diuisio vero cõtinui in rebus non tenentibus diuisionem: vt si diuidatur aer, & formetur ibi sonus, & fiant ibi ictus facientes syllabas, & facientes dictiones; quia talis diuisio continui habet speciale nomen, & vocatur ictus in voce prolatus, vel oratio in voce prolata: ideo ex diuisione continui, fiunt duæ species quantitatis discretæ; quarum vna habet speciale nomen, & dicitur oratio, vel, vt habet alia littera, dicitur sonus, qui fit ex diuisione continui successiua, vt ex diuisione, & motu aeris. Alia autem species quantitatis non habet speciale nomen: sed retinuit sibi nomen commune, & dicta est numerus: semper tamen quantitas discreta, siue sic, siue sic accepta, censetur ea diuisione continui, & nunquam separatur à continuo. In angelis ergo, qui non habent esse extensum, & qui secundum esse sunt separati à continuo; non poterit esse aliquid, quod pertineat ad prædicamẽtũ quantitatis. Æuũ ergo, quod ponitur esse in ipsis angelis; nec est quãtitas, nec pertinet ad prædicamentum quantitatis. quòd autem quantitas sic determinatè hẽat esse in sensibilibus, & non habeat esse in angelis, nec in rebus intelligibilibus: patet per Simplicium in prædicamentis, qui ait: Qualitate interempta, interimitur omnis proprietas, & omnis caracter intellectualis, & sensibilis. Quantitate autem interempta, sensibile solum, & compositum interimitur. Quantitas ergo non habet esse nisi solum in rebus sensibilibus, & in rebus compositis, & in rebus continuis.

Secunda via ad inuestigandum hoc idem, q̃ cuũ nõ pertineat ad prædicamẽtũ quantitatis, & quòd nihil sit in angelis, qd pertineat ad huiusmodi prædicamẽtũ; sumitur prout quantitas cõparatur ad materiã. Dicemus enim, quòd & quãtitas sequitur materiam, & qualitas formam.

Vide Ifaac.

Opinionum diuersitas. * Scotus credidit vnum, qd est principium numeri esse synonimũ cũ vno, quod conuertitur cũ ente, cõtra quem dicit Zim. in Theor. 126.

Numerus in Angelis largè.

Arist. super de quant.

* Quæritur sequitur materiã. & qualitas formam. Idem paulo superius. Dub. 2.

Vnde

Vnde hoc videns Simplicius in ꝓdicamẽtis, cũ prius dixisset: Interempta quantitate, non interimitur nisi solum sensibile, & compositum: postea dixit: Qualitas est cognata et subsẽtiæ, quæ est secundũ speciem, i. est cognata formæ: quantitas ergo sequitur solum res sensitiuas, & res cõpositas, & per consequens est cognata materiæ: qualitas autem sequitur subsẽtiam, quæ est secũdum speciem, & per consequens est cognata formæ. vbi ergo non est materia, & quæ nõ sunt composita, & sensibilia; non habent in se quantitatem: cum quantitas sit cognata materiæ, & non habeat esse nisi in rebus compositis, & sensibilibus. In angelis ergo non erit quantitas, & per consequens æuum, quod ponitur esse in ipsis angelis, ad prædicamentum quantitatis pertinere non poterit.

* Angeli nõ considerantur à Mathematico. ergo nõ habẽt quantitatem.

* Tertia via ad hoc idem sumitur si comparetur quantitas ad eos, qui de quantitate considerant, Arithmeticus enim, qui considerat de quãtitate discreta, & Geometra, qui de cõtinua: nũquàm considerãt de substantijs separatis: immo dicimus, ꝙ vniuersaliter scientiæ Mathematicæ sunt solum de his, quæ habent esse in sensibilibus rebus: * Mathematicalia enim secundum esse non sunt separata à sensibilibus, sed solum secundum considerationem: ea ergo, quæ etiam secundum esse sunt separata à sensibilibus, non sunt de consideratione Mathematicorum: nec habent in se ea, de quibus considerant Mathematici. & quia, vt sæpe sæpius dictum est, angeli sunt formæ per se existẽtes, & sunt substantiæ separatę, non habentes esse in sensibilibus, de his non considerabit Mathematicus, nisi aliquid sit in eis, quod pertineat ad considerationem Mathematicorum, & quia Mathematicus considerat de omni quanto: consequẽs est, ꝙ quæ sunt in angelis non pertineant ad ꝓdicamẽtũ quantitatis. Æuum ergo, quia ponitur esse in angelis: ad ꝓdicamẽtũ quantitatis pertinere non potest. Vt autem clare appareat, ꝙ quæ sunt in angelis non cadunt sub consideratione Mathematici dicimus, ꝙ Philosophus in 6. Meta. ait, ꝙ si non esset Metaphysica, naturalis sciẽtia esset Philosophia prima, quod non esset, si Mathematica posset considerare de substãtijs separatis. esset enim ipsa Mathematica prima Philosophia post Metaphysicam. Itaque si Mathematicus considerat de omni quanto, & nihil est in angelis, quod pertineat ad considerationem Mathematicorum; æuum, & quicquid est in angelis, ad prædicamentum quantitatis pertinere non poterit.

* Mathematica abstrahit secundũ considerationem tantũ. Vide supra. d. 2. q. 2. art. 2.

Philosophia naturalis est prima post Metaphysicam. 6. c. 2.

Resp. ad arg. art. iiii.

Ad primum dicendum, quòd mensura certificat de quantitate rei, & mensurat in re quantitatẽ eius, quia nomen mensuræ, vt patet ex Meta. 10. t. c. 3. à quãtitate translata est ad alia, & potissimè à quãtitate discreta. In quantitatibus ergo mensura certificat nos de quantitate rei. In his vero, quæ non sunt quantitas, est mensura prout in eis reperitur aliquis modus quantitatiuus. cum ergo dicitur, ꝙ mensura nos certificat de quantitate rei; oportet accipere quantitatem large: nõ solum pro quantitate propriè dicta, sed pro omni modo quantitatiuo. Dicemus ergo, ꝙ, vt in prosequendo patebit, ipsum esse angelorum habet quendam modum quantitatiuum: inquantum durat semper, & est quid perpetuum, & durabit in infinitum. de hoc ergo modo quantitatiuo, vt de hac perpetuitate, & infinitate ipsius esse angelici certificamur per æuum. non ergo arguitur, ꝙ æuum sit quantitas secundum esse, nec ꝙ pertineat ad ꝓdicamẽtũ quantitatis, sed magis fortè, ꝙ sit quantitas secundum dici, & quòd habeat quendam modum quantitatiuum.

Ad secundum dicendum, ꝙ propriũ est quãtitati secundum eam æquale, vel inæquale dici: non, ꝙ nihil dicatur æquale, & inæquale, nisi ꝙ est propriè quantitas, sed quia nihil dicitur esse talefuisi, quod, vel est quantitas, vel habet quendam modum quantitatiuum. Dicimus enim de duobus hominibus, quòd sunt æquales, vel inæquales in scientia, vt dicimus, quòd vnus habet tantam scientiam, quantam alius, & tunc dicuntur æqualiter scientiæ, vel, ꝙ vnus habeat maiorem scientiam quàm alius. & tunc dicuntur scire inæqualiter: scientia tamen, secundum quam dicuntur aliqui æquales, vel inæquales, non est quantitas, sed qualitas: habet tamen quendam modum quantitatiuum: prout sub scientia cõprehenduntur multa, vel pauca scibilia: ratione autem huius modi quantitatiui dicuntur aliqui secundum scientias æquales, vel inæquales. Si ergo in ipso æuo inuenimus aliquem modũ æqualitatis, non oportet, ꝙ sit quantitas secundum esse, sed sufficit, ꝙ habeat aliquem modũ quantitatiuum, vel quòd sit quantitas secũdum dici.

Resolvtio dvb. i.

Æuum non est qualitas, cum in nullam speciẽ qualitatis reduci possit directè, nec indirectè.

Qualitatum quatuor species. Sed has vide fusius in quæst. 10. de Mensura Ang. & Arist. in cap. de Qualitate.

QVOD vero dicebatur: vtrum æuum sit qualitas, vel pertineat ad ꝓdicamẽtũ qualitatis: Dici debet, ꝙ nihil est in genere, qđ non sit in aliqua eius specie, in nulla autem specie qualitatis poterimus collocare æũ. Distinguũtur enim quatuor species qualitatis, siue genera. Primum genus, siue prima species qualitatis est Habitus, & Dispositio. Secunda: Naturalis potentia, vel Impotentia. Tertia: Passio, vel Passibilis qualitas. Quarta: Forma, & circa eam constans Figura. Dicuntur autem hæc esse genera, vel species, qa genera subalterna sunt, & species subalterũę: generalissima autem, & specialissima sunt alterum horum tantum, vt generalissima sunt ita genera, quòd non sunt species: specialissima sunt ita species, ꝙ non sunt genera. subalterna aũt sunt simul species, & genera. & qa subalterna sunt ꝙ nominata sunt, ideo dicunt species, vel genera.

Qualitatis genera quatuor cui genera, & species dicantur.

Posuut autem prædicta quatuor sic distingui: quia tria prima pertinent iam ad corpora, quàm

Qualitatum distinctio.

quàm ad animas, vt habitus, & dispositio, reperitur tam in aoima, quàm in corpore. Nã ad primam speciem qualitatis pertinent scientiæ, & virtutes, quæ sunt in anima: & caliditas, & frigiditas, & sanitas, & ægritudo, quę suntin corpore: non quidem, vt Simplicius tradit, quòd habitus, & dispositio dicant duas res essentialiter, vel realiter differentes. Illa enim eadem res, quæ à principio facile mobilis dicta est dispositio, facta per diuturnitatẽ tpis, difficile mobilis; dr habitus. Id ergo, qđ i mẽte gñatur de sciẽtia, cũ est facile mobile, dicit dispositio: factũ difficile mobile, & tradicatum in subiecto, dicitur habitus. Est ergo in anima habitus, & dispositio. sic & in corpore habet esse dispositio, & habitus. Naturalis etiam potentia, & impotentia, & passio, & passibilis qualitas: possunt esse in corpore, & in anima. Sed forma, & circa eam constans figura, non nisi in corporibus habet esse. Idem est autem forma, & figura, fm quòd pertinet ad prædicamentum qualitatis. Sed dicitur forma secundum, quòd dat esse: Dicitur figura secundum quòd termino, vel terminis continetur. Per comparationẽ ergo ad subiectũ, quod informat, & cui dat esse, dicitur forma: sed per comparationem ad lineamenta, & ad terminos, per quos terminatur, dicitur figura. Sortitur ergo nomen formæ modo intrinseco, & nomen figuræ modo extrinseco: ad quod declarandum dicitur forma, & figura circa eam constans: non quòd aliud accipiatur ibi pro forma, & aliud pro figura. Sed quia ex extrinseca consideratione habet, quòd sit figura magis, qnàm forma: ideo constantia circa eam, & respectus ad lineamenta: additur figuræ, & nõ formæ: Patet ergò quomodo differt quarta species, vel quartum genus ab alijs rebus, & patet quomodo huiusmodi genus sit nominatum.

Prima autem species, vel primum genus differt à secundo, & tertio secundum Simplicium: sicut id, quod fit ab arte, differt abeo, qđ est per naturam. Habitus ergo, & dispositio intelligitur aliquid factum ab extrinseco, & ab arte: sed oatu ralis potentia, vel impotentia intelligitur aliqd secundum naturam, vt cum aliquid naturaliter est tale. vt naturaliter durum, vel molle, vel naturaliter rubicundum, vel de leui etubescens: dicitur habere naturalem potentiam, vel impotẽtiã, vel passionem, vel passibilem qualitatem: sed cũ ex arte, vel ex iuduſtria aliquid acquirit, dicitur habere dispositionem, & habitum.

Secuoda autem species differt à tertia: prout aliquid habet potentiam ad actum, vel prout habet ipsam perfectionem, & actum. Ex hoc autem appatere potest non esse inconueniens, ꝙ idem sit in prima spẽ, & in scda: nec est incõuemẽs, ꝙ sit in prima specie, & in tertia: nam quod quis habet ex arte, potest habere ex natura. vt sanitas potest esse ex arte, & ex natnra: & quòd aliquis fiat calidus, vel frigidus, potest fieri ex arte, & ex natura. vt caliditas sit ex arte, pertiuebit ad primam speciem qualitatis: ita tamen, quòd si sit facile mobilis, erit dispositio. Si difficile: habitus,

A Si autem sit huinsmodi caliditas non ex arte, sed ex natura; tunc si est quid mansiuũ, erit passibilis qualitas; Si facile transiens: dicetur passio: Sic etiam posset esse quis pugillator, vel non pugillator ex arte, & ex natura. vt si quia habẽs fortia membra sit aptus ad pugnandum, dicetur pugillator ex natura. Si quis vero ex exercitio, & ex arte assuescat mẽbra sua ad opera fortitudinis, dicetur talis ex arte. sic etiam si quis babens ex natura debilia membra, dicetur non pugillator ex natura. Si vero artificiosè dissuescat ab exercitio, vt fiant ei ex hoc inhabilia membra ad pugnandum, dicetur talis ex arte. Idem ergo potest esse pugillator, & non pugillator. vt ex natura, & vt ex arte. si est ex hoc facile mobilis: dicetur dispositip: si difficile, babitus: si autem fit ex natura pugillator, vel oppositum, dicetur naturalis potentia, vel impotẽtia. Sic aũt si calidus, vel frigidus, vel rubicũdus sit ex arte, & sit ad hoc facile mobilis, dicetur dispositio: si difficile, dicet babitus.

B Si vero non habeat hoc ex arte, sed ex natura: si sit quid mansinum, vt quòd habeat rubicunditatem, vel frigiditatem ex natura mansiuam, dicetur passibilis qualitas: si non mansiuam, dicetur passio. Contingit enim ex natura, quòd aliqnis est mansiuè calidus, vel frigidus, vel rubicũdus, vel aliquid huiusmodi: & talis dicitur babere passibilem qualitatem: contingit etiam ex natura, quòd aliqnis habeat hoc non mansiuè, sed secundum quendam transitum, & hoc etiam ex natura: & tunc dicitur habere passionem. contigit enim, quòd aliquis non est ex natura mansiuè calidus: tamen potest ei ex natura, vel ex complexione contingere, quòd appræhendens veneiea, statim calefiat: tamen illa calefactio erit secundũ quendam transitum. ex hoc ergo nõ dicetur habere passibilem qualitatem, sed passionem. sic ẽt potest contingere, quòd aliqnis non sit natura frigidus: potest tamen ex natutali complexione habere; quòd * audiens aliqua terribilia statim rimeat, & fiat frigidus: illa tamen infrigidatio licèt sit quodammodo naturalis, non tamen erit quid mansiuum, & non dicetur passibilis qualitas, sed vocabitur passio. Et quod dictum est de frigiditate, & caliditate, veritatem babet de rubore, & de cæteris sensibilibus qualitatibus. oam est aliquis ex natura mansiuè rubicundus, & qua si semper est rubeus: aliquis vero ex natura nõ est mansiuè rubeus, sed audiẽs quid ignominiosum.

D ex natura babet, quòd verecundetur, & quòd fiat rubeus: huiusmodi autem rubedo non erit mansiua, sed erit in quodam transitu, & no o dicetur passibilis qualitas, sed vocabitur passio.

Ex hoc autem apparete potest, quomodo distinguuntur omues species qualitatis. oam si sint talia, qnæ reperiuntur solum in corporalibus, vt forma, & circa eam constans figura, sic est quarta species qualitatis: si vero sunt talia, q̃ reperiũtur nõ solũ i corpore, sed in aĩa; & tũc si sunt talia ex arte: ptinebũt ad primã spẽm qualitatis: dicent enim dispositio, vel habitus. Dispositio quidem, si sint facile mobilia: Habitus, si difficile. Si vero sint

Habitus, & dispositio quid differant.

Qualitatis species.

Forma, & figura idem.

Habitus, & dispositio.

Potentia, & impotentia naturalis.

Passio, & passibilis qlitas quo differant.

* Phlegmatici aliquo contingẽte terribili nõ grimescut: colerici per uis rebꝰ mouentur. Melancholici nullo terribili contingẽte grimescut, vt ait Arist. 1 de anima. Lc. 14

Rubor ex verecundia.

Forma, & circa eã cõstãs figura.

sint illa non ex arte, sed ex natura, aut dicunt potentiam respectu actus, siue respectu perfectionis, vel defectum potentiæ. sicut, quòd aliqui habent naturalem potentiam ad currendum, vel ad pugnandum, vel habent naturalem defectũ potentiæ, ꝙ non possint currere, vel pugnare, & sic est secunda species qualitatis: quæ dicitur naturalis potentia, vel impotentia, & quod dictum est de cursu, & pugna: intelligendum est & de alijs, quia aliqua habent naturalem potentiam, vt possint resistere, ne secentur, vt dura: aliqua vero naturaliter deficiunt à tali potentia, vt mollia, secũdum quæ omnia accipitur naturalis potentia, vel impotentia. Sed si hoc non accipiatur secundum naturalem potentiam, vel impotentiam, sed secundum naturalem actum, vel perfectionẽ, sic si illa perfectio sit naturaliter quid manssionm, dicetur passibilis qualitas: si quid naturaliter transiens, vocabitur passio.

His itaque omnibus prælibatis: cum quæritur, vtrum æuum sit qualitas, vel pertineat ad p̃dicamentum qualitatis; dici debet, quòd nec est qualitas, nec pertinet ad prædicamentum qualitatis. quia non potest directè reponi in aliqua specie qualitatis: nec reduci ad aliquam speciẽ qualitatis. Non enim potest æuum pertinere ad illam speciem qualitatis, quæ est forma, & circa eam constans figura. quia, vt dictum est, talia nõ nisi in corporalibus habent esse: nec etiam potest pertinere ad speciem qualitatis primam, quæ est habitus, & dispositio, quia talia sunt ex arte. esse autem, quod est idem realiter, quod æuum: non competit angelo ex arte, sed ex natura. Nec etiã dicere possumus, ꝙ pertineat ad secundam speciem qualitatis, quæ est naturalis potẽtia, vel impotentia: vel ad tertiam, quæ est passio vel passibilis qualitas. Nam naturalis potẽtia, vel impotentia est prior, quàm passio, vel passibilis qualitas. prius enim intelligitur, ꝙ aliquis habeat potentiam ad actum, vel ad perfectionẽ: quàm habeat actum, vel perfectionem. & si non est in talibus prioritas durationis. & temporis, est ibi prioritas naturæ, & originis. cum ergo esse præcedat naturalem potentiam, vel impotentiam. quia prius intelligitur res esse, quàm, ꝙ habeat naturalem potentiam, vel impotentiam, ad aliquid agendum, vel non agendum: consequens est, ꝙ æuum, quod est idem, quod esse, nõ sit idẽ, quod naturalis potentia, vel impotentia, sed natura, & origine præcedit potentiam, vel impotẽtiam naturalem, & multo magis æuum, quod est idem, quod esse, non erit idem, quod passio, vel passibilis qualitas. Sed si aliqua talia sunt in angelis, æuum differet ab illis, & æuum præcedet illa. quia cum non sit idem, quod naturalis potẽtia, vel impotentia: & cum præcedat naturalem potentiam, vel impotẽtiam: multo magis non erit idem, quod passio, vel passibilis qualitas, & præcedet passionem, & passibilẽ qualitatem. Declaratum est ergo, quomodo æuum non est qualitas, & quomodo non pertinet ad prædicamentum qualitatis: & distinctæ sunt omnes

A species qualitatis. Sed si quis de distinctione specierum qualitatis vlteriorem vellet habere notitiam: in quæstionibus nostris de mensura angelorum, cum disputauimus in quo prædicamento sit tempus, quod mensurat operationes angelicas, est diffusiua pertractatum. Quæst. 10.

Resp. ad arg. dvb. I.

Ad primum dicendum, ꝙ verum est, quòd non sunt nisi tria prædicamenta realia: Substantia, Qualitas, & Quantitas. Manifestum est enim, ꝙ omne prædicamentum, vel dicit ipsam rem, & tũc vel est substantia, vel quantitas, vel qualitas: Vel dicit ipsum ordinem, & tunc est relatio: Vel dicit rem sub ordine, & tunc accipiuntur illa sex prædicamẽta, de quibus agitur in sex principijs. Sufficiẽtia prædicamentorum 1 dd distinctus q. 4. de mensura Angel. Item quod. 4. q. 3. item dist. 18 q. 2. art. 1. distinct. 4. Lauell.

B Illa ergo sex prædicamenta cum sint accidentalia: non dicunt aliam rem à quantitate, & qualitate: sed illas easdem res, quas dicit quantitas, vel qualitas secundũ se: dicunt illa sex prædicamẽta in ordine ad aliquid aliud extrinsecũ. Bene ergo dictum est, ꝙ æuum, realiter loquendo, secundum formalem considerationem, pertinet ad prædicamentum substantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis. Ratio tamen supponebat falsum, quia supponebat, ꝙ æuum, vel esse angelorum non pertineat ad prædicamentum substantiæ, & ex hoc arguebat, ꝙ si non pertinet ad prædicamentum substantiæ, nec ad prædicamentum qualitatis, quod pertinebat ad prædicamentum qualitatis. Nos autem dicimus, ꝙ æuum pertinet ad prædicamentum substantiæ, vt in prosequẽdo patebit, ideo ex falsa suppositione cõcludebat ꝙ pertineret ad prædicamentũ qualitatis.

C Ad secundum dicendum, quòd sicut aliud est in prædicamento quantitatis, quod non est quãtitas, vt punctus, sed ad prædicamentum quantitatis pertinet per reductionem: sic esse, & æuum non est substantia: ad prædicamentum tamẽ substantiæ reducitur, & in prædicamento substãtiæ collocatur. Cum ergo arguitur, quòd æuum sine duratio angeli constatur ex substantia angeli, sufficienter ex hoc concluditur, ꝙ æuum, vel duratio angeli non sit ipsa substantia angeli, & maximè cum substantia angeli sit simplex. sed ex hoc non habetur, ꝙ æuum, vel duratio licet non sit ipsa substantia, ꝙ non pertineat ad prædicamentum substantiæ: ✠ potest enim pertinere ad prædicamentum substantiæ, quod non est substantia: sicut potest pertinere ad prædicamentũ quãtitatis, quod non est quantitas. Sed de his omnibus in prosequendo clarius tractabitur, cũ ostendetur quid sit æuum, & in quo prædicamẽto sit: vtrum sit idem, quod esse angeli, & vtrum sit in prædicamento substantiæ. Punctus reductiue pertinet ad prædicamẽtum quãtitatis.

D Ad tertium dicendum, ꝙ accidẽs consequens formã est qualitas, & si sufficiẽter esset probatũ, ꝙ æuũ esset accidẽs cõsequẽs formã, forte haberet ex hoc, ꝙ realiter esset idẽ, qd qualitas: attamen æuũ nõ est accidẽs cõsequẽs formã, qa nõ est accidens, sed est idẽ realiter, quod angelorum esse. Punctus, quãuis non sit quantitas, pertinet tamen ad prædicamẽtũ quãtitatis: itaquũ omnis non sit substantia, pertinet tamen ad prædicamẽtũ substantiæ.

RESOLVTIO DVB. II.

Æuum non est relatio. non.n.dicit ordinem tãtum: non habet pro fundamento accidens: nec habet realem differentiã ad id, ad quod refertur. habet tamen quendam modum quantitatiuum, qualitatiuum, & relatiuum.

QVid autem, quod quærebatur, vtrum ęuum sit relatio, vel pertineat ad prædicamentum Relationis; dici debet, quod Relatio, quę est secũdũ esse, pertinet ad prædicamentum relationis. ad hoc, quòd sit realis, quantum ad præsens spectat, tria in se habere debet.

Relatio realis tria requirit idē. Quol. q. 1. & de mensura Angelorum. q. 4. & 5.

Primum est, quòd debet dicere ipsum ordinem. nam in hoc differt relatio ab alijs prædicamentis, quia alia prædicamenta, vel dicunt ipsam rem in se, vt Substantia, Quantitas, & Qualitas: Vel dicunt rem sub ordine, vt illa sex prædicamenta, de quibus agitur in sex principijs; Relatio vero non dicit ipsam rẽ in se, nec rem sub ordine, sed ipsum ordinem: ideo, vt alibi diximus, potest esse relatio rationis tantum, quod esse non posset, si relatio diceret rem in se, vel rem sub ordine, quia si diceret rem hoc modo, vel illo: tũc quid rationis tantum esse non posset.

Idem vbi supra.

Secundo ad huiusmodi relationẽ requiritur, quòd eius fundamentum sit aliquod accidens. nã relatio non habet, quòd sit accidens ex ratione suæ quidditatis: tunc enim non esset vera relatio in diuinis: vbi nihil est per accidens. sed ex suo fundamento habet relatio, quòd sit accidens, vt similitudo, fundata in albedine est accidens. quia albedo est accidens. cum ergo relatio secundum esse, quæ pertinet ad prædicamẽtum relationis, prout habet esse in creaturis, sit accidens. quia ipsum prædicamentũ relationis prout habet esse in creaturis est vnum de 9. prædicamentis accidentium; oportet huiusmodi relationem secundum esse fundatam esse in aliquo accidente.

Idem vbi supra.

Tertio ad hoc, quòd huiusmodi relatio sit realis, oportet, quòd dicat realem differentiã ab eo ad quòd refertur: & inde est, quòd cũ dicimus, idem eidem idem, quia non est ibi realis differentia: non est ibi relatio realis, sed rationis tãtum. Ex his autem tribus possumus declarare, quòd ęuum non pertineat ad prædicamentum relationis. Primo quidem, quia non dicit ordinem tantum. Secundo, quia non habet pro fundamento accidens. Tertio, quia non habet realem differẽtiam ad illud, ad quod refertur.

Primum autem sic patet: Nam per mensuram certificamur de mensurato ipso, & mensura aliquo modo ęquatur suo mensurato. ergo si ęuum diceret solum ordinem: nonquàm per ipsum certificaremur de esse angelorum. Solus enim ordo ad aliod, qoem ordinem importat relatio, non certificat nos de ipsa re: immo per se loquendo magis econuerso res nos certificat de ipso ordine, qoia per se est, quòd prius nos certificet de posteriori, non econuerso: nisi esset certificatio

A secundum quid, & ex parte nostra; qui sumus nati apti ad secundum, & ex posterioribus venis in cognitionem priorum: per se tamen, & natura semper & prioia sunt apta nata dare certitudinẽ de posterioribus, nõ econuerso. Ipsum ergo ęuũ, per quod certificamur de quantitate esse angelici, solum ordinem importare non potest. Dicebamus etiam, quòd mensura adęquatur mensurato: ipse autem ordo non proprie adæquatur, sed est ipsa adæquatio: id autem, quod adæquatur, non est ordo tantum, sed est res in se, vel res sub ordine.

CONTRA DICTIO. Quando aliter dicit, vt hic pro loqui, intelligitur de comparatis imperfectis. hic vero de perfectis.

Secunda via, quòd ęuum nõ pertineat ad prędicamentum relationis, sumitur ex suo fundamẽto, nam, vt diximus, fundamentum relationis secundum esse, vt reperitur in creaturis, semper est
B aliquod accidens, eo ꝙ ipsum prædicamentum relationis, vt dicebamus, prout habet esse in creaturis, est vnum de 9. prædicamentis accidentium: ergo, quia fundamentum ęui non est accidẽs: sed est ipsum esse angelicum: consequens est, quòd ęuum non dicat relationem secundum esse: & non pertineat ad prædicamentum relationis.

Hoc fortasse dicit ad differentiam Relationis in diuinis, in quibus Relatio secundũ esse tantũ in diuinã substantiam, sed secũdũ quidditatem remanet.

Tertia via ad hoc idem inuestigandum, sumitur ex eo, quòd ęuum non habet distinctionem realem ad illud, ad quod refertur. nam si ęuum importaret relationem, relatio illa se haberet sic ad esse angelorum, sicut mensura ad mensuratũ, nam hoc dicit ęuum mensuram quandam ipsius esse angelici; cum ergo ęuum non distinguatur realiter ab ipso esse angeli, vt in prosequendo patebit, cum soluemus quæstionem illam, vtrum ęuum sit idem, quod esse ęuiterni: si ęuum diceret
C relationem secundum esse, & esset essentialiter ipsa relatio: esset relatio rationis tantum: non ergo esset ęuum quid reale, sed quid rationis tantum, quod est inconueniens. Nam nihil aliud est æuum, quàm simultas esse angelici. ad hoc autem, quòd illud esse angelicũ sit simul; nihil facit relatio. Vnde, & si aliquid facit anima ad esse temporis, vt in alijs quæstionibus patebit; nihil facit ad esse ęui. non ergo pertinet ęuum ad prædicamentum relationis: nec dicit relationem secundum esse: non tamen est inconueniens, quòd ei competat quidam modus relatiuus, & quòd dicat relationem secundum dici. nam relatio secũdum dici, reseruatur in his, quæ sunt in alijs prędicamentis: immo non solũ ęuum dicit relationem secundum dici, sed etiam dicit quantitatẽ,
D & qualitatem secundum dici. Est enim æuum, vt infra patebit: in prædicamento substantiæ: hẽt tamen quendam modum relatiuum, quantitatiuum, & qualitatiuum.

Æuum est simultas eũ angelici.

Æuum dicit relationem, quantitatem, & qualitatẽ secũdũ dici.

Potest enim ęuum tripliciter considerari. Primo secundum se, vt est quædam mensura. Secundo ratione eius, quod mensurat, quia mensurat quantitatem esse angelici. Tertio ratione eius, in quo fundatur, quia fundatur in ipso esse angeli. Habent enim se ista tria per ordinem, quia primo intelligimus ipsum esse angeli secundum se. Secundo intelligimus ipsum sub hac conditione, vt est totum simul. Tertio intel-

ligimus

ligimus ipſum ſub hac conditione, vt eſt perpetuum. Et vna iſtarũ conditionũ nos certificat de alia. quia ſimultas nos certificat de perpetuitate. ideo innoteſcit nobis, ꝙ illud eſſe ſit perpetuum, quia innotuit nobis, qđ eſt totũ ſimul. prout ergo intelligimus, ꝙ illud eſſe eſt perpetuum: intelligimus quantitatem eſſe angelici, quia intelligimus quantum durat illud eſſe: vt quia durat in perpetuum: ſed prout intelligimus illud eſſe, ꝙ ſit ſimul: ſic intelligimus æuum. nã nihil eſt aliud æuum, niſi eſſe angelicum conſideratũ, vt ſimul. Benetaque dictum eſt, quòd æuum menſurat quantitatem eſſe angelici. & quòd æuum nos certificat de quantitate illius eſſe. quia ſimultas, vnde ſumitur ratio æui: nos certificat de perpetuitate, vnde ſumitur ratio quantitatis eſſe. ex hoc eſt ibi etiam quædam adæquatio. quia quod eſt totum ſimul, nõ expectat aliquid futurum: ex hoc conſequens eſt, ꝙ adæquetur perpetuitati, & ꝙ ſit perpetuum. Poſſet enim Deus annihilare æuiternum: ſed non ſecundum naturę curſum, quia quòd eſt tale, & habet ſuum totum eſſe ſimul: cõſequens eſt, vt diximus, ꝙ adæquetur perpetuitati, & ꝙ ſit perpetuum. Ergo ſi conſideretur æuũ ſm ſe, vt eſt quædam mẽſura: ſic habet quendam modum relatiuũ, quia menſura dicitur relatiuè ad menſuratum. Si vero conſideretur æuum per reſpectum ad id, quod menſurat, quia menſurat quantitatem, & perpetuitatem eſſe angelici: ſic habet quendam modum quantitatiuum. Sed ſi tertio conſideretur per reſpectum ad ſuum fundamentum, vt quia fundatur in ipſo eſſe angeli: ſic habet quendam modum qualitatiuum. nam omnis perfectio recepta in alio, qnæ de ſe eſt ſimplex non extenſa: eo ipſo, ꝙ per ſe non exiſtit, ſed eſt in alio: habet quendam modũ qualitatiuum, & eſt qualitas ſecundum dici. Vnde ipſa forma ſubſtãtialis, & differẽtiæ ſubſtantiales, qa ſunt aliud in alio: quale quid ſignificare dicuntur. eſſe ergo angeli, quia eſt quædam ſimplex perfectio recepta in natura, quendam modum qualitatiuũ habet. & quia huiuſmodi eſſe eſt fundamentum ipſius æui, dicitur æuum ratione ſui fundamenti habere quẽdam qualitatiuum modum. Aeuum ꝛc ergo non eſt quantitas: vt declarabat quæſtio prima: nec qualitas, vt declarabat quæſtio ſecunda: nec relatio, vt declaratũ eſt i hac qõne tertia: habet tñ quendã modũ quãtitatiuum, qualitatiuum, & relatiuum, vt eſt per habita manifeſtum.

Aeuũ habet modũ quantitatiuum, qualitatiuũ, & relatiuum.

Aeuũ quid.

Resp. ad arg. dvb. ii.

AD primũ dicẽdũ, ꝙ mẽſura refert relatiuè ad menſuratũ: nõ tñ oportet, ꝙ mẽſura ſit ipſa relatio. vt ſi ſenſibile mẽſurat ſenſum, & adęquat ſibi ſenſum: nõ eſt ipm ſenſibile ipſa relatio. & ſi tẽpus mẽſurat iſta tpalia, non eſt tẽpus relatio, ſed magis eſt quantitas quædam: habet tamen tempus quendam modũ relatiuum. Vel poſſumus dicere, quòd æuum nõ eſt ipſa relatio, ſed eſt illud, in quo poteſt fundari tanq relationis: dato ergo, quòd menſura nihil aliud, quàm relationem diceret: æuum, quod eſt menſura: erit illud, in quo fundabitur ratio relationis: ſicut & ſi pater relationem dicit: res illa, quæ eſt pater: non dicit illam relationem, ſed eſt illud, in quo fundatur ratio relationis. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum, quia eandem vim habebat.

Resolvtio dvb. iii.

Aeuum eſt eſſe auiterni. eſſe verò non eſt accidens. Hinc Aeuum ad prædicamentum accidentale non pertinere omnino affirmamus.

AD id autem, quod quarto quærebatur. vtrum ęnum ſit accidẽs, vel pertineat ad prædicamentum accidentis; Dicemus, quòd æuum habet rationẽ menſuræ: ſed menſura ſemper menſurat rem ſecũdũ quòd eſt in actu, vel ſecundum ꝙ dicit aliquem actum. nam hoc eſt menſura rei, per quod cognoſcitur res: res autem potiſſimè cognoſcitur, vt eſt in actu. nã quod eſt in potentia non cognoſcitur niſi per comparationẽ ad actum. Vnde & materia non cognoſcitur niſi per analogiã ad formã ſiue per analogiã ad actum. propter qđ, & Aug. 12. Confeſ. loqueus de materia, ait: Suadebat vera ratio, quòd oẽs formas, & qualeſcunque reliquias omnino detraherẽ, ſi vellẽ prorſus informe cogitare, & non poteram. Informe ergo non intelligitur niſi per analogiam ad formã, & per analogiam ad actum. id ergo, quod facit ad cognitionem rei, & quod nos certificat de re; oportet quòd hoc faciat per comparationem ad actũ: in re autem ponimus duplicẽ actũ, eſſe. ſ. & nperari. put ergo in ęuiternis eſt alius, & alius actus: ſic etiam ibi alia, & alia menſura, & alia menſura menſurabitur eſſe æuiternorum, & alia menſura eorũ agere. Nam eſſe ęuiternorum, quia eſt totum ſimul, menſurabitur ęuo: actiones autem ipſorum, quia non ſunt omnes ſimul, mẽſurabuntur tempore. Vnde Auguſt. 12. de Ciui. Dei. Si immortalitas angelorum non tranſit in tempore, nec præterita eſt, quaſi iam non ſit: nec futura quaſi nondũ ſit: tamen eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex futuro in præteritum tranſeunt. Immortalitas itaque angelorum referenda eſt ad eorum eſſe. quia hoc eſt eſſe immortale, quia poteſt ſemper eſſe: motus autem ipſorum angelorum referri debet ad eorum actiones, & nperam. in ipſo ergo eſſe angelorum non eſt aliquid futurũ quaſi nondum ſit: nec aliquid præteritum quaſi iã non ſit, ſed totũ ſimul. ideo menſuratur ęuo: ſed angelorũ opera, quia ex futuro in præteritum tãſeũt, mẽſurantur tpe. Hoc dẽ ſonant verba Dion. 10. de diu. no. vbi vult, quòd ęuum ſit menſura exiſtentiũ: tẽpus vero eorum, quæ ſunt in generatione. per quod dat intelligere, quòd æuum menſurat eſſe: tẽpus autẽ menſurat generationẽ, & motũ. motus ergo angelorum, prout monẽr ſeipſos intelligendo nũc vnũ, nunc aliud: vel volendo nũc vnum, nunc aliud; habet pro menſura tempus: eſſe autem habet pro menſura æuum.

Cognitio rei qualis.

Arist. lib. 2. Phyſi. c. 79. Tomo 2.

Actus rei duplex.

Tomo 5. cap. 16.

Aeuum, & tẽpus quid differant.

Aduertendū tñ, ꝙ licet in æiternis sit duplex mensura: Vna, q̃ respicit æiternorū esse: alia q̃ respicit æiternorū agere: nō tñ est semper sic in omnibus, nã aliq̃n nō alia mensura mensurat esse, & agere: sed illa mensura, q̃ mensurat agere, mensurat & esse: aliq̃n ẽconuerso: illa, q̃ mensurat esse, mensurat & agere. cõtingit enim, ꝙ esse rei nõ sit esse existẽter, sed sit esse mobile, & fluabile: & tũc esse ttabitur ad modũ motus, & nõ hẽt aliã mensurã, à mensura motus. Vnde in istis tẽporalib⁹. qa nõ habet esse existẽter nec esse stabile, sed fluabile: nõ mensurat eorũ esse æuu: sed mensuratur tẽpore, vel nũc tẽporis, sicut ẽt ecõuerso, si esset aliqua operatio stabilis non fluxibilis: sicut est visio Dei in patria. qa illa operatio hẽt esse existẽter, & stabiliter: consequẽs est, ꝙ illa operatio mensuret æuu: sic ẽt si sit aliqua alia operatio in angelis, à qua angeli nõ possint cadere: sicut forte est intellectiu sui ipsius; talis operatiu pront est eaistẽter, & stabiliter, & ptout ab ipsa non recedit, pertinebit ad æternum. Ea hoc ergo apparet q̃d mensuret æuũ, & quid tẽpus. æuum enim p se, & primo mensurat esse: mensurando aũt esse, mẽsurat omne id, q̃d hẽt esse existẽter, & stabiliter. ꝓpter q̃d si contingat aliqnã operationẽ esse talẽ, oportebit, ꝙ mensuretur æuo: sic, ẽt tps p se, & primo mensurat motũ, & mẽsurãdo motum mensurat quicquid habet esse mobile, & fluxibile. propter quod si aliquod esse sit tale: ad mensuram temporalem pertinebit.

Mensura eadem eũ eo, quod mensurat: sed in ista in Resolu dub⁹. dicitur prior mensurato.

Viso q̃d mensuret æuũ, & quid tps: de leui patete põt, ꝙ semp tps est accidens, & pertinet ad p̃dicamentũ accidentis: æuum aũt nunqnàm est accidens, & nũquàm pertinet ad accidẽtale p̃dicamẽtũ. nam semper mensura est eadẽ cũ eo, q̃d mensurat per se, & primo. vt tps per se, & primo mensurat motũ cœli, & est idẽ cũ motu cœli. rem nõ differt tps à motu cœli, & si esset vnũ æuũ oĩum æiternorũ: huiusmodi æuũ per se, & primo mensuraret esse primi æiterni, & esset idem cũ illo esse: nunc autẽ qnia ponimus in quolibet æiterno sũ q̃ũ, buiusmodi æuũ in hoc æiterno erit idẽ, q̃d esse æiterni. In alio aũt æiterno erit idẽ, q̃d esse illius q̃iterni, & qa esse nõ est accidens, nec pertinet ad p̃dicamẽtũ accidẽtis: æuũ non erit accidens, nec pertinebit ad accidentale p̃dicamẽtũ: sic ẽcontrariu de tẽpore, qnia per se, & primu mensurat motũ, & actiones mobiles, qnia talia sunt accidentia, necesse est tempus esse accidens, & pertinere ad accidentale p̃dicamẽtũ.

Aduenienti in actu quid fit, declaratur. ex Auer. i. Phy. com. 63.

Resp. ad arg. dvb. iii.

AD argumentũ ergo dicendũ, ꝙ æuum nõ dicit accidens, sed dicit ipsum esse æiterni nõ fm se, sed cũ quadam habitudine, & cũ quodam respectu: ratione cuius habitudinis, si poneretur æuum solum in supremo æiterno; posset incipere æuũ esse in aliquo: absq; eo, ꝙ acquireret nouũ esse, sed solũ acquireret quandã habitudinẽ. cũ ergo dr, q̃d aduenit alicui post esse cõpletũ: est accidẽs: intelligendũ est de aduentu rei, nõ habitudinis. Quod si dicat ꝙ ipsa habitudo est accidens. Dicemus, ꝙ habitudo illa reponitur in prædicamẽto per sunm fundamentum. & quia non est fundata in accidense: nun pertinebit ad accidentale prædicamẽtũ.

Habitudo adueniens rei, quid agat. Calor, calefacere, & calefieri quo idẽ re.

Est ergo adnertendum, & diligẽter notãdum, ꝙ in accidentibus huc cõtingit, ꝙ habitudo adueniens rei, ponit rẽ in alio p̃dicamẽto. vt habitudo ad agẽs, vel patiens, ponit calutẽ in p̃dicamẽto actionis, vel passionis. nõ enim est alia res calefacere, & calefieri, quàm calor. Illã em̃ eãdẽ tẽ, quã dicit calor, dicit calefacere, & calefieri, sed sub alia, & alia habitudine. nam illam eandem rem, quã dicit calor ĩ se dicit calefacere: vel calefactio actio ĩ habitudine ad agẽs: vel dicit calefieri, fine calefactiu passio ĩ ordine ad passum: nihil enim est alind calefactio actio, quàm calor, vt idnctus ab agẽte. & oihil alind calefactio passio, quàm calor, vt est receptus in passo, & qnia calor, vt ab agente inductus, & vt receptus in passo non est aliud, quàm calur: benè dictum est, ꝙ idẽ est calor, qnod calefactio actio, & calefactiu passio.

Habitudo ergo adneniẽs rei existẽti in p̃dicato accidẽtali, ponit rẽ illã in alio p̃dicamẽto accidẽtali. vt calor, qui est ĩ p̃dicamẽtu qualitatis, vt hẽt habitudinẽ ad agens, & vt est in fieri est in p̃dicamẽtu actionis, & vt fm fieri hẽt habitudinẽ ad passum, erit ĩ p̃dicamẽtu passionis. Sed nõ sic est de bis, q̃ sunt in p̃dicamẽto substãtiæ. nulla enim habitudo aduenies ei, q̃d est in p̃dicamẽtu substãtiæ: ponit tẽ illã in alio p̃dicamento. quia si hoc fieri posset, tũc illud p̃dicamẽtum aliud, vel esset p̃dicamẽtũ substãtiæ, vel p̃dicamẽtũ accidẽtis. nõ substãtiæ, qnia si res existẽs in p̃dicamẽto substãtiæ p habitudinẽ aliq̃ã aduenientẽ, vel annexã ei, poneretur ĩ alin p̃dicamẽto substãtiæ, essent duo prædicamenta substãtiæ. quod non ponimus, nec potest esse, qnòd per aliquam habitudinem ponatur in prædicamento accidẽtis. quia, quod verè est, nulli accidit, vt dicitur in primo Phys. illud ergo, quod est in prædicamẽto substantiæ per nullam habitudinem adneniẽtem ponetur in prædicamento accidentis. tales ergo habitudines poterunt facere de substantia, qnòd sit accidens, secundum dici, & qnòd habeat aliquem modum accidentalem. sed nunqnàm facient, qnòd sit accidens secundum esse, & qnòd sit verè in prædicamentu accidentis. Si ergo esset vera pnsitio dicẽtium, quòd est vnum æuum omnium æiternorum, & quòd per aliqnam habitudinem accidentalem compleretur ratio æui, vt puta per esse primum in genere æiternorũ, illa habitudo ẽ faceret q̃ũ esse, accidẽs, nec faceret ipsum esse in p̃dicamẽtu accidẽtis, sed faceret, ꝙ haberet aliquem accidentalẽ modũ, & faceret, ꝙ esset accidẽs fm dici, nõ secũdũ esse.

Ysom. 26. 27. 30.

Rasolvtio dvb. iiii.

AD illud autẽ, quod quærebatur, vtrũ q̃ũ sit idẽ, quod esse angelorum: dici debet, quòd quantum ad præsens spectat: dnplici via ĩuestigare possumus, quòd æuum in æiternis est idem realiter, quod

quod esse æuiternorũ. Prima via sumitur prout æuum comparatur ad tempus. Secunda autẽ sumi potest ex ipso esse, quod mensurat æuum.

Prima via sic patet: nam secundum Dam. 2. lib. c. 1. ita se habet ǫuum ad æterna, sicut tempus ad temporalia. Si ergo videre volumus quid est æuum, & cum quo habet identitatem, vel ꝙd mensuret: videndum est, quid est tempus, & quæ mẽsuret tempus, & cum qno habeat idẽtitatem. Tẽpus qđo mensurat.

Dicimus n. ꝙ tempus aliquid mensurat per se, & primo; aliqua per se, sed non primo: aliqua nec per se, nec primo, sed per accidens. Per se enim, & primo mensurat tẽpus motũ primi mobilis: mediãte quo mẽsurat oẽs alios motus per se, sed nõ primo mensurat motus alios à primo motu: nec per se nec primo, sed per accidẽs mẽsurat ea, quæ non sunt motus, sed habẽt ordinẽ ad motũ. hoc enim modo mensurat quietẽ, prout in quiete est assignare prius, & posterius: vt illud dicitur quiescere, quod eodem modo se habet nunc, & prius, nisi ergo quies haberet ordinẽ ad motum, vt nisi haberet ordinẽ ad cęlum, nõ esset in quiescente assignare duo nunc: quorũ vnũ est prius, & aliud posterius, secundũ quæ duo nunc, quiescens diceretur se habere eodem modo nunc, & prius. Corpora ergo hæc inferius quiescentia, etiam fm quod quiescentia: mẽsurantur tpe per accidens, & si fm ꝙ huiusmodi in se non mouentur: habẽt tamẽ ordinẽ ad motũ, & sunt subdita motui quia sunt subdita cœlo continuè moto, propter quod verũ est, ꝙd dicitur in 4. Physic. ꝙ tempus est mẽsura motus per se i quietus aũt per accidẽs: mẽsurat autẽ tẽpus motũ per se, quietẽ autẽ mẽsurat per accidẽs: prout habet ordinẽ ad motum. Hæc autẽ omnia in ipso ǫuo assignare non possumus. sed si ǫuum esset solũ in primo angelo: tunc per se, & primo mensuraret esse primi angeli: mediãte autẽ illo esse mẽsuraret esse omnium aliorum angelorum. esse ergo primi angeli mensuraret ǫuum per se, & primo: sed esse aliorũ angelorũ mensuraret per se, sed non primò. Nũc autem, quia ponimus ǫuum in quolibet ęnitemo, ideo ǫuum per se, & primo mensurat esse ǫiterni: si autem mensurat aliqua per se, & nõ primò, hæc sunt alia ab esse. perfectiones. n. angeli, à qbus angelus nũqua recedit, & q̃ stabiliter manẽt in angelo, mẽsurãtur ãt æuo, sed hoc est p se, & non primo: inuestigare aũt si aliqua mẽsurant ǫuo per accidens, non est vtile præsenti negotio. Aristt. c. 212. 120. Com. 192.

Ex his enim, quæ dicta sunt, si cõparatur ǫuũ ad tempus, sufficienter habetur intentum, quòd idem sit ǫuũ realiter, ǫuod esse angelorũ, nam illud, quod tempus mẽsurat per se, & primò, vipota motũ primi mobilis, oportet esse idem realiter cum tpe. nihil est enim aliud tempus, quàm numerus prioris, & posterioris in motu. ipse enim motus primus, vt est numeratus per prius, & posterius, est idem, quod tempus. idem est ergo tẽpus materialiter, & realiter, ꝙd illud, quod mensurat per se, & primò: formaliter tamen est alia habitudo tẽporis, & motus. nam ratio motus sumitur ex eo, ꝙ est actus mobilis: ratio vero tpis

A es eo, ꝙ ibi reperitur numerus prioris, & posterioris. ergo quia prout ad propositũ spectat, sic se habet ǫuũ ad ǫiteroa, sicut tẽpus ad tpalia: sicut tempus materialiter, & realiter est idẽ, quod primus motus: ita ǫuum materialiter, & realiter est idem, quod esse ǫiterni, quod mensurat per se, & primo: formaliter autem non est idem, sed aliquã habitudinẽ addit supra esse huiusmodi. Sic enim dicemus de esse, & ǫuo suo modo: sicut dicebamus de motu, & tẽpore. dicebamus enim, ꝙ motus erat actus mobilis in eo, quòd mobile: vel actus entis in potentia in eo, quòd imporentia: tẽpus vero erat illud idem, sed hoc sub alia habitudine, quia non sub hac habitudine prout est actus entis in potentia, sed prout est ibi numerus prioris, & posterioris. Sic dicemus de esse ǫiternorum, quod est actus entis in actu; secundũ B quod est in actu. haber enim esse oppositam rationem ad motum. motus enim respicit ens in potentia, vt est in potentia: esse autẽ eus in actu, vt est in actu: æuum vero dicit illam eandẽ rem, quã dicit esse ǫiterni, sed addit supra huiusmodi esse habitudinẽ quandã: vt addit supra ipsum vnitatem, vel simplicitatem. Illa enim eadem res, quæ est esse æuiterni, considerata, vt est actus entis in eo, quòd est ens, dr eẽ: cõsiderata, vt est ꝙd vnitum, & quid simul, dicitur ǫuum. & inde est, quod ad esse temporis facit anima: nã cũ motus cęli sit cõtinuus: oia ibi priora, & posteriora sunt in potẽtia: si aũt est prius, & posterius in actu: hoc est per signationẽ animæ: sed ad esse æui nihil facit anima. est enim illud esse angelicũ vnitũ, & simul, ẽt si nihil de hic cõsideret anima. Dicemus C ergo, ꝙ sicut motus, vt est actus entis in potẽtia, in quo consistit ratio motus: & vt est numeratus per prius, & posterius, non dicit aliam, & aliã rẽ. pp quod cõsequens est, vt idẽ sit realiter sumptũ tẽpus, & motus; sic esse, vt est actus entis in actu, in quo cõsistit ratio ipsius esse: & vt est simul, & vnitũ nõ dicit aliam, & aliam rem. propter quod cõsequens est, ꝙ idem sit realiter æuum, & esse.

Secũda via ad hoc idem sumitur ex ipso esse. distinguemus enim multiplex esse, & triplicem successionẽ: ex quibus distinctionibus apparebit quid est æuum, & cum quo esse habeat idẽtitatẽ ǫuum. Est enim esse accidentium, esse substãtiarum corruptibilũ, esse æuiternorum, & esse diuinũ: sic ẽt est triplex successio. nã aliqñ in re aliqua nõ est ꝓprię successio, sed ipsa succedit alij: D vel aliud succedit sibi. aliqñ aũt in ipsa re est successio: & hoc dupliciter, vel fm dispositionẽ, vel fm existẽtiã. Dicemus ergo, ꝙ ad esse diuinũ nulla prior successio, nec ipm ꝑt succedere alij, nec aliud sibi: nec in ipso est successio fm existentiã, nec fm dispositionẽ. Ad esse autẽ æuiternorũ ꝑt pertinere vna successio, videlicet ꝙ ipsum succedat alij, vel aliud sibi: non autem, quòd in ipso sit successio: nec secundum existentiam, nec secũdum dispositionẽ. Ad esse vero substantiarũ corruptibiliũ potest pertinere duplex successio. ꝙa huiusmodi eẽ põt succedere alij, vel aliud sibi, & ãt in ipso hmõi ęẽ põt esse successio secundum Esse quadruplex. Successio triplex.

dispositionē: non aūt secundū existentiā. sed ad esse accidentiū potest pertinere q̄libet illarū trium successionū. nā huiusmodi esse p̄t succedere alij, vel aliud sibi: & etiā in ipso esse pōt esse successio secundū existentiā, & secundū dispositionē. contingit enim, ꝙ in esse accidētiū sint gradus, & ꝙ huiusmodi esse suscipit magis, & minus, & ꝙ p̄t esse motus secūdū tale esse. cōtingit ēt, ꝙ p transmutationē factā in vno accidente fiat corruptio, vel gnātio in alio accidente. ergo in esse accidētali p̄t esse successio secundū dispositionē, si per transmutationē factā in vno accidente disponat, ꝙ fiat corruptio in alio accidēte. Rursus pōt ibi esse successio secūdū existentiā, si ipsum accidens fm suū cē suscipiat magis, & min⁹, & possit acq rere pfectius, & perfectius esse. Pōt ēt ad esse accidēiū pertinere tertia successio, videlicet, ꝙ ipsum succedat alteri, vel alterum succedat sibi. qa pōt habere esse post nō esse, vel nō esse post esse. Ad esse vero substātiarū corruptibilū p̄t pertinere duplex successio. nō. n. pōt ibi esse successio secūdū existētiā, vt, ꝙ ibi sit motus, & ꝙ ibi suscipiat magis, & minus. qa esse cuiuslibet substantiæ est pūctale, sed pōt ibi esse successio secūdū dispositionē. qa prout est successio in accidētibus: sic dispositio, vt corrūpat esse substantiale: Pōt ēt tali esse cōpetere successio. qa potest tale esse succedere alij, vt quia potest succedere ipsi non esse, vel potest aliud succedere sibi, quia potest ei succedere non esse. Possunt enim habere, & habent substantiæ corruptibiles esse post non esse, & non esse post esse. Ad esse autem æternorum non potest pertinere nisi vna successio: videlicet, ꝙ ipsum succedat alij, vel, ꝙ aliud succedat sibi. qa pōt succedere ipsi non esse, vel ei pōt succedere nō est. ✠ Nā, & si nō fm naturæ cursum, virtute iñ diuina potērūt hīe, & habuerūt esse post nō esse: sic ēt, & si nō habebūt: hīe iñ possent virtute diuina, nō esse post esse. nā, & si nunq̄ annihilabunt æuiterna, posset tñ, si Deus vellet, annihilare. In ipso etgo esse angelorū non est successio: nec quātū ad exultētiā. quia talis successio nō est ēt in esse substātiarū corruptibiliū: nec quātum ad dispositionē: quia nihil sit in angelis, p quod disponat esse angelicū ad corruptionem: pertinet tñ ad tale esse successio modo, quo dictū est. quia pōt ipsum esse succedere alij, vt ipsi nō esse, vel aliud sibi. sed, vt diximus supra, oportet accipere aliud large, secūdum, ꝙ ipsum non esse est quoddā aliud. qa est aliud ab esse. hoc ergo mō esse angelorū pōt succedere alij, & aliud sibi, qa pōt succedere ipsi non esse, & nō esse sibi. Ad esse vero diuinum nulla successio pertinet.

His itaq; declaratis, dicamus, ꝙ esse accidentium potest successiuè interire vel perire, vel potest totum non esse simul secundum dispositionem, prout secundum mutationem factam in alio fit dispositio ad corruptionem eius, & potest totum non esse simul secundum existētiā, prout in seipso potest suscipere magis, & minus. Esse vero substantiarum corruptibilium licet sit totū simul secundum existentiam, quia non suscipit magis, & minus; non tamen est totum simul secundum dispositionem. quia esse accidentium annexorum substantiæ, per quod disponitur esse substantiale ad corruptionem, non est totum simul, sed potest suscipere magis, & minus. Rursus huiusmodi esse potest totum perire, & potest sibi noo esse succedere. Sed esse æuiternorū licet possit succedere alij, vel aliud sibi. quia potest habere esse post nō esse, & non esse post esse: tamen nec secundum existentiam, nec secundū dispositionem suscipit magis, & minus; vt hoc modo, vel illo possit ibi esse successio. Ad esse autem diuinum nulla pertinet successio. Esse ergo accidentium, quod etiam secundum existentiam potest habere successionem, per se potest mensurari tempore: esse vero substantiarum corruptibilium, quod non potest habere successionem secundum existentiam. quia hoc modo est totum simul: habet tamen successionem secundū dispositionē. quia hoc modo est totū simul: non mensuratur tempore per se, sed per accidēs, vt accipiamus mensurari tempore large, secundum, ꝙ ea, quæ mensurantur tempore, vel nunc temporis, dicuntur ad mensuram temporalem pertinere: esse vero æuiternorū, qđ nullo modo in se successionē habet, nec secundū existentiā, nec secundū dispositionē, sed solū ad tale esse pertinet successio prout potest succedere ipsi non esse, & incipere esse, vel prout pōt desinere, & ei succedere non esse: ideo nec per se nec per accidens mensuratur tempore, sed est supra tēpus, & mēsuratur æuo. Esse vero diuinum, cui nullo modo cōpetit successio: nullo modo mensurat tēpore: nec per se, nec p accidēs nec ēt mensurat æuo. i. æternitate participata, sed est supra tēpus, & supra æternitatē participatā, & mensurat æternitate simpliciter. Ex hoc aūt patet solutio q̄stionis principalis, qđ est q̄uū. nā cū esse substātiarū separatarū, & oium æuiternorū participet æuo, vel participet æternitati participatæ, & mensuret per se; & primo tali mensura. ergo quia illud, qđ p se, & primo mensurat aliqua mentura, loquēdo de mō sura durationis; est idē realiter cū ipsa mēsura: sicut quia motus primi mobilis per se, & primo mensuratur tempore, est idem realiter cum tempore; esse æuiternorum, quod per se, & primo mensuratur æuo, est idem realiter cum æuo.

Esse æuiternorum quale.

Esse diuinū quale.

Æternitas duplex.

CONTRADICTIO. * Angeli ex se non sunt corruptibles, qa sunt immateriales, & nō habent principium corruptionis, vt ait Doctor. & ñ Th. p. 1. q 50 art 5. & alibi. qñ vero oppositū reperitur in p. 1. q 9 art 2. & alibi. intelligitur secūdum potestiam exēsiū, non secundū naturam. Dictum Damasceni dicentis, Angelos non natura esse immortales intelligit de perfecta immutabilitate, qua Angeli per gratiā assequūtur, omnia n. mutatio, teste ñ. P. Augustino, est quędam mors. sed vide D Th. loco supra citato 1. & Scot. artic. subsequēti.

RESP. AD ARG. DVB. IIII.

AD primū dicēdū, ꝙ cū dr, ꝙ tps est passio motus, oportet, ꝙ passio accipiat ibi large. nā si tps est passio motus, nō poterit esse passio, nisi illius motus, i quo fundatur. cū ergo fundet i primo motu, erit passio primi motus. cum ergo sit idem tempus realiter, quod primus motus, erit idem passio, quod sūm subiectum. quod esse non potest, nisi accipiatur largè passio. Dicitur ergo tempus esse passio motus, quia fundatur habitudo temporis in habitudine motus. nam. & si eandem rem dicit motus, & tempus: tñ res illa prius habet, ꝙ sit motus, & ꝙ sit actus mobilis, q̄ ꝙ sit tps, vel q̄, ꝙ sit

* Idem ex Arist. Ph. 11. dicit in 4. Phys. super t. 110. vbi mouet quasdam dubitationes ingeniosè excogitatas. & optimè soluit. id quod huic loco potest deseruire. Vide etiā eiusdem eodē lib. super t. 102.

sit numerus prioris, & posterioris. fundat enim vna istarum habitudinum in alia. propter quod tempus dicitur esse passio motus: non quòd addat rem aliam supra motum, sed quia addit habitudinem quandam consequentem motũ, & fundatam in motu. sic & ǫuum non dicit rem aliam super esse angelicum, sed dicit habitudinem aliquam consequentem illud esse, & fundatam in illo esse: non tamen potest sic dici ǫuum passio ipsius esse, sicut tempus dicitur passio motus. nã de ratione passionis, est quòd sit accidens. & quia hoc competit tempori, & non competit ǫuo; põt magis habere rationẽ passionis tẽpus, quàm æuũ:

Ad formam tamen arguendi patet, quòd esse sic passionem alicuius sicut tempus est passio motus: non facit, ǫ realiter differat ab eo, cuius est passio. dato ergo, quòd ǫuum æquè conuenienter posset dici passio ipsius esse angelici: sicut tẽpus dicitur passio primi motus: non oporteret, quòd ǫuum realiter differret ab huiusmodi esse, quia nec tempus dicit rem aliam à primo motu.

Ad secundum dicendum, quòd nõ oportet (loquendo de causa, & causato, sicut mensura inter se) ǫ huiusmodi causa differat realiter à causato. Dicemus enim, ǫ aliquando causa, & causatũ sumuntur secundũ rem, vt ǫ res est causa rei, & tũc oportet causam, & causatũ realiter differre ab inuicem: Aliquando vero sumitur ratio causalitatis non prout res est causa rei; sed prout habitudo est causa habitudinis. & quia duæ tales habitudines habentes esse secundum causam, & causatũ in eadem re fundari possũt: potest esse ratio huiusmodi causalitatis etiam inter ea, quæ vnum, & eandem rem dicunt, ſm quem modum loquitur ille Auctor sex principiorum, quòd passio est effectus actionis. actio enim, & passio vnum, & eandẽ rẽ dicunt. sicut est vna, & eadem via, qua itur ab Athenis ad Thebas, & à Thebis ad Athenas: sic vna, & eadẽ res est, quæ vt est ab agẽte dicitur actio, vt est recepta in passo dicitur passio: prout ergo passum habet agena, à quo influxum suscipit: dicitur illa res sic recepta passio: prout autem agens habet passum, cui aliquid influit, dicitur illud aliquid influxum actio. vna est ergo res, sed non vna habitudo, sed sunt duę habitudines, quarum vna est causa alterius.

Sic & in proposito eandem rem esse angelicũ, & æuum, & in talibus eandem rem dicit mensura, & mensuratum: non tamen dicit eandem habitudinem. & quia in talibus vna habitudo potest habere rationem causæ respectu alterius, potest ibi reseruari ratio causalitatis: nõ quia sit ibi alia, & alia res: sed quia est ibi alia, & alia habitudo. Qualiter autem reseruetur ibi rõ causalitatis, vt, vtrũ ǫuũ habeat rationẽ cãlitatis respectu esse, vel qualiter, in sequenti q̃stione patebit.

A

B

C

D

RESOLVTIO DVB. V.

In prædicamento substantiæ est ipsum æuum, quod dicit habitudinem fundatam in ipso esse, quod est actus substantiæ.

AD id autem, quod quærebatur, vtrum æuum sit substantia, vel pertineat ad prædicamentum substantiæ; dici dẽt, ǫ æuum, vt potest patere per habita, realiter est idem, quod esse angelicum: addit tamen quandam habitudinem supra huiusmodi esse. Difficultas ergo in quæstione proposita oriri potest, & ex identitate reali, quam habet æuum cum esse, & ex habitudine, quam addit æuum super huiusmodi esse. Ex identitate quidẽ reali erit difficultas, quia si ipsum esse non est substantia: eo ǫ io quolibet alio ente à primo, differt substantia à suo esse; consequens ergo est, quòd nec ipsum æuum sit substantia: dicere autem, ǫ non substantia sit in prædicamento substantiæ: plures forte pro inconuenienti haberent. Oritur etiam difficultas ex habitudine superaddita. nã dato, quòd ipsum esse esset in prædicamento substantiæ, videretur forte aliquibus, quòd quũ propter habitudinẽ superadditam posset esse in alio prædicamento, sicut & actio, & passio, licèt non sint alia res, quàm motus. propter tamen habitudines, quas addunt supra motũ sunt in alio prædicamento à motu. eadem enim calefactio, quæ est motus, vt est via in calorem, est actio: vt est à calefaciẽte: & est passio, vt recipitur in calefacto. calefactio itaque potest comparari ad formã caloris, ad quam ordinatur, & ad calefacientem, à quo efficitur, & ad calefactũ, in quo suscipitur. Primo modo est motus: secundo modo est actio. & tertio passio, & licèt sit vna res non tamen est vna habitudo: propter quam omnia ista sortitur: huiusmodi aũt alia, & alia habitudo semper reponit rem illam in alio, & alio prædicamento: nam vt calefactio est motus, est in prædicamento qualitatis, quis & motus est in eodem genere cũ sibus, ad quas est motus, vt probatur in 3. Phys. t. c. 4. vt est actio: erit in prædicamento actionis: vt est passio: erit in prædicamento passionis. Sic fortè crederet aliquis de esse, & æuo, vt quia ǫũ dicit aliam habitudinem ab esse, quòd sit in alio prædicamento ab esse. sed hæc difficultas in præcedentibus est amota. ideo poterimus de calenios pertransire.

Hoc ergo ordine procedemus in hac quæstione, quia primo declarabimus, quòd non quicquid pertinet ad prædicamentum, suscipit prædicationem prædicamenti. propter quod poterit patere, quòd ǫuum potest pertinere ad prædicamentum substantię: licèt non susciptat prædicationem substantiæ. Secundo declarabimus, quòd propter habitudinem, quam addit ǫũ supra esse: non est in alio prædicamento, quàm esse. & quia esse substãtiæ pertinet ad prædicamẽtũ substãtiæ: consequẽs est, ǫ & æuum ad prædicamentum substantiæ pertineat. Tertio, vt appareat qualiter se habeat æuum ad esse: ostendemus, qd mẽsuret ǫũ in esse: ex quo apparebit, quòd unn dicit æuum aliam rem, quàm esse, & non pertinet ad aliud prædicamentum, quàm ipsum esse. Quarto, & vltimo: quia non sufficit scire, ǫ æuum pertineat ad prædicamentum substantiæ,

*Motus nõ est ẽs res. Hinc t. 3. an motus, & mutationis species res esse, quot entis i. acquisiti per motum.

stantiæ, nisi sciatur qualiter pertineat ad ipsum prædicamentum. Declarabimus modum existẽdi, quem habet æuũ in huiusmodi p̃dicamento.

Propter primum sciendum, ꝙ non quicquid est in aliquo prædicamento, suscipit prædicationem illius prædicamenti. ✠ nam punctus est in prædicamento quantitatis, nec tamen bene dictum est, ꝙ punctus sit quantitas. propter quod apparet argumentum quorundam parum concludere, cum arguunt, ꝙ si esse non est substantia, ꝙ est accidens, & quòd esse non est aliquid aliud quàm res substantis, vel essentia. quia tunc esset aliquod medium inter substantiam, & accidens. ✠ Nam si non essent nisi duo prædicamenta: Substantia. & Quantitas: non tamẽ propter hoc possemus arguere, quòd quicquid non est quantitas, esset substantia. Nam punctus nõ est quantitas, nec tamen est substantia, nisi accipiatur substantia large, pro esse cuiuslibet rei, secũdum quem modum dicimus, quòd punctus est substantia posita. quia essentialiter competit pũcto positionẽ hsbere in sliqua parte linex. Hac ergo hypothesi stante, quòd non essent nisi duo prædicamenta, substantia, & quantitas; bene sequeretur, ꝙ nihil esset, quod non pertineret, vel ad prædicamentum substantiæ, vel quantitatis, Sed nõ propter hoc haberetur, quòd nihil esset, quod non esset substantia, vel quãtitas, vel, quòd non susciperet prædicationem alius, vel huius. Sic & in proposito nihil est, quod nõ pertineat, vel ad prædicamentum substantiæ, vel ad prædicamentum accidentis.* Nã esse ad prædicamentum substantiæ pertinet: ideo non est accidens, quia quodlibet accidẽs est in aliquo prædicamẽto accidentis: nihil enim tale est in prædicamẽto substantiæ: nec tamen propriè loquendo esse est substantia. quia non oportet, quòd quicquid est in prædicamento substantiæ sit substantia; sicut quicquid est in prædicamento quantitatis non est quantitas: dicemus enim, ꝙ esse non est accidens, nisi secundum dici, vt habet quendam modum accidentis. Esse ergo est in prædicamẽto substantiæ: non tanquàm id, quod est substãtia, sed tanquàm actus substantiæ: nisi forte valde vellemus extendere nomen substantiæ, vt ipsum actum substantiæ vocaremus substantiam. hoc etiam modo, & punctus non est in genere quantitatis tanquàm id, quod est quantitas, sed tanq̃ terminus quãtitatis: ergo, qa quũ est idẽ realiter, qđ eserent in p̃dicamẽto substãtię, sicut & esse.

Viso quomodo esse pertinet ad prædicamentum substantiæ: licet nun suscipiat prædicationẽ substantiæ: & ostenso, ꝙ æuum, quia est idẽ realiter, quod esse: ideo oportet, ꝙ pertineat ad prædicamentum substantię: sicut pertinet esse; volumus declarare, ꝙ habitudo, quam addit æuũ supra esse: non ponit æuum extra prædicamentum substantię. quod patere potest per ea, q̃ superius dicebantur: dicebatur enim supra, quòd habitudo aduenies rei existenti in vno p̃dicamẽto accidentali: potest eã reponere in alio p̃dicamẽto accidentali, quia sunt plura p̃dicamenta accidẽtalia. vt si calor est in p̃dicamento qualitatis; calefactio actio, q̃ dicit calorẽ cum habitudine ad agens, erit in p̃dicamento actionis. sed habitudo aduenies rei existenti in p̃dicamento substãtię non poterit rẽ illam reponere in alio p̃dicamento substantię, quia non est dare plura p̃dicamẽta substantię: nec etiam dici poterit, quòd habitudo aduenies rei existenti in p̃dicamento substantię, reponat eã in prædicamento accidentis, dicebat enim: Quod verè est, nulli accidit; ideo quod est in p̃dicamento substantiæ non poterit esse in p̃dicamento accidentis: immo sicut in accidentibus conspicimus, ꝙ nunquam habitudo aduenies rei accidentali, potest rem illã reponere in p̃dicamẽto substantiæ: sic pari ratione nunquàm habitudo aduenies rei existenti in p̃dicamẽto substantiæ reponet rẽ illã in aliquo p̃dicamẽto accidẽtis. quamcunq; ergo habitudinẽ addat æuum supra esse angelicum, ex quo illud esse est in p̃dicamento substãtiæ; oportet, ꝙ & huiusmodi æuum sit in p̃dicamẽto substãtiæ: illud enim dicemus de substantia, & de existẽtibus in p̃dicamẽto substantiæ, respectu cuiuslibet p̃dicamẽti accidentalis, qđ ait Philosophus de substãtia respectu p̃dicamẽti relationis. nã cũ dedisset duas diffinitiones relationis: quarum vna respiciebat relatiua secundum dici: alia fm esse: ait, ꝙ secundum diffinitionem primã respicientem relatiua secũdũ dici, posset cõperere substantiæ reseti, nõ autẽ secũdũ esse, quia impossibile est, & nimis fortè sustinere, ꝙ nulla substãtia dicatur ad aliqđ. habitudo ergo relatiua aduenies substãtiæ, potest facere de substãtia relatiuũ fm dici: nõ sũt relatiuũ fm esse: sic, & de aliis p̃dicamẽtis accidẽtalibus cẽsendũ est, ꝙ habitudo aduenies substãtiæ, vel rei, q̃ est in p̃dicamẽto substãtię: potest de huiusmodi re facere accidẽs fm dici, vt quãtatẽ secũdũ dici, vel qualitatẽ secũdũ dictũ nunquàm tñ faciet talia secundũ esse. & quia relatio secũdũ dici, nõ est in p̃dicamẽto relationis, & qđ est accidẽs solũ secũdũ dici nõ est in aliquo p̃dicamẽto accidẽtali: ideo nulla habitudo aduenies substantiæ ponit substantiam in aliquo prædicamento accidentali; licet posset eam facere accidẽs secũdũ dici. Quare si esse est in p̃dicamento substantię, quantamcunq; habitudinem addat æuum supra esse; non ponitur extra tale prædicamentum, nec propter hoc erit in aliquo prædicamẽto accidentali.

Habito, quod existẽtiate, quia habet q̃ũ ad esse, est in prædicamẽto substantiæ æuũ, sicut & esse. & ostenso, ꝙ pp habitudinẽ, quam addit æuũ supra esse, nõ pt poni extra tale p̃dicamẽtũ volumus declarare, qđ mensuret æuũ de esse, vt magis appareat qualiter se habeat ad esse, & quo sit in eodẽ p̃dicamẽto, ĩ quo est esse: nõ enim possumus dicere, ꝙ æuũ mensuret ipsum esse angelicũ absolutè sumptũ: nã cum mensura nos certificet de mensurato: oportet, ꝙ habitudo mensuræ sit natura prior habitudine mensurati, cũ ergo æuũ nõ p̃cedat ipsum esse, qa, & si eadẽ res sit esse, & æuũ: prius tñ intelligitur, ꝙ illa res sit esse

Punctus quid. & in quo prædicamento. Vide idem paulo supertus.

* Hic Doctor præfert medium quoddã inter substãtiam, & accidẽs. Vide 1. 11 Theor. Zimar. vbi multo modis hoc declaratur super 1. 1. lib. 3. Met.

* Esse pertinet ad p̃dicamentũ substantiæ.

1. Phys. t. c. 27. & 40.

Mensura prior mensurato: sed superius in Resol dubitatur eadem ea eo, quod mensurat.

esse quòd sit æuum: ideo esse nõ poterit, ꝙ æuũ mensuret esse secũdũ se, quia tunc habitudo mẽsurati esset prior habitudine mensurę: mensurat ergo æuũ esse nõ secũdũ se, & absolutè, sed secũdũ quod est quid quãtum, & vt haber quandam quantitatẽ. propter qđ bene dictũ est, ꝙ mẽsura est illud, p qđ certificamur de quãtitate rei. nam per æuum nos certificamur de quantitate ipsius esse: scimus enim per æuum quãtum durat esse angelicum, quia durat in perpetuum. ipsa. n. perpetuitas essendi potest dici quantitas ipsius esse: vel ipsius durationis Angelicæ. Dicit ergo æuum quandam habitudinem mediam inter esse absolutè sumptum; & id, quod mensurat de esse. propter quod & æuum fundatur in esse, sicut posterius fundatur in priori. & æuum præcedit esse non absolute, & simpliciter: sed vt esse mensuratur per ipsum. Dicebamus enim supra, ꝙ primo intelligimus esse ipsius æuiterni: quod intelligendo nondum habemus æuum, postea intelligimus, ꝙ illud esse sit esse existentis: & sit esse vultum & simul: quod intelligendo intelligimus æuum, postea intelligimus, ꝙ sit sempiternum, & perpetuum: quod intelligendo intelligimus quãtitatem ritus esse, quam mensurat æuum. & quia non alia res est ipsum esse angelicum consideratũ simpliciter, & absolute, vt est esse: & consideratũ vt est simul, vnde sumitur ratio æut. cuum enim secundum Hugutionem ab esse derivatum est: ea ergo quæ habent esse per modum existendi: & quæ habent esse existenter, & habent esse vultum & simul, sub æuo cadunt. Sic etiam quia non est alia res illud esse consideratum, vt est perpetuum & vt habet quendam modum quantitatiuũ: sive quandam quantitatem, quam mensurat æuum; ideo eadem res est esse, & æuum: & id, quod de esse mensurat æuum, non differt nisi secundum aliã & aliam habitudinem: secundum quem modum potest inter talia reseruari aliquis modus causalitatis. nam si mensura habet rationem causæ respectu mensurati: quia habitudo, vnde sumitur quãtitas durationis, quam mensurat æuum: est effectus habitudinis, vnde sumitur ratio æui; quia ió illud esse est perpetuum: quia simul est & nõ successiuum: nec secundum existentiam, nec secundum dispositionem: habebit æuum rationẽ causalitatis super esse non absolute sumptum, sed prout est mensuratum per æuum. sed hæc ratio causalitatis non erit res ad rem: sed habitudinis ad habitudinem: non est enim eadem habitudo esse, & æui, & quantitatis existendi, quam mensurat æuum: attamen vna, & eadem res est omnia ista: & quia esse est in prædicamento substantiæ: æuum & id, quod mensurat æuum de esse: erunt in prædicamento substantiæ, in quo prædicamento ponitur ipsum esse.

Hugutio grãmaticus.

Quæst. disputata de mẽsura ang. ante hãc lit. hãc editã.

His itaque omnibus prælibatis; volumus declarare, quomodo æuum sit in prædicamẽto substantiæ. Sed de hoc breuiter per trãsibimus, quia hoc in quæstionibus nostris, quas disputauimus de æuo, est diffusius pertractatum.

Dicemus enim, ꝙ quantum ad præsens spectat: aliquid potest esse in prædicamento substantiæ quinque modis. Primo tanquam aliquid quod est ipsa substantia, vel tanquam aliquid, qđ est pars substantiæ: vel tanquam aliquid, quod est actus substantiæ; vel quarto potest aliquid esse in prædicamento substantiæ, quia est habitudo fundata in ipsa substãtia: vel quinto, qa est habitudo fundata in actu substãtiæ. Primo mõ sunt in prædicamento substantiæ illa, de quibus prædicatur substantia, & quæ sunt directe in prædicamento. Secundo modo sunt in prædicamẽto substantię materia, & forma, quę sunt partes substantię. Tertio modo est in prædicamento substantiæ esse, quod est actus substantiæ. Quarto modo est in prædicamento substantię nunc ęui, quod dicit habitudinem fundatam in ipsa substantia. Quinto modo est in prædicamento substantiæ ipsum ęuum, quod dicit habitudinẽ fundatam in ipso esse, quod est actus substantiæ.

In prædicamento substantiæ aliquid esse ịp quinq; modis.

Resp. ad arg. dvb. v.

Ad primum dicendum. ꝙ ęuum, sive esse angelicum licet non sit ipsa substantia rei: quia hoc est in solo Deo: est tamen in prędicamento substãtię, vt est diffusius declaratum, non tanquam substantia, sed tanquam actus substantię, vel tanquã habitudo fundata in actu substantię.

Et per hoc patet solutio ad secundum: quia dato angeli, & esse angelicum liceat non sint ipsa substantia angeli, pertinent tamen ad prędicamẽtum substantiæ.

ARTIC. V.

An Aeuum ab alijs mensuris differat. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. de Mens. Aug. q. 6. D. Th. 1. p. q. 10. art. 4. 5. Th. Arg. d. 2. q. 1. art. 3. Bacc. d. 2. q. 2. Land. d. 2. q. 1. 2. 3.

VLTRO quęritur de differentia ęui ad mensuras alias, vt ad tempus, & ęternitatem.

Et videtur, ꝙ ęuum sit idem, quod tempus. nam secundum Dam. 1. lib. ca. 3. quorum eum esse à versione incipit: versibilia sunt. Ipsi ergo angelęum sint versioni subiecti, mensurantur mensura versibili. sed mensura versibilis est tempus; ergo qđ est mensura angelorũ, non differt à tpa.

Præterea idem Dam. eo. li. & c. ait, quòd quinimmo, & angelos verti, & alterari: & multiformiter moueri, & transmutari. sed mẽsura talium est mensura versibilis, & per cõsequens est tempus; ęuum ergo, quod est mensura angelorum, est mẽsura versibilis, & per consequens est idẽ, qđ tps.

Præterea Augustinus 8. super Gen. ad literam, vult, quòd Deus sit omnino immobilis, spiritualem autem creaturam moueat per tempora non per loca: corporalem autem per tempora, & loca. Si ergo creatura spiritualis mouetur per tempora, mensurabitur tempore: sed mensuratur ęuo, ergo est idem tempus, & ęuum.

Tomo. 8.

Præterea

Præterea nullum creatum est ęcu infinitum. sed angelus durabit in infinitum, ergo non habet totam durationem suam simul. ergo duratio angeli est successiua, & per consequens mensuratur tempore, sed mensuratur ęuo: ergo &c. A

Tomo 4. In contrarium est August. 83. q. quęstione de temporibus ęternis, qui ait, ꝙ inter ęuum, & tempus hoc distat: ꝙ illud stabile est: hoc autem mutabile. non est ergo idem ęuum, & tempus, sed differunt sicut stabile, & mutabile.

Præterea nō est idē cā, & effectus: sed ęuū est cā tpis, iuxta illud Boetij: Qui ips ab ęuo ire iubes.

Dub. Lateralis.

An Aeuum sit idem, quod aeternitas. Conclusio est negatiua. B

D. Tho. 1. par. q. 10. arti. 4. 5. Item d. 2. q. 1. Land. d. 2. q. 1. ar. 3. Tho. Arg d. 2. q. 1. artic. 3.

Videtur forte dubitaret aliquis, vtrum ęuum sit idem, quod ęternitas. Et videtur, ꝙ sic. quia secundum Augu. 83. q. quęstione de tēporibus ęternis: Apostolus per tempora ęterna significat ęuū, sed tępora æterna non possunt esse nisi ipsa æternitas. si ergo tempora æterna sunt idem, quod æuum; erit æternitas idem, quod æuum. Tomo 4.

Præterea, vt scribit in libro de causis, intelligentia participatur æternitati: sed intelligentia mensuratur æuo: ergo æuū participatur æternitati, quod esse non posset, nisi esset idem, quod æternitas.

Præterea maior vnitas est in rebus immaterialibus, q̄ in materialibus, & in sensibilibus: sed oīa ista materialia: ītā mutabilia mēsurantur vna mē sura: videlicet tēpore: quia vnum est tempus omnium temporaliū: ergo omnia immaterialia mēsurabuntur vna mensura: erit ergo vnum æuum omnium æuiternorum: quod non esset nisi idem esset æuum, & æuiternitas. cum enim Deus mēsuretur æternitate; si æuum esset aliud ab æternitate, essent duæ mensuræ rerū immaterialiū. C

In contrarium est, quod dicitur Eccle. 1. Quia omnis sapientia a domino est: & cum illo fuit semper: & est ante æuum. Si ergo diuina sapientia est ante æuum: æternitas quæ est mensura diuinæ sapientiæ: fuit ante æuum. non ergo est idem æternitas, & æuum. Eccle. 1.

Præterea Dio. 10. de di. no. loquēs de Deo ait: quòd ipse est super æuum: & regnum ipsius est regnum omnium seculorum. Si ergo Deus est super æuū: ęuiternitas, q̄ est mensura Dei, erit super æuum: & per consequens non erit idē, qđ æuū. D

Resolutio Articuli V.

Mensura temporis, & aui non est eadem mensura: ratione rei mensuratæ, & modi mensurandi: ex mensurarum existentia, & ex ipso nunc.

Respondeo dicendū ad qōnē primā. ꝙ quidā assignant dīam inter tēpus, & æuum. quia ips hēt principiū, & finem: ęuum autem habuit principiū, sed nunquam habebit finem. Sed hæc differentia licet respectu ęternitatis posset habere aliquem modum veritatis: vt in sequenti quæstione patebit; respectu tamen æui nullam veritatem habet: nisi per accidens: quia accidit sic esse, ꝙ enim tempus habebit finem, & non æuum, hoc non est ex natura temporis, vel ęui: vt quòd tempori non possit cō petere durare in infinitum: possit autem hoc cōpetere ęuo. nam, vt patuit in quęstionibus præcedentibus: licet tempus sit mēsura temporalium: ipsum tamen non est in re temporali: sed est in re sempiterna: & ꝙ motus cœli finietur: mediante quo est ips in re sempiterna, & in corpore sempiterno, hoc erit ex voluntate Creatoris: non ex natura ipsius motus: motus enim ille ex natura sua posset in infinitum durare: hoc autem modo ex voluntate, s. Creatoris annihilari posset ipsum etiā ęuū: pp quod etiam ex parte principij, vel ex parte finis: inter ęuum, & tempus non possumus per se differentiam assignare. Propter quod incedendo via alia: quantum ad prēsens spectat: tangemas quinque differētias inter ęuum, & tempus: quarum prima sumitur ex parte rei mensuratę. Secunda ex parte modi mensurandi. Tertia ex parte ipsius mensurę. Quarta ex existentia, quam habet hęc mēsura, vel illa. Quinta ex parte ipsius nunc, in quo fundatur hæc mensura, vel illa. Prima ergo differentia inter ęuū, & tempus assignari potest ex parte rei mensuratę. Nam differt ęuū a tempore, quia aliud mensurat ęuum: aliud tempus. æūū enim mensurat esse, & est per se mēsura existentiū: ips autē mēsurat motum, & est per se mensura mobilium, & eorum, quæ sunt in generatione. nam mensura debet esse voi genea mensurato, vt declarari habet in 10. Meta. & quia tēpus est numerus prioris, & posterioris: oportet, quòd aliud per se mēsuret tempus, vbi reperitur prius, & posterius. Sed prius, & posterius non est sine successione, successio autem non est sine motu: ideo per se est, quòd tempus sit mensura motus. Aeuum autem, quia ab esse sumptum est, oportet, ꝙ p se mēsuret esse. Hanc autem differentiam inter æuum, & tempus: quia vnum mensurat esse, aliud motum, assignat Diony. 10. de di. no. cum dicit, quòd mensurat existentia æuum: & ea, quę fuerūt generatione tempus. Secunda differentia inter ęuum, & tempus, sumi potest ex parte modi mensurandi. nam aliū modum mensurandi habet tempus, alium ęuum. i. æternitas partiendi. Philosophi enim non sunt cōmuniter vsi hoc nōe æuo, sed nomine ęui locuti sunt de ęternitate. Est autem hæc differētia inter tempus, & æuū, vel inter tempus, & æternitatem ex parte modi mensurandi: quia tempus mensurat partem post partem, æuum autem, vel æternitas mensurat totum simul. Hanc autem viam venatur Proclus. Vide in 53. propōsitione sui libri, cum dixisset: Omnis æternitas mensura est æternorum: & omne tempus temporalium. & quòd hæ duæ mensuræ sint solum in entibus vitæ, & motus, postea in commento propositionis illius: volens proba-

Angelus immortalitatem propriam ex sui natura dicit. Idem fere sub aliis verbis art. precedēti dub. 4. resolsit circa finem.

T. c. 4.

re

re non esse, oisi duas mensuras tantum, tempos scilicet, & æternitatem ait, quòd omne mensurás aut mensurat secundum totum: aut secundum partem. Si mensurat secundum totum simul: est æternitas. Si vero mensurat secundum partem: vt quia mensurat partem post partem: sic est tẽpus: & quia non potest pluribus modis fieri mensuratio: nisi vel secuodum totum vel secundum partẽ post partem: ideo concludit idem Proculus ibidem, duas esse mensuras tantum, tempus, & æternitatem. Nec obstat, quòd nos ponimus tres mẽsuras: æternitatem, æuom, & tempus. quia æternitas diuiditor, vel potest diuidi in æternitatem simpliciter, quæ communi nomine dicitur æternitas: & in æternitatem participatam: quæ commuoi nomine vocatur æuum: ab vtraque autem æternitate, si coosiderentur verba Procoli, differt tempus ex parte modi mensurandi. quia vtraque æternitas tam simpliciter, quàm participata: mensurat aliquo modo totum simul: tempus vero mensurat partem post partem. nam si mensuraret totum simul iam non esset tempus. Vnde Augustious 11. Confes. ait, quòd si præsens semper esset præsens: oec in præteritum transiret: iam oon esset tempus, sed æternitas. Tertia differentia sumi potest ex parte ipsius mensuræ. nam æuum est mensura stabilis: tempus vero est quid mobile. Quod expresse rei mensuratæ, & ex parte modi mẽsurandi dedarari potest. nã mẽsura est vnigenea, & conformis mensurato. Si ergo tempus per se mensurat motum: & motus est quid fluxibile: immo quia est ipse fluxus: oportet & tempus sit quid labile, & quid fluxibile: æuum vero quia mensurat esse: & non esse quodcunque: sed esse, quod est existentiæ, & stabilitatis: oportet, ꝙ sit quid stabile: hoc etiam idem patet ex modo mensurandi. Nam si tempus hoc modo habet mensurare id, qđ mensurat, qa mensurat partem, post partẽ; oportet, ꝙ & ipsum tps habeat partem post partem: propter quod oportet ipsum esse quid labile, & fluxibile: æuum vero, quia mensurat totũ simul nõ habet partem, post partem: sed est quid permanens, & stabile. Hanc autem differeotiam inter æuum, & tempus: ꝙ vnum sit quid mobile: aliud quid stabile: tangit Augustinus 83. q. quæstiooe de temporibus æternis: cum dicit, quòd ioter æuum, & tempus hoc distat: quia illud stabile est, tempus autem mutabile. Et 11. Confes. ait: Noo vere dicimus tempus esse: nisi quia tendit in noo esse. Et iu eodem 11. ait: At illa. i. tempora si manerent, non essent tempora. Aduertendum tamen, ꝙ cum Augustinus dicit io 83. q. hoc distare inter æuum, & tempus; quia illud est quid stabile, tempus quid mutabile, accipit ibi æuum pro æternitate simpliciter: accipiendo tameu æuum pro æternitate participata, est etiam verũ, quod dicitur: licet non habeat hoc modo tautam veritatem. verum est eoim, quòd æternitas participata est quid stabile: tamen noo est ita quid stabile, sicut æternitas simpliciter. Quarta differentia inter æuum, & tempus, assignari potest ex existentia huius mensuræ, & illios. oam aliter exi-

A

stit æuum, aliter tempus. nam totum æuum existit in nunc æni: sed nihil de tempore existit in nunc temporis. Hanc autem differentiam tangit Boetios in suo libro de Triuita. cum ait: Nunc stans facit tempus: nunc stans æternitatem. quod veritatem habet, & de æternitate participata, & de æternitate simpliciter. Si ergo nunc stans facit ęternitatem participatam, sine æuum, consequens est, ꝙ æuum non sit quid successiuum, nec habeat partem post partem, sed sit totum simul: & si est totum simul, totum est in suo nunc. Nam & tempus si esset totum simul, totũ esset in suo nunc. verum quia oihil est de tempore simul nihil est de tempore in suo nunc. Vnde Augustinus 11. Confes. ait: Quia tempus oihil aliod esse dicemus, qoàm distensionem. Et in eodem. 11. dicit: ꝙ præseos nullum habet spaciom. Si ergo tempus nihil aliud est, quàm distensio: & quoddam spacium: siue quædam mora, & præsens nullam habet spacium, nollam habet moram; consequens est, quòd nihil sit de tempore in presenti, vel ꝙ nihil sit de tpe in instaoti. Quinta differẽtia est ex parte ipsius instantis: vel ex parte ipsius nunc: in quo fundatur tã ęuum, q̃ tps. fundatur enim tps in suo nuuc. Nam si motus fundatur in ipso mobili, & tempus se habet ad motum, sicut nunc ad mobile: quia ouuc temporis se tenet, & est idem materialiter cum subsẽtia rei mobilis, sicor tempus cum motu; oportet ipsum tempus fundari in ipso nuoc: sic quia esse fundatur in subsẽtia ęuiterni: ęuum quod est idem cum esse, fundatur in suo nunc, quod se tenet cum subsẽtia ęuiterni. Per comparationem autem ad suum nũc differt tempus ab æuo: quia io æuo uon est nisi vnum ouuc: sed onnquam intelligimus tempus, nisi intelligendo duo nunc. Vnde & Philosophus in 4. Phicotũ t.c. 100. ait, ꝙ determinamus ipsum tẽpus in accipiendo ouncaliud, & aliod. Et subdit, quòd cum intelligimus altera extrema medij, & dicat anima ipsa duo ounc, hoc qnidem prius, illud vero posterius; tunc & hoc, vt air, dicimus esse tempus. Semper enim cum intelligimus tempus, iutelligimus numerum prioris, & posterioris: ipia autem ouoc prius, & posterius oumerata vel sunt duo numero; & sic iotelligendo tempus, iutelligimus duo nuoc: vel si dicatur, quòd tempus est numerus prioris, & posterioris, noo prout duo indiuisibilia, quorum vnum est prius, aliud posterius, iocludunt vnum diuisibile, & vnum moueri: sed tempus est numerus prioris, & posterioris, prout duo moueri, qoorum vnum est prius, aliud posterius; incladuut vnum indiuisibile, & vnum mutatum esse: sed & si sic accipere tur ratio temporis, illa duo moueri non acciperet anima, vt sunt infinita. quia tunc non intelligeret ea. propter quod oportet dare plura nunc, quorum vnum inchoet primum moueri, & aliud finiat ẽm moueri, q̃ duo moneti sic mouerata, & sic finita, faciẽt oumetũ motus, quẽ dicimus esse tps. non ergo intelligimus tempus, vel nou intelligimus numerum motus, in quo consistit ratio temporis, oisi intelligamus plura nunc. Sed æũ,

B

C

D

Tomo 4.

Tomo 3.

Nunc tẽporis est idem cum subti. rei mobilis idem dicit in 4 Phy. sicut text. 112. & 130. contra quod arguit Gosf. 1. quol. q. 7. & 2. quol. q. 7. sed Doctor noster locus supraciatus dicit idem esse materialiter cum formaliter. Th. vero Ar. 5 d. 2. l. 2. sent. q. 2. arti. 3. ait sic: Nũc tẽporis est idem realiter cũ subst. primi mobilis nõ absolutè, sed vt fluens. & vt subiectũ motus, sed vide apud Th. Arg. Argumeato Gos.

vt

Hic qui ex vnum tan. tum.

vt diximus, non habet nisi vnum nunc. nã si haberet plura nunc vel hoc esset secũdum rem, vel secundum rationem: secundum rem autem non, quia nec in ipso tempore sunt plura nunc secundum rem: sed secundum rem est vnum nunc in toto tempore: sicut est vnum mobile in toto motu nec etiam secundum rationem possunt esse in æuo plura nunc. nã cã, quare sunt in tẽpore plura

Nunc tẽpo. ris est duo.

nunc secundum rationem, est quia nunc, quod facit tempus, semper fluit, & semper fluens semper est aliud à seipso ſm rationem: quia hoc mõ nunc est aliud, & aliud in tpe secundum rationẽ. ꝙa nũc sequitur id, quod fertur. & id, qđ fertur semper est aliud à seipso secundum rationem, sicut Cotticus est alius à seipso secundum rationẽ

T.c.104. in Theatro, & in foro, vt vult Philosophus ĩ quarto Physi. cum ergo nũc, quod facit æuum, sit quid B stans: non erunt in æuo plura nunc ſm rationẽ.

Posset autem qui vellet ex dictis sextam differentiam assignare inter tempus, & æuum: quia ad esse temporis facit anima. nam cum tempus secũdum formalem rationem sit numerus: & numerus, siue quantitas discreta constet ex pluribus in actu: cum motus ille cęlestis sit totus continuus, & non sit ibi prius, & posterius in actu, nisi per significationem animæ: esset tempus materialiter, si nunquam esset anima: formale tamẽ suum esse habet ex aĩa numerante, & significante prius, & posterius in motu: in qua numeratione consistit formaliter ratio temporis Sed ad esse æui nihil facit cunsideratio animæ: quia æuum non est numerus prioris, & posterioris ni motu, sed magis est quædam vnitas, vel quædam stabilitas, vel quædam simultas essendi in ipsis æuiternis, & si

Anima cur faciat ad esse tẽporis. C nihil de talibus consideret anima. Potest autem, & aliter ostẽdi: quare ad esse temporis faciat anima: nam ad esse æui, nam non est de tempore nisi instans, & nihil de tempore est in instanti: consequens ergo est, ꝙ nihil fit de tempore. vnde si tempus non est nisi in ordine partium, vt in tantum tempus est, in quantum instans fluit. in quo instanti fluente semper est finis præteriti, & initium futuri: in quo fine, & initio saluatur ordo partium temporis, & ex hoc dicitur tempus. Ipsę tamen partes temporis nõ possunt signari, quòd existant, quia præteritum iam non est: futurum nondum est. Sed si existunt: hoc est in anima, vbi existit præteritum cum reminiscitur, & futurum cum expectat. Vnde Iſid. de summo bono; lib. 1. c. 7. ait vtrum sit præteritum, futurum ue tempus, sicut & præsens: & si est scire, oportet vbi est. Et subdit, quòd tria illa tpa præterita, præsentia, & futura in anima tm inueniuntur: præterita reminiscendo, ps̃entia cõtuendo, futura expectando.

Aduertendum tamen, ꝙ largè loquitur de tẽpore, quia præsens propriè non est tempus non enim est ꝓpriè præsens, nisi instans, quod non est tempus, sed ad ipsum copulantur partes temporis: de præterito tamen tempore, & futuro verum dicit, ꝙ secundum existentiam per reminiscentiam, & expectationem sunt in anima requirenda. Sic ergo ad esse tẽporis facit aliquo modo ani-

Anima cur nõ faciat ad esse æui.

A ma, non autem ad esse æui: quia licet nihil de tẽpore sit in nunc temporis, totum tamẽ æuum est in nunc æui. propter quod æuum ad sui existentiam non indiget consideratione animæ.

Resp. ad aru. artic. v.

Ad primũ dicẽdũ, ꝙ mẽsura vertibilis põt dici dupliciter: vel qa ẽ annihilabilis. & sic æuũ, & ꝙlibet creatura est vertibilis, quia nisi manus omnipotentis Dei eam conseruaret, statim in nihil tenderet. Alio modo potest dici mensura vertibilis, quia non solum est annihilabilis, sed etiam est fluxibilis: & sic quasi per girum vertitur. vt pars parti succedat. quasi secundum versionem: & secundum girationem, & circulum: & sic non ꝙcũlibet mensura creata est vertibilis: ꝙa licet sit annihilabilis, potest tamen esse tota simul, vt non B pars parti succedat. & quia hoc est in æuo, & non in tempore: ideo differt vnum ab alio.

* Angeli quo mutabiles immutabiles sint ex tẽpore. teste D. Th par. 1. q. 61 art 2 qa sunt supra tempus, & motũ corp.

* Ad secundũ dicendum, quòd angeli vertuntur, & alterantur: & multipliciter mouentur, & transmutantur: non secundum esse substantiale, quod habent, quod mensurat æuo: sed secundum eorum volitiones, & intellectiones, in quibus est successio, & quæ tempore mensurantur. licet vero sit aliqua intellectio angeli, quæ mensuratur æuo: vt visio Dei, vel actio, quam habet erga Deum, non tamen omnes intellectiones angelt sunt huiusmodi, sed in aliquibus est successio. non ergo ex hoc habetur, quòd æuum sit idem, quod tempus; sed solum concluditur, quòd aliquid sit in angelo, quod mensurat tempore: nõ tẽpore proprie dicto, qa est passio primi motus: sed mensuratur tempore, quia mensuratur mensura successiua.

C Ad tertium dicẽdum, quòd Deus mouet creatam spiritualem per tempora: non quãtum ad esse, vt ꝙ esse angeli cadat sub tempore, sed quantum ad operationem. quia operatio eius potest tempore mensurari.

* Angeli quomodo finiti non primatiue modo quãto, sed negatiue secũdũ quãtitatem terminiquo caret. secũdũ qđ, qa nõ sunt in materia sed nõ sim pliciter, qa finiuntur ꝙ essentiam, à qua sunt. Hæc D. 1 h. p. 1 q 1 artic. 2. & alibi.

Ad quartum dicendũ, ⁂ ꝙ non est intelligendum, quòd esse angeli sit quoddam extensum, vel sit quædam dimensio infinita, & hoc modo sit totum simul. nam infinitum extensione est impossibile esse. sed intelligemus ꝙ esse angeli est quid indiuisibile: & quòd non est quid infinitum simpliciter, sed aliqd participat de infinitate, inquantum semper durabit, & nunquam habebit finem. Sic autem esse infinitã creaturam, ꝙ aliquid de D infinitate participet; non est inconueniens. Vnde & in libro de causis probatur, intelligentiam esse compositam ex finito, & infinito.

Ad id autem, quod obijciebatur secundo in contrarium, quòd non est idem causa, & cuius est causa: licet conclusio sit vera, quia non est idem æuum, & tempus: medium tamen habet calumniam. quia æuum, vt hic de quo loquimur, nõ est simpliciter causa temporis. Quia vero Boetius dicit: Qui tempus ab æuo ire iubes, & quòd tẽpus cantatur ab æuo; dici debet, quòd ibi accipitur æuum pro æternitate simpliciter, quæ est causa omnium mensuratum. Si autem vellemus saluare

uare hoc dictum, ꝙ ibi accipiatur æuum prout hic da æuo loquimur: dupliciter poterimus salua re quod dicitur, vt primo dicatur tempus ire ab æuo. i. recedere, & deficere ab æuo: quia tempus est quid fluxibile: æuum autem quid stabile. Secundo vt dicatur tempus ire ab æuo: quia si volumus hoc saluare effectiuè, ꝙ tempus sit effectus æui: & ꝙ ab ipso fluat sicut effectus a causa: dicemus, ꝙ tẽpus est aliquo modo effectus æui: quia est effectus æuiterni, siue angeli. Nã angelus mouens primum cœlum causat primũ motũ, & per consequens causat tempus: quod dicitur esse passio primi motus.

RESOLVTIO DVB.

Mensura æui, & æterni non est eadem: Idq; patet ex ijs, quæ sunt in ipsis: ex earundem conditionibus, ex eo, quod mensurant: & ex ipso nunc.

QVid autem, quod quęrebatur, vtrum sit idem æternitas, quod æuum; dici debet, ꝙ si cõsideremus vim nominis: idẽ est æternitas, & æuum. sed æuum magis tedolet linguam græcam; æternitas magis latinam. Vel ẽt fm latinam linguam: ꝙ um fm ✻ Hugutionem, dictum est ab esse: sic etiã æternitas ab esse potest deriuari: quasi dicat æternitas entis entitas. Vel dicitur ✻ æuum a vita. uam & prima mulier vocata fuit Eua: quasi vita, vel mater viuentium. vnde & Aug. lib. 11. to. 3. c. 1. super Gen. ad literam vult, ꝙ adducta muliere ad Adam, vocauit eã vitã quoniam esset mater viuentiũ. Nostra aũt litera habet, ꝙ vocata fuit Eua. Si ergo dicatur æuum à vita: æternitas propriè est mensura vitæ. nã Deus & ꝙiterna maximè dñt viuere. Vnde & Proculus vult ꝙ ærernitas, & tempus sint mensuræ vitæ, & motus: volens ꝙ ęternitas propriè mensuret vitã, & tempus motũ: vt ex. 53. propositione sui libri patet. sic ergo pro eodem potest accipi æuum, & æternitas: quia ifi duplex est æternitas: vna simpliciter, qua mensuratur Deus: alia autem participata, qua mensurantur ꝙiterna: penuria vocabulorum hoc fecit, ꝙ æternitas simpliciter vocata sit æternitas: participata autem æternitas non habens aliud vocabulum, vocata est æuũ. Sed quicquid sit de nominibus, non refert: sed de rebus cũ tandum est. Videndum est ergo, quomodo mensura æuiternorum quocunque nomine cẽseatur, siue dicatur æuum, siue participata ęternitas, differat ab æternitate simpliciter. Possumus autem, quãtum ad præsens spectat, triplicem venari differentiam inter huiusmodi mensuram, & æternitatem: secundum ꝙ quælibet mensura potest tripliciter considerari. Primo secundũ se, & secundũ suas conditiones. Secundo secundum id, quod mensurat. Tertio secundum ipsum nunc, in quo fundatur ipsa mensura.

Prima via sic patet: nam secundum Dyo. 10. de di. no. proprietas æui est antiquum innatisibile, & totum secundum totum metiri: accipit autem ibi æuum pro æternitate simpliciter. Secundum autem has conditiones, quæ simpliciter & absolute competunt æternitati simpliciter: possumus dare differẽtiam inter huiusmodi æternitatẽ simpliciter, & participatam. Proprietas ergo æternitatis simpliciter est, ꝙ sit quid antiquum, quod non incæperit esse: & ꝙ ante ipsam nihil potuerit esse: ꝙ sit quid inastriabile: quòd non possit desinere esse, & post ipsam nihil possit esse? & ꝙ totum, totum mensuret: & ꝙ nũquam possit huiusmodi mensura deesse. Secũdum ergo hæc differt æternitas ab alijs mensuris: non secundum ꝙ quidam dicunt, quia æternitas non habet principium, nec finem: æuum autem principium, sed non finem: tempus vero principium & finem. nã quantum ad huiusmodi principium, & finem: æuum & tempus essentiali differentia non differunt. sed dicemus, ꝙ æternitas caret principio, & fine. sed tam æuum, quàm tempus habent principium, & finem: & secundum hoc poterit esse alia ethimologia huius nominis, æternitas, vt non solum dicatur æternitas, quasi entis entitas: sed dicatur æternitas, vel ęternum, quasi extra terminos. quia quod est æternum, est extra terminos. non enim habet terminum ex parte ante, cum careat initio, nec ex parte post, cum careat fine. Dicimus enim quòd habere principium, & finẽ: vel habere aliquid ante ipsum vel post ipsum, potest esse tripliciter: duratione, natura, & possibilitate. Si enim mundus fuisset ab æterno, & si in æternum duraret, haberet aliquid ante ipsum, & post ipsum natura, & possibilitate, sed non durat one. si enim ab æterno fuisset mundus, adhuc natura Deus fuisset ante mundum, sicut causa ante effectum. Si enim ab æterno fuisset pes in pulvere: ab æterno fuisse vestigium, quod factum esset a pede, nemo dubitatet, vt Augustinus ait: Et vt supra in quæstionibus de æternitate mundi diximus, esset tunc vestigium coæuum pedi: sed tamen natura pes præcessisset vestigium. Sic si mundus ab æterno fuisset, ipsum tamen factum fore à deo nemo dubitare deberet: esset ergo, hoc posito, mundus coæuus Deo tamen natura Deus præcessisset mundum, sicut facient factum. Sic & si mundus duraret in ęternum, adhuc Deus natura diceretur esse post mundum, secundum quem modum loquitur scriptura: ꝙ Deus regnabit in æternum, & vltra. necesse est ergo natura quamlibet creaturam siue sit mensura, siue mensuratum habere principium. i. habere aliquid ante ipsum: & habere finem. i. habere aliquid post ipsum. Sic etiam & possibilitate haber quælibet creatura ante ipsam & post ipsam aliquid: quia & si ab æterno fuillet mũdus, potuisset tñ incipere, sicut incępit: & hãe aliquid ante ipsum duratione, sicut habuit. sic si in æternum durabit mundus: quia nihil annihilabitur de his quæ sunt in mundo: posset tamẽ Deus, si vellet, ipsum annihilare, vt duratione haberet aliquid post ipsum. Differt ergo æternitas simpliciter à participata per esse antiquũ. i. per non incipere, & per non habere aliquid ante ipsam: nec natura, nec duratione, nec potẽtia. & differt p esse inuariabile. i. p nunq̃ desinere: & per non habere aliquid post ipsam,

nec

* Hugutio grãmaticus supra ẽt ant. 2. citatus.

* Eua ab æuo, quod est vita, dñ. Idem Tho. Arg. li. 2. d. 2. q. 1. art. 2. In litera hebraica habetur Chauah i. vitificatrix, & vitã præstãs. qa mf est omnium viuentiũ ex Gen. 3. Homo. n. ois viuens dici pt, cã habet vitam veget. cum plantis sensit. cum &ra tra: intell. cã Angelis. sed vide p. pulcra I Ge org. probl. 38. To. 1 & To. 5. prob. 133.

Aeternitas entia entitas: & quasi extra terminos dicitur.

Pes in pulvere ab æterno indicat vestigiũ ab æterno. idẽ infra d. 12 q. 2. ar. 4. Idem supra art. 4.

Deus regnabit in æternum, & ultra gd. Psa.

nec natura, nec duratione, nec potẽtia. nulla antẽ creatnra est sic antiqua, vel sic inuariabilis, qa q̃libet de necessitate habet ante ipsam, & post ipsam aliqnid: & si nõ durationc, natura tamẽ, & potentia. Potest autem assignari differentia inter æternitatem, & æuum qoantum ad conditionem tertiam: quæ est totum secundum totum metiri. nam non metiri totum simul, potest esse dupliciter: vel quia nihil metitur vel si meriẽ hoc nõ est totũ secundum totum, sed fm partem: metiri itaque secundum totum duo importat, & mensurationem, & totalitatem: quod ergo a mensuratione deficit, & qnod non mensurat; consequens est, ꝙ non mensuret secundũ totum, & quod nõ deficiat à mẽsnratione: dũ tamen deficist à totalitate, qnia mensurat partem post partem, etiam dicitnr non mensnrare secnndum totnm.

Æternitas, Æuum, Tẽpus. qd differant.

Est ergo triplex mensura. Vna, quæ non potest deficere a mensuratione, nec a totalitate, sed sem per est mensura totius secundum totum: & huiusmodi est æternitas simpliciter, quæ est mensura ipsius Dei. Alia est mensura, qnæ potest deficere a mẽsuratione, quis potest annihilari, & annihilata nihil mensurabit, tamen si mensurat, non deficit a totalitate: quia est tota simul, & non mẽsurat nisi secundum totum: & talis est æternitas participata, quæ dicitur æuum. Tertia est mensura. quæ & à mẽsuratione potest deficere, quia potest non esse, & non mensnrare: & a totalitate deficit: qnia non mensurat totum secũdum totum, sed partem post partem: & huiusmodi mensura est tempus. Prima autem mensura per omnẽ modum mensurat totum secnndũ totũ: quia semp mẽsurat, & nõ põt deficere. Secũda autem mensura non simpliciter mensurat totum secũdum totum, quia potest deficere, & per consequens potest non mensnrare totum. tñ quia dũ est, est tota simul: aliquo modo mensurat totum secundum totnm. Tertia antem mensura videlicet tempus: quia nullo modo est totum simul: nullo modo mensurat totum, secundum totum. Vel aliter potest ex hoc assignari differentia inter æternitatem, & mensuras alias. Dicemus enim, qnòd æternitas, nec est mẽsura annihilabilis, nec fluxibilis: æuũ vero est mẽsura annihllabilis, sed nõ fluxibilis: tps aũt ẽ mẽsura, & annihilabilis, & fluxibilis.

Ẽ triplex. sed supra ar tic. 4. in resol dub. 4. ponit esse accidẽtium.

Viso qũo differt æternitas ab æuo, & etiam à tempore, secundum conditiones mensuræ, restat ostendere quomodo differat ex parte ipsius mẽsurati. Ideo distinguitur ab aliquibus triplex eẽ. Nã quoddam est, quod nec est variationi coniunctũ, nec motui, vt esse diuinum, quod nec in se, nec quantum ad alia variatur. Quoddam vero est, qd aſt aliquo modo variationi coniunctum, licet in se nnu sit variabile, & fluxibile: vt esse æuiternorum. æuiterna enim licet quantum ad esse nõ varientur, tñ qnantum ad alia sunt plnribus variationibus subiecta. Quoddã autem esse est, quod non solum est variationi coniunctum, sed ipsum in se est variabile, & fluxibile: vel fm dispositionem, vt esse substantiarũ tpalium: vel fm existentiam, vt esse accidẽtium, fm quæ est alteratio, vel motus. Secundũ ergo istud triplex esse, accipitur triplex mensura: ẽternitas, æuum, & tempus. Sed accipere dñam mensurarum non ex mensuratis fm se, sed ex coniunctione, quam habent ad alia: est recedere ab eo, qd est per se. Si enim nihil possemus arguere in ipso esse: ex eo, ꝙ est variationi coniunctum; non videretur ratio, quare tali esse deberetur alia mensura, quàm illi esse, qd no est variationi coniunctum. ꝙ si ex coniũctione ad variationem aliud resultat in ipso esse, tunc non ex coniunctione, sed ex ipso esse, vel ex eo, quod resultat in ipso esse, accipienda est differentia mensurarum. Dicemus ergo, ꝙ triplex est esse: quoddã per se stans, & inuariabile. quoddã nũc per se stans, nec inuariabile. quoddam medium, quod non est p se stans, est tñ inuariabile. i. nõ fluxibile.

Esse triplex.

Quartũ aũt esse, qd esset p se stans, & fluxibile, dare nõ possumus, qa eẽ p se stãs, est p se, & simplex, & tale nõ põt eẽ variationi subiectũ. Primũ ergo esse est diuinũ, & mẽsurat æternitate simplicitrer. Secdm est esse mobiliũ, vt suni mobilia. Tertiũ est esse mediũ. Æuiternotũ, & mensuratur æuo, vel æternitate participata, qnod esse æuiternorum licet non sit fluxibile, non est tñ per se stans: quia in essentia est receptum. Tertio mõ põt assignari dñia inter hmõi mensuras p cõparationem ad ipsum nunc, in quo fundatur ipsa mensura. nã q̃dã est mensura, q̃ tota est in suo nunc, & est idẽ realiter, qd suũ nũc: q̃dã, qnæ nec est in snu nũ c, nec est idem, qd suũ nunc: & quædã est mensurs media, quæ est in suo nunc, sed non est idem, qd suũ nuoc. Quartã aũt mensuram dare non possumus, q̃ sit idẽ, qd suũ nunc, & non sit tota in suo nũc. ná cũ quodlibet nunc eo, ꝙ est qnid simplex, & indiuisibile, sit totũ in seipso; si aliqua mensura esset id, qd suũ nunc, de necessitate illa esset tota in suo nũc, sicut suũ nunc totũ est in seipso. Prima autem mensura est æternitas simpliciter, qnę cum sit tota simul, tota est in suo nunc: est ẽt realiter idẽ, qd suũ nunc. quia cũ æternitas mẽsuret esse diuinum: nunc autem æternitatis mensuret diuinam substantiam; quia idem est Dei substãtia cum suo esse; idẽ est æternitas, qd nũc æternitatis. Secunda aũr mensura est ipsum tps, quod nõ est totũ in suo nunc, qs nihil est de tpe in tpso nunc, & non est idem quod suũ nunc, quia sicut non est idem motus, quod mensurat tps, cum substantia mobili quam mensurat nunc, ita non est ita tempus, quod ejus nunc. Tertia autem est mensura media, i. æuum, quòd cum sit totum simul, totum est in suo nunc: non tamen est idem, quod sunm nunc, quia sicut esse æuiternorũ, quod mensurat æuum, non est idem, quod substantia æuiterni, quam mensurat nunc æui; ita non est idem realiter æuum, & nunc æui.

Æternitas nunc.

Temporis nunc.

Æui nunc.

RSSP. AO ARG. DVB. LAT.

AD primum dicendum, ꝙ Aog. ibi accipit æuum pro æternitate simpliciter, & in multis locis Sancti accipiunt æuum pro æternitate simpliciter. sed nostra quæstio non quærit de æuo sic acceptu: sed de æuo, vt est æter-

oitas

nitas participata. quod, vt patuit, differt ab æternitate simpliciter.

Ad secundum dicendũ, ꝙ sicut æuum aliquando accipitur pro æternitate simpliciter, ita æternitas aliquando accipitur pro æternitate participata: secundum quem modum loquitur ille Auctor de causis, quòd intelligentia participatur æternitati: & Deus est supra æternitatem. Ex ipso itaque modo loquendi patet, quòd nõ loquitur de æternitate simpliciter: quia nihil est supra huiusmodi æternitatem. Argumentum ergo non concludit, ꝙ æuum, quod est mẽsura angelorum, sit idem, quod æternitas simpliciter, sed quòd sit idẽ, quod æternitas participata, quod concedimus.

Ad tertium dicẽdum, quòd non est simile de rebus mobilibus, & de rebus immaterialibus. nã omnium materialium, vt̃ communiter ponitur, potest esse vna mensura: sed non est sic de rebus immaterialibus. quia Deus, cum sit supra omne genus, non vniuocatur, nec vnitur in aliquo voluoco cum alijs rebus immaterialibus. Ideo talia non possunt reduci in mensuram vnam, nisi in mensuram aliquam vniuersalem, & extra genus: sicut dicimus, quòd omnes substantiæ mensurantur vna mensura: ita omnia æuiterna reducuntur in æternitatem simpliciter: tanquam in mensuram simplicissimam, quæ est æuum omnis æui.

QVÆSTIO II.

De Cælo Empyreo.

DEINDE quæritur de cælo Empyreo, circa qđ quærũtur quatuor. Primo de quidditate eius, quid sit. Secundo de conditionibus eius, quale sit. Tertio de notitia, quę potest haberi de ipso, vtrum possit per rationes humanas cognosci, vel inuestigari. Quarto, & vltimo de causalitate, & influentia eius. vtrũ aliquid causet, vel influat in hæc inferiora.

ARTIC. I.

An Cælum Empyreum sit corpus. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. par. q. 66. art. 3. Itẽ 2. sen. d. 2. q. 1. Alber. magn. de quatuor coæuis q. 4. artic. 13. Alex. de Ales d. 2. q. 19. D. Bonau. artic. 1. q. 1. Durandus d. 2. q. 1. Bartho. Sybilla c. 3. Dec. 1. q. 1. & 2.

A PRIMUM sic proceditur: videtur, quòd cælum Empyreum nõ sit corpus. Nam cælum Empyreum ponitur esse supra vltimũ mobile: sed supra vltimum mobile non est corpus: sed est ibi vita beata, & sempiterna, vt vult Philosophus primo Cæli, & mundi. ergo &c. T. c. 100.

Præterea cælum Empyreum est locus contemplationis, sed in contemplatione æuiternorũ ascendimus omne corpus. ergo huiusmodi cælum non est locus aliquis corporalis. Quòd autem in contemplando, omne corpus transcendamus, patet per August. 4. de Trini. dicẽtẽ: Secundum, ꝙ mente aliquod æteruum, quantum possumus, capimus; non in hoc mundo sumus. Tomo 2. c. penul.

Præterea, vt probatur in Physicis: Omne corpus mobile, & omne mobile corpus: sed cælũ empyreum non ponitur esse mobile: consequens est ergo, quòd non sit corpus. 6. Phy. T. c. 32. 42. 4. Met. t. c. 6.

Præterea omne corpus est quid sensibile, saltẽ sensu visus: cælum empyreum non est quid sensibile: ergo &c.

IN CONTRARIVM est: quia huiusmodi cælum dictum est Empyreum. i. igneum non a calore, sed a splendore, vt Doctores tradunt, & vt Beda ait: sed splendor pertinet ad rem corporalem: ergo &c.

Præterea corporalia mota localiter debent esse in loco corporali: sed vltimum mobile mouetur localiter: ergo est in aliquo loco corporali. qđ non esset nisi cælum empyreum esset corpus. nam vltra vltimum mobile est ipsum cælum empyreũ.

RESOLVTIO.

Cælum Empyreum, quod dicitur locus contemplationis, non est corpus necessitate, sed congruitate.

RESPONDEO Dicendum, ꝙ per cælum Empyreum intelligimus locum aliquem, in quo sunt angeli, & ad quem vadunt animæ beatorũ. Vtrum autem ad aliquem locum corporalem vadant animæ exutę a corpore. Aug. 12. super Gen. ad literã videtur innuere, ꝙ non sit locus aliquis corporalis, ad quem animæ separatæ vadent. Ait enim ibidem de hoc mouens. q. dicens: Si autem quæritur, cum anima de corpore exiuerit: vtrum ad aliqua corporalia loca ferantur an ad incorporalia similia corporalibus: an vero nec ad ipsa, sed ad illud, quod & corporibus, & similitudinibus corporum est excellentius. Hæc ergo quæstio triparóta est, videlicet, ꝙ animæ separatæ beatæ, vel feruntur ad corpora, vel ad similitudines corporum, vel ad aliquid, quod est excellentius tam corpore, q̃ similitudine corporũ. Quã qõnẽ soluens, vẽ velle, ꝙ nihil aliud sit regio, ad quã ferẽ aïa, nisi aliquid, vbi benè est aïæ. Vnde ait in eodẽ lib. ꝙ specialis regio, vbi aïæ benè est, merito Paradisus dici põt. Sic & in eodem 12. volens determinare de tertio cælo, ad quod feruntur aïæ beatæ: ait, ꝙ primũ cælũ intelligitur generaliter esse corporeum: per 2m aũt cælũ intelligitur similitudo corporalis, quæ spiritu cernitur: p tertiũ vero cælum intelligitur, qđ sola mẽte cõspicitur. Animę ergo beatæ 2m ipsum ad illud cælũ ferũtur, quod sola mente conspicitur: sed ad illud cælũ ferunt aïæ, in quo sunt angeli. consequens ergo est, ꝙ illi non sunt in cælo corporeo: qa dñt esse in cælo empyreo; vẽ, ꝙ hmõi cælũ quid corporale dici non debeat: immo si volumus cõsiderare verba Aug. in illo 12. non solum animæ beatę nõ feruntur ad locũ corporalem, sed nec etiam animæ damnatæ, Animæ ad quem locũ ferantur. Et vide Bar. Sybyll. super regi q. ca 2. primæ Decadis. q. 7. 9 & cap. 8. q. 3. Inferum non corporeus ex mẽte Aug.

Et si dicatur: ꝙ animæ damnatæ feruntur ad infernū, vel ad locum inferiorem; videtur ipse soluere, hoc esse metaphoricè dictū, prout in scriptura inferi non in bonam partē accipiuntur. Vnde ait: Nec mihi occurrit inferos alicubi in bono positum fuisse scripturam dumtaxat canonicam. Erit ergo sensus secundum ipsum, ꝙ animæ damnatæ dicūtur ferri ad inferna; non quia ferantur ad aliquē locum corporalem, sed quia feruntur ad regionē, vbi male est eis. quę regio non oportet, ꝙ sit quid corporale, sed quid spirituale. Et vt hanc sententiam magis approbet: volens ꝑm etymologiam nominis loqui de inferis, ait: Inferi eo, ꝙ infra sint, latinè appellantur. Et subdit: Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora. Et addit ibidem: In græca lingua origo nominis, quo appellantur inferi, ex eo, ꝙ nihil suaue habeant, resonare perhibetur. Animæ itaque damnatæ feruntur ad inferiora. i. ad aliquid triste. & animæ beatæ feruntur ad cœlum. i. ad aliquid gaudiosum, vbi est omnis suauitas. Non ergo corporaliter sunt talia intelligenda: propter quod cœlum empyreū ad quod feruntur animæ beatæ, non videtur esse quid corporale.

Magistri sent opinio de corporeitate Empyrei.

Sed Magister in litiera innixus auctoritati Bedæ, & Strabi, innuit cœlum empyreum esse quid corporale. Est enim illud cœlum vnum de quatuor cœuis: quod primum dicitur fuisse creatū. Vnde cum dicitur: ꝙ in principio creauit Deus cœlum & terram: non intelligitur de firmamēto, vbi sunt sidera, quia illud intelligitur fuisse factū secunda die: sed intelligitur de cœlo empyreo, qđ secundum Bedam statim cum fuit factum, mox sanctis Angelis est repletum.

* Cœli duo dicit & sic Aug. & Magister conciliantur.

* Vt ergo hæc cōtrouersia tollatur de medio: dicamus, ꝙ cœlum, ad quod feruntur animæ beatæ: vel cœlum, in quo sunt angeli dupliciter. Vno modo, vt dicatur huiusmodi cœlum illud, quod est ipsa beatitudo angelorum vel animarum: vel illud, sine quo nec angeli nec animæ possunt esse beati. & sic tale cœlum nō est quid corporale, sed quid spirituale. Deus enim ipse: vel visio eius: vel dilectio illa summa, quam habebimus in patria: potest dici huiusmodi cœlum. Ipse enim Deus est illa regio: in qua optimè est animę. nam ad ipsum facti sumus. & inquietum est cor nostrum: donec requiescamus in ipso: vt vult Augustin. circa principium libri Cōfes. Illud autem est tertium cœlū, ad quod * raptus fuit Paulus: ad visionem. s. Dei apertam, quæ non fit per corpus, neque per similitudinem corporis, sed per ipsam diuinam essentiam. Et sicut cœlum, vel regio superior, in qua sunt angeli, vel animæ beatæ, potest nobis dicere qđ spirituale, non corporale, sic & * infernus vel locus inferior, ad quem feruntur animæ damnatæ, potest dicere quid spirituale, non corporale. nam * pœna animarum damnatorum est duplex: vna pœna damni & alia sensus. & prima debet reputari maior, quàm secunda: plus enim debent dolere animæ damnatæ de pœna damni; quia carent tanto bono: sicut est visio Dei, quàm de pœna sensus, vt quia sentiunt sic cruciatum accerbū. feruntur ergo animæ damnatæ ad infernum. i. ad aliquid triste, vt ad pœnā dāni, vel ad pœnam sensus. Si ergo per huiusmodi triste intelligatur pœna damni: certum est, ꝙ huiusmodi triste est quid spirituale: sed si per huiusmodi triste intelligatur pœna sensus: non oportet, ꝙ nominet locum corporalem, possunt enim animæ virtute diuina habere huiusmodi pœnam: absq; eo, ꝙ sint in loco illo inferiori. cœlū ergo Empyreum. i. igneum: in quo sunt angeli Beati: & sine quo Beati esse non possunt: debet dici quid spirituale. Deus enim ipse est huiusmodi cœlum. ipse enim est cœlum igneum: quia Deus noster ignis consumens est: vel ipse est cœlum splēdidum, quia Deus lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ.

Hebr. 12. 1. Ioan. 1.

Alio modo potest sumi cœlum, qui est locus angelorum beatorum: & qui est locus contemplationis: non secundum necessitatem, sed secundū congruitatem. non enim necessarium est angelos Beatos, vel animas Beatas esse in cœlo aliquo corporali. nam & Latroni dictum fuit a Christo, vt Augustinus in eodem. 12. super Gen. recitat: Hodie mecum eris in Paradiso. Fuit enim in illo die * anima illius Latronis beata, & vidit Deum per essentiam: non tamen fuit illo die in cœlo illo corporali: & angeli, qui sunt hic inferius ad nostram custodiam deputati, semper vident faciem patris, qui in cœlis est. cœlum ergo aliquod corporale nō est de necessitate locus contemplationis: est tamē de congruitate. nam sicut animæ beatæ contemplantes Deum sunt excellentiores dignitate: sic dignum est, vt sint in excellentiori loco, vt in cœlo corporali: quod est super omnes cœlos: nisi ꝓpter aliquam specialem causam sint extra illud cœlum: sicut angeli propter custodiam nostram descendunt ad nos hūc inferius: Vel animæ etiā beatæ propter aliquam specialē causam possunt retardari ne statim illud cœlum ascendant, vel etiam ibi in illo cœlo empyreo existentes: propter aliquam causam possunt huc mitti.

Luce. c. 23. Latro licet vidit deū per essentiā sed nō fuit in cœlo corporali.

Animæ beatę multi pōt esse cœli.

Cum ergo quæritur, vtrum cœlum Empyreum, quod dicitur esse locus contemplationis: sit quid corporale; dici debet, quòd si loquimur de loco contemplationis quantum ad necessitatem, sine qua non potest esse contemplatio: sic cœlum, in quo sunt Angeli beati, est ipse Deus: vel ipsa visio aperta Dei, vel summa dilectio eius, siue per secta fruitio ipsius.

Empyreum beatitudinē necessariō incorporeū: congruenter vero corporeum.

Sed si loquamur quantum ad congruitatem, sic cœlum, quod est locus contemplationis angelorum: dicit summum cœlum corporale: quia prima die fuit creatum cœlum, quod vocatur empyreum, id est igneum: non a calore, sed a splendore. & quod dictum est de cœlo: quod est locus Beatorum, intelligendum est de inferno: vel de loco inferiori, qui est locus damnatorum. nam si huiusmodi locus dicat illud, sine quo non potest esse damnatio damnatorum: sic huiusmodi locus dicit quid spirituale: & nihil est aliud, nisi quid triste, nihil habens suauitatis.

Infernus quātum ad necessitatē est incorporeus: quātū vero ad cōgruentiā corporeus.

posset

Tomo. 1.

* Pauli raptus qđ, sed vide Barto. Sybil. vnde & quo ortus. & quotuplex rapto ei. 8 1. Dec. q. 1. & 1. & vid Gio. or.

* Infernus duo dicit.

* Damnatorū pœna duplex.

posset enim anima, vel dæmon habere huiusmodi tristitiam virtute diuina, etiam si nullum esset corpus. Sed si per infernum intelligamus locum damnatorum, non quantum ad necessitatem, sed quantum ad congruitatem, sic infernus potest dicere locũ terræ inferiorẽ. nam sicut tota terra est quasi fex elementorum, sic locus inferior in terra est quasi fex fecis. congruum est enim in tam vilissimo loco animas damnatas, & dæmones esse, qui adhærentes vilibus, à Deo diguissimo se auertunt. congruum est ergo spiritus damnatos ibi esse, nisi ex aliqua speciali causa sint extra locum illum, secundum quem modum dicimus, quòd * dæmones propter exercitiũ nostrum sunt nobiscum in hoc aere caliginoso, & animæ damnatæ propter aliquam specialem causam possent esse alibi, quàm in illo loco inferiori. Inter alias congruitates autẽ, q̃ spiritualia sint in corporalibus, hæc est potissima: propter connexionem vniuersi. nam cum sit vnus princeps. s. Deus, congruum est, quòd etiam ipse principatus huius principis, ideſt totum vniuersum sit vnum, & connexum, & quòd partes principales eius, scilicet substantia corporalis, cuiusmodi sunt ista corpora, quæ videmus, & quæ sunt in vniuerso: dato quòd non videamus illa: & substantia spiritualis cuiusmodi sunt intelligentiæ, quas vsitato nomine vocamus angelos, sint etiam connexæ. Propter quod congruum est, q̃ ipsæ substantiæ spirituales. i. angeli beati, q̃ sunt suprema pars vniuersi, sint in supremo corpore. i. in cælo Empyreo, esset enim vniuersum dissutum: si spiritualia, & corporalia non essent coniuncta. Congruum est etiã, quòd ibi sint animæ beatæ exuiæ à corpore: cum sint spirituales substantiæ. & cum erunt post resurrectionem coniunctę cum corporibus: congruum erit, q̃ simul cum corporibus sint ibi in cœlo Empyreo: vbi erunt angeli, quia vt vult Aug. 12. de Ci. Dei. c. j. nunc angeli, & homines beati facient vnam ciuitatem Dei: erit enim tunc cælum empyreũ vna ciuitas Dei; cuius ciues erunt angeli, & homines beati: & tunc infernus locus ille profundus inferior erit vna ciuitas diaboli, cuius ciues erunt dæmones, & homines damnati.

* Dæmones, & dæmonum corpus possint esse alibi, q̃ in inferno.

Beatorum ciuitas.

To. 5. c. 1.

Damnatorũ ciuitas.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd Philosophus non posuit aliquod corpus, nisi mobile: ergo secundum ipsum extra vltimum mobile non est aliquod corpus. i. extra omne corpus non est aliqd corpus. Si ergo aliquid concludit probatio Philosophi cum dicit, q̃ non est extra cælum, neque locus, neque vacuum, neque tẽpus, sed est vita sempiterna: hoc solum cõcludit, quia non est extra cælum tale aliquid. i. extra totũ vniuersum, vel extra omne corpus. nam & de numero sphærarum discordauerunt Philosophi: quidam ponentes sphæras 7. quidam 9. quidam 10. licet in hoc oẽs conuenirent, quòd non esset sphæra cælestis nisi mobilis: non est tamen inconueniens eos errasse, immo errauerunt. quia vltra vltimum mobile est cælum immobile, quod vocamus Empyreum. Ipsi tamen Philosophi nullum cœlum immobile posuerunt.

Lib. 1. cæli. T. c. 100. & 2. cæli. T. c. 37.

A Ad secundum dicendum, quòd cælum Empyreum dicitur locus contemplationis, non quantum ad necessitatem, sed quantum ad congruitatem.

Ad formam autem arguendi, cũ dicitur, quòd in contemplando transcendimus omne corpus; dici debet, q̃ contemplantes transcendunt omne corpus. non quia non sunt in corpore, sed quia obiectum contemplationis eorum: & id, quod contemplantur, excellit incomparabiliter omne corpus. sunt enim in aliquo loco corporali, vt in cælo Empyreo angeli contemplantes, sed contemplando transcendunt omne corpus, quia per eorũ intellectum, & voluntatem feruntur in Deum, qui est super omne corpus.

B Ad tertium cum dicitur, quòd omne corpus est mobile; dici debet, quòd in sequenti quæstione de hoc agetur: quomodo cœlum Empyreum sit immobile, cum sit corpus. In Resp. ad vlt. argum. art. 2.

Empyreum cœlum immobile.

Ad quartum dicendum, quòd cœlum Empyreum dicitur non esse sensibile, non quòd in se non sit quid visibile. (nam si essemus ibi, videremus ipsum,) sed dicitur non visibile nobis; quia occultatur à nobis.

ARTIC. II.

An Cœlum Empyreum sit immobile. Conclusio est affirmatiua.

C D. Th. sent. 2. d. 2. arti. 2. Et 1. par. q. 66. art. 3. Alber. magn. de quatuor cœlis. q. 4. art. 1. 5. Th. Arg. d. 2. art. 2.

SECVNDO quæritur de conditionibus illius corporis, quale sit illud corpus. Et primo quæritur de eius immobilitate. Videtur enim, quòd nõ sit quid immobile. nã magis repugnat, vt videtur, motus spiritui, quàm cuicunque corpori. Sed ipse angelus cum est in vno loco, potest postea esse in alio loco: immo ipsi angeli sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Si ergo ipsi angeli de loco mittuntur ad locum, multo magis cœlum Empyreum erit mobile secundum locum.

D Præterea, quicquid habet partes distantes: vbi est vna pars, potest postea esse alia: & per consequens omne tale est mobile. sed illud cælũ habet partes distantes, cum sit quid quantum, ergo &c.

Præterea: Natura dicit de materia, & de forma, vt vult Philosophus in 2. Phys. Quæcũque ergo habent formam in materia: hæc naturalia, quia habent in se formam materialem, & materiã: de quibus dicitur natura. sed cælum Empyreum hẽt formam in materia: cum sit corpus. ergo est quid naturale, & per consequens quid mobile, cum natura sit principium motus, & quietis eius, in quo est per se, & primo, vt in 2. Phys. dicitur. T. c. 22. Text. c. 3.

IN CONTRARIVM est quod habetur in littera, vbi dicitur quòd huiusmodi corpus est à volubilitate mundi semotum: quod non esset si esset quid volubile, vel mobile.

Dub. I. Lateralis.

An Cœlum Empyreum sit lucidũ. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 2. sent. d. 2. art. 2. Item quol. 6. art. 19. Th. Arg. d. 2. q. 2. Barth. sch. c. 3. 2. Dec. q. 2.

VLTERIVS autem, quia cõditio huiusmodi corporis non solum ponitur immobilitas, sed etiam luciditas: quæritur de luciditate eius. Et vr, ꝙ non sit lucidum: nam causa luciditatis vr esse spissitudo materiæ: & ideo videmus, ꝙ ignis in sua sphæra non lucet: quia non est spissus. Congregatio enim dyaphani vr facere spissitudinem, vt Philosophi tradunt: vt apparet in crystallo: vbi partes dyaphani congregatę luciditatem quandã generant: sed illud cœlum cũ sit quid maxime formale & subtile: videtur, ꝙ non sit spissum: & per consequens, ꝙ non sit lucidum.

Ignis i sua sphæra cur non lucear. Vide quol. 5. quæst. 17. & vide in Ketol. dub. 2. sub finẽ, cur non calefaciat.

Præterea si illlud cœlum esset lucidum, quia vndiq; nos circũdat; semper faceret nobis diem. cum enim sit tantum corpus, sponatur splendidum: tunc in reddendo lumine esset multo maioris virtutis, quàm Sol: & per cõsequens, vt diximus, semper faceret diem. sed hoc est falsum: ergo illud, ex quo sequitur: videlicet, ꝙ sit lucidũ.

IN CONTRARIVM est quod habetur in littera: vbi dicitur, ꝙ dicitur emphyreum non à calore: sed a splendore.

Dub. II. Lateralis.

An Cœlum Empyreum sit inuariabile. Conclusio est affirmatiua.

D. Thomas locis supra citatis. Thom. Arg. d. 2. q. 2.

VLTERIVS autem, quia vt dicitur, huiusmodi cœli est tertia conditio inuariabilitas: quæritur, vtrũ sit inuariabile. Et videtur, ꝙ non. quia quicquid est rarefactibile, & condensabile est variabile. Sed illud cœlũ est rarefactibile, & condensabile: quia fiet ibi sonus vocalis: quando enim & Sancti erunt ibi cum corpore: dignum erit, ꝙ ipsi sancti totum, quod habent, ordinent ad laudem Dei: ipsam ergo linguam corporalem, quam habebunt post resurrectionem, ordinabunt ad laudem Dei: propter quod erit ibi vox, seu sonus vocalis. sed hoc non posset esse nisi in corpore rarefactibili, & condensabili: ergo &c.

* Sancti in patria quo loquentur. & vide O. Th. d 2. art. 2. Vide Barthol. sub. c. 6. Dec 3. vbi ingt beatos locuturos oibus linguis. Damnatos vero hebetes, qua serpens locut' est primos parentes: & Oẽm de infia in fine. artic. Vide Aegid. Quodlibet. q. vlt.

A Præterea omne corpus, per quod fit motus, est rarefactibile, & condensabile: aliter esset dare vel vacuũ. vel duo corpora in eodem, vnde & philosophus in li. de Cœlo, & Mũdo, ait ꝙ si stella moueret ꝙ se: vel scinderet orbem, vel esset vacuũ: vel essent duo corpora in eodem: quia ergo corpora Sanctorum mouebuntur per ipsum cœlum empyreum, oportet dare alterũ horũ trium: sed multo videtur rationabilius, ꝙ illud corpus rarefactibile sit, & condensabile, quàm quòd sit dare vacuum: vel quòd sit dare duo corpora in eodẽ: ergo, &c. T. c 14.

IN CONTRARIVM est quia, vt dicebamus, huiusmodi cœlum est a volubilitate mundi semotum: quod non esset si esset rarefactibile, & condensabile.

B

Resolutio Articuli II.

Cœlum Empyreum est immobile: idque patet specialiter ordine corporum, ex ordine generali, esque ipso fine.

RESPONDEO dicendum ad quæstionem primã: quòd cœlum Empyreum est immobile, triplici via venari possum*.

Primo ex spirituali ordine corporum.

Secundo ex generali ordine, qui requiritur inter agens & patiens.

Tertio ex ipso fine, ad quem factum est. quia ad hoc factum est, vt sit locus contemplationis, & vt sit locus Beatorum.

C Propter primum sciendum, quòd videtur, vt in arguendo dicebatur, mirabile, quòd ipsi angeli, qui sunt contemplantes, possint moueri de loco ad locum, & ipsum cœlum Empyreum, quod est propter contemplantes, nõ possit sic moueri. Propter quòd sciendum, quòd aliter est in corporibus, aliter in spiritibus. nam omnia corpora mobilia dependent ex primo mobili. non autem sic oportet esse in angelis, vt quòd operatio vnius angeli secundum hunc ordinem, quem videmus, ne cessariò dependeat ex operatione alterius: si enim cessaret motus cœli: nisi Deus mutaret ordinem vniuersi; secũdum hunc ordinem, quem videmus; cessaret motus cuiuslibet corporis. Vnde in 8. Physicorum dictus est motus cœli, quasi vita in entibus, vbi Cõmentator vult, quòd ille motus vita sit in rebus mobilibus, quia sicut anima est principium motus in animalibus, & si non esset anima, non moueretur animalia; ita ille motus est principium motus in mobilibus: & si non esset ille motus, non moueretur mobilia. propter quod ille motus potest dici vita mobilium: sicut anima animalium. Ex hoc autem ordine mobilium corporum, apparere potest quòd secundum hunc ordinem, quem videmus, cœlum illud debet esse immobile. Arguemus enim ex reuelatione, & ex ordine, quem videmus. Ex reuelatione quidem supponemus, quòd supra cœlum crystallinum, siue supra cœlum aqueum: sit istud cœlum Empyreum. Sed cœlum aqueum est illud quod

Motus cœli vita. 8. c. 1.

Cœlorũ ordo, & numerus.

Philosophi

Philosophi nescientes nominare, vocauerunt ipsum vltimũ mobile, qđ sic vocãtum est, qa semp vniformiter mouetur. viderũt enim Philosophi sphęras 7. planetarũ moueri diuersis motibus: ideo super 7. sphęras planetarom posuerunt octauã sphęrã, quã vocamus cęlũ sidereũ: vbi videmus tot stellas positas. Rursus, quia viderunt illã octauã sphęram moueri diuersis motibus: posuerũt vltra octauam sphęram nonum cęlum, quod nescientes describere, cuius naturæ sit, vocauerũt ipsum primum mobile, dicentes, ꝙ ex motu eius dependeret omnis alius motus. cum ergo cęlũ Empyreum ponatur supra huiusmodi cęlum: quia ſm hunc ordinem, quem videmus, nullũ est corpus mobile, nisi quod est infra illud nonũ cœlũ: cęlum empyreum, quod est supra, non erit qđ mobile. Vñ & Isidorus libro primo de summo bono. c. 6. ait, ꝙ ips, non ad eas creaturas, quæ supra cęlus sunt, sed ad eas, quæ sub cęlo sunt, dicitur pertinere. Et sicut tempus, quod fundatur in motu noni cęli, non pertinet nisi ad creaturas, quæ sunt sub illo cœlo: ita & motus illius cœli nõ habet influentiam, nisi in corpora, quę sunt sub illo cœlo. si ergo secundum hunc ordinem, quẽ videmus: nihil est mobile inter corpora nisi ex influẽtia motus noni cęli, cęlum empyreum, quod est supra nonum cęlum, & in quod non habet influẽtiam motus noni cęli secundum hunc ordinem, quem videmus, debet esse immobile. Ex ipso ergo ordine corporum, concluditur illud cęlum esse immobile.

Empyreũ, quia est supra primũ mobile, est immobile.

Secunda via ad ostendẽdum illud cęlum esse immobile, sumitur ex naturali ordine, qui requiritur inter agens, & patiens. nam secundum Augst. 9. super Gen. ad lra id agit interior motu nobisque occultissimo: cui tamen si Deus subtraheret operationem intimam, qua eam substituit, & fecit, continuò tanquam extincta nulla creatura remanebit. Et 5. lib. eiusdem lib. ait: Movet itaq; occulta potentia Deus vniuersam creaturam suã, eoque motu illa versata: dum angeli insita proficiunt, dum circumeunt sidera, dũ alternant venti, dum abyssus aquarum lapsibus, & diuersis etiã per aerem conglobationibus agitatur, dum viretа pullulant, suaque semina euoluunt: dum animalia gignuntur, variisque appetitu proprias vitas agunt: dum iniqui iustos exercere permittũtur, explicat secula. quæ illi, cum primum condita sunt, tanquam implicita iudicauerat, quæ ramẽ in suos cursus non explicarentur, si ea illis, qui cõdidit, ꝓmodo motu administrare cessaret. Propter quod patet plane ex auctoritate prima, ꝙ si operatio diuina subtraheretur: extincta esset operatio naturæ. Et ex auctoritate secũda manifestũ est, ꝙ nisi occulta Dei potentia moueret omnem creaturam, nec angeli aliquid operari possent, nec sydera voluerẽt, nec eẽt actio aliqua creaturę. Propter quod diligenter aduertendũ est, ꝙ ordo agẽtis ad patiens instituit ordini, & actioni diuinæ: cum enim fuit creatura producta: ex ordine diuino habuit, qđd sic ageret: & ꝙ sic passa subjicerent agentibus. subiecit enim Deus passa suis agẽ

Tomo 3.

A tibus, & in omni actione creaturæ Deus subiecit actuis passiis, vt actio creaturæ possit subsistere.

Ex hoc autẽ ordine possumus arguere immobilitatẽ cœli empyrei: vt dicamus ideo illud esse immobile, quia Deus non subiecit ipsum alicui virtuti alicuius creaturæ mouentis. Posset enim illud corpus moueri à Deo: sed non est mobile, nec à seipso: quia nullum corpus seipsum mouere põt, nisi per accidẽs, nec ab aliqua creatura. est ergo illud cęlum immobile, non quòd Deus non posset ipsum facere mobile: sed modo, quo dictum est.

Cœli Empyreum à Deo solum mõ põt moueri.

Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex fine. nã oportet, vt cõiter ponitur, conditiones illius cœli accipere secundum, quòd conuenit statui beatorum, quia ad hoc factum est, & quia illi sunt in plena participatione æternæ lucis, & in plena participa
B tione pacis, ideo est illud corpus immobile.

*Resp. ad 4 ro. Ad primum dicẽdum, ꝙ vt patet per iam dicta, non est simile de angelis, & de corporibus, qa non damus vnum angelum, ex cuius motu dependeant omnes motus aliorũ angelorũ, sicut damus vnum corpus ſm hunc ordinẽ, quem videmus: ex cuius motu dependent motꝰ oĩum aliorũ corporũ. Vel possumus dicere, ꝙ ipsis beatis ad aliqđ deseruit quòd possint moueri de loco ad locum: nam ex hoc ostenduntur esse liberi arbitrij: vt possint esse in hoc loco, vel in illo: secundum quòd eis placet. Ostenditur ẽt ex hoc beatitudo ipsorum corporũ glorificatorum, quòd sint corpora illa agilia, vt quòd statim sint, vbi volet anima, sed in nullo deseruiret beatis nec quantum ad spiritum, nec quantũ ad corpus, quòd cœlum empyreum moueretur, & quia
C propter beatos factum est, ideo dignum est illud cœlum esse immobile.

Beatorum corpora glorificata statim erunt, vbi volet anima.

Ad secundum dicendum, quòd corpus ratione, qua quãtum, est mobile ſm rationem generalem corporis. nõ enim hoc repugnat illi corpori ratione, qua quantum, ꝙ sit nobile: sed rõne, qua tale q̃tum, vt quia non est subditum ſm motum alicui virtuti creatæ, vel quia non recipit influentiam ex motu noni cęli. vel quia sic factum est immobile, qa sic requirit status, & cõditio beatorũ. pp quod licet sit corpus q̃tũ, & licet rõne huius non repugnet ei, ꝙ vbi est vna pars possit eẽ alia, repugnet ĩn ei, vt diximus, prout est tale quantũ. Vel possumus dicere, vt ab aliquibus dr̃, ꝙ quanto secundum quantum non debetur locus, nec motus ſm locum: propterea mathematica non sunt
D in loco nisi similitudinarie. nam Mathematicus abstrahit à motu, & à materia. Propter quod dr̃ ĩ primo de Gñatione, ꝙ Mathematicis similiter, t. similitudinarie dandum est habere tactum, & locum.

T. c. 44. 1. 68 4. Phys.

Ad tertium dicendum, quòd naturale, vt communiter ponitur, vno modo diuiditur contra ens in anima, & sic dicitur naturale, quicquid est aliquid in rerũ natura. Alio modo ens naturale dividitur contra ens diuinum, ſm quem modum distinguit triplex modus essentialis Philosophiæ, vt patet ex 6. Meta. t. Naturalis, Mathematicꝰ, & Aegid. super 1j. Sent.

T. c. a.

Diuinus: vt dicantur illa naturalia, quæ sunt coniuncta motui secũdum esse, & diffinitionem: illa vero dicantur mathematica, quæ sunt coniuncta motui secundum esse, non secundum diffinitionem. Sed illa dicantur diuina, quæ sunt abstracta a motu: non solum secundum acceptionẽ animæ, sed etiam secundum esse, secundum quẽ mouet dum cœlum Empyreum est, quid diuinum: quia etiam secundum suum esse est immobile. Cum ergo dicitur, ꝙ natura est principium motus eius, in quo est: intelligendum est de corporibus naturalibus, quæ sunt de consideratione naturalis: secundum quem modum cœlum empyreum subterfugit huiusmodi considerationem: cum enim diffinitur natura, ꝙ est principiũ motus, &c. non potest accipi natura largè prout diffinitur a Boetio in libro de duabus naturis, & vna persona Christi: ꝙ est vnamquamque rem informans & propria differentia. sed oportet, ꝙ magis strictè accipiatur natura, secundum ꝙ est de consideratione Philosophi naturalis, qui nunquam abstrahit a motu, sed omnia considerat per comparationem ad motum: immo forte adhuc magis strictè oportet accipere naturam, quàm de ea consideret Philosophus naturalis: vt dicatur Natura illud, qd determinate est principiũ motus ad vnam differẽtiam positionis. in talibus enim natura est principium motus, & quietis, secundum quem modũ non diffinitur natura, vt est in cœlo: quia cœlum mouetur ad omnem differentiam positionis: & ibi natura est principium motus, & non quietis. nisi forte in alia significatione acciperemus quietem prout in his, quæ super physicis edidimus, in cœlo saluabimus quietem, & motum: cœlum ergo empyreum non est sic naturale, ꝙ debeat dici mobile.

Natura est principium motꝰ. intelligitur de corporibus naturalibus.

Natura secũdũ Boetiũ.

Natura ꝓprius diffinitur, quàm à philosophis propter Cœlum Empyreum, &c.

Phys. lib. 2. text. 2. editus à Doctore.

Quòd vero in præcedenti q. arguebatur: quòd omne corpus mobile, & omne mobile corpus: dici debet, ꝙ verum est de corpore naturali. Et si dicatur ꝙ naturalis potest considerare de omni corpore: dici potest ꝙ Philosophus credidit nõ esse aliquod corpus non subiaceus motui: ideo putauit, ꝙ de omni corpore considerat naturalis. verum quia illud est corpus vltra nonum cœlum, & motui non subiectum, non potest dici naturale, & mobile: sed diuinum, & immobile.

A
B
C
D

RESOLVTIO DVB. 1.

Cœlum Empyreum est totum splendidum, & lucidũ: lumen tamen à Sole non habet: nec est rarefactibile: nec condensabile.

D. Thom. 2. p. q. 66. ar. 3. ad 1. Did aũt, quod quærebatur: vtrũ illud corpus sit lucidum, dici dẽt: ꝙ fm quosdam illud corpus nõ est lucidum, ꝙ de se radios emittat: sed dt lucidũ, quia est corpus valde formale: & est de natura lucis: videntur tamen isti duplici motiuo moueri ad dicendũ, ꝙ illud corpus nõ est lucidum, ꝙ de se radios emittat. Sed dt lucidum, quia est de natura lucis, vnũ motiuũ est: ne contradicant sensui, vt enim istis, ꝙ si esset sic lucidum ꝙ emitteret radios: propter abundantiam claritatis eius semper faceret circa nos claritatem magnã: ita ꝙ absentia Solis non posset in nobis noctem causare: quod esset negare sensum. Secundum eorum motiuum est: ne cõtradicant intellectui: nam istud corpus, quod dt Empyreũ cœlum: cum sit dignius aliis: non debet esse ꝑfectius, sed rarius: vt sit formalius, nõ materialius: & quia si non sit corpus spissum: sequitur ꝙ nullos emittat radios: nam ex spissitudine contingit ꝙ aliquid sit splendidum, idest radiosum. Hoc ergo ordine procedemus in quæstione proposita: quia primo declarabimus illud cœlũ esse splẽdidũ. i. radiosum. Secũdo soluemus has difficultates prætactas: ostendentes ꝙ hoc ponere nec cõtradicit sensui, nec intellectui. Propter primum sciẽdum, ꝙ Philosophi vsque ad hoc deuenerũt, ꝙ essent nouem cœli. 7. deseruientes planetis. & 8. quod vocauerunt fidereũ, & nonum, quod nesciuerunt cuius conditionis esset: vocauerunt tamũ ipsum primum mobile: cum fm Sãctorum sniam illud nonum cœlum sit cœlum aqueum: siue cœlum crystallinum. pp quod vnus modus exponendi, ꝙ fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, q̃ erant supra firmamentum, ab aquis, quæ erant sub firmamento: est quòd huiusmodi firmamentum sit cœlum fidereum, quod dt factum secunda die: & diuisit inter aquas, quę sunt supra firmamentum, i. inter cœlum aqueum, siue inter cœlũ crystallinum: quod est supra firmamentum. i. supra octauam sphæram, siue supra cœlum fidereũ. quia cœlum illud est cœlum nonum. i. cœlum aqueum. cœlum ergo fidereum diuidit inter aquas, idest inter cœlum aqueum: quod est supra firmamentum: & aquas, quæ sunt sub firmamento. i. has aquas fluxibiles. Habet autem & aliam expositionem, sed de hoc non sit nobis curæ: sufficiat autem ad præsens scire: quòd supra cœlum fidereum est cœlum aqueum, de quo potest exponi quod dicitur: Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, domino. Huiusmodi autem cœlum aqueum dictum est: nõ a frigiditate, sed à dyaphanietate: sicut cœlum empyreum, idest ignem dictum est non à calore, sed a splendore. Est enim aqua peruia & frigida: & cœlum dicitur aqueum non quia frigidum: sed quia dyaphanum siue peruium: & ignis est calidus & lucidus: & cœlum inde dicitur igneum, nõ quia calidum, sed quia lucidum. sed non oportet sic abstringere ethymologiam vocabuli, nam si cœlum crystallinum dicitur aqueum propter dyaphanietatem: multo est magis dyaphanum, quàm sit aqua: sicut & alii cœli, vbi sunt dyaphani, sunt multomagis transparentes, & peruij, quàm sit aqua: sic & cœlũ empyreum licet dicatur igneum a splendore, multomagis est splendidum, quàm sit ignis: ita quòd si ignis non lucet in sphæra sua: illud tamen lucet in sphæra sua. si ergo cœlum empyreum diceretur lucidũ: quia esset de natura lucis: non quia esset radiosum; vel quia esset in se spissum, tunc idem esset

Aquæ supra firmamentum.

Dan. 3.

esse

esse sic lucidum, quod esse dyaphanum, & peruium, quòd non luceat, nec splendeat. ergo non differret cœlum istud igneum à cœlo aqueo, vel cœlum istud empyreum à cœlo cristallino. Sic ergo distinguimus cœlos: quia omnes isti cœli, quos videmus, sunt partim lucidi, vt vbi est stella: & partim non lucidi, vt vbi est cœlum. cœlum autem aqueum est totum dyaphanum, cœlum autem empyreũ est totũ lucidum: cõsequens est, ꝙ cœlum empyreum sit totum quasi stella, verum tamen tanta est dignitas illius corporis, ꝙ licet omnes stellæ, quas videmus, habeant lumen à Sole: illud tamen habet lumẽ à se. vt ergo distinguamus illud cœlũ à cœlo aqueo, qđ est totum dyaphanum: & vt distinguamus ipsum à cœlis planetarũ, qui sunt partim dyaphani, & partim lucidi. dicamus, ꝙ illud cœlum, oec est totum dyaphanum, nec partim dyaphanum, & partim lucidum, sed est totum lucidum, & totum quasi Sol, & quasi stella. sed vtrum sit lucidum, ꝙ non habeat de dyaphaneitate, io sequentibus apparebit.

Lib. 2. cœli. t. c. 42.

Hoc viso: volumus soluere difficoltates tactas. Et primo, quòd hoc ponere nõ contradicat sensui. dicemus enim cum Philosopho, ꝙ stella est spissior para sui orbis: sed in ipsa spissitudine sunt gradus, nam aliquando in talibus corporibus est tanta raritas, vt non obsistat visui: aliquãdo vero est ibi aliqua spissitudo, quæ visui obsistit: non tamen lumen generat, sicut apparet in corpore Lunæ: tota em luna obsistit visui: ita, ꝙ quælibet pars nobis cælat Solem, & quicquid est post lunam: non tamen tota luna lucet: immo sunt in ipsa Luna quædam partes obscuræ, & tenebrosæ. Vnde autem contingat illa obscuritas. quidã phantastice narrauerũt, ꝙ erat vmbra terræ: quidam vero, ꝙ erat idolum maris, sed nec hoc nec illud stare potest. nam nec mare nec terra semper se interponit inter solem, & lunã, sed solum hoc contingit inter metas Eclipsis. vt cũ sol est in nodo, vt in capite, vel in cauda, vel circa nodum, vt circa caput, & caudam draconis. i. circa sectiones illas, quæ sic nominatę sunt. Rursus si macula illa Lunæ esset vmbra terræ. qa si corpus transit per vmbrã oportet, ꝙ in alia, & alia parte recipiat vmbram. cum luna sit semper in continuo motu: semper in alia, & alia parte haberet maculam, quod videmus falsum. Sic si illa macula esset idolũ maris: ita, ꝙ luna esset quoddã speculum, in quo resulgeret idolum, & imago maris: tunc quia moto speculo, apparet in altera parte speculi idolum, & imago, quia luna mouetur continue, consequens esset, quòd continue mutaretur huiusmodi macula, quod videmus ad sensum falsum.

Lunæ macule vnde secundũ fabulas. Hinc ibi dixerũt esse faciem Chaya, vt Dant. in cãto Paradisi.

Lib. 2. com. 49.

Dicamus ergo cum Commen. in li. cæ. & mũdi, quòd Luna habet dinersitatẽ in partibus, & vbi est magis densa, ibi magis resplendet: vbi autem non est ita densa, vt splendorem possit efficere, videtur quandam habere maculam. Maior ergo spissitudo requiritur in his cœlis: ad hoc, ꝙ luceant, quàm ad hoc, quòd visui resistãt. Dicemus ergo, ꝙ secus est ĩ his cœlis, quos videmus, & in cœlo empyreo. nam in his cœlis, quos videmus est quadruplex differentia. aliquando. n. est tanta raritas, quòd est ibi dyaphaneitas, & transparentia, ꝙ cœlũ in illa parte est visui peruium: aliquando vero est ibi aliqualis densitas, ꝙ visui obsistit: non tamen est ibi luminositas, sed magis quædam macula, & vmbrositas, vt patet in macula lunæ: aliquando autem est ibi plus de densitate: non, quòd luceat, nec quòd appareat maculosum, sed aliquid plus participat de splendore, & apparet azurineum: sicut videmus in octaua sphęra, siue in cœlo sidereo, ꝙ vbi non apparent stellæ, nisi nubes impediant; videtur azurineus color. totum ergo cœlum sidereũ obsistit visui: sicut tota luna visui obsistit, & diuersitatem habet in partibus illud cœlum, sicut diuersitatem habet in partibus ipsa luna. sicut ergo ipsa luna in aliqua sui parte est lucida, & in aliqua maculosa: sic illud cœlum sidereũ in aliquibus suis partibus est lucidum, vbi sunt stellæ, in aliquibus autem videtur azurineum, vt vbi nõ sunt stellæ. propter quod apparet, ꝙ cœlum illud, vbi est azurineum: plus habet de densitate, quàm habeat luna, vbi est maculosa. qđ ex hoc colligi potest, quia color illius cœli azurinens, vt apparet ad sensum, plus videtur participare de splendore, quàm color lunæ maculosus. & quia vbi plus est de luce, & de splendore, ibi plus est de spissitudine: eo, ꝙ stella secundum Philosophum in de cœlo, & mundo est spissior pars sui orbis. consequens est, ꝙ cœlum illud, vbi apparet azurineum, sit spissius, quàm luna, vbi apparet maculosa. In his ergo cœlis, quos videmus, quod est lucidius, est spissius: cœlum autem empyreum non sic, quia, vt patebit, est splendidum, & aliqualiter peruium.

Cœlum sidereum azurineum dẽsius est, q̃ luna, vbi maculosa.

Lib. 2. t. com. 42.

Ex his autem possumus soluere ad superiora tacta. nam si luna etiam, vbi apparet maculosa, est ita spissa, ꝙ non est peruia, sed obsistit visui: totũ illud cœlum, quod dicitur siderum, est ita spissum, ꝙ non est peruium, sed obsistit visui. Dicamus ergo, ꝙ cœlum empyreum est lucidum, & splendidum, vt in litera dicit, & vt Beda, & Strabus aiunt: Sed ꝙ nos hic inferius non illuminet, hoc est: quia cœlum sidereum, qđ est inter nos, & cœlum empyreum, nobis eclipsat huiusmodi cœlum, & propter sui spissitudinem, & quia obsistit visui, ideo nõ permittit, vt fulgur cœli empyrei illuminet istas inferiores partes: non ergo cõtradicit sensui, si ponamus illud cœlum lucidum, & splendidum, quia non contradicit sensui: si corpus spissum, quod obsistit visui: nobis cælat corpus aliquod luminosum.

Empyreum lucidũ cur à nobis nõ videatur.

Rursus hæc positio nõ cõtradicit intellectui, quod erat secundum motiuum ponentium corpus illud nec splendere, nec lucere. Nam cũ dicitur, ꝙ corpus illud est magis formale, & ió minus spissum: & per consequẽs non lucidum, nec splendidũ; dici debet, ꝙ in istis cœlis, quos videmus, spissitudo non facit ad indignitatẽ, sed facit ad dignitatẽ, in elementis enim spissiora sunt viliora,

Spissitudo, seu densitas dicit perfectionẽ in cœlis, sed in elementis dicit imperfectionem.

Lunæ macule secundum veritatem. idem infra d. 14. q. 1. art. 1.

vihora, vt terra, q̃ est ipsissior cæteris elementis est sæx omnium elementorũ. Sed in cœlestibus partes spissiores sunt digniores. nam stella, quæ est ipsissior pars sui orbis: est etiam pars dignior. Et si volumus dicere esse formaliora, quæ sunt actiuiora: stella est pars formalior, quia actiuior: immo quia inter formas sensibiles lux videtur tenere primatum: potest hoc modo stella dici sui orbis pars formalior, quia est pars lucidior, & plus habet de luce.

Stella est pars formalior sui orbis.

Quantum autem ad cœlum Empyreum dicemus, q̃ spissiores partes in cœlo, sunt digniores: non quia spissiores, sed quia lucidiores. quicqd ergo sit de ipsissitudine: tamen si volumus cœlum Empyreum ponere cæteris cœlis dignius, debemus ipsum ponere lucidum, & splendidum, vt dicamus, quòd sicut se habet pars ad partem: ita se habet totum ad totum. sicut ergo pars lucida, vt stella, est dignior, quàm pars non lucida, siue quàm pars dyaphana: sic quod est totũ lucidum est dignius, quàm quod non est lucidum: totum cœlum itaque empyreum, quia est totũ lucidum est dignius quolibet alio cœlo. non ergo cœlum empyreum dicitur esse lucidum, quia sit de natura lucis. q̃a hoc modo quilibet orbis planetarum est quid lucidum: non. n. est alterius naturæ ✻ stella, quàm suus orbis. Si ergo stella est de natura lucis, & quælibet pars sui orbis est de natura lucis: non tamen quælibet pars orbis lucet, quia non quælibet pars est illius conditionis, q̃ possit splendere, & lucere. Non est autem cœlũ Empyreum splendidum, vel lucidum, quia sit de natura lucis, quia hoc esset esse lucidum secũdũ quid. nullus enim dicit, quòd quælibet pars cœli sit splendida: licèt sit eiusdem naturæ cum stella, quæ est splendida. non ergo deberet cœlum empyreum dici splendidum: si nec splenderet, nec luceret, sed solum esset de natura lucis. quare si absolutè, & simpliciter dicitur in littera, q̃ illud cœlum dicitur igneum à splendore: consequens est, q̃ actu luceat, & splendeat. Quia igitur illud cœlum est dignius cæteris cœlis: & quia, qđ actu splendet, est dignius, quàm quod non splendet: consequens est, q̃ illud cœlum actu splendeat, vt præ cæteris dignitatem obtineat.

* Stella est eiusdem naturæ cũ suo orbe, ca Ar. li 2 cœli t. c. 41. & 8. Cœli. t. c. 1. idẽ infra d. 34. q. 1. ar. 1.

Rursus, quia aliqui cœlorum sunt partim lucidi, & partim non lucidi, vt omnes illi 8. cœli, quos videmus, aliquod autem cœlum est, quod in nulla sui parte est lucidum, vt cœlum crystallinum: ideo supra dicebatur, quòd vt cœlum Empyreum differat ab omnibus alijs cœlis, & sit qđ dignius eis: nec debet poni partim lucidũ, & partim non lucidum: nec totum nõ lucidum: sed totum lucidum. Tertio, quia habetur in littera absolutè, & simpliciter, quod dicitur igneũ à splendore: consequens est, quòd actu splendeat, & q̃ sit simpliciter splendidum: non autem, quòd sic solum de natura lucis, & quòd sit splẽdidum secundum quid. Est autem diligenter aduertendum, quòd totum cœlum empyreum est lucidum, & splendidum, & quòd est spissius, quàm sint orbes planetarũ, qui sunt naturæ dyaphani, & non lucẽt, nec splendent, nec aliquem colorem habere videtur: nec azurineũ, sicut videtur habere octaua sphæra in partibus illis, vbi non sunt stellæ: nec maculosum, sicut videt habere Luna in partibus illis, vbi apparet esse macula. sed verum illud cœlum empyreum sit ita spissum, quòd visui obsistat, in sequenti quæstione patebit: cum quæretur. vtrũ per rationes naturales possimus inuestigare, qua de sit illud corpus. eam & crystallus dicitur esse lucidus, & splendidus, & tamen visui non obsistit. Dicemus ergo, quòd in cœlis, vt pũt patere ex dictis Philosophorũ, & Sanctorũ, qa nõ oia viderunt Philosophi, sed multa per reuelationẽ, & Spiritu sancto inspirati superadditerunt sancti, sunt 7. distinctiones.

Cœli empyrei qđ lit.

Septẽ distinctiones in cœlis.

Primo quia aliquid est ibi simpliciter spissum, & lucidum: habens à se, & non ab alio corpore, q̃ luceat, & huiusmodi corpus est solus Sol. Et ideo dicitur Sol quasi solus lucens.

Sol simpliciter ipse.

Secunda distinctio, quia aliqua sunt ibi simpliciter perua, de se non lucentia; licèt sint ex natura lucis. & huiusmodi sunt orbes planetarũ, qui de se sunt omnino perui, & transparentes: ideo tales existentes, licèt sint de natura lucis, non lucẽt: sicut ✻ ignis in sphæra sua propter sui raritatem, & dyaphanitatẽ: licèt sit de natura lucis; nõ lucet.

* Ignis in sua sphæra non lucet. Auer. 2 Cœli. com. 22. 2 Gen. c. 21. idem Alex. Auic. Algazel, & alii, quia si ibi luceret, regeret nobis cœp & pro libertate visionem stellarum & naq̃ esset ibi dẽs nobscura. Sed vide Suessl. 1. Met. c. 16 qa ✻ Aegidius quod. 5. q. 3. dic non lucere ignẽ in sua sphæra nec calefacere, qa non hẽt qđ calefaciat.

Tertia distinctio reperitur in cœlis, q̃la sunt ibi aliqua spissa, non perua, sed lucentia, & resplendentia: non per lucem, quam habeant à se, sed per eam, quam habent à Sole. & huiusmodi sunt omnes stellæ, siue sint planetæ, siue sint stellæ fixæ.

Quarta distinctio est, quia ibi est aliud nõ peruium: siue non dyaphanum, & non lucidũ, sed habens colorem maculosum, & huiusmodi sunt omnes partes Lunæ: in quibus est macula. sunt enim omnes illæ partes non transparentes, sed habentes colorem maculosum.

Quinta distinctio est, qa sunt ibi aliqua non lucentia, nec splendentia per aliud: nec omnino dyaphana, vel perua: nec habentia colorẽ maculosum, sed habentia colorem azurineum, & huiusmodi sunt omnes partes octauæ sphæræ, in quibus non sunt stellæ. Et omnes huiusmodi diuersitates, vel distinctiones sunt in istis 8. sphæris, vel cœlis; quos videmus. Et si quæratur, quæ sit causa omnium istarum diuersitatum; Dicemus, q̃ raritas, & densitas. nam sphæræ septem planetarũ, quæ sunt omnino dyaphanæ, sunt omnino raræ. Sol enim, qui de se lucet, est valde dẽs sunt stellæ siue sint planetæ, siue fixæ, quæ de se nõ lucent, sed splendent; habentes lumen à Sole; habent plus de densitate, quàm alia: excepto Sole: partes Lunæ maculosæ habent maculam ex defectu densitatis: color azurineus in octaua sphæra habet hoc ex defectu densitatis, quia semper stella, vel lucidum: est spissior pars sui orbis. Et ideo color azurineus in octaua sphæra plus habet de densitate, & de spissitudine, quàm color maculosus Lunæ, quia plus accedit ad lucidiratem.

Post istas autem quinq; distinctiones, & differentias

rentias luciditatis in iſtis 8. cœlis, quos videmus ſunt duæ differentiæ, vel diſtinctiones in alijs duobus cœlis, quos non videmus: videlicet in cœlo aqueo, vel cryſtallino, qđ Philoſophi vocauerunt vltimũ mobile, de quo dicitur in ſcriptura: Benedicite aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, domino: & in cœlo empyreo. i. in eo ſic dicto nõ à calore, ſed à ſplendore. Cœlum enim aqueum, ſiue cryſtallinũ, ſiue vltimum mobile: habet diſtinctionem ab alijs ſecũdum quandam claritatem: habet enim diſtinctionem ab alijs, & dicitur cœlum aqueum: non à frigiditate, ſed à dyaphaneitate. Illa tñ dyaphaneitas magis eſt à claritate, quàm ab alio, & ideo dicitur cryſtallinũ propter claritatem. quia aqua multa fit obſcura. ſed illud cœlum cum ſit tantum propter magnam claritatem, quaſi cryſtallinum: nõ eſt obſcurum, ſed dyaphanũ, & peruium, ſiue transparens. Cœlum vero empyreum, quod dicitur igneum non à calore, ſed à ſplendore, habet ſeptimam differentiam, & diſtinctionem ad omnes alios cœlos. Nam oportet cœlum illud eſſe tale, quòd reſplendeat. quia hoc dicunt omnes Sancti loquentes de hac materia: & oportet, ipſum ponere eſſe tale, φ aliquo modo trãſpareat. nam, quia maxima erit rẽcreatio Sanctorum, φ videbunt ſe ad inuicẽ etiam corporaliter; oportet illud cœlum ponere eſſe tale, φ Beati poſſint ibi mutuò ſe videre, vt ex hoc beati ſpeciale gaudium accipiant: & ideo quia cœlum illud dicitur igneum, cum Philoſophus diſtinguat, φ eſt triplex ignis: videlicet ignis lux: prout ignis eſt in ſphęra ſua: qui dicitur ignis lux. quia eſt de natura lucis: tamen nec lucet, nec ſplendet propter claritatem ſuam. Secundo dicitur ignis, qui eſt ignis carbo: qui habet eſſe in materia denſa, & cõpacta. Tertio dicitur ignis flamma: qui ſplẽdet pręommibus alijs, & eſt aliquo modo clarus. quia ſi aliquid valde lucidum eſſet in flamma, poſſet ibi apparere. Sic ergo imaginabimur, φ totum cœlum empyreum non ratione caloris, ſed ratione ſplendoris eſt quaſi quædam flamma. ibi ergo poſt reſurrectionem corpora Sanctorum exiſtentia, quæ lucebunt ſicut Sol, non ſicut Sol nunc, ſed ſicut Sol tunc, qui erit in luciditate ſeptuplus. quia tunc lux ſolis erit ſicut lux 7. dierum; erunt in illo cælo empyreo, vel in illa flamma, quaſi quædam gemmæ ſplendidiſſimæ longè ſplendidiores, quàm ſit illud cœlum empyreum, vel illa flamma, vt ex hoc beata corpora videant ſe ibi ad inuicem, & exinde reſultet tantũ gaudium, & tanta delectatio, vt facũdum illud genus viſionis maior cogitari non poſſit.

Dan. 3.

Ignis triplex, & cur in ſphæra ſua ſit ignis lux, & nõ lucet.

Rasp. ad arg. dvb. ii.

AD primum dicendum, φ ſolutum eſt per iam dicta: nam illud corpus debet poni dignius alijs: ideo debet poni illo modo ſotmale, & illo modo ſubtilius, φ ſit alijs dignius: nõ autem, φ ſit indignius: ideo debet poni ſplendidum: non autem non ſplẽdidũ.

Ad ſecundum eiam patet ſolutio per iam dicta. quia, & ſi illud cælum acto ſplendet, non tamen hic inferius nos illuminat, nec facit nobis diem. quia lumen illud, vt patuit, nobis cęlat cælũ fidereũ, ſiue octaua ſphęra, q̃ aliquo modo, vt patuit, eſt tota ſpiſſa, & nõ oculis noſtris peruia.

Empyrei lumẽ cur à nobis nõ cernatur.

Resolvtio dvb. ii.

Neceſſitas eorum, quæ ponuntur in Cælo, nullam prorſus condenſationem, nec rarefactionem ibi admittit, cum nullam peregrinam paſſionem patiatur: Neque id poſtulat Beatorum locutio, quæ fiet per aerem connaturalem in gutture complãtatum: & ſonus vocalis per Empyreum, tãquam per organum multiplicabitur, nulla penitus ſciſſura medij facta.

AD id autem, quod quærebatur vtrum illud cœlum ſit rarefactibile, & condenſabile; Dici debet, quòd cum alij cæli ſint ab omni peregrina impreſſione remoti; propter quod nec ſunt rarefactibiles nec condenſabiles, vt poteſt haberi ex dictis Philoſophi; multomagis iſtud cælum, quod eſt cęteris dignius, eſt ab omni peregrina impreſſione remotum: nec rarefactibile, nec condenſabile poni debet. Vnde & Iob loquens de cælis ait: Numquid cum eo fabricatus es cælos? qui ſolidiſſimi ſunt, & quaſi ære fuſi ſunt; minus dicit, & plus intelligit. nam licet ſit valde ſolidum, quod eſt ære fuſum; attamen & de eo, quod tale eſt, poſſet aliquid amoueri. Sed cæli tta ſolidi ſunt, vt nullo modo ſcuſſuram pati valeant. Vnde & Phiolſophus in de cælo, & mundo. pro magno inconuenienti habet, quòd ſtella moueatur ſine orbe, ne ponatur ſciſſio orbis.

Cœlorum ſolidus ex cellit omnia ſolidorum.

Lib 2. 2. cõ. 46. 47.

Aliqui tamen Doctorum non videntur habere pro inconuenienti, quòd illud cælum ſit rarefactibile, & condenſabile. Quod dupliciter declarare nituntur. Primo per ea, quæ ponuntur in alijs cælis. Secũdo per ea, quę debemus ponere in Beatis. Nam aliqui Aſtronomorum, vt Ptholomæus ſentire videtur, ſemper inter duas ſphæras cæleſtes, vt poſſent ſaluare eorum motum, poſuerunt aliquod corpus rarefactibile, & cõdẽſabile. Quare ſi inter ſphæras ipſas cæleſtes ponitur aliquod tale corpus, ergo ponere cælum empyreum eſſe tale, videlicet rarefactibile, & conden ſabile, non videtur inconueniens ſecundum iſtos. Item hoc idem videtur eſſe ponendũ per ea, quæ debemus ponere in Beatis. nam dicere, φ beati cum erunt ibi in corpore, non loquantur, videtur abſurdum. cum ergo ſonus nõ fiat niſi in corpore rarefactibili, & condenſabili, videtur, φ cælum Empyreum ſit rarefactibile, & condenſabile: nec hoc eſt, vt aiunt, ad indigentiam illius corporis. quia hoc habebit, vt eſt organum beatorum: non eſt autem modicæ dignitatis eſſe talium organum.

Opinio aliena.

Hæc autem motiua non ſufficienter concludunt intentum. Nã falſum eſt, quòd inter ſphæras cæleſtes ſit aliquod corpus rarefactibile, & conden-

Confutatio.

T.c.16.

condensabile. nam secundum Philosophum in de cœlo,& mũdo: Corpora sicut se extẽdũt ad situm, sic se superant dignitate. vt quæ sunt superiora situ, sint excellentiora dignitate. corpus aũt rarefactibile, & condensabile, quod est corpus patiens peregrinam impressionem, ponere inter duas sphæras cœlestes, vel super aliquam sphæram cœlestem: est omnino ridiculum. vltra.u. orbem Lunæ non se extẽdit sphæra actiuorũ, & passiuorũ, nec aliquid vltra solis orbem est, qđ patiatur peregrinam impressionem. dicere autem, ꝙ propter motum sphærarum oporteat ponere corpus tale, nullam habet apparentiam. nam illæ sphæræ taliter se contingunt, vt nullum intercipiatur vacuũ inter eas, & solidissimæ sunt, vt propter motum nullam peregrinam impressionem patiãtur. Irrationale itaque est ponere tale corpus inter huiusmodi sphæras. quia si aliqua causa est, quare poni debeat tale corpus inter huiusmodi sphærat, vel hoc erit propter motum, ne sit vacuũ, vel propter corpora mobilia, ne lædantur. Ad neutrũ autem horũ est vtile. non enim est vtile hoc ponere propter motum: ne sit vacuum. quia motus circularis non requirit mediũ, nec spatium, & sphæræ illæ, vt diximus, sic se contingũt, vt nihil vacuitatis sit ponere inter eas. Nec etiam ponẽdũ est tale corpus inter cœlestes sphæras propter corpora mobilia, ne lædantur. qa, vt dixim⁹, sphæræ illæ solidissimæ sunt, vt nihil læsionis pati possint. Secundum etiam motionem propter sonũ vocalem non concludit. quia dato, ꝙ ibi sit talis vox in patria, non oportet ponere, ꝙ cœlum empyreũ sit rarefactibile, nec condensabile. Quia, enim tale cœlũ ponitur esse organũ beatorum: quanto nobilius potest poni tale organũ, saluando ea, quæ saluanda sunt in beatis, tanto nobilius poni debet. & quia absq; eo, ꝙ ponamus tale corpus posse scissuram pati, saluare possumus, vt patebit, ꝙ ibi esse valeat sonus vocalis; tũ irrationale est ponere nobile corpus posse pati peregrinam impressionem, & esse rarefactibile, & condensabile. Quærunt ergo isti adhuc dissolui hãc difficultatem, quomodo ibi esse valeat sonus vocalis, sed non concludunt intentum. Sciẽdum ergo, quosdam sic distinxisse de sono: Sonus alicubi est realiter tantũ: alicubi intentionaliter tantũ: alicubi intentionaliter, & realiter. In illa enim parte, vt aiunt, aeris, vbi fit, & generatur sonus, est realiter tantũ: post partem autem illam, quàmdiu fit sonus cum scissura, & motu aeris, est ibi intẽtionaliter, & realiter: sed postquàm multiplicatur sonus sine scissura aeris, est ibi intẽtionaliter tantum. Non est credibile, quòd vox animalis tantum de aere perturbet, & moueat, quãtum à remotis auditur, quòd sola enim motio labiorum, vel impulsio aeris ad vocalem arteriã tantum de aere à remotis vndiq; sciudat, quantũ auditur: nullus sanæ mentis concederet. Propter quod cogimur ponere, quòd multiplicet se sonus in aere, vltra quòd aer scindatur, vel moueatur, & quia sonos realiter generatur ex scissura aeris. cogimur ponere, quòd in aliqua parte aeris fit sonus intentionaliter tantum. Quòd ergo ponatur sonus alicubi intentionaliter tantum: alicubi tantum intentionaliter, & realiter, veritatem habet. Sed quòd alicubi ponatur realiter tantũ, non credimus verũ esse. Mouebantur enim hoc ponẽtes hoc motiuo, nam io aere primo scisso est sonus realiter, ille autem aer ad aerem immediatè assistentem dupliciter comparatur, & vt scindens, & vt intentionaliter immutans. Prout ergo aer primo scissus scindit aerem proximũ, generatur ibi sonus realiter, sed prout aer primo scissus habet in se sonum realiter, & immutat aerem secundo scissum, sit ibi sonus intentionaliter. Propter qđ in aere primo scisso, vt aiunt, est sonus realiter tãtum. In aere vero secundo, vel tertio, vel quotiẽs deinde erit scissio, erit sonus realiter, & intentionaliter. In aere sũt non scisso, quàmdiu se multiplicat vlterius sonus erit sonus intentionaliter tantum. Sed nulla est ratio, quare ser primo scissus habens in se sonũ realiter possit facere in aere secundo scisso sonum intentionaliter, & quòd aer secundo scissus habent in se sonum realiter, non possit facere in aere primo scisso sonum intentionaliter. semper enim fit Echo, & semper reuertitur sonus, licèt non semper sit huiusmodi Echo fortis, vt declarãtur in secundo de anima, vt probat Philosophus per ea, quæ fiunt in luce: & vt ibi ī scriptis nostris diffusius declarauimus. ergo qua ratione aer primo scissus facit sonum intentionalem in aere secundo scisso: pari ratione reuertitur sonus, & aer secundo scissus, & facit intentionem soni in aere primo scisso. Sed in hoc multum inũstere, est extra propositum pergere: sufficiet autem ad propositum scire, quòd sonus alicubi est realiter, & intẽtionaliter: vt vbi fit sonus cum scissura aeris: alicubi est intentionaliter tantum, vt vbi fit sonus sine scissura medij. Secundũ ergo hæc dicemus, quòd * Beati in gutture habebunt aerem connaturalem, & complãtatum, sicut nos in auribus habemus aerem connaturalem, & complantatum, vt declarari habet in secundo de anima. t. 82. Ille ergo aer connaturalis per impulsum factum ad vocalem arteriam, sciudetur realiter, & generabitur ibi sonus: ex illo autem sono realiter, per cœlum empyreũ multiplicabitur sonus intentionaliter tantum, vt possit ibi esse sonus vocalis, & vt alius alium audire possit. Et ad hoc valet motionum illud de organo beatorum. erit enim illud cœlum in hoc organum beatorum, vt per ipsum deferantur voces à beatis prolatæ. Quòd autem hoc possit fieri sine scissura cœli: non est mirabile. nam & sine scissura aeris potest deferri sonus vsque ad auditum. est enim sensus susceptiuus specierum sine materia. sufficit enim, quòd sonus in parte illa medij, quæ est iuxta auditum, sit intentionaliter tantũ, ad hoc, quòd auditus percipiat huiusmodi sonum. Et quia ad esse sonum intentionaliter tantum non requiritur scissura medij, poterit cœlũ Empyreũ in hoc esse organũ beatorũ, & esse mediũ deferẽs similitudinẽ vocis à beatis ꝓlatæ: absq; eo, ꝙ cœlũ empyreũ scissurã aliquã patiat.

RESP.

Sonus in fit in cœlo empyreo. Vide Tull. de somnio Scipionis, vbi Platoni cẽ tribuerit musicãdari in cœlo, sed à nobis audiri nõ posse, & aliudit ad Ari. qui dixit. 2. de anima t. com 123. 3 de anima t. 7. Excellẽs sensibile corrũpit sensum.

Sonus aeris perficitur in aere.

T.to.84.

Aegidius est dict prima li. 2. d anima, q. 2. Sent.

* Beati in patria cœlesti quo loquantur. Vide huius Dist. sup. q. 2. ar. 2. & distinct quod 6. q. 2. Vide Alb. Magn de 4. coqua. q. 6. ar. 4. & quo sermone ar. 5 Anth. Sybilla. c. 6. Dec. 3 alij Orbis lingua.

Empyreum organũ beatorũ ad loquendum.

RESP. AD ARG. DVB. II.

AD primum dicendum, quòd vt patet per iam dicta, ad hoc, quòd in cœlo Empyreo sit sonus vocalis, sufficit, quòd aer plantatus, & connaturalis sciudatur, & generetur ibi sonus: nō autem oportet, quòd ipsum cœlum Empyreū sciſſuram aliquam patiatur.

Beatorum corpora. vide d. 8. q. 2. art. 4.

Ad secūdum dicendum, quòd hoc faciet subtilitas corporis glorificati. corpus enim glorificatum potest esse, & moueri in alio corpore. Mouebuntur enim Beati per cœlū Empyreum, sed propter hoc non erit ibi vacuum, nec sciſſio cœli, sed erunt corpora glorificata simul cum cœlo Empyreo, sed de hac tractare ptinet non ad hūc librum, sed ad quartum.

Glorificatio corporū ad 4. lib. sent. pertinet.

ARTIC. III.

An Cœlum Empyreum esse, humanis rationibus inuestigari possit. Conclusio est negatiua.

Th. Arg. d. 2. q. 2. art. 1. Barth. Syb. cap. 3. Dec. 1. q. 1. 2.

QUERITVR quæritur de notitia, quæ potest haberi de illo cœlo. vtrum possit inuestigari per rationes humanas. Et videtur, quòd sic. nam si possumus per rationes humanas inuestigare, quod est longinquius ab intellectu nostro, multo magis inuestigare poterimus, quod est propinquius. sed secundum Philosophum in secundo Metaphy. Intellectus noster ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, se habet, sicut oculus noctuæ ad lucem diei. igitur ad Deum, qui est manifestissimus in natura, nos se habemus, quasi noctua ad solem, & hoc videtur summè remotum ab intellectu nostro. Sed possumus per rationes naturales inuestigare Deum esse: qui est sic improportionatus intellectui nostro, multo ergo magis per rationes naturales inuestigare poterimus ea, quæ sunt infra Deum, quæ non sunt nobis sic improportionata. cœlum itaque Empyreum est nobis sic inuestigabile.

T. com. 1.

T. com. 12.

Præterea, nostrū intelligere, vel est phantasia, vel nō est sine phātasia, vt dicitur in primo de anima: Quæcunque ergo possunt habere in imagine nostra idolum, & phantasma, sunt magis nobis intelligibilia, quàm quæ phantasma habere non possunt, sed per rationem naturalem inuestigare possumus substantias separatas, etiam, q̄ phantasmate carent, multo ergo magis hoc poterimus de cœlo Empyreo.

Præterea per rationes naturales inuestigare possumus substantias separatas esse. quia habēt aliquem effectum in hæc inferiora: sed cœlum empyreum, vt patebit, habet influentiam in ista corporalia, & in illa inferiora, ergo per rationes naturales inuestigare possumus huiusmodi cœlum esse.

A

IN CONTRARIVM est, quia quæ per rationes naturales inuestigari possunt, fuerunt à Philosophis sufficienter declarata, & determinata, vel saltem aliquo modo tacta: de cœlo autem Empyreo nullus Philosophorum, non solū non sufficienter determinauit, sed etiam nec aliquid tetigit, quòd sit tale quid. per rationes ergo naturales inuestigari non potest.

Dub. Lateralis.

An Cœlum Empyreum, quale sit, humanis rationibus inuestigari possit. Cōclusio est affirmatiua.

B

Th. Arg. d. 2. q. 2. art. 2. & vide eosdem Doct. supra citatos.

VLTERIVS antem, suppositō, cœlū empyreum esse: dubitatur an possit per rationem inuestigari, quale sit. Et videtur, q̄ non. quia quale esse præsupponit esse. quod ergo non potest inuestigari, q̄ sit: non poterit inuestigari, quale sit.

Præterea: ea, quæ sunt remota à sensibus, facilius inuestigantur, q̄ sint: quàm, q̄ quid sint, vel qualia sint, vt apparet in substantijs separatis: de quibus statim possumus scire eas esse: non autē quid, vel quales sint. Vnde quid sint, & quales sint, etiam sapientes sapientibus contradicunt: omnes tamen supponunt eas esse: quare si de cœlo empyreo nō possumus inuestigare, q̄ sit; multomagis non poterimus inuestigare quale sit.

C

IN CONTRARIVM est. quia multi Doctorum supponendo cœlum esse: per rationē arguunt quale debeat esse.

Resolutio Artic. 3.

Cœlum Empyreum esse, humana, & necessaria ratione inueniri non potest: sed quidem probabilis: idque ex parte vniuersi: ex parte motus: & ex parte numeri in vniuerso.

RESPONDEO dicendum ad q. primam, q̄ cum q̄ritur: vtrum per rationes inuestigari possit cœlum empyreum esse: dici potest, q̄ per rationes necessarias hoc inuestigare non possumus: possent tamen ad hoc adduci probabiles rationes. Propter primum sciēdum, q̄ vt declarari habet in lib. Posteriorum: nostra cognitio incipit à sensu. quod ergo nō est in sensu, vel per se, vel per suos effectus: à nobis per necessarias rationes inuestigari non potest. Inuestigamus enim per rōnes, esse octo cœlos inferiores, & rationabiliter inuestigamus esse nonū cœlum: alitèr tamen, & aliter: natura inuestigemus octo cœlos esse. quia ipsi secundum se sunt in sensu: inuestigamus etiam 7. cœlos 7. planetarū

D

1. Post.

esse

esse alios ab inuicem. quia videmus illos 7. Planetas non habere omnino eũdem motum. Et ideo, quia quilibet planeta in motu discordat ab alio, cum non moueatur stella, nisi motu sui orbis: dicimus cuiuslibet planetæ esse aliũ, & aliũ orbem. Sic etiam, quia manifestè videmus octauã sphæram habere aliũ motũ à motu cuiuslibet planetarũ: dicimus sphæram illã esse aliã ab orbibus planetarum. Ex his ergo, quæ videmus in sensu, vel quæ ostendit sphæræ percipiũtur sensu, & fm se, & in se; ideo multa possumus per rõnẽ inuestigare de eis. Sed de vltimo mobili nõ est sic. ipsum. n. fm se, & in se nullo modo subiacet sensui. Diximus enim in qõne præcedenti, q vltra octauã sphæram, non extendit se sensus noster. est. n. tota illa octaua sphæra spissa, vt non sit visui peruia, & vltra illam nihil videre possumus, licèt non sit in qualibet sui parte æqualiter spissa. nã in aliquibus suis partibus non habet tantam spissitudinem, quòd videatur ibi esse lux, sed videtur ibi esse quidã color azurineus: in omnibus tamen partibus habet spissitudinem tantam, q visui obstitit, & q vltra illam non extenditur visus. propter quod cœlum nonum, siue vltimum mobile fm se, & in se non subiacet sensui. Tamen fm suos effectus sensui subiacet. nam compertum est per instrumenta astronomica, & per armillas, quòd octaua sphæra mouetur diuersis motibus. Et quia omnis difformitas, reducitur ad vniformitatem: & quia vna, & eadem sphæra non posset habere diuersos motus, nisi esset aliqua alia sphæra superior illa, quæ eam giraret, & reuoluerer (ex quo compertum est octauam sphæram moueri diuersis motibus) rationabiliter ponitur, quòd sit aliqua alia sphæra super illam eam girans, & reuoluens. Et etiam, quia oẽs isti octo cœli, quos videmus, mouentur diuersis motibus, vt istam difformitatem ad vniformitatẽ reducamus: supra omnes istos octo cœlos ponimus nonum cœlũ mobile, quod semper vniformiter circumfertur. Potuerunt ergo Philosophi sufficienter per rationes inuestigare nonũ mobile esse: sed quale illud nonum mobile sit: vtrum sit totũ dyaphanum, vel totũ lucidũ, vel partim hoc, & partim illud: sufficiẽter inuestigare nõ potuerũt. Sic ergo dicendũ est de nouẽ cœlis: sed de decimo cœlo, quod dicimus Empyreũ, qa nec ipsum fm se subiacet sensui, nec secundum suos effectus sufficienter sensui est subiectũ; ideo per rationes necessarias non ritiam habere de ipso non est possibile, sed per rationes probabiles inuestigare ipsum esse, non est inconueniens.

Pnsumus autẽ ad hoc rõnes probabiles adducere. Primo ex parte perfectionis, quæ est in vniuerso. Secundo ex parte motus, quem in vniuerso aspicimus. Tertio ex parte numeri, quem videmus in vniuerso. Propter primum sciendum secundum Philosophum in 7. Phys. c. 37. & 41. & 12. Met. t. c. 31. quòd quando est hoc, & hoc: si reperitur postea vnum sine alio, quòd reperitur aliquid, quod sit mouens, & motum. si reperitur postea aliquid, quod sit motum, & non mouens; ad perfectionem vniuersi requiritur, quòd inueniatur aliquid mouens, & non motum. Hac autẽ demonstratione vsi sunt Philosophi ad probandum esse aliquod mouẽs immobile. quia, ex quo multa sunt mouentia, & mota: si separatur motum à mouente, quia reperitur aliquid, quod ita est motum, quod non est mouens; probabile est, quòd separetur mouens à moto, & quòd sit aliquid ita mouens, quòd non sit motũ. si etiam reperitur hydromel. i. aliquid compositum ex aqua, & melle, quia reperiuntur ista coniuncta, & reperitur aliquod horum separatum ab alio; consequens est, quòd reperiatur aliud separatum ab illo, vt si reperitur mel separatum ab aqua, consequẽs est, quòd reperiatur aqua separata à melle. Hoc ergo modo arguemus in proposito, vt quia reperitur cœlum partim lucidum, & partim non lucidum, sicut sunt omnes isti octo cœli, quos videmus; si separetur vnum ab alio, vt si reperitur aliquod cœlum totum nõ lucidum: sicut dicitur esse cœlum crystallinum, vel vltimum mobile; consequens est, quòd separetur aliud ab illo, vt quòd separetur lucidum à non lucido, & quòd inueniatur cœlum totum lucidum; cuiusmodi dicimus esse cœlum empyreum. Sed ista ratiò probabilis est. ✻ nã nisi per aliquid aliud rectificetur huiusmodi regula, ex hac argutione vniuersali non concludetur intentum, sed inuenietur instantia. Nam vniuersaliter loquendo, nõ valet: Sꝑi aliqua duo sunt coniũcta, si vnũ naturaliter separatur ab alio, q aliud naturaliter separetur ab illo. nam inueniuntur coniuncta substantia, & accidens; & inuenitur substantia, quæ naturaliter est separata ab omni accidente, sicut substantia prima: ipse. s. Deus, in quo nihil est per accidens, tamen naturaliter nũ potest inueniri aliquod accidens, quod sit separatum ab omni substantia. Nam si naturaliter esse posset, quòd aliquod accidens esset separatum à substantia: illud accidens non esset aptum natum inesse, cum haberet ex natura sua, quòd non inesset. quare non esset accidens, sed substantia.

Secũda ratio ad hoc idẽ sumitur ex parte motus, quem videmus in vniuerso. nam omnis motus videtur fundari super aliquo immobili. motus ergo localis alicuius corporis præsupponit aliquod corpus secundum locum stabile. Vnde Aug. 8. super Gen. ad litteram volens ostendere, quòd motus localis innititur alicui stabili secundum locum, ait: Non mouetur digitus, nisi sit fixa palma: sic non mouetur palma, nisi fixo articulo cubiti: nec cubitus, nisi fixo articulo humeri. Discurrens. n. ibi Augustinus per singula ostendit, quòd semper motus est ab immobili, & corpus motum præsupponit corpus immobile. vltimum ergo cœlum motum præsupponit cœlum immobile, hoc est autem cœlum empyreũ: ideo videtur ex hoc probari tale cœlum esse.

Sed hæc ratio licet sit probabilis, non concludit. nam quod mouet, est in loco. sicut ergo aliquid mouetur, sic est in loco. quod ergo mouetur in aliquo, sicut mouentur mota motu recto,

est

Tomo 1.

*Id vide apud Doct. 1. Phys. Lect. 14. vbi dat rectificatoꝛ hui⁹ regulæ.

* Hic Auer. 12 Meta c. 15. In Omni copolito ex duobus, quorũ alterũ pót eẽ ge, ité & alterũ pót eẽ ge, nisi compositum sit substantia, & accidẽs idem Auer. 8. Phys. c. c. 37.

est alicubi, sicut contentum in aliquo, vel sicut contentum in loco. sed qđ nou mouetur in aliquo, sed circa aliquid, non oportet, ꝙ sit in loco tanqnàm contentum in aliquo, led tanquàm aliquid cótinens. Et quia ✻ hoc modo mouetur cælum. ideo non mouetur tanquàm contentũ in aliquo, sed tanquàm continens aliquid. Ideo dicit Commen. 4. Physic. quòd cælũ ✻ est in loco per accideus, vt per centrum. nam quia cælum mouetur circa terram. ideo est in loco, quia continet terram, sed contiuendo terrã, terra est in loco. Ideo benedictũ est, quod cælum est in loco, quia centrum est in loco: quærimus enim cælo locum, non quia sit in aliquo, sed quia est circa aliquid: sicut damus cælo localem motũ, nó quia moueat in aliquo, sed quia mouetur circa aliqd. Vnde & Philosophus determinãs de loco in 4. Phys. t. c. 46. ait: Terra est ✻ in aqua: aqua in aere: aer in igne: Ignis in cælo: cælũ aũt nou amplius est in loco: accidit enim sphæræ motæ circulariter, ꝙ contineatur, & ꝙ mouetur in aliquo, sed per se est, ꝙ talis sphæra continet, & quòd mouetur circa aliquid. Ideo poluerũt Philosophi, ꝙ quia quod est per se est vniuersaliter, quod est per accideus, non est vniuersaliter, sed cõuenit nõ esse. ideo omuis sphęra cælestis mota mouet circa aliquid, & continet aliqd: nõ autẽ omuis talis sphæra mota, mouet in aliquo fm ipsos Philosophos, nec continetur ab aliquo. fm enim eos vltimum mobile à nullo continetur. Potest enim esse, & est vltra vltimũ mobile aliquod cælum. Sed ꝙ per rationes necessarias possimus probare sic esse, non est possibile, licèt, vt patet, ad hoc habere possimus probabiles rationes. Quod vero dicebatur, quòd corpus mobile præsupponit corpus stabile, dicerent Philosophi, quòd corpus mobile circa aliquid præiupponit corpus aliquod stabile, circa quod mouetur: non autem præsupponit corpus aliquod stabile, in quo moueatur, & quia cælum mouetur circulariter circa aliquid: ideo dicerent Philosophi, quòd sufficit dare stabile, circa quod monetur: nou autem oportet dare cælũ aliquod stabile, in quo moueatur. Est itaque dare cœlum stabile, in quo mouetur cœlum, quod est vltimum mobile, vt patet ex littera, & ex auctoritatibus Doctorum: hoc tamen per rationes necessarias probare non possumus.

Tertia via ad hoc idem sumi potest ex parte ipsius numeri, quem aspicimus in vniuerso. nam omuis numerus vadit vsque ad denarium: post denariũ autem reuertitur numerus, vt postquã sumus ad 10. reiteramus, quod diximus, & dicimus vnum, & duo, & sic de singulis, vt patet ex auctoritate illorum, qui se intromiserunt de numeris. & quia visum est ab aliqbus Philosophis, quòd principia rerum sint numeri: ideo rerum principia poluerunt in numero denario, vt patet ex opinione Pythagoræ, secundum quòd recitatur in 1. Metaph. qui posuit 10. genera ex parte bonorum, & 10. ex parte malorum. secundum hunc ergo modum cum sphætæ cælestes habeant rationem causæ, & principij respectu istorum inferiorũ: videtur 10. tales sphæras esse ponẽdas. Sunt ergo 7. sphæræ planetarum, & 8. sphęra, quæ dicitur cœlum sidereum, & nona sphæra, quæ dicitur cœlum aqueum, vel crystallinũ, quod vocauerunt Philosophi vltimũ mobile, & 10. sphæra, quæ dicitur cœlum empyreum. Si ergo probabile est, ꝙ ponãtur 10. sphęræ, eo ꝙ numeri vadũt vsque ad 10. probabile est, ꝙ ponatur cœlum empyreum, quod est decima sphæra. De istis autem sphęris cęlestibus locutus est Philosophus in 1. Metaph. fm opinionem Pythagoræ: vbi dicitur, ꝙ nouẽ existentibus manifestis, decimum addiderunt. Sed sic probare cælum empyreum: est procedere per quædam cõia, & probabilia. nam, ꝙ sint 10. sphætæ sicut vsq; ad denariũ vadunt numeri: est quoddam argumentũ logicũ: nou aũt est ratio necessaria. Rursus ponẽdo etiã 10. sphæras: nó propter hoc possumus sufficienter habere, ꝙ sit cælum empyreum. nam aliqui dicerent, ꝙ prima sphæra est sphæra actiuorum, & passiuorum: & postea sunt septẽ sphætæ septem planetarum, & postea est cælum sidereũ, & decima sphæra est vltimum mobile. Et ad hoc magis videtur ire iutẽtio Philosophi, vt de Pythagoricis dicit, ꝙ nouẽ sphæris existentibus manifestis, decimã addiderunt. Sed de hoc quot sunt cęli fm August. 12. super Gen. aliqui posuerunt esse cęlos 7. aliqui 8. aliqui 9. aliqui 10. & sic intelligenda est auctoritas Philosophi, ꝙ sunt nouem sphæræ manifestè, & ꝙ decima à Pythagoricis fuit addita. Infra tamẽ, cum disputabitur de operibus sex dierum, de hoc diffusius pertractabitur. nunc autem in tantum dictum sit, quòd per rationes necessarias non possumus probare cælum empyreum esse, sed per rationes probabiles, non proprias, sed logicas, & communes, vt per habita manifestum est.

Cœlũ mouetur per se, nó tamẽ est in loco per se. qa non mouet motu recto. & mouet totu, quia nouet secũdũ se totum. Et quiescit oẽ, qa est sẽper in eadẽ distantia à centro. 8. Phys. t. 76.

Cœlũ primũ sphęra est in loco per accidens, ex Auer. c 43. & ex Arist. 4 li. Phys t 45. Itemq; alia est in loco ꝙ accidẽs, teste Arist t. c 45.

Cœlũ qđo sit in loco, lege Doct. 4. Physic. Lect. 8.

Denarius numerus ẽ numerorũ finis.

Pythagoræ ꝓdicamẽta. Cap. 3.

Cœlorũ numerus, & nomina.

Cœli 10. ex opinione Pythagoræ.

Decimam sphæram dixerunt ἀντίχθονα. i. terræ adiunctam.

Resp. ad 4m. Artic. III.

AD primum dicendum, quòd Deus est improportionatus intellectui nostro in scieudo, quid est: non aũt in sciẽdo quia est. Vnde Dam. 1. lib. cap. 1. ait, quòd non dereliquit nos Deus cum omnimoda ignorantia sui. Et subdit: Omnibus enim cognitio existendi Deum ab ipso naturaliter mensurata est. Et idem eodem lib. c. 4. dicit: Quoniam igitur est Deus, manifestum est quid vero: est secundũ substantiam, & naturã, incõpræhensibile est hoc omnino, & ignotũ. Magis ergo est proportionatũ intellectui nostro, vt sciamus Deũ esse, quàm cælum empyreum esse: nam omnis creatura hoc clamat, quòd Deus sit: non autem sic manifestè cõspicere possumus ex his, quæ videmus in creaturis, cælũ empyreũ esse. Quòd autẽ omnis creatura clamet Deum auctorem suum: patet per Augustinum 15. de Trin. dicentẽ: Neque enim diuinorum librorum tantummodo auctoritas, esse Deum prædicat, sed omnis creatura, quæ nos circuostat: ad quam nos etiam pertinemus: vniuersa ipsarũ rerũ natura procla-

Tomo 3. Cap 4.

mat: habere se Deum præstantissimum Conditorem.

Ad secundum dicendum, ꝙ non solum Deũ esse, sed etiam substãtias spirituales esse, sunt magis certi sapientes, quàm esse ista corporalia. Vnde August. 12. super Gen. ad litteram circa finem
To. 3. c. 4. ait: Sapientes autem in his corporalibus visis: quàmuis eis potentiora videãtur, certiores sunt tamen in illis, quæ præter corporis speciem, præter corporis similitudinem intelligendo perspicinnt: quàmuis ea non valeant ita mẽte conspicere, vt hæc corporalia sensus corporis intuetur. Substantias ergo spirituales esse, magis sunt certi sapientes, quàm etiam ista corporalia, quæ vident. ergo multo magis sunt certi esse illas substantias, quàm esse cœlum empyreum, quod nõ est nobis visibile: tamen si supponamus cœlum empyreum esse, magis possumus imaginari quale sit: quia da eo possumus nobis formare idolum, vel phantasma, quàm possimus imaginari, quales sint substantiæ separatæ, de quibus phãtasma formare non possumus.

Empyrei influentia. Ad tertium dicendum, ꝙ si cœlum empyreũ habet influentiã in hæc corpora, quæ videmus: ille tamẽ effectus non ita percipi potest à nobis, sicut effectus substantiarum separatarum, qui est motus supercœlestium corporum. nam magis per cœlum empyreum arguimus influẽtiã eius, quàm econuerso. Ponentes enim cœlum empyreum esse, arguimus ipsum habere influentiam, & actionem in huiusmodi corporalia: non ergo valet, ꝙ si per rationes naturales inuestigare possumus substantias separatas per suos effectus, ꝙ similiter naturalis rationis ductu p effectũ illius cœli possimus arguere illud esse: cũ potius supponẽdo illud cœlũ esse, arguamus eius effectum.

Resolvtio dvs.

Cœlum Empyreum quale sit, suppositio ipso, in vestigari potest.

Ad autem, quod secundo quærebatur, vtrum præsuppositio, illud cœlum esse, possumus inuestigare, quale sit: dici debet, quòd supponendo, illud cœlum esse propter ipsos beatos, aliqualiter possumus inuestigare de conditionibus eius.

Sed in hoc est diligenter aduertendum, quòd quando inuestigationibus nostris concordãt auctoritates Sanctorum. quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines: tunc possumus inuestigationibus illis firmius adhærere: quando vero inuestigationes nostras non possumus p Sanctorũ testimonia confirmare: quantũcunque inuestigationes illæ videantur probabiles: in rebus sic arduis non debemus opiniones nostras pertinaciter asserere: cogitantes, quòd anima nostra multum temporis in ignotãtia apponit, & valde de leui decipitur.

Plus omnia de nomina. t co. 49. Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quòd dignum est omnia à fine denominari, vt dicitur in secundo de anima. Et in secundo Physicorum habet, quòd finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem. Si ergo illud factum est propter beatos, oportet, quòd sit tale, secundum ꝙ conuenit statui Beatorum. Illi autem sunt in plena participatione quietis, lucis, & æternitatis. Propter hoc arguemus cœlum illud esse immobile. quia est locus Beatorum, qui sunt in plena participatione quietis. Dicimus illud esse splendidum. quia sunt in plena participatione lucis: dicimus ipsum esse inalterabile, nõ rarefactibile, nec condensabile: quia Beati, quorũ est locus, sunt in plena participatiõe impassibilitatis, & æternitatis, secundum ꝙ quæstiones præcedentes declarabant. Hæc autem possumus asserere de illo cœlo. quia possumus talia per Sanctorum, siue per Doctorum auctoritates cõfirmare. Nam, vt patet ex littera, cœlum illud dicitur ignenm à splendore, & vt in textu habetur, est illud cœlum à volubilitate mundi secretum, siue remotum. Ex hoc autem debemus, ꝙ est quid stabile, & immobile: propter quod cõsequens est, quòd non sit nec rarefactibile, nec cõdensabile, & quòd non possit scindi. quia talia sine motu esse non possunt: scissura enim non potest esse sine locali motu. sic etiam pars alicuius rei condensata aliquo modo mutat locum. quia occupat minorem locum, & pars rarefacta aliquo modo locum mutat. quia occupat maiorem locum. Asserere ergo possumus quale sit illud corpus. quia est splendidum, & habet alias conditiones tactas. sed specificare qualiter sit splendidum, possumus probabiliter ostendere. Sed probabilitates illas, nisi valde certè conspiciamus sic esse, non debemus pertinaciter asserere: certum est enim ex quo illud cœlum est splẽdidum, quòd non est omnino dyaphanum, sicut sunt orbes planetarum. quia esse sic dyaphanum, & esse splendidum stare non potest. Credimus enim, ꝙ ignis sit multo magis dyaphanus, quàm aer, & orbis lunæ, quàm ignis, & sic procedẽdo semper orbes planetarum superiores sunt dyaphaniores, vsque ad octauam sphæram, quã sensu percipere possimus dyaphanam non esse: Nam si, vt famosa, & publica astronomorũ opinio clamat, ✻eminor stella visu perceptibilis est maior tota terra. quia, quod ✻ famosum est non est rotaliter falsum, possumus huic dicto famoso assentire: potissimè cum, hoc aliqui Sanctorum asserant. Nam cum dicitur in Euangelio, ꝙ stellæ cadẽr de cœlo: exponũt sancti, ꝙ ✻ stellæ aliquæ runc de cœlo cadent, quia non apparebũt non autem, ꝙ cadant ad litteram: cum sint stellæ maiores terra: quo posito non haberent vbi caderent. Si ergo stella est tantæ magnitudinis, licet sit valde remota, ꝙ sola remotin faceret eam sic modicam apparere, non est bene probabile. Dicemus ergo, ꝙ quando aliquid videtur per diuersa media. Si medium, quod est propinquius oculo est subtilius, & medium propinquius rei visæ est grossius; runc res visa videtur multo maior, vt apparet in vase vitreo pleno aliquo liquore

To. c. 81. 89. & 90.

Empyrei cõditiones.

Contra dictio. * Visa perceptibilia stella minor, est maior tota terra. idem in prol. & d. 10. q. 2. dub. 2 & sd. 14. q. 1. art. 1 ait Lunam esse minorẽ terra. Sed vmbra contradictoria tugatur, cũ eius dictũ intelligatur de stella ostante phasm. & de aliis, non de eo. alibus.

* Famosum non est omnino falsum. idem Auerr. 2. Post. c. 16 & 1 de somno, & vigilia c. de insomnia.

* Stellæ quo modo dicãtur cadere de cœlo ex Matt. 24.

liquorem tento lo maou, quòd digiti videntur multo maioris quantitatis, quàm existant? Et quia oppositorum oppositi sunt effectus, si oppositio modo fiat, vt quòd medium iuxta oculum sit grossius, & iuxta rem visam subtilius: tunc oppositio modo fiet, & res illa videbitur multo minor. Et quia aer, qui est iuxta oculum est grossius igne, & ignis non est tãtæ dyaphanitatis, sicut orbis Lunæ: & quia orbis superior est adhuc subtilior, & magis dyaphanus, semper subtiliatur visus, & semper minoratur angulus, sub quo videtur res visa. Et quia fiunt ibi tot subtiliationes visuales, & tot minorationes angulorũ prius, quàm perueniatur vsque ad stellas, quæ sunt in firmamento: quantumcunq; stellæ illæ sint valde maiores terra; mirum est, quòd possint visu notari, vel percipi? magna est ergo dyaphanitas, & magna raritas in orbibus planetarum: esse autem cœlum empyreum sic clarum, & sic dyaphanum, & simul cum hoc, esse splendidum; recta ratio non admittit. Habet ergo spissitudinẽ: sed, vtrũ habeant tãtã spissitudinẽ, quãtam habent planetæ, & stellæ, quas videmus, merito dubitatur. nam potest dici aliquid splendidum, & si sit transparens, licèt nõ posset dici splendidũ, si esset ita transparens, sicut ignis, vel sicut orbes planetarũ. Nã crystallus transparens est, & tã dicitur splẽdidus. Iuxta illud Apoc. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum, tanquàm crystallum. Posset ergo illud cœlum poni splendidum, & splendidum plus, quàm crystallus, & tamen posset habere aliquam transparentiam. videtur autem hoc satis probabile, quòd quodam transparentiam habeat. nam in illo cœlo eruot corpora beatorum, sicut sunt modo eot pora uostra in aere: differenter tamen, quia aer cedit corporibus nostris. sed illud cœlum nõ cedet, sed erit simul cum corporibus beatis. differunt etiam, quia corpus uostrum, eo quòd est graue, nõ potest esse in aere, nisi substentetur ab aliquo alio corpore. sed illa corpora beata, quia erunt agilia, non indigebunt tali substentamento, sed erunt in hac parte cœli empyrei, vel in illa, vt eis placebit. Sicut ergo est ad solatium nostrum, quòd existentes in aere, tanquàm in re aliqua transparente: vous possit aliam videre: sic videtur esse ponendũ in illo cœlo, quòd ibi corpora beata existentia à se inuicem videbuntur: erunt autem illa corpora beata multo lucidiora, quàm cœlum empyreũ: vnde resultabit ibi maximus decor, quia apparebuot ibi illa corpora beata, quasi lucidissima quædam astra. Dicemus itaque, quòd in istis astris, quæ videmus, ad hoc, quòd sint lucida, requiritur valde magna spissitudo: immo in talibus aliqua spissitudo sufficit, vt non fiat ibi traosparentia, & non sit visui peruia, quæ non sufficit ad locẽ, sicut apparet in macula Lunæ. Est enim ibi tanta spissitudo, quòd non est visui peruia: tamen quia partes illæ, vbi est Luna maculosa, non sunt tantæ spissitudinis, sicut sunt partes aliæ: ideo non lucent sicut aliæ: sic etiam hoc apparet in cœlo sidereo,

Stellæ cur tam paruæ nobis videantur cũ vnaquæque sit maior tota terra.

Apoc. vlt.

Empyreum transparẽs.

Spissitudo necessaria, vt astra sint lucida.

Lunæ partes cur maculosæ.

A

B

C

D

siue octaua sphæra, vel in firmamento: quòd vbi videtur esse color azurineus, est tanta spissitudo, quòd non potest visu penetrari: non tamen est tanta, quòd splendeat, & quòd faciat stellam, quæ dicitur esse spissior pars sui orbis. Verum quia cœlum Empyreum est merito excellentioris naturæ, quàm sint isti cœli, quos videmus; ideo dicere possumus, quòd potest esse illud cœlum splendidum etiam non habens spissitudinem tantam, quòd nullo modo sit peruium visui. ponemus enim illud cœlum esse organum Beatorum: non solum in hoc, quòd deferantur per ipsum similitudines vocum audibilium, vt possint beati sibi inuicem loqui vocaliter; sed etiam, vt deferantur per ipsum similitudines specierum visibilũ, vt possint beati mutuo se videre. In istis ergo cœlis, quod est lucidum, non est dyaphanum, & quod est dyaphanũ non est lucidum. & ideo dicuntur partim lucidi, & parti dyaphani, vel partim non lucidi. Sed illud cœlum, & est lucidum totum, & aliquid participat de dyaphaneitate: tamen quia denominatio debet fieri à digniori: non dicitur totum dyaphanum: nec partim dyaphanum, sed totum lucidum. Secundum hoc ergo distinguetur istud ab alijs cœlis. nam cœlum Crystallinum, quod dicitur cœlum aqueum, vel vltimum mobile: potest dici esse rarius, quàm istud cœlum, & potest dici esse ita rarus, quòd est ita peruiũ, & dyaphanum, vt non spleodeat. Vel dato, quòd cœlum crystallioom non sit rarius, quàm empyreum, non est tã sic splendidũ. Isti ergo octo cœli, quos videmus, non sunt toti lucidi, nonũ mobile, siue cœlum crystallinum in nulla parte est lucidum, sed est totum peruium. Vode, si dicitur aqueum, vel crystallinum, nõ est hoc à spissitudine, vel à luciditate: sed solum à transparentia, & quia est oculis pernium. Sed cœlum Empyreũ dr totũ lucidũ, & nõ totũ huiusmodi cœlũ dr esse quasi stella, vel esse quasi Sol, differenter tamen, qa stella, & Sol ita lucent, & splendent, quòd nõ sinot peruij: sed cœlũ empyreum vnũ habet per quandam excellẽtiam, videlicet splendorem: aliud tamẽ per quandam participationem, videlicet pernietatẽ, vt deseruiat ipsis beatis ad visum, & auditũ. Ex conditionibus ergo beatorum supponendo cœlum empyreũ esse propter beatos, possumus probabiliter multa arguere de conditionibus huiusmodi cœli: magis autem possumus probabiliter inuestigare, quale sit illud cœlum, supponendo ipsum esse, quàm possumus per rationes inuestigare, quòd sit, si non supponatur esse. Nam, q illud cœlum sit stabile, sit lucidum, sit aliquid participans de transparentia, quasi ex proprijs arguimus, & multum appropinquamus demonstrationibus factis per causam finalem: cum illud cœlum ponatur esse factum propter beatos, & hoc videatur requirere conditio beatorum. Sed quòd illud cœlum sit: probare per numerum denarium, quia vsque ad 10. vaduot numeri, & ideo ponendæ sint 10. sphæræ: on llo modo est arguere per proptia, nec per appropin-

Empyreum quo ab alijs cœlis distet.

Empyrei conditiones magis demonstrabiles.

quantia proprijs. Nã sic possemus arguere sphæras cœlestes esse 7. vel 28. cũ isti sint numeri perfecti, & vt videt, melius sit ponere sphæras cœlestes in numero perfecto, quàm in aliquo alio numero. Sic etiã & aliæ rationes arguentes cœlum empyreum esse: non erant sic ex proprijs, vel ex appropinquantibus proprijs: sicut ea, quæ dicta sunt, ex quibus supponitur est illud cœlum esse, & conclusum, quas cõditiones habeat, & quale habeat esse.

Ad maiorem autem intelligentiã dictorum, dicemus, ꝙ cœlum illud supremũ, qui est locus Beatorũ, dicitur empyreum. i. igneum secũdum Magistrum in littera: non à calore, sed à splẽdore. Propterqd multũ vẽ rationale, quòd dicatur similis igni flammæ. quia ignis flamma plus habet de splendore, q̃ ignis carbo, & quàm ignis, q̃ est elementũ. Nõ ergo in igne, sed in cœlo igneo, vel in cœlo simili igni, erunt corpora Beatorũ.

Secũd, & dicunt quõ in igne.

Sed si huiusmodi cœlum igneũ vellemus vocare ignem, diceremus, ꝙ in igne erunt Beati, & in igne erunt damnati. quia ignis beatorũ erit omnino supremus, quia cœlum empyreum est supra oẽs cœlos: sed ignis dãnatorũ est oĩno infimus, quia est in infimo infimi. i. in infimo terræ. Rursus ignis beatorũ, siue cœlum illud igneũ, multum lucet, siue multum splendet, & nihil ardet. Vnde, vt patuit, dictũ est illud cœlum esse igneũ, non à calore, sed à splẽdore. econtrario autẽ ignis damnatorum multum ardet, & multum cruciat, sed nihil lucet, & nihil splendet. Quãta ergo erit gloria beatorum, quando post resurrectionẽ erũt in illo cœlo igneo. i. in illo cœlo quasi flammeo? quorum corpora lucebunt sicut Sol, non sicut Sol nunc, sed sicut Sol tunc. De quo dicitur Esa. 30. quòd erit lux solis septempliciter. Non ergo in igne, vel in flamma, sed in quadam resplendẽte, sicut flamma, & plus, quàm flamma, erũt corpora beatorum relucentia sicut Soles: sicut ergo multum delectaretur visus: si in resplendente videret rem multum splendidiorem, sic multum delectabuntur beati, quando in cœlo empyreo resplendente videbunt seipsos longe splendidiores. Sicut ergo sidera sunt quædam ornamenta cœli siderei, sic corpora beatorum erũt quasi q̃dam sidera, & quasi quidam Soles, & erũt ornamenta cœli empyrei.

Dubitatio.

Sed diceret aliquis, quòd illud cœlũ igneum nullo modo est transparens, & magis habet similitudinẽ ignis carbonis, quàm ignis flammæ: nihilominus tamen corpora Beatorum ibi se inuicem videbunt. quia erunt illius potentiæ oculi beatorum, vt in re non dyaphana, vel non transparenti videant, siquid ibi lateat: vel erũt illius potentiæ corpora beatorum, vt suam speciẽ multiplicare possint per rem non dyaphanam. Dicemus ergo, quòd nihil est in hac materia pertinaciter alterendum, nisi quatenus per scripturã sacram haberi potest: illud tamen ponendum est, quod probabilius dici potest. probabilius quidem est, quòd illud cœlum si habet similitudinẽ ignis, ꝙ sit potius simile igni flammæ, quàm igni carboni. cũ ignis flamma lõgè plus resplendeat, quàm ignis carbo, & probabilius est, ꝙ illud cœlum sit transparens aliqualiter, vt sic vlteriori miraculo corpora beatorum ibi resplendeant, & quia flamma simul cum splendore habet aliqualem transparentiam, ideo quæ prolata sunt videtur probabiliter esse dicta.

Solutio.

Resp. ad arg. dub.

Ad primum dicẽdum, ꝙ quia quale est, præsupponit rem esse, non possumus inuestigare, qualis sit res, nisi supponamus, eam esse: non tamen propter hoc sequitur, ꝙ difficilius sit inuestigare, qualis res sit, supponẽdo eam esse, quàm probare illam rem esse, si non supponatur esse: immo ꝙ vt patuit, possumus in proposito supponendo cœlum empyreum esse, probabilius inuestigare quale sit, quàm probare ipsum esse, si negetur esse.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile de hoc cœlo empyreo, & de substantijs separatis. quia, cum huiusmodi cœlum sit corpus, possumus facilius imaginari, quale sit, quàm possimus de substantijs separatis.

ARTIC. IIII.

An Cœlum Empyreum influat in hæc inferiora. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 2. sent. d. 2. art. 3. Item Quol. 6. art. 19. D. Bonau. 2. p. d. 2. art. 1. q. 2. Ric. d. 2. q. 9. Durd. 2. q. 2.

Varto quæritur de causalitate, & influentia huiusmodi cœli. vtrum influat in hæc corporalia. Et videtur, ꝙ non. nam corpus nõ agit nisi per motũ: cum ergo huiusmodi cœlum sit immobile, videtur, quòd nihil agat, & nihil influat.

To. 3.

Anima cœli.

Præterea, omni corpore præstantior est substantia spiritualis, vt vult Augustin. super Gen. ad litteram in pluribus locis. sed secundum Auctorem in Commẽto tertię propositionis de causis, anima est inferioris operationis, quàm intelligẽtia, quia ipsa non imprimit res, nisi per motum: & loquitur de anima cœli. Si ergo anima cœli non habet aliquam operationem in aliqua corporalia, nisi per motum; videtur, ꝙ nullum corpus possit habere operationem, nisi per motũ: cœlum empyreum est immobile, ergo &c.

Præterea: alius est status gloriæ à statu generationis, & corruptionis, qui competit viæ. sed cœlum empyreum ordinatur ad statum gloriæ: ergo non videtur eiusdem ordinis cum alijs cœlis, per quos fit generatio, & corruptio. sed corpora, q̃ non sunt eiusdem ordinis, non habent influẽtiã ad inuicẽ. cœlũ ergo empyreũ nõ bẽt influentiã in alios Cœlos, & per consequens nec in alia

corpora,

corpora, quia oporteret huiusmodi influentiam transire per cœlum.

Præterea Angeli sunt multo nobiliores cœlo Empyreo, sed Angeli nullã rem alterare possunt, nec disponere possunt ad formam, nec formam inducere, nec talem influentiam facere: multo ergo magis hoc non poterit cœlum empyreum.

IN CONTRARIVM est, quia semper corpus continens si non habeat contrarietatem ad contentum, videtur esse quid saluãs, & quid habent influentiam in corpus contentum; sed cœlum empyreum, non habet contrarietatẽ ad alia corpora, & continet alia corpora: ergo habet aliquam influentiam in huiusmodi corpora.

Præterea isti cœli, quot videmus per influentiam, quam habent in hæc inferiora, sunt in obsequium beatorum. quia hoc modo generabuntur electi, & implebitur numerus electorũ: multo ergo magis cœlum empyreum, quia videtur ad hoc esse factum, vt sit organum beatorum: habebit influentiam in ista corporalia, vt sic faciat ad generationem hominũ, & impleatur numerus electorum.

RESOLVTIO.

Cœlum Empyreum influit in hæc inferiora ratione connexionis Vniuersi: ratione perfectionis, & ordinis.

RESPONDEO dicendum, quòd secundũ quosdam; cœlum Empyreum nullam influentiã habet super alia corpora. Iunituntur autem eis, quæ in argumentis dicebantur: videlicet, quòd corpus non habet influentiam in alia corpora, nisi per motum. quia, vt aiunt, ipsa anima in hoc deficit ab intelligentijs; quia non imprimit nisi monendo, siue per motum. ideo secundũ eos multomagis cœlum empyreũ, quod est corpus: non nisi per motum poterit aliquid influere. Sed hoc motiuum non de necessitate concludit, verum enim est, quòd non est influentia à corpore aliquo secundum hunc ordinem, quẽ videmus, nisi supponatur esse aliquis motus. attamen multa corpora mouent actu, absque eo, quòd ipsa sint actu mota. Videmus enim, quòd magnes mouet ferrum, & trahit ad se ferrum, quod esse non posset, nisi haberet aliquam influentiam, & causalitatem aliquam super ferrum. Ipse tamen magnes non mouetur. Quia si dicatur, quòd magnes non attrahit ferrum, nisi alterando, & agendo, &, quia omne tale agens naturale in agendo, patitur; ideo videtur, quòd moueatur. Dicemus, q̃ dato, q̃ aliquid patiatur magnes in agẽdo: nõ tamen quia patitur, agit. Si enim calidum agit in frigidum, & ex hoc ipsum calidum patitur, & infrigidatur: tamen non quia patitur, agit: nec quia infrigidatur, calefacit: sed magis per hoc ab agẽdo, & calefaciendo impeditur: non ergo oportet corpus esse motum actu, ad hoc, quod moueat actu. & si corpus in mouendo, mouetur: & si in alterando, alteratur: non oportet, quòd suum moueri, & alterari sit causa, q̃ moueat, & alteret.

Magnes quo ad se trahit ferrũ. Auer. 7. Phy sic. com. 10.

Agens offi agẽdo patit. Arist. Phys 2. c. 8. & Auer. ib. dẽ. intelligitur de agente, qd cãcat in materia.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, q̃ non est influentia corporis, nisi ex præsuppositione motus. vt adamas secundum hunc ordinẽ, quem videmus, nullam influentiam haberet in ferrum, nisi præsuppositio aliquo motu, in cuius virtute influeret in ferrum. Ideo nisi esset motus primi cœli, in cuius virtute mouetur, & agũt omnia corpora: nõ esset aliqua actio, & passio in corporibus, nisi Deus hunc ordinem immutaret. Est enim cœlum primum in vniuerso, vt Rabi Moyses ait: sient ✻ cor in animali, cuius motus si ad horam quiesceret, statim finiret animalis vita. sic quasi est quædam vita in vniuerso, quòd res sic agunt, & patiuntur ad inuicem. Sicut ergo dicuntur ✻ aquæ viuæ, quia fluunt, & vna pars impellit aliam, & dicuntur aquæ mortuæ, quæ non fluunt, & quæ sic se non impelluot: sic quasi quodammodo totum vniuersum potest dici viuum: inquantum omnes res naturales sic ad inuicem se impellunt: habendo actionem in se inuicem, & habendo influentiam, & causalitatem in se inuicem: huiusmodi autem vita tota periret: si cessaret motus cœli. Propter quod bene dictum est, quod diritur in 8. Physic. De huiusmodi motu, quòd est vita quædam omnibus subsistentibus natura, i. omnibus entibus naturalibus. Non est ergo influentia ab aliquo corpore, nisi mediante hoc motu. Ipsum etiam cœlum Empyreum secundum hunc ordinem, quem videmus, diceremus non influere in alia corpora, nisi mediante motu cœli. ipsum enim cœlũ non reciperet talem influentiã, nisi moueretur.

Influentia nõ est sine aliquo motu.

*Cor si ilia si ad horã quiesceret, statim finiret animalis vita.

* Aquæ cor uiuæ dicuntur, & mortuæ.

T.c.2.

Aduertendum tamẽ, q̃ sicut est in artibus, sic est in agentibus, nam aliquando ars superior accipit ab inferiori, & agit aliquando, mediante inferiori, aliquã ecõuerso: qñ aũt superior accipit ab inferiori: tunc accipit in obsequiũ, & ars inferior est quasi organum quando econuerso, tunc accipit quasi regulam, & quasi aliquod directiuũ. Accipit enim militaris, vel equestris à frenifactiua, vt accipit ipsum frenum, sed hoc est in sui obsequium. sed frenifactiua accipit ab equestri, vel à militari, quia imperat hæc ars illi, qualiter debeat frænum facere. sed quod accipit frænifactiua ab equestri, hoc est quasi regula suæ actionis, quia sic illa agit, vt illa imperat. Sic dicemus in proposito, quia hæc corpora inferiora habent influentiam, & causalitatem ad inuicem, mediante motu cœli, sed hoc est tanquàm mediante regula, & directiuo, & cœlum empyreũ habet influentiam in alia corpora mediante motu cœli tanquàm mediante organo, & instrumento. Vel aliter possumus dicere, quòd ad hoc, q̃ sit causalitas, & influentia rerum in res; oportet, quòd & hæc res possit agere, & illa pati. Si ergo hæc inferiora habent causalitatem, & influentiã ad inuicem mediante motu cœli, & virtute illius motus: hoc est tã propter agẽs, quã patiẽs. Nam nec talia agentia agere, nec patiẽtia pati possunt: nisi in virtute illius motus: sed si cœlum empyreũ nõ influeret in hæc inferiora, nisi per motum

Artium cõparatio.

Inferiorum corpora in ordine ad inuicem mediante motu.

cœli: hoc est magis ex ratione passorum, quàm ex parte agentis: agens enim illud ex sua actione non dependet ex motu cœli: sed ista passiua corpora non possent influentiam recipere, nec aliquid pati, nisi in virtute illius motus. Non ergo cogimur ponere, ꝙ ipsum cœlum empyreũ moueatur: ad hoc, quòd influat in alia corporalia. Et cum dicatur, ꝙ ipsa anima cœli non agit, nisi mouendo: dicemus, ꝙ anima cœli sic agit mouẽdo, ꝙ ipsa tamen nõ mouetur: hoc etiam modo est & cœlum empyreum, & in hoc aliquid participat in modo mouendi substantiarum spiritualium, ꝙ ipsum in se non motum mouet, & agit in alia corpora. Vnde & isti idem aliquando tenentes, ꝙ cœlum empyreum nullam habeat influentiam in alia corpora: dicunt alibi ꝓbabilius teneri, ꝙ influentiam habeat. Quod declarant per simile in Angelis. nam (vt aiunt) Angeli supremi, qui assistunt: habent influentiã super alios Angelos, qui mittuntur, licet ipsi nõ mittantur. Sic & cœlum empyreum secundum eos habet influentiam super copora, quæ mouẽtur: licèt ipsum non moueatur. Addunt etiam, ꝙ huiusmodi influentia non est, vt aliquid transiens, vel aliquid aduenies per motum: sed aliquod fixum, & stabile. vt puta, ꝙ cœlum motum aliquam virturem habeat conseruandi res, vel aliquid causandi in ea per cœlum empyreum.

Angelorũ sucetia.

Habito quomodo aliqui diuersimodè sentiunt circa influentiam cœli empyrei: & ostenso quomodo per viam motus non possumus sufficienter huiusmodi influentiam negare: volumus adducere rationes, ꝙ cœlum empyreum habet actionem in alia corpora. quod tripliciter ostẽdemus. Prima autem ratio sumitur ex parte connexionis vniuersi. Secunda ex parte perfectionis. Tertia ex parte ordinis. Debemus enim arbitrari, quòd vniuersum est in optima dispositione. quia vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Cuncta ergo sunt valde bona. quia secundum Augustì. in Eneburidion: Vnumquodque in se bonum est, & omnia valde bona: si ergo omnia sunt valde bona, & totũ vniuersum in optima dispositione; consequens est, ꝙ sit connexum, perfectum, & ordinatum.

Bonum in se vnumquodq; est. Idque melius, & diffusiue i lib. 3 de Gen. ad literam c. 24. to. 3.

Prima ergo via sic patet: nam videmus in rebus duplicem contactum, vnum secundum superficiem, qui non se profundat in rem aliã secũdum virtutem, qui se profundat in re. tangunt enim se corpora secũdum superficiem: prout vltima sunt simul, & tangunt se secundum virtutẽ: prout per virtutem suam vnum agit in aliud, & per operationem profundat se vsque ad intima eius. Primus autem contactus est valde modicus, & modicam connexionem facit. Secundus autem est magnus, & ex hoc in vniuerso magna cõnexio oritur: prout vna res se profundat in aliam & corpora nobilia, & vniuersalia, cuiusmodi sunt cœlestia, se profundant in oia. virtus em̃ cœli, & virtus solis, & stellarũ attingit vsq; ad intima terræ. ita, ꝙ cœlum per actionem suam influit in quamlibet partem. modicum enim cœlum connecteretur ad alia, si solum secundum superficiem attingeret ea, & non secundum actionem se profundaret in ipsa. Concludere ergo cœlum empyreum, ꝙ sit tam nobile, & tam vniuersale. (qa est omnia continẽs,) & excludere ipsum ab actione: est ipsum excludere ab hac connexione, & est ponere, quòd omnia non sint valda bona, & ꝙ totum vniuersum non sit in optima dispositione. quia non est plenè connexũ: cum nobilissimũ corpus ponat ab hac cõnexione exclusũ. To. 3.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ordine vniuersi. nam in hoc stat ordo vniuersi, ꝙ corpora magis formalia, & nobiliora agũt, & influunt in alia corpora. Vnde Augus. 3. de Trinitate To. 3. c. 4. ait, ꝙ sub ipso Creatore creaturæ mirabiliter disponuntur. qnia corpora inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur. In hoc enim secundum ipsum ordinatissimis creaturæ motibus, ordines omnium creaturarũ sub ipso Creatore mirabiliter disponunt: si ergo cœlum empyreum non influeret in hæc infetiora; esset excludere ipsum ab hoc ordine. Propter qd esset ponere vniuersum non in dispositione bona. quia excellentius corpus in ipso esset exclusum ab hoc ordine, in qno relucet magna pulchritudo vniuersi.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte perfectionis vniuersi. nam in hoc stat magna perfectio vniuersi, ꝙ nulla res est destituta ꝓpria operatione. quàm diu ergo durat generatio, & corruptio in rebus: (cũ corpus nõ possit habere operationem in seipsum, qnia nullum corpus est ad se cõuersiuum:) oportet, ꝙ habeat aliquã actionẽ in aliud: vel aliter videretur destitutum propria operatione, si nihil ageret. Quid autẽ post resurrectionem erit? quia cessabit actio, & passio elementorum, & cessabit motus cœli. Dicemus autem, ꝙ tunc immorabitur iste ordo: nunc autem, quàm diu iste ordo durat, non est corpus, quòd non habeat operationem in aliquod corpus, & ꝙ ita sit priuatum omni virtute, vt non possit aliquid agere in aliud. Hæc enim tria, substantia, virtus, & operatio: secundum Dio. & Dama. vniuersaliter reperiuntur in omnibus rebus. Cum ergo cœlum empyreum nõ possit habere actionem in spiritum, nec in seipsum: cum sit totũ vniforme: si non haberet actionẽ in alia corpora: videret esse destitutũ ꝓpria operatiõe.

Rsspons. ad arg.

Ad primum dicendum, quòd, vt patet per iã dicta: motus requiritur ad influentiam, vel ex parte agentis, vel ex parte passi: & secundum hũc ordinem, qué videmus, nullum corpus recipit influentiam ab alio corpore, nisi sit motum, vel nisi sit subiectũ corpori mobili: non tñ oportet, quòd corpus influens, & agens semper moueatur. põr enim corpus influere, & agere in aliud corpus absque eo, ꝙ per ipsum in se moueatur.

Ad secundum dicendum, ꝙ argumẽtum magis arguit oppositũ, quàm propositũ. agit em̃ anima cœlestis per motũ: non, ꝙ ipsa in se moueatur, Anima cœli.

neat, sed quia mouet alia. Sic etiam & cœlũ empyreũ hoc modo agit p aliquã immutationẽ, vel fm aliquã iuuouationẽ, vel aliquã influẽtiã facit tu alia corpora: ipsũ tñ in se maner immubile.

Ad tertium dicendũ, q̃ status generationis, & corruptionis nõ est omnino alterius ordinis ad statum glorię: sed huiusmodi status ordinatur ad illum, nam ideo fit generatio, & corruptio in rebus, vt impleatur numerus electorum: & vt sic peueniatur ad statum gloriæ. Influentia ergo in hæc inferiora ordinata est ad statum gloriæ: cęlum ergo empyreum, quod specialiter est organum Beatorum, & propter Beatos: non debet esse expers ab huiusmodi influentia.

Ad quartum dicendum, quòd non est simile de Angelis, & de cęlo empyreo. nam licèt Deus non sit alligatus alicui ordini, creatura tamen alligata est ordini. omnis enim creatura mouet secũdum determinatum modum, & secundum determ
Tomo 1. minatas leges. Vnde Augustinus 6. super Gen. ad litteram ait: quòd certas temporum leges generibus, & qualitatibus rerum Deus attribuit, vt eius voluntas sit super omnia. Et quia omnis creatura agit secundum certum modum, & secundum certas leges: Angeli ergo possunt mouere motu ad situm: quia hoc modo determinantur ad aliquam partem vniuersi, quia determinati sunt in hoc loco ita, q̃ non in illo. non autem possunt mouere motu ad formam hæc corpora materialia. quia licet determinentur ad hunc locum materialem, vel ad illum: non tamen sunt forma in materia, nec determinantur secundum materialem formam. sed cęlum empyreum, cum sit corpus, est forma in materia, & determinatur secundum materialem formam. propter quod si mouet ad formam materialem; licet ad hoc non possint mouere Angeli, quia non sunt formæ in materia; nullum est inconueniens.

Dub. I. Litteralis.



Vbi r litteram quæritur primo de illo verbo, quod habetur in littera, quòd nec tempus in tempore creatum est. Contra: Omnis creatura incępit in tempore: nulla autem abęterno. sed quicquid incæpit in tempore est creatum in tempore. tempus ergo, quia incæpit in tempore, in tempore creatum est.

Respondeo dicendum, q̃, tempus esse factũ in tempore, non debet intelligi quantum ad suum complementum, quia omne successiuum cum
Tomo 1. factum est, tunc nullum est. Vnde Augustinus 11. de Tri. ait: Isti autem anni nostri omnes erunt, cũ omues non erunt. Tunc n. motus totus est, & totus factus est, cum nihil de motu est: & tunc tempus aliquod totum perfectum est, cum nihil de illo tempore est. ergo cum dicitur tempus aliquod creatum esse; non debet intelligi quantum ad sui completionem, sed quantum ad sui inchoationẽ, esse omne autem, vel incheari, vel fieri aliquid in tempore potest intelligi tripliciter. Esse in tpe. vel fieri in tpe.

A Vno modo, vt dicatur tale quid esse in tempore: quia est cum tempore, & sic valde large accipimus esse in tempore. imaginabimur enim quòd se habet tempus ad temporalia, sicut locus ad locata: sicut ergo non est esse in loco, quia est cum loco: quia tunc cęlum esset in grano milij, cum sit cum grano milij: sic non est esse in tempore, quia est cum tempore.

Secundo mõ dr aliquid esse in tempore, non solum, quia est cum tempore: sed quia mensuratur aliquo, quod pertinet ad tempus: sic dicũtur esse in tempore, quę mensurantur instanti temporis: eo, q̃ ad tempus pertineat instans temporis.

Tertio modo potest dici aliquid esse in tempore quia continetur à tempore, & sic propriè accipitur esse in tempore: sicut proprie accipitur aliB quid esse in loco, quia continetur in loco. Vnde & Philosophus in 4. Physic. vult, ea mensurari à T.c.114.113. & vide contrad. Zim.
tempore, quæ continentur à tempore: nihil ergo fit in tempore, quod non præcedat tempus, & uõ sequatur tempus. Vnde Augustinus 11. de Ciui Tom 1.c.7.
tate Dei. ait: Quod fit in tempore, fit post aliquod tempus, & ante aliquod tempus. nam fit post id tempus, quod est præteritum, & ante id, quod est futurum. Cum ergo quæritur: vtrum tempus sit creatũ, vel factum in tempore: si accipiatur factũ in tempore, pro esse factum cum tempore, vt dicebat primus modus, sic certum est, q̃ tempus est factum in tempore. i. cum tempore, est enim factum cum seipso. quælibet enim res est facta cũ seipsa, non sine seipsa. Hoc ergo modo tpie mundus est factus in tempore, quia est factus cum tẽC pore. Verum quia valde largè accipitur sic fieri in tempore; magis debet negari, quod solum sic fit in tempore, q̃ non fiat in tempore, quàm q̃ fiat. Vnde Augustinus 11. de Ciuitate Dei. ait: Pro- Tom 1.c 7.
culdubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. Accipit enim ibi mundum pro ornatu eo, quod incæpit ab origine mundi. Sed hoc ergo tempus non est factum in tempore, sed cum tempore. Sed si secundo modo accipiatur esse in tempore, vt quia mensuratur aliquo, quod pertinet ad tempus: secundum quem modum dicimus, q̃ esse substantiarum corruptibilium est in tempore: quod non solum veritatem habet, quia est cũ tempore, sed etiam, quia mensuratur aliquo, qd
D pertinet ad tempus; sic tempus dicitur esse creatum, ideſt inchoatum in tempore: quia inchoatio temporis fuit in instanti, siue in nunc temporis, quod instans, vel quòd nunc temporis est aliqd pertinens ad tempus.

Tertio modo dicitur aliquid esse in tempore secundum proprium modum, vt quia continetur à tempore, sic autem tempus non est creatum in tempore, quia non continetur à tempore. Si enim tempus contineretur à tempore; tunc fuisset tempus ante, quam esset tẽpus. quod falsum est: nisi intelligatur de tempore imaginato. Secũdum hæc ergo est intelligenda littera, q̃ tempus non est creatum in tempore. i. non continetur à tempore. Hoc enim modo loquitur August. 5. de

Trin.

Trin.c.vlti.cum ait: tempora nō incepisse esse in tāpore. quia, vt subdit, non enim erat tempus ante, quam inciperent tempora.

Dub. II. Litteralis.

SECVNDO quæritur de eo, qđ dr in littera, videlicet: Quantas prius æternitates, quantaq; tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrādum est, in qbus Angeli Deo seruierint absque temporum vicibus? In quibus verbis Hieronym. videtur esse omnino contradictio, in eo, ꝙ dicit quātas æternitates. nam cum nō sit nisi vna sola æternitas, sicut vnus solus Deus, qui proprie mensuratur æternitate: videtur, quòd in hoc veritati contradicat.

Rursus videtur, quòd cōtradicat sibi ipsi: cum ait, quòd ante mundum multa præcesserunt tempora, in quibus Angeli seruierunt Deo absque vicibus temporum. nam ante mūdum non præcesserant tempora, sed fuit factus mundus simul cū tempore.

Præterea, si præcesserint tpa, non fuit hoc sine rēporum vicibus. Amplius: quia ipse mētionē facit de æternitate, seculo, & rēpore: quæritur quomodo ista differant: & qualiter æuum differat ab istis.

Aeternitas, quō, seculō, & tēpus qđo differt, & cōuenant, & vnde dicantur.

RESPONDEO dicendum ad hoc, quod vltimo quæritur, ꝙ alla quatuor: videlicet æternitas, æuum, seculum, & tempus taliter possunt accipi, quòd sunt idem: taliter autem, ꝙ differunt. nam de æuo, seculo, æternitate, ꝙ pro eodē possint accipi, patet per Dam. 2. lib. c. 1. di, ꝙ Deus dicitur ęonius. i. secularis, & æternus. Et subdit, ꝙ Deus dr prænonius. i. præterenus: ęonius autē dicitur ab æuo: secularis a sæculo, æternus ab æternitate. Si ergo Deus dicitur æonius, secularis, & æternus: pro eodē potest accipi æuum, seculum, & æternitas. vt si æternitas diceretur ab esse, & æuum ab esse, & seculum a sequendo: idem erit æternitas, æuum, & seculum. quia tādiu res erit, quamdiu sequetur eam sua duratio. vel si æternitas dicitur quasi extra terminos: æuum dicitur a vita: propter quod Eua vita interpretata est: vt supra per Augustinum probauimus: cum tractauimus de æuo seculō a sequendo: adhuc sicut accipiendo ista pro eodē accipi possunt. Dicemus enim ꝙ esse æternum, vel extra terminos, est dupliciter. vel quia nullo modo clauditur, vel cōprehenditur terminis, vel quia non cōprehenditur terminis huius, vel illius. Primo modo solus Deus est ętternus, quia solus ipse nullo modo clauditur terminis: sic etiam solus Deus est ęonius: siue ad solū ipsum pertinet æuum, siue dicatur æuum ab esse, siue a vita: quia solus ipse, propriè est, qa nō pōt intelligi nō esse: & solus ipse ꝓpriè viuit, qui non potest intelligi non viuere: & solus ipse est secularis dictus a sequēdo, vel ab assistēdo, quia solus ipse assistit omnibus, & sine eius assistētia nihil esse potest. solus. n. ipse est ante omnia, & solus ipse dicitur sequi omnia, & esse post omnia. Alio modo dicitur æternum, quod non clauditur terminis huius, vel illius rei: & sic vita, vel duratio cuiuslibet rei est æternitas, vel seculum illius rei: aliter tamen, & aliter. nam dicitur duratio cuiuslibet rei esse æternitas illius rei, quia nō elsudicitur ab illa re: nulla. n. res est ante suam durationem, nec post: propter quod duratio cuiuslibet rei dicitur non comprehendi à terminis illius rei: sic etiam duratio cuiuslibet rei dicitur seculū illius rei, quia semper sequitur illā rem, quālibet enim rē sequitur sua duratio, & ex hoc dicta est seculum eius, & nulla res potest plus esse, quàm sua duratio: vt dici possit, ꝙ suam durationē includat. propter quod dicta est duratio cuiuslibet rei æternitas eius, quia quælibet huiusmodi duratio adæquatur rei: non autem proprie clauditur inter ea, quæ sunt rei. Secundum hunc autē modum loquitur Philosophus in 1. Cœli, & Mundi, vbi ait, ꝙ benè dixerunt primi Philosophantes, & sufficienter sermonem dixerunt, quòd vltimū Orizontis, i. vltimum terminans, & continens tēpus vniuscuiusq; rei: est æternitas illius rei: propter quod subdit, quòd vltimum Orizōtis cœli continens totum tempus sempiternum, est æternitas cœli. Et quod Philosophus loquitur ibi de æternitate: Commen. exponit de seculo dicens, ꝙ seculum cuiuslibet rei est esse continens rem. i. duratio illius rei. Et quod Commēt. dicit de seculo, & Philosophus de æternitate, nos possumus dicere de æuo: vt dicamus, quòd æuum cuiuslibet rei est vita, vel duratio illius rei: nam si æuum dicitur ab esse: tunc dicetur æuum rei. i. existentia rei: si vero dicatur æuum a vivere: tunc dicetur æuum rei vita eius. & quia vita, & existētia rei est idem, quod duratio rei. benè dictum est, ꝙ æuum rei potest dici duratio ipsius rei. secundum ergo, quòd diuersimodè volumus accipere æuū, æternitatem, & seculum: sic & in omnibus eorum possumus hoc adaptare: non tamen propter hoc dicemus, ꝙ omnia sint æterna simpliciter, vel ꝙ omnia mensurentur æuo. sed secundū etymologiā vocabuli possumus de his diuersimodè loqui.

Eua interpretatur vita. Vide supra distinc. 2. q. 1. a. 1.

Ex hoc autem apparere potest: quomodo tempus potest esse idem cum istis, & quomodo non idem. nam si æuum, æternitatem, & seculum adaptemus ipsi Deo, cui non competit mensurari tempore: sic tempus non erit idem cum istis. Si vero adaptemus ad alia, quæ sunt in tempore, vel quæ sunt temporalia: sic tempus poterit esse idē cum istis. Ex hoc etiam apparere potest, quòd ex quo seculum dicitur a sequendo, & æuum ab existentia, siue ab esse, & æternitas ab extra terminos; cū duratio cuiuslibet rei habeat omnia ista: quia & tempus sequitur, & est existentia eius, & adæquatur rei: non clauditur intra ipsam, nec intra terminos eius; possumus dicere, quòd duratio cuiuslibet rei potuit dici, vt patuit, seculum, ęuū, & æternitas eius. propter quod apparere potest, quòd multis modis potest dici seculum. vnde, & Dam. 8. modos seculi ponit: quatuor ꝓ ista vita temporali: & quatuor non pro ista vita temporali.

Æternitas, quo competit omnibus.

T.c. tem.

Tēpus quo idem cum æternitate.

Seculum dicitur à sequēdo, vel, vt aliis placet, à secando, & tribus modis.

porali. Primo namque si dicitur seculum à sequēdo, & quamlibet rem sequitur sua duratio, sicut in hoc mundo potest accipi multipliciter duratio: sic multipliciter accipietur seculum. nā possumus accipere durationem p̄ duratione totius mundi. & ideo dicimus, quòd erit quàmdiu durabit seculum, i. quamdiu durabit mundus. Secūdo modo possumus accipere seculū non pro duratione totali, sed pro duratione vnius ætatis mundi. & quia in mundo possunt distingui septē ætates: secundum bonē modum dicimus, q̄ mundus continet septem secula, & octauum seculum erit octaua ætas resurrectionis. Tertio modo potest accipi seculum non pro duratione totius mūdi: nec pro duratione vnius ætatis: sed pro duratione cuiuslibet rei. & sic dicit Dam. q̄ seculum dicitur vita vniuscuiusque eorum, quæ sunt. i. dicit duratio vniuscuiosque rei. Quarto modo potest accipi seculum pro aliqua magna duratione secūdum potentiam nostram. & sic mille anni, vel aliquod aliud magnum spatium, si vellemus, potest dici seculum. Ideo dicit Dam. quòd tempus mille annorum potest dici seculum. Et forte ob id talis numerus annorum dictus est seculum: quia multi opinati sunt, q̄ per mille annos debeat durare vna ætas seculi, secundum quem modum nondum sunt completa septem secula, vel septem ætates mundi: quia nondum dicuntur septem millia anni esse elapsi, q̄ fuit creatus mundus. His ergo quatuor modis: seculum dicit tempus, vel partem temporis à cursu, & motu solis: mensuratum per noctes, & dies: vt Dam. innuit.

Seculum quatuor modis dicitur.

Alijs modis potest sumi seculum, non secundum q̄ dicit tp̄s, vel partes tp̄is per constitutionem noctis, & diei, & hic p̄t accipi quatuor modis: Vno modo quantum ad ea, quæ suot gratiæ. Alio modo quantum ad ea, quæ sunt culpæ. Tertio modo quantum ad esse naturæ in creaturis. Quarto modo quantum ad esse naturę in Deo. Quantum enim ad esse gratiæ: sic dicitur seculū tota vita futura beatorum. Vnde & Dam. ait: q̄ futura vita post resurrectionem est infinita. Quātum vero ad esse culpæ: sic dicitur seculū, quàm diu durabit pœna damnatorum. Vnde & Dam. ait, q̄ secolare significat æternum supplicium secundum infinitatem futuri seculi. Quantum autem ad esse naturæ in creaturis: sic dicitur seculū, quod mensurat esse naturæ in Angelis, vel æuiternis. quod nos communi nomine vocamus æuū. Vnde & Dam. ait: quòd dicitur seculum, quod protenditur cum æternis. Et subdit: Quod enim est his, quæ sunt sub tempore tempus, hoc est æternis secolum. Ipsa ergo duratio æternorum. i. æuiternorum, quæ tantum protenditur, quantum ipsa æuiterna: & quæ se habet ad æuiterna, sicut tempus ad temporalia: dicit ænum, siue seculum æuiternorum.

Seculum Dei.

Quarto modo quantum ad esse naturæ in Deo, sic dicitur seculum duratio ipsius Dei, secūdum quem modum dicit Dam. q̄ Deus dicitur secularis, idest dicitur habere dorationem assequentem ipsum: sicut quælibet res habet durationem sequentem eam. Aduertendum tamē, quòd in nostris quæstionibos de quo distinximus sex, vel septem modos seculi: hæc autem distinximus nōcto, & adhuc possunt plures modi distingui, si quis prætactos modos vellet magis particulariter diuidere: ibi enim in quæstionibus illis de vita futura fecimus vnum modum seculi: hæc autem fecimus duos. vnum prout vita futura pertinebit ad beatos: alium autē prout pertinebit ad damnatos. Assignauimus etiā ibi alios modos, & alias vias. Quare tot modis dicatur seculum, vt idem multis vijs, & varijs rationibus ostensum, magis quieter legentium intellectum.

Quæstiones de æternitate cum tribus & de mensuratione angelorum

Viso quo modo differūt, & quomodo possunt conuenire æternitas, æoom, seculum, & tempus: volumus saluare verba Hiero. Videtur enim ex illis verbis innuere, quòd Angeli fuerunt facti ante mundum, & q̄ per multas æternitates, & per multa tempora seruierunt Angeli domino deo, ante, quam fieret mundus. quod dictum licet non sit commune: magni tamen Doctores posuerunt productos Angelos ante mundum. Vnde & Dam. li. 2. c. 3. inquit: Quidam aiunt, q̄ ante omnem generationem, idest ante mundum geniti. i. producti sunt Angeli: Et subdit, q̄ hoc Theologus dicit Gregorius. Appellat enim ibi Theologū Gregorium: Gregorium Nazianzeoum, vt aliqui tradunt. Ipse etiam Dam. videtur huic opinioni consentire: Secundum ergo hanc hypothesim: ante mundum fuerunt tempora, & non fuerunt tēpora. Non enim fuerunt tempora, quæ fierent ex motibus corporis, sed bene erant tempora, q̄ fiebant ex intellectu alibus motibus Angelorum, prout successiuè mouentur Angeli de vna intellectione in aliam. quia secundum species, quas habent apud se, non intelligunt omnia simul. sic sunt successiones temporum. Quare sicut in successioe temporum istorum ponimus esse tempus, secolum, & æternitatem, vt eadem duratio eiusdem rei hic existentis dicatur tempus, inquātum est successiua, dicatur seculum: prout assequitur illam rem, dicatur æternitas, prout adæquatur rei, & non clauditur in ipsa. propter quod dicitur æternitas, quasi extra terminos rei: quia non est inclusa intra illos: sic, & in ipsis intellectoalibus motibus Angelorum prout Deo famulantur & iam secondum eorum naturales intellectuales motus: possumus aliquem magnum numerum intellectualiū motuum vocare quoddam seculum, quandam æternitatem, & quoddam tempus: sicut hic vnum magnum numerum annorum, vt mille annos: quādam æteroitatem, & seculum, & tempus vocare possemus. Et ideo videtur innuere Hieronymus, q̄ multæ æternitates, & multa tempora, & multæ origines seculorum præcesserunt mundum: cum Angeli facti ante mundum Deo famulabantur. quod sic veritatem habere potest, quia multi magni numeri intellectualium motuum, qui possunt dici æternitates quędam, & tempora, & secula: præcesserunt ante mundum, in quibus Deo Angeli famulabantur.

Quod vero dicebator, quòd non est nisi vna æternitas:

æternitas: dici debet, quòd verum est simpliciter: possunt tamẽ esse multæ æternitates tales, vt hic de æternitate locuti sumus.

Quod vero addebator, quòd ante mundũ nõ fuerunt tempora: dici debet, verum est, quòd nõ fuerunt tempora, quæ essent vicissitudines corporalium motuum: sed ponendo Angelos ante mũdum productos erant ante mundum tempora, quæ fuerunt vicissitudines intellectualium motuum Angelorum.

Quod etiam vlterius addebatur, quòd si præcessunt tẽpora: ergo nõ famulabãtur Angeli Deo sine vicibus temporum; dici debet, quòd famulabantur Angeli, hypothesi stante: secũdum tẽpora, & sine vicibus temporum. Fm tempora quidẽ, quæ erant vicissitudinis intellectualium motuũ: stat tamẽ hoc sine vicibus temporum. i. sine successionibus corporalium motionum. Vel aliter. nam quædam actiones Angelorum mensurãtur tempore, & mẽsura successiua, vt intellectiones, quas habent per species concreatas: aliquæ autẽ actiones non mensurantur tempore, nec mensura successiua, sed stabili: vt visio, quam habẽt Angeli in Verbo, & fruitio, quam habent de Deo, & omnes actiones illæ, quę pertinent ad beatitudinem Angelorum, secundũ quas feruntur in Deũ. In vtrisque autem actionibus angelus est subiectus Deo, & in vtrisque actionibus refulget, ꝙ ille est dominus, iste seruus. secundum hoc seruiebant angeli Deo, & erant subiecti Deo secũdum tempora, quantum ad eorũ actiones successiuas: & erant subiecti sine vicibus, quantum ad eorum actiones non successiuas.

Dub. III. Litteralis.

ERTSO quæritur de eo, quod in littera dicitur, quòd cęlum illud Empyreum est intellectuale. Cõtra: Quodlibet corpus est sensibile saltem sensu visus, sed sensibile diuiditur contra intellectuale: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quòd illud cęlum potest dici quid intellectuale quadruplicit. Primo ratione sui. Secundo tõne sui effectus. Tertio ratione sui ornatus. Quarto ratione finis, ad quõ est factum. Primo ergo dicitur illud cœlũ intellectuale ratione sui: nam sicut aliquid dicitur infinitum, quia non habet finem, vel quia ꝓpter impedimentum appositum non potest finiri, sicut via maris dicitur nobis infinita, & in pertransibilis: quia propter impedimentum appositum non possumus eam finire, & pertransire. Sic aliquid dicitur inuisibile dupliciter, vel quia nõ est aptum natum videri, vel quia propter impedimentum appositum à nobis nõ potest videri, sed intelligi. Hoc ergo modo quantum est ex parte sui illud cœlum non dicitur visibile, sed intellectuale: quia inter se, & nos, est quoddam impedimentum appositum, vt cęlum sidereum, quod ex nulla parte est oculis peruiũ: ratione cuius illud

Empyreum cur inuisibile.

A cęlum nõ potest a nobis videri, sed intelligi. Vel possumus dicere, ꝙ ipsa imaginatio dicitur intellectus. Propter quod illud rectiꝰ de anima: Intellectus passiuus corrumpitur ab aliquibus de imaginatione, vt ideo dicatur talis intellectus corrũpi: quia imaginatio nostra, quæ est virtus organica: est corruptioni subiecta. Hoc ergo mõ quantũ est ex parte sui illud cœlum non est sensibile, sed intellectuale: quia propter impedimentum appositum non possumus ipsum percipere sensu exteriori, sed possumus ipsum imaginari.

Intellectus ꝓp imaginationẽ.

Secundo modo illud cęlũ dicitur intellectuale ratione sui effectus. Nam licet etiam cęlum aqueum, quia est vltra octauam sphætam, sit inuisibile in se propter impedimentum appositum: est tamen quid visibile quantum ad suum effectum. Nam compertum est, sphæram octauam

B moueri diuersis motibus, & vterque motus potest visu percipi per armillas, & per instrumenta astronomica. & quia octaua sphæra non habet motum proprium nisi vnũ: consequens est, quòd motum alium habeat ab aliquo superiori corpore, reuoluente ipsam. Ille ergo alius motus, qui apparet in octaua sphæra: est effectus cœli aquei, vel vltimi mobilis: quod est supra cęlum sidereũ, siue supra octauam sphæram. quia ergo ille alius motus est sensu perceptibilis; cõsequens est, quòd cęlum aqueum quantum ad suum effectũ sit qd sensibile. Sed de cęlo empyreo nõ possumus boc dicere. nam licet illud influat in hęc corpotalia, hæc tamen influrntia nõ potest sensu percipi: sed potest intellectu comprehendi, vel ratione cõcludi: propter quod cęlum illud quantum ad suum

C effrctum est noo sensibile, sed intellectuale.

Octam sphęra diuersis motib⁹ mouetur.

Empyreum qoo intellectuale dicatur.

Tertio modo potest dici illud cœlum intellectuale quantum ad suũ ornatum. Nam, vt dicitur in littera, statim cum factum est, angelis est repletum: vt patet in auctoritate Strabi, & Bedę, qđ intelligendum est non quantum ad occupationem, quia non possunt hoc modo replere cœlũ: (non. n. occupant locum) sed quantum ad ornatũ. Imaginabimur autem, ꝙ sicut ista astra corporalia ornant istud cęlum, qđ est nobis visibile: sic illa astra matutina, quæ dicuntur angeli, ornãt illud cęlũ empyreum, quod non est nobis visibile. ornatur ergo illud cęlũ non astris sensibilibus, sed intellectualibus. Ideo quantum ad suum ornatum, quem habet intellectualem, est intellectuale vocatum.

D Aduertendum tamen, ꝙ post resurrectionem ornabitur illud cęlum duplici genere astrorum: videlicet angelis, & corporibus glorificatis. Ipsa enim corpora glorificata valde fulgentia in illo cęlo existentia: quasi quędam splendidæ stellæ ornabunt cęlum illud.

Empyreum ꝓ resurrectionem ornabit duobus.

Quarto mõ dr illud cęlum intellectuale rõne finis, ad quẽ factũ est. Nã ad hoc dr esse factũ, vt sit locus contẽplationis. Contẽplabimur. n. ibi diuinã essentiã, q̃ cũ nõ sit corpus, nec similitudo corporis, ad purã intellectualẽ visionẽ ptinet illa cõtẽplatio. & ꝙa cęlũ empyreũ est locus beatorũ, sic ĩtellectualiter cõtẽplatũ; iõ dictũ est ĩtellectuale.

Dub.

Dub. IIII. Litteralis.

Lucifer cecidit.

Esa. 14.

QVARTO quæritur de eo, quod in littera dicitur in persoa Luciferi, quod legitur Esa. 14. Io cœlum ascendam, & exaltabo solium meum. Contra: Ipse erat in supremo cœlo, scilicet in cœlo empyreo, de quo cœlo cecidit, diceote domino in Euangelio: Videbam Sathanam, quasi fulgur, de cœlo cadentem.

Luc. 10.

Respondeo dicendum, ꝙ Lucifer fuit in cœlo secuodum communem opinionem, & de cœlo cecidit, & volebat in cęlum ascendere. Ipse aotem lucifer cecidit de triplici cœlo: videlicet de cœlo, quod oroabat, de cęlo, à quo ornabatur, & de cœlo, in quod volebat ascoodere. Cœlum autem, qđ ornabat, erat cęlum empyreum. Nam ipse, sicut & alij Angeli fuit ornameotum illius cęli. Cœlũ autem, à quo Lucifer ornabatur, fuit cœium gratiæ: si fuit creatus in gratia, vt quidam ponont, vel fuit cęlum innocentiæ, quia saltem fuit creatus innocens. Tertium cœlum, ad quod volebat ascendere, fuit cęlum Deitatis, & fuit illud tertiũ cęlum, ad quod raptus fuit Paulus. Cecidit ergo Diabolus de triplici cœlo, de cœlo empyreo, qđ ornabat: qoia fuit in terram eiectus. De cœlo innocentiæ, à quo ornabatur, quia suam innocentiam peididit: Et de cœlo Deitatis, in quod volebat ascendere. Et si dicatur, ꝙ nunquam fuit io illo cœlo, quia nunquam vidit apertè diuinam essentiam; Respondebimus, ꝙ hoc modo oon cecidit de eo, quod habebat, & de eo, vbi erat, sed de cęlo, vbi fuisset, & quod habuisset, si stetisset. Dicitur enim aliqoid cadere, non solum ab eo, quod habet, sed ab eo, quòd habere potuisset, si voluisset. Lucifer ergo erat io cœlo empyreo, & in cęlo innocentiæ, & volebat ascendere ad cœlum Deitatis, & quia peruerse boc voluit, non obtinuit, quod coocupiuit.

Lucifer cecidit à tribus cœlis.

Paulus ad quod cœlũ fuerit raptꝰ.

A

B

C

D

DIST. III. Pars. I.

De primaria conditione Angelorum, quantum ad esse naturæ.

CCE OSTENSVM EST, VBI ANGELI, &c. Postquam magister declarauit, quando creati sunt Angeli, & vbi creati sunt; bic aggreditur tertium principale superius propositũ: videlicet quales creati sunt Angeli secundum suam primariam conditiooem.

Angelorũ tria considerãda.

Circa quod tria facit. Primo determinat de primaria conditione Angelorum quantum ad esse naturæ. Secundo quaotum ad esse culpæ. Tertio quantum ad esse miseriæ, & gloriæ. Secunda pars incipit ibi: [*Illud quoque inuestigatione dignum.*] ante membrum huius distinctionis. Tertia ibi: [*Post hæc videndum est.*] in priocipio quartæ dist. Circa primum tria facit, quia primo cõtinuat dicta dicendis, & enumerat quatuor, quæ fuerũt attributa Angelis io initio suæ cõditionis. Secundo circa illa attributa ostendit qũo Angeli se excedunt, & quomodo sunt inæquales. Tertio declarat, in quibus se nõ excedũt, & in quibus sunt æquales. Secunda ibi: [*Hic considerandum est.*] Tertia ibi: [*Et sicut in prædictis.*] Dicit ergo primo: quia ostensum est vbi Angeli fuerũt creati: consequens est inuestigare, quales fuerũt creati in primordio suæ conditionis. Et enumerat quatuor, quæ fuerũt eis attributa, videlicet simplicitas essentię, discretio personalis, perfectio naturaliter insita ad intelligendum, memoraodum, volẽdum, & diligendum, & libera facultas arbitrij ad bonum, vel ad malum se inclinandum. Notandum autem, ꝙ sicut graue babet naturam grauẽ, & inclinationem secundum grauitatem: ita quęlibet persona cuiuslibet Angeli habet naturam, & boc appellatur babere iotelligentiam, memoriam, voluotatem, & dilectionem: & babet inclinationem consequentem perfectiooem, & naturam, & boc appellat liberom arbitrium iochoan di se in boc, vel in illud. iotelligentia itaque, memoria, volumas, & dilectio, accipienda sunt prout Angelus babet quandam perfectiooem in se: liberum vero arbitrium, ptout habet potentiam tendendi in aliud. Deinde cum dicit: [*Hic considerandum est.*] ostendit quomodu circa prætacta Aogeli se excedũt. Circa quod tria facit: quia primo circa huc muuet qõnẽ, & illa quatuor reducit ad tria. Secũdo osteodit, qoòd in illis tribus Angeli se excedunt. Tertio declarat qualiter se excedunt. Secuonda ibi: [*Illæ igitur essentia.*] Tertia ibi: [*Aljs maiora.*] Dicit ergo, ꝙ hic considerandum est: vtrum io substantia spirituali, idest naturã, & sapientia ratiooali, idest intellectu, & libertate, arbitrij fuerint omnes Angeli æquales, vt prima consideratio sit de substantia. Secunda de forma. i. de perfectiune cõsequente substãtiã. Tertia de potestate, siue de libero arbitrio. Et subdit, ꝙ persona substantia est: quasi dicat, quòd illa quatuor reducuntur ad tria: quia personalitas ad substãtiam pertinet. Deinde cum dicit: [*Illæ ergo essentiæ.*] ostendit, quòd Angeli in talibus se excedunt. Circa quod tria facit: quia primo air, quòd se excedunt dicẽs, ꝙ habent differentem subtilitatem essentię, perspicacitatem sapientię: & humilitatem arbitrij. Secundo quod dixerat, declarat in corporalibus, dicens: ꝙ in corporalibus est differens essentiam esse, differens furma, idest perfectio consequens essentiam, & differens poodus. i. inclinatio consequens tam essentiam, quàm perfectiooem. Tertio, quod dixerat, adaptat ad propositum, ostendens, quod in substantijs spiritualibus sunt tslia differentia. Secũda ibi: [*Sicut in corporalibus.*] Tertia ibi: [*Ad hũc ergo modũ.*].

Deinde

Deinde cum dicitur [*Alijs maiora,*] ostendit quo angeli in talibus se excedunt, nam secundum subtilitatē naturæ accipienda est differentia, ram formæ, quàm potestatis. Tria ergo facit: quia primo ostendit, ꝙ secundum subtilitatem naturæ habet esse excellentius formæ. i. pfectionis tam naturalis, quàm gratuitæ, vnde ait: [*Alijs maiora, alijs minora dona,*] & etiam munera gratiæ data sunt, vel pstita: secundum ꝙ habuerunt excellentiora naturalia, & non solum quantum ad perfectionē grātiæ, sed etiam quantum ad perfectionem naturalium: habentes excellentiora naturalia: fuerunt perspicaciores in sapientia, & dignitate excellentiores constituti. Et ꝛconuerso qui natura minus subtiles, & minus fuerunt pspicaces conditi, & minora dona gratiæ habuerunt. Secundo declarat, quòd secundum excellentiam naturæ fuit data excellentia facultatis arbitrij, & cognitionis, & intelligentiæ. Tertio respondet cuidam tacitæ quæstioni, quia licet aliqui excellāt quantum ad naturæ subtilitatem, & quātum ad intelligentiæ perspicacitatem, nulli tamen dicendi sunt, quòd habeant infirmitatem naturæ, vel ignorantiam sapientiæ. Crederent. n. forte aliqui, ꝙ minor naturę subtilitas esset infirmitas; & minor sapientię perspicacitas esset ignorantia, cui tacitæ quæstioni respondens ait: non sic esse. Secunda ibi: [*In ipsa sua facultate.*] Tertia ibi: [*Et sicut differētes.*] Deinde cū dicit: [*Et sicut in prædictis.*] declarat, in quibus angeli se non excedunt, dicens: quòd sicut in prædictis. i. in subtilitate essentiæ, in perspicacitate sapientiæ, in libertate arbitrij angeli differebant: sic habebant quædam communia, & æqualia, in quibus non differebāt: quia omnes spiritus erant, omnes indissolubiles, omnes immortales. Quodlibet enim bonum erat idem omnibus, commune omnibus, & æquale omnibus. Differunt ergo, & conueniunt angeli, vt dictum est, sed has distinctiones, vt ait, illarum inuisibilium naturarum, solus ille potest comprehendere, quę omnia fecit in numero, pondere, & mensura, quasi dicat; Nos ad hoc insufficientes sumus.

A B C D

QVÆSTIO I.

De simplicitate, & compositione Angelorum.

QVIA in præsenti lectione principaliter Magister, quātū ad Angelos, videtur versari circa duo: videlicet circa simplicitatem naturæ, & circa differentiam eorum. Ideo de his duobus quęremos. videlicet de Angelorum compositione, vt sciamus, quomodo sunt simplices. Secūdo de eorum discretione, & distinctione, vt sciamus, quo sunt ab inuicem differentes. Circa angelorum aūt simplicitatem, & compositionem, quęremus tria. Primo vtrum angeli sint compositi ex materia, & forma. Secundo vtrum sint compositi ex esse, & essentia. Tertio vtrum ex genere, & differentia.

ARTIC. I.

An Angeli sint compositi ex materia, & forma. Conclusio est negatiua.

Aegid. d. 8. q. 1. art. 1. Et Quodl. 3. q. 8. D. Tho. 1. par. q. 50. art. 2. Item 2. sen. d. 3. q. 1. Et Quodl. 9. art. 6. Et in opusc. & in q. disp. de Sp. q. 1. D. Bona. d. 3. arti. 1. q. 1. Alex. de Ales 2. p. q. 19. 20. Cap. d. 3. q. 1. Henr. Gand. quodl. 4. q. 16. Ric. d. 3. q. 3. Dur. d. 3. q. 1. Tho. Arg d. 3. q. 1. artic. 1. Voril. d. 3. q. 1. Sed vide pro hoc articulo Doct. d. 8. q. 1. art. 1. & Scholia nostra ijdem articulis.

AD primum sic proceditur: vł, ꝙ Angeli sint compositi ex materia, & forma: quia Boet. in Commēto super prædicamētis vł distinguere Vsiam: Vsiosim, & Hypostasim: vt hypostasis accipiat ꝓ ipsa materia: vsiosis ꝓ ipsa forma: vsia ꝓ cōpositō. Et subdit, ꝙ Arist. relictis extremis: egit de medio. Ea ergo, q̄ sunt in prædicamēto substantiæ, nec sunt vsiosis, nec hypostasis. 1. nec sunt materia, nec forma: sed sunt vsia. i. sunt essentia quædam composita ex materia, & forma: sed angelus est in prædicamento substantiæ, ergo &c.

Præterea quæ sunt in vno genere communicāt in eisdem principijs: sed omnes substantiæ sunt in eodem genere, & in eodem prædicamēto: tam corporalia, quam spiritualia: ergo communicant in eisdem principijs: sed principia corporalium sunt materia, & forma, ergo & ipiritualiom erūt hæc eadem ptincipia.

Præterea quibus competit proprietas materię, competit habere materiam. sed proprietas materiæ est esse in potentia. cum ergo hoc competat ipsis spiritualibus substantijs, quia habent in se aliquam potentialitatem, ergo habent in se materiam, cum habeant in se proprietatem materiæ.

Præterea aut eorum substantia est solū actus: aut est solū potētia: aut est composita ex vtrisq;, non est solū actus, quia tunc esset actus purus, & esset Deus: nec est solū potentia, qa tunc esset potentia pura, & esset idem, qđ materia. est itaque angelorū substantia non vna res tm̄, vt actus tantum, vel potentia tantū, sed est composita ex duabus rebus: sed nullæ duæ res faciunt vnam substātiā, vel vnā eētiā, nisi materia, & forma: ergo &c.

Præterea fm Boe. in lib. de Tri. forma simplex subiectum esse non pōt, sed angelus subijcitur suis proprietatibus, vel sois naturalibus potētijs, & aliis, quæ in ipso ponimus; ergo non est forma simplex, & per consequens nō est tantum forma, sed est compositum ex materia, & forma.

Præterea in Commento nonę propositionis de causis, dicitur, ꝙ Intelligentiæ, & anima habent suum Hyleachin. i. suum materiale.

Hyleachin, materiale. ab hyle, id est materia.

IN CONTRARIVM est Dio. Angelica Hieratchia: qangelos appellat imateriales mētes.

RESPON-

RESOLVTIO.

In Angelis materia nō est ponēda : est tamē in illis aliquid per modum Materiæ, quod dicunt Hylea chin. i. materiale, ab Hyle. i. materia. Angelus. n. purus actus non est, sed constat ex potētia, & actu. i. ex essentia, & esse. Sic multę auctoritates exponi possunt : & præsertim Augustini, qui etiam respectiuē loquitur : sæpe uero Platonicorum opinionem recensēt.

RESPONDEO dicēdum, quod circa hoc sunt Doctorū opiniones. Quidam enim volūt, ꝙ oīa, cētra primū, hēant naturā compositā ex materia, & forma, & hmōi opinionis est Auicebtō in libro suo, quē intitulauit de fonte vitæ: cuius opinionē plures Doctores nr̄i tpis lecuti sunt, & sequuntur. Vē enim isti pro se habere auctoritates, & rōnes. Auctoritates quidē: qa Philosophus in 1. Met. fm translationē Cōment. loquens de antiqnis philosophātibus ait, ꝙ erat modus erroris eorū, qui posuerunt solū materiē elementū corporeū, non corporū aūr, nō. si ergo ettrabāt, qnia oō ponebāt materiā elemeotū nō corporū. i. non corporalium: ergo ponenda est materia esse talū elementū. Cōmentator ēt super 8. Meta. vbi vult Philosophus, ꝙ intelligentiæ sunt entes p̄ter materiā sensibilē, & intelligibilē : ait, ꝙ ūt entes: p̄ter materiā naturalē, & mathematicā nō ergo negat materiā simpliciter ab intelligētijs, sed materiā natoralē, & mathematicā. Boe. ēt in libro de vniate, & vno, q. dē fuisse eius: ait, ꝙ aliud est eē vnū simplicitate: sicut Deus: aliud simpliciū vnione: sicut angelus, & aīa, q̄ sunt vnū vnione simpliciū maę, & formæ t 2. ēt Cōfess. ab Aug. dat hęc expositio, ꝙ in principio fecit Deus cœlū & tettā. i. in verbo sibi coxterno: fecit De⁹ iformē materiā spiritualis, & corporalis creaturæ. Sic ēt in pluribus locis super Gen. ad litterā: vē Aug. sentire aīam factā esse de aliqua materia. Vnde 7. lib. exponens Augustī. qūo Deus insufflauit in faciem Adæ, & factus est hnioo in aīam viuētē, ait: Cur non potius intelligat de subiecta sibi creatura fecisse Deū aut mā: in eo, ꝙ sufflasse dictus est? Et idē eodē libro vē velle, ꝙ sicut in corpore nō q̄rimus solā rōnē, fm quā corpus factū sit, sed ēt materiā, de qua factū sit; sic & in productione aīę non est q̄renda sola sō, sed ēt materia, de qua facta sit aīa. Vñ ait: Nō ergo credibile est, in primis illis sex dierū operib⁹ Deū condidisse non solū futuri corporis humani causalē rōnē; verū ēt materiem, de qua fieret. i. terrā, de cui⁹ limo, vel puluere fingeretur: aiæ aūt solā rōnē condidisse, fm quā fieret : nō etiā quādam pro suo genere materiā, de qua fieret? q. d, ꝙ in aīa nō est q̄renda sola rō, fm quā fiat: vetū ēt ꝓ suo genere q̄renda est materia, de qua fiat: & ibidem ait. Si. n. quoddā incōmutabile esset anima, nullo modo eius quasi materiē quærere deberemus. Et subdit. Sicut ēt caro qa, vel ꝓficit, vt pulchra, vel deficit, vt de formis: ūc. i. pp hoc habuit ēt materiē. i. terrā, de qua fieret: vt ois caro cēt: sic fortasse potuit aī, quā fieret ea ipsa natura, q̄ dē aīa: cui⁹ pulchritudo est virtus; vel deformitas vitiū; hēre

Auicebron fons vitæ, sed potius mortis dicē dus est.

Tex. c. 12.

Tex. c. 13. 14. 15. 16 & 7 Meta. 13. 29.

Boetij liber non intelligibilis.

Tomo 8.

To. 3. c. 3.

Cap. 6.

A aliquā materiam pro suo genere spiritualē: q̄ nōdū esset anima : sicut terra, de qua facta est caro, iam erat aliquid, quamuis non esset caro.

Habeot ēt isti quasdā pro se rōnes. Dīr enim, ꝙ in eo, ꝙ patit ab alio, est aliquid, quod realites est inferius eo, per qd agens agit: rōne cuius passum patit ab agēte: cū ergo angelus, vt dīr, patiat a seipso: qa moueāt seipso: oportet ī ipso angelo dare duas nās: vnā, p quā agit: aliā, p q̄ patit. Nec dici pōt, ꝙ istæ duæ naturæ differāt solū rōne. nā Philosophus in 3. de aīa probat realē esse differētiam inter intellectū agentē, & possibilē: ex eo, ꝙ vnū se habet, vt agens: aliud, vt patiēs. Si ergo angelus seipsum mouet: oportet, ꝙ in ipso angelo, & in natura eius sint hæ dnæ naturæ, quarū vna dicat actū: alia potentiā. Quare si ipsa natura angeli est composita es duabus naturis : oporteri bi

B esse materiam, & formā. Nec valeret, vt vī, si quis diceret, ꝙ in angelo est cōpositio ex essentia, & esse, quarum vnum se habet, vt actus, aliud, vt potētia. Nam ex hoc non vī, ꝙ possimus saluare Angelum mouere seipsum. nam angelus, vt agat, nō solum requiritur, vt sit, & vt hēat esse: sed ēt, vt hēat essentiam, & naturā. vtrunque requirit ad actionē angeli, & essentia, & eē. Poterimus ergo ex ista cōpositione saluare, ꝙ angel⁹ agat. Si aūt ex eodē cōpositione vellemus saluare, ꝙ angelus à se paret set: tūc idē p idē, & rīspū eiusdē eēt agēs, & patiēs: vt idē angelus per eadē entiā, & esse respectu sui ipsius eēt agens, & patiens. Cū ergo hoc stare non possit præter cōpositionem illā ex essentia, & esse oportet ponere in angelo cōpositionē aliā ex materia, & forma: vt saluare possimus, ꝙ in seipsum

C agat. Adducuntur etiā difficultates aliæ ex parte potentiæ. vt quia potentialitas vī esse proprietas substantiæ: qa qd est primo tale ī altquo gñe, est cā oīum aliorū, q̄ sunt post. si materiæ per se, & primo cōpetit eē in potētia; q. q. d erit p naturā materiæ: nō ergo poterimus saluare potētialitatē in angelo, nisi per naturā materiæ, & nisi hēat in se materiam. Tanguntur insuper in hac materia plures difficultates ex parte potentialitatis: sed qnia omnes habent eandē radicem, & difficultatem, ideo breuitatis gratia dimittantur.

Ages & patiens re differunt. 1. c. 17. 18 19.

Angelus ex esse, & essentia compositus.

Adductis auctoritatibus, & rōnibus, ꝙ ī substantijs spiritualibus sit cōpositio ex forma, & materia; ań, quā soluam⁹ auctoritates, & rōnes adductas; volumus oīndere non esse possibile hmōi compositas fic esse cōpositas. Adducemus. n. ad hæc

D quatuor vias. Prima sumet ex dīa rerū materialiū, secūda ex pfectione, & ex angelorū nobilitate : tertia ex tranlmutatione, quam contingit esse in rebus materialibus: quarta ex opere, & actione, quam attribuimus substantijs separatis.

Angelus ex materia, & forma compositus (possibile est.

Prima via sic patet. dicemus. o. ꝙ possunt esse plura ī materialia: vt plures angeli, si sint ī materiales: tamē si essent materiales nullo modo possent esse plures angeli, nec oumero, nec spē, nec genere differētes: immo ex quo materiā ponimus in rebus corporalibus: si poneremus materiam in angelis, non posset esse angelus simul cum re corporali. & ex quo poneret esse aliquod corpus in

rei ũ natura, non posset esse iu terum natura aliquis Angelus. Dicemus. n. cũ Com. in de substantia orbis, ꝙ dimẽsiones nunquã sepatant à materia, & ꝙ quãtas nunq̃ à materia sepatat, & ꝙ origine saltẽ ptius intelligitur materia esse quanta, q̃ suscipere substãtialẽ formã: non ĩ dicimus, ꝙ q̃titas prius perficiat materiã, q̃ substantialis forma. nã licet forma substantialis aduenias materię quantæ: ĩ non est ab extra, sed educitur de ipsa essentia, & de ipsa potentia materiæ. pp qđ quantuncunq; materia existens quanta suscipiat formam; tñ, quia forma illa est de ipsa essẽtia materiæ educta, poterit immediatius se hẽre ad ipsam essentiã materiæ, q̃ hmõi quantitas, sub qua ponitur esse materia. Nec obstat, ꝙ aia tõnalis dr esse quodãmõ ab extra, qa est a tali agente: vt a Deo, qui est intimior materię, quã materia sibi: pp qđ poterit hmõi forma pp intimitatẽ, quã hẽt, tale agens ad essentiã materiæ immediatius vntri ipsi essentiæ materiæ, quã sit ei vnita quantitas, sub qua ponit esse materia. origine ergo, & si nõ tpe, vel duratione, semp quãtias ꝓintelligitur esse in materia ante, q̃ suscipiat aliquã formã substãtialem, vel accidentalẽ: forma ĩ substantialis tecepia in materia sic quanta immediatius adhæret essentiæ materiæ, q̃ quantitas: qa quęlibet substãtialis forma in materia, vel est educta de essentia matetiæ, vel est ꝓ se à tali agente ꝓducta, qui est intimior materiæ: non solũ, q̃ quantitas, sub qua ponit esse materia: sed ẽt, q̃ ipia materia sibi. Qđ ergo quantitas præintelligat esse in materia, hoc est in fieri, & vt formã suscipiat. sed forma iam suscepia, & in esse pfecto immediatius adhæret essẽtiæ materiæ, quàm quantitas. Vnde 1. de Gen. habetur, ꝙ Hyle. i. materia, vel essentia materiæ, maximè est generationis subiectũ. nunq̃ enim sepatatur materia a morpheis: semp intelligitur esse coniuncta fuæ q̃titati: tñ Hyle dr esse maximè generationis subiectum: qa ipsa essentia materiæ mõ, qno diximus, immediate pficitur per substantialem formam, qnæ est generationis terminus.

Hyle generationis subiectum. T. co. 24.

Redeamus ergo ad ꝓpositũ, & dicamus, ꝙ materia nunq̃ sepatatur à quãtitate, & ꝙ qnãtias sp ꝓintelligitur esse in materia, vt suscipiat substantialẽ formã. ꝙ si ĩ daretur oppositũ, vt ꝙ materia absq; quãntate præcedente poset suscipere formã, nunq̃ in materia esset nisi vna substãtialis forma. nã, ꝙ in materia possint esse plures substãtiales formæ, vel genere, vel specie, vel qualitercũque differẽtes; hoc est qa in alia, & alia parte materiæ recipitur alia, & alia substantialis forma. nõ enim possent esse duo materialia qualitercũque differentia: nisi qa neutrũ illorũ materialiũ constat ex tota materia. Et si aliqđ illorũ materialiũ cõstatet ex ꝙ tota materia: tũc aliud, quod ponit esse materiale, nihil hẽt de materia. Quare si sũt duo materialia, qualitercũq; ponantur distincta, oportet, ꝙ in neutro sit tota materia: sed in qnolibet sit aliqd de materia. hẽbit ergo materia aliqd & aliquid, & per cõsequens hẽbit partẽ, & partẽ. Sed hoc non potest habere nisi per quantitatẽ: cõsequens ergo est, ꝙ nõ possint esse pluta materia-

Materia nũ quam sepatur à quãtate.

Ex Arist. lib. 7. cath. 22. 23.

lia, nisi ponamus materiam habere quantitatem.

Sed dices: Plura materialia sunt: nec ĩ pp talem pluralitatem oportet, in materia quãtitatem ponere: sed erunt materialia plura, & quodlibet habebit materiã, & differet vna materia ab alia nõ rõne quantitatis, sed ratione diuersitatis formarũ, sub q̃bus esse ponitur hęc, & illa materia.

Tomo 1.

Sed hoc stare non põt. nam secundũ Aug. 12. Confes. Origine informe præcedit formatũ: qđ specialitet dicit pp ipsam materiam. Vnde ibidẽ dicit, ꝙ prior est materies, q̃ quod ex ea fit: origine itaq; prius intelligitur esse materia, q̃ formam suscipiat. Vnde & in plurib⁹ locis super Gen. ad litterã hanc sniam profert, ꝙ sp informe origine præcedit formatũ. Si ergo sunt duo materialia origine prius intelligitur esse informis materia huius, & illius materialis, quã hæc, vel illa materia pficiatur per formã. oportet ergo in ipsa materia sic informi intelligere aliquam diuersitatẽ, vt possit diuersas formas recipere. sed hoc non posset esse per essentiã: erit ergo per partialitatẽ materiæ ptout hẽt aliam, & aliam partẽ, in qua alia, & alia parte suscipietur alia, & alia forma. pręintelligitur ergo aliquid esse informe ante, q̃ suscipiat formã: sed nõ præintelligitur, ꝙ illud informe hẽat pfectionẽ, quã recipit à forma ante, quã suscipiat formã; sed ècõuerso: prius intelligitur in forme suscipere formã, q̃ habeat perfectionẽ, & esse, qđ hẽt à forma. De necessitate ergo erit hic ordo, & si non tpe, saltem origine in susceptione oĩum formarũ materialiũ. Nã materia intelligit esse qđ informe respectu oĩum formarũ iã substãtialium, quã accidentaliũ, vt patet ꝓ Philosophũ in 1. Meta. dicentẽ: ꝙ In ipsu fundamento naturę i. in ipsa materia nihil est distinctũ, neq; quãtũ, neque qnale, neq; aliqd aliud. primo ergo materia præintelligitur esse informis ad quãtitatẽ, quàm suscipiat quãtitatem: sed non præintelligitur hẽre prius esse quãtitatiuũ, & extensum, quã suscipiat quãtitatẽ, sed ècõuerso: suscipiendo quãtitatẽ, ꝓ ipsam hẽi esse qnatitatiuũ, & extensum: hũdo autem sic esse extẽsum ꝓ quãtitatẽ: licet nõ sit in sęmis respectu quãtitatis, tñ adhuc intelligitur informis respectu aliarũ formarũ. tñ quia tstud informe, pp quantitatẽ iam intelligitur habere diuersitatẽ in partibus: poterit in diuersis partibus suscipere diuersas formas. De necessitate itaq; illud, qđ origine prius intelligitur esse in materia, est qđ dat extensionẽ, & partialitatẽ materiæ, vt possit materia sic habens partes in diuersis partibus suscipere diuersas formas.

T. co. 17 & 7. Meta. co.

Quod videns Commẽ. to de Substantia orbis: etiam ante substantialem formam posuit dimensiones indeterminatas præcedere materiam, vt possit materia in diuersis suis partibus recipere diuersas formas. ꝙ si tales dimensiones nõ præcederẽt, & multomagis si nõ præcedetẽt, nec sequerentur, & nullo modo materia esset quanta, nullo modo esset possibile, nec intelligibile, quòd possent esse plura materialia; qualitercunque alitet differentia ponerentur. Nam, vt diximus, semper informe origine præcedit formatũ;

Informe origine præcedit formatum.

&

& semper prætelligitur esse informis materia prius, quàm suscipiatur ibi forma: Quare, si sunt duo materialia, prætelligitur informis materia illius, & illius, vt possit suscipere illam, & alia formam. In ipsa itaque materia informi intelligitur diuersitas. quod non potest esse sm̃ eẽtiã: erit ergo secundum partialitatem tantum, quod esse non contingit, nisi per quantitatẽ: nullo ergo modo possunt poni plura materialia, nisi ponat materia esse quanta. Dicemus enim differentiam esse inter esse, quod dat quantitas materiæ: & esse, quod dat quæcunque alia forma. Nam in esse, quòd dant aliæ formæ, est distinctio ab alio: sed non est distinctio in seipso: vt album aduenit materiæ, & dat ei aliquod esse, & facit distinctionem ab alio, vt ab esse nigro, sed non facit distinctionẽ in se ipso: vt in albo esse, secundum album esse: prout habet in materia esse, nulla erit distinctio: vt si hoc albũ esse differt ab illo albo esse in materia: hoc erit per accidens ratione qnãtitatis. vt qa in alia parte materiæ recipitur hoc album esse, & in alia illud album esse; nunquam enim album esse, vel esse cuiuscunque formæ alterius à quantitate, secundum quòd huiusmodi facit diuersitatem in materia quantum ad suum esse, sed solum quantum ad aliud esse. Sola autem quantitas etiam per se loquendo facit diuersitatem in ipso sum esse, quod dat materiæ informi, quia dat ei aẽ extensum, & p consequens dat ei diuersitatẽ partiũ, propter quod in ipsũ suo esse, quod dat materiæ quantitas, diuersitatem facit, quia diuersitate facta, possunt esse plura materialia, & in diuersis partibus materiæ possunt recipi diuersæ formę. hac vero diuersitate non existente, omnis diuersitas rerum materialium tollitur. Est itaque cõa omni formæ p semper informe origine præcedit formatũ. Sed hoc habet specialiter sola qnãtitas, p nõ existente diuersitate in informi: facit diuersitatem in ipso. qa esse, qđ dicit quantitas, est quid extẽsum, & diuersitatem habens in partibus. Omnis autem alia diuersitas formatũ materialium de necessitate præsupponit diuersitatem materiæ. Nam si debent plura materialia fieri, vel si dicunt plures formæ induci in materia: quia origine informe præcedit formatum; oportet, quòd in ipso informi prætelligatur diuersitas, vt possit suscipere diuersas formas. ipsum ergo informe, quantum est de se, habet vnitatem: quia cum sit merè potentia, non habet per quid differat: Nihil autem aliud a quantitate aduenies informi, diuersificat illud informe, cui aduenit: sed solum, ipsum perficit. Quare si informe de se habet vnitatem, & oportet, quòd diuersificetur per aliud, quod aduenit sibi: & nulla forma alia à quãtitate diuersificat illud informe, cui aduenit: si debet esse diuersitas in informi: oportet, p sit pcr quantitatem. & si tollatur quantitas, tolletur omnis diuersitas.

Sed intellectus hominis non quiescit. Dicet enim, p distinctio est per formam. Et differt hoc materiale ab illo, & materia huius à materia illius: quia est ibi alia, & alia forma. propter quod ex quo ponimus distinctionẽ in formis, vt videtur: non est difficile in ipsa materia distinctionẽ salnare. Sed sic arguens, virtutẽ verborum præcedentium non percepit. Nam, vt diximus, ipsum informe de se est vnum, & origine præcedit formã. eũ ergo de se sit vnum: nõ possunt ei aduenire plures formæ: quia in vno, & eodem informi plures formæ oppositionẽ habentes aduenire nõ possunt. Ipsi ergo informi cum de se prætelligatur vnum (loquendo de primitate originis) oportet, quòd primo ei adueniat vna forma: q̃rimus de illa forma vtrum diuersitatem faciat in informi, aut non: si non, in illo informi non poterunt recipi diuersæ formæ. Si autem diuersitatem facit in informi: in eo poterunt recipi plures formæ. Oportet itaque, ex quo informe ponitur vnum, & p vnum informe non potest recipere nisi vnã formam, vt possit esse diuersitas in informi, quòd aliqua vna forma adueniat informi, quæ secundum se in ipso informi diuersitatem efficiat. Et qnia sola quantitas sunm subiectum diuersificat: cętęræ aũt formæ per se suum subiectũ solũ perficiunt: nullo tamen modo in ipso suo subiecto diuersitatem faciunt, nisi ponatur quantitas aduenire materiæ: non poterit materia diuersitatẽ habere, vt possit plures formas materiales recipere, vt plura materialia esse possint.

His visis, dicamus, p ex quo diuersificatio materialium præsupponit quantitatem, si ponantur angeli esse materiales: non poterunt esse plures qualiter cunque formæ differant, vel numero, vel specie, vel genere, nisi ponantur angeli esse quanti, & figurabiles: quod est enarta cõem animi cõceptionẽ sapientum: qnia, vt dicit Boetius in lib. de Hebdomadibus: Cõis cõceptio animi apud sapientes est: inentporalia in loco nõ esse: nec esse quãta: nec situalia. Et Dam. secundo libro c. 3. dicit angelos esse incircumscriptibiles, siue infigurabiles. Ipsi etiam, qui ponunt materiã in substantijs spiritualibus: dicũt materiam illam non esse q̃ntati cõiunctam. Non ergo intelligimus, p materia præexistat formæ tpe, sed origine. intelligimus ẽt, p ipsum informe origine p̃cedens formã, cũ de se non habeat diuersitatem: non poterit per se suscipere diuersas formas. Prima ergo diuersitas materiæ informis, non poterit esse per plures formas, quia pluralitas formarum materialium præsupponit diuersitatem ipsius rei informis, suscipientis eas: & origine præcedentis illas. sed nulla vna forma potest facere diuersitatẽ in materia, nisi quantitas. consequens itaque est, quòd non sint plura materialia, nisi quantitates illorum sit quantum. nõ erunt ergo plura materialia non quanta, nec poterunt esse plura materialia non quanta: nec poterunt esse plura materialia, quorum vnum sit quantum, aliud non quantum. Sed vt sit materialium pluralitas: oportet quodlibet talium esse quãtũ. Quare si in angelis est materia, cum ipsi sint non quanti, non poterunt esse plures angeli, quantuncunque eorum formę differre ponantur. Rursus non solum non erunt plures angeli, sed etiam impossibile erit, esse

Angeli non sunt quãti.

* 148 fere in fine prolegt. vbi lege contrad. & solutionem.

aliquem Angelum, quiâ vt dictum est, non pos-
sunt esse plura materialia, nisi ponatur quodlibet
esse quantum: Non autem possunt talia esse plu
ra, si ponatur vnū quātū, & aliud nō q̄tū: vel si po
natur qdlibet non quātū. Quare si nō esset nisi vnū
materiale: vtputa vnus Angelus, si nihil aliud es-
set materiale in vniuersū, nec corpus, nec aliquid
aliud, forte tō proposita huic positioni non esset
oīno cōtraria. sed ex quo aliqd aliud pōnitur esse
materiale, & nō possunt esse plura materialia, nisi
quodlibet illorū sit quantū, impossibile erit esse
aliquē Angelū, nisi ponatur esse quātus, & habe-
re extēsionē. Sed forte adhuc inteilectus hoīs nō
quiescit. Diceret. n. aliqs fortè, ꝙ materia q̄ est in
Angelis: est alterius rōnis, q̄ materia corpis: pp
qd si esset hæc materia, & illa absoluta ab oī for-
ma, adhuc esset, p quid differrent. diuersitas ergo
in illo informi, vel in illa materia, q̄ hēt Angelus,
nō est ex quantitate, sed dicetur esse ex ipsa essen
tia materiæ. & qa existēte informi diuerso, & ma-
teria diuersa poterit recipere diuersas formas: cū
talis diuersitas nō sit p quāritatē, poterit esse An-
gelus, & corpus, & vterq; erit materialis: nun tū
pp hoc ponetur Angelus esse quātus. Dicemus er
go, ꝙ sic loquentes, recedunt à re, quæ est mate-
ria, sed soiū nomē materiæ tenere uiunt. Nā hoc
est materia, qd est pura potentia, qd est ita propè
nihil, ꝙ magis prope esse non pōt. pp qd in ipsa
materia ſm se diuersitatem dare: vt infra plenius
declarabit: cum disputabit de ✻ vnitate materiæ:
est dicere oppositū in adiecto: tū & si cōcederet,
ꝙ materia Angeli, sic differat à materia corporis,
quæreremus, vtrū materia vnius Angeli sic diffe-
rat à materia alterius: ꝙ ēt absoluta ab oī forma
adhuc differret. ponetur ergo ista absurditas, ꝙ
quot erūt Angeli, tot erunt materiæ p essentiam
differentes. Differet ergo angelus ab angelo, sicut
angelus à corpore. impossibile est. n. esse duas ma
terias sic essentialiter differentes, cū nomine mate
riæ intelligamus purā potētiā. Et multomagis ap-
patet esse impossibile, si ponantur plures tales ma
teriæ, quarū quælibet sit spiritualis: quia si q̄libet
est spiritualis materia: licet nō sit intelligibile ma
teriā esse spūalē; sed oportet materiā esse quātā,
nisi æquiuocetur in materia. Nā cū noīa sint ad
placitū, posset vocari materia ipsa natura Angeli:
ſm quē mudū ioquitur Auctor de causis dicens;
intelligētiā hſe suū Hyleachin. i. suū materiale,
vocāt ipsam essentiā intelligentiæ qd male, eo ꝙ
hēat potentialitatē quandā. Colligamus ergo in-
cōuenientia, q̄ cōcludūtur cū hac tōe, & dicamus
ꝙ si ponat materia in Angelis, nisi ponerent An-
geli esse quāti, & figurabiles, & circūscriptibiles:
ex quo ponit aliqd aliud materiale, vt corpus, nō
posset esse aliqs Angelus. Quod si tā cōcederet,
ꝙ materia spūalū, & materialiū differret p essen
tiam: nō poset esse nisi vnus Angelus, hoc conce-
sso: quāuis sit valde incōueniens loquendo ve
te de materia, ꝙ possit per essentiā esse distincta.
Sed si vlterius cōcederetur illa oīno absurditas:
ꝙ ēt in ipsa materia, quā spiritualē vocant: esset
distinctio p essentiam: vt si illæ materię Angelo-

Dist. 12 q. 3. art 4.

Angeli si essent materiales, inconueniēs sequeretur.

A rum essent separatæ ab oī forma, adhuc essentia-
liter differrēt, vt saltem isto modo saluari posset
pluralitas Angelorum; non essent, nec esse pos-
sent duo Angeli eiusdem speciei, nec eiusdem ge-
neris: sed quot essent Angeli, tot essent genera
Angelorum: quod nunquam fuit ab aliquo posi-
tum, & est absurdum ponere. Nam ꝙ vna mate-
riam per essentiā differat ab alia, & ꝙ ſm aliam,
& aliam rōnem sit apta nata suscipere formam,
quæcunque talia sint: eiusdem generis esse non
possunt, vt quia materia istorum inferiorū susci-
pit formā priuationi annexam, & mediante pri-
uatione. Nam quia materia est priuata forma: iō
formam appetit, & naturaliter in formam tēdit:
Materia vero cœli quia suscipit formam, non pri
uationi annexam: consequēs est, ꝙ cęlū, & ista in-
ferioria differunt genere. Si ergo sola diuersa ratio
B recipiendi formā, & sola diuersificatio in anne-
xo materiæ, vt in ipsa priuatione, facit diuersita-
tem in genere; si poſset esse diuersitas in ipsa essē-
tia materiæ: huiusmodi diuersitas hanc diuersita
tem includeret: quia ex quo essētialiter essent di-
uersæ materiæ: non possent ſm eandem rationē
recipere formas, & maiorem diuersitatem face-
rent. ex quo simul cum diuersa ratione recipiēdi
formam ipsæ materiæ essēialiter essent diuersæ.
Quare duo quicunq; Angeli non solum genere,
sed ēt plus q̄ genere differre oporteret. ex quo e-
nim actus actiuorū sunt ſ panēte, & disposito, ex
quo ponūtur materiæ essentialiter diuersę: opor
teret tales esse formas, quales requirarēt illæ ma
teriæ. Et quia illæ materiæ sequirerent diuersita-
tem generis: si esset possibile eos esse, oporteret
C quoscunque duos Angelos genere esse diuersos:
Differre enim forma est differre specie. Nam idē
est forma, & species. materia ergo, vt materia est,
nunquam faciet diuersitatem in specie: sed vel fa
ciet quantum est de se diuersitatem in numero:
si ex sola quantitate materiæ habeat esse talia di-
uersitas. vel faciet diuersitatem in genere, si non
ex sola quantitate materiæ, sed ex alia ratione
recipiendi formam, & multomagis si ex diuersita
te essentiali materiæ, inter ipsa materialia esset
diuersitas. multa ergo absurda sequūtur, si in An
gelis ponitur esse materia.

Differre forma est differre specie idem infra. q. 2. art. 1. in tertio dubio.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex perfectio
ne Angelorum, siue ex eorum nobilitate. Nam se
cundum Augustinum 12. Confes. Angelus est ꝓpe
Deum, materia informis est prope nihil. Vn-
de ait: Duo quidem fecisti, vnum prope te. i. An-
gelicam naturam: alterum prope nihil. s. materiā
informem: Vnum, quo superior tu es, ideſt angē
lum, siue angelorum genus, quo solus Deus est
superior: Alterum, quo nihil inferius est, ideſt
materiam: quæ ita tenet locum infimum, vt ni-
hil inferius sit. Non enim possumus descendere
infra materiam, nisi statim tendamus in nihil. Et
idem in eodem libro, loquens de materia dicit:
Tanto a te longius, quanto dissimiliter. Dicamus
ergo, ꝙ perfectio, & nobilitas rerum, quantum
ad præsens spectat, ex tribus potest colligi: ſm ꝙ
res ad tria possūt cōparari, videlicet ad Deū, q est

Tomo 2.

Nobilitas, & ignobilitas unde sumatur.

omne

omne esse: ad nihil, in quo est nullum esse, & ad seipsas, fm ꝙ bñt superius, vel inferius esse. Res ergo est nobilis, vel qa est propinquior. 1. similitor Deo, vel quia remotior a nihilo, vel quia in ordine rerum habet esse superius, & excellens. Sic ecõtrario res erit ignobilis, & imperfecta, vel quia est multum remota, vel multũ dissimilis à Deo, vel quia est multũ propinqua ipsi nihilo: vel tertio, quia in ordine rerum habet esse infimum, & depressum. Propter oĩa prædicta tria: est natura angelorum nobilis, & perfecta. econtrario propter tria opposita. natura materiæ est ignobilis, & imperfecta. Quod satis innuit Aug. in præfatis verbis, si consideretur mens eius. Dicemus ergo, ꝙ natura Angeli non est forma recepta in materia: qa omne, quod recipitur in aliquo, recipitur fm modũ rei recipientis: Si enim esset angelus forma in materia: fm eõsiderationem ponet esse prope Deũ: sed fm esse, qd haberet, & fm quod haberet esse in effectu: quia haberet esse materiale: non haberet illud esse nobile, & perfectũ: videlicet, ꝙ esset prope Deum, & ꝙ in ordine creaturarum haberet esse Deo valde simile, sicut materia valde dissimile. Quare vt insinuemus dictum Aug. de nobilitate Angeli, dicamus ipsum esse quid immateriale.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex transmutatione, quæ contingit esse in rebus materialibus. Dicemus enim, ꝙ aliter materia cõparat ad Deũ, & aliter ad alia agentia. Nam alia agentia non attingunt immediate ipsam essentiam materiæ, sed attingunt eam, mediante quantitate, & mediante forma, sub qua existit ideo dicit Commen. in 8. Phys. ꝙ si esset materia absoluta ab omni forma, non posset esse subiecta trãsmutationi, & motui, & nihil ex ea fieri posset. quod veritatem habet de eo, quod sit per alia agentia à Deo, Nam eum cætera alia agentia agant per transmutationem, & motum, & non immediatè attingant ipsam essentiam materiæ, quia nõ potest subijci transmutationi naturali, nisi quod est quid diuisibile: Si materia esset absoluta ab omni forma: tum quia non esset quid quantũ, & quid extensum, vt posset esse naturali trãsmutationi subiecta: tum etiã quia agens naturale per suam actionẽ non posset ipsam attingere: nihil ex ea fieri posset per hmõi agens. Hinc est etiã, ꝙ natura agens non solum ex ipsa essẽtia materiæ fm se nihil posset facere: sed ẽt corpora materialia conuenientia in ipsa nuda essentia materiæ, non posset ad inuicẽ trãsmutare: vt non posset natura facere ex cœlo elementũ: nec ex elementis cęlũ. conuenit enim cœlũ cũ elemẽtis quantũ ad nudã eẽntiã materiæ, vt patebit, cũ disputabimus de operibus sex dierũ, & cũ quo fiet de materia cœli. Si. n. materia hæc, & illa esset absoluta ab omni forma: non hẽret ꝙ quod vna differret ab alia: cũ quilibet sit potẽtia pura. Nõ põt itaque agens naturale transmutare hoc corpus in illud, qa principiũ in generatione terũ naturaliũ est ipsa priuatio, vt declarari habet in 1. Phys. pp qđ ineteparat ibi Plato: qa priuationẽ despexit. Vtrũ aũt priuatio sit principiũ p se; vel principiũ, siue quo non: nihil ad ꝓpositũ: Nã qualitercunq; sit principiũ: postq̃ sine priuatione non contingit fieri transmutationẽ naturaliter in rebus naturalibus: consequens est, ꝙ agens naturale non immediatè attingat eã, sed mediãte priuatione: vt possit ex ea aliqd facere. Quod ergo est sic materiale: qđ non habet in sua materia priuationẽ annexã: nec est corruptibile, nec gñabile per agens naturale. Et quia materia cęli licet sit eadem per essentiam cũ materia istorũ inferiorũ: quia oĩno est inconueniens ponere duas potẽtias oĩno puras essentialiter differentes: sicut & inconueniens esset ponere duos actus putos eẽntialiter distinctos. Attñ qa priuatio est annexa formæ contrariæ: cum formæ cœli nihil sit contrarium: materia cęli non hẽt priustionẽ annexam. Agens itaque naturale quantũ ad gñationem, & corruptionẽ non hẽbit potentiã sup cęlum, vt ꝙ possit de aliqua parte cęli aliqd aliud facere, vel ꝙ possit ex aliquo alio corpore aliquã partẽ cęli generare. sed agens diuinum, quia immediate attingit essentiam cuiuslibet rei: ea ipsa essentia materiæ posset aliqd facere: & posset in hmõi eẽntiã quacunq; formã materialẽ inducere: siue illa essentia esset oĩno nuda, siue esset coniuncta formæ nõ cõtrariæ, & non habenti priuationem annexam.

Posito ergo, ꝙ oĩum corporũ sit vna materia: quod ponendum est, vt infra declarabitur: quia vbicunque est propria materia: oportet, ꝙ sit eadem per essentiam: poterit virtute diuina quodlibet corpus in quodlibet corpus mutari. sic, & si animæ haberent materiam propriè sumptam: esset eadem per essentiam in animabus, vel in angelis, & in ipsis corporibus, quod & concedunt ponentes materiam in substãtijs spũalibus. qđ si nõ concederent; non esset ibi aliqd, qđ esset potẽtia pura: quia, vt sæpe sæpius diximus: in potẽtia pura non potest esse distinctio. Non enim negamus quin in angelis sit aliqua potẽtialitas: hæremus tamen ibi ponere, ꝙ ibi sit potentia pura: quod est proprium ipsi materiæ: quia si ibi esset aliqd tale, esset idem per essentiam cum materia istorũ inferiorum. Posset etgo fieri saltem virtute diuina non solum ex quolibet corpore quodlibet corpus: sed etiam ex quolibet corpore quælibet spirituales substantia, & econuerso. quòd est contra Tomo 1. Augustin. 7. super Gen. ad literam dicentem: Omne quippe corpus in omne corpus mutari posse credibile est: quodlibet autẽ corpus mutari posse in animam: credere absurdissimum est. Nec est differentia in hoc secundum ipsum, quantum ad hoc inter quãtũ corpus, & alia corpora. Vnde ait: Quidam putauerunt quantũ quoddã esse corpus, vñ est aia. Et subdit: Si tñ corpus sit, & si hoc dñt esse corpus: qđ & nos. i. natura quælibet, lõgitudine, latitudine, altitudine, ꝑpacium loci occupantem: neque hoc est anima, neque inde facta esse anima credenda est. Et idem in eodem libro dicit, quòd cum anima non sit corpora, & quicquid ex mundi corporeis elementis sit, corporeum sit: nec de elementis mundi: nec de puro igne cœlestis elemento anima facta dicetur.

Aegid. super ij. Sent. R 3 Et

Et subdit, quòd omne quippe corpus in omne corpus possit mutari: non defuerunt, qui asserent corpus aliquod, siue terrenum, siue cœleste conuerti in animam, fierique naturam incorpoream, nec quemquam sensisse scio, nec fides habet. Igitur ex ipsa transmutatione rerum, vt quia credibile est secundum Augustinum, quodlibet corpus posse mutari in quodlibet corpus, & quia absurdissimum est secundũ ipsum: corpus quodcunque posse mutari in animam, siue in substantiam spiritualem, vel è conuerso; consequens est, talia esse immaterialia: Quia si habetent materiam proprie dictam, vel si haberent in se aliquid, quod esset potentia pura; possent huiusmodi transmutationem suscipere. Nam vna pura potentia non magis respicit aliquem actum, quàm alia: ideo saltem virtute diuina quæcunque forma, potest induci in quamcunque puram potentiam. Propter quod in substantijs spiritualibus nõ est aliquid, quod sit pura potentia. quia in huiusmodi puram potentiam posset induci forma corporalis, & etiam quæcunque forma, quæ potest induci in puram potentiam.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex opere, vel ex actione, quæ attribuitur substantijs separatis: cuiusmodi est intelligere. Nam semper in cognoscente sunt ipsa cognoscibilia. Ideo dictũ est, quòd licèt res sit volita, vt est in seipsa; est tamen cognita, vt est in cognoscente. sed in hoc fuerunt decepti antiqui: quia crediderunt res cognitas secundum naturas, & materialiter debere esse in cognoscente. ideo posuerunt animam compositam ex elementis corporalibus, vt terram cognoscere terra: aquam aqua: & sic de elementis alijs: sicut Empedocles opinatus est, vt in primo de anima recitatur. Attamen non sic est: quia non secũdum modum materialem, sed magis secundum quandam expressionem formalem oportet cognoscibilia esse in cognoscente. Cognitio ergo semper præsupponit quendã immaterialem modum recipiendi. Nam & sensus, qui est cognitio infima: dicitur suscipere speciem sine materia. Vnde & in secundo de anima declaratur, ꝙ hoc est commune omni sensui, quòd est susceptiuus specierum sine materia. Sicut enim cera recipit similitudinem sigilli auret sine materia auri, sic & sensus recipit similitudinem speciemm sensibilium, non recipiẽdo ipsam materiam sensibilẽ. Et quia immaterialitas facit cognitionem, immo vbicũq; est cognitio aliqua, ibi est aliquis immaterialitatis modus. Ipsa vero materialitas cognitionem impedit: oportet secundum esse materiale, & immateriale distinguere non solum cognoscens a non cognoscente, sed etiam cognoscens excellenter a cognoscente non excellenter. Videmus enim, ꝙ plantæ solũ immutantur materialiter, sicut immutantur corpora naturalia: ideo nullam cognitionem habent: nec aliquid sentiunt: Animalia vero, quia quantum ad eorũ sensus, habent quendam modum suscipiendi immateriale: quia eorum sensus, vt diximus, est susceptiuus specierum sine materia: ideo cognitionem habent. Distinguemus ergo tres gradus in entibus, siue in viuentibus: quia quædam viuentia & materiam habent, & solum materialiter immutantur, vt plantæ, & talia nullam cognitionẽ habent. Quædam vero materiam habent: sed immaterialiter immutantur, vt animalia sensibilia: quæ licet materiam habeant; tamen quodammodo immaterialiter immutantur: quia per eorũ sensus suscipiunt speciẽ sine materia, & talia viuẽtia sentiuot, & habent cognitionem sensitiuam. Quia si non esset dare tertium gradum in viuentibus, videlicet, ꝙ aliqua viuentia essent, quæ nec materiam haberent, nec materialiter aliquid reciperent; non esset aliqua altior cognitio, quàm cognitio sensitiua. Ergo si Angeli intelligunt: non solũ oportet, ꝙ nihil materialiter recipiant, sed etiam necesse est, ꝙ ipsi in se materia careant: quia si materiam haberent, & solum speciem sine materia reciperent: quia hoc est sentire: esset in eis sensus non intellectus.

Possumus autem, & hoc aliter declarare. Dicemus enim, ꝙ aliqua viuentia sunt, quæ nullam cognitionem habent: aliqua vero, quæ cognoscẽdo non possunt partientaria transcendere: aliqua vero, quæ de ipsis rebus vniuersalem cognitionẽ habent, & in hoc tertio genere sunt spirituales substantiæ. Nam & in nobis ipsis experimur: quia possumus intelligere naturam vniuersalem abstractã à conditionibus materiæ. Plantæ ergo, qa recipiunt omnino materialiter, nihil cognoscũt sensus autem quia recipit sine materia, cognoscit particulare: Intellectus vero, quia cognoscit vniuersale, non solum recipit sine materia, sed etiã recipit sine conditionibus materiæ: cũ ipsum vniuersale, quod est suum obiectum, à conditionibus materiæ sit abstractum. sed quicquid recipit sine materia, & sine conditionibus materiæ: non habet in se materiam: quia si haberet in se materiam, reciperet secundum conditiones materiæ.

Sed dices: Ipsum vniuersale, qđ est obiectũ intellectus, est natura composita ex forma, & materia. Nam si intelligo naturam aquæ: dato ꝙ non intelligã hanc naturã, & hanc aquam; tamen qa ipsa aqua est compositio ex materia, & forma; intelligendo hmói naturam, intelligo aliquid compositum ex materia, & forma. Quia si ipsum vniuersale, quod est obiectum intellectus, habet in se materiam, & formam: non viderut inconueniens, ꝙ ipsa substantia spiritualis intelligens vniuersalia, sit etiam sic composita.

Aduertendum ergo, ꝙ alius modus est ex eo, ꝙ res est in se, & ex eo, ꝙ ab intellectu consideratur. Nam in essendo, forma recepta in materia, trahitur ad modum materiæ: quia ibi recipitur per modum materiæ. sed cum res intelligitur, & consideratur: tunc materia trahitur ad modum formæ: quia non intelligitur nisi per formã, & vt perfecta per formam intelligitur. Et inde est, ꝙ omnes partes positæ in diffinitione, dicuntur formæ. quod non est intelligendum: quòd ipsum genus in diffinitione positum, non possit dicere quid compositum ex materia, & forma: sed quia

A

B

C

D

Gradus res in entibus, vel viuentibus.

Gradus viuentiũ alio modo declarantur.

Vniuersale an sit compositum ex materia, & forma.

Res in se, & ab intellectu cõsiderata diuersimodè.

Diffinitionum partes oẽs alij formæ quoniã 2. Phys. 20. & vide Doct. loco citato.

T c. 27. 77. 79 & 3. lib. t 1 30. 17. 38 & vide Aegidium quol 5 q 5. sub principium.

T c 121 & & 39. & vl d. Qodl t c. 111 Quoll. 3 q 2.

Lib 11.c.92. Cœlũ hoc, & in ſe declarat quomodo ſit materia, & quo forma, & vide pro hoc Doct. quol. 1 q 7. Auer. autẽ 9 Meta 17. ait Cœlum nihil prohiber, vt ſit materia, ſed prohibet, vt ſit forma. l. ſeclusa intelligentia. Vide ad hoc Hable. 108. Zamor.

quia ibi trahitur materia ad modum formæ, & non ingreditur diffinitionẽ, niſi ratione formæ. Sic etiã cum Philoſophus ait in libro de cęlo, & mũdo: cum dico hoc cœlum, dico materiam: cũ dico cœlũ, dico formã. Hic. n. eſt intelligẽdum, quòd in hoc cœlo particulari non ſit materia, & forma, ſed ſit materia tantum: nec eſt intelligendum, quòd ipſum cœlum ſecundum ſe, ſed non ſecundum eſſe ſignatum conſideratum, non ſit compoſitum ex materia, & forma, ſed ſit tantum forma. ridiculum enim eſſet credere, quòd cœlum particulariter ſumptum eſſet materia tãtum, & vniuerſaliter acceptum eſſet forma tantũ. Sed quia cœlum prout eſt hoc, & prout habet eſſe ſignatum, forma trahitur ad modũ materiæ: ideo hoc cœlum indicat ipſam materiam: in eſſe autem non ſignato, quia materia trahitur ad modum formæ, ideo dicere cœlum, eſt dicere formam. Quare ſi in cõſideratione intellectuali etiam ipſa materia trahitur ad modũ formæ, oportet ſubſtantiam ſpiritualem intelligentem eſſe ipſam formam, & non habere in ſe materiã. Si enim haberet in ſe materiam, tunc forma recepta in ea haberet eſſe materiale. & quia quantũ ad eſſe, forma trahitur ad conditionnes materiæ: licet, quod cõſideratur, poſſit habere materiam tractam ad conditiones materiæ; tamen, quod eſt in materia, ſemp trahitur ad cõditiones materię. ſi ergo ſubſtantia ſpiritualis eſſet forma in materia recepta, in ea haberet conditiones materiæ. Nunquàm ergo poſſet repræſentare ſine conditionibus materiæ. propter quod per talem formam non poſſemus vniuerſale cognoſcere. Dicemus ergo, quòd cognoſcens non recipit materialiter, ſed formaliter: recipit tamen magis, & minus formaliter: ſecundum quòd eſt magis, & minus excellẽs cognitin: vt intellectus recipit magis formaliter, quàm ſenſus: Modus enim recipiendi ipſius ſenſus, eſt modus medius inter modum omnino materialem, ſecundum quem recipiunt plantæ, & omnino formalem: ſecundum quem recipit intellectus. Plantæ ergo recipiunt omnino materialiter: intellectus autẽ omnino formaliter: ſenſus vero recipit aliquo modo materialiter, quia recipit cum conditionibus materiæ, & aliquo modo formaliter. quia recipit ſine materia. Dicere autem, quòd intellectus, qui recipit omnino formaliter (quia nec cum materia, nec cum conditionibus materiæ) habeat in ſe aliquid, quòd ſit potentia pura: eſt omnino inconueniens. Nõ poſſet enim anima per intellectum recipere ſic formaliter formas, vt requirit cognitio intellectiua, ſi haberet in ſe materiam, vel aliquid, quod eſſet potentia pura. Auguſt. tamen 7. ſuper Gen. ad litteram, arguit animam non eſſe corpoream; quia in ſua propria operatione, vt intelligere, ſe auertit à corpore, & à ieuſibus corporis. Vnde ait: Ipſa vero anima cum aliquid vult intelligere, vel Deum, vel diuina, vel etiam ſeipſam, ſuaſque conſiderare virtutes, vt aliquid veritatis compræhendat: ab hac ipſorum quoque oculorum luce ſe auertit; i. ſe auertit ab iſtis corpotalibus, quæ luce corporali cognoſcũtur, vt poſſit intelligere, & vt poſſit ſuã operationem exercere. Arguit etiam idem Auguſt. in eodem libro, quòd anima ſit incorporea, quia habet in ſe quædam longè diſſimilia à corporibus. Vnde ait: Habetque ipſa innumerabilia longè diſſimilia cũcto generi corporum, quæ non niſi intellectu, atque ratione conſpiciat. Propter quod concludit animæ naturam nõ eſſe corpoream. Et ſicut ipſe his duobus vijs probat, animam non eſſe corpoream. quia in intelligendo ſe, abſtrahit à corpore. & quia habet in ſe quędam longè diſſimilia à corporibus: ſic poſſumus nos arguere, ipſam eſſe immaterialem. q. a intelligendo abſtrahit à materia, & quia habet in ſe quædam lõgè diſſimilia à rebus materialibus. Recipit enim intellectus, vt diximus, omnino formaliter, q. eſt recipere longè diſſimiliter à materia. Quare conſequens eſt, q. ſubſtãtia ſpiritualis ex ipſa ſua operatione intellectuali concludatur carere materia. Et ſi inueniatur aliqua cauillatio, q. non ex quolibet intelligere animæ, vel ſubſtantiæ ſpiritualis, arguamus ipſam immaterialem eſſe: cum poſſit ſubſtantia ſpiritualis admitti ad intelligendum undè, & apertè diuinam eſſentiam: minimè rationi repugnat, q. ſubſtantia ſpiritualis habeat in ſe materiam propriè, vel aliquid, quod ſit pura potentia, cum poſſit intelligere Deũ, q. eſt actus purus, in quo nulla nulla potentia. Nullum enim materiale poteſt elevari ad cognoſcẽdũ aliquid immateriale. q. a quod res materialis recipit, per modum materiæ recipit, vt ex hoc immaterialia cognoſcere nõ poſſit.

His viſis, vnlumus ſoluere auctoritates, & rationes in oppoſitum, & etiam argumenta in contrarium facta. Cum ergo dicitur, quòd Philoſophus huius opinionis eſſe videtur, quia in 2. Metaph. ſecundum tranſlationem Comment. dicit, q. fuit modus erroris eorum. i. antiquorum Philoſophorum, quia poſuerunt materiam elementum corporum, & non poſuerunt eam elementum non corporum. ex quo videtur velle, q. ipſa non corpora, & ipſa incorporalia materiam habeant. Dici debet, hoc argumentũ procedere ex falſo intellectu litteræ. Cum enim dicitur, q. errabant antiqui. quia ponebant materiam elementum corporum: non corporum autem non; hoc, quod dicitur corporum, & nõ corporum, debet conſtrui intranſitiuè: non trãſitiuè. Eſt enim ſenſus, antiquos erraſſe. quia poſuerunt materiam elementum corporum. i. de numero corporum. quia dixerunt materiam eſſe corpus. Nam quidam poſuerunt materiã eſſe aerem: quidam aquam. Nullus autem antiquorum ſciuit dicere materiam eſſe puram potentiam, & eſſe non corpus, ſed omnes poſuerunt, eam eſſe corpus. Errabant ergo Philoſophantea antiqui quia poſuerunt materiam eſſe elementũ corporum. i. de numero corporũ: & quia dixerunt materiam eſſe corpus, cum debuiſſent eam poſuiſſe non corporum. i. de numero non corporũ, & debuiſſẽt dicere materiã nõ eſſe corpus.

1. Metaph. 11.

To. 1. Animã eſſe incorporeã qua ratiõe cognoſcat.

Quod

Quod aũt addebatur de Cõmentatore, qui exponens dictum Philosophi in 8. Meta. ꝙ intelligentiæ sunt entes p̃ter oẽm materiã intelligibilẽ, & sensibilẽ, ait: Hoc ió eẽ dictũ, qa nõ hñt materiã, nec naturalẽ, nec mathematicã; Dici debet, quòd nunquàm materia separatur à quanto: hoc autem quàmuis verum sit, hanc tamen veritatem nimis ardenter tenuit Commentator, vt quasi propter hoc, tractatum illum de substãtia orbis componeret, vt ostenderet quantitatem nõ solum semper materiæ coniunctam esse, sed etiã tantam coniunctionem habere ad materiam, vt ab ea expoliari non posset, sed oporteret ipsam quantitatem secundum suum esse indeterminatum, formam substantialem præcedere. Cum ergo tanta sit vnio quantitatis ad materiam: cum quantitas dupliciter considerari possit, vel secundum esse, quod habet in sensibilibus, vel prout per considerationem est à sensibilibus separata; erit duplex acceptio materiæ, vel prout est cooiuncta quantitati secundum esse, quod habet in sensibilibus, & sic est de consideratione Naturalis, vel prout est coniuncta quantitati: prout per considerationem est à sensibilibus abstracta, & sic dicitur esse materia mathematica. Tertium autẽ modum materiæ dare non poterimus: videlicet, ꝙ non solum secundum considerationem, sed ẽt secundum esse sit à sensibilibus separata. Negãs ergo Commentator materiam naturalem, & mathematicam ab intelligentijs, negat ab eis omnem materiam, quia, vt diximus, materia vel est coniuncta sensibilibus secundum esse, & secundũ considerationem, vel est coniuncta sensibilibus secundum esse, sed non secundum considerationẽ. Tertius aũt ꝑ modus materiæ dari non potest, quòd secundum esse, & secundum considerationẽ sit materia à sensibilibus separata, & quia non est dare nisi duplicem modum materiæ: sufficiebat, Commentatorem duplicem materiam abintelligentijs negasse.

Materia naturalis, & mathematica.

* Materiæ modi quot. Sed D. Bon. tertiũ excogitauit modũ materiæ, quem vocat Metaphysicũ, & ex eo ait Angelos esse compositos. li. 2. dist. 3. art. 1. q. 3. 2.

Quod autem addebatur de Boetio in libro de vnitate, & vno, quòd Angelus, & anima nõ sunt quid vnum simplicitate, sed vnione simplicium, vt vnione materiæ, & formæ: dici debet, ꝙ ꝑ liber ille nõ est Boetij: nec redolet stilũ eius. & qa non est liber authenticus: ideo sollicitum esse de opinione eius, vel de opinione viri non authentici, non est approbãdum. Quòd si tñ aliquis proteruire vellet: dicẽs illum esse Boetij, dicemus sic exponẽda esse dicta Doctorum, & Sanctorum in vna parte, quòd non contradicant dictis eorum in alia parte. Cum ergo Boetius in li. de duabus naturis, & vna persona Christi, quem fecit cõtra Euthicem, & Nestorium, dicat, quòd omnis natura incorporeæ substantiæ nullo innititur materiæ fundamento: oportet dictum illud de vnitate, & vno, si sit liber Boetij: esponere, ꝙ accipiatur ibi materia, & forma pro aliquo materiali, & formali: non autem pro materia propriè, cum planè alibi asserat, vt pater in auctoritate proposita, incorpoream substãtiam nullo inniti materiæ fundamento,

* Liber de vnitate, & vno nõ est Boetij, qua non est authenticus.

A Quod autem dicebatur de Auicebron, quòd hoc sensit in libro de fonte vitæ; dici debet, quòd in hoc Auicebron sanam mentem nõ habuit, sed erranit, sicut in multis locis in libro illo erravit. Intendebat enim eum de fonte vitæ, sed magis meruisset ille liber nomen oppositum: cum non solum circa existentiam rerum, sed etiam circa actiones entium multos errores contineat.

Auicebron fons vitæ, sed potius fons mortis dici debet, vt vt alibi Doctor.

Quod autem addebatur de Augustino, ꝙ in 12. Confes. datur hæc expositio, quòd in principio fecit Deus cœlum, & terram. i. in verbo suo sibi coæterno fecit Deus informem materiam spiritualis, & corporalis creaturæ; Dici debet, quòd vt apparet ibidem, non loquitur secundum opinionem propriam, sed secundum opinionẽ aliorum. Vnde ait, quòd alius est, qui dicit, quòd in B principio fecit Deus cœlum, & terram: quasi diceret, ꝙ de expositione illius verbi sunt diuersæ sententiæ, quia quidam exponunt sic: quidã sic Vel possumus dicere, ꝙ si illud dictum est de intentione August. dicemus, ꝙ certum est, quòd materia rerum corporalium non fuit facta sine omni forma: Dicitur. n. materia illa corporalis creata informis: non priuatione omnis formæ, sed comparatione formosiorũ, vt dicit Aug. 12. super Gen. Erat ergo illa materia informis, quia non habebat omnium formositatem, quam erat habituta. Erit ergo sensus, quòd Deus in principio fecit ꝑ materiã informem corporalis, & spiritualis creaturæ. i. fecit corpus, & spiritum informem: non habentem omnem ornatum, & omnẽ formositatem, quam erat habiturus. Materia itaque informis corporalis, & spiritualis creaturæ C non accipitur ibi pro ipsa materia, sed pro ipso corpore, & spiritu informi, quẽ postea Deus formauit, & ornauit. prius enim intelliguntur angeli producti, & postea intelligunt fuisse ad creatorem conuersi, & ex hoc fuisse formosi facti. Quare, & si non tempore, origine tamen eorum informitas formositatem præcessit: immo etiam, & tempore præcessit, quia non statim cum fuerũt creati, fuerunt beati, & per consequens non fuerunt plenè ad Creatorem cõuersi, & omnino formosi.

Tomo 3.

* Materia rei corporalis, & spiritualis quo intelligat sã informis.

Angeli quo ordine creati.

Quòd verò addebatur de August. super Gen. ad litteram, quòd de subiecta creatura Deus fecit animam, & quòd sicut in carne non quærimus solam rationem, quomodo facta sit, sed etiam materiam, de qua facta sit: sic etiam & in anima D debet quæri materia, de qua facta sit; Dici debet, quòd ibi Augustinus non loquitur affectendo, sed magis inuestigando, & veritatem inquirẽdo. Vnde & in eodem libro innuit, quòd materia animæ non potest esse corpus: nec etiam aliquid irrationale, nec etiam aliquid rationale. De nulla ergo materia facta est anima, quia non de materia rationali, quia non potest fieri anima ex anima: nec angelus ex anima: nec ex materia corporali, nec ex materia irrationali: ex nulla ergo materia facta est anima. Quia si tamen aliquis dicere veller, hoc fuisse de intentione August. quòd anima esset facta ex aliqua materia: ipsa verba

Anima ex materia quæ.

August.

Auguſt. ſeipſa ſoluũt. Nam, vt ait, pro ſuo genere quærenda eſt materia animæ. Et, vt ſubdit, Si anima quid incommutabile eſſet, nullo modo eius quaſi materiẽ quærere deberemus. mutatur enim anima à vitijs in virtutes,& econuerſo. Non ergo quæremus materiam animæ, de qua fiat quantum ad eſſe, ſed ponemus ibi materiam, quomodo ex vitio fiat virtuoſa, vel econuerſo: materia autem huius eſt ipſa anima. Anima.n. vna,& eadem exiſtẽs: nec eſt virtuoſa, nec vitioſa. erit ergo anima materia animæ vitioſæ, vel materia animæ virtuoſæ: ſicut, quia eadẽ materia nunc eſt ſub forma ignis, nunc ſub forma aquę: ideo illa materia eſt materia ignis,& aquę. Aĩa ergo nõ ſimpliciter, ſed aia vitioſa,& virtuoſa, hẽt pro materia ipſam animam, quę poteſt & ornari virtute, & maculari vitio. Quod ſi tamen aliquis aſſerere vellet, ꝙ etiam anima quantum ad eſſentiam haberet materiam, de qua fieret: dicemus, ꝙ ibi pro materia eſt ipſa eſſentia animę: quæ perficitur per ſuum eſſe: quaſi materia per formam. quia ergo anima hoc modo creatur. quia ſua eſſentia perficitur per eſſe: dicitur anima eſſe producta, ex materia. quia producta eſt, & facta in rerum natura ex ſua eſſentia accipiente eſſe, & perfecta per eſſe.

Aoima habet materiã i. eſſentiã.

Quod vero addebat, ꝙ angelus ſeipſum mouet, ideo oportet in angelo dare aliqua duo differentia realiter. quia idem ſecundum idem, & reſpectu eiuſdem: non poteſt eſſe mouens,& motum; Dici debet, ꝙ propter huiuſmodi moueri ſeipſum: non dabimus in angelo duas res componentes naturam, ſed dabimus ibi duas potentias realiter differentes: intellectum.ſ. & voluntatem. Nam, quia intellectus mouet voluntatem,& econuerſo: angelus mouet ſeipſum. quia eſt diuiſibilis in duas partes potentiales: quarũ vna eſt mouens,& alia mota. vt per intellectum mouet ſeipſum ad volendum, & per volũtatem ad intelligendum.

Quod autem addebatur de potentialitate, & ꝙ potentialitas per ſe, & primo conuenit materiæ, & ideo quicquid habet potentialitatem habet per materiam; Dici debet, ꝙ potentialitas materiæ,& animæ, vel, cuiuſcunque ſubſtantiæ ſpiritualis: eſt omnino æquiuocè. quia potentia materię eſt potentia pura: nihil autem eſt in ſubſtantia ſpirituali, quod ſit pura potentia: vel potentia materiæ eſt ad formas ſenſibiles, vel ad aliqua ſenſibilia: potentia autem ſubſtantiæ ſpiritualis eſt ad intelligibilia: Primum ergo in aliquo genere quare ſit cauſa omnium aliorum, quę ſunt poſt quando illa accipiuntur vniuocè, & ſecundum rationem vnam. Si.n. aliquid primo eſſet acutũ in humoribus: eſſet cauſa omnium acutorum in humoribus: non autem eſſet cauſa omnium acutorum in magnitudinibus, vel omnium acutorum in ſonis. quia acutum hic,& ibi non ſunt vniformiter ſumpta, licet vnum ſecundum aliquam ſimilitudinem ſumatur, & imitetur aliud. Nam ſicut acutum in humoribus eſt illud, quod benè pungit guſtum: ita acutum in magnitudinibus eſt illud, qđ velociter tranſit, & benè pungit corpus.& acutum in ſonis eſt illud, quod velociter ſcindit aerẽ,& benè pungit auditum. Sic potentia materiæ corporalis, & ſubſtantiæ ſpiritualis non ſumuntur vniuocè, vt eſt per habita declaratum: Habent tamen quandam analogiam ad inuicem. quia ſicut dicitur potentialitas materiæ. quis poteſt habere hoc, vel carere, vel quia per illud eſt perfecta: ſic & potentia in ſpiritualibus ſumitur, vel reſpectu indeterminationis, quia reſpicit hoc, & oppoſitum, vel reſpectu perfectionis: vt ideo ibi potentialitas eſſe dicatur, quia per actum perficitur, quaſi potentia per ſuum complementum.

Primum in aliquo genere quare ſit cauſa aliorum, quæ ſunt poſt. 10. Metaph. t. c. 2.

Acutum in rebus.

Potentia corporalis, & ſpiritualis quid.

RESP. AD ARU. Ad primum autẽ in contrarium dicendum, quòd Boetius extrema ibi appellat, quæ non ſuſcipiunt rationem generis. Nam genus, quod eſt ſubſtantia, non prædicaꝛ de materia, nec de forma. ✠ Et ſi dicatur, ꝙ ſubſtantia dicitur de materia, & forma, & compoſito, dicemus, quòd non prędicatur de illis rebus ſubſtantia, quæ eſt genus, ſed quæ eſt analogum. ſubſtantia enim, quæ eſt genus, non prædicatur de materia, nec de forma. quia tunc materia,& forma eſſent in genere ſubſtantiæ directè, quod falſum eſt, cum non ſint ibi niſi per reductionem. Relictis ergo extremis, agit de medio, i. principaliter intendit Philoſophus in prędicamẽtis determinare de bis, q̃ ſunt in genere ſubſtantiæ directè: non autem de bis, quæ ſunt ibi per reductionem: non ergo vult Boetius, quòd omnis ſubſtantia ſit compoſita ex materia,& forma. ſed vult, quòd Philoſophus in prædicamentis non intendit principaliter determinare nec de materia, nec de forma.

✠ Vide Dect. 2. de anima t. c. 2. dub. vnico.

Ad ſecundum dicendum, quòd materia, & forma non ſunt principia ſubſtatiæ ſimpliciter, ſed ſunt principia ſubſtantiæ ſenſibilis: cum ergo dicitur, quòd quæ ſunt in eodem genere communicant in eiſdem principijs; dici debet, quòd ſicut accipitur genus generaliter, ſic oportet principia generaliter accipere: non ergo accipiemus principia generis ſubſtantiæ ſic ſtrictè pro materia,& forma, ſed accipiemus ea magis largè pro potentia,& actu: dicemus ergo, quòd quodlibet, quod eſt directè in prædicamento ſubſtãriæ, non eſt omnino ſimplex, ſed eſt compoſitũ ex potentia, & actu.

Ad tertium dicendum, quòd nõ quælibet potentia eſt proprietas materię. Cõuenit enim ſubſtantijs ſpiritualibus aliqua potentialitas, ſed illa potentialitas dicitur æquiuocè cum potentialitate materiæ, vt eſt per habita declaratum. Propter quod propter in eſſe talem potentialitatem in ſubſtantijs ſpiritualibus, non poſſumus arguere ibi eſſe materiam.

Ad quartum dicẽdum, quòd angeli non ſunt actus purus, nec potentia puta, ſed eſt ibi compoſitio potentiæ,& actus. ſed iſta compoſitio, vel poteſt accipi ſecundum rem, prout realiter differt eſſentia, quæ ſe habet, vt potentia ad eſſe, qđ ſe habet, vt actus: & tunc potentia, & actus non

Angelorũ compoſitio qualis.

dicent

dicent partes qnidditatis, vel naturæ. sed potentia dicet ipsam qnidditatem, & naturam. Actus verò dicet perfectionem qnidditatis, vel naturæ. vel potest accipi talis compositio secuodum rationem, & sic in ipsa essentia est compositio potentiæ, & actus, prout huiusmodi potentia. nec est potentia pura, nec actus purus, sed vna, & eadem essentia, aliter, & aliter accepta est potentia, & actus. Est ergo in Angelis potentia, & actus, sed non propter hoc est ibi compositio materiæ, & formæ, sed essentiæ, & esse, vt potest esse per habita manifestum.

Simplex ei no non pôt ee subiectũ.

Ad quintum enm dicitor, qnòd forma simplex non potest esse alicnius subiectum; dicẽdũ, quòd verũ est: si sit omnino simplex: sicut est ipsa natura diuina, de qua ipse Boetius loquitur. Huiusmodi autem simplex forma non est essecria angeli, cũ sit ibi potentialitas aliqua. sed propter huiusmodi potẽtialitatem, non oportet ibi ponere compositionem materiæ, & formæ, sed sufficit, quòd ibi sit compositio essentiæ, & esse.

Hyleachin idest materiale ab hyle. i. materia

Ad sextum dicendum, quòd intelligibilia habent suum Hyleachio. i. suum materiale; Dicemus enim, qnòd Dens nec habet materiam, nec aliqnid materiale: corpus autem non solum habet aliquid materiale, sed etiam habet in se materiam. qoia vt dicit Boe. in lib. de duabus naturis, & vna persona Christi: Nullũ corpus est, cui non sit materia subiecta: substantia verò spiritualis nũ habet materiam, sed habet aliquid materiale, siue potentiale.

ARTIC. II.

An Angelus sit compositus ex essentia, & esse. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. de essentia, & esse diffusissimè. Theor. 5. 12. Ite Quol. 1. q. 7. Et 1. Sẽt. d. 2. q. prie. 2. Hẽr. 1 Suma dict. opp. ar. 27. q. 1. in sol. 5. arg. Et vide art. 55. q. 6. quasdam prop. Aeg. D. Th. Quol. 2. ar. 3. Item lib. 2. contra Gent. 53. 54. Ric. d. 2. q. 7. Land. q. 3. d. 2. Th. Arg. d. 3. q. 1. ar. 2.

SECVNDO quæritur, vtrũ in Angelo sit compositio ex essentia, & esse. Et videtur, q̃ noo. quia vnumquodqoe, quod est, est id, qnod est per essentiam suam. Si ergo qnodlibet est ens per essentiam, nullum est ens per participationẽ. In oullo ergo differt essentia, & esse. qnia tunc illud nou esset ens, nisi participando esse.

1 6. 14.

Præterea secundum Philosophum. 5. Meta. ens per se dicitur de figuris prædicamentorum. Per se ergo descendit ens in ipsa prædicamenta. qnicquid ergo est per se in ipso prædicamẽto, est ens per se, & existit per se, non per aliquid additum. Cum ergo substantiæ spirituales sint per se in prædicamento; erunt entia per se, & per essentiam suam, nou per aliquid additum. nou ergo sunt entia per esse superadditum.

Præterea per idem aliquid est ens, vnum, & verum. sed non est vnum, & verum per aliquid additum. quia tunc quæreretur de illo additu, vtrũ esset voum, & verum, & quia non est abire in infinitum; standum est in primis, vt dicamus, quãlibet rem esse quid voum, & verum per essentiã suam, nuo per aliquid additum. Sic etiam dicemus de enie, quia si aliquid esset ens per aliquid superadditum: tunc quia & illud esset ens: ideo ens esset ens per aliquid superadditũ. ue ergo eatur in infinitum: standum est in primis, vt dicamus, quòd quęliber res est ens, vel existẽs per essentiam suam, nõ per aliquod esse superadditũ: propter quod nõ est in re compositio ex essentia, & esse.

Præterea Comment. reprehendit Auic. in 4. Meta. de eo, quod Auic. posuit, qnòd ens, & voũ dicebaot super rem intentiones additas. Si ergo ens non dicit intentiooem aliqnam additam supra rem: non est dare esse, vel aliqnid superadditum rei, vel essentiæ eius. Tc 2.

IN CONTRARIVM est Boetius in libro de Hebdomadibus, qui ait, q̃ diuersum est esse, & id, quod est. Et subdit: ipsum verò esse nondum est. At verò quod est (accepta essendi forma) est: atque subsistit: cum ergo essentia sit per esse: si aliud est esse: alind id, quod est: alind erit esse: alind essentia. Et si id, quod est (accepta essendi forma) est, atque subsistit: cooseqnẽs est, quòd ipsa essentia, accepto esse (quasi quadam forma essendi) sit, atque existat per esse. Si ergo esse non est: sicut nec cursus currit: sed esse est illud, qno aliqnid est (quia cursus est id, quo aliqoid currit) sicut in currente damus eum, qui currit, & cursum: sic in existeute dabimus essentiam, qnæ est, & esse.

Præterea in onioi compusito aliud est esse, aliud ipsum, quod est, vt io eodem libro de Hebdomadibus dicitur. Sed omois creatura est composita: Quare in omni creatura alind erit ipsa creatura, vel essentia eius, & aliud esse ipsius.

RESOLVTIO.

Angeli compositi sunt ex potentia, & actu: vel ex essentia, & esse, quæ realiter differunt, & in qualibet reperiuntur creatura.

RESPONDEO dicendum quosdam nouiter huius opioionis fuisse, q̃ in oulla creatura esse, & essẽtia differant *fm rem*. Volũt enim, q̃ idẽ dicat essentia, & esse: sed essentia dicat rẽ ipsam absolutè consideratam: este verò, vt est in effectu. Insuper verò distinguũt tripliciter differre: re, ratione, & intẽtione. Et volũt, q̃ esse, & essẽtia nõ differant re, neq; rõoe tãtũ, sed differãt intẽtione. Distinguũt enim isti inter essẽtiã, & esse essentię, & esse actuale. vt essentia dicat rẽ in se, & absolutè: eẽ aũt essentiæ dicat illã eandem rẽ, vt habet exemplar, & ideam in Deo: esse autẽ actuale dicat illam eandem rem, vt est in effectu exteriori. Differre tripliciter.

Sed

Sed, quòd non sit dare medium inter differre re, & rationc in ✠ quæstionibus nostris de esse, & essentia diffusiùs diximus. Nã omnis distinctio, vel est solũ secundum intellectum, vel non solũ secundum intellectum, sed etiam in ipsa re, absq; intellectu considerante, inuenitur distinctio: si est solùm secundum intellectum: tunc est differentia secũdum rationem: si autem sit huiusmodi differentia non secundum rationem tantum, sed in ipsa re, sic distinctio tunc est secundũ esse.

* Quæst. 9. Libet de esse, & ente prius, q̃ sacid* secreta. edimus.

Quæst 9.

Rursus, quòd realiter differant in omni creatura esse, & essentia, in illis q̃stionibus diffusius tractabamus: nunc autem ad præsens sufficit breuiter pertransire. Ostendemus. n. quatuor vijs, quòd esse, & essentia realiter differũt in angelo, & in qualibet creatura. Prima via sumitur ex ipsa mutabilitate rerum. Secũda ex ipsa factione rerum. Tertia ex annihilatione ipsarũ. Quarta ex ipsa essentia rerum secundum se.

Prima via sic patet: imaginabimur. n. quòd omnis creatura est mutabilis. quia omnis creatura est de non esse ad esse producta, & hoc est quoddam mutari, ire de non esse ad esse, vt accipiamus mutari largè, non solum, vt est terminus motus, sed etiam, vt importat quamcunque nouitatem. Quicquid enim de nouo incipit esse, quid mutabile est. & omnis creatora, quia de nouo incipit esse, quid mutabile est: Bene autẽ mutabile ex aliqua informitate formatur, vt dixit August. 1. super Gene. ad litteram. Si ergo mutabile est, & si accipit esse quantum est de se, ooo habet esse. ergo quantum est de se est informabile. propter quod ex aliquo alio formatur, vt accipiat esse Essentia ergo creaturę de se intelligitur informis, quia potest perdere, & acquirere esse. Ista ergo mutabilitas essẽtiæ creaturæ, quòd possit sic perdere, & acquirere esse, insinuat informitatem ipsius essentiæ, quòd de se non habeat esse, sed formetur, & perficiatur per esse. Si ergo secũdum August. omne mutabile ex aliqua informitate formatur, tunc in omni mutabili est informitas, & formatio informitatis: Sicut ergo aliquid est mutabile: sic erit ibi informitas, & informitatis formatio. vt si sit mutabile solũ secũdum intellectum: tunc secundum intellectum erit ibi informitas, & formatio. si verò sit, vel esse possit huiusmodi mutabilitas secondum rem, oportet ibi talia etiam realiter differre. Et quia nõ solum secundum intellectum, sed etiam secũdum rei virtutem, quælibet essentia, & natura creata est mutabilis (quia potest de non esse acquirere esse, & iterum de esse tendere in nõ esse) oportet, quòd non solum secundum rationem, sed ẽt & sealiter, essentia creaturæ de se sit informis, sed formetur, & perficiatur per esse: propter, qđ realiter oportet in omni creatura differre essentiam, & esse: ex ipsa etgo mutabilitate creaturæ, patet quomodo differt essentia, & esse.

Secunda via ad hoc idem sumitur specialiter ex productione, siue ex factione creaturæ. maginabimur. n. illud dictum Philosophi in primo Physicorum, & in 7. Metaph. multis rationibus demonstratum, quòd ✠ nihil fit nisi compositum: Nihil. n. fit nisi compositio ex potentia, & actu: Nã agẽs nõ facit, φ potentia sit potẽtia cum enim hoc comperat potentiæ ſm se, vt hoc fiat, φ potẽtia sit potẽtia, nõ indiget aliquo agente: nec facit agens, vt actus sit actus. quia cũ hoc competat actui secundum se, φ actus esset actus, non indiget aliqua factione. hoc ergo facit agens, vt actus sit in potentia, & potentia sit sub actu. propter quod omne factum est compositũ ex potentia, & actu: immo, quia quicquid fit de potentia, vadit ad actum, & quia agens semper facit potentia tale, actu tale; oportet omne factũ esse compositum ex potentia, & actu. Si. n. in re facta nolia esset potentialitas, esset illa res actus purus, & non esset facta. Rursus si nulla esset ibi actualitas, posset esse res illa possibilis fieri, sed non esset facta: quare omne factum, & potentialitatem, & actualitatem dicit. Dicemus ergo, φ nec potentia fit per se, nec actus. * facere. n. potentiã esse, hoc non est facere potentiam secundum se. quia potentia non est nisi per actum. Rursus facere actũ esse, hoc nõ est facere actum per se. quia actus nõ est per se factibilis: sed si est factibilis, hoc est, prout est in potẽtia receptus: nec potentia est de se factibilis. Si. n. esset aliqua potentia, quæ non esset apta nata cõiungi actui, illa potẽtia nunquàm fieret. quia nunquàm esse posset, & si esset aliquis actus, valẽs per se existere, ille nõ esset factibilis, quia semper esset. nihil ergo fit, nisi hoc in hoc, vel hoc sub hoc, vt potentia non fit nisi quia fit sub actu, & actus non fit, nisi quia fit in potentia. prius ergo intelligitur actus coniungi potentiæ, quàm intelligatur actus fieri, cum non fiat actus nisi in potentia. Et quia actus coniunctus potentiæ est quid compositum, prius fit ipsum compositum: & factione compositi intelligitur fieri actus: sic etiam prius intelligitur potentia cõiungi actui, quàm quòd potentia fiat: cum non fiat potentia nisi, vt coniuncta actui. & quia potentia coniuncta actui dicit quid compositum: prius intelligitur fieri compositum: & factione compositi intelligitor fieri potentia, & actus. Si ergo omne, quod fit, est compositum ex actu, & potentia: non erit creatura verè factibilis nisi sit composita verè, & sealiter ex potentia, & actu. Huiusmodi autem compositio ex potentia, & actu, secũdum quam dicimus creaturã esse factibilem, & accipere esse à Deo: non potest esse compositio ex materia, & forma. quia dato, φ omnis creatura esset composita ex materia, & forma: compositio illa ex materia, & forma non faceret nisi naturam creaturæ, sed omnis natura creata est in potẽtia ad esse. Cum. n. intelligo aliquam naturam creatam cõpositam ex materia, & forma: adhuc possum dubitare, vtrum illa natura sit. Ideo præter compositionem ex materia, & forma, ex qua resultat rei essentia; oportet dare compositionem ex essentia, & esse: per quam dicitur res existere, & esse. quia ergo omnem creaturam ex ipso, φ factibilem dicimus esse, oportet ponere cõpositã ex poten-

A B C D

* Cõpositã tamen ex re, & tempore. Met. cap. 27 & 1 Meta. t. c 8.

* Actũ, & potẽtiã esse facere, quid sit.

Compositio ex potẽtia, & actu est ex essentia, & esse.

ex potẽtia, & actu. cũ cõpositio ex materia, & forma non inueniat in omni creatura, oporret date generaliorem compositionem, quàm materiæ, & formæ, quæ possit reperiri in omni creatura: Huiusmodi autem compositionem dicimus esse cõpositionem essentiæ, & esse.

Cõpositio ex esse, & essentia qd

Rursos, quia postquàm intelligimus essentiã aliquam ✠ compositam ex materia, & forma, adhuc possumus dubitare, vtrum illa essẽtia fiat. ideo etiam in rebus compositis ex materia, & forma: præter huiusmodi compositionem, oportet date compositionem ex essentia, & esse. Sed dices, quid est ista compositio ex essentia, & esse? dicemus & nos: quid est compositio ex materia, & forma? fortè quòd ante tempus Philosophi, quia nondum bene erat visa natura materię, multi reputassent ridiculum: si tes istæ sensibiles dicerentur esse compositæ ex materia, & forma: attamen ipsa generatio, & corruptio fecerunt nos scire materiam, & formam: sic etiam multi hanc veritatem nõ appręhendẽtes, dubitant, quid sit essentia, & esse: attamen ipsa creatio, & annihilatio rerum docet nos differentiam inter essentiã, & esse. Omnis. n. mutabilitas arguit aliquid informe, quod quadam formatione formatur, & quia videmus materiã nunc esse sub vna forma, nunc esse sub alia, dicimus, ✠ in ista mutatione materia se habet, vt quid informe, quod per formam formatur, & differunt realiter materia, & forma. Sic quia per creationem quẽlibet essentia creata accipit esse: per annihilationẽ potest perdere esse in hac mutabilitate, ipsa essentia se habebit, vt quid informe, quod per esse formatur. Sicut ergo omne generabile est compositum ex materia, & forma: sic omne creabile est compositum ex essentia, & esse. & sicut non generatur, nec corrumpitur materia, nec forma, sed compositum, & generatione, & corruptione compositi generatur, & corrumpitur materia, & forma: Sic nec creatur, nec annihilat per se essentia, nec esse, sed compositum ex vtrisq; & creatione, & annihilatione compositi dicitur creari, & annihilari essentia, & esse. Hoc ergo modo creatur creatura, quia virtute diuina coniungitur essentia cũ suo eẽ, tanquàm potẽtia cũ actu: quo facto creatura incipit esse. Et si Deus subtraheret potentiã suam, qua conseruatur creatura, non plus staret ista coniunctio essẽtiæ cum esse. propter quod annihilaretur creatura, & desineret esse: ergo non ponentes compositionem essentiæ, & esse; poterunt fugere, vel cauillare. sed nunquàm verè saluare poterunt. quomodo omnis creatura sit mutabilis, vel factibilis, & quomodo per creationẽ accipi esse, & quomodo potest annihilari, & desinere esse.

Cõpositio ex materia, & forma, qua ratione cognita.

Cõpositio ex esse, & essẽtia qua ratione cognita.

Materia, & forma quo generẽtur, & corrumpantur. & vide Arist. 1. Phys. tex. 62.

Vt ergo melius appareat, quod dicitur; dicamus, vt supra diximus, quòd omne mutabile ex aliqua informitate formatur. omnis ergo mutabilitas ex hac auctoritate Aug. nos docet, ✠ ibi est formatio cuiusdã ioformitatis: prout ergo varijs modis reperimus mutabilitatem in rebus: sic varijs modis oportet ponere formationẽ informitatis, & per consequens varijs modis oportet ponere cõpositionẽ ex ioformitate, & formatione, qua illa informitas informatur: inuenimus aũt in rebus, quantum ad præsens spectat, triplicẽ mutabilitatẽ ẽr quantum ad eorum substãtiã. Nam aliquæ res solũ sunt creabiles, & annihilabiles: nullo autẽ alio modo sunt secundùm substãtiam mutabiles, sed si habent aliquã aliam mutabilitatem, hoc non est secundum substantiam: sed solum secundum eorum motus, & actiones, cuiusmodi sunt Angeli. tales aũt substantialiter sunt compositi ex essẽtia, & esse, vt saluemus in eis creationem, & annihilationẽ: Habẽt etiam nihilominus potẽtias vniuersales superadditas substãtiæ, vt saluemus in eis mutabilitates alias: sed tales mutabilitates non attingunt ad ipsam substantiã, vt ✠ possint ipsam substantiam tollere. Aliquę verò creaturæ non solum sunt creabiles, & annihilabiles, sed ẽt sunt in alias creaturas mutabiles, non per agentia naturalia, sed solum per virtutem diuinam, vt corpora supercœlestia. Possent ✠ enim, si Deus vellet, ex corpore cœlesti facere elementũ, & tales creaturæ sic mutabiles sunt compositæ non solum ex essẽtia, & esse, sed etiam ex materia, & forma, quia eorum materia põt eẽ sub alia forma. Aliquæ autẽ creaturæ sunt mutabiles secundum substantiam, quia sunt annihilabiles, & creabiles, & quia possunt per ageos diuinũ in alia corpora mutari, & etiam per agẽs naturale, vt ista corpora ioseniora: & talia sũt cõposita ex essentia, & esse, & ex materia, & forma, & habẽt priuationẽ annexam. Sicut ergo varijs modis reperitur mutabilitas, sic & compositio: sed licèt non oẽs creaturæ sint in creaturas alias conuertibiles, nec omnes habeãt illum modum mutabilitatis: omnes tamen sunt hoc modo mutabiles, quia sunt creabiles, & annihilabiles. propter quod, & si non omnes creaturæ sunt cõpositæ ex materia, & forma, vel non omnes habent priuationem annexam materiæ: omnes tõ sunt compositæ ex essentia, & esse. Si ergo quæratur qmd est esse; dicemus, quòd est quædam perfectio, & quædam actualitas essentiæ, differens realiter ab ipsa, & propter huiusmodi realem differentiam, potest essentia pdere, & acquirere esse, propter quod potest creari, & annihilari, & põt virtute diuina acquirere, & pdere eẽ. Quòd si iñ essentia eẽt suum esse, quia nihil separatur à seipso, non posset talis essentia perdere eẽ, sed eẽt videre esse. Et quia hoc repugnat naturæ creatæ: ideo dicimus in omni creatura realiter differre essentiam, & esse.

Mutabilitas rerum triplex.

1. Mac. 12.

* Cœleste corpus scientiũ transmutari põt virtute dei.

Esse dicit actum, & essentia potentiam.

Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex annihilatione creaturæ. Nam si creatura nun esset composita ex essentia, & esse, & maximè creatura spiritualis; impossibile esset eam annihilari. nam ideo aliquid cãtum destruitur, secundum quod probatur in 26. propositione de causis, quia non est semper coniunctum cum sua causa. vnde ibidem dicitur, quòd non omnis causati cadẽtis sub corruptione sit corruptio. si propter separationem sui à causa sua. Vnde ibidem dicitur, ✠ quàm dis

Quæst. 1. de esse, & essentia.

tes

res permanet pendens per causam suam, retinentem eam, & conservantem ipsam, nec perit, nec destruitur. propter quod ibidem concluditur, quòd si hoc est, tunc substantia stans per essentiam suam non separatur à causa sua: quoniam inseparabilis est ab essentia sua: propterea quòd ipsa est causa eius in formatione sui. Dicemus ergo, quòd cum agens faciat potentiam talem actu tali, quia quòd res sit in actu, hoc habet ab agente: ideo res per suum actum refertur ad causam suam, & ad suum agens. Si ergo in ipsa re nō differret realiter essentia ab esse actu, secundū quod est causata, & producta ab agente (quia res non potest separari a seipsa) non posset separari à suo actu, & per consequens non posset separari, quin semper referretur ad suam causam, per quā conseruatur in essentia: quare res illa dissolui non posset, sed esset indestructibilis. Si ergo Angelus non haberet essentiam realiter differentem ab esse, & ex hoc diceretur Angelus produci à Deo, quia acciperet essentiam ab eo, quæ realiter non esset aliud, quàm suum esse, tunc essentia Angeli referretur ad Deum, & esset effectus Dei: non per aliquid superadditum essentiæ, sed per seipsam. & quia non posset ipsa essentia separari à seipsa, non posset separari à sua causa, sed semper haberet relationem ad ipsam, & per consequens semper conseruaretur in esse per ipsam. Et vt clarius appareat hæc ratio, dicamus, quòd nihil perdit relationem per se, nisi quia perdit fundamentum relationis; vt si aliquid per albedinem sit simile pariet: suppositā immobilitate parietis non posset fieri non simile, nisi quia posset fieri non album. Quare si in Angelo non est cōpositio ex essentia, & esse: essentia Angeli refertur ad Deum, & erit effectus Dei: non per aliquam rem additam ei, sed per seipsam. & quia res non quàm potest separari à seipsa, suppositā immobilitate Dei, esse non poterit, quin illa essētia Angeli semper referatur ad Deum, & per consequens esse non poterit, qui conseruetur per ipsum. Ipsa ergo essentia erit causa sui ipsius, id est erit causa sui ipsius, quòd referatur ad suam causam, à qua est formata, & producta. Vnde & in eodem Commento dicitur, quod talis essentia nō sit causa sui ipsius: nisi per relationem ad suā causam, i. per seipsam habet: non per aliquid additum, quod referatur ad suam causam. Non poterit ergo talem relationem amittere, quia nihil potest per se loquendo, seipsum perdere, vel à seipso per se separari. quia ergo ens compositum ex materia, & forma poterit separari, ne conseruetur in esse per suam causam, quia poterit materia separari à forma, quæ realiter differunt, sic & quodcunque compositum ex essentia, & esse: poterit separari, ne conseruetur in esse per suam causam, quia potetit essentia separari ab esse. Sed si Angeli, qui sunt substātiæ immateriales, nō essent compositi ex essentia, & esse: essentia eorum esset effectus Dei, & conseruaretur à Deo: non per aliquam rem superadditam, sed per seipsam referretur ad Deum. Et quia idem à seipso (per se loquendo) separari non potest, cum Deus sit immobilis: non esset intelligibile, quin talis essentia semper haberet relationem ad Deum, & quin semper conseruaretur per ipsum. talis enim essentia licet esset ab alio effectiuè: tamē esset quoddā necesse esse seipsa formaliter.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex ipsa essentia rerum creatarum secundum se. Nam cum essentia quælibet creata possit intelligi non esse: vel hoc est, sicut genus intelligitur sine specie, vel sine differentia: vel sicut potentia perfecta per actum potest intelligi sine actu. Non autem dici potest, quòd hoc sit, sicut genus potest intelligi sine specie, quia genus, quantum est de se, nō se tenet cum aliqua specie. Non enim dicemus, quòd animal de se sit quid irrationale, & per aduentum differentiæ fiat rationale. sic.n. respicit vnam differētiam, sicut aliam, & sic vnam spēm sicut aliam: sed per intellectum intelligitur esse quid abstractum à qualibet specie. Et quia hoc agit intellectus: ideo genus non realiter, sed secundum intellectum dicitur differre à specie. sed essentia cuiuslibet creaturæ de se intelligitur nō habere esse. comparabitur ergo ad esse, sicut quo potest intelligi, non sicut genus ad speciem, sed sicut potentia perfecta per actum, quæ de se non habet actum, sed ab alio acquirit actum. sed qd est tale, differt realiter à suo actu: ideo essentia creatorę, quæ de se non habet esse, sed ab alio acquirit esse, differt realiter à suo esse.

Essentia sit intelligi sine actu, sicut potētia sine actu.

Resp. ao arg. Ad primum dicendū, ꝙ ens potest sumi dupliciter: Vno modo, secundum ꝙ dicit numerus prædicamentorum, & sic quælibet res est in prædicamēto per suam essentiam: sicut quælibet res est ens per suam essentiam. Alio modo potest sumi ens, secundum ꝙ dicit quid existens, & prout est in effectu, & habet esse, & sic nulla creatura est ens per essentiā suā, sed quælibet est ens participando esse. Vnde & à Philosophis aliquando inuenimus, ꝙ quælibet res est ens per essentiam suam: aliquando verò, ꝙ vnum est ens per se, & omnia alia sunt participatione eius: sic etiam & Cōmētator in 5. Meta. vult, quòd quæstio de ente aliquando pertineat ad quæstionem de genere, aliquando ad quęstionem de accidente. Creaturæ ergo sunt entia per participationē, in quantū participant esse, & sunt entia per essētiam, qa sunt per se in prędicamēto.

Com. 14.

Per hoc patet solutio ad secundum. quia ens licèt per se descendat in figuras prædicamentorū, propter quod sufficienter cōcluditur, ꝙ res creata sit in prędicamento per essentiam suam: tamē ex hoc non habetur, ꝙ creatura non sit existens, & non habeat esse per participationem.

Per hoc etiam patet solutio ad tertiū, qa vtrū, & vnum nihil addunt reale super essentiam rei. sic & ens, quod respondet vni, & vno, & pertinet ad essentiam rei, prout dicit ipsas figuras prædicamentorum: non prout dicit rem in effectu, & prout idem sonat, qd existens.

Per hoc etiam patet solutio ad quartū, quòd Commentator Auicennam reprehendit de en-

Res quæli bet est in p dicamẽto g suam essen tiam.

te, quod dicit figuras prædicamentorum. tale. u. ens non addit aliquid reale supra essentiam rei: cum vnaquæque res sit in prædicamento per essentiam suam. credidit. u. Auicen. vt dicit Commentator, ꝙ vnum, quod conuertitur cum ente, esset idẽ, quòd vnũ, quod est principium numeri: quo posito, ens, & vnum dicerent intentiones additas rei. & quia vnum, quod cõuertitur cum ente, est vnum, qđ per se descendit in figuras p̃dicamentorum: ideo tale vnum non addit aliquid reale supra essentiam rei.

Ad hoc ergo ibat argumẽtũ tertium, ꝙ si ens, quod conuertitur cũ vno: vel si ens vnum, & verum competerent rei per aliquid additum, iret in infinitum. Propter qđ standum est in primis. Nam sic loquendo de ente, q̃libet res est ens, & vna, & vera, sed loqnendo de ente, prout idẽ est, quòd existent: tunc non itur in infinitum. quia si res existit per esse, ipsum tamen esse non propriè existit, sed est ratio existendi.

Vel potest dici ad hãc difficultatem. quia qñ dr̃, quòd, vel itur in infinitum, vel standum est in primis: intelligendum est de eo, quod eodẽ modo comparatur ad prima, & ad alia. Non enim valet: si conclusionibus credimur propter principia, ꝙ principijs propter alia principia credamus, & sic in infinitum. quia veritas, & credulitas nõ eodem modo comparatur ad principia, & ad cõclusiones: sic si essentia existit p esse, nõ oportet, ꝙ illud esse existat per esse, & sic in infinitũ. quia existere non eodem modo comparatur ad essentiam, & ad esse: sed essentia existit, ioquẽdo largè de existere tãquàm aliquid perfectum per aliud: esse autem existit tãquàm aliquid perficiés aliud. Dicemus autem, ꝙ in hac parte est largè loquendo de existere. qa p se, & propriè nõ existit nec essentia, nec esse, sed compositum ex vtrisq;.

Veritas, & credulitas non eodẽ modo I per cipitur, & cõclusionib⁹.

ARTIC. III.

An angeli sint compositi ex genere, & differentia. Conclusio est affirmatiua.

Henr. Gand. quol. 7. q. 7. Tho. Arg. d. 3. q. 1. art. 3. Vorił. d. 3. q. 1.

QUERITVR: vtrum in angelis sit compositio ex genere, & differentia. Et videtur, ꝙ non. quia quotiescunque differentia comparatur ad genus sicut species: nõ facit compositionem cum genere. quia genus cum specie cõpositionem non facit. Cum genus & specie sit idem, quod species: sed si in angelis sumitur ratio generis, & differentiæ: illa differentia comparabitur ad genus sicut species. nam non poterit illa differentia sumi ex parte naturæ: cum natura angeli sit simplex, & non habeat partẽ, & partem. Sumetur ergo ex tota natura sicut sumitur species, & comparabitur ad genus, sicut comparatur species: ergo &c.

Præterea, quod facit negationem cum alio: non facit cõpositum cum illo. quia negatio est repetitio vnius, & eiusdem. Sed si in angelis sumeretur ratio generis, & differentiæ; tunc differẽtia addita generi faceret negationem. quia diceret totum, sicut & genus. non ergo faceret compositionem cum genere, sed per negationẽ reiteraret id, quod importat genus.

Negatio quid.

Præterea genus, & species sunt correlatiua, vbi ergo nõ reperitur ratio speciei, nec ratio generis: sed in angelis non reperitur ratio speciei, quia species est, quæ prædicatur de pluribus differentibus solo numero: nihil ergo tale est in angelis, vt infra patebit: non ergo est ibi ratio speciei: quare nec generis. sed vbi non inuenitur ratio generis, non potest esse compositio ex genere, & differẽtia: angeli sunt huiusmodi: ergo &c.

T. c. 11.

Præterea: Genus sumitur à materia: vnde & 5. Metaph. dicitur, quòd vnitas generis est vnitas materiæ: vbi ergo non inuenitur materia, vt videtur, non potest inde sumi ratio generis, sed in angelis non reperitur materia: ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia quæcunque sunt per se in genere, sunt composita ex genere, & differentia. sed non solum substãtiæ corporeæ, sed etiam incorporeæ sunt per se in genere, cum diuidatur substãtia in corporeã, & in incorpoream: ergo non solum substantiæ corporeæ, sed etiam incorporeæ sunt compositæ ex genere, & differentia.

Substantiæ incorporeæ in genere substantiæ.

Præterea omnis substantia limitata clauditur inter limites suæ naturæ: sed in angelis est substantia limitata: ergo clauditur inter limites suæ naturæ. sed limites cuiuslibet naturæ limitatæ sunt genus, & differentia: ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli sunt compositi ex genere, & differẽtia. Differentia tamen non habet omnem rationem differentiæ, sicut in corporalibus.

RESPONDEO dicendum, ꝙ, vt videamus, quomodo angelus sit compositus ex genere, & differentia: & quomodo non triplici via, oportet nos incedere: secundũ quòd genus, quũ tũ ad præsens spectat, ad tria cõparari pót, videlicet ad speciẽ, ad materiã, & ad differẽtiã. Cõparat enim genus ad speciẽ, qa nõ est genus, qđ nõ habet sub se species: Comparatur ad materiam. quia genus videtur sumi à materia, & habere se, vt materia, vt innuit Philosophus in 5. Metaph. Comparatur etiam ad differentiam. quia si non habeat differentiam, non est genus. Ideo probatur in 3. Meta. quòd * ens non est genus, quia non habet differentiam. Nam si haberet differẽtiam, illa differentia esset nihil: cum de differentia non p̃dicetur genus. Omnibus autẽ his tribus vijs inuestigare possumus veritatẽ de cõpositione

Tex. c. 31. Et Porphyrius, cap de differentia sub finem.

*Tex. c. 10. 11.

ſitione angeli ſecundum genus, & differentiam.

Primo quidem inueſtigabimus hoc, prout genus comparatur ad ſpeciem. Nam genus dicit aliquid per modũ potẽtię, & imperfecti: ſpecies verò magis per modum actus, & perfecti: propter quod ſi debet deſcendi à genere in ſpeciem, oportet ꝙ per aliquam differentiam deſcendatur, quę quandam actualitatem, & perfectionẽ importet. vt per compoſitionem illius differẽtiæ ad genus, reſulter ſpecies, quæ eſt perfectior, & actualior genere. Ex hoc aũt dabimus differentiã inter Deũ, & omnes creaturas. nam quando ea, quæ ſunt in Deo, accipimus per modũ gñalis, & ſpecialis: nõ eſt, ꝙ illud ſumptum gñaliter, dicat aliquid in potentia, & ſumptum ſpecialiter dicat aliquid in actu: ſed quãto magis ea, quæ ſunt in Deo ſumimus ſub modo vniuerſaliori, tanto magis exprimunt quoddam infinitum pelagus illius diuinæ perfectionis, & actualitatis: quantò verò talia magis ſpecialiter ſumimus, tanto magis ſunt quædam expreſſiones, & quędam ſpecificationes illius pelagi infiniti, vt eſſe Dei eſt quoddam infinitum pelagus perfectionis, habens in ſe omniũ rationem eſſendi: pulchritudo autem, ſapientia, iuſtitia, & cæteræ tales perfectiones ſpecialiter ſumptæ, non ſunt niſi quædam expreſſiones illius pelagi infiniti. propter quod in Deo nullo modo poteſt ſumi ratio generis. Nam tunc ſumitur ratio generis: quando aliquid ſumptum magis ſub ratione generali, dicit magis quid in potẽtia: in Deo autem quanto aliquid magis generalius ſumimus, tanto magis in pelagus actualitatis, & perfectionis imus. Non eſt enim, quòd eſſe in Deo dicat quid in potentia, & pulchritudo, & ſapientia dicãt quid in actu: ſed eſſe, vt diximus, in Deo dicit quoddam pelagus infinitæ actualitatis, & perfectionis: pulchritudo autem ſapientia, & cæteralia dicunt quandam expreſſionẽ illius pelagi infiniti. & quia quælibet creatura habet potentialitatem admixtam, ſolus autẽ Deus eſt actus purus: in qualibet creatura perfectiones ſumptæ generaliter ratione potentialitatis ammixtæ, dicunt quid in potentia, & ſumptæ ſpecialiter dicunt qnid magis in actu. Augeſus ergo qui habet eſſentiam differentem ab eſſe, & qui habet potentialitatem admixtã, quia non eſt ipſum eſſe, ſed participat eſſe: conſequens eſt, quòd ſuum eſſe non habeat rationem omnem eſſendi, nec ſit quoddam pelagus infinitum, ſed ſit quædam perfectio participata, quæ magis ſpecialiter ſumpta, magis per modum actualitatis, & perfectionis ſumitur. Imaginamur enim, quòd ſic ſe habet eſſe ad eſſentiam, ſicut forma ad materiam: forma autem materialis quantum eſt de ſe, dicit actualitatem. ſed vt coniũgitur materię, quendam ſpecialem modum potentialitatis cõtrahit. & quia quanto magis vniuerſalioti modo intelligitur forma, tanto intelligitur prius aduenire materiæ: ideo tanto intelligitur eſſe materialior, & potentialior, quanto eſt vniuerſalior. T. c47. Nam, vt dicit Commentator in 2. Meta. materia prius recipit formas magis vniuerſales, & poſtea minus vniuerſales, vſq; ad individuales. qđ non eſt intelligẽdũ, qa forma magis vniuerſalis, & minus vniuerſalis de neceſſitate ſit alia, & alia realiter: ſed quia vna, & eadem forma ſub eẽ ingis vniuerſali prius intelligit aduenire materiæ, quàm ſub eſſe minus vniuerſali. & ſicut forma ſub eſſe vniuerſali eſt potẽtialior, & materialior, quàm ſub eſſe minus vniuerſali, & ſicut ipſa materia intelligitur eſſe perfectior, vt perficitur per formam minus vniuerſalẽ, quàm per magis vniuerſalem: hoc etiam modo, quia eſſe eſt actus eſſentiæ, & quia de ſe actualitatem dicit, & quandam potentialitatem contrahit, vt coniungitur eſſentiæ. quia illa perfectio, quæ eſt eſſe, conſiderata magis vniuerſaliter, intelligitur prius aduenire eſſentiæ: conſequens eſt, ꝙ ſic accepta huiuſmodi perfectio potentialior, & imperfectior eſſe dicatur. Sic etiam ipſa eſſentia conſiderata ſub ratione magis vniuerſali, quia ſic perficitur per perfectionem magis potẽtialem, & magis imperfectam, dicitur magis imperfectior eſſe, quàm conſiderata ſub eſſe magis ſpeciali: poterit ergo in ipſo angelo ſumi ratio generis differentię, & ſpeciei, prout ſua eſſentia cõſiderata magis, & minus vniuerſaliter, maiorem, & minorẽ perfectionem, & actualitatem importat. Sęcñdo hoc idem patere poteſt, prout genus cõparatur ad materiã. Non. n. comparatur genus ad materiã, ꝙ ſit idẽ, qđ materia, ſed quia habet quandã ſimilitudinẽ cum ipſa: differt tñ genus à materia tripliciter, vt Cõmẽtator tetigit in 2. Meta. Prima dria eſt, quia materia dicit potẽtiã purã: genus aũt nõ dicit potentiã putã, ſed dicit quãdam ſurmã mediã inter potentiam, & actum. Secunda dria eſt, qa materia cũ dicat partẽ naturæ rei, non prædicatur: genus quia dicit totã tẽ, prædicatur de his, quorum eſt genus. Tertia differentia eſt, quia materia eſt eadẽ per eſſentiã in omnibus his, quorum eſt materia: genus aũt, qa nõ dicit formã vnã, niſi ſuſũ ſm cõceptionẽ intellectus, nõ eſt vnũ p eſſentiã in ũibus his, qnorum eſt genus. Ex omnibus autẽ his arguere poſſumus, ꝙ in Angelis põt ſumi ratio generis. Nam ſi genus diceret potentiã purã: cũ in angelis non ſit materia, & nihil ſit in eis, qđ ſit potentia pura, rectè poſſet ex huc argui, ꝙ in Angelis non poſſet ſumi ratio generis, ſed qa genus dicit formam mediã inter potẽtiã, & actũ, qa eſſentia angeli eſt forma media inter potẽtiã, & actum: vel quia põt accipi pro huiuſmodi forma, poterit ex ea ſumi rõ generis. Rurſus ſi genus diceret partẽ naturæ, & non prædicaret de his, quorũ eſt genus: ſicut materia nunquàm poteſt dicere totã eſſentiã rei, ſed dicit partem eſſentiæ, & non prædicatur de hia, quorũ eſt materia, qa natura Angeli nõ hẽt partẽ, & partẽ: rõnabiliter concludi poſſet, ꝙ in angelis nõ puſſet ſumi ratio generis. Sed cum genus dicat totam naturam, nõ eſt contra rationem eſſentiæ: licèt nõ habeat partẽ, & partẽ, ꝙ nun poſſit inde ſumi ratio generis.

Amplius ſi genus diceret eandem rem per eſſentiam in omnibus his, quorũm eſt genus: ſicut materia dicit eandem rem per eſſentiam in um-

Generis nõ in Deo ſumi nõ põt.

Eſſe actus eſſentiæ.

Genus non dicit potẽtiam puã.

nibus his,quorũ est materia. quia angeli cũ sint formæ p se existentes: nihil habẽt in seipsis idem realiter p essentiã, nec per indifferentiã, nec aliter; rationabilites posset inferri. quia in angelis non põt sumi ratio gẽeris. quia nihil esset in eis realiter, vel essentialiter idẽ. sed quia genus nõ dicit aliqd idẽ realiter, vel per essentiã in his, quorum est genus, sed solum dicit idẽ fm quandam comprehensionem interius, non est inconueniẽs etiã in ipsis angelis sumere rõnẽ gẽeris. Et quia vbicunque est accipere rationem gẽeris; dũ tã illa sint per se in genere, ibi est accipere cõpositionẽ generis, & differẽtiæ: dicemus, ꝙ in angelis huiusmodi cõpositio reperitur. Tertio hoc idem patere põt prout genus cõparatur ad differẽtiã. Est.n. de rõne gẽeris, ꝙ dicat quid in potentia: de ratione autẽ differẽtiæ, ꝙ dicat quid in actu: de ratione autẽ speciei, ꝙ dicat quid cõpositũ ex vtrisq;. Et quia essentia angeli nec dicit naturam puram, nec actũ purũ: cõsiderari potertt sub esse vniuersalitati, vt dicit magis quid in potẽtia. & inde sumetur ratio generis, & sub esse in potẽtia non ita vniuersali, & hoc dupliciter. quia huiusmodi esse speciale, vel nõ ita vniuersale, vel accipietur p modũ actus, & tũc sumet inde tõ differẽtiæ: vel p modũ cõpositi ex potẽtia, & actu, & tũc sumetur inde tõ speciei. imaginabimur quidẽ, ꝙ essentia angeli sumpta vniuersaliter, & per modũ magis potẽtialẽ, habebit rationẽ gẽeris: sumptũ minus vniuersaliter, & p modum magis actualem habebit rationẽ differentiæ: prout autẽ actuale specificabit illud potẽtiale: & prout differẽtia, specificabit genus, & sumet inde vnũ cõpositũ ex potẽtia, & actu: accipiet ide tõ speciei.

Differentia quo sumatur in corp. & spir. & vide hunc Doct 7. Metaph. q 12. 13.

Est autẽ diligẽter notãdũ, ꝙ nõ sic sumatur tõ differentiæ in habẽtibus naturã simplicem, & in his, q̃ sunt formæ p se existentes: sicut in habẽtibus naturã cõpositã ex materia, & forma. Nã actus est, q distinguit: potẽtia autẽ fm, ꝙ huiusmodi, non distinguit. Et qa differẽtia est, q̃ distinguũtur, & qua differũt à se singula, oportet tũnẽ differẽtiæ sumi in rebus ex actualitate, nõ ex potẽtialitate. In rebus ergo cõpositis ex materia, & forma, eo, quòd materia puram potẽtialitatẽ nominat: nõ sumetur tõ differẽtiæ, nec ex materia, nec ex cõpositio ex materia, & forma, sed ex sola forma. differũt em cõposita ex materia, & forma à se inuicẽ, sed tõ differẽtiæ nõ est materia, sed est forma. Loquimur.n. hic de differẽtijs, secũdum quas diuidit genus. huiusmodi. n. nõ sunt differentiæ materiales, sed formales. Non.n. dicimus esse differẽtiã, qđ differt, sed p qđ differt. Propter qđ, vt diximus, licet ipsa cõpositia ex materia, & forma differant: tã quia nõ differunt formaliter per se tota, sed p formã: ideo in talibus nũquàm ✻ differẽtia significabit totum, sed solam formã, quod videmus ex ipsis nominibus differentiarũ: Nam si dicitur esse differentia animatum: constat, quòd animatum non nisi solam animam significat: sicut, & album solam albedinem. differentia ergo, quia prædicatur denominatiuè: implicat totum: sicut & album, & omne denominatiuè prdicãs, implicat illud, de quo p̃dicat: Nũ quàm tã differẽtia significat totũ: nec rõ eius sumit à toto, sed à forma tãtũ, vt hęc differẽtia, animatũ, nõ nisi animã significat: sic & rõnale, & sẽsibile, & cæteræ tales differentię: ad solã formam sunt referendæ. Sta autẽ nomina differẽtiarum, p quas diuiditur genus, & de quibus loquimur, aliquãdo videãtur importare accidens: cuiusmodi suut pẽnatũ, & volatile: aliqñ aliquid materiale, vt mortale, & corporeũ: hoc est quia sunt nobis ignotæ substantiales formæ, & ideo eas circũloquimur, vel ex accidentibus sequentibus huiusmodi fm̃as, vel ex substãtijs, siue ex materijs, in quib⁹ sunt apiæ natæ suscipi tales formæ. Sed si distinctè sciremus nominare alias formas substãtiales, sicut scimus nominare animã: oẽs differentias denominaremus ab ipsis substantialibus formis: sicut hãc differẽtiã, animatũ, denominamus ab anima. Differentia ergo in rebus cõpositis nunq̃ sumitur à tota natura, sed solũ à forma. sed in rebus simplicibus, nõ habẽbus naturam cõpositã, cuiusmodi sunt angeli, qui sunt formæ p se existẽtes, oportet, ꝙ ratio differentiæ sumat à tota natura. ✻ Nã cũ in talibus tota natura sit forma: nõ est inconueniẽs, ꝙ ratio differẽtiæ forma lis sumatur à tota natura, q̃ esse ponit sola forma. Dicemus ergo, ꝙ ipsa natura angeli, licet sit forma tãtum: in nõ est actus purus, neq; potẽtia pura, sed huiusmodi forma est actus admixtus potẽtiæ, & potẽtia admixta actui. In talibus itaq; ratio generis speciei, & differẽtiæ semp sumet à tota natura: aliter tã, & aliter. qua ratio generis sumet à tota natura, put inuenit ibi ratio potẽtialitatis. Differentia autẽ sumetur à tota natura, prout inuenit ibi ratio actualitatis. & species à tota natura: prout inuenit ibi tõ vtrisq;. genus ergo dicit totã naturã p modũ partis, vt p modũ potẽtię. Differẽtia dicit totã naturã p modũ ptis, vt p modũ actus: species ẽt dicit totã naturã, sed p modũ totius, vt p modũ cõpositi ex potẽtia, & actu. Quare nõ solùm vt genus cõparatur ad speciẽ, & vt differt à materia, sed etiã, vt cõparat ad differẽtias, põt sumi in angelis ratio generis, & differẽtiæ, & est ibi cõpositio ex gẽere, & differẽtia.

Differentia sumpta in angelis in quib⁹ differt à differentia sumpta in corporalibus.

Aduertendũ tñ, ꝙ differẽtia sumpta in angelis quantum ad præsens spectat: in quinque differt à differẽtia sumpta in istis corporalibus. Vna differentia est radicalis, & principalis: videlicet, quia in istis corporalibus differentia sumitur à parte naturæ: vt ab ipsa forma: sed in illis separatis, vbi natura nõ habet partem, & partem: sumitur ratio differentiæ a tota natura. Ex hac autem differentia, inter hanc differentiam, & illam, sumunt originem quatuor aliæ differentiæ inter vnam, & aliam. quarum vna est, quòd in illis separatis, oportet genus prædicari de differẽtia. Nam cum differentia dicat totum, sicut, & genus, licet hoc dicat sub alta ratione: bene dictum est, quòd illud, quod ibi importatur per differentiam, est illud idem, quod ibi importaretur per genus. Quare de differentia ipsa prædicabitur genus: sicut, quia illud idem, quod importatur

mem. in prologo sucra 1. sent. q. 2. ait, ꝙ differentia est, qua differũt à se singula, & dicit totã speciem, totũque subsistium d ffinit. Hinc fortasse dicẽdum est, ibi, dicere, pro implicare sumi, & sic vertũ est, ꝙ differẽtia implicat totum, & significat partem. Vel dicit, quòd in abstracto significat partem: in cõcreto verò totum. & vt de Th. arg. d 3.2. sent. q. 1. ar. 3. di spurtẽ cõtra hunc Doct.

* Differẽtia in spiritualibus formis sumitur à tota natura: in corp. à forma.

Contradictio. * Hic Doct. dicit quod differentia in rebus corporeis non significat totum, sed solam for-

Genus de differentia non prædicatur in corporalibus, ſed in Angelis.

portatur per ſpeciem, importatur per genus: nõ obſtante, quòd hoc eſt ſubalia ratione, de ipſa ſpecie prædicatur geous. ſed io iſtis corporalibus illud, qnod importatur per differentiam, quia p eã importator, & ſignificatur forma, vt qnia per animatum ſignificatur anima: non eſt illud, qđ importatur per genus: ideo de differeotia noo prædicatur genus, eſſentialiter loqnendo. qnia de parte ooo prædicatur totum: Anima enim non eſt animal, & paries non eſt domus. Si eoim de parte prædicaretur totum eſſentialiter (eum vnom totum ſit multæ partes) eſſet vnum totum multa tota: ideo dicitur in Topic. quòd ſi genus prædicaretur de differentia, vnum animal eſset multa animalia. In iſtis ergo corporalibus de eo, quòd ſignificat differentia, non prædicatur genus. quia anima non eſt aoimal, ſed de eo, quod implicat differentiam: poteſt prædicari genus, qnia benè dictum eſt, quòd animatum eſt aoimal: ſed in illis ſubſtantijs ſpiritualibus: etiã de eo, qđ ſignificat differentia: poterit prædicari genus. cum ratio differentiæ ibi non poſſit ſumi à parte naturæ, ſed neceſſario ſumatur à tota natura, ſicut & geous.

Top. 1. 8. 2.

Genus ſi prædicaretur de differentia eãdem animal eſſet multa animalia.

Prædicatorum conſtitutio in Angelis, & rebus corporeis.

Alia autem differentia inter hanc differẽtiam, & illam eſt, qoia ſi io illis conſtitoeretur prædicamentum, differẽtia: caderet ſecundnm rectam lineam: Hæc autem cadit à latere. Nam de qoocunque eſſentialiter prædicatur genus, illud cadit in prædicamento ſecundnm rectam lineam: ſed de qno non prædicatur genus eſſentialiter: ſi cadat io prędicamento, hoc erit ex latere. & quia de illa differentia prædicaretur genus, ſi ſumeretur in ſubſtantijs ſeparatis ratio differentiæ: de hac autem differentia nõ prædicatur genus. ideo in conſtitutione prædicamenti, licèt hæc differentia cadat ex latere: ibi antem in recta linea poneretur. Tertia autem, vel qnarta differentia eſt inter hanc differentiam, & illam, qnia hæc differentia prædicatur denominatiué: Nam cum dicat partem eſſentialiter de toto, ſine de ſpecie, quæ dicit totum, prædicari non poterit. Homo, o. oõ eſt anima, ſed eſt animatus, ſed ibi cum differẽtia dicat tntũ, poterit eſſentialiter prædicari. Quarta aũt, vel quinta differentia eſt, quia hæc differẽtia coniuncta generi oullam ougatiooem facit, ſed ſi ibi differẽtia generi coniũgeretur, ougatio fieret. Dicemus. n. quòd aliquid eſt de iotellectu alicuius primo: aliqnid verò ooo, ſed ſecũdario. quando verò aliqua duo ſic ſe habent, ꝙ idẽ dicunt eſſentialiter: ſi vnum illorum dicat hoc per modũ prioris, & vniuerſaliotis: aliud verò per modũ poſterioris, & minus vniuerſalis: cuiuſmodi ſunt geous, & ſpecies: vnum erit de intellectu alterius primo, & ſiue appoſitum, ſiue ooo appoſitum, ſemper intelligetur in ipso. In homioe. o. intelligitur animal, ſiue appunatur ibi, ſiue nou apponatur animal. Propter quod dicẽdo animal homo: eſt ibi nugatio, quia cum in homioe intelligatur animalibus dicitur animal, Fuerũt tamen aliqui dicentes, ꝙ dicẽdo homo animal, eſt ibi nugatio: ſed dicẽdo animal homo, non: ſed ignorauerunt vim verbi. Nã ſemper pro nomine põt ſumi diffioitio. accipiẽdo ergo pro boie animal rationale, tanquàm diffinitionẽ eius: expreſſior apparebit ougatio, dicẽdo: animal homo, q̃ homo aoimal, quia expreſſior eſt nngatio dicendo: animal animal rõnale, quàm animal rõna le animal. Et ꝙ ſpẽs non ſolũ propoſita, ſed poſt poſita gñt, ougationẽ faciat: patet p Philoſophũ to 7. Meta. dicẽtẽ, ꝙ ſi Simus eẽt ſpẽs oaſi: dicendo: naſus ſimus: eẽt ibi nugatio. Sed qñ aliqua ſie ſe habent, ꝙ oõ dñt idẽ eſſentialiter, ſed vnũ eſt de intellectu alterius; & ſi vnũ non põt iotelligi ſine alio, intelligetur vnũ in alio, vt determinetur noſter iotellectus. in talibus. n. non appoſitum intelligitur. appoſitum antem ooo vlterius intelligitur, vt ſi dicator: duplum intelligitur dimidij, ſed ſi dicatur: duplum dimidij, non erit ibi ougatio, nec vlterius intelligetur ibi dimidij. Nam ſi duplum dat intelligere dimidij: hoc eſt propter determinationem intellectus, quia non poſſumus intelligere vnum relatiuorum, non intellecto altero: Sed ſi apponatur ibi dimidij, & dicatur duplum dimidij, qnia iam determinatus eſt iotellectus, non vlterius intelligetur ibi dimidij. Sed ſi dimidij iotelligeretur in duplo: non ſolum propter determinationem intellectus, ſed propter identitatem eſſentialem, quam haberet ad ipſum (qnia ſemper ibi eſſet identitas eſſentialit) ſemper ibi intelligeretur, ſiue appoſitum, ſiue nou appoſitum. Sic ſi differeotia eſſet idem eſſentialiter, quod genus: ſemper daret intelligere geous: ſiue ibi apponeretur, ſiue ooo apponeretur genus. Ideo coniungendo differentiam generi, eſſet ibi ongatio: igitur qnia in iſtis corporalibus differeotia non dicit idem eſſentialiter, qnod genus; ideo in talibus addendo differentiã generi, nullam nugatiooem facimus: Sed ibi in ſpiritualibus coniungendo differentiam generi, cõmitteretur nugatio, propter idẽtitatẽ eſſentialem, qnam haberet differentia ad ſuum genus.

Homo animal ſi dicatur, quo ſit nugatio.

Declaratum eſt tribus vijs, quomodo in Angelis poteſt ſumi ratio generis, & differentię: declaratum eſt etiam, quomodo differenter ſumitur ratio differentiæ hte, & ibi. Ad qæſtionem ergo, cum quæritur: vtrum in angelis ſit cõpoſitio ex genere, & differentia: dici debet, ꝙ ſic: tamen ibi differentia non habet omoem rationem differentiæ, ſicut habet in iſtis corporalibus. Nam ratio differentiæ eſt noo ſolũ, quòd differẽtia ſumat abactu, & genus à potẽtia: ſed coniuncta generi cõgrnã diffinitionẽ cõſtituit: Ibi antẽ licèt ſalnemus rõnẽ generis, & differentiæ ſecũdũ potẽtialitatẽ, & actualitatẽ: ſiue iſta potẽualitas, & actualitas ſumãtur: prout genus comparatur ad ipẽm, ſiue prout differt à materia, ſiue prout comparatur ad ipſam differẽtiã: tamẽ ibi ooo poterimus ſalnare rationem gñis, & differentiæ: prout vnũ coniunctum alteri facit congruam diffinitionẽ. quia ex hoc non conſtituetur congrua diffinitio, ſed committetur ibi ongatio. Et ſic differentia ibi ſumpta, nõ habet qnicqnid congruit, vel cõgruere debet ipſi differẽtiæ: ſic & genus, cum dicatur

per comparationem ad differentiam ibi sumptam: non habebit quicquid congruit, vel congruere debet ipsi generi. Est ergo compositio ibi ex genere, & differentia, & potest ibi sumi ratio generis, & differentiæ, vt est per habita declaratum. Sed genus, & differentia ibi sumpta in aliquo deficiẽt à genere, & differentia, vt hic sumũtur Propter quod aliqui dixerunt intelligentias esse formas, carentes genere: aduertentes, quòd genus ibi sumptum, non haberet quicquid congruit generi, vt in istis corporalibus habet esse verum tamen, quia compositio ex genere, & differẽtia, est compositio secundum rationem, loquendo per se, & primo: eo, quòd ratio est, quæ resolut definitum in sua definientia: ideo cum in ipsa essentia angeli sit compositio secundum rationem ex actu, & potentia. quia ex illo actu potest sumi ratio differentiæ, & ex illa potentia ratio genetis; concedendum est, quòd in angelis sit compositio ex genere, & differentia. quia verè sumitur ibi genus, & verè differẽtia, licet genus in istis corporalibus aliquid habeat, quod debet congruere generi: & differentia, quod debet congruere differentiæ, quæ in intelligentijs genus, & differentia habere nõ possunt: huiusmodi autem congruitates non admittunt, nec tollunt rationem genetis, & differentiæ simpliciter.

Genus, & differentia compositionem secũdam rationem facit; nullam verò genꝰ, & species.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd genus cum specie non facit compositionẽ, nec secundum rem, nec secũdum rationem: sm rem, non. quia vtrumque dicit totum, & totũ cum seipso compositionem nõ facit: Nec etiam facit compositionem secundum rationem. quia genus dicit totum per modum partis, siue secũdum rationem partis: Species autem totum sub ratione totius: pars autem cũ includatur in toto: compositionem non facit, quia tunc idem compositionem faceret cum seipso. Differentia autem cum genere non propriè facit compositionem secundum rem. quia genus secundum rem dicit totum: differentia partem: Totum autem cum potestate, vt diximus, compositionem non facit secundum rem: sed secũdum rationẽ: quia genus dicit totũ sub ratione partis, vt sub ratione potentiæ. & differentia dicit id, quod importat sub ratione alterius partis, vt sub ratione actus. Hæc enim. s. actus, & potentia: sunt duæ partes, facientes compositionem, vel secundum rem, vel secundum rationem in quolibet, citra primum. Dicimus autem, vel secundum rem, vel secundum rationem: quia quantum ad ipsam essentiam: in rebus corporalibus habentibus essentiam compositam, actus, & potentia faciunt compositionem secundum rem. In ipsis autem intelligentijs habẽtibus essentiã simplicẽ; actus, & potentia faciunt compositionem secundũ rationem. Sed si accipiamus non solùm essentiam, sed etiam esse: tunc in omnibus actus, & potentia realem compositionem facient. Dicamus ergo, ꝙ compositionem propriè non facit totũcũ seipso: nec totum cum parte, sed pars cum parte. Bene ergo, si aliqua duo debẽt componi nõ

Actus, & potẽtiæ: & generis, & differentiæ compositio qualis.

Compositio propria quæ.

A facere in ipsa essentia, vel natura, ꝙ vtrumque dicat partẽ essentiæ, vel naturæ. Si ergo dicit vtrumque partem secundum rem: erit compositio realis; si non vtrumque secundum rem: erit compositio secundũ rationem. & quia nunquàm genus dicit partem secundum rem, sed solum secũdum rationem: ideo ex genere, & differentia nõ fit compositio secundum rem, sed secundũ rõnẽ.

Aduertendum tamen, ꝙ aliter genus, & differẽtia faciunt cõpositionem sm rationẽ in natura, vel in essentia angelorũ: & aliter in essentia, vel natura corporũ. Nã in angelis sic est talis cõpositio secundũ rõnem, ꝙ ex hoc eorũ naturam non possumus arguere ex duabus rebus esse cõpositã: eo, ꝙ ibi tã genus, q̃ differentia realiter dicit totũ, licet nõ sub ratione totius. sed in istis B corporalibus genus, & differẽtia sic faciũt cõpositionẽ secundũ rationẽ, ꝙ etiã huiusmodi compositio secundũ rationẽ de necessitate arguit cõpositionem secundum rem. Nam si genus in talibus dicit totum secundum rem: differentia vero partem secundum rem: licet pars secundum rem cum toto secundum rem propriè realẽ cõpositionem non faciat: quia quod propriè facit compositionem realem cum alio: non includitur, nec continetur ab ipso: attamẽ hoc siue reali compositione esse non potest. Nam si in corporalibus differentia dicit partem naturæ secundum rem, oportet naturam corporalem realiter esse compositam.

Ad formam autem arguendi cum dicitur, ꝙ C in intelligentijs differentia comparatur ad genus sicut species: dici debet, ꝙ verum est secundum rem: quia ibi tam differentia, quàm species dicunt realiter totam naturam sicut, & genus, sed non est verum secundum rationem. Nã genus dicit totã illam naturam sub ratione partis, vt per modum potentiæ. Differentia etiã sub ratione partis, vt per modum actus. & quia pars cum parte, & actus cum potentia compositionẽ faciũt: ibi genus, & differentia eo modo, quo dicunt partes, compositionem facient. quia dicũt partes secundum rationem: compositionem facient secundum rationem. Arguit ergo argumentum, ꝙ ibi genus, & differentia non dicunt partes naturæ secũdum rem: & arguit, naturam illam non habere partem secundum rem: non tamen arguit, nec concludit, ꝙ nõ dicant partes secundum rationem, & ꝙ natura illa ex hoc non D fit compositа secundum rationem. Si vero vlterius quæratur: vtrum talis compositio secundũ rationem arguat compositionem aliquam secũdum rem: dicemus, ꝙ non arguit compositionẽ secundum rem, quantum ad partes naturæ, vel vnius partis naturæ ad aliam: sed arguit compositionem secundum rem totius naturæ ad actualitatem aliam, vt ipsius essentiæ ad esse, quod est actualitas essentiæ. Nam si nõ esset essentia realiter differens ab esse: nullomodo essent intelligẽtiæ in genere Propter quod ex genere, & differẽtia nullomodo dicerentur esse compositæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ genus cum differentia

rentia in intelligentijs facit nugationem ratione identitatis realis: Quia dicit idem realiter genus cũ differentia, sed non ratione identitatis secũdũ rationem. Propter quod bene concluditur, ꝙ ex genere, & differentia non possumus arguere, illã naturam esse compositam secundum rem, sed solum secundum rationem.

Aduertendum tamen de ipsa nugatione. Nam quando aliqua duo sic dicunt idem secundum aliam, & aliam rationem, ꝙ illæ rationes sic sint aliæ, ꝙ vna non claudatur in alia; sicut dicimus ens, & vnum idem dicere secundum aliam, & aliam rationem: Ita tamen, quòd ✻ vna ratio non cõprehendit aliam, sed opponitur alij. quia vnum sumitur à positione, vt ens: aliud à priuatione, vt vnum: quando talia sic se habent, coniungendo vnum alteri: nõ committitur nugatio. Vnde dicendo: Ens vnum: nulla est ibi nugatio, vt planè Comentator vult in quarto Meta. Sed quãdo vna ratio includitur in alia: sicut est de genere, & de specie, vel de genere, & differentia in intelligentijs. nam genus ibi diceret naturam sub ratione potentiæ, quia sub ratione magis vniuersali: differentia sub ratione actus, quia sub ratione magis determinata, & magis speciali: species sub ratione vtriusque, quia vnum coniunctum alteri, intelligeretur constituere speciem: Et quia generale intelligitur in speciali, & claudituin in speciali, & est de ratione eius; ideo talis alietas rationis nugationem non tollet. Esset ergo ibi nugatio, coniugendo differẽtiam generi: sed ex hoc non habetur, quòd non sit ibi compositio secundum rationem.

Ad terrium dicendum, quòd tota species potest saluari, & saluatur in vno individuo: Propter quod vere est ibi ratio speciei. Quamuis sub vna specie non sit nisi vnum individuum: & sic est ibi ratio speciei, & generis, & etiam differentiæ, & per consequens compositio ex vtrisque.

Ad tertium dicendum, quòd in istis corporalibus vnitas generis est quasi vnitas materiæ, eo quòd genus sumitur à materia: quod si tamẽ hoc vellemus ad Angelos transferre; accipiemus materiam largè, pro potentialitate quadam. Dicemus. n. quòd genus ibi ex potentialitate sumitur: & differentia ex actualitate: & erit ibi compositio ex genere. & differentia; secundum potentialitatem, & actualitatem.

* Nugatio quando nõ fit in propositionibus.

Cap 2. t. c. 2.

QVÆSTIO II.
De Angelorum distinctione.

QVIRO A hoc quæruntur quinq; Primo quantum ad eorum individuationem, & personalitatẽ vtrum sit ibi individuatio, & sit ibi distinctio secundum potentialitatem. Secundo quantum ad eorum numerum: vtrum in Angelis sit numerus: vel sit ibi distinctio numeralis. Tertio quantum ad corũ speciem: vtrum sic sint distincti secũdum speciem: quòd quot sunt Angeli, tot sint species Angelorum. Quarto per comparationẽ ad eorum genus: vtrum Angeli, sic sint distincti, quòd non reducantur in vnum genus: sed quot sunt Angeli, tot sint naturę Angelorum. Quinto, & vltimo de differentia, quam habet Angelus ad animam, quomodo differat ab illa.

ARTIC. I.
An in Angelis sit individuatio. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. Sent. d. 3. arti. 1. D. Bonau. d. 3. pa. ar. 2. q. 1. Ric. d. 3. q. 7. Th. Arg. d. 3. q. 1. arti. 3. Dur. d. 3. q. 2. Capr. d. 3. q. 1. arti. 3. Veril. d. 3. q. 2. De principio autem individuationis vide Doct. Quol. 1. q. 11 Vide etiam Sco. d 3. q. 6. vbi ponitur hæcitas princip. ind. Vide etiam D. Bonau. d. 3. Art. 2. q. 3. Sed id diffusissime vide in Tractatione peripatheticæ Archangeli Mercenarij de Monte Sancto in Gymnasio Patauino Philosophiam publicè profitentis, qui disputat de principio individuationis hominis, animæ separatæ, & angeli. Vide Paul. Soncì. 7. Meta. q. 33. 34. 35.

AD primum sic proceditur: videtur, ꝙ in Angelis non sit individuatio. Nam secundum Philosophum circa finem de generatione: quia natura semper desiderat quod est melius, reliquo modo compleuit esse Deus cõtinuam faciens generationem. Vult enim ibi Philosophus, ꝙ ideo sunt generabilia, & corruptibilia plura in vna specie; vt quia non potest species habere perpetuum esse, nisi secundum multiplicationem individuorum: ideo reliquo modo compleuit Deus, continuans generationem, & corruptionem in eis. in talibus ergo generabilibus, & corruptibilibus, non solum est distinctio secundum speciem, sed etiam secundum numerum, & secundum individuationem: Angeli ergo, quia non sunt generabiles, & corruptibiles, solum distinguentur secundum speciem: non autem secundum numerum, vel secundum individuationem: Quare non erit ibi individuatio. Lib 2 T. c. 61. & in sequen.

Præterea individuatio est per materiam: quæ ergo carent materia individuari non possunt: Angeli sunt huiusmodi: ergo &c.

Præterea omnis forma, quantum est de se, videtur esse quid multiplicabile, & quid vniuersale: Angeli ergo, quia sunt formæ per se existentes: erunt quid vniuersale: nõ quid individuum, nec quid singulare.

Præterea Plato, quia posuit ideas esse formas separatas per se existentes, dixit eas esse vniuersalia, vt ex. 7. Meta. patet, sed formas per se existentes dicimus esse Angelos: ergo &c. T. c. 28. 31. 32.

Præterea perfectibile debet adæquari suæ perfectioni: sed species, quæ sunt in substãtijs intellectualibus dicuntur esse vniuersales: non singulares, vel individuæ; ergo & ipsæ substantiæ intellectuales, vel spirituales quid vniuersale erunt.

IN CONTRARIVM est: Quia, vt dicitur in 7. Met. nullum vniuersale est substantia: T. c 41. 46.

sed

sed vniuersalis negatio conuertitur simpliciter: A nulla ergo substantia erit qnid vniuersale, sed quilibet Angelus est qnædã substantia: ergo &c.

Præterea: vniuersalia nec agunt, nec patiuntur, nisi p accidẽs: ptout sunt in indiuiduis: Quare, si in Angelis esset voinersalitas sine indiuidua tione, nullo modo angeli agerent, nec paterẽtur, nec per se, nec per accidens: essent ergo ociosi, qd est inconueniens.

Dub. I.

An in Angelo sit indiuiduatio substantialis. Conclusio est affirmatiua.

Vide eosdem Doct. locis supra citatis. & D. Bonau. d. 3. p. 1. artic. 2. q. 2.

VLTERIVS autẽ dubitatur: dato, quòd in angelis sit indiuiduatio: vtrum talis indiuiduatio sit accidentalis, vel essentialis. Et videtur, qnòd omnis ĩdiuiduatio sit accidentalis: quia circumscriptis omnibus accidentibus, res nõ est sensibilis, sed intelligibilis. In istis ergo inferioribus videtur esse indiuiduatio per accidẽtia: cum circumscriptis omnibus accidentibus non remaneat res sensibilis, & particulatis: sed oportet per ista sensibilia ascendere. Ponemus itaque indiuiduationem in illis intelligibilibus per accidẽtia: C sicut in istis sensibilibus.

Indiuiduũ quid.

Præterea secundum Porphyriũ: indiuiduũ cõstat ex proprietatibus, qnarum collectionem impossibile est in altero reperire: sed ille proprietates sunt accidẽtia. Erit ergo indiuiduatio per accidentia.

Indiuiduorum differẽtia qualis.

Præterea secundum Porphytium: indiuidua differunt solo numero: sed differre solo numero, est differre solo accidente. Indiuidua ergo nõ differunt nisi solo accidente, & per consequens indiuiduatio erit qnid accidentale.

IN CONTRARIVM est Magister in litera, qnæ discretionem personalem dicit pertinere ad substantiam: sed discretio personalis in his, in quibus reperitur personalitas, est indiuiduatio, ergo &c. D

Præterea si indiuiduatio esset qnid accidentale, ergo indiudua nõ essent in prædicamento substantiæ: quare da indiuiduis non ponerentur genera, & species: quæ sunt in prædicamento substãtiæ: Sortes ergo nõ eẽt homo, nec eẽt animal: vel si aliqno modo homo, & animal prædicarẽtur de Sorte hoc nõ esset essentialiter, quia de accidẽtie essentialiter substantia prædicari non potest: cũ ergo genera, & species prædicentur de indiuiduis essentialiter: quia cõtra rationem generis est prędicari denominatiuè: vt declarari hẽt in 2. Top. Cap. 2. indiuiduatio non erit quid accidentale.

Dub. II.

An indiuiduatio Angeli personalitas dici possit. Conclusio est affirmatiua.

Idem vt suprã.

VLTERIVS autem dubitatur: vtrum indiuiduatio, qnæ reperitur in angelis, possit dici personalitas. Et videtur, q nõ. Quia secũdum Boetium in lib. de duabus naturis, & vna persona Christi: Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. sed Dio. 6. de di. no. distinguit inter intellectuale, & B tionale. Et si bene cõsideretur mens eius, Angeli sunt intellectuales, homines rationales. Non ergo indiuiduatio in angelis erit personalitas, cũ non sint hatntæ rationales.

Persona qd.

Præterea diffinitur persona communiter à Doctoribus: qnòd i est Hypostasis distincta proprietate ad dignitatem pertinente: sed in angelis non est indiuiduatio per proprietates: cum ipsi sint formæ per se existentes, & seipsis indiuiduentur: ergo &c.

IN CONTRARIVM est Magister in litera, qni dicit à primordio quatuor esse attributa angelis: inter quæ quatuor comptat personalẽ discretionem. qnod non esset, nisi indiuiduatio in eis esset quędam personalitas.

Resolutio Articuli I.

Angelus indiuiduationem substantialem habet, & personam, cum sit quid per se existens, vel subsistens, non per materiam, quæ in eo non est; sed per per se existere.

RESPONDEO dicendũ, q cum primo q̃ritur vtrũ in angelis sit indiuiduatio: dicidẽt: q Auctor de causis in Commẽto ꝓpositionis. 9. ĩ oĩbus ponit indiuiduationẽ. In ipso enim Deo suum esse purum infinitum: qnod non potest alteri communicari: dicit esse snum indiuiduum, sed quicqnid sit de Deo, certum est, tamen, quòd tã angeli, quàm res sensibiles habent aliqnid determinatum, & signatum, quod sub illo esse determinato, & signato alteri communicari non potest, & ideo in omnibus talibus est indiuiduatio. Nam hoc est indiuiduum, qnasi nõ dividuum, siue non diuisum, vel non multiplicatum, vel non pluribus communicatum. Et quia, vt diximus, quælibet substantia creata, siue sit intellectualis, siue sensibilis: habet quoddam esse signatum, quod alteri communicari non potest: quia non possunt esse plura talia, habentia vnum, & idem esse signatum; Ideo in oĩbus talibus indiuiduatio reperitur. Immo sufficienter probatur in 7. Meta. contra Platonem: quòd vniuersale semper intelligitur esse aliquid

Indiuiduũ quid.

in

in alio. Quicqnid ergo eſt per ſe exiſtens, & habet per ſe agere, nun eſt vniuerſale, ſed indiuiduum. Eo ergo ipſo ꝙ tam Angeli; qnàm iſtæ res ſenſibiles ſunt quædam ſubſtantiæ per ſe exiſtentes, quibus per ſe competit agere? quæcnnq; ſunt talia: nun ſunt vniuerſalia, ſed indiuidua. Quia ergo in nata eſt nobis via ex iſtis ſenſibilibus ad intelligibilia aſcendere.

Primo videbimus, quomodu in iſtis rebus materialibus eſt indiuiduatio: poſtea ex hoc aſcendemus ad Angelos, declarantes, quomodo ibi indiuiduatiu habet eſſe.

CONTRADICTIO. *Indiuiduatio in corp. eſt per materiam, eſt ſecũdũ opinio ex lib. 1. cœli c. 9. 2. & vi de contrad. & ſol huĩ opin. l. ſine prologi. Et infra. q. 4. art. 2. & 4. p. 2.

Propter quod ſciendum, ꝙ vt cummuniter ponitur in iſtis ſenſibilibus * indiuiduatiu eſt per materiam. quod videntur ſonare verba Philoſophi in de Cœlu, & mũdo dicentis, ꝙ cũ dico cœlũ, dico formam, cum dico hoc cœlum, dico materiam. ſed cnm hoc cœlum dicat quid ſignatum, & indiuiduatum, ſi dicere hnc cœlum eſt dicere materiam, plane concluditur, ꝙ ſignatio, & indiuiduatio in rebus materialibus ſit per materiam. & ſi dicere cœlum, eſt dicere formam: cum cœlum ſecundum ſe conſideratum, non dicat quid ſignatum, & indiuiduatum, ſed magis quid vniuerſaliter ſumptum, erit in rebus materialibus vniuerſalitas per formam, ſicut indiuiduatio eſt per materiam: Et inde eſt, ꝙ intellectus facit vniuerſalitatem in rebus: quia conſiderat res ſub eſſe ſurmali, ſub qua cõſideratiunc habent res vniuerſale eſſe.

Granis dubitatio.

Sed ſi ſic dicimus, occurrit nobis granis difficultas: Nam ſi per materiam eſſet ſignatio: nunquam puſſet conſiderari res cum ſua materia niſi conſideraretur ſub eſſe ſignato. cum ergo in rebus materialibus ipſa materia pertinear ad quidiatem: quia non poteſt eſſe quiditas rei materialis ſiue materia: non videtnr, ꝙ per materiam ſit indiuiduatiu. hoc etiam idem apparet: Quia cum conſideramus vniuerſale in rebus materialibus: non oportet, ꝙ abſtrahamus ipſum à materia: ſed abſtrahimus ipſum ab hic, & nunc. Ipſa. n. materia conſiderata ſine hic, & ounc, pertinet ad rationem rei vniuerſalis. Non ergo erit ſignatio p materiam, ſed per accidens aliquod additum materiæ, per quod competit ipſi materiæ eſſe hic, vel eſſe nunc.

Hac autem difficultate inducti, dixerunt quidam, indiuiduatiuoem eſse per qnantitatem, per quam eſt materia hæc; at quantitate abſtracta ptinebit materia nõ ad eſse rei indiuiduæ, & ſignatæ, ſed ad eſſe rei communis, & vniuerſalis.

Sed non videtur hoc ſufficere. Nam nullus diceret, ꝙ p clypeũ percuteratur clypeatus, quia ſi nõ eſset clypeus, fortius percuteretur clypeatus. accidit ergo clypeato percuti per clypeum. Nam ex quo clypeatus eſt, non veniet ad eum percuſſio, niſi per clypeum, hoc tamen eſt per accidens. quia amoto clypeo, fortior eſset percuſſio. Sic & in propoſito: ex qun materia non ſeparatur à quantitate, forma recepta in materia recipitur in materia quaota, & indiuidnatur forma, quia recipitur in tali materia. Talem enim materiam perficit forma, qnalem eam inuenit, ſed inuenit eam extenſam, & quantam, ideo ſic eam perficit.

Qualiter autem ſe habeant forma ſubſtantialis, & quantitas ad materiam: & qualiter quantitas præcedat formam ſubſtantialem in materia; & qualiter ſequatnr; ſupra, cum diſputauimus, an in Angelis ſit materia, diſtinctius diximus: Nũc autem ſcire ſufficiat, ꝙ forma in tali materia recipitur, & talem materiam perficit, qualem materiam innenit: & quia innenit hanc materiam ſic extenſam, & ſic quantam: ideo ſic & eam perficit. habebit ergo forma hoc eſſe ſignatum: quia recipitur in hac materia ſic quanta: ſed ſi non eſſet quantitas, & non reciperetnr forma in materia quanta, magis haberet eſſe indiniduum, quàm nnnc habeat. Nam ſi eſſe indiuiduum eſt eſſe non diuiduum, ideſt nun diniſum, & plurificatũ: quia ſi materia ſine quantitate reciperet formã, nunquam recíperet niſi vnam formam: nec illa plurificari puſset, nec ſub eodem genere, nec ſub eadem ſpecie: nec ſucceſſiuè, nec ſimul, vt declarat Commentator in de ſubſtantia orbis: Ideo illa forma ſic accepta eſſet magis indiuidua, ideſt magis non diuiſa, & non plurificata: quàm recepta in materia quanta. Si enim eſſet materia ſeparata à quantitate, non puſſent ex tali materia fieri plures homines, nec plura animalia, nec plura corpora, nec plura quæcnnqne alia: Sed talis materia aliqua forma perfecta: ab illa nunqnam abſolui poſſet. Forma ergo recepta in hac parte materiæ dicitur per illam partem materiæ habere eſſe indiuiduum, & incommunicabile: quia in illa parte materiæ non poſſunt eſſe ſimni plures tales formæ. In alia enim, & alia parte materiæ eſſe plures tales formas, non eſt incnnueniens: Igitur quia in alia, & alia parte materiæ poterit eſſe eadem forma ſecundum ſpeciem: non autem ſecũdum eſſe ſignatum: ideo in identitate ſpeciei eſt communicatio: ſed in identitate huius eſſe ſignati communicatio eſſe non poteſt; ideo dicitur eſſe quid indiuiduum, & qnid incommnoicabile. Et quod dicimus de alia, & alia parte materiæ, qnantum ad eſſe ſimul: veritatem habet de eadem parte materiæ, qnantum ad eſſe ſucceſſiuum. Nam in eadem parte materiæ, in qua eſt nũc vna forma, corrupta forma illa, licet forte p plura media poterit ibi induci eiuſdem ſpeciei forma, nun tñ erit eadem numero cum priori: quia qnarum ſubſtantia deperit, nun redeunt eadem numerò. Qnare ſub eſſe ſignato non poteſt eſſe communicatio: ideo ſecundnm hoc eſſe, dicitur eſse indiuiduatio. Nec difficultas fieret, ſi qnis diceret, quòd pereunte forma 1 puterit virtute diuina in eadem parte materiæ induci eadem forma numero: quia ſi hoc fieret, eſſet illud idem oumero, quod prius erat. Propter quod nec plurificatum eſſer ſub indiuidnali eſſe: habet ergu forma es hac parte materiæ, in qua recipitur qnoddam eſſe incommunicabile, & per conſequens habet quoddam eſſe indiuiduum, ſed ſi non reciperetur forma in hac

1 de Gen. 70.

parte

parte materiæ, vel nõ reciperetur io materia, habente partem i multo magis haberet esse incommunicabile: vt est per habita manifestũ. Nõ ergo est per quantitatem indiuidnatio', & incommunicabilitas: quia si non esset quantitas, multo magis per materiam esset iodiuiduatio, & incommuniçabilitas.

Vt ergo appareat qualiter fit indiniduatio: dicamus, ꝙ forma materialis non indiuiduatur, ni si quia recipitur in materia signata: vt qnia recipitur in hao materia, & non in alia: ideo forma sic recepta est hæc, & non alia: sed ꝙ materia sit hæc, & non alia, dupliciter potest intelligi. vno modo, qnòd materia nullo modo habeat partes. & ideo est hæc, & non alia: qnia nollo modo potest esse alia, & sic fieret indiuidnatio per materiã, si dimeosiones nullo modo ptæcederẽt formam substãtialem in materia, & si non reciperetur forma in materia qnanta.

Indiuiduatio in materialib' quo dat. Vide 1. Quol. Doct q. 11. vbi dicitur, quod non est per materi ꝙpue, nec à dimones materię, sed per quantitatem, cum de se hẽat vnitatẽ. Vide contrad. & sol in fine Prologi. & ifra q. 4. art. 2. & 4. q. 2.

Alio modo potest esse materia hæc, & nõ alia, quia est hęc pars materiæ, & nõ alia, & talẽ indiuiduationem inuenimus in rebus materialibus secundum esse, qnod habent in rerum natura.

Primus autẽ modus indiuiduationis non potest esse in rerum natura: qnia nullo modo potest materia à quantitate separari. Aduertendum tamen, qoòd licet materia habeat partes per quantitatem, aliæ tamen sunt partes materiæ a partibus quantitatis: sicut quia licet albedo sit multa, qnia superficies est multa, aliæ tamẽ sunt partes albedinis à partibus superficiei, & etiã ibi differentia non solũ quantũ ad partes superficiei: vt qa hæc pars superficiei non est in illa, sed ẽt q̃tũ ad ptes albedinis, vt qa hęc pars albedinis nõ est illa. Si ergo hæc pars materiæ non est ista forma recepta in hac parte materiæ dicitur habere esse indiuiduatom, & signatum, quia recipitor io hac parte; & noo in illa. His omnibus declaratis: dicamus, tribus modis posse intelligi indiuiduatioom in formis. Primo per ooo recipi in materia. Secundo per recipi in materia non quanta. Tertio per recipi in hac hac parte materiæ.

Indiuiduatio formis tribus modis intelligi potest.

Primum sic patet: si enim forma non est apta nata recipi in materia: eo ipso, qnòd est talis, de se noo est plurificabilis: quia nihil, qnod habet esse per se, secundum qnòd huinsmodi, est vniuersale, quia vt probatur in 7. Meta. Nihil per se existens est vniuersale: vel, qnod idem est, probatur ibi qnòd impossibile est vniuersale esse substantiã i, esse per se existens.

T. c. 45. 48. Vniuersale nõ est substãtia. i. per se existens.

Secundo modo potest somi indiuiduatio prout forma recipitur in materia secundum se, & sine quantitate. Nam si esse indiuiduum est idẽ, qood esse non diuiduum: vel esse non plurificarum: si materia secundum se, & absque quantitate reciperet formam: forma illa potissime esset indiuidua: quia sic recepta onllo modo plurificari posset.

Tertio modo potest esse indiuiduatio informis ex receptione in hac pte materiæ. Eo. n. ipso, qnòd hęc pars materiæ non est illa: forma recepta in hac parte materiæ, non erit idem, qood forma receptа io illa. qnandam ergo incommunicabilitatẽ habet forma ex eo, qoòd est in hac parte materię receepta. Nam forma recepta in hac parte materiæ, non oportet, quòd differat in eo, quòd forma: necesse est tamẽ, quòd differat in eo, quòd hæc forma: ex receptione ergo in hac parte materiæ, habet forma materialis, quòd sit hæc forma. & quia hæc forma dicit formam indiuidnatam: bene dictum est, quòd ex receptione formę in hac parte, competit, quòd indiuiduetur materialis forma. Idẽ ẽt iudicium esset de receptione formæ i hac tota materia. Ná hæc tota materia tta é hęc materia, qnòd non est alia, com nollam sit dare aliam. nam prætet totam materiam non est dare aliam materiam. Forma ergo totius vniuersi recepta in sua tota materia, vel hoc vniuersom constans ea sna tota materia, est quid indiuiduum: qnia habet formam receptam in hac materia. Sic etiam idem esset iudicium de aliquo, qnod noo constaret ea tota materia simpliciter, sed ex tota materia sua. Nam Sol nõ constat ea tota materia simpliciter. quia reperitur aliquid de materia extra solem. sed tamen constat sol ex materia tota sua, quia nihil reperitur de materia solis extra solem, vel eatra hunc solem nihil est de materia, in qua natutaliter possit esse forma solis. Propter quod dicitur sol constare ex tota materia sua: sed cum hæc tota materia solis nõ sit illa alia materia: consequens est, quòd forma solis recepta in sua materia, ita recipiatur in hac materia, ꝙ non recipiator in alia. Propter qnod forma sic recepta habet esse hæc, & non alia. Actiones etiam, & existentiæ non suot vniuersalium per se, sed particularium. Agens enim non agit in materiam generalem, sed agit in hanc materiam: & forma recepta in aliqua materia, siue concreata, siue ptę iacente, non recipitor in materia in generali, sed recipitor in hac materia, & existit in hac materia. Propter qnòd qnaotumcunqne huismodi forma de se sit multiplicabilis; tamen, vt per actionem agentis est inducta in materia, vel probt est in materia recepta: semper habet esse determinatom, & signatum.

Indiuiduatio vniuersalium non est.

Solis diuiduatio ende.

Dicamus ergo, multos esse assignatos modos indiniduationis: omoes tamen illi modi coincidont in duos modos. Nam forma, vel non est de se receptibilis in materiã, & tonc de se est implorificabilis, & de se est quid existẽs, vel indiuidnũ, vel est receptibilis in materia: & tnnc indiuidnatur ea materia, in qua recipitur: vt qoia recipitor io hac materia, & non io alia. ideo forma sic tecepta est hæc signata, & indiuiduata, & nõ alia. Sed recipi in hac materia, & non in alia, si bene considerentur prætacta, est quatuor modis: Vel qnia recipitor io hac parte materię, & non in alia, & sic hic annulus est hic, & non alius: qnia fit ex hac parta auri, siue ex hoc auro, & non ex alio: Vel qoia recipitor i hac tota sua materia, & nõ in alia: Vel tertio hoc contingit, quia forma recipitur in tota materia simpliciter, & sic vniuersum est hoc, & non aliud: qnia constat ex hac tota materia, & non ex alia. Esset autem & quartus

modus,

mundus, vt si esset possibile, quòd esset materia sine quantitate, quia materia non habet partem, & partem: nunc esset dare aliam, & aliam materiã. Propter quod forma ibi recepta esset hæc, & non alia: quia esset recepta in hac materia, & non in alia. Impossibile est autẽ, materiam esse sine quãtitate: sed si poset sic esse, non minus, immo quodammodo magis indiuiduaret formam, quàm in diuiduer cum quantitate: prout mainr esset ibi incommunicabilitas. Modi ergo indiuiduationis formæ possunt dici duo: per recipi, & non recipi in materia: & possunt dici tres, videlicet per non recipi in materia, & per recipi in materia secundum se, & per recipi in materia quãta: & possunt dici quinque. recipi enim in materia quanta est tripliciter. quia forma recepta in materia quãta, vel recipitur in hac parte materiæ, vel in tota materia sua, vel in tota materia simpliciter. cum ergo quælibet pars materiæ sit materia, & cum tota materia non sit aliud, quàm materia, benedictum est, quòd * formæ materiales indiuiduantur per materiam. Immateriales vero indiuiduantur per perse existere, & per non recipi in materia. Est ergo in Angelis indiuiduatio, licet non sit in eis materia.

Indiuidua-tionum ãpi logus.

Indiuidã-tur formæ materiales p materiã: immateriales ex p se exi-stere.

Resp. ad arg. artic. 1.

Ad primum dicendum, quòd dictum Philosophi intum arguit nõ esse plurificationem in Angelis secundum eandem speciem: non autem probat non esse indiuiduationem simpliciter. Est. n. indiuiduatio in rebus incorruptibilibus; vt hic Sol quid indiuiduum nominat, licèt non sit nisi vnus sol in specie solis. Sic quilibet Angelus qd indiuiduum dicit, licet videatur argumentum cõcludere, quòd non sit nisi vnus Angelus in specie Angeli, sed quid sit tenendũ de hoc: in sequentibus quæstionibus apparebit.

Ad formam autem arguendi dicendum, quòd quæ differunt secundum formam: differunt secũdum hanc formam, & quæ differunt specie, differunt numero: vt hic equus ab hoc homine differt, & specie, & numero. Est enim in talibus sic differentibus, sic indiuiduatio, sicut in his, quæ differunt solo numero. Nam non solum hic homo, & ille homo differentes solo numero dicunt quid indiuiduum, sed etiam hic homo, & hic equus differentes specie, & numero quid indiuiduum nominant. Sic etiam dato, quòd non sit accipere hunc Angelum, & illum differentes solo numero, sed duos Angelos oporteat differre specie, & numero: hoc non obstante habet in ipsis esse indiuiduatio. Qualiter autem sit in Angelis differentia numeralis, in sequentibus apparebit.

Ad secundum dicendum, quòd indiuiduatio est per materiam in formis materialibus. In formis autem immaterialibus est indiuiduatio perse existere, & per non recipi in materia: vt est per habita declaratum.

Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur: omnis forma est de se multiplicabilis: verum est si sit recepta in materia. Sed omnis forma recepta in materia: in alia, & alia parte materiæ poterit esse alia, & alia huiusmodi forma. Si ergo non multiplicatur talis forma, hoc est quia constat ex tota materia simpliciter. Ideo non est nisi vnum voiuersum in specie vniuersi: vel hoc est, quia constat ex tota materia sua. & ideo est vnus tantum Sol in specie solis, sed si sit forma non recepta in materia: cũ forma non indiuiduetur, nisi per materiam: vt habetur in 7. Meta. illa erit de se indiui dua, & immultiplicabilis: huiusmodi autem sunt Angeli, ideo &c. Text. 21.

Ad quartum dicendum, quòd ideæ Platonis, si esset dare tales ideas, in se essent quid singulare: dicerentur tamen illæ ideæ esse vniuersales ratione exemplaritatis, quia essent quædam vniuersalia exemplaria multarum rerum. Hoc enim modo, & forma subtellaris esse põt quid vniuersale: si ad exemplar illius fiant multi subtellares. Arist. tñ Platonẽ increpat, arguens contra ipsum in 7. Metaph. quòd oportebat Platonem ponere, ideas illas esse verè vniuersalia: cũ diceret eas esse quiditates istorum sensibilium: contra quod arguens ait, quòd en ipso, quòd illæ ideæ sunt per se existentes, vniuersalia esse non possunt. Argumentum ergo magis est ad oppositum, quàm ad propositum. eo enim ipso, quòd angeli sunt formæ per se existentes, non sunt quid vniuersale, sed quid indiuiduum. T. exats.

Ad quintum dicẽdum, quòd species, quæ sunt in intellectu: sunt quid singulare secundum se considerate: habent tamen quendã modum vniuersalitatis: prout repræsentãt naturam vniuersalem rei: ipsa tamen species intelligibilis est hæc, & non alia. Nos autem non loquimur de vniuersalitate secundum exemplaritatem, vel secũdum repræsentationem, sed secundum esse, vel secundum prædicationem: talem autem vniuersalitatẽ non damus, nec Angelis, nec speciebus intelligibilibus.

Resolutio Dub. I.

In Angelis, qui sunt substantiæ separatæ, indiuidua nõ sunt accidentia, nec ad eorum indiuiduationẽ cooperantur accidentia: nec indiuiduantur per materiam, nec per aliquod accidens annexum materiæ, cum sint formæ per se existentes: sed ipsis sunt hoc aliquid, & indiuidua.

QUid autem, quod quærebatur: dato, q̃ in Angelis sit indiuiduatio, vtrum sit substãtialis, vel accidentalis; dici debet, q̃ per hæc sensibilia debemus ascendere in cognitionem intelligibilium. Ideo primum vtendum est, vtrum in istis sensibilibus indiuiduis sit indiuiduatio accidẽtalis. Hoc enim viso, de leui parebit, qualis sit indiuiduatio Angelorum: immo quodam modo difficilius est videre de indiuiduatione istorum sensibilium, quàm de indiuiduatione Angelorum. Verumtamen quantuncunq; videatur difficilius, semper est à sensibilibus inchoandum:

choandum: cum nostra cognitio semper incipiat a sensu: Dicemus ergo, quòd quantum ad præsens spectat, tria faciunt difficultatem in proposito: quare videatur individuatio in istis sensibilibus accidentalis esse.

Vna difficultas sumitur ex conditionibus materiæ, per quas est individuatio. Nam si esse individuum est esse hic, & nũc; cum esse hic, & esse in loco, sit quid per accidens: ipsa individuatio substantiæ erit quoddam accidens superadditum rei locatæ: & sicut esse hic est accidens, sic & esse nũc videtur accidens importare. Secũda difficultas sumitur ex ipsa differentia individuorum. Nam si individua differunt solo numero, quia differre solo numero videtur esse differre sòlo accidente; consequens est, quòd ipsa individuatio accidentalis sit. Tertiã difficultatem faciunt dicta Doctorum. Nam Boetius in libro de Trinitate circa principium ait, ꝙ in numero differentiam accidentium varietas facit. Et subdit, quòd tres homines, neque genere, neque specie, sed suis accidentibus differunt. Et Porphyrius ait, quòd individua dicimus huiusmodi: quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadẽ erit. Et Simplicius in lib. super prædicamẽtis ait: Numero autem differunt, quæcunque cum cursu accidentium proprietatem suæ substantiæ determinauerunt. Sed si sic dicimus, quòd individuum dicat substantiam, & accidens, non erit individuum in genere substantiæ, nec de eo essentialiter prædicabitur substantia. Immo non erit in aliquo prædicamento, quia congregatum ex substantia, & accidente in nullo prædicamento esse potest. Propter quod videndum est, quomodo possumus saluare, quòd cõditiones materię, q̃ sunt hic, & nunc non dicant accidens, sed substãtiam: & quomodo differre numero prout differunt individua, sit differre secundum substantiã, & quomodo dicta Doctorum possentium talia esse per accidens, veritatem habere possint.

Propter primum sciendum, ꝙ, vt diximus, idẽ est esse individuum, quod non dividuum, vel nõ plurificatum. Possunt autẽ esse plura individua i. plura possunt esse, quibus competit esse signatum: hic tamen homo signatus plurificari non potest. Impossibile est enim esse plura habentia idem esse signatum. Huiusmodi autem signatio competit formæ materiali, ex eo, quòd recipitur in materia: ergo materia dat formæ individuationem. sed hoc non potest facere materia quocunque modo sumpta, nisi sumatur sub esse signato, videlicet hic, & nũc. Nam hic. i. in hac parte materiæ, & nunc. i. quamdiu est in hac parte materiæ, nõ possunt esse in materia plures formæ. Possunt enim ex materia anulorum, vt ex auro fieri plures anuli, sed ex hac materia auri, siue ex hoc auro, quamdiu est ibi forma anuli, non possunt ibi esse plures huiusmodi formæ. in eadẽ autem parte auri successiuè possunt fieri plures anuli: quia quorum substantia deperit, non redeunt eadem numero. Si enim inducatur in materia albedo, & postea cedat in potentiam materiæ: & iterum inducatur in eadẽ materia albedo, non erit eadem albedo numero. sic, si ex auro fiat anulus: & iterum illud aurum redigatur in massam, & rursus fiat idem anulus: non erit idem anulus numero. In hac ergo materia, vel in eadẽ parte materiæ successiuè possunt induci diuersæ formæ. Ad hoc ergo, quòd forma sit quid non diuiduum, & quid non plurificatum, oportet, quòd materia sit hęc, & non alia, quia in alia, & alia parte materiæ posset esse talis plurificatio, & possent induci plures formæ.

Rursus oportet, quòd sit nunc. i. in hoc tempore, & non in alio, & alio tempore: quia in alio, & alio tempore etiam in eadem parte materiæ possunt induci diuersæ formæ. Sed tamen in hac eadem materia, & in eodem tempore plures formæ esse non possunt. Ideo materia cùm hic, & nunc facit sotmam non diuiduam: & facit, quòd nullo modo sub tali esse plurificati possit.

Aduertẽdum ergo, quòd licet materia habeat partes per quantitatem, & licet non esset subiecta variationi, & alterationi, nisi esset subiecta quantitati, & accidentibus alijs; tamen essentia materiæ est extensa, licet hoc habeat per aliud: & vere ipsa essentia materiæ habet partes: & partes materiæ nihil aliud sunt, quàm materia, licet tales partes habeat per aliod. & vère ipsa essentia materiæ motibus, & variationibus tẽporis subijcitur, licet hoc habere non posset, nisi aliquibus accidentibus esset cõiuncta: tales ergo conditiones materiæ, sicut sunt esse hic, & nũc, vel sicut sunt, ꝙ forma recipiatur in hac materia, & nõ in alia: & in hoc tempore, & non in alio, ad ipsam essentiam materiæ sunt referendæ. Individuum ergo constat ex materia signata, & forma signata, sed materia signata non est aliquid aliud, quàm materia, hunc enim modum signationis, quem habet materia, est per aliquid aliud. materia tamen signata est ipsa materia, & nõ aliud. Propter quod ꝟ individuũ constans ex signata forma, & ex materia signata, est substantia, & non aliud, & est in prædicamento substantiæ, & non in alio. Si enim sic vellemus loqui de prædicamento, ꝙ per ea, quæ competunt rebus prædicamentalibus per aliud traherentur res prædicamentales extra suum prædicamentum, mhil esset in prædicamẽto. quia nulla res prædicamentalis est, cui non competat aliquid per aliud. albedo autem, quæ est in pariete, non esset in prædicamento, quia illa est albedo extensa. Si ergo albedo extensa diceret aliquid aliud, quàm albedinem, non esset albedo illa in prędicamento qualitatis, sed esset aliquid per aggregationem ex qualitate, & quantitate. Vnde non est intelligibile, quòd fiat talis aggregatio. sed dicemus, qnòd hoc habent essentiæ rerum prædicamentorum, quia coniunctæ sibi inuicem, aliquid in se inuicem contrahunt: ut essentia albedinis coniuncta quantitati, hæc cõtrahit, vt ipsa essentia albedinis extendatur. & si ipsa essentia extendatur, essentia eius extensa erit ipsa essentia. propter quod essentia albedinis extensa,

Cap. de specie sub fin.

Dubitatio.

Solutio.

Individuũ non est accidens conditionibus materiæ.

2. de Gen. t. c. 70.

*Hic, & nũc esse conditiones individuales ad quid referẽda. Vide quæli. 1. q. 24.

*Individuũ in prædicamento tãm substantiæ. Vide quæli. 1. q. 11 prope finem.

tensa, non est aliud, quàm essentia albedinis. Sic materia signata non est aliquid aliud, quàm materia. Individuum ergo constans ex materia signata, non est aliquid aliud, quàm substantia. Nihil enim est de compositione individui, quod non pertineat ad prædicamentum substantiæ. ad individuationem enim vel saltem ad hunc modum individuationis, quem videmus in sensibilibus, pōt facere aliquid aliud a substantia.

Materia signata quid.

Viso, quomodo conditiones materiæ non faciunt, quòd individuum sit accidens, vel quòd de compositione eius sit accidens, volumus ostendere, quòd differre solo numero, sicut differunt individua, non facit, quòd individuum sit accidens, vel quòd de compositione eius sit accidens. Dicemus enim quòd aliquando res per se differunt per suas formas, & tunc res differunt specie. Nam cum idem sit species, & forma, differre forma, ✻ est differre specie, aliquādo vero res per se non differunt secundum formam, sed differunt secundum materiam, & quia constant ex alia, & alia parte materiæ: & quia in alia, & alia parte materiæ de necessitate recipitur alia, & alia forma. Ideo quæ sic ✻ differunt per materiam, oportet ex consequenti differre per formam. Differre ergo solo numero, est differre materialiter: differre autem specie, est differre formaliter. Licet etgo non possent res differre materialiter, nisi materia esset quanta, quia materia tunc esset individibilis, & non haberet partem, & partē, & non esset alia, & alia. Quanuis ergo hoc sit per quantitatem, quòd materia est alia, & alia, verē tamen ipsa materia facta est alia, & alia, ita vt hęc materia non sit illa. Cum ergo materia pertineat ad prædicamentum substantiæ. differre materialiter est differre substantialiter. quòd ergo hæc materia differat ab illa, hoc est per aliud à materia, vt per quantitatem. ipsa tamen materia differens non est aliud, quàm materia. itaque propter differentiam materialem, quam assignamus inter individua, quam differentiam vocamus. differre solo numero, non ponemus ✻ individuum extra prædicamentum substantiæ, & nō dicemus, quòd individuum sit aliquid aliud, quàm substantia.

a Hoc videt tetigisse Gi. tendū d 8. 11. libr 1. sen. q 1. art. 2.

* Differre forma ē differre specie idem supra d 5 q. 1. arti. 1. nate solutionē. arti.

CONTRADICTIO. Individuationis principium ostensum est quantitas, si verba Do.. considerentur, sed vide contra & sol. ma ne prolog. Quin materia, & forma sui principij individuationis.

a Individuū extra prædicamentum substantiæ nō est.

Ostenso, quòd nec conditiones materiæ, per quas est individuatio, nēc differentia individuorum ponunt individuum extra prædicamentum substantiæ, nec faciunt, quòd de compositione individui sit accidens, volumus soluere auctoritates Doctorum. Nam cum ait Boetius, quòd differentiam in numero facit varietas accidentium; dicemus, quòd ipsa individuatio individui, vel ipsa materia signata, quæ est de ratione individui, non est accidens, tamen non est inconueniens, quòd ad talem individuationem faciant accidentia. facit enim ✻ quantitas, & si non ad individuationem simpliciter, quia non minus individuaret materia formam, si esset a quantitate absoluta, facit tamen ad hunc modum individuationis. nam quòd materia sit hæc, & non alia, & quòd sic differens ab alia, per quantitatem habet. individuatio ergo non est accidens, & differre materialiter quod est differre numero, non est differre accidentaliter. tamen ad hanc differentiam aliquid faciunt ipsa accidentia. si enim pocretur sigillum in aqua, & figuretur aqua figuratione sigilli: illa aqua figurata nō erit cuprum. ad figurationem tamen aquæ facit sigillatio sigilli cuprei, & amoto sigillo, non remanebit aqua figurata, sic partes materiæ sunt per partes quantitatis, & amotis partibus quantitatis, non remanebunt partes materiæ: ipsę tñ partes materiæ non sunt q̄ntas, sed materia. causaliter ergo figuratio aquę est figuratio sigilli: formaliter tñ vna est differēs ab alia. sic formaliter individuum dicit substantiam, & non est aliud. tamen ad ipsam individuationem aliquam causalitatem, & aliquam efficientiam habent ibi accidentia. cooperatur ergo ad talem individuationem aliud à substantia. ipsum tamen individuum non est aliud, q̄ substantia. qualis autem sit ista cooperatio, vtrum eodem modo cooperentur accidentia ad signationem materiæ, sicut sigillum ad signationem aquæ, non est præsentis speculationis. sufficit autē scire, quòd sicut aqua figurata non est sigillum, licet hoc habeat a sigillo, sic materia signata non est accidens, nec pertinet ad genus accidentis, licet hoc habeat ab accidente.

Et p hoc patet solutio ad dictū Porphyrij. nā cum ait individua constare ex proprietatibus vel ex accidentibus, pro tanto veritatem habet, quia ad individuationem aliquid cooperantur accidentia, non tamen individuum est in aliquo prædicamento accidentis, nec de cōpositione individui est accidens.

Indiuidua constare ex proprietatibus quo intelligit dicit ad porphyrii mentē. vide infra ad 2. arg.

Per hoc etiam est solutum dictum Simplicij, qui differentiā individuorum cursu accidentiū assignauit. facit enim ad individuationē cursus, quem habet materia sub accidentibus, ipsum tamen individuū non est accidens, nec de cōpositione eius est aliquod accidens. Dicamus ergo, quod aliquod accidens est quod de se habet individuationem: vt quantitas. nam quod sint plura numero, & idem specie, siue individuatione esse non potest, quantitas enim quia de se habet partes; de se habet, quòd ibi sint plura numero, & eadem specie, vt si intelligatur linea recta diuidi in duas partes, erunt plures partes lineæ numero, sed specie erunt ædem. Intelligemus ergo ✻ quantitatē de se individuationem habere, & per hanc materia habebit partem, & partem, & per individuationem in formis materialibus, ex eo, q̄ reciptuntur in hac materia, vel illa. erit ergo hæc materia differens ab illa per quantitatem; ipsa tamen materia differens non erit aliud, quàm materia. poterit ergo facere, & facit ad individuationē ipsum accidens. individua tñ non sunt accidēs, nec pertinent ad prædicamentū accidētis.

e Quantitas individuat per se. nam ea per quā tit. est materia. per materiā forma.

Qualitas fit ad individuationem.

Indiuidu tionum Epi logus.

His igitur omnibus prælibatis, cum quæritur: vtrum indiuidnatio io Angelis sit accidentalis, vel essentialis; dici debet, q̃ aliquid potest esse accidentale dupliciter: vel quia est accidens, vel qa ad hoc aliquid coopetatur accidens. Propter qđ dicemus, quòd aliter est indiuiduatio in accidentibus, aliter in substantiis sensibilibus: aliter in substantijs separatis. In accidentibos enim ipsa indinidua sunt accidentia. in substantijs autem sensibilibus indiuidua oon sunt accidentia: sed ad eorum iudiniduationem aliquid cnoperantur accidentia. sed io substantijs separatis nec indiuidua sunt accidentia: oec ad eorom iodiuiduationem cooperantur accidentia, nam cum sint formæ per se existentes, non indiuiduãtur per materiam, nec per aliquod accidens annexum matetiæ, sed seipsis suot hoc aliquid & indiuidua. Cum ergo quæritur: vtrum indiuiduatio in angelis sit accidens; dici debet, quòd & si in illis inferioribus indiuiduatio aliquo modo possit dici accidentalis: in Angelis tamen indiuiduatio est essentialis, & formalis.

A

B

Rssp. ad arg. dvb. I.

AD primum dicendum, quòd in substantijs separatis indiuiduum, & quòd quid est non pertinẽt ad aliud & aliud genus cogoitionis. idem est enim ibi angelus, & angeli esse: loquendo de esse, quiditatiuo, idest eodem genere cogoitionis cognoscitur hoc, & illud. licet enim nõ sit idem aqua, & aquę esse, & magnitudo & magnitudinis esse. idest licet non eadem cognitione cognoscatur aqua, & esse quiditatiuum ipsius: & magoitudo & esse quiditatiuum ipsius. quia magoitndo, & aqua possnnt cognosci sensu: & esse quiditatiuum illorum non cognoscitur nisi intellectu t non est tamen sic in omnibus, vt in 3. de anima babet declarati. Est enim deuenire ad aliqua; vbi idem est hoc & huiusmodi esse, idest vbi eodem genere cognitioois cognoscitur hoc & huiusmodi esse quiditatiuum: vt in substantijs separatis, vbi non alia cognitione cognoscitur oatura, & suppositum. Arguete ergo in Angelis, quòd indiuiduatio sit accidentalis: quia res abstracta ab accidentibus efficitur intelligibilis: non est ad propositum, cũ ipsum indiuiduum in angelis sit qnid intelligibile: vt tamen soluamus argumentum, vt spectat ad hæc inferiora, dicemus quòd aliquid cooperantur accidentia ad indiuiduationem istorum sensibilium, tatiooe cuius circumscriptis omnibus accidentibus, remaoet res intelligibilis, & est quid vnioersale; non tamen propter hoc habetur, quòd ista indiuidua sensibilia siot accidentia, vel quòd accidens sit de ipsorum compositione.

C

D

Ad secundum dicendum, quòd indiuiduum secundum auctoritatem Porphyrii constat ex proprietatibus, quarum intellectionem impossibile est in altero reperire, quia proprietates & accidentia aliquid cooperantur ad indiuidoationem istorum sensibilium: ipsa tamen indiuidua nno sont accidentia, sed sunt in prædicamento substantiæ.

Ad tertium dicendum, quòd indiuidua hæc sensibilia differunt solo numero. qnia non differunt formaliter, sed materialiter: propter hoc tamen non habetur qnòd talia iodioidua siot accidentia, quia etiam ipsa materia signata non est aliud, quàm materia: & non est accidens, sed substantia: licet ad talem indiuiduationẽ ipsum accidens aliqutd cooperetur.

Resolutio Dub. II.

Cum Angelus sit quid subsistens: quid indiuiduum: & quid rationale: Persona dici debet, & indiuiduatio eius personalitas non iniuria dicitur.

AD id autem, quod quærebatur: vtrũ indiuiduatio, quæ reperitur in angelis, possit dici personalitas: dici debet, quòd de interpretatione oominis personæ, dupliciter loqui possumus, vno modo prout interpretatio huius nominis pertinet ad lingoam latinam: & sic idem videtur sonare * Persona, quod quasi per se sonans, vel secundum quòd ioterpretatio huius oominis retorquetur in linguam græcam: nam qood apud nos dicitur * persona, apud Græcos dicitur ptosopon, & videtur dici prosopon à pro, quod est ita, & sopó, quod est facies, vel vultus, quasi talis facies, vel talis vultus. Fuit enim hoc * nomen inductum in ludis, qui fiebant apud Græcos: vbi ludebant homioes Larnati: reptæsentantes aliquas personas insignes. Larua enim secundnm Vgonẽ vulgariter {*Mascara*} dicitur. Homo ergo ille Laruatus io ludo, repræseotans personam insignem, dicebatur prosopon, siue persona. & inde venit dictum Magistrorum: qnòd persona est suppositum proprietate ad dignitatem pertinente distinctum. qnia non nisi personæ insignes, & dignæ repræsentabaotur sic in ludo. Inde est etiam, quòd personatus dicitur dignitas: postquàm personæ nomen ex dignitate origiuem sumpsit.

* Persona latinè i. per se sonans.

* Persona secũdũ Grecos à prosopon, quasi talis facies, & est optima interpretatio.

* Personę nomen ua de origiuẽ habuerit.

Sed qualiterennqne loquamur de persona, siue pront est idem, quod per se sonans: vel prout sumitur à repræsentatione facta in ludo: semper ad rationem personæ videntur concurrere tria, vt Boetius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi diffusius prosequitur. Nam persona rationalis dicitur quid indiuidnum in genere substantiæ, & dicit quid indiuidnum in genere substantię ratiooalis.

Primo dicit quid iodiuiduum, quia per se sonare,

nate, & per ſe exiſtere, non niſi indioidoorum A
eſt: vel facere talem repreſentationem in ludo,
noo niſi ad indiuiduom pertinere poterat, culna
eſt agere, & pati. Vnde & Boetius io lib. præ-
fato ait, quòd in vniuerſalibus perſooa dici non
poteſt, ſed in ſiogularibus tantum, atque indi-
uiduis.

Secundo perſona non dicit quid indiuiduum
ſolũ: ſed indiuiduum in genere ſubſtantiæ. Nam
accidentia non ſonant aliqnid per ſe. i. non dicũt
aliquid per ſe, nec exiſtunt per ſe, nec per ſe agũt,
& patiuntur, licet poſſint eſſe ratio agendi, & pa-
tiendi. Vnde & Boetios in eodẽ libro ait, Perſonã
in accidentibus noo poſſe conſtitui.

Tertio ad rõnem perſonę, ꝙ ſit qoid rationale:
Nam illud eſt per ſe ſonans quantum ad ipſam
actionem, qood in ſe habet ꝙ poſſit agere, vel nõ
agere, & quod habet dominiu m ſuæ actionis. & B
ꝙa hoc hũt ſolũ rationabilia, ideo de ratione p-
ſooę eſt, quòd ſit qnid rationale. Illud enim qood
ſolũ agit ex neceſſitate naturæ, & non eſt in pote-
ſtate ſua agere, vel noo agere: deficiat per ſe, cum
non ſit in ſe. i. in poteſtate ſna agere, vel oon age-
re, nõ habet rationem perſonæ. Large enim poſ-
ſunt dicir per ſe agere qnæcunqoe habent per ſe
eſſe: tamen quia ſecundum quendam modũ ſpe-
cialem dicuntur rationabilia per ſe agere, quia in
ſe eſt, & in poteſtate ſua eſt, quòd agant, vel non
agant. quælibet rationalis ſubſtantia qnantum
ad agendum dicitur perſona. i. per ſe ſonans, &
per ſe dicta eſt agere, quia in ſe eſt, qnod agat, vel
noo agat. Sic etiam ſi facientem repræſentatio-
nem in ludo volumus vocare perſonam, quid
rationale erat illud, quod ſic diſcretè ludebat: vt C
diſcretè repreſentaret hone, vel illum. Vnde &
Boetiua in eodem libro vult, quòd nulla ſit perſo
na ipſius lapidis, quæ habet eſſe tantum, nec ſit
perſona arboris, qnæ habet eſſe, & viuere, nec
etiam ſit perſooa equi, vel boois, vel cæterorum
animalium, qnæ mota, & ſine ratione viram ſo-
lũ ſenſibus deguot. Et ſubdit, qnòd hominis
Dei, & Angeli dicimus eſſe perſooam. ✻ nomen
ergo perſonæ in ſolis ſobſtantija rationalibos re-
cipitur.

* Perſonę nomen tria requirit.

Adaptamos ergo iſta tria, videlicet eſſe quid
indiuiduum eſſe in genere ſubſtantię, & eſſe quid
rationale ad ioterpretationem nominis perſo-
næ: tamẽ ꝙcqoid ſit de interpretatione nominis.
ſecundum quòd vrimur hoc nomine, perſona:
oportet, quòd habeat illa tria, quòd ſit quid iodi-
uiduum, quòd ſit qnid ſubſtantia; quòd ſit natu- D
ræ rationalis, & quodcunque horum deficiat, nõ
dicimus illud perſonam. Vnde & Boetinain eo-
dem lib. ait, qnòd qnia perſona eſt in ſolis ſubſtã-
tijs, & in ſolis rationabilibus, & non in vniuerſa-
libus, ſed in indiuiduis, ideo ait hanc eſſe diffini-
tionẽ perſonæ: ✻ Perſona eſt naturæ ratioonalis in-
diuidua ſubſtantia.

* Perſonæ diffinitio ſecundũ Boetium, cõtra quem inuehitur Laur. Valla de perſona lib. 6. c. 3. 4. 5. 6. 7.

Cum ergo quæritur: vtrom angelus ſit perſo-
na dici debet, quòd cum de ratioone perſonæ ſit,
quòd ſit quid ſubſiſtens, qoid indiuiduum: &
qurd rationale, angelus, qui habet omnia iſta de-
bet dici perſona, & indiuiduatio in aogelis quæ-
dam perſonalitas dici poteſt.

Adnertendum tamen, quòd licet hæc tria vt
communiter ponitur, videlicet ſubſiſtere, eſſe
quid indiuiduum, & quid rationale, reperiantur
in angelo, & in homine: hoc tamen eſt aliter, &
aliter. Nam homo ſic ſubſiſtit, quòd eius natura
iodiget partibus eẽntialibus: ex qbus cõpoſita eſt
eius natura, angelns aũt, quia ſubſiſtit in natura
ſimplici, nullo mõ eſt indigens partibus. Nõ enim
haber natura angeli partem, & partem, vnde di-
catur eſſe compoſita, ſed eſt quædam ſimplex
forma.

Rorſus aliter eſt qoid indiuiduum homo, &
aliter angelus: ✻ homo cũ ſit quid materiale, eſt
qnid indiuiduum per materiã, & ✻ anima homi-
nis indiuiduatur per eſſe, qood acquirit in ma-
teria, vel in corpore. Poſſet enim Deus ſi vellet in-
diuiduare animam, anteqnam reciperetur in cor
pore, dando ſibi eſſe tale, quale acquirit in corpo-
re, tamen ſecundum naturæ curſum anlma in-
diuiduatur per eſſe, qnod acquirit in materia, vel
io corpore. ✻ Sed angelus non indioidnat' p eſſe,
quod acquirat in materia: ſed eſt angelus quid
indiuiduum, quia eſt ipſa forma non recepta in
materia.

Tertio aliter eſt rationalis angelus, & aliter ho
mo. Nam ſi volumus accipere rationale pro
intelligente ratiocinando, & diſcurrendo: ſic an-
gelus non eſt rationalis, ſed homo i ſed ſi volu-
mus accipere rationale pro eo, quod eſt eſſe di-
ſcretiuum bonorum, & malorum, ſicut dici-
mus eſſe rationabiliter factum, qnod eſt diſcre-
tè factom, tanto angelus eſt rationabilior homi-
ne, quanto ſcire diſcernere veritatem eminentius
reſeroat in angelo quã in hoie. Ratio ergo pſonæ
reperitur in angelis, & indiuiduatio eorum eſt
qnædã perſonalitas: & per ſe ſubſiſtere, & eſſe
qnid indiuiduum, & quid rationale reperitur in
angelis aliter tamen, qnàm in homine, vt eſt per
habita manifeſtum.

* Angel' ſic ipſe ſed vt de diſt. 9 q. 1. artic. 1. ſub finem qũo diſtinctio p onalis Angelorũ ſic a diuerſitate intelligendi.

RESP. AD ARG. DVB. II.

AD primum dicendum, qòd angeli
non ſonr rationales, qòd ſint diſ-
curſini, vel qnod intelligant diſcur
rendo: ſonr rñ rationales, qnia ſunt
diſcretiui, & iodicant diſcernẽdo.

Ad ſecundum dicendom, qòd proprietas
non ſolom reperitur in accidentibus, ſed etiam
in ſubſtantialibus. Vnde & ipſa diffinitio dici-
tur proprium, vt patet ex 6. Topi. Tamen qnia Cap. 1.
diffinitio habuit ſpeciale nomen: proprium re-
tinet ſibi nomen commune. Proprietas ergo po-
teſt accipi, vel in relationis, vel in abſolutis,
& in abſolutis dupliciter, vel prout pertinet
ad accidẽtia, vel prout pertinet ad ſubſtantiam.
Si accipiatur proprietas in relatinis: ſic ✻ Perſona
eſt ſuppoſitom proprietate diſtinctom ad digni-
tem pertinente, prout ſumitur pſona in diuinis.
ſi vero accipiatur proprietas, prout pertinet ad

* Perſona in diuinis eſt ſuppoſitum proprietate diſtinctum ad dignitatem pertinente.

substantialia, sic poterit esse personalitas in Angelis, vbi eorum natura, & substantia habet hoc speciale, & quasi pruprium, quòd non est receptibilis in materia, vnde sumatur eorum iodiui duatio, & personalitas. sed si accipiatur proprietas prout pertioet ad ipsa accidentalia: sic aliquo modo faciet ptuprietas ad personalitatem bomi num, ad quorum indiuiduationem aliquid cooperatur accidentia. A

Vel possumus dicere, & fortè melius: quòd persons est suppositum proprietate distinctum ad di gnitatem pertinente, quod qualiter sit in diuinis patet: vbi proprietates relatiuæ distinguentes personas, dignitatem important: io Angelis autem, & hominibus boc existit, qnia habēt tale suppositum, ad qnod consequitur esse intellectuale, & habere potentiam intellectiuam, quæ ad dignitatem pertinet, & per qnam tam Angelus, quàm homo distinguuntur ab alijs, non habentibus talem proprietatem, & talem potentiam. B

Hæc ergo diffinitio, vel descriptio personæ in angelo, & in homine: quòd sint sic distinct pruprietate (accipiendo proprietatem, prout respicit accidens) non est diffinitio data per pruprietatē, personam coostitnentem, sed sequentem.

ARTIC. II.

An in Angelis reperiatur numerus. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. d. 3. art. 3. Ric. d. 3. q. 9.

SECVNDO quæritur: vtrum in Angelis sit numerus. Et videtur, quòd non: Quia, vt supra diximus, sicut differre specie est differre formaliter: sic differre nnmero est differre materialiter: sed in Angelis noo est materia, ergo &c.

Præterea numerus est species qnantitatis, sed qnantitas non est in substantijs separatis, cum qnantitas sequatur materiam, sicut qualitas formam: ergo &c. C

Præterea nnmerus causatur ex diuisione continui: vbi ergo nun inuenitur ratio continui, nō poterit esse numerus: Angeli sunt huiusmodi, ergo &c. D

Præterea Arithmeticus considerat de nnmero, siue de quantitate discreta: sicut Geometra cō siderat de magnitudine, siue de qnantitate continua: si ergo in Angelis esset numerus, posset de Angelis considerare Arithmeticus, cum ipsa consideret vniuersaliter de nnmero. Hoc autem est falsum, qnia si de Angelis posset considerare Arithmeticus, vel aliqnis Mathematicus: tunc mathematica essent abstracta: non solum secundum considerationem, sed etiam secundum esse.

IN CONTRARIVM est Philosophus in 12. Meta. qui reprehendit Platonem: eo ꝙ nihil dixit certnm de numero separaturū. sunt enim separata in aliquo numero. T. c. 41. 48. & in toto fere capite.

Præterea idem Philosopbus in 12. Meta. iunestigat nnmernm substantiarum separatarū: ergo suot in aliquo nnmero. Ibidem.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli sint secundum numerum Orbium cœlestium. Conclusio est negatiua.

D. Tho. contra Gent. lib. 2. cap. 91. Item 2. sent. d. 3. art. 3. Vorl. d. 3. q. 2. Laud. d. 3. q. 6.

VLTRIVS dnbitatur: vtrum Angeli sint secundnm nnmerū Orbinm cœlestinm, & videtur ꝙ sic. Nam secnndum Commē tatorem in 12. Meta. Perfectio substantiarum separatarum est finis motns, & non est ponendū, aliquē esse Angē lum imperfectum. ergo non est ponere aliqnem Angelum non monentem: sed mobilia conuenīē tia talibus motoribus, sunt corpora supercœlestia: non sunt ergo plures Angeli, nisi qnot sunt corpura sнper cęlestia. Idem infra d. 14 q. 4. Com. 48.

Præterea vult idem Cummentaror in eodem 12. quòd si intelligentiæ nun mouerent: essent in dispositione diminuta, sed hoc non est ponendnm: ergo qnælibet intelligentia moner. sed si omnes intelligentiæ mouent, oportet qnòd sit nu merus intelligentiarum secundum numerum or binm mobilium. Com. 48.

Præterea idem Commentatur in eodem 12. ait: quòd essent ociosæ intelligeotiæ, si non mo uerent: sed cum in natnra ista inferiori nun sit alī qnid ociosnm, multo magis hoc non erit in intel ligētijs. omnes ergu intelligentiæ mouent, & erit nnmerus intelligentiarum secundum numerum cœlorum mubilium. Ibidem.

Præterea non esset bene dispositū vniuersum, si omnes partes vniuersi seinuicem non inuarēt; sicnt non esset bene dispositum animal, si membra sibi inuicem non seruirent: sed creatura spiri tualis nun iuuat corporalem, misi eam mouēdo: nullus ergo est Angelus, qni non mouoat. ergo idem, quod prius.

IN CONTRARIVM est, quia secundum Hie ro. Angeli sunt dati ad custodiam hominnm: non ergo accipiendus est numerus Angelorum secuodnm nnmerum cœlorum. sed præter Angelos mouentes cœlos sunt angeli nos custodientes.

Præterea Dominus dixit in Enāgelio, Angelos esse ipsorum parnulorū. Iuxta illud t Angeli eo- Matt. 18.

tum

rum semper videt faciem patris. præter ergo angelos mouentes orbes, est dare angelos alios.

Dub. II.

An Angeli sint in paruo numero. Conclusio est negatiua

D.Th.1.p.q.50.art.3.Ité d.2.q.1. art.1.Item lib.2. cõtra Gẽ. cap.92.93.Dur.d.3.q.4. Gabr.Biel d.3.q.1.Concl.3.

VLTERIVS autem dubitatur: vtrũ angeli sint in valde paruo numero: dato quod sint in aliquo numero, & non sint secundum numerum cœlorum. Et videtur, q̃ sic. Nam actus purus, qui est Deus, est maximè vnus: ergo quanto aliqua sunt propinquiora Deo, tanto sunt magis propinqua vnitati; & per consequens sunt in pauciſſimo numero, sed angeli sunt Deo propinquiſſimi: ergo &c.

Tomo 5. Sap.11. Præterea Auguſt. 12. de Ciui. Dei ait, q̃ Platlo Deum magna auctoritate commendat, mundum numeris fabricantem. Et secundum ipsum, hoc est conforme Scripturæ sacræ dicenti: Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. Si ergo secundum numerum fabricatus est mundus: imaginabimur, quòd hoc modo entia constituentia mundum procedunt à Deo, sicut numeri procedunt ab vnitate. sed numeri propinqui vnitati sunt valde parui, habebunt se ergo angeli sicut numeri propinqui vnitati, & materialia sicut numeri remoti, cum angeli sint facti prope Deum, Tomo 2. & materia peope nihil, vt vult Aug. 12. Confeſſ. Erunt ergo angeli in pauciſſimo numero, & materialia in maximo.

Prætereà videmus, quòd corruptibilia magis multiplicãtur, quàm incorruptibilia, vt non est nisi vnus Sol, vel vna Luna. Est ergo nobilitatis non multiplicari, & esse nullo numero, vel saltè esse in pauciſſimo numero, sed angeli sunt nobiliſſima pars vniuerſi: ergo &c.

Luce 2. IN CONTRARIVM est, quia Luc. 2. dicitur, q̃ facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum. sed multitudo dicit aliquem magnum numerum, ergo &c.

* Legio. vt vulgo dr. constat ex 6666. sed opiniones sunt variæ. hinc certi nihil sciri potest. Præterea Dominus dixit Petro, Mat. 26. Putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam 12. Legiones angelorum. Sed in vna legione est magnus numerus. in valde ergo magno numero sunt angeli.

Dub. III.

An Angelorum numerus sit nobis notus. Conclusio est negatiua.

Th.Arg.d.3.q.1.ar.3.Barth.Syb.2.Dec.c.1.q.3.

VLTERIVS dubitatur, vtrum numerus Angelorum sit nobis notus, & determinatus. Et videtur q̃ sic, quia vt dicitur Danielis 7. Millia millium ministrabant ei, Dan. 7. & decies cẽtena millia assistebant ei: vel, vt habet alia littera: Decies millies centena milliũ. sed oẽs angeli diuiduntur in assistentes, & ministrantes. postquam ergo notus est nobis numerus, tam assistentium, quàm ministrãtium, notus erit nobis numerus angelorum.

T.c.43. & toto fere capite. Præterea Philosophus in 12. Met. dicit esse certum, & determinatum numerum intelligentiarum, sed quos nos vocamus angelos, Philosophi vocauerunt intelligentias, vel substantias separatas, quare si est nobis certus, & determinatus, talis numerus separatorum erit certus, & determinatus numerus angelorum.

Ibidem. Præterea reprehendit Philosophus Platonem in 12. Meta. Quia non certè, & determinatè locutus est de numero separatorum. erit ergo certus, & determinatus talis numerus.

IN CONTRARIVM est, q̃ nihil possumus scire naturaliter de angelis, nisi per eorũ effectus. sed non omnes habent effectus in ista inferiora, quia assistentes non administrant hæc corporalia. Non ergo potest nobis esse notus numerus angelorum, quia non potest nobis esse notus naturali cognitione numerus assistentium.

Præterea nou semper sunt nobis nota opera ministrantium. Nam multa agunt, & operantur angeli, ministrantes, quæ nos latent.

Rursus etiam de actione, quæ innotescit nobis, quòd fiat à spirituali substantia: non est nobis notum: vtrum fiat ab vna, vel a pluribus, vel a quot fiat. Nam Marci 5. cum dixit Dominus, Marci 5. quod esset nomen Dæmonis vexantis hominẽ illum detentum à spiritu immundo; Respondes quòd Legio: eo quòd multi erãt. Ex hoc ergo effectu, vt ex vexatione nullo modo sciri poterat, quòd tanta multitudo esset in illo corpore, quantum continet legio. quare sicut non est nobis notus numerus Dæmonum ministrantium malè: ita nec angelorum ministrantium bene.

Dub. IIII.

An Angelorum numerus sit infinitus. Conclusio est negatiua.

D.Th.1.sent.q.3.art.3. Alber.de quatuor coæuis. Barthol.Syb.2.Dec. cap.1.q.3.

VLTERIVS autem dubitatur: vtrum numerus angelorum sit infinitus. Et videtur quòd sic, quia dicitur Iob 25. Nũquid est numerus militum eius? sunt ergo innumerabiles milites Dei: sed per milites intelliguntur angeli, ergo &c. Iob 25.

Præterea secũdũ Strabum, & habetur in litera Aegid. super ij. Sent. T 3 secun-

secundæ distinctionis cœlum Empyreum statim, cum fuit factum, sanctis Angelis est repletum, sed in vno corpore vnius hominis erat vna legio spirituum, nec adhuc replebant corpus illud: qa adhuc potuissent ibi esse plures: cœlum ergo empyreum, quod est tantum corpus, si fuit repletũ sanctis Angelis, infiniti erant ibi Angeli.

Præterea secundum Diony. 13. de Angelica hierar. multæ sunt beatæ militiæ supermundialiũ intellectuum, superantes secundum commensurationem numerorum, infirmam, & coarctatam multitudinem multarum rerum materialium: Plures ergo sunt angeli incomparabiliter, quàm sint omnia materialia. sunt ergo plures, quàm sint capilli arenæ maris, & quàm sint athomi pulueris in terra. sed talia non videntur habere numerum: ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia sic omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura: vt dicitur Sapien. 11. angeli facti sunt in numero quodam: non ergo sunt infiniti.

Sapien. 11.

* Aeg dius & habet q. quod q. 1 q si materia occupat locum ergo dimensiones interminatæ: si sit tantum locum, est ergo dimensiones terminatæ. ita a pari. q aliquis sit hic, homo, dct esse per hãc formam, & terminum.

Præterea * infinitas se tenet ex parte materiæ: finitas autem ex parte formæ: ideo omnium corpora sunt diuisibilia in infinitum, quia hoc consequuntur ex materia. sed omniũ natura constantium est certus numerus, & ratio eorum magnitudinis, & augmenti, quia hoc consequuntur ex forma: quare si infinitas se tenet ex parte materiæ; vbi non est dare materiam, non est ponere infinitatem. huiusmodi sunt angeli: ergo &c.

Resolutio Artic. II.

In Angelis est numerus largo modo sumptus: quatenus constitutus ex vnitatibus substantialibus, & qualitatiuis, non quantitatiuis: vel quatenus pro multitudine capitur, quo numerus dici solet.

RESPONDEO dicendum, q cum primo quæritur: vtrum in angelis sit numerus accipiendo numerum largè secũdum quòd communiter accipitur pro omni multitudine: loquendum est de ipsa multitudine, sicut loquimur de vnitatibus, ex quibus constituitur multitudo. Videndum est ergo, quot modis dicitur vnum, quia tot modis potest constitui multitudo. & tũc apparebit, vtrum sit numerus, vel multitudo in angelis, vel non: & quis numerus, & qnæ multitudo sit ibi, & quæ non.

Sciendum ergo, q vnum dicitur æqualiter enti: immo conuertitur cum ente: nec separatur vnum, & ens: nec in generatione, nec in corruptione. Propter quod dicitur in 4. Meta. q vnum, & ens sunt idem, & habent eandem naturam: & consecutio vtriusq; est ad alterum, sicut consecutio principij, & causę: sicut ergo principium, & causa dicunt vnam, & eandem rem sub alia, & alia ratione, sic ens, & vnum. Vnde in eodem quarto dicitur, quòd sermo dicens: Homo, aut homo vnus, non significat diuersa: nec est differentia inter dicere: Homo vnus, & homo, nec in generatione, nec corruptione. Non est enim generatio, vel corruptio hominis, nisi sit generatio, vel corruptio vnius hominis, nec è conuerso. Nam omne, quod est, ideo est, quia vnum est. ergo quia sic se consequuntur vnum, & ens: sicut dicitur ens de substantia, & accidente; ita dicetur & vnum. & sicut substantia est duplex. s. prima, & secunda, sic oportet, quòd & vnitas vtroque modo sumatur. sumitur autem ratio substantiæ secundæ ex ipsa forma secundum se. ratio autem primæ ex forma signata. vtrunq; ergo mõ potest esse numerus in rebus, & ex forma sm se sumpta, & ex forma signata. & differt vna res ab alia: vel qa habet aliã formã, vel quia habet aliã signatã formã. verumtamen vna differentia includit aliam. Nam non potest res habere aliam formam, nisi habeat aliam hanc formam. Differentia enim secundum speciem includit differentiam numeralem. Ex parte ergo substantiæ damus duplicem numerum: & per consequens duplicem vnitatem: vnum, scilicet numerum sumptum ex forma: alium sumptum ex signata forma: hi autem duo numeri adinuicem sic se habent, quòd semper se cõcomitantur, sed nunquam est vterque æquè principaliter, sed aliquando prius intelligitur esse diuersitas ex forma, quàm ex signata materia, aliquando econuerso. Cum enim forma signata includat formam: non poterit esse differentia ex forma signata: nisi sit ex cõsequẽti differentia ex forma: & cum vniuersalia non habeant esse, nisi in primis, & indiuiduis. quia destructis primis, impossibile est aliquid aliorum remanere: nulla duo secundum esse, quòd habent in rerum natura: possunt differre secundum formam, nisi differant etiam secundum signatam formam. Semper ergo hæ dnæ differentiæ se concomitantur, sed nunquam sunt æquè principaliter. nam in his, quæ sunt eiusdem speciei: prius intelligitur esse differentia secundum signatam formam: & ex consequenti secũdum formam: vt patet in rebus materialibus: vbi forma non diuiditur nisi per materiam. Si ergo in talibus forma specifica non diuiditur, nisi per materia m: prius intelligitur forma aduenire materiæ, quãm intelligatur esse diuersitas in tali forma. sed forma, vt est adueniens materiæ, habet esse signatum: quare prius intelligitur, quòd sit diuersitas in forma, vt est signata, & vt est adueniens materiæ, & postea intelligitur esse diuersitas in ipsa forma. verè enim in duobus leonibus sunt duæ animæ diuersæ, & duæ formæ diuersæ: sed si leo constaret ex tota materia sua, non esset nisi vnus Leo in specie Leonis, & non esset nisi vna anima Leonina. Si ergo sunt plures animæ leoninæ; hoc est, quia recipiuntur in pluribus corporibus: quare si non est diuersitas in forma materiali specifica, nisi per applicationem ad materiam: ergo prius intelligitur esse applicata forma ad materiã, quàm intelligatur esse diuersens forma. & qnia applicata, vt diximus, habet esse signatum: ideo prius in talibus intelligitur esse diuersens forma signata, quàm intelligatur

T. 6. 1. 1.

Tra. de: cap de Substantia.

rur eſſe differens forma. ſed in his, quæ differunt
ſpecie, & potiſſimè in ſubſtantijs ſeparatis, quæ
ſunt ipſæ formæ per ſe exiſtentes: prius intelligi-
tur eſſe differens forma, & poſtea intelligitur eſ-
ſe differens hæc ſignata forma. Nam formæ ſepa-
ratæ conſequuntur indiuiduationem per for-
mam: ergo, qnòd differant formaliter, hoc ha-
bent per formam: & ꝙ differant indiuidualiter,
hoc habẽt per hanc formam. quia hoc in eis cõ-
ſequitur ipſam formã. Quære ſi indiuiduatio in
eis eſt aliquid conſequens formam, ſicut ibi in-
diuiduatio ſequitur formam, ita differre indiui-
dualiter ſequitur differre formaliter. prius ergo
intelligemus, ꝙ ſubſtantiæ ſeparatæ differant for
maliter, vel ſecundũ formam, quàm differant in-
diuiduaiiter, & ſecundum hanc formam. ſed in
rebus materialibus eiuſdem ſpeciei, vbi differen-
tia eſt per materiam, non per formam: non poſ-
ſumus intelligere, ꝙ prius differant formaliter,
qnàm materialiter. vel, ꝙ prius differant forma-
liter, qnàm indiuidualiter. quis ſi per ſe, & pri-
mo differrẽt formaliter, tũc differrẽt ſpecie. per
ſe ergo, & primo differunt materialiter, vel indi-
uiduaiter, vel ſecundum formam ſignatam, &
ex conſequenti dicuntur differre ſecundum ſpe-
ciem, & ſecundum formam. diuerſitas ergo ſecũ
dum formam non ſecundum ſe, ſed ex conſequẽ
ti, non facit diuerſitatem in ſpecie, ſed in nume-
ro. Duplex ergo erit numerus: vnus ſecundum
differẽtiam, formalem, & alius ſecundum differ-
entiam indiuidualem. Sic etiam & duplex erit
vnitas, & formalis, & indiuidualis: non quòd a-
liud ſit ſecundum rem hoc vnum, & illud: nec
in materialibus, nec in ſeparatis. Nam homo in
hoc homine eſt idem realiter, ꝙ hic homo, & an-
gelus in hoc angelo eſt idem realiter, ꝙ hic ange
lus, & vniuerſalia in particularibus ſunt idẽ rea-
liter, quod particularia. Forma. n. & forma ſi-
gnata non dicunt rem aliam, & aliam: plus ta-
men dicit de alienitate in rebus materialibus for-
ma, & forma ſignata, quàm in ſubſtantijs ſepara-
tis: nam in rebus materialibus ſi võ eſt aliud for-
ma ſignata, quàm forma, aſt tamen per aliud. Nã
ꝙ forma ſit forma, hoc habet per ſe. ſed, ꝙ ſit ſi-
gnata, hoc habet per materiam. Sicot materia
ſignata, & materia, & ſi non eſt aliud, eſt tamen
aliqno modo per aliud. quia, vt ſupra diximus,
accidentia aliquid cooperantur ad ſignationem
materiæ, ſed in ſubſtantijs ſeparatis forma, & for
ma ſignata, nec eſt aliud, nec per aliud. quia hu-
iuſmodi formæ ſeipſis indiuiduantor, & ſunt ꝙd
ſignatom, ſed, licet in ſubſtantijs ſeparatis forma
ſignata nec ſit aliud, quàm forma: nec ſit ſi-
gnata per aliud, dicitor tamen, ꝙ ſignatio ibi eſt
conſequens formam. quia prius intelligitor ibi,
ꝙ forma ſit forma, quàm quòd ſit ſignata. Nã,
ꝙ ibi forma ſit talis forma, & ꝙ ſit ſpecifica, hoc,
habet ſecundum ſe. ſed, ꝙ ſit ſignata, hoc habet,
quia non eſt receptibilis in materia. Cum ergo
non eſſe receptibile in materia, ſit quædam con-
ditio, conſequens illas formas: prius intelligun-
tur angeli differre formaliter, & ſecundum ſpe-

Numerus duplex.

Quæſt immediatè præcedens.

A ciem: quàm differre indiuidualiter, & ſecũdum
numerum. quia, vt tangebamus, ſicut ſignatio
eſt conditio conſequens formas illas; ſic differre
ſecundum rem ſignatam eſt conditio conſeqnẽs
differentiã penes formam. In iſtis. n. rebus ma-
terialibus, quæ poſſunt differre ſolo numero, po-
teſt eſſe principalis differentia per materiam,
quia in his, quæ ſunt idem ſpecie, non eſt princi-
palis differẽtia per formam, vt eſt forma, ſed per
materiam, vel per formam, vt eſt ro materia: in ſe
paratis verò, quæ ſemper differunt ſpecie, ſem-
per principalis differentia eſt per formam. Eſt
itaque numerus, & multitudo tam in angelis,
qnàm in rebus materialibus ex vnitatibus ſubſtã
tialibus, ſine accipiantur vnitates ſecũdum for-
B mam ſimpliciter, ſioe ſecundum formam ſigna-
tam: diuerſimode tamen reperiuntur tales nu-
meri, & vnitates in ſubſtantijs ſeparatis, & in re-
bus materialibus, vt patet per habita. ſed ſicut
poteſt eſſe numerus, & multitudo conſtituta ex
vnitatibus ſubſtantialibus, ſic, cum vnum cõuer-
tatur cum ente, oportet dare numerum. & mul-
titudinem ex vnitatibus accidentalibus. & quia
inter prędicamenta accidentalia non eſt dare ni-
ſi duo p̃dicamẽta realia: Quantitatem. ſ. & Qua-
litatem: cætera verò prædicamenta, vel dicũt ip-
ſum ordinem, vt relatio: vel dicunt qnãtitatem,
vel qualitatem ſub aliquo ordine, vt alia ſex prę-
dicamẽta, de qnibus agitur in 6. principijs: vni-
tates ergo reales accidentales, vel ſumentur ex
quantitate, vel ex qualitate.

Com ergo quæritur: vtrum in angelis ſit nu-
C merus; ſi loquamur de numero cõſtituto ex vni-
tatibus ſubſtantialibus: ſic in angelis eſt nume- Prædicamẽ
rus, qnia ſunt ibi plures vnitates ſubſtantiales: tum quæ nõ
ſiue accipiantur huiuſmodi vnitates ſecundum dicant rẽ, vel ordinẽ.
formam, ſiue ſecundum formam ſignatam. Sed
ſi loquamur de numero conſtituto ex vnitatibus
quantitatiuis; ſic in angelis non eſt numerus. qa
ibi non eſt quantitas. hic eſt. n. iſte numerus, de
quo conſiderat Arithmetica, & talis numerus
cauſatur ex diuiſione continui. vnum. n. quod
eſt principium huiuſmodi numeri, tealiter eſt
idem, quod continuum. Eadem enim quantitas,
vt perficit rem per cõpoſitionem ad partes, dat
ei, ꝙ ſit quid continuum. vt perficit eam ſecun-
dum ſe idat, ꝙ ſit quid vnum, quod eſt principiũ
numeri. hic eſt autem ille numerus, qui comm
ni nomine vocatur numerus: largè tamẽ loquẽ-
do de numero, omnis multitudo ex quibuſcun-
D que vnitatibus cõſtituta poteſt dici quidam
numerus. Tertio autem ſi loquamur de numero
conſtitoto ex vnitatibus qualitatiuis, non ſolum
in Angelis eſt numerus, & multitudo, ſed etiam
in vno, & eodẽ Angelo eſt talis multitudo. quia
in vno, & eodem ſunt multæ qualitates: vt mul-
tæ naturales potentiæ: vel multæ operationes, vt
in vno, & eodem Angelo eſt intellectus, & volun
tas: & eſt ibi intelligere, & velle, q̃ ſunt actiones
talium potentiarum. In Angelis itaqoe eſt nume
rus, & non eſt numerus; non eſt autem ibi nume-
rus, quæ eſt ſpecies quantitatis, qui conſtituitur

ex vni-

ea vnitatibus quantitatiuis, quæ communi nomine dicitur numerus, & tamen ibi numerus constitutus ex vnitatibus substantialibus, vel ex vnitatibus qualitatiuis, qui potest dici numerus: loquendo de numero largè, secundum quòd quælibet multitudo dicitur numerus.

Resp. ad arg. artic. ii.

Ad primum cùm dicitur, quòd differre numero est differre per materiam; Respondetur, q verum est, cum aliqua differūt solo numero, vel cum aliqua prius intelligūtur differre indiuidualiter, quàm formaliter, vel per formam, quàm per formam signatam: Angeli autem non differunt solo numero: immo quot sunt angeli, tot sunt species Angelorum, vt infra patebit: nec differunt angeli prius indiuidualiter, quàm formaliter, vel per formam signatam, quàm per formā. Quia, vt diximus, sicut in eis indiuiduatio, & signatio est aliquid consequens formam; ita differre indiuidualiter, vel secundum formam signatam, est aliquid consequens ad differre formaliter, vel secundum formam. Inde est, quòd in solutione principali tantam mentionem fecimus de differentia secundum formam signatam, & secūdum formam, vt sic poneremus in Angelis vtranque differentiam, vt nullam in eis poneremus materiam.

Ad secundum dicendum, quòd in angelis nō est numerus, qui est species quantitatis. Et per hoc patet solutio ad tertium, quia talis numerus est ille, qui causatur ex diuisione cōtinui. Per hoc etiam patet solutio ad quartum, quia de tali numero considerat Arithmeticus, qui est species quantitatis, & qui causatur ex diuisione continui, quem numerum non ponimus in angelis.

Resolvtio dvb. i.

Angelorum numerus ab Orbium cœlestium numero capi non debet: ratione repugnantiæ, actionum, & finium.

Ad id autem, quòd quærebatur: vtrū accipiendus sit numerus Angelorum, vel substantiarum separatarum secundum numerum orbiū; dici debet, quòd Philosophus in 12. Metaph. hanc quæstionem pertractans, dixit tot esse intelligentias, quot sunt orbes. Commentator etiam in 3. de anima vult, q quia sola forma prima, i. solus Deus est ītbetatus ab omni potentialitate, cæteræ autem formæ habent aliquam potentialitatem admixtam: ideo diuersificantur in essentia, & quiditate quoquomodo, i. differt in eis quiditas, & essentia. Propter qd sciendum, quòd natura rei dicitur quiditas, vt comparatur ad intellectum: dicitur autem essentia, vt dat esse. Illud autem non diuersificatur in essentia, & in quiditate, quod ita nudum, & purum habet esse, sicut nudum, & purum est obiectum intellectus, quòd eius essentia non habet esse per aliquid superadditū. Et quia omnia alia essentia à prima habet esse per aliquid superadditum, nec existit nuda, & pura, sicut nuda, & pura potest ab intellectu intelligi: ideo omnis alia forma à forma prima diuersificatur quoquomodo in quiditate, & essentia, & habet aliquam potētialitatem admixtam. Addit autem idem Commentator, quòd nisi esset hoc genus entiū, quod scimus in scientia de anima: non possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis. Vult. n. in eodem 3. idem Commentator, q in nostro intellectu est aliquid simile formæ, & aliquid simile materiæ. & hoc necesse est esse, vt ait, in omni intelligentia abstracta, quæ intelligit aliud à se, & si hoc non esset, vt ait, non esset multitudo in abstractis: ex potentialitate ergo, quæ est in rebus abstractis, vt quia intelligunt aliud à se, & quia perficiuntur per aliquid aliud, & quia habent potentialitatem aliquam admixtā, oportet dicere, quòd possit esse multitudo in substantijs separatis. Sed quanta sit ista multitudo, & in quo numero sint substantiæ separatæ; ipse sequens opinionem Philosophi dicit, tot esse tales substantias, quot sunt orbes.

T.c.3.

Ad quod ponendum tangit triplicem rationem, secundum quod in arguendo tetigimus. Nam ne ponat substantias separatas diminutas, & ne ponat eas otiosas, & vt saluet, quòd sua perfectio est finis motus: posuit oullam intelligētiam esse nisi mouentē. quia ex quo potest mouere, diminuta esset in perfectione, nisi moueret: & etiam videretur esse otiosa, & sua perfectio non esset finis motus. Philosophus autem in eodem 12. super hoc subsistētari posse videtur, q omnis natura, & substantia, in qua non est possessio materiæ. i. quæ est immaterialis: est ponenda per se in meliori dispositione, io qua potest esse. & quia secundum ipsum ibidem melior est dispositio, q mouet, quàm quòd non moueat ideo nulla est secundum eum intelligentia non mouens. & qa corpora mota ab intelligentijs sunt corpora supercelestia; ideo dixit accipiendum esse numerū intelligentiarum secundum numerum cælorum. Fundant ergo se tam Philosophus, quàm Commentator in dispositione, & in ordine vniuersi, vt ponant numerum abstractorum secūdum numerum orbium. sed hoc ponere non est vniuersum bene disponere, & ordinare, sed est ipsum cōfundere. Nam sicut est ordo in corporibus, sic multo magis est ordo in spiritibus: sicut ergo nō omnia corpora acceperunt tanquàm motores appropriatos Angelos, sed solum suprema corpora habent tales appropriatos motores: sic nec omnes Angeli immediatè administrant corpora, nec sunt immediati motores appropriati corporib°, sed solum infimi angelorum. Confusio. n. esset in vniuerso, si quodlibet corpus haberet appropriatum motorem angelum, quia tam videretur, q omnia corpora essent valde nobilia. Sic etiam cōfusio esset in spiritibus, si omnes spiritus essent infimi. Consideremus. n. in toto ordine vniuersi,

T.c.12.

T. c. 47. 48.

Lege Zim. in contrad. li. 3. de aia. c 5. Nam & Auer. exponit: φυσικοτερως.

vbicunqoe

vbicunqne aſpicimus duo genera rerum, quorū voum eſt ſuperius, aliud inferius, nunquàm genus ſuperius ſecundum ſe totum cōiungitur inferiori, nec inferius ſecundum ſe totum attingit ſuperius, vt ſi eſt dare * genus plātarum, & animalium, dicemus, quod ſuprema in plantis attiogunt in infima in animalibus. Sunt.n. aliquæ plantæ ita oobiles, quæ participant de conditionibus animaliam, vt in eis ſit reperire quodammodo differentiam ſecundum maſculum, & fœminam, quæ videtur eſſe propria animalibus. Cōperiū eſt em̄ tales arbores, qñ ꝓpinquæ ſunt maſculinæ fœminis, ꝙ vberiores producunt fructus: ſic ét aliqua animalia parū differūt à plātis. Eſt.n. quoddam * genus ſuogorum, quod dicitur ſentire. vt ſi ſubito euellatur, facilius carpitur: ſi autem prius ſentiat manum, quàm enellatur, ſtringit ſe, & difficilius colligitur. Et quia quicqmd ſentit eſt animal: dato, ꝙ talia ſentiāt, & ſint animalia: parum differunt à plantis. Sic etiam ſunt quædam * animalia fixa lapidibus: ſicut conchilia maris, quæ videntur eſſe quaſi plantæ, quæ affixæ ſint terræ, nec recedunt à loco ſuæ genetationis. Confuſio ergo eſſet in generibus rerum, ſi totum genus inferiua attingeret genus ſuperius, vel ſi ſuperius ſecundum ſe totū iungeretur inferiori. Sic & in propoſito, confuſio eſſet in vniuerſo, ſi genus ſpirituum ſecundū ſe totum haberet immediatè actionem in corpora, & moueret corpora: immo qua rōne Philoſophi ipſi negabant totum genus corporum habere appropriatos motores ſpiritus, negare debebant omnes ſpiritua eſſe immediatos motores corporum, ſed eſſe aliquos ſpiritua non mouentes. Multo ergo rationabilius loquitur Dionyſ. 6. de du.no. de ordine vniuerſi, cū ait, ꝙ ipſa diuioitas omnium effectiua: ſemper eſt omnia concordans, & eſt cauſa indiſſolubilis concordationis, & ordinis omnium, ſemper coniungens fines priorum principijs ſecundorum: vnam faciens in omnibus conſpirationē, & harmoniam pulchræ operationis. Non ergo omnia corpora habent motores appropriatoa ſpiritus. nec omnes ſpiritus ſunt mutores corporum: ſed ſuprema in corporibus habent tanquàm motores appropriatos, infima in ſpiritibus. Sic. n. videmus in artificijs, quòd ſi debet fieri paries, lapis ſuperior ſecundum ſe totum non coniungitur inferiori. quia ſi ſic eſſet, profundaret ſe vnus lapis in alio, & non eſſet conſtitutio, ſed magis confuſio ædificij. Non ergo totum attingit totum, ſed vltimum lapidis ſuperioris attingit ſupremū inferioris: ſic & in naturis rerum ooo eſt connexio ſecūdum totum, vt ꝙ totum genus ſuperius ſecundum ſe totum attingat inferius, vel econuerſo: ſed ſemper ſuprema infimorum attingūt, vltima ſupremorum, & hoc modo in vniuerſo reſulget decor, ordo, & connexio.

Oſtenſo, ꝙ eſt dare ſpiritus aliquos nō mouētes, volumus ſoluere tam ad mētem Philoſophi, quàm ét ad mentem Commentatoris. Nam cū ait Philoſophus, ꝙ nō poteſt eſſe meliur diſpoſitio in intelligētia, quàm, quòd moueat, in quo innit optimam diſpoſitionem intelligentiæ eſſe in mouendo; dicemus, ꝙ prout in his, quæ de generatione edidimus, hæc propoſitio Philoſophi repugnat ordini intelligentiarum, ordini actionum, & ordini finium. Ordini quidem intelligentiarum. quia infima in intelligentijs dignum eſt attingere corpora, ſicut ſuprema in corporibus dignum eſt attingere intelligentias. Si ergo optimum eſſet in intelligentia mouere corpora, optimum eſſet ei eſſe in gradu infimo, qđ oullus diceret: optimitas. n. ſuperioris nūquàm eſt ex eo, ꝙ contingitur inferiori. ſed illa ſunt minus nobilia, & minus optima inter ſuperiora, quæ non poſſunt conſequi ꝓfectiones ſuas, niſi coniuncta inferioribus, ſicut anima noſtra tenet infimum locū in genere ſubſtantiarum ſeparatarū: eo, ꝙ perfectiones ſuas eſt apta nata cōſequi per infertna, vt per corpus. Repugnat etiam hoc ordini actionum. Nam cum ſit duplex actio: vna interior, vt intelligere: alia exterior, vt mouere corpora; non poteſt poni felicitas, vel optimum intelligentiæ in bono exteriori, vel in motu, ſed erit in actione interiori, vt in contemplatione Dei.

Tertio hoc repugnat ordini finium, quòd intelligentia ſit propter motum, & ꝙ optima ſua diſpoſitio ſit in mouendo. Hoc.n. ordo finium non admittit: nam hoc requirit talis ordo, ꝙ finis ſit melior his, quæ ſunt ad finem. Non ergo erit intelligentia propter motum: tāquàm propter finem, & per conſequens, non erit ſua optima diſpoſitio in mouendo. Quod ſi dicatur, ꝙ optima diſpoſitio intelligentiæ eſt in mouendo; non, ꝙ motus ſit ſuum optimum, ſed quia per motum conſequitur optimum, vt quia conſequitur ſimilitudinem Dei. quia ex hoc eſt cauſa, licet Deus eſt cauſa, quod videntur ſonare, tā verba Philoſophi, quàm Commentatoris in 12. Metaph. cum ait, ꝙ perfectio intelligentiarum eſt finis motus, i. finis acquiſitus per motum. vt quia intelligentiæ mouendo acquirunt hunc finem, diuinam. ſ. ſimilitudinem, in qua cōſiſtit earum perfectio; Dicemus, ꝙ multò maiorem ſimilitudinem conſequuntur angeli intelligendo, & diligendo Deum, & habendo immediatam actionem circa Deum, qnàm mouendo corpora. Superſtitioſum, n. fuit Philoſophorum eloquium, tantam felicitatem ponere in motu ſupercæleſtium corporum, & tantam Dei ſimilitudinē ibi ponere, cum valde modica reſpectiuè ſit ſimilitudo illa. per actionem. n. inferiora modica poteſt eſſe ſimilitudo ad Deum, ſed magna eſt ſimilitudo per actionem circa ipſum Deum. Verum quia intellectus hominis non quieſcit, diceret fortè aliquis, quòd maior eſt ſimilitudo angeli ad Deum: amando, & diligēdo ipſum, & cū hoc mouendo corpora, quām ſi corpora nō moueret. Nā cū vna operatio nō impediat aliā, quā tūcūq; iſta ſit modica ſimilitudo: addita illi, facit maiorē ſimilitudinē. Nā vt dr in Etich. Felicitas cōnumerata cū minimo bonorū eſt eligibilior.

Dice-

* Ordo plātarum, & animalium.

* Fungorum genus quoddā dicitur ſentire.

* Cōchilia à Simplicio vocantur Zoophita, vel plantanimalia.

Liber de generatione prius editus, quàm ſecundus ſententiarū à Doctore.

Anima cum infimo intelligentiarum.

Felicitas quo actione cōſiſtat.

Finium ordo qui.

T. co. 48.

Dicemus ergo, ꝙ Angeli superiores illumināt inferiores: per quam illuminationem aliquo modo regulantur in ipsis motibus corporum. nam tandiu angeli mouebunt cœlos, quàmdiu erit impletus numerus electorum. Si ergo ad hunc finem ordinant angeli motum cœlorum, quia ex fine sumitur regula eorum, quæ sunt ad finem: superiores angeli illuminando inferiores de his, quæ spectant ad ordinem saluandorum: aliquo modo sunt causa motus cęlestium, cum propter hunc finem ipsi moueant. Vel si volumus dicere, quòd finis Angelorum in motu corporum est, vt impleant Dei voluntatē eo ipso, ꝙ multa reuelantur inferioribus angelis per superiores de his, quæ sunt à Deo volita, Consequens est, ꝙ etiam hoc modo habeant angeli superiores aliquam causalitatem super motum supercęlestium corporum. sed dato, quòd nullam causalitatem haberent: si Angeli mouentes cœlos, in hoc consequuntur aliquam similitudinem Dei: angeli superiores illuminātes eos, multo maiorem similitudinem consequuntur. Cæteris.n. paribus multo maior similitudo est diligere, & intelligere Deum, & illuminare angelos, quàm diligere, & intelligere Deum, & mouere cœlos.

Angeli tandiu mouebūt cœlos, quādiu erit impletus electorū numerus.

Soluta radice, & ratione Philosophi: non est difficile soluere rationes Commentat. Nam cum dicitur, quòd omnis intelligentia mouet, quia tunc haberet esse diminutum, si non moueret; dici debet, quòd non mouentes, sunt superiores, & illuminant mouentes: non ergo habent nō mouentes esse diminutum, si non mouent, sed perfectum, cum illuminare angelos sit quid perfectius, quàm mouere cœlos.

Angeli nō mouentes cœlos cur non fiat otiosi.

Quod vero addebatur, quòd tunc essent intelligentiæ, non mouentes otiosæ: dici debet, quòd otiosum est, quod priuatur actione ꝓpria: actio autem propria intelligentiarū est intelligere: hac autem actione magis pollent, non mouentes, quā mouentes. vel dici debet, ꝙ non sunt otiosæ, nō mouentes, quia per actiones suas in Deum feruntur, & angelos inferiores illuminant.

Quod autem addebatur, ꝙ perfectio intelligētiarum debet esse finis motus; dici debet, quòd perfectio earum non est finis acquisitus per motum, nec finis acquisitus per operationem, quam habent circa aliquam rē creatam, sed circa Deū, ꝙ si tamen aliquam perfectionem volumus assignare in angelis ex actione, quam habent circa res creatas; dicemus, ꝙ multo perfectior actio est, habere actionem in spirituales substantias, & illuminare Angelos, quàm habere actionem in corpora, & mouere cœlos.

Resp. ad arg. dvb. I.

Ad argumēta autem tria prima sumpta ex tribus propositionibus Comment. solutum est per iam dicta.

Ad quartum autem dici debet, quòd vniuersum est bene dispositum, & ordinatum, sed non oportet in re bene disposita, & ordinata, quòd quodlibet superius habeat immediatè actionem in inferiora; sed quòd habeat actionem huiusmodi, secundum quòd requirit ordo, & connexio vniuersi. Ordo autem, & connexio vniuersi requirit, quòd Angeli superiores habeant actiones in inferiores: ipsi autem inferiores in corpora superiora. Huiusmodi autem superiora corpora in inferiora, & sic totum vniuersum est bene ordinatum, & connexum. Vel possumus dicere, quòd quædam cōnexio est vniuersaliter inter spiritus, & corpora. nam spiritus assistentes, & cōtemplantes, sunt in cœlo empyreo: ministrantes verò sunt in alijs corporibus. Propter quod nullus est spiritus, qui non attingat aliquo modo aliquod corpus, propter quod totum vniuersum est bene connexum, & per consequens bene dispositum.

Vel possumus dicere, quòd omnes Angeli habent aliquo modo actionem in corporalia. Nam aliqui Angeli custodiunt homines, vt inferiores, & superiores illuminant eos: ex qua illuminatione iuuantur inferiores, vt melius sciant homines custodire. Omnes ergo habent actiones aliquo modo circa corpora. quia vel mouent cœlos, vel custodiunt homines, vel illuminant hos, & illos: ex qua illuminatione, etsi non sunt causa motus cœli: saltem sunt causa custodiæ hominum, quia in multis superiores Angeli illuminant, & docent inferiores, qualiter debeāt homines custodire: & quia omnia ista corporalia sunt quodammodo propter homines, & ordinata in obsequium hominis; ideo Angeli superiores per illuminationes eorum aliquid cooperando ad custodiam hominum, dici possunt quodammodo toti corporali creaturæ adiutorium perhibere, quæ tota quodammodo tendit in obsequium hominis.

Resolvtio dvb. II.

Angelorum multitudo ingens est: id ꝙ patet ex Vniuersi connexione, decore, & perfectione.

Ad id autem, quod quærebatur: vtrum Angeli sint in valde paruo numero; dici debet, quod Philosophi posuerūt Angelos in satis paruo numero. Nam quos nos dicimus Angelos, Philosophi intelligētias vocabāt. Auicēna.n. posuit intelligentias esse in valde paruo numero, quia posuit eas esse tantum 10. secundum numerum 10. sphęrarum. Posuit.n. 9. sphæras cęlestes, & decimam sphæram esse actiuorum, & passiuorum. pp qđ posuit esse 10. Angelos, vel 10. intelligentias. 9. mouentes 9. sphęras cœlestes, & decimam præsidentē sphæræ actiuorum, & passiuorum, quam dixit esse da totē formarū. Philosophus verò in 12. Meta. posuit ēt intelligentias esse in paruo numero: posuit tamen eas in maiori numero, quàm Auic. vnde dixit esse numerum intelligētiarum secundum,

T.c. 42. 43. & 1 nota c.

dum numerum motuum cœlestium. Nam quãuis sint tantum 7. Sphæræ planetarum, quilibet tamen Planeta mouetur diuersis motibus, ita tamen, quòd præter sphæras planetarum, dicunt Mathematici esse deferentes, & epicicios. Philosophus tamen de motibus planetarum videtur exequi opinionem Odonij, & Chilonij, qui nõ per epicicios, & eccẽtricos. sed per sphæras deferentes, & reuoluentes, saluant apparentiam planetarum. vt si Sol mooetur ab oriẽte in occidẽs, & reuertitur ad oriens motu diurno, & mouetur à meridie in septentrionem, & reuertitur ad meridiem motu anouo: secũdum opinionem istorũ hoc non est. quia eccẽtricus solum secundũ vnã partem declinãt ad meridiem, & secundum aliã ad septentrionem. sed quia est aliqua sphæra reuoluens sphæram Solis, secundum quam reuolutionem vergit Sol in vna parte anni ad meridiem, vt in hyeme, & in alia ad septentrionem, vt in æstate. Ideo motus iste dicitur annuus. qa in anno complemr, sicut & alius dicebatur diurnus, quia in die naturali perficitur. Odonitius ergo, & Chilonius, quia videbant planetas moueri diuersis motibus, vt saluarent omnes apparẽtias, posuerunt sphæras deferentes corpora planetarum, & sphæras reuoluentes. Diuersificati tamẽ sunt in numero sphærarum. Nã Odonitius computat in cœlo 47. motus. Chilonius verò addidit tam Soli, quàm Lunæ duos motus. cuilibet autem motui dabat duas sphæras, propter quod posuit quatuor sphæras Soli, & quatuor Lunæ supra illud, quod posuerat Odonitius. si ergo addantur ad 47. fiunt 55. Philosophus ergo non dat in hoc opinionem suam, quot sint cælestes motus: sed hoc ponit pro fundamento, ꝙ quot sunt motus cœlestes, tot sunt intelligentiæ, & non plures: propter quod si sunt huiusmodi motus 47. vt volunt Odonitius, totidẽ erũt intelligentiæ: si. 55. vt ponebat Chilonius: totidem etiam erunt.

Angelorũ numerus iuxta Theologos.

Nos autem non in tam paruo numero, vt ꝙ sint 10. vel 47. vel 55. sed in valde magno numero ponimus angelos. Nam præter sphæras cœlestes motas, damus cœlum non motum, vt empyreũ, quod factum mox sanctis Angelis est repletum. Vnde & Beda ait de hoc cœlo, ꝙ mox, vt creatum est, sanctis angelis est repletum. Et exponit illud Iob: Vbi eras, cum me laudarẽt astra matutina, de angelis, qui sunt astra illius cœli, sicut ergo stellæ visibiles ornãtes hoc cœlum sidereũ, nobis visibiles sunt in valde magno numero, sic secundum Sanctos astra matutina ornatia cœlum empyreum, suos in valde magno numero. Est autem Sanctorum positio ponentium in valde magno numero angelos multò rationabilior positione Philosophorum ponẽtiũ eos in tam paruo numero. Quod duplici via inuestigare possumus. Prima via sumit ex connexione vniuersi. Secunda ex eius decore, & perfectione.

Iob 38.

Prima via sic patet: Nam, vt supra diximus, non est vniuersum cõexum: eo, ꝙ totum genus superius secundum se totum attingat inferius, sed secundum infimam partem. & quanto nobilius est genus, tanto secundum plus superat, quàm attingat. quia plus est ibi de magis nobili superãte, quàm de minus nobili attingente. si ergo angelorum genus, quod est ita nobile, mouet corpora; hoc erit secundum infimam sui partẽ. Pauci ergo erunt monentes, & plures erunt excellentes, propter quod vltra numerum motuum cœlorum, dabimus multos angelos non mouentes. Secundo hoc patet ex perfectione vniuersi. Nã perfectio vniuersi requirit, ꝙ semper nobiliora excedant minus nobilia, & formalia materialia. vt si aqua est formalior terra, creditur esse decupla, quàm terra. & si aer est formalior aqua, creditur esse decuplus ad aquam, & centuplus ad terram: propter quod plus est aer solus, quàm aqua, & terra. Ignis autem, qui est formalior omnibus elementis, creditur esse decuplus ad aerẽ, centuplus ad aquam, millecuplus ad terrã: propter quod plus est ignis, quàm sint omnia alia elementa. hoc ergo modo Deus figat numeris elementa. quia secundum proportionem numeralem, vel secundum proportionem decuplam se excedunt, ꝙ si vltra elementa in corporibus ascendamus, videbimus supercœlestia corpora quasi formalia sive proportione excedere sphæram activorum, & passivorum: immo huiusmodi sphæra activorum respectu totius cœli, meretur quasi vocari punctus. decet ergo, & perfectio vniuersi requirit secundum ea, quæ videmus in istis corporalibus, ꝙ multitudo spirituum excedat multitudinem omnium corporum. quia multo magis spiritus nobilitate, & formalitate excedunt omnia corpora, quàm quæcunque corpora excedant alia corpora. hoc est ergo, quod ait Dionysius 14. c. de angelica Hierar. ꝙ multæ sunt beatæ militiæ supermundialium intellectuũ, superantes infimam, & contractam materialium multitudinem.

Elementorum motus proportio.

Resp. ad arg. dvb. ii.

Ad primum dicendum, quòd quæ sunt propinquiora Deo, sunt magis vnita, & per consequens quodlibet eorum est magis vnum, & magis simplex: argnit ergo argumẽtum, ꝙ quilibet angelus est magis vnitus, & magis simplex, quàm quodlibet corpus. sed propter hoc non tolluntur ab angelis gradus, quin aliqui sint simpliciores alijs. secundũ quos gradus põt accipi magna angelorũ multitudo.

Ad secundum dicendum, ꝙ creaturæ distant à Deo sicut numeri distant ab vnitate. & verum est, ꝙ corporalia se habent quasi numeri remoti: angeli vero tanquàm numeri propinqui. hinc ergo concluditur ex hoc, quòd angeli sunt simpliciores corporibus, sed non, quòd sint in minori multitudine, quàm corpora. Nam etsi angeli sunt inter Deum, & corporalia: ipsa tamen corporalia in infinitum distant à Deo, sic etiam angeli in infinitum distant. sunt ergo angeli numeri propinquiores vnitati, idest Deo, quàm corporalia: tamen in infinitum possent multiplicari tales numeri, sive huiusmodi angeli, cum

Angeli Deo propinquiores plures quã corpora remotiora.

li, cum sit infinita distantia inter corporalia, & Deum. Numeri ergo propinqui vnitati, qui sunt inter vnitatem, & numeros parum distantes ab vnitate, sunt pauci. sed si diceretur numeri propinqui vnitati per respectum, vt quia essent propinquiores alijs: attamen illi, qui essent propinquiores, in infinitum distarent ab vnitate, optimè sequeretur, quòd illi numeri sic propinquiores essent simpliciores, quàm magis distãtes, sed non sequeretur, quòd tales numeri essent pauci, quia inter numeros in infinitum ab vnitate distãtes, & ipsam vnitatẽ possunt esse valde multi numeri, & etiam infiniti numeri. possunt ergo esse, & sunt multæ spirituales substantiæ inter Deũ, & ista corporalia. Et si vellet Deus: semper posset facere plures spirituales substantias, & semper plures in infinitum: nunquàm tamen essent actuales substantiæ in infinitum. Eandem ergo vim habet argumentum primum, & hoc secundum. propter quod solutio huius secundi clarius dat intelligere, quomodo debeat solui primum.

Ad tertium dicendum, quòd ☽ incorruptibilia, & ea, quæ sunt nobilia: fortè non multiplicantur secundum numerum tantum, vt ☉ sint multi Soles, vel multæ Lunæ: bene tamen multiplicantur secundum speciem, vt est Sol, & Luna, & Mars, & multa talia corpora specie differentia. Dicimus autem fortè, quia dubium est de aliquibus corporibus cœlestibus: vtrum differãt specie, vel solo numero. sed quicquid est de differentia munerali, de differentia tamen secundum speciẽ non est dubium, quin factat ad decorem vniuersi esse multa huiusmodi nobilia.

* Consimile infra art. 3 & dubium tunc nõ loquit de omnibus quia vnusquisq; Planetarum facit vnam spherã, vt ait Iosua art. 3. Vnde videre licet in isto scholio opinionẽ diuersitatem: sed dist. 17. q. 2. ar. 1. ait esse multas stellas numero alias à Planetis, collocatas esse in vno, & eodẽ corpore Solis, & Lunæ sphæra.

Resolvtio dvb. sii.

Angelorum multitudinem quamuis, Natura duce, venari possimus; eorum tamen numerum certum, ac determinatum scire non valemus.

Ad id autem, quod quærebatur vtrũ numerus Angelorum sit nobis notus, & determinatus; dici debet, quòd si esset vera Philosophorum opinio, ☿ non essent plures angeli, nisi quot sunt sphæræ subiectæ motui: sicut putauit Auic. satis esset leue inuestigare numerum Angelorum, quia cum duplex sit motus: vnus ad situm, alius ad formam, & nouem sint sphæræ cœlestes motæ secundum situm: vna autem sit sphæra actiuorum, & passiuorum subiecta motui non solum ad situm, sed etiam ad formam, essent 10. Angeli intra huiusmodi 10. sphæras. Vel si vera esset positio Philosophi, quòd tot essent intelligentiæ, nõ solum quot sunt sphæræ deferentes astra, sed quot sunt motus astrorum, quibus propter diuersitatẽ motuum oportet dare non solũ sphæras, sed ☽ eccẽtricos, & epicyclos, vt nunc Mathematici sentiũt, vel quibus astris, sic diuersimodè motis: oportet dare nõ solum sphæras deferentes, sed etiam reuoluentes, vt senserunt antiqui Mathematici:

Contradictio. * Eccentrici. & epicycli abeodem tur hic ex necessitate. In Met. t. 36.

quorum opinionem recitat Philosophus in 12. Meta. si ergo sic esset, quòd huiusmodi motus ęq lestes possemus percipere, vel sensu, vel instrumẽtis, vel ratione, vt tradit Cõment. in 12. Meta. sicut haberemus viam ad inuestigandum numerũ huiusmodi motuum: sic haberemus viam ad inuestigandũ numerũ Angelorum. sed quia nulla istarũ opinionũ est vera: Immo ☽ prter Angelos monentes cœlos, est dare angelos assistentes, & ministrantes, & deditos ad custodiam hominũ, quia numerum astrorum non possumus sufficiẽter cognoscere naturali intelligentia nisi reuelatione diuina super hoc fuerimus edocti: scire nõ poterimus determinatè Angelorum numerũ. cũ ergo quæritur vtrum sit nobis ☽ notus numerus Angelorum: aut loquimur de huiusmodi notitia in quadam generalitate, & sic etiam vel rationis ductu possumus aliquomodo scire huiusmodi numerũ. vt possumus scire, quòd sunt valde multi: sed si loquamur signanter, & determinatè, vt quòd possimus signare determinatè illũ numerum, vt quia sint tot centum, vel tot mille: sic nõ ẽ nobis notus huiusmodi numerus. Quòd autem satis dictet ratio naturalis, angelos esse valde multos, sic venari possumus. Dicemus. n. ☿ in ☽ entibus est dare duos terminos extremos: vnum, qui est actus purus, vt Deus: alium, qui est potentia pura, vt materia. Hi autem sunt duo termini extremi, vt nihil possit inueniri supra Deum, quod habeat plus de entitate; cum ipse sit quoddam esse infinitum, in quo comprehenditur omne esse: & nihil inueniri possit infra materiam primam, quod minus habeat de entitate: cum illa sit valde propè nihil. ita quòd si iremus aliquo modo infra materiam, statim essemus in nihilo. Inter hos autem duos terminos sic extremos est dare vnum terminum medium, vt animam rationalem, quæ dicitur creata in orizonte æternitatis, siue in orizonte intelligentiarum: sicut enim in cœlo est quidam circulus, qui vocatur orizon diuidẽs inter hemisphærium superius, & inferius, ita quòd si vadis infra illum circulum, statim es in hemisphærio inferiori. Si supra statim in superiori: sic anima humana, siue rationalis est, quasi quidam orizon diuidens inter subiectas intellectuales. i. inter angelos, & substantias sensibiles: ita quòd si ascendimus supra huiusmodi animam, statim sumus in substantijs intellectualibus: si infra, statim in sensibilibus. substantiæ ergo intellectuales, siue angeli, sunt inter animam, & Deum. substantiæ autem sensibiles, siue corpora, sunt inter animam, & materiam primam. sed cum quælibet creatura sit finita, non erit infinita distantia inter animã, & materiam: Deus autem, cum sit infinitus, erit infinita distantia inter animam, & Deum. Nulli ergo dubium est, quin valde plus distet quælibet creatura à Deo, quàm quæcunque creatura à quacunque creatura. propter quod valde incomparabiliter plus distat anima à Deo, quàm à materia prima. quia ergo congruum est, & quia hoc videtur requirere ordo vniuersi, quòd in maiori distantia

c. 16 negat esse proprie cœli hos eccẽtricos. Sit hic loquit iuxta aliorum sententiam vbi vt nõ. Quid sint vide locum etiam: si sint, vide infra d. 2. p. 2. q. 2 art. 4. in fol.

* Angeli dãtur alii præter angelos mouẽtes cœlos. contra Ar. 12. Met. t. 6. 48.

* Angelorũ nam eorum quo sit nobis notus.

* Entiũ tot mitat extremi.

Anima in Orizonte æternitatis.

Ala humana est quasi Orizon.

Animæ distãtia à Deo.

ſtantia multo plura exiſtant, quàm in minori. Dignum ergo eſt, ꝙ intellectuales ſubſtantiæ exiſtentes in diſtantia maiori, vt inter animam, & Deum, ſint multo plures, quàm ſubſtantiæ ſenſibiles, & materiales exiſtentes in diſtantia minori, vt inter animam, & materiam. Et ſortè hoc intellexit Dionyſius in auctoritate allegata de Angelica Hierarchia, ꝙ multæ ſunt beatæ militiæ, ſupereminentes hanc infirmam, & coarctatam materialium multitudinem. Multitudo .u. materialium rerũ infirma eſt ratione materialitatis: ſed coarctata eſt, quia eſt in arcto ſpacio; vt in ſpacio finito, & limitato. ſed militiæ illæ ſupercęleſtes non ſunt in ſpacio coarctato, & limitato, ſed in infinito, vt eſt per habita manifeſtum. Poſſumus ergo aliquo modo, naturali ductu ſcire numerum angelorum, quòd ſunt multi, ſed non poſſumus ſcire determinatè, & ſignatè, quot ſint illi multi.

B

Resp. ad arg. dvb. iii.

AD primum dicendum, ꝙ ille numerus Angelorum, de quo dicitur in Daniele, eſt myſticus. * Vult.n. Daniel, ꝙ valde multi ſunt adminiſtrãtes, & valde multi aſſiſtentes. quia quilibet multipliciter per omnes articulos principales, qui ſunt 10. centũ, & mille. multiplicat ergo mille per ſeipſum, cum dicitur millia millium, & per 10. & per centum, cum ſubiungitur: & decies centena millia. Eſt autem ibi duplex littera, vt in arguendo tangebatur: vna, quæ nunc dicta eſt, ſm quã tot diuiſiones attribuũtur aſſiſtẽtes, quot miniſtrantes. nã decies centũ mille tantum valet, quantum millies mille. ſi ergo millia millium miniſtrabant, & decies cẽtena millia aſſiſtebant: vtrobiq; erat æqualis numerus, qd non eſt intelligẽdum ſm numeri quantitatẽ, ſed ſecundũ numeri perfectionem. Multo.n. plures ſunt aſſiſtentes, q̃ miniſtrantes. quia dignũ eſt, ꝙ ſemper nobiliora ſm naturam ſint in maiori numero. Dicimus autẽ ſm naturã, quia in nobilitate ſm gratiã poſſet eſſe contrariũ. qa multi ſunt vocati, pauci verò electi: deſcribuntur tamẽ æquales bi, & illi, ſm proportionẽ, vel ſm perfectionem, ſicut dicimus: qa digiti manuum æqualitet creſcunt. quia licèt vnus ſit maior alio, æqualiter dicuntur creſcere, quia ſem per ſic creſcunt, quòd ſuam proportionem ſeruant. Sic & miniſtrantes, & aſſiſtentes ſunt æquales, quia ita omnia ordinata ſunt, vt aſſiſtentes ſunt in numero congruo, & perfecto. Secundum tamen aliam litteram eſt facillor expoſitio, vt dicamus, ꝙ millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millium aſſiſtebant, ſecundum quem modũ numerus aſſiſtẽtium eſt multò maior, quàm miniſtrantium.

Ad formam ergo arguendi, cum dicitur, ꝙ ſcimus numerũ Angelorum, quia ſcimus, eos eſſe tot millia; dici poteſt, quòd, vt diximus, huiuſmodi numerus non eſt intelligẽdus ad litteram, ſed ſecundum myſticum ſenſum.

* Daniellis dictũ fuit ingẽs Angelorũ multitudinem, nõ aũt certum numerũ, qui ſæpe non poterã, etſi, vt alig ſonnitarũt, ſint nouem, & vnum millies mille, ſexcẽta, & quinquaginta quinq; millia, centũ, & ſeptuaginta duo.

Matth. 29.

A Ad ſecundum autem, & tertium dicendum, ꝙ auctoritates Philoſophi in hoc recipiendæ nõ ſunt. Nun enim eſt determinatus numerus angelorum ſecundum numerum cęleſtium motuum.

Resolvtio dvb. iiii.

Angeli infiniti non ſunt, cum in eis ſit ordo eſſentialis, & per ſe, & habeant eſſe actu, & ſimul, & infinitum actu non detur. Idq, etiam patet ratione nobilitatis, ſecundum quam in infinitum corpora non excelluntur. Ipſi tamen Angeli incomparabiliter corporibus præſtant, quantum ad multitudinem ſpecificam, non numeralem.

B AD id autem, quod quærebatur: vtrum numerus Angelorum ſit infinitus; dici debet, quòd in vniuerſo quædam habent ordinẽ per ſe, quædã per accidẽs. Differentia enim per eſſentiã, & ſm ſpẽm in gñe entium ſunt ordinata per ſe. Vnde & in 8. Meta. formæ dicuntur eſſe ſicut numeri. Si ergo formę ſunt ſicut numeri differentes ſecũdum formam, vel differentes ſpecie, ſe habebunt ſicut numeri, ita ꝙ cum tota ſeries numerorum quendam habeat per ſe ordinẽ, & ordinatè ab vnitate diſtet; Differentia ſecundum formam habebunt eſſentialem, & per ſe ordinem, & ſecundũ huiuſmodi ordinem ſe habebunt ad vnitatẽ, ſiue ad Deũ: aliqua magis, aliqua minus diſtantia ab ipſo. Vt ſicut nõ ſunt duæ ſpecies numerorum æqualiter diſtantes ab vnitate, ſic non ſunt duæ ſpecies entium æqualiter diſtãtes à Deo. propter quod omnia talia ſe habent ſecundum quãdam analogiã; & ſecundum quendam per ſe ordinem in vniuerſo. Alia autem, quæ non differunt ſpecie, habẽt quaſi quendam ordinem per accidens. Voluit autem Commentator, ꝙ in his, quæ habent ordinẽ per accidens, ſi non ſunt ſimul, non eſt inconueniens ponere infinitatem. vt quia accidit iſti homini, quòd ſit ex infinitis Partibus, & quia huiuſmodi Patres non habent eſſe ſimul, vt ſaluaret ipſe Commentator ętternitatem mundi, dixit, quòd talem infinitatem ponere nullum erat inconueniens. Nam ſi mundus fuiſſet æternus, hanc reuolutionem præceſſiſſent infinitæ reuolutiones, & hunc hominem infiniti homines. In his autem, quæ habent ordinem per ſe, ſecundum eũ, etſi non ſunt ſimul, non poteſt eſſe infinitas. Videtur enim, ꝙ eſt per ſe, dicere qd determinatũ, ſicut per accidens dicere, quid indeterminatum. Ponere autem aliquid eſſe per ſe, & eſſe infinitũ, & indeterminatum; videtur eſſe oppoſitũ in adiecto. Sed in his, quæ ſunt ſimul, ſiue habeant ordinem per ſe, ſiue per accidens; non poteſt eſſe infinitas. nam infinitum, vt probari habet in 3. Phyſicorum, eſt ſicut in fieri, non ſicut in facto eſſe. Quòd autem eſt in facto eſſe, & in actu, infinitum eſſe non poteſt. In rebus ergo creatis non eſt dare infinitum actu. Dupliciter ergo poſſumus dicere, angelos non eſſe infinitos: & quia

Ordo 2 ſe. Tex. c. 10.

Ordo 2 accidẽs.

Tex. c. 172.

agere, rectè, vel nō rectè, & peccare, vel bene facere, noo diuersificet specié, in omnibus spiritualibus substantijs non oportebit ponere, secundum hunc modum, diuersitatem in specie, & sic angeli, & animæ eruut idem specie.

Secunda opinio est, quòd ooo omoes spirituales substantiæ sunt vnius speciei. quia angelus ab anima differt specie, sed omnes angeli ad eādem speciem pertioent. Ad quod pooendum: ideo fortè mouebantur, quia spirituaies substaotiæ videntur differre per vnibile, & noo vnibile. & qa omoes spirituales substantiæ vnibiles, sicut suot animæ bumanæ, sunt eiusdm speciei: videbatur ex hoc sequi, omnes ooo vnibiles. i. omoes angelos ad eandem pertiuere speciem.

Tertius modus dicendi ste, ꝙ noo oēs angeli, sed omnes, qui suut vnius Hierar. sunt vnius speciei. Ad quod ponendum fortè ideo ducebantur, quia videtur esse de rōne cuiuslibet substantiæ intelligibilis, ꝙ sit quid sociale. Probatur. 2. Polit. c. 2. u. io Politicis, ꝙ homo naturaliter est animal sociale, plus quaio quæcunque animalia, quia buiusmodi sermooem oatura dedit. Cum ergo iermo sit sdalietum, videtur quòd natura daudo ei sermonē, fecerit ipsum animal sociale. Ita quia spirituales substantiæ possunt suum conceptum alijs exprimere, videntur ex hoc delectari in societato viuere. & quia Hierar. est idē, quod sacer principatus: omnes, qui sunt eiusdem Hierar. videntur ad eandem societatem pertinere, & per cōsequēs, vt videtur, ad eandem speciem.

Quarta positio est, quia nō omoes angeli, oec omnes, qui sunt eiusdem Hierar. srd omnes, qui suut eiusdem ordinis, pertinent ad eandem speciem. Ad quod dicendū, ꝙ fortè ideo mouebaotur, vt ponerent in Angelis differentiam fm oumerum, secundum speciem, & srcundum genus: Vt ex differentia fm numerū, factus sit quilibet Angelorum ordu: Ex differeotia fm specié quælibet Hierar. Ex differēitia fm gen⁹ pluralitas Hierar. Vt ideo in vno ordine sunt multi angeli, quia suut plures oumero, & idē spē: iu Hierar. verò suut plures ordiues, qa sunt differētes spē, & idē genere. Sunt aūt plures tales Hierar. pp dr̄iam in gñe, vt quot suot Hierat. tot sunt gña aogelorū, quot ordines, tot spēs, quot angeli in vno ordine, tot iodiuidua eiusdem specie, secundum hunc ergo modum angeli diuersarum Hierar. differuot genere ialtem propiuquo: nou tamen oporter, quòd differant genere remoto. Possunt enim omnes Angeli reduci iu vnum genus, vt iu fra patebit: uon tamen oportet, quòd omoes reducantur in vuum genus propiuquum.

Quintus modus dicendi est, ꝙ quot sunt angeli, tot suot species angelorum. ita quòd non solum omnes substantiæ spirituals, sicut dicebat opioio prima, nec etiam omoes augeli, sicut dicebat secuoda: nec omnes, qui sunt eiusdē Hierar. sicut dicebat tertia: nec omoes, qui suot eiusdem ordinis, sicut dicebat quarta, oon suut omnes eiusdem speciei: sed io eodem ordine reperiūtur aliqui superiores, aliqui inferiores, & per

A consequens sunt differentes specie: immo secundum buuc modum pooeudi, quem magis intelligimus, & iotellectum appropriamus, non est dare duos angelos eiusdē speciei: immo quot sunt angeli, tot sunt species angelorum. Huic aūt positioni cōcordat Diony. 10. c. de Angelica Hierar. dicēs, ꝙ & omnes Hierar. diuidemus in primas, medias, & vltimas, & subdit, quòd & ipsas specialiter per singulas dispositiones diuius harmonijs discreuit, vbi vult, quòd non solum totum angelorum genus diuidatur in diuersas Hierar. in iupremam, mediam, & infimam: sed & quælibet Hierarcbia diuidatur in supremā, mediam, & infimam. i. iu diuersos ordines, & quælibet dispositiu. i. quilibet ordo, diuinis harmooijs per singulas specialiter Deus discreuit. Iu eodē ergo ordiue est discretio, & distinctio, ꝙ aliqoi sunt

B superiores, aliqui inferiores, & per singulos est specialis talis discretio, quia singuli differūt specie. vnde & Vgo Commēt. ibidem ait, ꝙ diuina pronidentia discreuit, & distinsit ipsam vnāquāq; dispositionē, hoc est ordinē. Nō ergo solum in qualibet Hierar. est distinctin, ꝙ aliq sint superiores, aliqui inferiores, sed ēt hoc est in eodem ordine, qđ patet. nam vt Diony. alt, ipsi dignissimi Seraphin alter ad alterū clamabāt, vt in Esa. babeć. Ēt ait Diony. ꝙ alterū ad alterū clamare, iu hoc, vt existimo aperiè declaratur: quooiam Theorias sanctas ipsi primi secundis tradunt. Alter argo Sers phin clamabat ad alterū, quia perebat ab eo doceri. Ad boc ergo clamabat Seraphin iofetior, vt Seraphin superior ſanctas Theorias

C .i. sanctam diuinam scientiam traderet ei. Primi ergo Setaphin tradunt secundis sanctas Theorias. i. sanctas, & diuinas sciētias: illumināndo eos, & docendo eos de bis, quę pertinent ad Dei sciētiam. In eodē ergo ordine Seraphin, aliqui sunt primi, aliqui secūdi, aliq inferiores, aliq superiores. quod nō esset, nisi differrēt spē. Sed dices, ꝙ hoc est ptopter excellentiā gratiæ, vt ideo aliq suut suprriores, aliq inferiores, quia bsbēt excellētiorem gratiā. Dicemus ergo, ꝙ excellentia gfæ iu angelis arguit in ipsis excelleotiam naturæ. Vode & in litiera dicitur, ꝙ alijs angelis Deus dedit maiora, alijs minora duoa, vt qui tūc per naturalia bona alios excellebant, ipsi etiā per munera gratiæ eisdem præsseut. quare si io eodem ordine aliqui suot superiores, aliq inferiorrs, quo ad gratiam: coosequens est, quòd sint & quo ad

D naturam. propter quod uon omues eiusdem ordinis sunt eiusdem speciei. Sed sic dicendo, uon videmur adbuc habere intentum. nam si nō nēs, qui sunt eiusdem ordinis, sunt eiusdē speciei, nō tamē ptopter boc sequitur, ꝙ quilibet angelus faciat suam speciem. Sed si bene considerentur verba Diouy. apertè colligitur, quòd quot suot angeli, tot sunt species angelorum. oam cum ipse prius distinxisset totum genus angelorum io tres Hierar. & quamlibet Hierar. iu tres ordines, in primum, medium, & vltimū. Postea loqoeus de distinctione cuiuslibet ordius ait, ꝙ ipsam dispositiooem. i. ipsum quemlibet ordinē angelorum

Seraphin clamabant alter ad alterū, quid sibi velit. Esa. 6.

per singulas specialiter discreuit, quod exponens s. qualiter angeli sint discreti in qualibet dispositione. i. in quolibet ordine ait, quoniam theologiae sanctas ipsi primi secundis tradunt, ergo per singulas supercœlestes mētes est hic discretio, & distinctio, quòd secundi primis scientiam tradunt. Duo ergo sunt attendenda in verbis Dionys. Primo quidem cum dicit, quòd ipsam dispositionem. i. ipsum quemlibet ordinem angelorum Deus per singula specialiter discreuit. Nō essent enim per singula specialiter discreti, nisi singuli angeli cuiuslibet ordinis specie differrēt: secundo in dictis verbis attendenda est ratio dicti. Nam ideo ait, ꝙ per singula sunt specialiter discreti, quoniam primi secundis scientiam tradunt. Si ergo hoc modo per singula sunt angeli specialiter discreti, quia primi secundis scientiā tradunt; oportet. ꝙ in singulis angelis sint aliqui primi, aliqui secūdi, vt non sit signare duos angelos, quin vnus sit prior, & superior alio. In omnibus ergo est assignare quosdam gradus, vt non sint duo angeli æquales, & per consequens non sunt duo angeli eiusdem speciei. Viso per auctoritatem Dionys. quomodo quatuor primæ opiniones non sunt veræ, sed sola quinta vera est, volumus ad hoc rationes adducere. Nā siue in angelis ponamus materiam, siue dicamus eos esse formas per se existētes, nūqnàm ponemus duos angelos in eadem specie. Adducemus antē tres rationes cōmunes, ꝙ non sunt duo angeli in eadem specie, si ponantur angeli esse per se formæ, quarum vna sumetur ex ipsa essentia angelorū, secunda ex eorum ordine, tertia ex eorum perfectione.

Prima sic patet: Nam si angeli sunt formæ per se existentes; omisso, quid Deus posset facere. sed secundum naturæ cursum, & secundum būc ordinem, quem videmus, nihil erit in angelis, nisi ipsæ formæ, & sequentia formas. Si ergo aliquid sit in vno angelo, quod nō sit in alio, vel hoc erit ex diuersitate formarum, vel ex diuersitate sequētium formas. Si sit ex diuersitate ipsarū formarū, ergo angeli differunt secundum formas, vel differunt secundum formales differentias. Dicere autem, ꝙ angeli differant secundum formam, & non differant secundum speciē, est dicere, ꝙ differant secundum speciem, & non differant secūdū speciem: cum idem sit forma, quod species. à genere. u. in species descendimus per differētias formales. quia genus nō est forma vna, sed est tot formæ, quot habet sub se species. sed à specie in indiuidua nūquàm descendimus per differētias formales. quia tunc species nō esset vna forma, & per consequens non esset species, sed genus. Si ergo quilibet duo angeli differunt secundū formā, & per differentias formales, quia sunt formæ per se existentes, oportet quoscunq; duos angelos differre fm speciē. Si antē cauillosè dicatur, angelos differre non fm formā, sed secūdū alia, q̄ sunt in ipsis, cū nihil sit in ipsis, nisi forma, vel consequēs formā: & cū non possimus dare differentiam in sequentibus formam, nisi demus differentiā in ipsa forma; oportet quoscunq; duos angelos differre fm formā. Si. u. vnus habet nobilius esse, quàm alius, vel nobilius intelligere, vel nobilius quodcūq; aliud, qđ sit in eo; hoc est, quia habet nobiliorem essentiā, & nobiliorē formā. Nulla ergo differentiā poterimus dare in angelis, nisi ponamus eos differre fm formā. Nā & si in istis indiuiduis materialibus possimus ponere differentiā p accidentia, sequentia materiā, absque eo, ꝙ ponamus in eis differentiā secundum speciem; vin formis tn̄ per se existētibus nō possumus ponere differentiā per accidētia, vel p q̄cunque alia sequentia formā. quia, vt patet, p ea, q̄ sequuntur formā, non possumus inter aliquā differentiā ponere, nisi ponamus illa differre specie, & per formam.

B. Secunda via ad hoc idē sumitur ex ordine angelorum. Nam multo congruentius est in tā nobili genere, sicut est genus substantiarum separatarum, ponere solùm ordinē essentialem, & per se, cuiusmodi est ordo inter differentia secundū speciem, quàm ponere ibi ordinem per accidens, cuiusmodi est ordo inter indiuidua eiusdem speciei.

Tertia via sumitur ex perfectione angelorū. Nam videmus inter * corporalia aliqua esse ita perfecta, ꝙ nihil deficit eis de eo, qđ pertinet, vel pertinere potest ad speciē. propter quod non est nisi vnum tale in vna specie: vt quia Sol cōstat ex tota materia sua, & nihil deficit ei de eo, qđ pertinet ad speciem, non est nisi vnus Sol in specie Solis. multo ergo magis hoc debemus ponere in angelis, quàm in aliquib[9] corporalibus, quòd C quilibet habeat totum, quod pertinet ad suā speciem, vt non sit nisi vnus in vna specie. Ostenso, ꝙ quilibet angelus facit per se speciem, si ponantur angeli esse formæ per se existentes, de leui potest ostendi illud idem, si ponantur compositi ex materia, & forma, quod etiam tripliciter potest ostendi. Primo ex parte materiæ. Nam vt declarauimus in q. 1. dist. 3. vtrum angeli sint ex materia, & forma cōpositi, si esset materia in eis, nō solū non essent duo angeli conuenientes in specie, sed etiā non essent duo conuenientes in genere. Imo quot essent angeli, tot essent genera angelorum. Secundo hoc idem patet ex ipso ordine. Nam siue ponantur per se formæ, siue compositi ex materia, & forma, cōgruentius est, ꝙ sit in eis solus ordo essentialis, & per se, quàm ꝙ sit in eis ordo non essentialis, & per accidens. Tertio declaratʳ hoc idē ex eorū perfectione. Nam in D rebus corporalibus perfectia, propter earū perfectionē dicimus eas cōstare ex tota materia sua, & nihil deficere eis de materia, quæ possit ad earum speciem pertinere. Multo ergo magis dicemus hoc in ipsis angelis, dato, ꝙ dicant esse materiales. quia sunt multo perfectiores corporibus.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd non est tota causa, quare * homo fuit reparatus, & non angelus. quia pertinet tota species, sed multæ causæ aliæ assignantʳ. Nā secūdū Dam. li. 2. c. 3. * qđ est hominibus mors, hoc est

Opinionū diuersitas. * Consimile supra 42. 2. Dub. 2. sub finem. Id vero asserit de stellis 8 sphæræ. Quanto autem tertio Arist. li. 2 cœli t. 92. & 12. Metaph t. 29. Quæ habēt materiam, sint plura eiusdē speciei: cœlū tamē, quia constat ex tota sua materia, est vnum tantū in qualibet specie, & pertum qlibet Planetarū, & cœlū dicit multiplicabile p formā non per materiam, vt sit ideū Doctor 8. Met. in fine q 2. Tantenus sit itelligo nō esse eiusdem speciei plures, sed esse eiusdē naturæ cū ordinibus secūdum speciē subalternis. Aliter autē. lib. de cœlo Com 49. & 59. sit corpora cœlestū esse idē numero eiusdē speciei. Vide Iand. lib. 2. cœli q. 14.

* Homo cur reparatus, nō Angelus.

* Mors hominis, & Angelo casus, quid.

hoc est angelis casus. Quamdiu ergo homò viuit, A
potest mereri, & demereri, & pœnitentiam agere. Non autem possunt hoc Angeli post casum; sicut nec homines post mortem. Vel possumus dicere, vt communiter respondetur, quòd tota natura humana, licèt sit eiusdem speciei, ad eandē tamen gloriā ordinatur, sicut & tota natura Angelica, licèt non sit eiusdem speciei. ad eandē. n. gloriam ordinantur homines, & angeli. assumentur enim homines ad ordines Angelorum: quare tota natura humana condiuiditur contra naturam Angelicam per comparationē ad gloriā. & quia tota natura humana à gloria ceciderat, non autem tota natura Angelica: ideo dicitur hæc ruina fuisse repatrabilis, & non illa. Verba ergo Aug. non sunt referenda ad totalitatem respectu eiusdem naturæ, sed ad totalitatem respectu B
eiusdem gloriæ.

Animæ humanæ eiusdē speciei, nō Angeli.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de animalibus, & de angelis, quia animæ nostræ tenent infimum gradum in genere substantiarum separatarum. & quia tenent infimum gradum: tenent eundem gradum. Nam quod dicitur per superabundantiam, vni soli conuenit: sed angeli non tenent infimum gradum, nec tenent eundē gradum, propter quod non oportet omnes angelos esse eiusdem speciei, sicut omnes animæ.

Ad tertium dicendum, quòd vbi est vna perfectio secundum speciem: si illa perfectio sit naturalis, vel si sit sequens formam, illa sunt eiusdē speciei. sed si illa perfectio non est naturalis, vel non est sequens naturam formæ, non oportet illa esse eiusdem speciei. Nam potest contingere, C
q vnus, & idem sit corruptibilis per naturam, & incorruptibilis per gratiam, quàmuis corruptibile, & incorruptibile per naturam differant genere. propter quod corruptibile, quod differt genere ab incorruptibili, potest habere eandē perfectionem, vt incorruptibilitatē. quia ergo sic est: per eas perfectiones, quæ sunt gratiæ: non debet argui nec identitas, nec diuersitas speciei, cum differens genere possit habere per gratiam eandē perfectionem, quam habet alius per naturam: sicut etiam in his, quæ sequuntur non naturam formæ, sed naturam materiæ, non possumus arguere identitatem, vel diuersitatem specificam. vt si eadem albedo secundū speciem est in equo, & in pariete, non est paries, & equus eiusdem speciei. propter quod magis apparet esse verum, D
quod dicimus. nam mereri, & demereri non est naturæ, sed liberi arbitrij: prout ergo ad idem conuertunt se Angeli, & homines: poterunt esse pares in præmio, vel in pœna. Talia ergo non se habent, sicut sequentia naturam huius formę, vel illius, sed sicut sequentia liberalitatem Dei, & actionem suppositi. propter quod ex hoc arguere non possumus identitatem formalem, seu specificam.

Ad quartum dicendum, quòd perfectio vniuersi, & diffusio diuinæ bonitatis potissimè attendenda est in ordine essentiali, & per se: vbi magis apparet huiusmodi pfectio, & huiusmodi diffusio. & quia talis ordo essentialiter, & per se potissimè relucet in differentibus secūdum speciem; ideo in genere angelorum, qui sunt nobilissima pars vniuersi, solū huiusmodi diuersitas hēi esse.

Ad quintum dicendum, q quantūcunq; sint angeli diuersarum specierū: ex quo possunt sibi mutuo suos reuelare conceptus, est inter eos societas, & magna iocunditas. Nam & si homo haberet socium angelum, & posset ipsum essentialiter intueri, & sibi inuicē suos reuelare cōceptus: multum gauderet de societate eius: fortè nō minus, quàm de societate alterius hominis. Vel possumus dicere, q in vno homine secundum ea, quæ videmus in hoc naturæ cursu: non potest esse perfecta operatio. propter quod dixit Dominus: Non est bonum hominem esse solum. Ideo Gen. 2.
gaudet homo de consortio eiusdē speciei, sed in angelo nō ponimus operationū istā imperfectā, quę possit perfici per consortium eiusdē speciei: immo magis perficitur operatio angelorum per consortium alterius speciei, vt per consortium superioris angeli, qui potest ipsum purgare, illuminare, & perficere. & quia sic sociati sunt, quòd possunt se inuicem sic perficere; multum est iocunda illa societas.

Ad sextum dicendum, quòd cum loquimur de maxima propinquitate ad Deum, non loquimur de natura omnium Angelorum, sed de natura vnius solius Angeli, vt de natura supremi Angeli, qui secundum naturam in ordine creaturarum est propinquissimus: quare si sic volumus accipere propinquitatem ad Deum, tunc supremus Angelus habebit huiusmodi propinquitatem, & ille habebit minimā differentiā. quia in illo Angelo nec est differentia secūdum speciē, nec secundum numerum. Tota ergo natura Angelorum non est propinqua tanquàm vna natura specifica, sed tanquam vna natura secundum genus. Et ibi sunt tot gradus in propinquitate ad Deum, quot sunt ipsi angeli, quia non sunt duo angeli eqùè deiformes.

ARTIC. IIII.

An Angeli omnes sint eiusdem generis. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 50. art. 2. ad 1. arg. Item lib. 2. contra Gent. c. 95. Et 2. sent. Scr. 2. d. 3. q. 1. art. 5. Alex. de Ales 2. p. q. 19. 20. Sco. in quol. q. 2. Dur. d. 3. q. 3. & alij in locis præcitatis.



VLTERIO quæritur de distinctione Angelorum per comparationem ad genus: vtrum omnes angeli sint eiusdē generis. Et videt, q nō. Nā intellectus facit vniuersalitatē in reb⁹, vt vult Cōmentator in 1. de aīa, & maximè hoc facit in vniuersalitate gnis, vt inuit Themist⁹ sup eodē 1. de Com. 8.
Aegid. super 2. Sent. V 3 anima,

anima,& maximè vbi vult, ꝙ genus non sit forma vus,sed cõceptoa eius p negotiationẽ intellectus sumptus ex tenui singularium similitudine. Cum ergo circa angelos,qui sunt per se intelligibiles,nihil faciat intellectus ; non videtur, ꝙ in eis possit accipi voua voluersalis cõceptus. Non ergo accipietur in eis vnus cõceptus generis, & per consequens non erunt in vno genere.

Præterea: quæcunque sunt in vno genere; ab eis potest abstrahi illud vnum genus. sed ab abstracto non est abstractio:angeli autem sunt substantiæ separatæ,& abstractæ : ergo &c.

T. cap. Præterea genus sumitur à materia,& differentia,à forma. Vnde & 10 5. Metaph. vult Philosophus, ꝙ voitas generis sit quasi vnitas materiæ, in angelis autem non est materia: ergo &c.

Præterea genus ꝓdicatur vniuocè : ergo ꝓdicat̃ æqualiter de suis speciebus,sed ipsa essentialia angelorũ nõ sunt æqualis,vt tãgit Magister in litera, ergo angeli nõ cõueniunt in eodẽ gẽere.

In contrarivm est, quia omnes substantiæ conueniunt in eodem genere : ergo multo magis & omnes angeli.

Præterea, differentia addita generi constituit speciem: incorporeum ergo additum substantiæ, constituit speciem. omnes ergo angeli cum sint substãtiæ incorporeæ ,erunt in eadem specie, sed illa species non potest esse specialissima,ergo erit species subalterna. sed species subalterna habet rationem generis,ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli non sunt eiusdem generis,si ratio generis ex ipsa transmutatione materiæ capiatur : sed si ex perfectione materiæ sumatur, eos eiusdem generis esse non dubitamus.

Respondeo dicendum, quòd ex potẽtialitate, & ex materialitate, oportet sumere rationem generis. habet ergo genus ratiooem materiæ. quia sicut materia quanto magis cõsiderat̃ indistincta,tanto consideratur,vt imperfectior . quanto magis distincta, tanto perfectior. Sic formæ consideratæ sub esse generali, considerantur sub esse imperfecto.& inde est, quòd secundum differentiam, quæ sumitur ab actu, & perfectione, dicitur abundare species à genere, quia est perfectior ipso genere. Ratio ergo generis, vel sumetur per comparationem ad ipsam materiam, vel per quandam similitudinem ad materiam. Tripliciter ergo dicetur forma habere rationem generis, vel quia tardius remouetur à materia, vel quia prios perficit materiam, vel quia habet quandam similitudinem cum materia. Dicemus enim, quòd omnibus istis tribus modis sumitur ratio generis in istis inferioribus, duobus autem modis sumetur ratio generis in supercœlestibus corporibus. Vno autem modo sumetur ratio generis in ipsis angelis. Sumitus autem ratio generis in istis inferioribus, prout materia nunc abijcit hanc formam,nunc illam. & abijciendo voam , recipit aliam. Secundo potest sumi ratio generis in istis inferioribus,nõ secundum, ꝙ forma vna abijcitur à materia,& alia recipitur,sed solum secundũ, ꝙ materia perficitur. Tertio modo potest ibi sumi ratio generis,nec per abiectionem à materia,nec p perfectionem materiæ, sed solum prout natora istorum inferiorum potest sic accipi , ꝙ habet quandam similitudinẽ materiæ. Propter primũ sciendum , quòd vt tradit Comment . in Metaph. materia prius recipit formas magis vniuersales,& postea minus vniuersales , vsque ad iodiuiduales. Forma ergo generis tanquàm magis vniuersalis , prius intelligitur recipi in materia,quàm forma speciei,i quæ est minus vniuersalis. Et quia priora in compositione sunt posteriora in resolutione;sicut prius intelligitur materia indui forma magis vniuersali, ita posterius intelligit̃ expoiari tali forma. Formæ ergo magis vniuersaliter sumptę,sunt magis potentiales, quia magis materiales. magis autem materiales sunt,quia plus se miscent cum materia. Nam primo materiæ aduenunt , & posterius receduut, non ꝙ sit alia res forma magis vniuersalis,& minus,sed est vna,& eadem res aliter,& aliter accepta,secũdum quam aliam , & aliam acceptionẽ, sub esse magis vniuersali magis ioaterialis est.qa sic sumpta intelligitur prius ioaterię aduenire, & posterius recedere , sub esse minus vniuersali est minus materialis,quia minus adhæret materiæ. Nam sic accepta posterius in materia recipitur,& primo tollitur, sic ergo sumetus ratio generis,vt forma sub esse magis materiali, quantũ ad abiectionem,& receptionem , non excludẽs ipsam materiam , sed includens.forma ergo sub esse minus materiali,& minus vniuersali , faciet speciem.vt si prius recipitur in materia forma animalis,quàm forma leonis, forma animalis nõ vt excludit materiam, & vt excludit corpus , sed vt includit materiam,& corpus , & vt facit animal,habebit rationem generis.eadem autem forma,vt est Leonis,& sub esse speciali , & vt includit materiam,& corpus, cum qua facit Leonem, habet rationem speciei. Alio modo potest sumi ratio generis in istis inferioribus , non per abiectionem vnius formæ , & receptionem alterius, sed per perfectionem ipsius materiæ. Nam si nũquàm materia transmutaretur de forma in formam , & nunquàm vnam formam abijceret , & aliam reciperet, intelligeretur tamen prius perfici per formam magis vniuersalem , quàm per minus vniuersalem. Nam Solis materia prius perficit̃ forma, vt est magis vniuersalis , & vt est forma corporis,quàm, vt est magis specialis, & vt est forma talis corporis. Dato ergo,quòd nõ esset transmutatio materiæ secundum formã , adhuc formæ sub rõne,qua magis vniuersales,essẽt magis materiales,nõ qa prius materiæ aduenirẽt,& vltimo recederent, sed quia primo materiã perficerent. Vtroq; ergo modo potest accipi maior materialitas in formis,& ex trãsmutatione materię,& ex eius perfectione.& sicut vtroq; mõ põt sumi materialitas maior in formis,sic vtroq; mõ

Generis ratio triplex i his inferioribus.

1. Metaph. com. 17.

potenit

poterit in ipſis ſumi ratio generis. Nã ratio gẽ- A
ris eſt quaſi ad ſimilitudinẽ materiæ. Eandẽ enim
rem dicit genus, & ſpecies. ſed genus dicit rem il-
lam ſub modo magis materiali: ſpecies verò ſub
modo magis formali. & quia forma vniuerſalior
eſt materialior, ideo ſic ſumpta pertinet ad ge-
nus. Minus autem vniuerſaliter ſumpta poteſt
pertinere ad ſpeciem.

Tertiomodo poterit ſumi ratio generis etiam
in iſtis inferioribus: non ex tranſmutatione mate
riæ: nec ex perfectione, ſed ex quadam ſimilitudi
ne materiæ. Res enim iſtæ inferiores ſi conſiderẽ
tur ſub eſſe vniuerſali; licèt ſint magis materiales
ſecundum, ꝙ materia tranſmotatur de forma in
formam: & ſecundum quod perficitur per for-
mam, ſunt tamen othilominus tertio, & ſic acce
ptæ magis materiales, quia habent quandam ſi- B
militudinem ad materiam. Diximus enim ſupra,
9 s. d. 3. io q. de Angelis, vtrum ſint compoſiti ex genere,
& differentia, quòd ſecus eſt de perfectionibus
Dei, & creaturæ. Nam perfectio Dei quanto ma-
gis generaliter ſumitur: tanto magis itur in pela-
gus perfectionis. Vnde eſſe Dei eſt quoddam pela
gus habens omnem perfectionis ratiooem; ſump-
tæ autem ſpecialiter diuinæ perfectiones, noo
ſunt niſi quædam expreſſiones illius Pelagi infi-
niti. Propter quod io Deo nullo modo poteſt ſu-
mi ratio generis, quia pfectio ibi ſumpta vniuer-
ſaliter non ſumitur modo potentiali, & modo
imperfecto, ſed magis ſic ſumpta eſt quoddam pe
lagus perfectionis.

In omnibus autem creaturis: quia ibi natura
non eſt ſuum eſſe, uon accipitur tota perfectio na
turæ ex ipſa natora: ſed ex eo, qđ additur naturæ, C
ideo conſiderata in talibus natora per ſe, conſide
ratur vt imperfecta: conſiderata cum aliquo ad-
dito; vt cum eſſe, cõſideratur vt perfecta: & ſicut
eſt quantum ad ea, quæ dicunt realem additio-
nem, quia additio facit ad perfectionem realem:
ſic eſt quantum ad ea, quæ dicunt additionem
ſecundum rationem. quia ſemper additio facit
ad perfectionem. & quia ſpecialia ſe habent per
additionem ad vniuerſalia, res conſideratæ ſub
eſſe vniuerſali dicuntur conſiderari, vt imperfe-
ctæ: ſub eſſe autem ſpeciali, vt perfectæ: ibi ergo
incipit infirmitas creaturæ, quia ſua natura non
eſt ſuum eſſe, quia non eſt ſeipſa perfecta, ſed per
ficitur per aliquid additum: ꝓpter quod ſem-
per additiones eo modo, quo ſunt additiones, di D
cũtur ad perfectionem facere. vt ſi ſunt additio-
nes ſecundum rem, dicentur facere ad perfectio-
nem ſecundum rem: quæ verò ſunt additio-
nes ſecundum rationem, dicentur facere ad per-
fectionem ſecundum modum intelligendi. pro-
pter quod benedictum eſt, quod ait Auic. in Me
Quod hẽt aliud eſſe à quiditate eſt in gene re. taph. ſua, quòd omne quod habet aliud eſſe à
quiditate, oportet ꝙ ſit in genere. nam ex tali di-
uerſitate conſequitur res, ꝙ habeat perfici per ad
ditionem, & ꝙ ſumpta ſub eſſe vniuerſali ſe ha-
beat magis vt imperfecta, & magis in potentia,
quod pertinet ad rationem generis. ſub eſſe autẽ
magis ſpeciali, eo ꝙ ſe habeat per additionem ad
illud: ſe habeat magis, vt perfecta: & vt magis
in actu, & ſub ratione ſpeciei. Si ergo in iſtis inte-
rioribus nunquam conſideremus naturam eorũ
eſſe compoſitam ex materia, & forma: & nunquã
conſideraremus formas eorum eſſe magis mate-
riales, quantum ad tranſmutationem, nec quan-
tum ad perfectionem. Adhuc tamen ſumptæ
ſub eſſe vniuerſali, haberent quandam ſimilitu-
dinem cum materia. quia, vt dicemus, ſicut ma-
teria quantò magis conſideratur, vt indiſtin-
cta: ſic magis conſideratur ſecundum ſe, quia
in ſondamento naturæ nihil eſt diſtinctum, t di-
citur in 1. Meta. & per conſequens ſic conſidera- Text. c. 17 & 7. meta. t.
tur magis, vt imperfecta, & in potentia: quia eſ-
ſentiale eſt materiæ eſſe io potentia: vrdicitur in
de ſubſtantia orbis: quanto verò magis conſide-
ratur diſtincta per formam, magis accipitur vt-pfecta, & vt in actu: ſic res creatæ etiam inferiores
vniuerſaliter ſumptæ, habent quandam ſimilitu-
dinem cum materia. quia ſic accipiuntur, vt ma-
gis confuſæ, & vt magis imperfectæ, & in poten-
tia. Bene ergo dictum eſt, ꝙ tribus modis in iſtis
inferioribus poteſt ſumi ratio generis, videlicet
ex tranſmutatione materiæ, & ex perfectione, &
ex ſimilitudine. In ſupercœleſtibus verò non po- Generis ratio i ſupercœleſtibus.
terit ſumi ratio generis ex tranſmutatione mate-
riæ: vt dicamus formam ibi magis vniuerſaliter
ſumptam habere rationem generis: & habere ra-
tionem potentialitatis. quia materia tranſmuta-
ta ptimus huiuſmodi formam recipit; & poſte-
rius abijcit: ſed ſumemus ibi rationem generis ex
perfectione materiæ, & ex ſimilitudine. Ex per fe-
ctione quidem, quia forma ibi magis vniuerſa-
lis, habet rationem generis, quia eſt magis ma-
terialis, & ptius materiam perficit. Sumemus etiã
ibi rationem generis ex ſimilitudine materiæ. nã
etiam illa corpora magis vniuerſaliter conſidera
ta, dicuntur ex hoc habere ſubſtantiam ſimilem
eum materia, quia ſic accepta ſumũtur, vt magis
confuſa, & vt magis impetfecta, & in potentia.
In Angelis verò, vbi nnn eſt materia, nõ ſumetur
ratio generis, nec ex tranſmutatione, nec ex per-
fectinne materię, ſed ex ſimilitudine ad materiã.
nam & ipſi Angeli cum perficiantor per aliquid
additum, ſi conſiderentur ſub eſſe magis voiuer-
ſali, eo quòd ſemper ſpecialia ſe habent per addi-
tionem ad vniuerſalia, conſiderabnntur ſub mo-
do imperfecto, & confuſo. ſub eſſe ſpeciali autem
conſiderabũtur ſub eſſe magis perfecto, & diſtin-
cto. In materia ergo indiſtinctio facit ad imperfe
ctionem, ſic etiam & in ipſis formis: & inde eſt,
ꝙ vnitas generis, quæ eſt per modum cuiuſdã in-
diſtinctionis, eſt ad ſimilitudinem materiæ.

In Deo vero ſi perfectiones ſpeciales, quę ſignt
ficant per modum diſtinctum, reducantur in v-
num aliquid cõmune, ſicut viuere, & ſapere re-
ducantur in eſſe, ſic facicndo, vt dicebamus: non
ihimus ad imperfectionem, ſed magis tendemus
in Pelagus perfectionis. nam Deus nnn intelligit
perfici per aliquid, ſibi additum, ſed ipſe eſt ſua
perfectio: ſignificatiua ergo per modum additio-
nis, noo ſignificant ibi per modum mainis per-
fectionis.

fectionis. Poterit ergo in Angelis sumi ratio generis modo, quo dictum est, quia vbicunque potest sumi rō alicuius generis vnius, illa vntuntur in genere. cum in angelis possit sumi ratio vnius generis, quia omnes sunt quædam substantiæ incorpore, ideo vninntur in genere.

Generis ratio quæ nō sit in supercœlestibus, & inferioribus.

Declaratum est ergo, quomodo in istis inferioribus potest sumi ratio generis tripliciter: in supercœlestibus dupliciter in angelis vno mō. Si ergo accipiatur ratio generis ex ipsa trāsmutatione materiæ, sic ergo non sunt in eodem genere, nisi solum ista inferiora. Si vero accipiatur ratio generis ex perfectione materiæ, vt ex hoc sumat rō gñis: pront forma prima perficit meteriam, sic sunt aliquo modo in eodem genere supercœlestia, & ista inferiora. Quia vtrobique hoc reperitur commone, ꝙ forma sub esse magis vniuersali, prius materiam perficit, quàm subesse minus vniuersali. sed si accipiatur tertio modo ratio generis, pront hēt similitudinē cū materia, vt quia sub esse indistincto, & cōfuso habet magis rationem imperfecti, & est magis in potentia. Quod etiam competit ipsi materiæ, sic omnes substātiæ creatæ sunt in eodē genere, quia omnibus est hoc commune, quòd habent perfici per additionem, & ꝙ sub esse communi & confuso sunt imperfectæ. Sub esse vero speciali, quod se habet per additionem ad esse commune, considerant, vt magis perfectæ. Ex hoc autem apparere pōt, qūo verificātur dicta Sapientum, dicentium, ꝙ corruptibile, & incorruptibile differunt genere, vt habetur in 10. Meta. & etiam apparet, quomodo verificantur dicta aliorum, ꝙ quæ sunt in istis inferioribus, & supercœlestibus, sunt æquinocè, vt dicitur in de Substātia orbis, cum in istis idem dicant, ꝙ substantia non facit nisi vnum genus, & vnum prædicamentum. Nam, vt patuit, sic potest sumi genus, ꝙ corporeum, & incorporeum, non erunt in eodem genere: & corruptibile, & incorruptibile differūt genere, & sic sumi potest, quòd omnes substantiæ creatæ non facient nisi vnum genus. Distinximus ergo triplicem acceptionem generis ex transmutatione materiæ: ex pfectione; & ex similitudine, per quam distinctionem apparere potest, qūo aliqua sunt in eodem genere, & quomodo non, & quomodo aliqua esse in genere, conuiocitur modis pluribus, aliqua vero paucioribus.

Cap 9. t. c. 36.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, ꝙ intellectus nihil facit ad hoc, ꝙ angeli sint intelligibiles. Sunt enim formę per se abstractæ, & per se intelligibiles. Potest tamen facere intellectus, ꝙ in eis accipiatur rō vniuersalitatis. Nā illæ substantiæ, & si ſm esse, quod habent, sint intelligibiles; non tamen sunt vniuersales, & nihil per se existens est cōe, & vniuersale, quia nihil tale ſm ꝙ huiusmodi potest de pluribus prædicari. oportet ergo ꝙ hoc fiat pront intellectus negociatur in

3 de anima Com. 5. entibus vt verum sit dictum Commen. ꝙ intellectus facit vniuersalitatem in rebus.

Ad secundum dicendum, ꝙ ab abstracto non est abstractio, prout est abstractum; sed nō est inconueniēs, ꝙ ab vna abstractione fiat alia abstractio, & quòd possumus abstrahere quiditatem à quiditate: & hoc modo deuenire in simpliciorē quiditatem. Nam postquam abstraximus quiditatem speciei ab indiuiduis: adhuc possumus abstrahere quiditatem generis à speciebus, & à minus abstracto fit maior abstractio. Non ergo fiet abstractio ab abstracto vt est abstractū, sed vt deficit ab abstractione, & vt est minus abstractū. Sic & in proposito, si intellectu essentiali intelligeremus ipsos Angelos, adhuc possemus eos considerare, vt conuenirent in genere, & vt differunt in specie: ſm quem modum de ipsis, qui sunt abstracti à materia, haberemus vnū cōem cōceptū. nec est incōueniens etiam de ipsis abstractis vnū cōem cōceptū formare. Vel possumus dicere, ꝙ qa non intelligimus angelos intellectu essentiali sic, ꝙ intelligamus quiditatem, & essentiam eorum, sed per hæc sensibilia manuducimur in cognitionem eorum. ideo informando nobis vnū conceptum generis de ipsis, non dicemus abstrahere aliquid ab ipsis, nec operari aliquid circa ipsos, sed solum à sensibilibus, & circa sensibilia. sed si intelligeremus angelos intellectu essentiali, adhuc non abstraheremus ab eis aliquid, formaremus tamen nobis vnum conceptum de ipsis per species, quas hēmus in nobis à Deo infusas.

Ad tertium dicendum, ꝙ, vt patuit, genus sumitur a materia, quia habet quandam similitudinem cum materia. Potest tamen sumi ratio generis etiam in his, vbi nō habet esse materia, vt est per babita declaratum.

Ad quartū dicendū, ꝙ vera vniocatio non est nisi in specie specialissima, vt in 7. Phyſi. declarari hēt, erunt ergo angeli vnius generis, licet in essentialibus se excedant: immo si non excederent se in essentialibus, non solum essent eiusdem generis, sed etiam eiusdem speciei.

T. c. 30. 31. 32.

ARTIC. V.

An Angeli differant specie ab anima humana. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 75. art. 7. Isē 2. sent. d. 3. q. 1. art. 6. Item lib. 2. contra Gent. c. 94. Alex. de Alēs q. 20. art. 3. Land. d. 3. q. 3. Alber. de 4. Coæuis q. 5. art. 25. Sco. d. 1. q. 6. Biel. d. 1. q. 4.

QVINTÒ qnæritur de differentia, quam habet Angelus ad animam. Vtrum differat specie ab illa. Et videtur, ꝙ non. nam, quæ habent voam, & eandem operationem: habent vnam, & eandem materiam, & sunt idem specie. sed Angelus, & anima habent vnam, & eandem operationem, vt intelligere: ergo habent vnam, & eandem substantiam, & sunt idem specie.

2. Cœli. Com. 72.

Præterea magis, & minus non diuersificant speciem

ſpeciem. ſi differẽtia eſt, ergo inter intelligere angeli, & animæ, hoc eſt, quia angelus intelligit per ſectins, quàm anima, eadem ergo erit ſecundum ſpeciem operatio hic, & ibi. & quia eadem operatio ſecundum ſpeciem indicat eandem naturã ſpecie: ergo &c.

Præterea quorum eſt idem finis ſecundum ſpeciẽ, illa ſunt eadem ſpecie. ſed angeli, & animę nõ ſolũ eſt idem finis ſecundum ſpeciem, ſed etiam ſecundum numerum, vt ipſe Deus: ergo &c.

Præterea ſi Angelus, & anima differrent ſpecie, eſſet angelus medius inter Deum & animam. ſed ſecundum Sãctos nihil eſt medium inter animam, & Deum, vt habetur in li. de bona fortuna. nihil eſt ratione melius niſi Deus. inter Deum ergo, & animam rationalem nihil eſt medium: ergo &c.

INCONTRARIVM eſt, quia plus differt Angelus ab anima, quàm ab angelo. ſed angelus eum Angelo non eſt eiuſdem ſpeciei: ergo nec cum anima.

Præterea eſſe vnum ſpecie, & plura numero, eſt per materiam: Angelus, & anima carent materia: ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli, & Anima ſpecie differunt. Illi enim minus potentialitatis, & plus actualitatis habent, quàm hæc, quæ in ſpiritualibus infimum ſortitur gradum. Hinc egrediuntur alia differentiæ. Angelus enim intellectualis, Anima verò rationalis. Hæc magis vertibilis, quàm ille. hæc vnibiliter habet eſſe in corpore; ille non item. Angelus enim per virtutem interpretatiuam, nutibuſue intellectualibus loquitur: Anima autem vocum expreſſione. Hac habet virtutes organicas, & per ſuperiora, & inferiora perficitur: ille vero per ſuperiora tantum, ac nullam organicam admittit virtutem.

Angeli, & animæ differẽtia quin cuplex, ſed plures differentias Angelorum vide in libro, qui inſcribitur: Corona aurea.

RESPONDEO dicendum: quòd aſſignantur. 5. modis differentia inter angelum, & animã: quibus arguitur, Angelum, & animam differre ſpecie.

Prima differentia eſt per eſſe vnibile, & non vnibile. nam eo ipſo, vt dicũr, ꝙ anima eſt quid vnibile, & non Angelus, differt ab ea ſpecie. Sed hoc non videtur ſufficere. nam cum anima ſecundum eſſe non dependeat à corpore: quia non eſt educta de potentia corporis: pronr anima ſecundum ſe eſt aliquo modo in genere: prius intelligitur eſſe quædam eſſentia, & poſtea intelligitur, ꝙ ei competat, quod ſit quid vnibile corpori. Dicemus autem, quòd aliquæ formę ita ſunt in genere, vt principium, ꝙ nullo modo ſunt directè in genere, vt formæ materiales ednctæ de potentia materiæ dependentes à materia ſecundum eſſe: aliquæ vero formæ ſunt per ſe, & directè in genere, vt formæ ſeparatæ, ſicut ſunt angeli: animæ verò quia & materiales ſunt inquantum ſunt perfectio materię, & immateriales ſunt inquantum nõ ſunt eductæ de potentia materiæ; participant aliquid de vtroque, & ſunt aliquo modo formæ, & hoc aliquid. ptopter quod ſunt aliquo modo in genere vt principium, prout ſunt formæ: & aliqno modo ſunt in genere directè, prout ſunt aliqno modo hoc aliquid. Vtrumqne ergo dicemus de anima. nam vt eſt in genere, vt principium, prius intelligitnr vnita corpori, quàm intelligantur, vt aliqnid ſecnndum ſe. quia non eſt in genere, vt principium, niſi vt eſt forma corporis, vel vt eſt vnibilia corpori. prout vero eſt aliquo modo hoc aliquid, & eſt aliquo modo ſecundum ſe in genere, prius intelligetur, ꝙ ſit aliquid ſecundum ſe: & poſtea intelligetur, quòd ſit qnid vnibile corpori. & quia ſic quærit qnæſtio: Vtrũ anima, vt conſideratur aliquid ſecũdnm ſe, ſit idem ſpecie cũ Angelo. Ideo aſſignare huiuſmodi differentiam ex vnibilitate, non videtnr ſufficere. Si n. anima nullo modo eſſet per ſe in genere: nulla videretur eſſe qnæſtio: Vtrum angelus, & anima eſſent idem ſpecie: cum anima nullo modo faceret ſpeciem. oportet ergo, ꝙ quærat quęſtio eo modo, quo anima magis videtur facere ſpeciem. Hoc autem eſt pront conſideratur ſecundum ſe, non autem, vt eſt vnibilis corpori.

Propter hoc dicitnr aliter: qnod Angelus, & anima differnnt ſpecie, qnia angelus eſt naturæ intellectualis. anima vero rationalis, vt videtur ſentire Diony. 6. de di. no. Sed cum intelligere, & ratiocinari ſint quædam accidentia, & differentia ſecuudnm ſpeciem, non ſumatur ex accidẽtie, ſed à ſubſtantia; non videtnr ſufficere hoc modo aſſignare differentiam ſecundnm ſpeciem inter animam, & Angelum.

Propter hoc eſt tertius modus dicendi: qnòd differt angelus ab anima, qnia angelus non perficitur niſi per ſuperiora, vt per Deum, & ſuperiores Angelos. ſed anima perficitur vtroque modo, & per ſuperiora, & inferiora: per ſuperiora quidẽ quia Deus, & Angeli poſſnnt nobis aliqna reuelare: per inferiora nero, qnia intellectus noſter immutatur à phantaſmatibus. Perficitur ergo anima per iſta inferiora, prout per eorum phantaſmata fiunt nobis ſimilitudines in intellectn. Sed nec hic modus dicendi ſufficit. nam qnòd anima perficiatur non ſolùm à ſuperioribus, ſed ab inferioribus, hoc eſt ratione corporis. nam anima ſeparata non accipit cognitionem à rebus, & non perficitur per inferiora. aſſignare ergo differentiam inter Angelum, & animam hoc modo eſt idem, qnod aſſignare per vnibile, & non vnibile.

Propter hoc eſt & qnartus modus dicendi, ꝙ differant Angelus, & anima per mutari, nel per conuertere ſe inuertibiliter, & non inuertibiliter. Nam angeli ad quod ſe conuertunt, inuertibiliter ſe conuertunt, anima autem poſtquam ſe eõ uertit ad malum, adhuc poteſt pœnitentiam agere de commiſſo. Sed nec hæc differentia ſufficit. nam totum hoc contingit ex parte corporis. quã diu enim eſt anima unita corpori, poteſt ſic ſe nertere: poſt autem ſeparationem à corpore, inuertibilitatem habet, & ad bonum, & ad malum.

Eſt

Est aũt & q̃rus modus dicendi: q̃ differunt angelus, & anima quantũ ad virtutem interpretatiuã, quia angelus interpretatur, & loquitur mentem suam alijs quibusdam nutibus, & signis intellectualibus. Homo autem hoc agit cum quadam vocum expressione.

Secundum autẽ hmõi differẽtias posset addi, & sextus, & septimus mõ differẽtiæ: vt dicamus, q̃ angelus, & anima differunt quantum ad multitudinẽ potentiarum, sequentium eorum naturam. Nam quędam animæ sunt, non habentes virtutes nisi organicas, vt animę brutorũ: quędam autem sunt formæ nullas habentes virtutes organicas, vt intelligentiæ. sunt autem quidam spiritus medij, vt animæ humanæ habentes vtrũq; genus potẽtiarũ. Loquendo ergo large de spiritu, ſm q̃ animæ brutorum dicũtur spiritus: spiritus hominis differt tam à spiritu angelico, q̃ a spirim brutorum, per habere potentias organicas, & non organicas. Sic etiam & septima dſia esse posset, vt dicamus differre angelum ab anima non solum ex multitudine potentiarũ, vt qa habet plures potentias anima, quàm angelus; sed etiam quantum ad dignitatem ipsarum potẽtiarum. Nam quasi æquiuocè sunt potẽtiæ hic, & ibi, vt æquiuocè est liberum arbitrium in angelo, & in aia: vt tradit Dama. libr. 3. c. 14. vbi ait, q̃ aliter est liberum arbitrium in Deo, & in angelis, & in hominibus. nam in Deo est super substantiale: in angelo est secundum concurrentiam, qa statim cũ fuit, vti potuit libero arbitrio, ita q̃ ſm quandam concurrentiam liberum arbitrium. i. vsus liberi arbitrij se habuit ad angelum. In homine vero secundum differentiam temporis. Nam nun statim, cum homo est, potest libero arbitrio vti. Sed tales differẽtias assignare, est ire per accidens. & est nou attingere id, quod facit differentiam speciei.

Dicemus ergo, q̃, vt supra diximus, & vt vult Com. in 3. de anima, nulla forma est liberata ab omni possibilitate, nisi forma prima. in omnibus alijs formis etiam in ipsis intelligentijs est quædam potentialitas admixta. Assignabimus ergo differentiam secundum speciem inter formas, sicut assignamus differentiam inter numeros. nam & formæ sunt sicut numeri. Dicemus ergo, q̃ sola vnitas est indiuisibilis, omnis autem numerus est diuisibilis, nec sunt ✻ duo numeri differẽtes spẽ, habentes æquales partes. i. æquales vnitates, & p consequens non sunt duo tales numeri æqualiter ab vnitate distantes. Dupliciter ergo assignabimus differentiã inter numeros, vel p nõ æqualiter distare ab vnitate, vel per non æquales vnitates habere, & non esse in vnitates æquales diuisibiles, & quod dicimus de diuisibilitate, & indiuisibilitate quo ad vnitatem & numeros: dici debet de actualitate, & potentialitate, quo ad Deum, & alia entia. Nam solus Deus est actus purus, in omnibus alijs est aliqua potentialitas admixta. Erit ergo differẽtia inter entia, vel per plus habere de actualitate, vel potentialitate, vel per magis, & minus distare ab ente primo, ita quòd non sunt duo entia specie differentia secundum ordinem perfectionis æqualiter distantia a Deo, nec sunt duo talia entia æqualiter se habentia ad potentialitatem, & actualitatem. Inter ipsa enim entia materialia est vnum formalius altero, & plus de actualitate participans. Et inter ipsa entia immaterialia est vnum potentialius alio, & plus habẽs de potentialitate admixta. Angelus ergo, & anima habẽt ordinem essentialem adinuicem ex eo, q̃ aĩa secundum suam essentiam minus participat de actualitate, quàm angelus, immo sic notabiliter minus de actualitate participat, vt possit esse forma corporis, quod non esset, nisi teneret infimum gradum in genere substantiarum separatarum. tenete autem sic infimum gradum, & habere ordinem essentialem, sine differentia specifica esse non potest.

Est enim diligenter notandum, quòd quando sic mutatur notabiliter gradus, non solum facit differentiam in specie, sed etiam in genere. Nulli enim sunt duo angeli æquè simplices, & æqualiter distantes a Deo, & æquo modo se habentes ad actum. sed tamen quando tanta est diuersitas in formis, q̃ non solum vna est simplicior alia, sed quòd sic notabiliter vna excedit aliam, quòd vna est perfectio materiæ, & non alia. Vel quòd vna dependet secundum esse a materia, & non alia, vel quòd vna educitur de potentia materiæ, & non alia, vel quòd vna complet totum appetitum materię, & non alia, semper tales differentiæ faciunt differentiam in genere, & si non in genere remoto, saltem in genere propinquo. Dato enim, q̃ nihil esset de corpore cœlesti nisi sol, diceremus, quòd sol differret genere ab alijs rebus, vt ab angelo, & ab anima, & ab istis rebus materialibus. Ab angelo quidem, & ab anima, quia nec angelus, nec anima habet materiam partem sui: vel ab anima differret, quia anima secundum esse non dependet à corpore, quòd perficit, sed forma Solis dependet a sua materia, cuius est perfecto. Ab istis autẽ inferioribus differret Sol & genere, tanquam incorruptibile à corruptibili. Sic & in proposito, licet oẽs aĩæ humanę non faciant nisi vnam speciem, genere tamẽ differt anima hominis à quolibet angelo, quia notabiliter tenet inferiorem gradum omnibus angelis. Est enim potentia pura in genere intelligibilium. sic etiam differt huiusmodi anima genere a qualibet anima brutorum, sicut in corruptibile à corruptibili: magis autem possumus cõcedere, quòd homo sit eiusdem generis cum bruto, q̃ q̃ anima hominis sit eiusdẽ generis cũ anima bruti, vt quia licet ipsa anima hominis secundum se sit incorruptibilis, siue indestructibilis, & non anima bruti; homo tamen est corruptibilis sicut, & brutũ, & quia non loquimur hic de anima hominis, vt est in genere solum, vt principiũ, sed vt est aliq̃d secundum se, dicemus, quòd hoc modo sumpta, differt genere a quolibet alio: non obstante, quòd omnes animę non faciant nisi vnam speciẽ. ✻ Differt ergo anima ab angelo specie, & genere, per hoc q̃ in essentia sua habet plus de potentialitate,

Angelus & als an differunt specie.

Vid Angeli & hominis lib. arb. distinctas.

Angeli, & animæ differentia specifica vndeumur.

* Duo numeri nõ differunt pẽ differentes habẽtes æquales vnitates, nec ab vnitate æqualiter distantes.

Differentia generica, & specifica vnde sumant.

Auer. 3. de anima com. 18. 19.

Anima differt ab Angelo specie & genere.

te,& minus de actualitate, & notabiliter facit alium gradum in entibus. Ex hac autem differentia sequuntur omnes aliæ differentiæ, per hoc enim habet anima, ꝙ sit vnibilis, & non angelus, quia infima in spiritibus coniunguntur corporibus. Ex hoc etiam patet, ꝙ intelligat discurrēdo, & ratiocinando, quia minus habet de actualitate,& minus participat de lumine intellectuali. Sic etiam ex hoc habet, quòd perficiatur ab inferioribus. Verū, quia est vnita corpori, oportet ꝙ perfectionem suam acquirat per corpus: & per consequens acquirit eam per hæc sensibilia. Ex hoc etiam est magis vertibilis anima, quàm angelus, quia non ita clarè cognoscit, quæ sunt cognoscenda, vt angelus. Ex hoc etiam, quia tenet sic infimum gradum secundum essentiam,& est vnita corpori, ad exprimendum suum conceptum vtitur corpore,& formatcorporalem vocem. Ex hoc etiam habet, ꝙ habeat virtutes organicas, & ꝙ non statim possit libero arbitrio vti: propter impedimentum corporis. Ex his ergo differentijs non est accipienda differentia essentialis, sed sequuntur talia ad differentiam essentialem.

Aduertendum tamen, ꝙ non omino sunt deridendi, assignantes differentiam specificam inter Angelum,& animam, per differentias assignatas. Quoniam non omino notæ sunt differentiæ substantiales, licet aliquando vti differentijs accidentalibus ad exprimendum differentias illas: sicut per esse pennatum,& non pennatum: vel esse bipedem, vel quadrupedem, assignamus differētias essentiales. Cum tamen figura membrorum quid accidens nominet, verumtamen istud accidens formam substantialem dat intelligere: quoniam membra Leonis, & membra Cetui non differunt, nisi quia animę differunt; vt dicit Comment. in 3. de anima. qui ergo non videret artem musicam,& carpentariam, quomodo sunt habitus essentialiter differentes, posset assignare differentiam inter eas per fistulam,& dulabram, quæ sunt organa dictarum artium. nam hæc organa non differunt, nisi quia artes differunt. Est tamen attendendum: ꝙ quantò propinquius itur ad substantialem formam, tanto melius assignatur specifica differentia. Inter omnes autem illas differētias propinquius vadit ad differentiam essentialē inter Angelum, & animam vnibile, & non vnibile. quia, vt dicebamus, differentia essentialis inter eos est, quia anima secundum essentiam tenet notabiliter inferiorem gradum in ordine entiū: quàm angelus. Ex hac autem inferioritate gradus habet esse anima vnibilis, angelus non vnibilis.

Prima ergo differentia est diuersitas gradus secundum essentiam. Ex qua habet esse vnibilitas. ex his autem duabus, vt ex inferioritate gradus secundum essentiam: & ex vnibilitate sequuntur omnes aliæ differentiæ superius assignatæ: & etiam sequuntur multæ aliæ, si quis circa hoc diligentiam vellet apponere.

Resp. ad arg. Ad primum dicendum; ꝙ intelligere animæ est valde differens ab intelligere ipsius Angeli. Propter quod sequitur, quòd Angelus, & anima notabiliter habent differentem gradum essentialem: cum notabiliter habeant differentem operationem.

Ad secundum dicendum, quòd intelligere angeli est perfectius, quàm animæ, non quocunque modo. sed est sic perfectius, quòd etiam specie differt ab intelligere illo. Magis enim & minus secūdum eundem gradum essentiæ non diuersificat speciem, sed magis, & minus secundum alium, & alium gradum essentiæ, speciem diuersificat, & quia huiusmodi maior, & minor perfectio in operatione Angeli, & animæ: indicat alium, & alium gradum essentialem in Angelo, & anima. Ideo talia specie differunt. Potest enim contingere,& contingit, quòd malles carne sunt apti mente,& quòd vna anima melius intelligit, quàm alia, quia est vnita corpori melius complexionato. Istud ergo magis, & minus perfectum non diuersificabit speciem, siue formam. quia huiusmodi differentia non est per se,& principaliter ex ipsa forma. sed in substantiis separatis, quæ sunt formæ tantum, non reperirut intelligere magis, & minus perfectum, nisi sit ibi differentia formalis. & quia si nunquam esset vnita corpori anima, nullo modo posset attingere ex natura sua, quòd haberet ita perfectum intelligere, sicut Angelus. Ideo huiusmodi perfectin,& imperfectin essentialem,& secundum speciem differentiā indicat.

Ad tertium dicendum, ꝙ quorum est vnus finis naturalis,& proximus: illa sunt eadē specie. sed quæ habent eundem finem super naturalem, & gratuitum: non oportet, quòd sint eiusdem speciei, quia habere talem finem est ex gratia. Diuersitas autem speciei, vel vnitas non est ex vnitate, vel ex diuersitate gratiæ, sed ex vnitate,& diuersitate naturæ.

Ad quartum dicendum, quòd inter Deum,& animam nihil est medium, quantum ad iustificationem per gratiam, quia Deus per seipsum immediate infundit gratiam cuilibet animæ sanctę. tamen secundum dignitatem,& nobilitatem naturæ, Angelus est medius inter animam, & Deū. Est enim supra animam secundum dignitatem naturæ. Quantum ergo ad ea, quę sunt gratiæ, potest anima esse nobilior, quàm intelligentia, vel quàm Angelus, non autem quantùm ad naturam. nam & boni homines, quantùm ad ordinē gratiæ, meliores sunt malis Angelis. Vnde Aug. 11. de Ciui. Dei ait. ꝙ cum ordine naturæ Angeli hominibus prę ferantur, tamen lege iustitiæ boni homines malis Angelis præferuntur.

Bruterum membra cur differunt.

Com 31. 55. Idq; non se mel dixit.

Tomo. 5. cap. 5.

Dub. I. Litteralis.

Vpar litteram quæritur primo de illo verbo: quòd quatuor quidem Angelis videntur attributa, scilicet essentia simplex: discretio personalis, intelligentia memoria,& voluntas: & liberū arbitrium. Contra: Secundum Diony. In Angelis

Magis, & minus quādo variant speciem. ex Gilb. & ex Arist. 2. de Gen. t. c. 37. Et 9. cęli Com. 72.

Malles carne. apti mēte. 2 de anima 94. Et vide contra distinctionem, & solutionem huius 2 part. pagina 20. col. 1. a.

Angelis attribuitur.

lis est substantia, virtus, & operatio. videtur ergo eis esse tria attribuenda, non quatuor. A

Præterea hic nulla fit mentio de operatione, si ergo hæc quatuor sunt in angelis, quæ sunt nominata, erunt quinq; attributa angelis, videlicet ista quatuor, & operatio.

Præterea ipsum liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis. vel est idem realiter, quod voluntas. non ergo debet connumerari cũ intelligentia, & voluntate, quia non ponit in numerum cum eis.

RESPONDEO dicendum, quòd in solo Deo nihil est per accidens, in omni autem creatura est ipsa natura, & sunt proprietates aliquæ sequentes substantiam, & naturam. Dupliciter ergo possumus distinguere illa quatuor attributa angelis, quę in littera nominantur, uno modo, B ut tria pertineant ad essentiam, & unum ad proprietates. alio modo, ut duo ad essentiã, & duo ad proprietates.

Primus modus sic patet: Dicimus enim, quòd in angelis reperitur ratio generis, secũdum quòd sunt immateriales substantiæ, differentes ab istis rebus materialibus. Reperitur ratio speciei, secundum quòd sunt tales immateriales substantiæ habentes memoriam intelligentiam, & voluntatem. Reperitur & ratio individui, secundum quòd sunt hæc: & signatæ immateriales substantiæ habentes individuationem, & discretionem personalem. Simplicitas ergo essentiæ refertur ad id, quod est genetaie, quia hoc generaliter habent. Memoria, Inteligentia, & Voluntas possunt referri ad rationem speciei, vt C per hęc non intelligamus ipsas potentias, sed intelligamus speciales naturas angelorum, ad quas sequuntur tales potentiæ, vel operationes talium potentiarum. Per discretionem autem personalem, intelligamus individuationem ipsorum. Et qa ad hoc, quòd sint substantiæ incorporeæ, & essentiæ simplices, unde potest sumi in eis ratio generis: & quòd sint tales substantiæ incorporeæ, ad quas sequuntur tales, & tales proprietates, unde potest sumi in eis ratio speciei: & quòd sint sic distincti personaliter, per quod habet esse in eis individuatio; totum habent à Deo. ideo dicuntur eis in sui primordio ista tria pertinentia ad substantiam esse attributa.

Angelorũ genus, species, & individuatio.

Quartum autem scilicet liberum arbitrium, potest referri ad proprietates, quod est facultas rationis, & voluntatis. & si huiusmodi liberum D arbitriũ est idem, quod voluntas, iñ volũtas vt voluntas, non est liberum arbitrium, sed voluntas, vt est à ratione directa, unn quòd semper electio fiat secundum rationem, sed quia non fit electio sine ratione, & sine intellectu ostendente, & maximè in angelis, de quibus hic agitur, vbi nulla est cognitio nisi intellectiua. Sine cognitione enim nobis ostendente hoc, & illud, non possumus intelligere, vt optemus hoc plus, quàm illud.

Volũtas, & liberum arbitrium an idem.

Secũdo modo possunt accipi illa quatuor, vt duo referantur ad substantiam, & duo ad proprietates. Dicemus enim, quòd substantia dupliciter potest accipi, vel secundum se, vel vt hẽt esse signatũ. & qa angelis fuit collata à Deo ipsa essentia immaterialis, & simplex, & fuit eis collata talis essentia sub esse signato, ideo simplicitas essentiæ, quæ respicit ipsam essentiam Angelorum, vt habet esse signatum, dicitur esse angelis attributa: quæ duo referenda sunt ad ipsam substantiam, quod satis videtur esse de intentione Magistri, qui cum hæc quatuor reducit ad tria, personalitatem ad substantiam refert.

Alia vero duo possumus ad proprietates referre: Dicemus enim, quòd proprietates dupliciter possunt considerari: vel, vt perfectiones subiecti, vel, vt per eas subiectum tendit in aliud. vt calor dupliciter potest considerari, vel vt est perfectio calidi, vel prout corpus calidum per calorem agit, & tendit in calefactibile. Memoria ergo, Intelligentia, & Voluntas dicuntur esse tertium attributum Angelorum, secundum quòd sunt quædam proprietates, vel quædam proprię qualitates perficientes naturam Angeli. liberum autem arbitrium dicitur esse quartũ attributũ Angelorum, secũdum quòd angeli per hoc tendunt in alia.

Isto etiam modo non solum Memoria, Intelligentia, & Voluntas, sed etiam ipsa dilectio, vt est quædam perfectio naturæ angelicæ dicitur ad ternum attributum pertinere. secũdum hoc ergo possunt exponi verba Magistri, cum ait, ꝙ in angelis Prima consideratio est de substantia. Secunda de forma. Tertia de potestate: & cum subdit, quòd ad substantiam quippe pertinet naturæ subtilitas, ad fõrmam intelligentiæ perspicacitas, ad potestatem voluntatis rationalis habilitas. Naturæ ergo subtilitas, & etiam personalitas pertinent ad substantiam, vel in se: vel, vt est signata, perspicacitas intelligentiæ, & memoria, intelligentia, & voluntas pertinent ad formam. ad speciem ipsius essentiæ, vel naturæ. quia per hoc specificatur illa immaterialis, & simplex essentia angelorum, quia taliter est illa essentia immaterialis, & simplex, quòd habet hęc, videlicet memoriam intelligentiam, & voluntatem, & perspicacitatem intelligentiæ, & ęctera talia, per quæ potest specificari. vel dicuntur talia pertinere ad formam, quia pertinent ad ipsas proprietates, vt sunt forma, & perfectio ipsius substantię, vel naturæ: sed habilitas rationalis volũtatis, vel, quod idem est, liberum arbitrium dicitur pertinere ad potestatem, quia pertinet ad easdem proprietates: non prout Angelus est perfectus in se per proprietates illas, sed prout per eas habet habilitatem, & potestatem, ut in aliud tendat.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS autem dubitatur, quòd sicut personalitas reducitur ad substantiam (quia persona est id, quod substantia) ita & liberum arbitrium reducitur ad voluntatem, & rationem. quia est

Volũtas, & lib. arbit. an idem.

idem,

idem, quod voluntas, & rstio. sicut ergo persona nou ponit in numerum cum substantia, ita nec liberum arbitrium ponit in numerum cum volũtate, debuit ergo illa quatuor reducere ad duo, non ad tria.

Vollius. & lib arb. per quid differant.

RESPONDEO dicendum, quòd non est simile de substantia, & personalitate in Angelis: & de voluntate, & libero arbitrio. Nam discretio personalis in Angelis, habet esse ex eorum individuatinne. Naturæ autem angelicæ seipsis individuantur, ita quòd in eis forma signata, & forma non est aliud, nec per aliud. sed voluntas, vt est perfectio naturæ, & vt est liberum arbitrium, tendens in aliud quartum, & si non est alia, & alia res; est tamen ad aliam, & aliam, vel per aliam, & aliam rem. Nam per hoc, quòd comparatur ad subiectum, est quædam perfectio, & quædam forma, & pertinet ad attributum tertium. prout vero compararatur ad obiectum sic ast quædam virtus, & quædam potestas, siue potentia.

Vel possumus aliter dicere, & forte melius, quòd Deus dando Angelis naturam, dedit eis hanc naturam. immo non potuisset eis dari natura, nisi sub esse signato, & vt habet esse hæc natura, & natura signata. Ideo essentiæ simpliciras in Angelis, & personalitas, merito debent dici vnum, & idem attributum, sed non est sic de proprietate aliqua, vt est perfectio subiecti, & vt est porentia tendens in aliud. hoc enim habet per aliud, & aliud attributum. Nam cessante motu cœli, & post diem iudicij, ignis erit iuxta aerẽ, & non calesciet ipsum. Nec alterabit, erit ergo in igne calor, vt est perfectio ignis, & non erit in eo, vt est principium transmutationis altetius. Nam quicquid sit de immutatione Intentionali; nullam tamen transmutarionem realem in aere faciet. Nunquam enim hoc potest tolli a proprietate, quin sit perfectio subiecti, & quin pertinear ad tertium attributum. sed quòd sit potestas tendendi in aliud, hoc habet ex aliquo vlteriori ordine. Ideo potest hoc pertinere ad aliud attributum.

Ignis post diem iudicij non calefaciet.

Hoc viso ', possumus soluere argumenta superius facta. Nam cum dicitur, quòd in Angelis sunt tria, dici debet quòd illa quatuor non continent illa tria, videlcet substantiam, virtutem, & operationem: sed continent duo tantum: substantiam, & virtutem. quia, vt patuit, simplicitas essentiæ, & personalitas pertinent ad substantiam: alia vero duo pertinent ad virtutem, vel ad proprietatem, vt superius est expressum.

Quia vero addebatur secundo, quòd nullam mentionem fecerat de operatione: propter quod dici debeat quinque attributa; dici potest, quòd principium operationis est ipsemet Angelus. Ideo non numeratur inter attributa, quia nos loquimur de his, quæ sunt ei attributa à Deo: non de his, ad quæ ipse seipsum mouet.

Vel possumus dicere, quòd sicut distinguimus de proprietate, quòd vt est perfectio subiecti pertinet ad tertium attributum: vt est quid tendens in aliud, pertinet ad quartum, sic dicemus & de operatione. Vnde & Magister in tertio attributo connumerat operationem: cum dicit, quòd ad tertium attributum pertinet intelligentia, memoria, & voluntas, siue dilectio: & sic accipiendo attributa, vt etiam ipsa operatio inter attributa computetur, omnia illa, quæ tangit Dionys. & etiam Dama. videlicet substantia, virtus, & operatio, ad attributa pertinent: ita quòd substantia facit duo attributa: & virtus, & operatio duo, non quòd virtus faciat vnum attributum, & operatio aliud: sed virtus, & operatio secundum intentionem Magistri, vt sunt perfectio subiecti, faciunt vnum attributum, & pinut per eas tenditur in obiectum, faciẽt aliud. Dicit. n. q operatio vno modo potest cumputari inter attributa, & alio modo non. nam Angelus non mouet se, ad quamlibet operationem. Primam enim operationem, vt patebit in quæstione illa: Vtrum Angelus in principio suæ creationis fuerit malus; non habuit Angelus à se, sed à Deo, nec Angelus ad illam mouit se, sed fecit eam in eo Deus. Ad alias autem postea operationes Angelus potuit se mouere, & se mouit.

Quia aurem dicebatur tertio, quòd liberum arbitrium est idem, quod voluntas; dici debet, quòd licet vnam, & eandem rem dicant volũtas, & liberum arbitrium: faciunt tamen duo attributa, modo, quo diximus.

Dub. III. Litteralis.

VLTERIVS autem dubitatur de eo, quod dicitur in littera, quòd habent differentem essentiæ tenuitatem, siue simplicitatem. Vbi vult, quod vnus Angelus habeat simpliciorem essentiam, quàm alius.

Contra: Substantia non recipit magis, & minus. sed essentia Angeli est quædam substantia: ergo, &c.

Arist. cap. de substantia.

Præterea priuatio nõ suscipit magis, & minus. nam cum quis priuatus est visu, & est cęcus: non erit vnus magis priuatus, quàm alius: & cum quis est priuatus vita, & est mortuus: non erit magis mortuus, vel minus, quàm alius. cum ergo esse simplex, & indiuisibile, & immateriale, quandam priuationem sonent: ergo, &c.

Præterea magis, & minus ex quadam permixtione videntur oriri. quia, vt dicitur in 3. Topicorum: Illud est albius, quod nigro est impermixtius: Vbi ergo non potest esse permix-

3 Topic. 4 loc. 9.

sio cùm contrarin, non potest esse magis, & minus, sed naturæ intelligentiæ nihil est contrarium; nam & ipsa natura cœli est semota à contrarietate, & non habet contrarium. multò ergo magis hoc, scilicet non habere contrarium, competit ipsi Angelo.

RESPONDEO dicendum, quòd non solum vnus Angelus est simplicior alio, sed non sunt duo Angeli æquè simplices. Quod triplicitèr declaratur: Primo, vt comparantur ad Deum. Secundò vt sunt aliquid in se. Tertio vt per virtutem, & operationem tendunt in obiectum. Dicemus enim, vt supra dicebamus, quòd Angeli tanquàm nobilissima pars vniuersi habent ordinem essentialem, & per se: non ordinem non essentialem, & per accidens. Habentia autem ordinem essentialem, & per se distans semper gradatim à Deo, sicut numeri essentialiter differentes semper distant gradatim ab vnitate, vt non sit inuenire duos numeros sic differentes æqualiter ab vnitate distantes. Non ergo erit reperire duos Angelos secundum ordinem perfectionis, siue secundum simplicitatem essentiæ æqualiter distantes à Deo. & quia quod propinquius simplicitati est simplicius: non erunt duo Angeli æquè simplices, sed semper vnus erit simplicior alio.

Secundo hoc idem patet, si considerentur ipsi Angeli secundum se. Nam cum sint quædam formæ, non possunt nisi formaliter differre. Formæ autem sunt sicut numeri, sicut ergo non reperiuntur duo numeri formaliter differentes æquales: sic non reperiuntur duæ formæ differentes formaliter æquè simplices.

Tertio hoc idem patet, prout Angeli per virtutem, & operationem tendunt in obiectum. nam aliqui tendunt multò clarius, & perfectius, quàm alij: vt alios illuminent, & perficiant: sed cum, quicquid agit, agat secundum, quòd est in actu: oportet naturam illius Angeli, qui magis tendit in actum, esse magis in actu, quàm naturam alterius, quòd enim species vnius Angeli sint efficaciores ad intelligendum, & possint vehementius in actum procedere; hoc est, quia recipiuntur in essentia, siue in natura plus de actualitate habente. sed habere plus de actualitate, hoc est esse simplicius: consequens est, quòd natura vnius sit simplicior, quàm alterius.

Subſtantia, an ſuſcipiat magis, & minus. Vide hanc Queſt. 2. Met. a. q. 27. Rurſum vero, ex Gilb. c. 9. di citur an ni miſtrius plus, & rõnale ſit vnius.

Quòd verò obijcitur, quia substantia non suscipit magis, & minus: dici debet, quòd suscipere magis, & minus, est dupliciter: vel secundùm gradus in esse: vel secundum gradus in essentia: secundum gradus in esse, non suscipit forma substantialis magis, & minus. quia dat esse specificum, quod est punctale: vbi non est accipere magis, & minus: sed secundum gradus in essentia, in omni forma generis est magis, & minus. Non enim sunt duæ formæ differentes specie, nisi vna sit perfectior alia, & nisi sit ibi dare magis, & minus. In eadem ergo specie forma substantialis non suscipit magis, & minus: sed in eodem genere. Bene ergo arguitur, quòd si vnus Angelus sit simpliciot alio, quòd non sit eiusdem speciei cum illo.

secundum plures perfectiones.

Quod autẽ addebatur de primatione: dici debet: quod illa priuatio fundatur in aliqua positiuo; videlicet in actualitate essentiæ. Nam qui habent essentiam magis in actu, sunt simplicintes: qui verò magis in potentia sunt minus simpliciotes.

Quod autem addebatur de permixtione contrarij: dici debet, quòd licet non sit vera cõtrarietas in substantia: aliquis tamen modus oppositionis est inter potentiam, & actum: quæ sunt differentiæ entis, & quæ requiruntur in omni genere: Aliquo ergo modo est in Angelis magis, & minus secundum simplicitatem essentiæ, ex quadam permixtione: vt ex permixtione essentiæ, potentiæ, & actus. Nam nulla essentia Angeli est actus purus, nec potentia pura, sed est actus admixtus potentiæ, & potentia admixta actui: non quòd potentia, & actus sint duæ res realiter differentes, componentes naturam Angeli, quia natura illa est forma simplex, non composita ex pluribus partibus, realiter differentibus. Eadem tamen natura aliter, & aliter accepta, habet rationem actus, & potentiæ. Propter quod dicitur esse potentia admixta actui: & è conuerso. Ista autem duo potentia, & actus non æqualiter respiciunt quamlibet essentiam Angeli, sed in aliqua plus reperitur de actualitate, in aliqua plus de potentialitate, secundum quòd vna est simplicior alia.

Dub. IIII. Litteralis.

LITERIVS autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur, quòd qui natura sunt magis subtiles, hi etiam maioribus gratiæ muneribus sunt præditi.

Contra: Secundum Hugu. in Commento super Angelica Hierarchia: Prænolat intellectus, sequitur autem tardus, aut nullus effectus. Et ibidem dicit, quòd intrat dilectio, vbi scrutatio stat scientia. Non ergo secundum quòd sunt subtiliores, & magis perspicaces, plus habuerunt de gratia. Videmus etiam in nobis, quòd aliquando litteratiores non sunt moribus melintes.

RESPONDEO dicendum, quòd non est simile de hominibus, & Angelis. nam homines, vel aiæ humanæ grauatæ mole corporis, nõ totn conatu feruntur in aliquid: nec semper vbi se conuertunt, totaliter

* Sic ecclesiæ legitur in antiquis exemplaribus, & manuscriptis. & fortan alie est Hugutio d. 2. uel 2. scilicet auctor a Doctore Grammaticæ. & Theologi collega Nicolai Parisiensis, qui floruit circa annum 1230. Vgones, claruit circa annum 1240. Hi recitantur, inter quos recitat quidam Hugo Decretorũ Glossator, a nonnullis (vt ipse ait) Hugutio appellatus

totaliter se conuertuot, sed Angeli, qui sunt naturæ simplicis, conuersi ad Deum non habuerunt aliquid retardans, sed toto conatu ferebantur in ipsum. propter quod qui erant simpliciores, & perspicaciores vehementiori modo ferebantur in Deum, & per consequens acceperunt potiora gratiarum dona.

Dub. V. Litteralis.

VLTERIVS autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur, quòd in ipsa sua facultate arbitrij differentia est attendenda. Contra: Liberum arbitrium ideo dicitur tale, quia est a coactione remotum, sed hoc est commune omni libero arbitrio, & nullum in aliquo potest cogi, quia tunc non esset liberum, ergo &c.

RESPONDEO dicendum, quòd liberum arbitrium, & si non similiter cogatur, quia tunc non esset liberum, aliquid tamen participat aliquando de coactione, vel aliquid simile coactioni, inquantum aliquid participat de inuoluntario. Nulla enim actio est a voluntate, nisi volita: & quod est volitum, non est coactum. ergo quod est a libero arbitrio non est coactum. quia non esset volitum. et si non esset volitum, non esset a voluntate, nec a libero arbitrio. Licet ergo sic sit, & quicquid est à voluntate sit volitum; attamen aliquid est à voluntate, quod participat de inuoluntario, vt proijcere merces in mari, licet velit ex quo facit; aliquid tamen habet de dispicentia, & de inuoluntario. Dicamus ergo quòd aliquid simpliciter cogitur. vt membra exteriora. Aliquid autem non simpliciter cogitur, sed quicquid agit, voleodo agit. potest tamen in agendo participare de inuoluntario. Aliquid autem nec simpliciter cogitur, nec in agendo participat de inuoluntario. potest tñ in agendo perfectiori mó, & minus perfecto exire in operationem. Primo modo non sunt gradus in libero arbitrio. Secundo autem, & tertio modo, est ibi dare gradus. Nam liberior est illa actio, quæ nihil participat de inuoluntario, & liberior est illa actio, in quam magis delectabiliter exitur. Nam ex hoc est liberum arbitrium, inquantum voluntariè, & delectabiliter facit, quod facit. Isto ergo tertio modo sunt gradus in libero arbitrio, quo ad Angelos. Nam habentes perfectiorem naturam, naturaliter exeunt in perfectius opus, & delectabilius operantur. Voluptuosum est enim intelligere cuiuslibet Angeli, & quanto superior est Angelus, tanto intelligere eius est magis voluptuosum, ita vt intelligere ipsius Dei sit summè voluptuosum, id est summè delectabile, vt habetur in 12. Meta. vt ergo Angelus per liberū arbitrium, vel per imperium eius exit in actum intelligendi, vel in alium actum, est ibi dare gradus in libertate, quia est dare gradus in operandi habilitate, & delectatione.

Voluntas Angeli non potest cogi. aliquid tamen est à voluntate participans de inuoluntario.

Idem infra d. 15 q. 1 artic. 2.

Tex. c. 19.

Dub. VI. Litteralis.

VLTERIVS quæritur de eo, quod in littera dicitur, quòd sunt æquales in eo, quòd sunt spiritus, & in eo, quod indissolubiles, & immortales. Contra: Nomen spiritus sumitur à subtilitate naturæ. sunt autem immortales, & indissolubiles propter simplicitatem naturæ. Sed non omnes æqua habent simplicem naturam: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quòd licet Angeli dicantur spiritus, & immortales, & indissolubiles, propter simplicitatem naturæ; tamen magis possumus concedere, quòd fiot æquales in istis, quàm in simplicitate naturæ. Nam ista tria magis sumpta sunt ab immaterialitate, vel non habere aliquid de materia, in quo sunt omnes æquales, quia in nullo est aliquid de materia, simplicitas vero naturæ magis videtur fundari in actualitate essentiæ. quicquid autem sit de Etymologia nominis, non est multum curandum. Tamen, vt salnemus opinioem Magistri, dicamus, quòd per simplicitatem essentiæ intelligit Magister actualitatem naturæ: per esse autem spiritus indissolubiles, & immortales, intelligit carentiam materiæ. Et qoia non omnes suot æquales in actualitate; omoes autem in hoc conueniunt, quia oihil habent de materia; ideo dixit eos inæquales in simplicitate essentiæ. dixit autem eos æquales in eo, quòd suor spiritus iodissolubiles, & immortales.

DIST. III. Pars II.

De primaria conditione Angelorum, quantum ad esse culpæ.



ILLVD QVOQVE INVESTIGANDVM: &c. Postquàm Magister determinauit de primaria conditione Angelorum, quantum ad esse naturæ, in parte ista, vt dicebatur, determinat de eorum primaria conditioone, quantum ad esse culpæ. intendit enim inuestigare, vtrum Angeli mali in primo instanti suæ creationis fuerunt tales.

Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. Secūdo huic quæstioni annectit quæstionem de eorum cognitione. Tertio de eorum dilectione. Secunda ibi: {*Hic solet quæri.*}

Tertia ibi; {*Solet etiam quæri.*} Circa primum tria facit, quia primo præmittit huiusmodi quæstionem, vtrum angeli a principio fuerint mali. Secùdo exequitur de qõne prædicta sm opinionem falsam. Tertio secundũ opinionem veram. Secuoda ibi: {*Putauerunt enim quidam.*} Tertia ibi: {*Alijs vero videtur.*} Dicit ergo primo, ꝙ illud est inuestigatione dignum. vtrum Angeli fuerint creati boni, vel mali: & vtrum fuerit aliqua mora inter creationem, & lapsum. Deinde cum dicit: {*Putauerunt enim.*} Exequitur de qnæstione tacta, secundum opinionem falsam. Circa qđ tria facit, quia primo ponit huiusmodi opinionẽ dicens, ꝙ aliqui putauerunt Aogelos esse creatos malos, & non libero arbitrio fuisse malos, & annexit huic positioni auctoritatem Aug. in li. super Gen. dicentis, ꝙ non frustra putari potest ab initio temporis Diabolum cecidisse: inxta illud, qđ Dñs ait: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: nec cum sanctis Angelis pacatũ visisse, & beatum, sed mox apostatasse. Secundo ad hoc idem adducit aliam auctoritatem Aug. in eodem li. dicentis, ꝙ non frustra putandum est ab ipso initio temporis, vel conditionis suæ Diabolum cecidisse, & nonnqnam in veritate stetisse: inxta illud Iob: Hoc est initium figmenti Dei, & inxta illud, quod Propheta ait: Draco iste, qnem formasti ad illudendum ei. Tertio epilogat circa determinata dicẽs, ꝙ his, & alijs testimonijs vtuntur, ꝙ dicũr, Angelos fuisse creatos malos. Secũda pars incipit ibi: {*Idem in eodem non frustra.*} Tertia ibi: {*His, alijsque testimoniis.*} Deinde cum dicit: {*Alijs vero videtur.*} Exeqnitur de qnæstione prætacta secundum opininnem verã. Circa qnod tria facit. Quia primò facit qnod dictum est. Secundo quia ad confirmationem positionis falsæ assumpta erat auctoritas Iob, & dicen dũ soluit auctoritates illas. Tertio quia ad confirmationem dictæ opinionis assumpta erant verba Domini: dat intellectum illorum verborum. Secunda ibi: {*Ideoque Aug.*} Tertia ibi: {*Deinde qualiter verba Domini.*} Circa primum tria facit, quia primò narrat opininionem veram, ꝙ Angeli à principio fuerunt creati innocentes: & ꝙ fuit aliqua morula inter creationẽ, & lapsum. Secundo hmõi opinionem confirmat per auctoritatem Augusti. super Gen. dicentis, primò Angelicam naturam ioformiter creatam, & dictam esse cœlum: & postea formatam, & appellatam esse lucem. Angeli ergo boni non à principio fuerũt beati: ergo nec mali à principio damnati. Tertio hoc idem confirmat per rationem, quia cum Creator eorum sit uprimus, auctor malorũ esse non potest. Propter qood nec Angeli fuerunt a principio mali. Secunda ibi: {*Et ad hoc confirmandum.*} Tertia ibi: {*Ratio quoque obuiat.*} Deinde cum dicit: {*Ideoque Aug.*} soluit auctoritatem Iob, & Dauid. Circa quod duo facit. quia primo adducit testimonium Augusti. super Gen. dicentis, qnòd omnia Deus fecit valde bona, & naturam Angelorum bonam. Secundo exponit auctoritatem Iob: qnòd cum dicitur, Diabolum fuisse figmeoti initium, non significatur per hoc natura Diaboli, sed corpus eius aereum adaptatum voluntati ipsius, si Diabolus habet tale corpus: vel per hoc significatur ipsa ordinatio diuina, quæ Deus præscieos Dabolum futurum malum, nihilominus creauit ipsum, vt per eum prodesset bonis. & boc est qnoddam figmentum, quando Diabolus vult nocere bonis: & ipse prodest. Et sic soluit auctoritatem Dauid, qnòd boc modo illuditur ipsi Diabolo, quando Deus eius praoam voluntatem, qua vult nocere bonis, ordinat ad vtilitatem bonorum, sic ergo esse figmentum, & sic illudere ipsi Diabolo, non est dicere, qnòd Deus fecerit Angelum malum, sed qnòd bene vtitur Angelo malo: & fecit ipsum, quamuis præsciret, ipsum malum, vt bene uteretur eius malo. Secunda ibi: {*Nec eius naturam significatam.*} Deinde cum dicit: {*Deinde qualiter verba Domini.*} Exponit verba Domini secundum auctoritatem Augst. Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. d. qnòd Angeli creati fuerunt boni. Et cum dicitur: {*Ab initio cecidit, & in veritate non stetit.*} Non est intelligendum, ꝙ à Deo sit creatus Angelus malus, quia tunc non cecidisset, si semper malus fuisset, ab initio ergo cecidit, qnia propria potestate statim à veritate se auertit: continuo ergo factus cecidit. Secundo ad boc idem adducit auctoritatem Origenis sup Ezech. dicentis: Serpens bostis contrarius veritati, non à principo super pectus suum ambulauit, ideſt non à principio peccauit. Tertio epilogat circa determinata, & patet. Secunda ibi: {*Quod Origines confirmat.*} Tertia ibi: {*Ecce aperte dicit post creationem.*} Deinde cum dicit: {*Hic solet inquiri.*} Postquàm quæsiuit de Angelorum malitia, mouet quæstionem de eorum sapientia quærens, qnam cognitionem, & quam sapientiam habuerunt Angeli ante casum, & aote confirmationem, dicens: Cognooerunt, qnòd facti erant, & à quo facti erant, & habuerunt aliqoam cognitionem boni, & mali: & intellexerunt, qoid appetendum, & quid respuendum eis foret. Deinde cum dicit: {*Solet etiam quæri.*} Mouet qnæstionem de eorum dilectione, qnærens, vtrum haberent a principio dilectionem Dei, & sui inuicem? & soluit, qnòd habuerunt talem dilectionẽ naturalem, sed per eam non merebantur. Et in hoc terminatur sententia lectionis, & distinctionis.

Diabolus quomodo initium figmenti Dei.

Ioan. 8.

Iob. 40.

Ps. 103.

Hoc est initium figmenti Dei. Ita legit O. P. Aug. li. 11. super Gen. ad lit. c. 2. To. 1. & lib. 11. de Ciuit. Dei cap 15. 17. To. 5. Ita etiam Magister sent. d. 3. At nostra translatio, & nunc pr manibus habem' ex 70. interpr. sic legit: Ipse est initium viarũ Dei. &c.

QVAE-

QVÆSTIO I.

De Angelorum malitia.

QVIA Magister in littera de tribus quærit, videlicet de Angelorum malitia, vtrum in eorum initio fuerint mali, & de eorũ cognitione, qualem cognitionem naturalem habuerint, & de eorum dilectione, quid naturaliter dilexerint; Ideo de his tribus quæremus. Circa primũ autẽ, ideſt circa malitiã Angelorum quæremus tria. Primo vtrum Dæmones, ſiue mali Angeli ſint natura mali. Secundo vtrum in eorum initio volũtate fuerunt mali. Tertio vtrũ fuerit aliqua mora inter creationem, & lapſum.

ARTIC. I.

An Angeli naturaliter ſint mali. Concluſio eſt negatiua.

Aegid. d. 34. q. 1. art. 1. 2. D. Tho. 1. p. q. 63 arti. 4. Item lib. 3. contra Gen. c. 117. Item 2 ſen. d. 3. q. 1. Item q. diſp. de Dæmo. quæſtio. 16. art. 2. Q di p. de malo q. 1. art. 1. D. Bonau. d. 3. p. 2. artic. 1. q. 1. Dur. d. 4. q. 2. Steph. Brul. d. 3 q. 7. Vide pro corp. art. D. Tho. 1. par. q. 48. arti. 1. vbi quærit an malum ſit natura quædam. Vide Th. Arg. lib. 2. ſent. d. 34. art. 1. vbi quærit, an malum dicat naturam poſitiuam.

AD primũ ſic proceditur: videtur, q Dæmones, ſiue mali Angeli ſint natura mali. quia quod aliquibus immutabiliter competit, hoc eis competit naturaliter. Sed Angelis malis immutabiliter competit, q ſint mali. Ergo hoc eis competit naturaliter.

Præterea ſicut Angeli ſunt creati à Deo, ita & homines, ſed homines videntur eſſe naturaliter mali. quia vt dicitur in Gen. proni ſunt ſenſus homi nis ad malum ab adoleſcentia ſua. Ergo & angeli poſſunt eſſe naturaliter mali, habendo aliquam pronitatem naturalem ad malum.

Præterea dicitur ad Rom. quòd licet figulo ex eadem maſſa facere aliod vas in honorem, aliud in contumeliam. ſed vaſa in honorem ſunt boni, in contumeliam ſunt mali. Deus ergo, qui ſimilatur figulo, potuit facere ipſos Angelos malos, & per conſequens ineſſet eis malitia naturaliter, quia ineſſet eis à ſuo factore.

Præterea omnis creatura eſt factura Dei, ſed aliquæ creaturæ videntur habere quandam malitiam naturalem, vt canes ſunt naturaliter furibundi, ergo &c.

Præterea Dominus ait de Diabolo, quòd cũ ex proprijs loquitur, mendacium dicit. ſed quod competit alicui propriè, eſt ei naturale. Mentiri ergo, & malefacere erit Diabolo naturale.

IN CONTRARIVM eſt Diony. 4. de di. no. di. Non ergo mala eſt Dæmonum tribus ſecundum quòd eſt ſecundum naturam, ſed ſecũdum quòd non eſt. Eſſe ergo malum, eſt eſſe non ſecundum naturam. *Malum eſſe quid.*

Præterea idem Diony. eodem libro & c. probat malum non eſſe ſecundum naturam, quia eſt contra naturam. quod ergo ſecondum ſe eſt contra naturã, nulli eſt naturale. malũ eſt huiuſmodi. ergo, &c.

RESOLVTIO.

Dæmones nõ ſunt naturaliter mali, cum malum nullam dicat naturam. Idque etiam patet, ſi Dæmones referantur ad cauſam. i. Deum bonum, à quo boni effecti ſunt. Itemque ſi ad ſuam durationem comparentur, cum eis malum non ſemper conuenerit.

RESPONDEO dicendum, q Dæmones non eſſe malos naturaliter, probat Diony. c. 4. de di. no. rationibus multis, ex quibus eligemus rationes tres. Prima autem ratio ſumitur prout conſideratur malum ſecundum ſe. Secunda vt comparatur ad ſuam cauſam. Tertia vt comparatur ad ſuam durationem. *Dæmones nõ naturaliter mali.*

Prima via ſic patet. nã ſe malum ſecundum ſe non eſt aliquid exiſtens, nec in exiſtentibus. Non eſt autem aliquid exiſtens, quia non eſt ſubſtãtia, nec in exiſtentibus eſt, quia nõ eſt accidens. Nihil eſt enim malum niſi priuatio boni. priuatio autẽ, vt habetur in 1. Phyſi. de ſe eſt non ens: nullam ergo naturam nominat priuatio, & nullam eſſentiam. Sic igitur, & malum non dicit aliquam naturam, nec aliquam eſſentiam. Sed magis dicit defectum naturæ. Ex ipſo ergo malo, quia non eſt natura aliqua, nec eſſentia, arguere poſſumus Dæmones nõ naturaliter eſſe malos. Si enim Dæmones eſſẽt naturaliter mali; natura Dæmonum eſſet mala. quo poſito, malũ eſſet natura aliqua, quod eſt falſum. *Text. c. 7.* *Malũ quid.*

Secundo hoc idem patet, ſi referatur malum ad ſuam cauſam. Ex bono enim ſecundum q bonum eſt, non poteſt eſſe malum. Nam agens aſſimilat ſibi paſſum. omnis enim creatura non eſt niſi quoddam Dei veſtigium, & quædam repreſentatio diuinæ bonitatis. Cum ergo Deus ſit naturaliter bonus, & ex nulla parte ſit in eo malum, oportet omnem Dei effectum bonum eſſe. Si ergo Dæmones naturam habent à bono Deo, oportet & ipſos naturaliter bonos eſſe.

Tertio idem patet ex duratione, vel ex tempore, quo inceperunt Dæmones eſſe mali. Nã quod eſt alicui naturale, competit ei ſemper. Dæmones autem non fuerunt ſemper mali, propter quod non ſunt naturaliter mali. Hoc eſt ergo, quod Dionyſius ait 4. c. prædicti libri, quòd nec Dæmones ſunt natura mali. Nam, vt dicit, natura mali, neque ex bono, neque in exiſtentibus. Et ſubdit, quòd neque ex bonis tranſmutati

essent natura, & semper mali existentes. Per hoc ergo, ꝙ ait, quòd malum non est in existentibus: dat intelligere, quòd Angeli non sunt natura mali: quia malum non dicit existentiam aliquam. Per hoc verò, quòd ait, ꝙ natura mali non est ex bono, dat intelligere, ꝙ Dæmones non sunt natura mali, quia sunt facti à bono.

Sed per hoc, quòd tertio subdit: quòd Dæmones non essent transmutati ex bonis natura, & semper mali existentes, dat intelligere, quòd Dæmones non sunt natura mali, quia non fuissent transmutati ex bonis, ideſt non prius fuissent boni, & postea mali, sed semper fuissent mali. Aug. etiam 11. de Ciuitate Dei, probat Dæmones non esse naturaliter malos tripliciter. Primo ex ipso malo secundum se. Secundo vt malũ cõparatur ad Deum. Tertio vt comparatur ad naturam. Malum enim secundum se: vt hic de malo loquimur, peccatum est. malum n. Dæmonis peccatum est eius. Impossibile est ergo tale malum esse naturale, quia tunc illud malum nõ esset malum, & non esset peccatum. Omne enim peccatum, vt dicit August. in de vera Religione: adeo est voluntarium, vt nullo modo sit peccatum, nisi voluntarium. Ideo Aug. 11. de Ciui. dei. c. 15. ait: Illud etiam, quod ait de Diabolo Ioannes, ab initio Diabolus peccat: non intelligunt, qui inde volunt asserere, peccati naturam, cum naturale nullum sit oĩno peccatum. Quasi dicat, ꝙ sit Diabolo esset malitia naturalis, nullo modo esset ei peccatum. Ex ipso ergo malo secundum se patet habet rationem peccati, constat ipsum non esse qnid naturale. Secundo hoc idem probat Aug. per relationem ad causam: ex eo, quòd sunt facti Angeli à bono Deo: & est eadem ratio cum ratione Dionysij. Tertio hoc idem probatur, ꝙ malum comparatur ad naturam. Vnde ait August. lib. præassignato. Propter naturam igitur, non propter malitiam Diaboli dictum recte intelligimus, hoc est initium figmenti domini. Non est ergo hoc propter naturam. nam vt ibi subdit: Vitium autem ita contra naturam est, vt non possit nisi nocere naturæ. Non ergo sunt Dæmones mali naturaliter, cum vitium naturæ noceat, & sit contra naturam.

Adductis auctoritatibus, & rationibus Sanctorum, quòd Dæmones non sunt naturaliter mali: volumus distinguere de ipso malo, vt magis appareat, qualiter ad Dæmones comparatur malũ. Dicemus enim, quòd natura principaliter dicitur de forma, & ex consequenti de materia, Inquantùm suscipit formam. esse ergo aliquid malum naturaliter potest intelligi quadrupliciter: Primo modo, quòd malum sit natura eius, vel essentia, vel aliquod accidens sequens naturam, aut essentiam.

Secundo modo potest dici aliquod malum, non ꝙ malum sit in eo aliqua essentia, sed qnia naturalem habet inclinationem ad malum. Et hoc tripliciter. nam ista naturalis inclinatio, vel sequitur formam, quæ dicitur principaliter natura: vel sequitur materiam, quæ dicitur natura ex consequenti. Rursus hoc malum potest esse malum sibi, vel alij. dicetur ergo naturaliter malum, quod habet in se aliquam naturam, vel aliquam essentiam malã: & hic est modus primus, vel dicetur naturaliter malum, quod ex forma sua inclinatur in malum sibi: & hoc quantum ad modum secundum. Dicetur & malum, quod nõ ex natura formæ, sed ex natura materiæ inclinatur in malum sibi. Dicetur & quarto, quòd non est naturaliter malum sibi, sed alij.

Primo modo impossibile est aliquod esse malum, quia malum non est natura aliqua, nec essentia. Ideo ait Diony. quarto. c. de di. no. quòd malum secundum quòd malum: nec est existens, nec in existentibus, ideſt, nec substantia, nec accidẽs. Non enim est malum natura aliqua, nec secundum naturam, qnia vt in eodem cap. ait Diony. omne quod est secundum naturam, ex causis determinata generatur. Malum autem, vt ipse ait, est sine causa. dicitur autem malum esse sine causa, quia est præter intentionem causæ. Ideo ibi dicit Diony. Nullus ad malum respiciens facit, quod facit.

Rursus nec secundo modo potest esse aliquid malum, vt ex natura formæ habeat aliquam inclinationem in malum. nam illud, quod de se dat esse (cum omnia inquantum sunt, bona sint) non potest inclinare in malum naturaliter: quod non dicit esse, sed non esse: immo quia perfectio cuiuslibet rei est in eo, quod competit ei secundum naturam, cum natura principaliter dicatur de forma: impossibile est, quòd ex natura formæ aliquid inclinetur in malum.

Sed si loquamur de malo tertio modo, quòd aliquid inclinetur in malum sibi: non secundum naturam formæ, sed secundum naturam materiæ: dicemus, ꝙ nihil inclinatur in malum sibi, nec ipsa materia inclinatur in malum sibi. quia si hoc esset: tunc idem secundum idem esset perfectum, & imperfectum: malum, & bonum, ens, & nõ ens. nam id, in quod inclinat natura alicuius, est bonum eius, & perfectio eius, & entitas ipsius. Si ergo hoc esset malum, esset quid imperfectũ, & non ens. Id ergo, ad quod inclinatur materia, est bonum sibi. sed non est inconueniens, quòd sit malum formæ, non ꝙ ipsa materia intendat naturaliter malum formæ, sed intendit bonum sibi, cui bono materiæ ex cõsequẽti, & accidens annectitur malũ formæ: vt materia existẽs sub vna forma, appetit esse sub alia, qã appetendo vult bonũ suũ, quia vult perfici per illam. tñ istud bonum materiæ est malum suæ formæ. Ideo habetur in ptimo Physicorum, quòd materia multoties machinatur ad maleficium, sed hoc est per accidens, vt dictum est. potest ergo contingere, ꝙ hæc inclinatio ex natura materiæ, non sit ad malum ipsius materiæ, sed ad malum ipsius formæ: vel ad malum ipsius compositi, cuius est materia. Vbicunque ergo inuenimus aliquid compositum ex diuersis naturis: potest contingere, quòd inclinatio vnius naturæ vergat in malum alterius naturæ. vt si homo est compositus ex

natura

Tomo 5. cap. 14. 15.

Tomo 2. Peccatum, ideo peccatum, quia voluntarium. 2. Ioan. 1.

Cap. 17.

Diabolus quo initiũ figmenti Dei.

1. Phys. 11.

Malum est sine causa, quia præter intentionẽ.

Materia machinatur ad malũ. 1. Ph. T. c. 10.

natura sensibili, & intellectuali, & habet in se sensum, & intellectum; potest contingere, & cótingit, quòd naturaliter secundum sensum inclinetur in aliquid, quod sit malum rationis, & intellectus, vt si secundum sensum inclinetur in sensibile bonum, hoc non erit malum ipsi sensui, sed erit malum ipsius rationis, quæ ex hoc impeditur à simpliciter bono. Et inde est, quòd aliqui dicuntur iracundi naturaliter, & luxuriosi naturaliter, quia ex complexione habent, quòd secúdum sensum naturaliter inclinẽtur in talia. hoc tamen, quod est sic naturale, nõ facit necessitatẽ, sed pronitatem. Qui enim naturaliter esset talis, ꝙ nullo modo posset resistere, non peccaret.

Iracundus vnde quia naturaliter.

Malum alteri, non sibi. 2. Malũ huic. & nõ simpliciter.

Sed si loquamur quarto modo de malo, qđ non est malum sibi, sed alij; non est inconueniẽs aliquid esse simpliciter bonum, & tamen esse malum huic. Vnde August. 12. de Ciui. Dei. inquit. Non itaque ex commodo nostro, sed per seipsam considerata natura, dat sua artifici gloriam. Vnde & ibidem ait, quòd nõ debemus vituperare Solem, quoniam quidam peccantes, vel debita non reddentes poui à iudicibus iubentur ad Solem. Sol ergo in se bonus est, sed est malus alicui, qui ab ipso læditur. Et Lupus in se bonus est, sed est malus oui, q̃ ab ipso comeditur. Nullo autem istorum modorum possumus dicere dęmones esse naturaliter malos. Nõ enim possumus dicere, quòd sint primo mali, quia habeant in se naturam, vel essentiam malam, quia malum, vt diximus, est quædam priuatio, nec est natura, nec essentia aliqua. Nec etiam sunt mali natura secũdomodo, vrquia ex natura formæ inclinentur in malum. Quia sic nihil est malũ, imo nulla res ea natura sua inclinatur in malũ. Nisi forte illa res esset composita ex duabus naturis, quarum quælibet tenderet in bonum suũ, tamen bonum vnius haberet annexum malum alterius. Cum ergo nihil sit bonũ formæ, quod non sit bonum ipsius compositi, quod principaliter est per formam, nunquam bniusmodi inclinatio potest esse ex natura formæ. Nec etiam dicere possumus, quòd Dęmones sint tertio modo mali, vt, ꝙ ex natura materiæ habeant aliquam inclinationem ad malum, quia non habent materiam partem sui: & dato, ꝙ Dęmones haberẽt corpora naturaliter sibi vnita, nullus tamen rectè sentiens, ita desiperet, ꝙ poneret Dæmones esse ita subiectos ipsis corporibus, ꝙ ratione suorum corporum inclinarẽtur in malum. Si enim haberẽt huiusmodi corpora: corpora illa essent omninǫ subdita voluntati Dæmonum, vt ex eis non grauarentur, nec per ea ad aliquid inclinarentur. Nec etiam quarto modo sunt Dæmones naturaliter mali, vt ꝙ naturaliter sint mali alijs, quia non sunt mali nisi in agẽdo: nõ agunt autẽ ex necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij.

RESP. AD ARO. Ad primum dicendũ, ꝙ esse aliquid immutabiliter tale, potest esse dupliciter, vel ex causa positiua, vel ex priuatiua. Ex positiua quidem, vt communiter dicitur, qđ est immutabiliter tale, est naturaliter tale, sed nõ est inconueniẽs aliquid se habere immutabiliter ex causa priuatiua ad id, qđ est sibi contra naturam, quia priuatum est in eo aliquid naturale: vt cæcus in perpetuum erit cæcus, & naturale erat sibi videre, sed pptiationẽ virtutis visiuæ, quam naturaliter recuperare nõ potest, semper, & immutabiliter sic se habebit. Sic & in proposito cõtra naturam est peccare, tñ ptopter priuationẽ gratiæ, q̃ est pfectio naturæ, quã Dæmones recuperare nõ posũt, semp i suo peccato remanebũt.

Ad secundũ dicendum, ꝙ, vt patet per iam dicta, non est simile, de angelis, & de hominibus. quia non sunt cõpositi ex natura sensitiua, & intellectuali: vel si sentirent, & haberent corpora naturaliter sibi vnita; essent illa corpora incorruptibilia, & non essent Dæmones subiecti suis corporibus, vt ex hoc inclinarentur ad malũ, nisi eorum voluntas esset primitus deptauata.

Ad tertium dicendũ, ꝙ peccator dr vas in cõtumeliã, vel ex ordine naturæ ad culpã. qa culpa nocet naturæ: vel ex ordine culpæ ad pœnam. quia & ipsa pœna quædam contumelia dici potest. Deus ergo facit vasa in contumeliam, non quia inclinet naturam in culpam: nec, ꝙ alicui impartiatur malitiam, sed quia ordinat culpam in pœnam, & vnicuique reddit secundũ mẽritã.

Vasa contumeliæ quomodo à Deo.

Ad quartum dicendum, ꝙ esse furibundum in cane non est malum, sed laudabile, vt Diony. dicit. Potest autem esse hoc malum alij, quia furia canis posset alium offendere, non tamen ex hoc dici debet canis naturaliter malus. quia in natura sua hoc est laudabile, non vituperabile.

Furibundũ in cane est laudabile hoc potest esse malũ simpliciter. & malum huic.

Ad quintum dicendum, ꝙ cum Diabolus loquitur ex proprijs, mẽdacium dicit. quia creatura ex se habet, ꝙ deficiat, ex Deo autẽ, ꝙ proficiat. Ideo dicit hoc agere Diabolus ex ꝓpꝛijs, quia eum mentiri sit quoddam deficere, non habet hoc Diabolus à Deo, ꝙ sic deficiat; non tamẽ propter hoc debet dici naturaliter malus. quia sic deficere nõ cõpetit Diabolo per naturam, sed per volũtatẽ. Est ergo hoc ei proprium, nõ ratione inclinationis naturę, sed electionis volũtariæ.

ARTIC. II.

An Dæmones ab initio fuerint mali. Conclusio est negatiua.

D. Th. 1. p. q. 63. art. 5. Item 2. sent. d. 3. q. 2. q. 1. art. 2. Item lib. 3. contra Gent. c. 117. Item in q. disp. de Dæm. q. 16. art. 4. Ric. d. 3. q. 16. 17. Rob. Holcot 2. sent. q. 3. arg. 9. princ. etiam in eius sol. D. Bonau. d. 3. p. 2. art. 1. q. 2. Sco. d. 5. q. 2. Hen. Gand. Quol. 8. q. 9. Biel d. 4. q. 1. Th. Arg. d. 6. q. 1. art. 2. Greg. d. 3. q. vnica. Dur. d. 5. q. 2. Barth. Syb. 3. Dec. c. 1. q. 3.



SECVNDO quæritur, vtrũ Dæmones in eorum initio fuerint mali. Et videtur, ꝙ sic. Nam secundum Aug. Angelus, & homo saltem quantum ad animã simul creati fuerunt, sed homo dicitur factus esse ꝓpter reparationem ruinæ Angelicæ:

Angelicæ: ergo in principio Diabolus cecidit, & in sui primordio fuit malus.

Præterea videmus, ꝙ aliqua res statim, cũ sunt, habent suam operationem, vt Sol statim, cum fuit, incępit lucere: ergo Diabolus, qui est excellentior omni corpore: in initio suæ creationis potuit habere operationem suam, & per consequẽs potuit peccare, & esse malus.

Præterea non fuit maioris potentiæ Diabolus post initium, quàm in initio. quia nulla potestas fuit sibi addita, nec in aliquo fuit sua potentia augumentata post suæ creationis initium. sed potuit peccare, & peccauit post initium: ergo, &c.

Præterea: si in primo instanti suæ creationis non peccauit: daretur vltimum instans, in quo fuit bonus: & primum, in quo fuit malus: in illo ergo tempore nec fuisset bonus, nec malus. sed hoc est inconueniens: ergo inconueniens est ipsum à bonitate in malitiam corruisse, sed semper fuit malus.

Ad hoc etiam videntur esse plures auctoritates sacræ scripturæ. Nam Io. 8. dicitur, ꝙ fuit mendax ab initio, & in veritate non stetit. Et prima Io. 3. dicitur, quòd ab initio Diabolus peccat.

Ioan. 8.

Ioan. 3.

IN CONTRARIVM est, quia dicitur Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erãt valde bona. quod non esset, si Diabolus in sui initio fuisset malus.

Gen. 1.

Præterea: inferiores Dęmones peccauerunt, occasionem sumentes ex peccato primi Dęmonis: ergo viderunt eum bonum.

RESOLVTIO.

Angelus in primo instanti peccare non potuit, licèt esset intelligens, & volens. primum. n. sumus velle, aut intelligere criminosum non fuit, quia ad hoc se mouere non potuit. Periculosum tamen fuit. ex illa. n. complacentia motus fuit, vt moueret se ad appetendum, quod non debuit.

RESPONDEO dicendum, quòd hanc quæstionem pertractat August. 11. super Gen. ad litteram, & 11. de Ciui. Dei, & licèt non videatur asserriuè loqui, nec in vno loco, nec in alio: in 11. tamen super Gen. videtur declinare ad hanc partem, quòd ab initio fuerit malus. Sic enim ait super Genes. quòd Diabolus in veritate non stetit, & hoc ab initio, ex quo ipse creatus est. Item in eodem libro dicit: Diabolum ab ipso creaturæ initio, hoc est ab ipso vel temporis, vel suæ conditionis initio cecidisse: nec aliquando in veritate stetisse. Et idem in eodem dicit, quòd factus continuò se à luce veritatis auertit: superbia tumidus, & proprię potestatis delectatione corruptus. Et idem ibidem dicit: ab initio eõditionis suę Diabolum ab ea beatitudine, quã, si voluisset, percepturus fuerat: impia superbia cecidisse. Et si aliquę auctoritates scripturę sacrę videntur dicere, quòd Diabolus aliquando fuerit bonus: auctoritates illas August. in dicto 11.

Tomo 1.

Diabolum malũ fuisse ab initio ex August. ino.

exponit de membris Diaboli. Nam sicut dicitur Diabolus iniquus homo; qui superseminauit zizaniam, vt ipse August. ait, ita ꝙ caput assumit nomen membri, sic membra possunt assumere nomen capitis, & quilibet malus homo potest dici Diabolus. In 11. tamen de Ciui. Dei, ad partẽ cõtrariam declinat, quòd Diabolus in principio suæ creationis non fuerit malus: vnde in dicto li. cap. 13. dicit, sic intelligatur etiam, quod beatus Apostolus Io. ait: Ab initio Diabolus peccat: hoc est, ex quo factus est, iustitiã recusauit. Non ergo in initio suæ creationis, sed ex quo factus fuit. Et idem eodem lib. cap. 15. expressius ait, ꝙ Diabolus in veritate non stetit, sic accipiendum esse, quòd in veritate fuerit, sed non permanserit. Et idem eodem lib. & cap. ait: Et illud, quod Diabolus ab initio peccat, non ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est: sed ab initio peccati, quòd ab initio suæ superbiæ cępit esse peccatum. Ipse ergo ab initio peccauit, quia suum peccatum fuit initium omnium peccatorum. Ideo ab initio peccati peccauit. Et in eodem lib. & cap. dicit: Hoc est initium figmenti Dei, non sic intelligendum est, vt existimemus talẽ ab initio creatum, sed in hac pœna post peccatum ordinatum. Et idem eodem lib. cap. 17. ait, quòd sine dubio vbi est initium malitiæ, natura non vitiata præcessit. Prius ergo fuit non vitiatus, & postea per voluntatem factus vitiosus. Sic ergo Augustinus videtur à seipsi discrepare. Sed quia modus eius est in libro de Ciui. Dei, ioqui magis asserruè: in lib. super Gen. magis dubitatiuè: ideo magis insistamus ad mentem eius pouẽdo ipsum ab initio suæ creationis fuisse bonum, & postea fuisse propria voluntate depranatum: immo antiquitus Magistri Parisienses simul conueniẽtes: hanc positionem reprobauerunt, quòd angelus peccauerit in primo instanti suæ creationis, & approbauerunt hanc opinionem, quòd in illo primo instanti fuerit bonus, & nõ potuerit esse malus. Propter quod inuestiganda est causa: quare malus angelus in primo instanti creationis suæ non potuerit exire in actum malum, & non poruerit peccare. Dicunt autem quidam hoc esse propter deliberationem. Volunt enim, quòd angelus prius deliberauerit, quid eligeret, & postea peccauerit. & quia deliberatio non potest esse in instanti: ideo non potuit angelus in primo instanti suæ creationis peccare. Sed hoc improbatur, quia angelus sicut non intelligit eum discursu, sed simul intelligit principia, & conclusiones: ita non vult cum discursu, sed simul vult finem, & ea, quæ sunt ad finem. Nos autem, quia nõ statim possumus videre veritatem: ideo prius consiliamur, vel in nobis, vel cum alijs, & postea eligimus: ita, quòd electio est conclusio consilij, sed angelus non sic. statim enim in eodem instanti absque discursu intelligendo aliquid, intelligi consequentia ad illud: & volendo aliquid, eligit quomodo consequatur illud. Deliberatio ergo sua non requirit tempus, sicut nec intellectio eius. Est ergo secundus modus

1. Ioan. 3.

Augustinus quo videat sibi ipsi contrarius, à Diabolo.

Angeli nõ peccarũt in primo instãti suæ creationis ex Magistr. Parisiensibus.

Angelus simul intelligit principia, & conclusiones.

Angelus an peccare potuerit in primo ſuę creationis inſtãti.

dus dicendi, videlicet ꝙ ad hoc, quòd angelus aliquid appeteret, tria neceſsaria prægnouit, videlicet ipsũ appetibile, & ſe, cui appetebat, & rationem mouentem, quare appetebat. Sed iſta, vt dicunt, ſunt diuerſa, & impoſſibile eſt, ꝙ per naturam aliqua potẽtia ſimplex ad plura ſimul,

2 Top. cap. 4. loco 13.

& ſemel ſe cõuertat. Ideo & Philoſophus in Topicis dicit, ꝙ ſcimus quidem plura: intelligimus autem vnum ſolum. Inde eſt ergo, vt aiunt, ꝙ nõ potuit peccare in primo inſtanti, quia ad prægnoſcendum, quæ requiruntur in actione quacunque, cum ſint plura, & diuerſa: ſemper requiritur ibi tempus. Sed ſtud ſtare nõ poteſt, quia

Topicorum dictum.

vbi vnum propter alterum vtrobique vnum tãtum. & quia ratio appetendi appetibile, & ipſum appetibile ſic ſe habent, ꝙ vnum eſt propter aliud: ideo vtrobique eſt vnum tantũ: imo in rationem appetendi, vel intelligendi, vt ratio eſt, & in ipſum appetibile, vel intelligibile, de neceſſitate ſimul ferimur. Poſſet. n. aliquis oculus ferri in lucem, vt eſt quoddam obiectum viſibile ſecundum ſe: ſed vt eſt ratio videndi colorem, non poſſet ferri in lucem, niſi ſimul videret & colorem. Experimur etiam in nobis ipſis, quòd ſimul videmus lucem, & colorem. Et quod diximus de ſenſu, veritatem habet de intellectu, & appetitu. In ipſa. n. principia, vt ſunt quoddam obiectum intelligentiæ, poteſt ferri intellectus, abſque eo, quòd feratur in concluſiones. ſed in

1. Poſt. 2.

ipſa principia, vt ſunt ratio intelligendi concluſiones, ſimul inducẽs cognouit, vt in primo Poſteriorum tradunt, ſic etiam de fine, & de bis, q̃ ſunt ad finem. Sed quicquid ſit in nobis: eo, ꝙ prius intelligimus principia, quàm cõcluſiones, & ex parte voluntatis ptius volumus finem, & poſtea volumus ea, quæ ſunt ad finem: in angelo vero, cuius cognitio non eſt diſcurſiua, & per conſequens nec volitio eius dicitur eſſe diſcurſiua, talia ſimul ſunt. In nobis. n. eſt. quia intelligimus diſcurrendo, quòd prius feramur in rationem intelligendi: non, vt ratio eſt, ſed, vt quoddam obiectum eſt, & poſtea feramur in ea, quæ intelligimus per rationem iliã, & ex parte voluntatis prius ferimur in rationem volendi, vt in finem: non, vt ratio eſt, ſed vt eſt quoddã volitum, & poſtea per volũtatem feramur in ea, quæ ſunt ad finẽ, & in ea, quæ volumus per huiuſmodi rationem. Sed angelus ſimul intelligit id, quod eſt ratio intelligendi, & ipſum intelligibile, & ſimul vult id, quod eſt ratio appetendi, & id, quod appetit. Quia aliter eſſet ſua cognitio diſcurſiua. Ex parte ergo rationis appetendi, & appetibilis, non poteſt causa ſufficiens aſſignari, quòd angelus in primo inſtanti ſuæ creationis peccare non potuerit.

Quod vero dicũt tria prægnoſcibilia requiri in angelo: ad hoc, vt appetat, videlicet, vt pẽgnoſcat, ſe cui appetit: & rationẽ, per quam appetit, & appetibile, quod appetit: dici debet, ꝙ in angelo cognitio ſui non impedit cognitionem aliorum. ſemp. n. angelus intelligit ſe, & ea, quæ ſunt in ſe: vel aliter caſu intelligeret, vt patebit

A inferius, cum de cognitione angeli diſputabimus. Et vt in quæſtionibus noſtris de cognitione angelorum diffuſius diximus, poteſt fortè remitti Angelus in tali cognitione, ſed nunquàm totaliter tollitur cognitio eius: quando ſemper intelligat ſe, & ea, quæ ſunt in ſe. Non ergo poteſt ſufficiens cauſa aſſignari, quòd angelus in principio ſuæ creationis non potuerit appetẽdo peccare: nec ex eo, ꝙ oportebat eum cognoſcere ſe, cui appetebat: & rationem, quam appetebat & appetibile, quod appetebat. quia omnia iſta ſimul habere potuit.

Quæſt. de cognit. Angel. prius edita, quãm 2. ſentent.

Tertius autem modus dicendi, ꝙ Angelus in primo inſtanti ſuæ creationis peccare non potuerit, eſt; quia, vt dicũt, hæc duo ſunt neceſſaria per ſe, ꝙ nullus in illo inſtãti, in quo peccat, poteſt vitare peccatum: & ꝙ omne, quod eſt, q̃n

B

2. Perihermenias, ubi hanc.

eſt: neceſſe eſt eſſe. Si ergo angelus peccauit in primo inſtanti ſuæ creationis, in illo inſtanti nõ potuit vitare peccatum, nec potuit vitare in inſtanti prioti. quia prius non fuerat: nec in inſtanti poſteriori, quia hoc Deus priuatur, cum contradictionem implicet. quia non poteſt facere præteritum non eſſe præteritum: ergo de neceſſitate peccauit. itaque poni non poterit, quòd angelus peccauerit in inſtanti ſuæ creationis, niſi ponatur, quòd de neceſſitate peccauerit. Sed, vt ſupra diximus per Aug. in de vera Religione, peccatum adeo voluntarium eſt, quòd ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum.

Tomo 2.

Sed nec hoc ſufficit. quia omne agens liberè,

C

in illo eodem inſtanti, in quo agit: poſſet non agere: non enim poſſet ſimul agere, & non agere. Propter quod ſi ponatur agere, non poteſt non agere, & econuerſo: tamen ex quo liberè agit, in poteſtate ſua eſt eligere hoc, & illud. Imaginantur enim ſic dicẽtes, quòd, ſi quis debet agere in aliquo inſtanti, ante illud inſtans debeat impedire actionem illam. quo poſito, potentiæ rationales non eſſent ad oppoſita. agens enim per intellectum ſicut per eandem formam ſimul in eodem inſtanti, intelligit hoc, & oppoſitum: ſic ſimul in eodem inſtanti poteſt agere hoc, vel oppoſitum, ſecundum ſuæ voluntatis electionem. Sic & in propoſito dicetur, quòd angelus malus in primo inſtanti ſuæ creationis habuit vſum liberi arbitrij, qui eſt ad oppoſita, vt poſſet agere, vel nõ agere, eligere, vel nõ eligere. Si ergo tunc elegit, quod non debuit, liberè hoc fecit, & potuiſſet non eligere, ſi voluiſſet. Si ergo eſt ibi neceſsitas, erit ſolũ conditionis, & ſuppoſitionis. vt ſi ſupponatur, quòd elegerit, nõ potuit non eligere. quia non potuit ſimul eligere, & non eligere. Potuit ergo agere alterum, quod voluit, ſed non potuit ſimul vtrunque agere. Propter quod nulla fuit ibi neceſſitas, quæ libero arbitrio repugnaret, & quæ tolleret rationem peccati.

D

Eſt ergo quartus modus dicendi, quòd omne malum eſt corruptiuum: ſed nihil corrumpitur, niſi quod eſt, vel fuit. aliquid ergo fuit in angelo, quod amiſit per peccatum. Si ergo angelus peccauit ſubito, cum in ſubita mutatione ſimul

fuerit,

fuerit, fieri, & factum esse, simul fuit ibi corrumpi, & corruptum esse: ergo fuit Angelus simul bonus, & non bonus. quia ex quo peccatum corrumpebat bonũ, quod inueniebat: in primo suo instanti fuit bonus, & in illo etiam eodem instanti non fuit bonus, quia per peccatum fuit corruptum in eo bonum. Non ergo potest poni, ꝙ in primo instanti peccauerit, nisi ponatur in illo instanti bonus, & non bonus. Sed nec sufficit istud, quia malum culpæ non directè opponitur bono naturæ. Deus enim in primo instanti fecit in Angelo naturam bonam, quòd si ipse in illo eodem instanti habens vsum liberi arbitrij se deprauauit per culpam, tunc vitium corrũpit habilitatem naturæ ad bonum. Si enim non maculasset se per culpam, habuisset quandam naturalem innocentiam, & quandam habilitatem ad bonum, quam potuit habere, si non peccasset: & non habuit, quia peccauit. Cecidit ergo à bono, non quod habebat, sed quod habuisset, si non peccasset. Vnde August. 11. super Gen. ait, quòd Diabolus continuo mente eęcus. non ex eo, qd acceperat, cecidit, sed ex eo, quod accepisset, si subdi Deo voluisset. Peccatum ergo in eo fuit nocumentum naturæ: tollendo ab ea innocẽtiæ habilitatem ad gratiam, & etiam ipsam gratiam, nõ quam habebat, sed quam habuisset, si stetisset.

Ang. 11 de Ciui. Dei. cap. 11.

Quòd si dicatur: hoc esse contra mentem Augustini, dicentis, quòd Diabolus in veritate fuit, sed in ea non permansit; Dicemus, ꝙ adducere contra Augustinum, non est soluere. Nec enim nos dicimus, ꝙ angelus in primo instanti peccauerit, sed quòd rationes assignatæ non sufficienter concludunt angelum in primo instanti suæ creationis non potuisse peccare. Diceret enim aduersarius, quòd cum angelus non fuerit mole carnis grauatus, habuit in primo instanti vsum liberi arbitrij, quem habendo, potuit se in eodem illo instanti auertere, & peccare.

Est ergo quintus dicendi modus: videlicet, ꝙ potuit angelus in primo instanti suæ creationis exire in actum proprium, sed non potuit exire in huiusmodi actum deficientem, nisi huiusmodi defectus referretur in suam causam agentem, & in suum productiuum. Puta enim. exemplum de tibia, ꝙ si in primo instanti exiret in actum, & ille actus esset defectiuus, quòd hoc esset ex defectu agentis. Non enim posset tibia in primo instanti claudicare, nisi defectiua esset facta ab agente. sed nec illud sufficit. Nam verum est, quòd primus actus naturalis alicuius retorquetur in agens, sed primus actus voluntarius non oportet, ꝙ sic referatur. Si ergo tibia haberet liberum arbitrium, & in sua electione esset claudicare, & non claudicare, quamcunque agens fecisset eam perfectam: statim cum inciperet pergere, non ex sua natura, sed ex prana electione claudicare posset. Quare si angelus in primo instanti potuit exire in liberum arbitrium: quãtũcunque in illo instãti esset natura bona: potuit per electionem fieri malus. Vnde & Aug. 11. de Ciui. Dei vult, quòd vnus modus dicendi est,

Tomo 5. cap. 13.

A ꝙ Diabolus ab initio peccat, hoc est: ex quo factus est, iustitiam recusauit. Et subdit, quod huic sententiæ quisquis acquieuerit, non sapit cum illis Hęreticis Manichęis. Ponere ergo angelum, ex quo factus est, i. in primo suo instanti peccasse, non est sapere cum Manichęis, ꝙ malus creatus sit, sed Deus creauit ipsum bonum, & ipse non à creante, sed à propria voluntate factus est malus.

Est itaque & sextus modus dicendi. Nã huiusmodi idẽ sic dicentes de tibia: alibi aliam cãm reddunt, dicentes, qnòd Angelus in primo instanti peccare non potuit, quia licèt non intelligat cum discursu, non tamen intelligit omnia simul. Propter quod licèt in primo instãti habuerit vsum liberi arbitrij: tamẽ primo mouit se ad cognoscendum naturalia, & in hoc nõ peccauit, B nec peccare potuit, quia in cognitione naturali non poterat habere defectum. Postea autem mouit se ad cogitandum de supernaturalibus, & in hoc potuit deficere, & peccare. Propter quod nõ in primo instanti, sed post primum instans peccare potuit. Sed nec istud sufficit. Nam licèt angelo essent quædam supernaturalia, quæ non poterat habere per naturam: tamen in statu illo ea, quæ cogitabat, eo modo, quo cogitabat, non erãt ei supernaturalia: quin posset ea sic cogitare per naturam. Cogitatio enim illa de supernaturalibus, secundum quam peccauit, non fuit ei supra naturam, quia nunc non potuisset seipsum ad hoc monere, & per consequens non peccasset. Quare si angelus non intelligit discurrẽdo, simul potuit intelligere naturalia, & supernaturalia, quia per C ipsa naturalia aliquid de supernaturalibus cogitabat: vel si secus dicatur, ponetur quòd intelligat cum discursu, & si hoc simul potuit in primo instanti, potuit & peccare, immo & Magister in littera cum quæsierit de cognitione, quam habuerunt Angeli in principio suę creationis, ait, ꝙ cognouere, quòd facti erant, & à quo facti erant, & cum quo facti erant, & habebant aliquam notitiam boni, & mali. Si ergo in primo instanti habuerunt talem notitiam, & in primo instanti habuerunt vsum liberi arbitrij, & ad talem notitiã se monerunt: potuerunt secũdum talem notitiã deficere, & appetere aliquid non appetendum, & peccare. Nec valet dictum illud de naturalibus, & supernaturalibus. Nam si statim cognouerũt, ꝙ facti erant, & à quo facti erant: cũ facti essent D à Deo, statim mouerunt se in notitiam rei supernaturalis, & statim potuerunt, cogitãdo de Deo, & de re supernaturali cogitando, deficere, & inde bnè aliquid appetere, & peccare.

Angelus non intelligit omnia simul.

His itaque omnibus prælibatis, dicàmus ꝙ statim cum Angelus potuit se mouere ad aliquid appetẽdum: potuit peccare. Nam antequam essent beati, vel essent confirmati in gratia: in operationibus eorum potuit esse defectus. Propter quod in illo statu in continenti, quòd potuit se monere ad aliquid appetẽdum: potuit deficere, & peccare. Hoc est ergo videndum, vtrum angelus potuerit se mouere in primũ actum voluntatis,

Opinio Doctoris. Angelus cũ primum potuit appetere, potuit peccare.

tatis: vel oporteat dicere, quòd primum actum voluntatis non habeat à se, sed à Deo. Probat. n. Anselmus in libro de casu Diaboli, quòd primũ actum voluntatis angelus non potuit à se habere. Nam non est simile de omnibus alijs actibus, & de actu voluntatis. Nam ille, qui nihil videt, vt puta quia est in tenebris, potest seipsum mouere ad videndum, & ire ad lucẽ. sed ille, qui nihil vult, impossibile est, quòd seipsum moueat ad volendum. Nam quicquid per volũtatem se mouet ad aliquid; aliquid vult, & aliquid appetit, per quod mouet se ad aliquid appetendum, vt si quis clausus in domo vult videre solem, ex hoc volito mouet se, vt velit ire extra domum. sed si nihil vellet, nullo modo ad volendum se mouere posset.

Visum habens nõ videt.

Ad primum ergo actũ voluntatis non potuit angelus se mouere. est ergo, quod ait Anselmus, q̃ non videns habet visum, & voluntatem, qua potest mouere visum. sed de eo, qui nullam voluntatẽ habet, loquimur, si qua tes seipsam mouet de noo velle ad velle. Et subdit, quia quicquid se monet ad volendum, prius vult. Et ibidẽ dicitur, quòd nihil potest per se velle, qui nihil vult. propter quod ibi concluditur, q̃ angelus ille, qui iam aptus factus est ad volẽdum, sed tamen nihil vult, non potest à se habere voluntatem primam. Dicamus ergo, quòd Deus creauit angelum intelligentem, & volentem, & ad illud intelligere, & ad illud velle angelus se non mouit. Statim enim, cum fuit producta essentia angeli, fecit intellectionẽ suipsius in intellectu angeli: ita, q̃ in instanti suæ creationis angelus intellexit se, & omnia, quæ erant in se. Nam angelus sicut non intelligit discurrendo, ita noo intelligit componendo, sed simul intelligit subiectum, & ea, quæ sunt in subiecto. propter quod simul intellexit se, & omnia, quæ in ipso erant. se autem intelligere non poterat, cum esset quædam factura: nisi etiam aliqualiter intelligeret suum Factorem. Nam, vt ait Commentator 7. Metaph. Non scitur hæc substantia particularis, ignorata prima causa. Angelus enim, qui simul intelligit effectum, & causam, prout cognoscitur in suo effectu, quia noo intelligit discurrendo ex illa intellectione, quam causauit essentia angeli in intellectu eius, intellexit se, q̃ factus erat; & cũ, à quo factus erat: & intellexit omnia, quæ habebat in se, & in isto intelligere habebat quãdam complacentiam naturalem. Istud ergo intelligere, & istud velle, dicit angelus noo habuisse à se, sed à producente. quia ex sola creatione substantiæ angeli, cum suis potentijs factum est, q̃ sic intelligeret, & sic sibi complaceret. quia ergo hoc non habuit à se, nec ad hoc seipsum mouit, non potuit in hoc esse peccatum.

Angelus qõo nõ intelligit discurrendo.

Angelus erat in principio suæ creationis peccare nõ potuit.

Angelus qõo intelligit, & qõo vult.

Tota ergo difficultas quæstionis est in videndo quomodo angelus intelligit, & quomodo vult. Nunquàm enim est, quin angelus intelligat seipsum, & ea, quæ sunt in se, aliter, n. casu se moueret ad aliquid intelligeodum, sed cum intelligit se, & videt omnes species intelligibiles, quas habet apud se, potest se conuertere super hanc speciem intelligibilem, vel super illam, & intelligere hoc, vel illud: & cum conuertit se super aliquam speciem, licet non omnino ex hoc desinat se intelligere: tamen non ita plenè, & ita perfectè seipsum intelligit: cum cõuertit se super speciẽ alicuius, & specialiter intelligit aliquid, sicut si sistat solũ in intellectione sui. naturale est ergo angelo, q̃ essentia sua faciat plenam intellectionẽ suipsius, nisi ipse angelos per voluntatem se conuertat super aliquam speciem, ex qua conuersione remittatur huiusmodi intellectio. Cũ ergo sit naturale, q̃ cognitio præcedat velle, & si non tempore, origine: prima intellectio angeli, qua intellexit seipsum, non potuit esse remissa, quia non remittitur huiusmodi intellectio: nisi per intentionem voluntatis, conuertentis se super aliud, vel super speciem aliam. intellectionẽ ergo remissam præcedit intentio voluntatis. Primam ergo intellectionem angeli non potuit præcedere intentio voluntatis: ergo illa intellectio remissa non fuit: illam tamen intellectionẽ primam non ex intentione voluntatis, sed ex vnione substantiæ angeli ad intellectum, intelligimus factam esse, & ex hoc consecuta est complacentia secundum eam intellectionem: qua complacentia subsecuta, potuit angelus se monere ad aliud, sicut voluit. quia ergo ad intellectionem, & ad complacentiam, quam habuit angelus in primo instanti, se non mouit: ideo secundum ea peccare non potuit. propter quod in primo instanti suæ creationis non potuit esse peccatum. In quæstione vero sequenti, vbi quæretur de mora inter creationem, & lapsum, hoc idem pleoius declarabitur. Ad præsens autem sufficiat scire, q̃ licet angelus in primo instaoti suæ creationis fuerit intelligens, & volens: tamen in hoc peccare non potuit. quia ad illa se non mouit, nec mouere potuit. prima n. intellectio angeli, qua intellexit se, & primum velle, quo complacuit sibi in huiusmodi intelligere, non fuit criminosum: fuit tamen valde periculosum. quia ex illa complacentia motus fuit, vt moueret se ad appetendum, qd̃ non debuit. videns. n. le fic pulchrum, & fic lucidum, monit se ad appetendum, & appetijt, vt consequeretur beatitudinem ex natura, quam debuit velle, & appetere per gratiam. Vnde Augu. 11. sup Gen. ait, q̃ Diabolus à luce veritatis se auertit, superbia tumidus, & propriæ potestatis delectatione corruptus.

Angelus in primo instanti suæ creationis non potuit peccare.

Tomo 1.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, q̃ oõ fuit tota causa, quare creatus fuit homo. i. reparatio ruinæ angelicæ: sed fuit quædã voluntas consequens. Creatus. n. fuisset homo propter decorem, & bonitatem vniuersi, & ne in vniuerso talis species deficeret, & vt Dei gloria magis manifestaretur, si nunquàm angelos peccasset. propter quod, vt diximus, reparatio ruinæ nõ fuit principalis cã creationis eius, sed ex hoc est secuta hæc vtilitas, & quia creatus est homo. per creationem potuit ruina angelica reparari.

Angelus qui non peccasset, homo creatus fuisset.

Ad secun-

Ad secundum dicendum, quòd etiam Angelus in principio suæ creationis fuit intelligens, & volens: & ad illud intelligere, & ad illud velle se non mouit: ideo non potuit ibi esse peccatum, licèt esset ibi periculum. Debuit .n. sic se intelligere, & sic in tali intellectione sibi complacere: & ex hoc se mouere in laudē Creatoris, qui fecit illum: non autem debuit se mouere ad appetēdū propriam excellentiam, & ad volendum cōsequi beatitudinem per naturam.

Ad tertium dicendum, quòd non fuit hoc ex maioritate potentiæ, vel ex minoritate, quòd in primo instanti peccare non potuit; sed fuit ex ordine potentię, vt quia potentia angeli, vt intellectus, & voluntas hunc ordinem habent in actionibus suis, quòd ad primam intellectionē, & ad complacentiam illius intellectionis se propriè non mouet, sed in ipsa prima factione factus est sic intelligens, & sic sibi complacens, vt ex hoc postea, sicut vellet, seipsum mouere posset.

Ad quartum dicendum, ꝙ dabitur primum instans, in quo fuit malus: & vltimum instās, in quo fuit bonus: nec tamen inter illa duo instantia cadet tempus mediū, in quo nec fuit malus, nec bonus. quia in motu angeli non est dare continuitatem, quòd semper inter duo instantia cadat tempus medium, sicut in motu corporum.

Auctoritates autem contra hoc adductas, probantes Diabolum semper fuisse malum: soluit Magister in littera. Nam ad illud, quod dicitur, quòd mendax fuit ab initio, & in veritate nō stetit: exponit Magister ab initio. i. statim post initium. Et quod additur, quia in veritate non stetit: ait Magister, & sumptū est ab Augustino 11. de Ciui. Dei, ꝙ in veritate fuit, sed in ea nō permansit. Ad illud autem de Canonica. Iuānis, ꝙ Diabolus ab initio peccat: potest similiter exponi. i. post initium: vel, vt exponit Aug. li. de Ciu. Dei cap. assignatu; Diabolus ab initio peccat. Non ab initio suæ creationis, sed ab initio peccati, quia eius fuit peccatum primum, & initiū omnium peccatorum.

Tomo 5. cap. 15.

ARTIC. III.

An fuerit aliqua mora inter Angelorum creationem, & lapsum. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. par. q. 63. art. 6. Item in q. disp. de Dęm. q. 16. art. 4. Alex. de Ales 2. p. q. 105. membro 2. Capr. d. 4. q. 1. circa finem. Voril. d. 3. q. 8. Barth. Syb. c. 2. 3. Dec. q. 4. & alij Doct. supra citati in prædictis locis.

QUERITUR: vtrum fuerit aliqua mora inter creationem, & lapsum. Et videtur, ꝙ non. quia vt dicit Magister in littera, Diabolus mendax erat ab initio. i. statim post initium. Nullo ergo modo fuit ibi mora, sed statim post initium malus fuit.

Præterea: Initium temporis, siue nunc, nullam habet moram. quia vt dicit Aug. 11. Conf. præsens tempus nullum habet spatium, sed vt dicitur in littera ab initio temporis. i. statim post initium temporis Diabolus apostatauit. si ergo angelus fuit creatus simul cū tempore, quia quatuor fuisse coęua ponuntur: cęlum Empyreum: Materia prima: Tēpus, & Angelus; si statim post initium temporis peccauit, non fuit nisi per instans in cęlo empyreo: nulla ergo fuit mora inter creationem, & casum. Tomo 1. Coęua quę tunc. & vid Alber. Magnum.

Præterea, Aug. 11. super Ge. dicit, quòd nunc Diabolus cecidit, si talis factus est. i. si factus est malus: sed, vt subdit, factus, continuò à luce veritatis se auertit: nullo ergo modo habuit moram. Tomo 8.

Ad idem etiam facit auctoritas eius. 11. de Ciu. Dei, vbi vult, ꝙ in veritate fuit, sed in ea non permansit. Tomo 5. Cap. 15.

Præterea: In volēdo, & intelligendo Angelus non requirit tempus. Potest enim statim velle, & intelligere. Si ergo in primo instanti non peccauit, quia ad primum intellectionem se non mouit: potuit statim post illud instans se mouere, & peccare, & nullam in hoc moram habere.

IN CONTRARIVM est, quia vt dicit Ezech. 28. Tu ambulasti perfectus in vijs tuis: à die conditionis tuæ, donec inuenta est in te iniquitas: hoc autem esse non potuit sine mora, ꝙ ambularet in vijs suis sine iniquitate. Ezech. 28.

Præterea: Origenes vult, & habet in littera, ꝙ serpens hostis contrarius veritati, nō à principio, nec statim super pectus suum ambulauit. i. peccauit.

RESOLVTIO.

Angeli lapsus, & creatio moram quandam habuerunt, quæ quidem brevissima, non autem instantanea fuit.

RESPONDEO dicendum, quòd quidam volunt, nullam fuisse moram inter creationem, & lapsum. Statim .n. post primum instans suæ creationis peccauit, & cecidit. Mouentur autem ad hoc ex gratia, in qua ponūt angelos creatos. Volunt .n. quòd angelus potuerit meteri in instanti, & quia creatus fuit in gratia, statim post primum instans debuit se mouere ad metendū. quod si non fecit, gratiæ impedimentum præstitit: nulla ergo fuit mora inter creationem, & lapsum, quia post primum instans saltem omittendo peccauit.

Sed argumentum istud ita arguit non fuisse moram inter creationem, & lapsum, si non fuerunt creati in gratia, sicut si fuerunt. Nam si angelus, habens gratiam tenebatur statim post primum instans se conuertere; si non habuit gratiā, ex ipsa ratione tenebatur facere totum, quod in se erat. quod si fecisset, Deus etiam fecisset, quod in se esset: & per cōsequens beatitudinem, & gratiam

tiam habuisset. si ergo hæc sunt vera: tunc nulla fuit ibi mora, sed statim post primum instans hi fuerunt damnati, qui se auerterunt, & illi confirmati, qui se conuerterunt. Secundum hoc ergo, siue fuerunt creati in gratia, siue non, oportet dicere, ꝙ impossibile fuerit, vbi fuisse moram.

Præterea peccatum Angeli non dicitur fuisse omissionis tantum, sed commissionis. Quicquid ergo sit de creatione eorum in gratia, quia de hoc infra dubitabitur; hanc partem sustinemus, quòd fuit aliqua morula inter creationem, & lapsum. Quod planè dicit Origenes, & habetur in littera, quòd serpens cum in paradiso delitiarum moraretur, aliquando fuit non serpēs. Et in littera habetur post creationem angelos cecidisse, & quòd fuit ibi aliqua morula, licèt breuissima. Hoc ergo ordine procedemus, quia primo declarabimus, ꝙ illa prima intellectio, quam habuit angelus, in qua non fuit peccatū: non potuit esse simul cum intellectione illa, secundum quam peccauit. Secūdo declarabimus, quòd intellectio illa prima habuit aliquam moram, & non fuit in instanti temporis, sed fuit in instanti, quod mensurat operationes angelicas. quod, vt patebit, motam habere potest.

Propter primum sciendum, ꝙ non solus noo est simul intellectio facta per vnam speciem, cū intellectione facta per aliam, quia non potest intellectus angelicus simul informari pluribus speciebus, sed etiam cum angelus intelligit per vnam, & eandem speciem, non est simul intellectio facta per vnam conuersionem, cum intellectione facta per aliam. In intellectionibus .n. Angelorum non solum damus diuersas species, sed etiam damus diuersas conuersiones. vt si Angelus aliquis intelligat per speciem animalis: poterit intelligere per illam speciem omnes species animalis: non tamen propter hoc intelliget, quę conueniunt huic speciei, vt est hæc species, vt quæ conueniunt leoni, vt est leo: sed si specialiter se conuertant super illam speciem, vt est repræsentatiua leonis, intelligeret leonem: & quæ conueniunt leoni, vt leo est: hæc autē non possunt esse simul, quia tunc simul intelligeret, & non intelligeret ea, quæ sunt leonis, vt leo est. Vt ergo hoc ad propositum adaptemus: dicamus, quòd prima intellectio angeli, qua semper intellexit se, omnino fuit plena. eam semper substantia angeli coniuncta suo intellectu causat in eo intellectionem plenam sui ipsius, nisi impediatur, vt dicebatur ex interiore voluntatis, se conuertentis super aliquam speciem: non ergo remittitur talis intellectio, nisi voluntas præueniat super aliud se conuertens. Non est enim credibile, quòd æquè plenè se intelligat, cum specialiter se conuertit super aliud, sicut si solus ad intellectionem sui esset intentus: cum ergo primam intellectionem sui non potuerit præuenire voluntas, quia nihil possumus velle cognitione non præuia: oportuit illam intellectionem esse plenam, & esse quasi naturalē, idest ex naturali vnione substantiæ angeli ad potentiam intellectiuam: Angelus ergo primo intellexit se, & ea, quæ sunt in se: & fuit hęc cognitio plena eo modo, quo plena esse poterat, & cōplacuit sibi in ista intellectione. Si ergo voluit vlterius cogitare aliquid aliud specialiter, vtputa de beatitudine consequenda: oportuit, quòd intellectio, qua intelligebat seipsum, remitteretur: cum specialiter se conuertit ad intelligendum aliquid aliud. Et quia non est possibile, quòd simul sit intellectio plena, & non plena: vt quòd simul se angelus intelligat plenè, & nō plenè, quod postea specialiter intellexit, non fuit simul cum intellectione prima. Angelus.n. intelligendo seipsum, intelligit omnia, quæ sunt in ipso, & intelligit alia connexa huic intellectioni, vtputa quia ipse est factus, & quia simul intelligit effectum, & causam, intelligit aliquo modo causam huę factionis. Sed ex isto intelligere, supra nihil aliud specialiter se conuertit, sed solum intelligit ista: prout sunt annexa intellectioni suiipsius. sed si ex hoc ad aliquid apperēdum vult se specialiter conuertere: quicquid sit illud, siue sit beatitudo, siue sit quodcunque aliud; oportet, quòd in aliquo remittatur intellectio, qua intelligit seipsum. Et quia non potest esse simul aliquid remissum, & plenum, non poterit esse simul hoc, & illud: immo in his, quæ intelligit, intelligēdo se, si vult se super aliquod illorum specialiter cōuertere, oportet quòd remittatur intellectio sui ipsius. vtputa si intelligendo se, intelligit se sapientem, pulchrum, & excellentem, vtputa, quia hæc sunt propter letates, vel quædam proprię passiones eius: & quia intelligendo subiectum, intelligit omnia, quæ sunt subiecti: ideo intelligēdo se, intelligit omnia ista, si vult se postea specialiter conuertere, vtputa super excellentia sua, vel super quocunque alio, oportet quòd remittatur intellectio sui ipsius. Nam aliud est intelligere alia, intelligendo se, quod fit ex plena intellectione suipsius, & aliud est considerare de aliquo alio specialiter, quòd non possit hoc simul facere, & se plenè intelligere. In prima ergo intellectione Angelus non peccauit: sed postea, quia ex hoc super aliquid aliud specialiter se conuertit, illud inordinatè appetendo, ideo tunc peccauit: & quia conuertēdo se specialiter super illud, remittebatur intellectio prima, & nō potuit hoc esse simul cum prima intellectione. propter quod in primo instanti cum primo se intellexit non peccauit, sed post illud instās peccare potuit. Et qđ dictum est de intellectione: dicendum est de cōplacentia. Nam non potuit sibi non complacere in illa prima intellectione, cum se intellexit. nec propter hoc sequitur, quòd nō voluerit, & quòd non libere sibi complacuerit sic se habēdo. Nam de necessitate quilibet vult esse beatus. Nec tamē finis est minus volitus, quàm alia: immo est magis volitus, & etiam voluntas proprię dicitur esse finis. Quamdiu enim sic se intelligebat: complacebat sibi in intellectione illa: poterat tamen, si volebat, se conuertere super alio, & sic fuisset remissa cōplacētia, sicut fuit remissa intellectio.

Angelus quo se intelligat.

Redeamus ergo, & dicamus, quòd prima iotellectio angeli,& prima complacẽtia, prout intellexit se,& complacuit sibi, in tali intellectione, non fuit peccatum: nec ad hoc propriè se mouit angelus, sed ex hoc factus actu intelligens, & actu volens, potuit se determinare per voluntatem : vel vt in hoc persisteret, vel vt ad aliud se cõverteret. persistendo autẽ in hoc poterat peccare peccato omissionis. Nam per se non poterat esse peccatum considerare seipsum,& in hoc complacere sibi. Poterat autẽ esse hoc peccatũ, ex eo, q intelligendo se, onn referebat se io laudem Creatoris, vel ergo persistebat in illa intellectione plus, quàm deberet, vt ex hoc omittendo peccare, tunc in priocipio non fuit malus, nec potuit talis persistentia esse sine mora. propter quod fuit aliqua mora inter creationem, & lapsum, vel oõ persistebat in tali intellectinne, sed statim conuertit se ex illa complacentia, qua cõplacuit sibi ad aliquid specialiter appetendum, quod inordinatè vnlendo peccauit. Sed quia, vt diximus, non poterat sic specialiter se conuertere, nisi remitteretur intellectin suũpsius, nõ potuit hoc esse simul cum illa intellectione, & per consequens in principio suæ creationis, cũ erat intellectio illa suijpsius plena, onn remissa, peccare non potuit. Sine ergo ponatur, q peccauerit peccato omissionis plus, quàm debuerit ī sua intellectione persistendo, sine peccato commissionis, se ad appetendum inordinatè aliquid specialiter conuertendo, semper concluditur, q nõ in primo instãti peccauerit. Hsbito, q prima iotellectin angeli nõ fuit peccatũ, vt prima fuit, sed potuit ibi esse peccatum, vel nimis in ea persistendo, vel se ad aliud inordinatè specialiter cõuertendo, volumus specialiter declarare, q inter peccatum angeli, & suam creationẽ fuit aliqua morula, licet breuissima. Nsm si peccauit angelus nimis persistendo in intellectione suijpsius, hoc non potuit esse sine mora. quia si noo fecisset in hoc moram, non nimis perstitisset, nec ex hoc peccato omissinnis peccasset. Sed dices, q nõ peccauit angelus in illa iotellectione nimia persisteodo, sed peccauit inordinate ad aliquid specialiter se conuertendo: & quia in illa intellectione non stetit nisi per instans; ideo, licet non fuerit in instanti suæ creationis malus, tamẽ statim post illud instãs, fuit malus: ita, q nulla fuit mora inter creationem, & lapsum, quia iostans nullam moram habet.

Dicemus ergo, quòd de necessitate illa intellectio prima, ad quam angelus se non mouit, & in qua per consequens, vt prima erat, noo poterat esse peccatum, dc necessitate duranit plus, quàm per instans vnius temporis. Nsm quotiescunque res acquirit aliquid tanquàm aliquid in actu, stat ibi plus, quàm per instans temporis. io moto enim locali, quia mobile non est in loco sibi æquali, nisi per instans tẽporis, quandiu sic mouetur secundum, q huiusmodi dicitur esse in potentia, & oon in actu. & inde est, q diffinitur motus, q est actus entis in potentia, secundum q est in potentia. cum ergo ad illam intellectionem se haberet angelus tanquàm ad aliquid in actu, non potuit in iostanti se remouere ab intellectione illa, immo non lolum respectu illius intellectinnis, ad quam angelus se non monet, sed respectu aliarum intellectionum, ad quas angelus se monet, non potest ibi persistere per instans temporis tantum, vt q oon nisi per instans vnius temporis staret in intellectione aliqna. quia tunc frustra se moueret ad illam intellectionem. Ex quo. n. oportuit angelum fieri actu intelligentem, & volentem: vt sic in actu factus, postea moueret se ipsum ad volendum, & intelligendum, quæ vellet: iotellectio illa prima, ex quo respondebat angelo, vt aliquid in actu, non potuit durare per instans tẽporis tantum, quia quod est tale, non considera tur, vt in actu, sed vt in potentia. Oportuit ergo esse aliquam morulam inter creatinnem, & lapsum. quia intellectiooem illam primam oportebat durare plus, quàm per instans temporis. Si ergo peccauit committendo, vt conuertendo se inordinatè specialiter ad aliquid, hoc fuit io aliqua mora temporis, cum hnc noo posset facere, nisi prius per aliquam morulam quantuncũque breuissimam, oportuisset enm persistere in intellectione prima. Si autem peccauit omittendo, vt nimis persistẽdo, vel plus, quàm deberet stando io intellectione illa, hoc etiam oon fuit sine tempore. quia si fecisset totum, quod in se erat, oportuisset intellectinoem illam primam durasse plus, quàm per instans temporis, cum ad eam compararet tanquàm ad aliquid, per quod erat factus in actu, quod sine omni mora temporis fieri non potest. Dicamus ergo, quòd si volumus appellare iostans, quãdiu stat angelus in intellectione una, tunc angelus non nisi per iostãs fuit in cœlo Empyreo. Sed sic æquiuocè accipit instans. quia sic instans, habet moram: quo posito, ponimus moram inter creationem, & lapsum, quod probare intendebamus. Si volumus accipere iostans pro instanti temporis, quod nullam moram habet ; sic angelus fuit in cœlo Empyreo plus, quàm per iostans. quia nulla est intellectio angeli nec esse potest, loquendo secundum naturæ cursum, & secundum ordinẽ, quem videmus, quæ oon durat plus, quàm per instans temporis. non enim comparatur angelus ad suas intellectiones, sicut ad aliquid io potentia, sicut comparatur mobile ad omnia loca iotermedia, io quibus oon vult esse: oisi, vt attingat locum vltimum. propter quod in omnibus locis iotermedijs semper est in loco æquali, solùm in instaoti temporis, & in potentia. In loco autem vltimo, quem intendit per se acquirere, est in tempore, & in actu. Ociosè. o. moueretur ad acquirendum illum, si non esset ibi io actu, & si nõ esset ibi plus, q̃ p instans tẽporis. Intellectiones aũt angeli nõ sic se habẽt, vt q iõ Angelus moneat se ad aliquam intellectionem, vt per hoc intendat in aliam, ac si non posset sine illa alia habere. quia tunc intelligeret discurtendo,

Cõsideratio fui quomodo fit peccatum.

Mora brevissima inter creationem Angeli, & lapsu.

3. Phys. q. 14. & 5.

tendo,& si aliquo modo vna deseruit ad aliam: A
vtputa intellectio prima, per quam fuit factus angelus in actu, deseruit ad alias, quia non potuisset angelus se mouere ad intellectiones alias, nisi fuisset factus in actu per primam; Attamen non propter hoc secúdum illam intellectionem debebat dici esse in potentia, secundum quòd in potentia, cum & in illa intellectione secundum se sibi complaceret, & ex hoc esset secundum se intenta, & per consequens ad illam compararetur, vt ad aliquid in actu. propter quod oportebat intellectionem illam durare plus, quàm per instans temporis. fuit ergo aliqua morula inter creationem, & lapsum.

Angeli' esse peccasse di creationem post initiũ. Phy. 2.2.94.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd Angelus propter breuissimam motulã inter creationé, & lapsum: dicitur statim ab initio B
.i. statim post initium peccasse. Nam quod valde modicũ est, intellectus accipit, quasi nihil esset.

Et per hoc patet solutio ad secundum, quia ex hoc dicitur Diabolus peccasse statim post initiũ temporis, vel post initium creationis suæ, propter breuissimam motulam inter creationem, & lapsum. Illa ergo verba allegata, tam in primo ar gumẽto, quàm in secũdo, sicut verba Magistri in littera, non debent intelligi hoc modo, quòd nulla fuerit morula inter creationem, & lapsum: cũ planè dicat Magister in littera, ibi fuisse morulã, sed breuissimam.

Per hoc etiam patet solutio ad tertium, quia propter breuissimam morulã: dicitur continuò se auertisse, & dicitur in veritate fuisse, sed non permansisse.

Ad quartum dicendum, quòd intelligere angeli non requirit tempus, vt quòd successiuè, & C
in tempore perdat vnam intellectionẽ, & acquirat aliam, sed simul à tota vna intellectione se auertit, & simul in totam aliam intellectionem se facit. Licèt ergo non sit ibi hoc modo tempus quantum ad acquirendam, vel perdendã intellectionem: est tamen ibi aliqua mora tẽporis, quãtum ad persistendum, quia non statim, cum est factus sub vna intellectione, recedit ab illa, & facit se sub alia: sed quælibet intellectio est aliquo modo placita, & per se intenta, & comparatur ad eam, vt ad aliquid in actu, & persistit in ea plus, quàm per instãs temporis. & hoc modo sufficit, quòd sit ibi tempus, ad hoc, quòd fuerit morula aliqua breuissima inter creationem, & lapsum.

QVÆSTIO II.

De Angelorum cognitione.

IRCA hoc quærũtur quatuor. Primo, prout cognitio Angeli comparatur ad suam essẽtiam. Vtrum se, & alia cognoscat per essentiam. Secundo prout cõparatur ad species: vtrũ habeat species apud se intelligibiles, & quales sint illæ species. Tertio prout huiusmodi cognitio comparatur ad multitudinem, & pluralitatẽ: vtrum possit intelligere plura simul. Quarto prout cõparatur ad singularia, vtrũ possit singularia cognoscere.

ARTIC. I.

An Angelus intelligat seipsum per essentiam suam. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. quæst. disp. de cogn. Ang. q. 1. Et in 1. sent. d. 3. p. 2. ar. 4. q. 1. Et Quol. 2. q. 13. D. Th. 1. p. q. 55. ar. 1. Item 2. Scr. 2. sent. d. 3. q. 2. art. 1. Item in q. disp. de Ver. q. 8. art. 8. De Spir. D. Bonau. d. 3. p. 2. ar. 2. q. 2. Rob. Holcot. d 3. q. 4. Sco. d. 3. q 8. Dur. d. 3. q. 6. Bacc. d. 4. q. 1. Th. Arg d. 3. q. 2. ar. 4. Ant. Andr. d. 3. q. 8. Capr. d. 3. q. 2. Vorl. d. 3. q. 8.

AD primum sic proceditur: videt, q Angelus non intelligat seipsum per essentiam suam. Nam prout vult Dion. 6. cap. de Angelica Hierar. Angeli ignorant proprias virtutes. sed qđ ignorat propriam virtutẽ, non cognoscit seipsum, & per consequens non cognoscit se per essentiam suam: angelus est huiusmodi: ergo, &c.

Præterea id, qđ est rõ cognoscẽdi, est forma intellectus, sed angelus non pót esse forma intellectus eius: immo magis è cõuerso: intellectus eius est forma, & perfectio essentiæ ipsius: ergo, &c.

Præterea: nihil, qđ est p se existẽs, est forma alicuius: essentia Angeli est per se existens, quia nõ est forma recepta in materia: ergo huiusmodi essentia non potest esse forma intellectus.

Præterea: Potentia est medium inter substantiã, & actionẽ, quia substãtia per potẽtiã, siue per virtutem in actionẽ tẽdit, & actio est mediũ inter potentiã, & obiectũ. Si ergo Angelus intelligeret se per essẽtiã suã: tunc essentia Angeli rẽderet in seipsam per potentiam, & actionem: esset ergo proximior potentia, & actio ipsi essentiæ, quàm essentia sibi, quod est inconueniens.

IN CONTRARIVM est, qa vt vult Auctor de causis 15. propositione sui libri: oẽ ad se cõuersiuũ est incorporeũ, & è conuerso: Angelus est incorporeus, ergo est ad se cõuersiuus: cõuertitur ergo ad seipsum per operationẽ suã: intelligit ergo seipsum: cum ergo cognitum cognoscat à cognoscente, prout est præsens illi, ex quo angelus cognoscet se ipsum: competit ei hoc prout est sibi præsens per essentiam suam: ergo, &c. D

Præterea, Fm Aug. 14. de Trin. c. 4. nihil tam mentem mouit, quàm qđ sibi prẽsto est: tõ ergo, quare res cognoscitur à mente nostra, est præsentia. sed, vt ibidẽ dicitur, nihil est ita pñs mẽti, sicut est ipsa sibi: angelus ergo cognoscit se, qa est sibi pñs, sed nó est pñs sibi nisi p seipm: ergo, &c.

Præterea Aug. 9. de Trin. 11, q anima seipsam per se nouit: quoniam est incorporea. multò ergo magis, & Angelus. Tomo 5. cap. 5.

Dub. I.

An Angelus cognoscat alia à se per essentiam suam. Conclusio est negatiua.

Aegid. de cogn. Ang. q. 2. D. Tho. 1. p. q. 55. art. 2. D. Bonau. d. 3. p. 2. art. 2. q. 1. Ric. d. 3. q. 2. 2. 13. Henr. Gand. Quol. 5. q. 14. Sco. d. 3. q. 10. Dur. d. 3. q. 6. Bacc. d. 6. q. 2. Capr. d. 3. q. 2. Ant. Andr. d. 3. q. 10.

MVLTARIVS autem dubitatur, vtrũ angelus cognoscat alia à se p essentiã suam. Et videtur, quòd sic. quia vt dicitur 5. c. de Diui. uo. principaliora in entibus sunt exemplaria aliorum. angelus ergo est exemplar omnium, quæ sunt infra se, cum ipse sit principium illis, & per consequens intelligit omnia illa per seipsum, & per suam essentiã.

Præterea, vt dicitur 8. propositione de causis, intelligentia est substãtia intelligibilis, & scit res per modum substantiæ suæ, substantia ergo angeli est causa, quare cognoscat res alias.

Anima est locus formarũ t. c. 6.

Præterea dicitur in 3. de anima, quòd anima est species specierum, multo ergo magis est huiusmodi species angelus. sed si angelus est species omnium specierum, erit per seipsum similitudo omnium aliarum rerum, & per consequẽs cognoscendo seipsum cognoscet omnia alia.

Tomo 1. cap. 1.

Præterea secundum August. 9. de Trini. mens sicut corporeatũ rerũ notitias colligit per sensus corporũ, sic incorporeatũ p se ipsam: aia ergo p se ipsam cognoscit incorporea: ergo & angelus, saltẽ oĩum incorporaliũ notitiã habet p essentiã suã.

IN CONTRARIVM est quod dicitur in 10. propositione de causis, quòd omnis intelligentia est plena formis. i. speciebus. non ergo cognoscit res alias per essentiam suam, sed per species, vel frustra essent illæ species.

Præterea in pluribus locis vult Augu. quòd à specie, quę est in memoria, gignitur species, quæ est in intelligentia. quod non esset, si anima, vel angelus omnia cognosceret per essentiam suam, & nihil cognosceret per speciem.

Dub. II.

An Angelus cognoscat alia per essentiam aliorum. Conclusio est negatiua.

Aegid. de cognit. Angelorum q. 3. & alijs in locis supra citatis.

MVLTARIVS autem dubitatur, vtrũ angelus alia cognoscat per essentiã aliorum. Et videtur, quòd sic. Nam essentia cuiuslibet angeli est quid itelligibile in actu, non ergo indiget alio, per quod intelligatur, sed intelligetur per seipsam. Quare si vnus angelus intelligit essentiã alterius, intelligit ipsam per se ipsam. saltem ergo quantum ad res incorporeas

A angelus intelliget eas per essentiam eorum.

Præterea angelus intelligit se per essentiam suam, sed angelus superior est multo formalior, q̃ inferior; ergo saltẽ angelus intelliget superiores angelos, nõ per aliam speciẽ, sed p essentiã eorũ.

Præterea vnus angelus illuminat alium, & causat illuminationem in ipso. pari ergo ratione poterit in eo causare intellectionem, propter qđ intelligetur ab eo per seipsum.

Præterea videtur hæc esse differentia inter cognitionem angeli, & animæ. quia anima per intellectum cognoscit res, secundum, q̃ sunt abstractæ. & inde est, q̃ non habet cognitionem de singularibus, nisi conuertendo se ad phantasmata. sed angelus habet cognitionem de rebus, vt sunt in seipsis. aliter. n. nullam cognitionem haberet de singularibus, cum nõ habeat phãtasma, ad quod se conuertat. sed res sunt in seipsis per essentiam suam: habet ergo angelus cognitionẽ de rebus per essentias rerum.

IN CONTRARIVM est. quia res sunt cognitæ à cognoscente, prout sunt in cognoscẽte. sed res non sunt in angelo per essentias suas, sed per similitudines, ergo &c.

Præterea, quod est ratio cognoscendi, est quasi forma intellectus, sed essentiæ aliarũ rerũ non possunt esse formæ intellectus angelici, ergo &c.

RESP. AD ARG. ART. 1.

RESPONDEO dicendum ad q. primam. cum quæritur: Vtrum angelus cognoscat se per essentiam suam; dici debet, q̃ ad hoc, q̃ res aliqua non cognoscatur ab aliquo per essentiã suã, quantum ad præsens spectat, triplex potest esse causa. Prima quidem, si res illa non pertineat ad genus intelligibilium. Secunda si pertineat ad huiusmodi genus, non sicut actus, sed sicut potẽtia pura. Tertia si pertineat sicut actus, sed non sit proportionata intellectui. Debemus. n. imaginari, q̃ sicut est in genere entium, sic suo modo est in genere intelligibilium. Ad hoc. n. q̃ aliquid habeat aliquam actionem in genere entiũ, oportet, q̃ illud pertineat ad huiusmodi genus. Ipsum enim nihil nullam actionẽ habere potest in genere entiũ. quia non participat de natura entis. Secundo dato, q̃ pertineat ad genus entis, si pertinet ad huiusmodi genus, sicut potentia pura, vt patet de materia prima: secundũ, q̃ huiusmodi nullam poterit habere actionẽ in tali genere. Tertio dato, q̃ pertineat aliquid ad genus entis, & dato, q̃ sit quid actu in tali genere, si non habet debitam proportionem ad passum, nullam actionem habebit in ipsum: vt puta, si nimis distaret agẽs à passo, vel si aliã improportionem haberet ad ipsum: secundum, quod requiritur proportio inter agens, & patiens: nõ esset ibi actio, & passio: sed quando omnia ista tria concurrũt, oportet ibi esse actionem, & passionem. Imaginamur ergo, q̃ id, qđ est ratio intelligendi, causat intellectionẽ in ipso intellectu. Si ergo essentia angeli nõ intelligit ab angelo p se ipsã, hoc est qa nõ pót causare intellectionẽ sui ipsius in intellectum

ctum angeli, qđ si sic est: oportet hoc esse alterō trium modorum. Vel ergo hoc erit, quia non pertinebit huiusmodi essentia ad genus intelligibilium, vel quia pertinebit ad huiusmodi genus, sicut potentia pura, vel quia non erit ibi sufficiēs proportio inter essentiam angeli, & suum intellectū, vt possit causare intellectionē sui ipsius in ipso. Propter primum res materiales non possunt intelligi per essentiā suā, quia non pertinent ad genus intelligibilium. Hoc ergo modo loquitur Philosophus in 3. de anima, cum dicit, ꝙ nō est idem magnitudō, & magnitudinis esse, & aqua, & aquę esse. sed, vt subdit, oō est sic in omnibus. Est.n. deuenire ad res aliquas, vt ad res simplices, vt apponit Cōment. vbi idem erit res, & rei esse. Non ergo est idem magnitudo, & magnitudinis esse.i.nō eadem virtute cognoscitur magnitudo, & magnitudinis esse.i.quiditas eius, quæ indicat eius esse diffinitiuū: ipsum enim esse diffinitiuum magnitudinis, vel ipsa quiditas eius percipitur intellectu. sed ipsa magnitudo cognoscitur sensu, sic & esse diffinitiuum aquæ, & quiditas eius cognoscitur intellectu. sed ipsa aqua, secundum quòd existit in rerum natura, cognoscitur sensu. Aqua ergo non poterit esse ratio cognoscendi seipsam, quia non est secundū se quid intelligibile, sed quid sensibile: nec magnitudo erit ratio intelligendi seipsam, sed nō est sic in omnibus. Idem.n. est caro, & carnis esse, vt in eodem tertio dicitur. Quod non est intelligendum de hac carne corporali, quia eadē est ratio de tali carne, & de aqua, & magnitudine. Nam & ipsa caro est forma in materia extensa, & ad magnitudinem pertinet. sed accipienda est caro: prout idem est, quòd quid viuum, vt sit sensus, quòd idem est viuum, & viui esse. Et tunc accipiendum est viuum, prout vita reperitur in rebus immaterialibus, secundum quem modum loquitur Philosophus in 12. Metaphys. ꝙ actio intellectus est vita. Et secundum, quòd ibidem dicitur, quòd Deus est viuus, æternus, nobilis in fine nobilitatis: vel, vt habet quædam trāslatio, quòd Deus est animal. Accipitur enim ibi animal pro viuo. sic cum dicitur, quòd idem est caro, & carnis esse: accipitur caro prout est quid viuum. & accipiendum est viuum: prout reperitur in ipsis separatis. In talibus enim idem est viuum, & viui esse, vt idem est angelus, & angeli esse, nec accipitur ibi esse, pro esse actuali, vt ꝙ idem sit angelus, vel esse eius, quod est suū actuale esse, sed accipitur pro esse quiditatiuo: vt quia idem est angelus, & sua quiditas, nec est hoc sic accipiendum, quòd in nullo differat angelus à sua quiditate, quia dicit Commentator in 3. de anima. Sola forma prima, idest solus Deus est simpliciter liberatus à potentialitate. Omnes autem aliæ formæ, vt ait, diuersificantur quoquo modo in quiditate, & essentia. quod quomodo sit intelligendum in quæstione de numero angelorum diximus. Idem est ergo angelus; & esse quiditatiuum eius, non quòd in nullo differāt, sed dicuntur esse idem, quia non nisi eadem potentia mediante percipi possunt. Non enim dicemus, quòd esse quiditatiuum Angeli percipiatur intellectu, & ipse angelus, secūdum quòd existit aliquid in se, percipiatur sensu, sicut dicebamus de magnitudine, & de esse quiditatiuo eius, sed vtrunque percipitur intellectu. Effectus enim angeli, vtputa motus cœli, potest percipi sensu. Ipse tamen Angelus non est subiectus sensui, nec per se, nec per accidentia sua. quia nullam habet quantitatem, vel magnitudinem, vt possit pertinere ad sensibilia cōmunia, & nullas habet qualitates sensibiles, vt possit pertinere ad sensibilia propria. Idem est ergo Angelus, & suum esse quiditatiuum, idest eadem virtute, vt per intellectum cognoscitur hoc, & illud. quod esse non posset, nisi angelus pertineret ad genus intelligibilium. Cū enim Angelus sit aliquid in rerum natura, percaperetur sensu, & pertineret ad genus sensibilium, si non pertineret ad genus intelligibilium. Non ergo poterit esse prima causa in essentia angeli, ꝙ non sit ratio intelligendi seipsam, quia non pertineat ad genus intelligibilium.

Nec etiam poterit ratio huiusmodi esse, quod assignabatur secundo: vt, quòd huiusmodi essentia non sit ratio intelligendi seipsam, quia pertineat ad genus intelligibilium: non tanquàm actus, sed tanquàm potentia pura. nā hoc modo pertinet ad genus intelligibilium anima nostra, siue intellectus noster possibilis, qui se habet ad intelligibilia secundum Comment. in 3. sicut materia prima ad entia. Dicemus enim, ꝙ sicut materia prima se habet in genere entium, quòd in huiusmodi genere tantum distat à Deo, quòd non potest plus distare, sic & in genere intelligibilium anima nostra secundum ordinem perfectionis naturæ habet magnam distantiam à Deo. Nam Deus est actus purus in genere intelligibilium: anima autem nostra est potētia pura in huiusmodi genere, quod demonstrat modus intelligēdi eius, quia intellectus noster in sui primordio est sicut tabula rasa, in qua nihil est pictum. & est in potentia ad omnes formas intelligibiles, sicut materia ꝑma se cōsiderata nihil est actu, sed est in potentia ad oēs formas sensibiles. Sicut ergo in gñe entiū non possumus descendere infra materiā, nisi simus in nihilo: & non possumus ascēdere, nisi simus in ente in actu, ita ꝙ materia est mediū inter ens, & nihil, vt dicit Cōmēt. in 1. Physic. Est.n. huiusmodi mediū pūctale, vt nec infra, nec supra, latitudinē habeat. sic & anima nostra in gñe intelligibilium suo modo se habet, vt nō possimus infra huiusmodi animam descendere, nisi simus in non intelligibilibus, i. nisi simus in sensibilibus, non possimus ascēdere, nisi simus in intelligibilibus actu. Angelus ergo, qui ꝑm naturā ē supra animā, vt innuit Aug. 11. de Ciui. Dei, vbi ait, ꝙ in ordine naturæ angeli hominibus præferantur: erit actu in genere intelligibilium, quia si esset potentia pura: teneret eundem gradum in entibus cum ipsa anima nostra. propter quod non differret specie ab ipsa.

Ter. c. 9.

9 de anima com. 9.

T. c. 39.

Cō. 5 & 14.

Com. 8.

3. de ala 14.

Com. 7.

Tomo 5. cap. 16.

Si. n. angelus ordine naturæ præfertur animæ, oportet, ꝙ sit supra potentiã puram in genere intelligibilium. quid autẽ est tale, aliqd participat de actualitate illius generis. quare essentia angeli est quid intelligibile in actu.

Tertio non potest assignari causa tertia, quòd ideo essentia angeli non possit esse ratio intelligẽdi seipsum, quia deficiat ibi determinata proportio inter eam, & suum intellectum, propter cuius defectum non possit causare intellectionem suijpsius, vt intelligatur per seipsam. Nam ratio proportionis ex ipsa substantia angeli sumitur, vt intelligentia dicatur scire res secundum modum substantiæ suæ, vt pluries repetitur in Commeot. 8. propositionis de causis. Si ergo proportio intelligendi, & quomodo intelligentia intelligat, ex modo substãtiæ suæ sumatur, o ullo modo dicendum est, substantiam eius ab huiusmodi proportione deficere. Si. n. nihil est secundum modum suæ substantiæ, sicut ipsa eius substantia, nihil erit magis proportionatum intellectui angelico, quàm ipsa sua substantia. Sicut ergo in genere entium, quod pertinet ad tale genus, vt dicebat conditio prima: & quod est actu in tali genere, quod dicebat secũda: & quod habet debitam proportionem ad passum, vt dicebat tertia; agit in ipsum passum: Sic essentia angeli, quia pertinet ad genus intelligibilium, & quia est quid actu in tali genere, & quia habet debitam proportionem ad intellectum angeli, causat aliquam actionem in ipso intellectu, sed actio ipsius intellectus est intellectio. causat ergo illa essentia intellectionem in suo intellectu, sed eũ illa intellectio sic causata sit quid expressum ab ipsa substãtia, de necessitate ducet in cognitionem ipsius substantiæ.

Erit ergo essentia angeli ratio cognoscendi seipsam, & cognoscetur per seipsam, non quòd non cognoscatur per aliam actionem. Nam ipsa intellectio, per quã cognoscitur, est aliud à substantia. sed dicitur cognosci per seipsam, quia nõ cognoscitur per aliam speciem, quàm per seipsam. Nam quod facit species alicuius rei, vt, ꝙ facit in intellectu angelico species lapidis ad cognoscẽdum lapidem: hoc, & multo magis facit ipsa essentia angeli ad cognoscendum seipsam. Sicut enim à specie lapidis causatur intellectio in ipso intellectu, per quam intelligitur lapis; ita, quòd illa species est ratio intelligendi lapidẽ, sic ab essentia angeli causatur intellectio in ipso intellectu, per quam intelligitur essentia angeli: ita, quòd huiusmodi essentia est ratio intelligendi seipsam. De anima autem nostra secus est. quia est potentia pura in genere intelligibilium. propter quod, & si ab Aug. inuenitur, qđ intelligat seipsam per seipsam, habent verba illa suum intellectum. Hanc enim materiam, quomodo anima semper se intelligit, & quomodo substantia animæ est ratio intelligendi seipsã, in primo tractauimus, eũ disputauimus de imagine. habet enim aliquo modo hoc veritatem: simpliciter tamen, & absolutè non est assertẽdũ,

A quòd anima intelligat seipsam p seipsam, vel hoc non cõtingit animæ sicut angelo. Essentia. n. angeli non mediante aliqua specie potest causare intellectionem actualem in ipso intellectu. Potest enim angelus per suum intellectum, & per actualem intellectionem causatam in intellectu ab essentia sua, intelligere ipsam essentiam suã: dato, quòd intellectus eius nulla specie actualiter informetur, sed anima cognoscit se, cognoscẽdo alia. nisi enim intellectus noster actualiter informaretur aliqua specie, nulla actualis intellectio esset in ipso, & nihil actualiter intelligeret. hoc autem actuale intelligere, vocat Augustinus considerare, volens, quòd mens semper se intelligat, sed non semper se consideret. quicquid tamen sit de anima, patet de angelo verum esse, quòd intelligit se per essẽtiam, de qua quæstione in q̃stionibus nostris de cognitione angelorum diffusius tractauimus, hæc autem alio modo sumus breuius persecuti.

Arist. 3. de anima t. c 8.

B Quæst. de cogn. Angel. prima edita, quàm 2. sententiæ.

Rvsp. ao arg. art. 1.

AD primum dicendum, quòd angeli ignorant virtutes suas, secundũ, quòd sunt eductæ ab exteriori æterno. quia secundum naturalem cognitionem, essentiã diuinam videre non possunt, & etiam secundum gratuitam cognitionem illam essentiam nõ cõprehendunt. ipsas tamen virtutes suas, & ipsas essentias suas, secundum, quòd sunt aliquid in se, angeli cognoscũt. Vel possumus dicere, quòd

C angeli dicũtur naturali cognitione ignorare virtutes suas, quia virtutes suas, & seipsas naturali cognitione non ita cognoscũt, sicut in ipso verbo. & quia non ita plenè scire, est quoddã ignorare respectu cognitionis, quam habent de seipsis in verbo, dicunt ignorare seipsos. Vnde Aug. 11. de Ciuit. Dei ait, quòd ipsam quoque creaturam angeli melius sciunt ibi, hoc est in Dei sapientia, tanquàm in arte, qua facta est, quàm in ea ipsa: & subdit, quòd per hoc, & seipsos ibi melius, quàm in seipsis.

To. 1. ca. 29.

Angeli se ipsos melius in Deo, q̃ seipsis cognoscunt.

Ad secũdum dicendum, ꝙ accidit, ꝙ id, quod est ratio cognoscendi, & quod causat intellectionẽ in intellectu, sit forma intellectus. Nã si posset res ipsa per se ipsam esse in anima, absq; eo, ꝙ inhæreret animæ: & absq; eo, ꝙ esset species informans ipsam animã, & intellectum eius, causaret res illa intellectionem suijpsius in anima.

D Verum quia res ipsæ non possunt esse in anima per seipsas, oportet, quòd sint ibi p suas species. & quia illæ species non possunt esse quid per se existens; oportet, ꝙ substententur ab aliquo, & quòd informent aliquid. Species ergo requiritur in intellectu per se loquendo, non vt informet intellectum, sed vt suppleat vicem obiecti. ergo cum ipsa essentia angeli sit præsens suo intellectui, non indigebit alia specie, quæ suppleat vicem eius, sed per seipsam causabit intellectionem sui ipsius in suo intellectu. Nam vt ait Comment. in 12. Metaph. Si forma balnei esset in anima, idem esset mouens, vt agens:

Com. 16.

& vt

* Lib. 1 sententi. d. 3. p. 1. art 4 q. 1. & quol. 2. q. 23.

& vt fiuis, & balneum intelligeretur p se ipsum. si ergo posset ipsa res, quæ est baloeum, esse in intellectu: quia esset actiuũ præsens suo passiuo, ooo oporteret, ꝙ ineslet ei, quia oon est de ratione agentis, ꝙ insit passo: immo magis est de ratione, quòd nou inlit; causaret huiusmodi intellectionem io iutellectu. immo plus causaret res ipsa, si posset esse præsens, quàm species. tum quia esset præsentior: rum quia plus haberet de ratione actiui. Præseutior quidem esset: quia magis est, quod est per se, quàm quod est per aliud. propter quod præsentiar est res, cum est præseos per seipsam: quàm cum per speciem. Haberet autem magis de ratione actini, quia haberet per se esse, propter quod magis ei competeret per se agere: quomodo autem possit species in iotellectu causare iutellectioueм, cum noo per se sit: in sequẽtibus qnęstionibus, cum disputabitur de speciebus intelligibilibus existentibus iu meute, poterit declarari.

Ad tertium dicendum, ꝙ intellectus forma est ipsa intellectio. Est enim intellectio perfectio iutellectus, sine qua perfectione oon posset intelligere: causans tamen huiusmodi iutellectioueм nou oportet, ꝙ sit forma ipsius iutellectus: essentia ergo Angeli intelligitur per seipsam, nou ꝙ per seipsam intellectum informet, sed quia per seipsam causar iutellectioueм, per quam intelligitur, & per quam ipse intellectus perficitur. Intellectus enim formaliter intelligit per iutellectiooem: intelligit autem per speciem, tauquam per illud, quod intellectionem causat. si autem aliquãdo iouenitur, quòd intelligat per speciem formaliter, hoc pm tanto verum est, quia species noo habet per se esse, sed est in intellectu tanquã io subiecto. & quia quod est sic iu aliquo, est forma, & perfectio illius; ideo iutellectus intelligit per speciem formaliter, quia iotelligit per speciẽ, quæ est forma, & perfectio ipsius. sed, vt diximus, hoc accidit speciei, proot causar iotellectioneм io intellectu, quòd uou habeat per se esse, qoia si posset esse io intellectu, & habere per se esse, multo magis causaret huiusmodi iutellectioneм.

Vel pnsomus dicere, quòd intellectus iotelligit formaliter per intellectunem. Hoc ergo modo intelligit formaliter per speciẽ: prout species causat ipsam intellectioueм: per quam formaliter intelligit intellectus, secuudum quem modum etiam ipsa essentia Augeli est perfectio intellectus. nam si ab ea de corporali natura floir quantitas, & qualitas: & qualitas est perfectio quantitatis: ipsa natura corporea, quæ secundũ se subijcitor quantitati, causaliter erit perfectio quaotitatis, quia causabit aliquid in quantitate, quod est perfectio quautitatis. Sic & in proposito: ab ipsa essentia Angeli fluit potentia intellectiua, & ab ipsa fluit ipsa iutellectio, per quam intelligitur talis essentia: quæ intellectio est ipsius potentiæ perfectio. Natura ergo Angeli, licet secundum se subijciatur potentiæ intellectiuæ, causaliter tamen est forma ipsius potentiæ, quia causat aliquid, quod perficit, & informat eam.

A Vtrũ autem ad talem causalitatem aliquid cooperetur voluotas Angeli, & qnid cooperetur: iu nostris * quæstiooibus disputatis diffusius diximus, & infra de hoc poterit aliquid declarari.

* Quæst. de esse. & essentia ante secundũ sent.

Ad quartum dicendum, quòd nou est inconueuieus aliquid esse prius se ipso aiiter, & aliter acceptum. essentia ergo, vt essentia est, præcedit potentiam, vt causa effectum: & potentia præcedit intellectioneм, sicut ioforme suam formationem. essentia autem, & potentia, & intellectio præcednut ipsam essentiã: uõ vt essentia est, sed vt est quid cognoscibile, & vt actu cognoscitur. Nam nou posset actu cognosci ipsa essentia, nisi per potẽtiam, & intelliectiouem io ea causatam. poteotia ergo, & iutellectus eruut quid medium iuter potentiam, & essentiam: non vt essentia est, B sed vt est quid cognoscibile, & vt actu cognoscitur à seipsa.

Prius se ipso quomodo aliquid sit.

Resolutio Dub. I.

Angelus nõ cognoscit alia à se per essentiam suam. Hoc enim solius Dei proprium est, cum in ipso solo eius essentia sit omnium aliorum simplex exẽplar, perfectum, & proprium.

AD id autem, quod quærebatur, vtrum Angelus cognoscat alia à se per essentiam suam, dici debet, ꝙ quidam Philosophi posuerunt, quòd semper principalia io eutibus sunt exemplaria omnium aliorum, secuudum quem modum videtur, ꝙ intelligẽtia sciat omnes res iuferiores p substantiã suam, inquantum est eorum exemplar, & causa, & sciat omues res supra se per eãdem substantiam, iuquantum sunt effectus, & causata ab eis. Quem modum multum vt iuuoe re Auctor de causis, iu Com. propositioois 8. Sed qũo dicta Auctoris de causis * io hac parte posi sint hfe bonum intellectum, in his, quæ scripsimus super iib. de causis, diffusius diximus. Verum qnia præter Auctorem de causis fuerout aliqui Philosophi hoc pouentes, banum est hanc materiam pertractare, Vtrũ Angeli ex hoc, quòd suut ptiocipaliores iu entibus, passint ex hoc per suam essentiam esse aliorum exemplaria, & possiut omuia alia cognoscere, vt nou iodigeaut alijs speciebus. C

* Liber de causis à Doct. Aeg. editus ante secundum sent.

Propter quod sciendum, ꝙ quidam Philosophus ooie Clemens, huiusmodi opiuionis fuit, vt recitat Dionysius 5. de di. no. Vnde ait, ꝙ si Philosophus Clemens probar, i. approbat exemplaria dici in existentibus principaliora, procedit nõ propria, & perfecta, & simplici oomuatione sermonis. Solus ergo Deus simpliciter, propriè, & perfectè est exemplar omuium. Vnde idem Dio. eodẽ cap. dicit, quòd exemplaria dicimus esse in Deo existentium rationes substantificæ, & siogulariter existeutes. Ergo secuudũ sententiam Dionys. in eutibus creatis dicere priucipaliora esse exẽplaria D

plaria aliorum, est p roferre sermonem ooo proprium, ooo perfectum,& uou simpliceem.

Istis ergo tribus vijs,quas iuuit Dio. probabimus Angelos per suam essentiam uoo posse cognoscere alia,sed indigere speciebus.Quia sic eō siderati per essentiam nou sunt exemplaria propria oec perfecta,oec simplicia.

Tomo 4. Prima via sic patet: Nam secundū Aug.83.q. quæstione de Ideis,nou est diceodum Deum irrationabiliter agere, uec eadem ratione conditum esse hominem, & equū, sed singula proprijs sunt creata rōnibus. qđ ergo creatū est alia, & alia rō: ne,& nō pōt esse ꝓpria tō alterius,si enim singulę res ꝓprijs sunt creatæ rōnibus, & alia tōne creatū est vnū,& alia alind,nou poterit vnum esse ꝓpria ratio alterius. Si ergo principaliora in entibus creatis sunt per suam essentiam aliorum exēplaria, non erunt ergo exemplaria propria,cum secundum rationem propriam alia,& alia ratione condita sint hęc, & illa.

Secundo buiusmodi exemplaria non possunt esse exemplaria perfecta. Nam in tantum talia in entibus erunt aliorum exemplaria,prout cum ipsis conueniunt.Conueniunt autem in genere, nō in specie, oec in numero. Sed vt dicit Themistius super primo de anima. Generis conceptus sine hypostasi sumptus est ex tenui singularium similitudine.tenuis est ergo similitudo, quæ facit Generis cō ceptus. concepmm genetis. Cum ergo uon sint plures Angeli in vna specie, tenuem similitudioem habent ad alia.

Est autem huiusmodi similimdo magis, & minus tenuis secuodum quòd vnus Angelus conuenit cum aliis rebus in genere propinquiori ,,vel remotiori , semper tamen coouenieutia generis est quædam similitudo tenuis . Si ergo principaliora io entibus sunt aliorum exemplaria,eruot exemplaria imperfecta,& magis imperfecta,quàm minus principalia, quia in minus principalibus inuenimus conuenientiam secundum speciem: in principalioribus vero , ooo oiſi secundum genus , Nou ergo esse exemplaria ꝓpria est commune omnibos creatis,quia singulæ creaturæ alijs,& alijs sunt proprijs rationibus cō ditæ.sed nou esse exemplaria perfecta, quantum ad aliquid, videtur qnodammodo magis conuenire principalioribus ēntibus, quæ secundum aliquid habent magis tenuem conueuientiā ad alia, quàm eotia minus principalia, vt est per habita declaratum.

Tertio hoc idem patet ex eo , qoòd si ponarut talia exemplaria, non erunt simplicia . Nam cum singulæ creatoræ proprijs sint productæ rationibus, uon poteruut per seipsas esse propria,& perfecta aliorum exēplaria. sed si boc contingit, oportebit dare aliquid superadditum essentiæ. ergo essentia Augeli si est exēplar omniū aliorum , boc oon est simpliciter , uec per ipsam essentiam nudam,& simplicem , sed per aliquid additum. eseotia autem diuina, qoia est propria ratio cuiuslibet rei, & quia est ratio perfecta , qa magis representatur ibi res,quàm ī seipsa: vt perfectior sit cognitio rei in Dei sapientia , qoàm in seipsa, vt probauimus per Aug.15.de Ciui. Dei.& etiam quia hoc habet illa diuina essentia per seipsam, non per aliquid additū,iō est exemplar proprium,perfectum,& simplex,vt dicamus secundū verba Diony. ꝓ exemplatia in Deo sunt rationes subsłaotificæ,& singolariter existentes. Rationes quidem sunt illa exemplaria , & illæ ideæ, quia sunt exemplaria perfecta. Nam ratio,& diffinitio rei est qnid perfectum exprimēs rem. Vnde Dio. 2.e.Cę. Hierarchiæ Diffinitionem appellat speculationem, vbi Hugo ✻ Cōmen.dicit , ꝓ diffinitionem,iden speculationem vocat , qūa diffinitio est quasi speculū , in quo natura rei cernitur, sicut in speculo corporis videtur imago,qnod totum ad representationis perfectionem pertinet. Sed substantificę sunt rationes illę inquantū sunt simplices , quia sunt ipsa substantia ; & per nihil additum substantiæ fit representatio illa. Sunt autem rationes illæ singulariter existentes,quia ꝓpriæ,& singulariter singula representant . Solus ergo Deus cognoscit omnia alia per suum esentiam , quia in solo ipso sua esentia est exemplar omnium aliorum simplex, & perfectum , & proprium. In omnibus alijs fit cognitio aliorum nō per esentiam suam , sed per speciem , vel saltem per aliquid superadditum esentiæ. Quia vero de hoc infra quęretur,cum esentia Angelorum per seipsam non possit esse exemplar proprīū,& perfectum,sed per aliquid additum; vtrum illud additum oporteat esse speciem intelligibilem , vel sufficiat quidam habitus connatnralis , vt aliqui dicere voluerunt,infra parebit.

Tomo 1. Cap.19.

Diffinitio cur speculatio dicatur. ✻Hugo dict Hugutio , vel Huguitio citatus supra par. dub.4.latere.

RESP. AD ARG. DVB. I.

[illegible] D primū dicēdū, ꝓ auctoritates Dion. magis cōcludūt oppositū, q̄ propositū. Nā non dicit Diony. verba illa tanquā propria , sed tanqoā verba cuiusdam Philosophi nomine Clemeotis, cuius opiniooem improbat, vt in solutione principaliter diffusius diximus.

Ad secundum dicēdum, quòd dictum Auctoris de causis,cum dicit, ꝓ omnia cognoscit iotelligibilia per modū substantiæ suæ, nou potest intelligi, ꝓ nuda substantia iotelligētia sufficiat ad representaodum quęcunque alia, vt ꝓ possit sine speciebus alijs, & sine aliquo superaddito cogooscere quæcunque alia, cum ipse planè dicat in ,,positionc 10.ꝓ omnis intelligentia est plena formis: sed potest exponi, ꝓ intelligentia cognoscit, quæ sunt supra se secundum modum substantiæ suæ,vt est causata ab eis.quæ sunt infra se cognoscit secundum modum eiusdem substantiæ,vt est eorū cā. Quia quæ sunt causatorum, perfectius, & per abundantius in sunt causis, vt vult Dionysius 2. de diuo. In ipso ergo Angelo superiora sunt per modum causati.i.modo inferiori. Inferiora autem sunt in eodem Angelo secūdum modum substantiæ suæ, & sunt ibi per modum causæ.i.modo excellentiori. Vel si,fm ꝓ verba sonāt, volumus loqoi de causa,& causato ; dicemus,ꝓ vnus Angelus, & vna intelligentia non est causa-

ta

ta ab alia, etiam ſecundum Auctorem de cauſis. Nam & ipſa anima ſecundum illum Auctorem de cauſis, quantum ad ſubſtantiam, cauſata eſt à Deo: ſed quantum ad perfectiones intelligibiles ſecundum opinionem eius ſubſtrata eſt intelligentiæ, à qua recipit huiuſmodi perfectiones. Vnde in Commen. tertiæ propoſitionis de cauſis dicitur: Poſtquam ergo creauit prima cauſa animam, poſuit eam ſicut inſtrumentum: vel vt habet alia littera, ſicut ſtramentum intelligentiæ: quo efficiat operationes ſuas. Et ſubditur: Propter id ergo anima facta eſt intelligens, & efficit operationem intelligibilem. Ipſam ergo animam cœli, ſiue ipſas intelligẽtias inferiores Deus creauit quantum ad id, quod ſunt: tamen anima facta eſt inſtrumentum, vel facta eſt ſtramentum intelligentiæ. nam ſecundum Auctorem de cauſis, intelligentiæ dant animabus, quòd intelligãt, vel quòd idem eſt, intelligentiæ ſuperiores dant intelligentiam inferioribus. Anima ergo quantũ ad operationem intelligibilem eſt ſtramẽtum intelligentiæ, ideſt ſubſtrata ſub intelligentia, quia recipit hanc impreſſionem abea: vel eſt in hoc inſtrumentum intelligentiæ, quod in huiuſmodi actione habet intelligentia reſpectu animæ quandam principalitatem: & habet ſe vt mouẽs, & vt influens: anima verò ſe habet ſicut inſtrumentum, & habet ſe, vt mota; & vt influentiam, & impreſſionem recipiens. Vnde in eodem Commento tertiæ propoſitionis dicitur: quòd anima habet impreſſionem intelligibilem, quia recipit impreſſionem intelligentiæ. Et quod dictum eſt de anima intellectiua reſpectu intelligentiæ, intelligendum eſt de intelligentijs inferioribus reſpectu ſuperiorum. Nam animæ cœlorum quædam intelligentiæ ſunt, ſed ſunt inferiores, eo quòd attingunt corpora. Intelligentia ergo intelligit quod eſt ſupra ſe: in quantum eſt cauſata, quia quòd intelligat taliter, hoc habet à ſuperioribus. Intelligit quod eſt infra ſe: prout eſt cauſa, quia in intelligendo eſt cauſa inferioribus, quòd intelligãt. Non ergo eſt intento Auctoris de cauſis, quòd nihil habeat intelligentia ſuperadditum ſuæ ſubſtantiæ: ad hoc, quòd intelligat. ſed intentio ſua eſt, quòd intelligentia intelligat ſecundum modum ſubſtãtiæ ſuæ, & ſub ratione cauſæ, & cauſati: quia intelligentiæ, habentes ſubſtantiam inferiorem, ſecundum modum ſubſtantiæ ſuæ, ideſt ſicut ſubſtãtia eſt inferior, ſic in intelligendo eſt inferior: vt non intelligat niſi rememorata à ſuperioribus; & impreſſionem recipiens ab eis. Illud ergo intelligere a ſuperioribus eſt cauſatum, inferioribus autem cauſa.

Vel poſſumus dicere, quòd intelligentia intelligit ſecundum modum ſubſtantiæ ſuæ, quia ſubſtantia ſua eſt ratio, vt intelligat quicquid naturaliter intelligit. Nam intelligentia ſemper intelligit ſubſtantiam ſuam, ſiue ſe, & omnes ſpecies, quas habet apud ſe: & ab iſto intelligere nunquã ſimpliciter, & abſolutè cadit. Poteſt autem habere huiuſmodi intelligere plenum, & remiſſum, nunquam autem ab hoc ſimpliciter cadit. Intelligendo autem ſe, & omnes ſpecies, quas habet apud ſe, poteſt ſe conuertere ſuper hanc ſpeciem, vel ſuper illam. Intellectio autem ſui ipſius, qua intelligendo ſe intelligit omnes ſpecies, quas habet apud ſe, eſt cauſa intellectionis omnium aliorum. nam cauſaliter ſe cõuerteret ſuper hanc ſpeciem, vel ſuper illam, & eſſet ſuum intelligere cauſale, quod eſſet inconueniens ponere, niſi ſemper intelligeret ſe, & intelligendo ſe intelligeret, quæ ſunt in ſe. Omnia ergo intelligit intelligentia ſecundum modum ſubſtantiæ ſuæ, qa à ſubſtantia ſua ſumitur modus, quomodo intelligantur cætera alia: vel intellectio ſubſtãtiæ ſuæ eſt aliquo modo ratio, quare intelligantur alia, vel aliter caſualiter intelligeret. ſed ſic intelligere omnia ſecundum ſubſtantiam ſuam non tollit intelligere per ſpeciẽ, immo habet annexum huiuſmodi intelligere. Sed cum quærimus vtrũ Angelus intelligat omnia alia per eſſentiam ſuã, eſt quæſtio noſtra: vtrum eſſentia ſit ſic ratio intelligendi alia, quòd non indigeat ſpecie ad intelligendum.

Ad tertium dicendum, quòd anima eſt ſpecies ſpecierum: ſicut manus eſt organum organorum, non quòd manus ipſa formaliter ſit quodlibet organum: ſed quia habendo manum, habemus viam ad habendum quæcunque organa. natura enim aliquibus animalibus ad defenſionem dedit cornua, aliquibus vngues: homini autem dedit manum, quod faciendo quodammodo dedit ſibi omnia organa: per quam poteſt ſibi formare organum ſimile cornui, vel ſimile vngui-bus, vel qualiter aliter ſibi placet. ſic intellectus eſt ſpecies ſpecierum intelligibilium, quia eſt omnes tales ſpecies fieri, ſicut intellectus agens eſt omnes tales ſpecies facere. Habendo ergo intellectum agentem, & poſſibilem: dicimus quodammodo habere omnes ſpecies intelligibiles, quia habemus viam ad habendum quaſcunque tales ſpecies. ipſa ergo anima noſtra non eſt ſpecies ſpecierum, quòd per ſeipſam poſſit repræſentare quicquid repræſentarent omnes ſpecies, ſed dicta eſt eſſe talis, quia per eam habemus viam ad habendum quaſcunque tales ſpecies. Angelus ergo hoc modo multo magis eſt ſpecies ſpecierum, quàm ſit anima. Nam Angelus per ſuam eſſentiam, & potentias ſequentes eſſentiam: non ſolum habet viam ad acquirendum quaſcunque ſpecies, ſed habet cognatas, & concreatas quaſcunque huiuſmodi ſpecies. Cum ergo actus ſit potior potentia, benedictum eſt, quòd Angelus plus eſt ſpecierum ſpecies, quàm anima. quia ad naturam animæ conſequitur poſſe habere quaſcunq; ſpecies, Ad naturam vero Angeli actu habere omnes intelligibiles ſpecies, quas habere poteſt, vt nullã poſſit vlterius acquirere: vt infra patebit, cum diſputabimus de ſpeciebus Angeli, ſed propter ſic eſſe ſpeciem ſpecierum, non ſequitur, quòd omnia poſſit intelligere Angelus per ſe ipſam.

Ad quartum dicendum, quòd anima de ſubſtantiis incorporeis non habet cognitionem eſſentialem, quòd cognoſcat ipſam eſſentiam illarum rerum.

*Alia ſecũdã Doct. de cauſis eſt cauſa a Deo ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum perfectiones intelligibiles ab Angelo.

Anima à quo vocatur inſtrumentum intelligentiæ.

Intelligentia inferior inſtrumentum ſuperioris.

*Intelligentia quid intelligat.

*Manus quo pacto poſſet organum organorum.

terum. Tamen per obiecta inuestigando naturam actuũ, & per actus naturã suę substãtiæ, hoc modo inuestigando seipsam, & cognoscendo se, habet magnam viam ad aliquid sciendum de ipsis substantijs separatis. Angelus autem secundom hunc modum intelligendi molto plus potest scire de cognitione aliorum Angelorum, quàm possit anima. Sed nos nõ loquimor de hoc modo intelligendi, sed loquimur prout Angelus expresse in se, & impropria forma cognoscit essentiã alterius, ad quam cognoscendam non sufficit essentia propria. quia non potest essentia vnius Angeli expresse representare essẽtia alterius. Sed ad huiusmodi representationẽ, supet essentiã oportet addi speciem.

Vide ff hoc Doctorẽ 1. sens. dist. 1. art 2. an 4. q. 1 quol. 2. § 25.

Aduertendum tamen, quòd August. in lib. de Trini. specialem modom loquendi habet de cognitione animæ. oportet enim ad saluandum ipsum, distinguere dupticem modum cognitionis, vnũ quasi habitualem, quo semper se intelligit, alium quasi actualem, quo non semper se cogitat. Quantum autem ad primum modum anima se intelligit, quia præsens sibi est. eo enim ꝙ habet talem naturam, ad quam consequitur potentia intellectiua, per quam potest venire in cognitionem sui ipsius, dicitur quodammodo se intelligere. i. dicitur habere quandam potentiam habitudinem, & habilitatem ad se intelligendum. ex ipsa ergo natura sumit radicem, & fundamẽtum huiusmodi possibilitas, & habilitas ad intelligendum. Et quia nunquam potest anima a sua natura cadere, sed semper secundum suã naturam sibi est præsens, dicitur hoc modo intelligendi, se semper intelligere. quia semper sibi præsens est. Quãtũ ergo ad hoc intelligere habituale, dicitur anima intelligere seipsam per seipsam. Sed quantum ad intelligere actuale, modo, quo diximus, per obiecta, & actus, & potentias, venit in cognitionem suæ substantiæ. qualitercunque tamen se cognoscat, magnam viam habet, vt cognoscendo, se, cognoscat aliquid de substantijs in corporeis, immo nullo modo alio potest nãtũ scire, quales sunt illæ substantiæ, quales habent potẽtias, qualiter intelligunt, & qualiter volunt, quantum potest scire cognoscẽdo se. sed, vt diximus, cognitio, quam habet de illis substantijs, hoc modo nõ est expressa, & essentialis, & de hoc modo cognoscẽdi non loquimur.

Resolutio Dub. II.

Angelus alia à se cognoscit per species sibi innatas, & concreatas, non acquisitas, siue intelligat vniuersalia, siue singularia.

AD id autem, quod quærebator, vtrum Angelus cognoscat alia per essentiam aliorũ, dici debet, ꝙ vt in prima quæstione tetigimus ad hoc, ꝙ aliqua res non intelligatur ab alio per essẽtiam; vel ad hoc, ꝙ essentia alicuius rei non sit ratio intelligendi seipsam, triplex potest esse causa; primo si huiusmodi res non pertineat ad genus intelligibilium. Secundo dato, quòd pertineat, si non pertineat, vt actus, sed vt potentia pura in tali genere, Tertio posito, quòd pertineat ad genos intelligibilium, & se habeat in tali genere, vt actus. Non tamen sit proportionata intellectui, a quo debet intelligi. oportet enim esse proportionẽ inter agẽs, & patiens. propter quod oportet esse proportionem inter essentiam, quæ causat intellectionem sui in aliquo intellectu, & quæ est ratio intelligendi seipsam ab aliquo intellectu, & totellectum illum, à quo sic intelligitur. Quòd autem res nõ sit sic proportionata, tripliciter potest cõtingere, ita ꝙ hoc tertium membrum possumus in tria membra diuidere. Nam potentia intellectiua tripliciter potest considerari. Primo quantum ad substãtiam, in qua recipitur. Secundo quantum ad seipsam. Tertio quantum ad suam intellectionem. Hęc enim tria: substantia, virtus, & operatio, rem quamlibet consequuntur. Virtus ergo cum sit media inter operationem, & substantiam; oportet, ꝙ ex omnibus sumat quandam mensuram, & modõ, vt prout est virtus aliqua in alio, & alia substantia, vt puta in substantia excellentiori, vel minus excellenti, ipsa virtus sit excellentior, vel minus excellens, ea se etiam quælibet virtus, & quælibet res creata, cum sit determinata ad genus, & ad speciem, quendam modum, & quandam mensuram faciunt. sic ex ipsa operatione, & ex modo agendi, aliquid possumus arguere de conditione rei. Quòd ergo aliquod obiectũ sit improportionatum ipsi virtuti intellectiuæ, & ꝙ non causet immediate intellectionem sui in virtute illa, triplex potest esse causa, vna ex parte substantiæ, in qua haber esse huiusmodi virtus, alia ex parte ipsius virtutis, tertia ex parte actionis, vel modi agendi.

Ea parte substantiæ quidem est impropottio, quia omnis virtus recepta in substantia, quæ non est suum esse, sed habet quiditatem distantem ab esse, obiectum illius virtutis non erit ipsum esse purum, & absolutum, sed erit quid differẽs à suo esse. hinc est, ꝙ naturali cognitione nulla intelligẽtia intelligit Deũ, sic ꝙ ipsam essẽtiam Dei aperte cognoscat. ordine enim naturali Deus est improportionatus cuilibet intellectui creato, propter quòd oportet quemlibet huiusmodi intellectum eleuari per gratiam, vt possit Deum intelligere per essentiam, ad quem intelligendum nõ sufficit eleuatio, vel excellentia, quam habet ex natura. Hæc autem improportio competit intellectui creato, vt diximus ex ipsa substantia, in qua recipitur: vt quia recipitur in substantia distante ab esse, obiectum eius erit quiditas differẽs à suo esse. sicut ergo sapor habet improportionem, vt percipiatur ab aute, quia non continetur sub sono; sic Deus est non intelligibilis, & nõ dicibilis; quia est nihil existentiom existens, vt dicitur primo de di. no. Quia. n. non continetur inter existẽtia. i. inter participantia esse, & inter hãtia quiditatem differentem ab esse. Ideo est non intelligibilis,

bilis, & non nominabilis.

Secundo poteſt eſſe huiuſmodi improportio ex parte ipſius virtutis intellectiuę, oportet enim, ꝙ illud, quod intelligitur à virtute intellectiua per ſeipſum, habeat aliquam efficaciam ſupra ipſam virtutem intellectuam. hoc ergo modo eſſentia Angeli inferioris, non poterit intelligi per ſeipſam ab intellectu Angeli ſuperioris. quia tunc haberet efficaciam ſupet huiuſmodi intellectū, & haberet aliquam cauſalitatem ſupra ipſum. Inferiora autem reſpectu ſupetiorum cauſalitatem habere non poſſunt. Cum agens ſemper ſit præſtantius patiente, vt vult Auguſtinus 12. ſuper Gen. Tertio hoc poteſt contingere ea ipſa actione: vel ex ipſo modo agendi, nam cum hoc modo intellectus intelligat aliqnid per ſeipſam, quia cauſat intellectionem ſuipſius in eo: cum hoc ſit generale, quòd non agit, quod non tangit; oportet eſſe præſens ipſi intellectui, quod ſic intelligitur ab ipſo, vt per præſentiam ſuam cauſet intellectionē ſuipſius. in eo ergo ad hoc, quòd intelligibile ſic ſit proportionatum intellectui, ꝙ poſſit cauſare intellectionem ſui ipſius in ipſo: & intelligitur ab eo per ſeipſum, tria requiruntur videlicet, ꝙ habeat quidditatem diſtantem ab eſſe, quia aliter non eſſet obiectum eius, quòd poſſit habere cauſalitatem ſuper ipſo intellectu, cum intellectus cuiuſlibet creaturæ reſpectu ſui obiecti ſe habeat, qnaſi vt potentia paſſiua. Tertio requiritur, ꝙ tale obiectum per ſeipſum ſit præſens intellectui. Adaptamus autem hæc tria ad ſubſtantiam virtutem: & operationem. Sed ſiue talis adaptatio fiat, ſiue non: certum eſt tamen, quòd huiuſmodi tria requiruntur, qnæ iuncta primis duobus, aſcendunt ad numerum qninarium, vt dicamus, quòd ſint quinque. Propter quæ loquendo de cognitione naturali, ſubſtātia aliqua ſuipſius intellectionem non cauſat in aliquo intellectu creato: vt intelligatur per ſeipſam ab huiuſmodi intellectu. Cum ergo quæritur, vtrum Angelus intelligat alia per eſſentiam aliorum; Quæſtio noſtra quærit de alijs: q̄ nec ſunt Angelus, nec ſunt in Angelo. Nam Angelus ſeipſum poteſt cognoſcere per ſeipſum. & ea, qnæ ſunt in ſeipſo, poteſt cognoſcere per ſeipſa. vt ſi debeat intelligere ſpeciem aliquam, quam habet apud ſe, non oportet, ꝙ intelligat eam per aliam ſpeciem: nec eſſentiam ſuam per aliam ſpeciem intelligit. ſed loquendo de rebus alijs cognitione naturali, & expreſſa, nihil aliud intelligit per ſeipſum, ſed per ſpeciem, quam habet apud ſe. Dicimus cognitione naturali: quia intelligit Deum per eſſentiam. Dei non naturali cognitione dicimus cognitione expreſſa. quia licet nec cognitione expreſſa, nec non expreſſa: alia à ſe, quæ nec ſunt ipſe, nec in ipſo, non intelligat per eſſentiam eorum; tamen non oportet, ꝙ intelligat illa per ſpeciem: loquēdo de cognitione non expreſſa. Nam Angelus cognoſcendo ſe, habet aliquam cognitionem de alio Angelo non expreſſam, ſed genetalem, & communem, prout conuenit cum ipſo.

Tomo 3. Et Ariſt. 3. de anima, text. 6. 19.

Angelus quomodo ſe, & quę in ſe habet, cognoſcat.

Redeamus ergo, & dicamus, quòd cum ſint tacta quinque impedimenta, qnare eſſentia alicuius non ſit ratio, quòd intelligatur ab Angelo per ſeipſam; dicemus, qnòd eſſentia Dei non intelligitur ab intellectu Angelico naturali cognitiona propter impedimentum vnum, in quo impedimento nun communicant aliquæ creaturæ. Nam quòd diuina eſſentia non intelligatur hoc modo ab Angelo inter. 5. impedimenta aſſignata, ſolùm eſt vnum impedimentum. quia non habet quiditatem diſtantem ab eſſe, ſed eſt ipſum purum eſſe. propter quod ſubterfugit rationem obiecti cognoſcibilis à quacunque virtute cogniti ua creata. Nam hoc eſt commune cuilibet virtuti creatæ cognitiuæ: ꝙ cum recipiatur in ſubſtantia differente ab eſſe, quòd in nihil ſe tatut tanq̄ in obiectum proptium, ꝙ ſit ipſum eſſe. Et inde eſt, quòd ſcriptura ſacra, qnando vult agere de ipſo bono diuino, quod nobis promittitur, deſcribit ipſum ex aliquo, quod ſubterfugeat rationē obiecti cuiuſlibet à nobis cognoſcibilis, vt quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.

Eſſentia diuina cur nō intelligatur ab Angelo cognitione naturali.

Dei ſummaliſſima diſſimilitudo.

Præterm iſso ergo iſto modo, qui eſt proprius ſoli Deo, dicimus eſſe quatuor impedimēta: qnare eſſentia alicuius rei non poteſt per ſeipſam cognoſci ab intellectu alicuius Angeli: vt puta ſi nō ſit ei præſens, ſi non poſſit habere cauſalitatem ſupra ipſum: ſi non ſit actu in genere intelligibilium, ſi non pertineat ad huiuſmodi genus. Cum ergo Angelus poſſit ad quatuor comparari, videlicet ad Angelos ſuperiores, ad inferiores, ad animam noſtram, & ad res materiales: Angelos autem ſuperiores non intelliget Angelus inferior per ſeipſos, qnia non poſſunt eſſe præſentes ſuo intellectui: & non poſſunt illabi ſibi, quia nihil poteſt illabi ſpirituali ſubſtantiæ, niſi Deus, vt vult Auguſt. in lib. de Eccleſiaſticis dogm. Angeli autem inferiores non intelliguntur a ſuperioribus pet ſeipſos ptopter impedimenta duo, quia non poſſunt illis eſſe præſentes, & illabi eis, nec poſſūt habere cauſalitatem ſuper eos. Habent enim ſuperiores aliquem modum cauſalitatis ſupra inferiores, qnia eos purgant, perficiunt, & illuminant. Inferiores tamen nullam cālitatem habent ſuper ſuperioribus. Anima vero noſtra non intelligitur per ſe ipſam à qnocnnqna Angelo, propter tria impedimenta, videlicet qa non poteſt illabi ei, & eſſe ſibi præſens, ſecundū quòd requiritur præſentia, ad hoc qnòd per ſeipſam vniatur intellectui, & qnia non poteſt habere cauſalitatem ſuper Angelo, & quia nō eſt actu in genere intelligibilium. Dato enim, ꝙ poſſet anima noſtra illabi Angelo, ſi tamen non eſſet actu in genere intelligibilium non poſſet per ſeipſam intellectionem ſuipſius cauſare in Angelo. Hæ autem corporalia, & materialia non poſſūt intelligi per ſeipſa ab Angelo, ptopter omnia qua tuor prædicta impedimenta, quia non poſſunt illi ſibi Angelo, & eſſe ſibi præſentia, vt oportet. Et quia non poſſunt habere cauſalitatem ſuper Angelo: & quia non ſunt quid actu in genere intelligibilium, & quia non pertinent ad huiuſmodi genus.

Pro hoc vide infra d. 8 q. 1.

genus. Sed dices, quòd cũ Angelus sit in ipso corpore, quia non cedit sibi corpus, Angelus erit præsens corpori. Cum ergo præsena sit relatiũ æquiparantiæ, quia præsens præsenti præsens. si Angelus est præsens corpori, erit & corpus præsens angelo. Non est ergo ibi illud impedimẽtum, quod vocamus rei absentiam. A

Dicemo a ergo, ꝙ esse in re est dupliciter, vel rõne essentiæ, quia est intimus ipsi essentiæ secũdum se, & sic solus Deus est intimus a rebus. nunquam enim vna rea hoc modo est in alia, vt ꝙ ratione ipsius essentiæ sit in ea: alio autẽ modo aliquid est in alio ratione quantitatis, vt quia est intra dimensiones eius, licet non sit ibi situaliter, sic Angelus est in corpore, quia est intra dimensiones corporis, licet nõ sit situaliter in corpore, vt ꝙ secundum partes commensuret se partiboa corporis. Hic est. n. situs, ordo partium. B

Situs quid.

Dicamus ergo quòd est præsens corpori, non secundum ꝙ communicat cum corpore, vt ꝙ sit ibi ratione essentiæ corporis, sed est ibi secundũ ꝙ differt à corpore, quia est ibi infra dimensiones corporis, in quo differt Angelus a corpore. quia licet habeat essentiam, dimensionibus caret.

Ista ergo præsentia non dicet æquiparantiam, quia non sumitur ex conuenientia, sed ex differẽtia. corpus ergo non habet illam præsentiam ad Angelũ, quæ requirit ad hoc, quòd possit causare intellectionem in angelo. esset enim simpliciot Angelo, & illaberetur ipsi angelo. Angelus enim cum habeat essentiam indiuisibilem, nõn poterit aliquid esse in angelo, quod sit infra dimensiones angeli. Non ergo erit hoc secundum ordinem ad dimensiones, sed secundum ordinẽ ad essentiam: vt hoc erit in angelo, quod erit in ipsa essentia angeli, & quod illabitur essẽtię eius, quod illi soli competit, quòd illabatur essentiæ rerum, vt essentiæ sunt sine quo essentiæ esse non possunt. Omoia ergo impedimenta habent rea materiales ad Angelos, vt per suam essentiam non intelligant ab ipsis. Patet ergo, quòd nihil alind ab angelo. i. nibil quod nec est Angelus, nec est essentia angeli, vel aliquid inhærens essentię, cognitione naturali intelligitur ab angelo per suam essentiam, vel per seipsam. C

Illapsꝰ Deo soli cur competat.

RESP. AD ARG. DVB. SI.

AD primum dicendum, quòd licet essentia cuiuslibet angeli sit quid actu in genere intelligibilium; tamen, vt patuit, hoc non sufficit ad hoc, quòd per seipsam intelligatur ab alio angelo. quia, vt patuit, non potest esse præsens, nec illabi alij angelo. D

Ad secundum dicendum, quòd Angelus superior quantũcunque sit formalior, quàm inferior, tamen quia non potest illabi sibi, non potest intelligi ab eo per suam essentiam.

Infra d. 9 q. 1 art. 4 & c. Item de cog. Ange. q. vltima.

Ad tertium dicendum, quòd licet Angeli superiores illuminent inferiores, per illam tamen illuminationem nullam intellectionem, nec aliquam speciem intelligibilem per se, & directè causaot in inferioribus. Qualiter autem sit illa illuminatio, patebit, cum infra de illuminatione dicetur. Ad præsena autem scire sufficiat, ꝙ non intelligeretur vnus angelus ab alio per seipsum, oisi per se, & directè causaret intellectionem in ipso, quod oon faciunt superiotes illuminando inferiores.

Ad quartum dicendum, quòd angeli habent cognitionẽ de rebus, secundum, quòd sunt in seipsis obiectiuè, non per informationem. res enim secundum quòd sunt in seipsis sunt obiectum cognitionis angelicæ, tamen secundum quòd sunt in seipsis, non possunt aliquid causare in angelis, quod infotmet eos, vel non possunt causare intellectiunem aliquam, informantem intellectum eorum.

ARTIC. II.

An Angelus habeat apud se species intelligibiles, quibus intelligat. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. q. disp. de cogn. Angel, q. 4. Fl Quol. 3. q. 14. D. Tho. 1. p. q. 55. art. 2. Idẽ in q. disp. q. 8. de Ver. artic. 8. Lr Opusc. 3. c. 2: 4. D. Bonau. d. 1. p. 2. art 2. q. 1. Rie. d. 3. q. 12. 13. Dur. d. 3 q. 6. Bacc. d. 7. q. 3. Voril. d. 3. q 6. Capr. d. 3. q. 2.

SECVNDO quæritur de cognitione angelorum per comparationem ad species intelligibiles: Vtrum angelus habeat species apud se intelligibiles, quibus intelligat. Et videtur, quòd nõ Intelligat per species intelligibiles, sed per habitum aliquem. connaturalem, vt quidam magni ponunt. Nam intellectus oostet potest intelligere sine specie, vt probabitur. Ergo multomagis angelus. quòd autem sic sit, patet. Nam si esset species in intellectu possibili posset se intellectus connertere super huiusmodi speciem, & intelligere, absque eo, quod se conuerteret ad phantasma. nulla ergo species erit in intellectu possibili, cum semper indigeat phantasmate, sed per solam connersionem ad phantasma causatur intellectio in intellectu possibili abiq; alia specie, vt aliqui magni dicunt. Quare si Angelus non indiget specie ad intelligẽdum, quia nec intellectus nostet indigeat, cum ergo oporteat dare aliquid superaddltum essentiæ Angeli, ad hoc ꝙ intelligat, erit ibi aliquis habitus connaturalis præter species.

Præterea Angelus cum habeat intellectũ deiformem, & nobilem, debet ei attribui nobilior intelligendi modus. sed nobilior intelligendi modus est, ꝙ intelligat per habitum, quàm per speciem. quia species depẽdet ab habitu magis, quã è conuerso. in nenimus enim alicubi habitum, vbi non in nenimus speciem. Nam voluntas inclinatur in aliquid per habitum, non tamen ponimus

in

in voluntate ſpeciem. habitus ergo videtur efficacior, qa ponit in voluntate, & in intellectu, q̃ ſpecies, quæ ponitur ſolum in intellectu. Angelus ergo, qui intelligit modo nobiliori, & efficaciori, intelliget per habitum, non per ſpeciem.

Præterea actos egredientes ab habitu ſunt perfecti, non egredientes imperfecti. ſed angelus intelligit modo perfecto; ergo intelligit per actus egredientes ab habitu. illud ergo ſupetadditum, per quod intelligit angelus, non eſt ſpecies, ſed habitus.

Cap. 4. Præterea ſecundum Philoſophum in 2. Ethic. in anima non ſunt niſi tria: potentiæ, habitus, & paſſiones. ſed in Angelo non ſunt paſſiones; non erunt ergo niſi duo: potentia, & habitus.

In contrarium eſt, quia Simplicius in Commento ſuper Prædicamentis, diſtinguit habitum, & diſpoſitionem à ſecunda, & tertia ſpecia qualitatis, tanquam aliquid, quod eſt ab arte; ab eo, quòd eſt à natura. ſed Angeli non habent aliquid, niſi ſecundum naturam, non autem habent aliquam ſcientiam acquiſitam per artem, ergo &c.

Præterea quicquid ſit de habitu, oportet dare ſpecies in intellectu angelico, cum huic veritati atteſtentur tam dicta Philoſophorum, quàm Sanctorum. dicitur enim in 10. propoſitione de cauſis, quòd omnis intelligẽtia eſt plena formis. Et Auguſt. 2. ſuper Geo. ad literam ait, quòd conditio cœli erat in Verbo Dei, ſecundum Sapientiam genitam, deinde facta eſt in Creatura ſpirituali. 1. in cognitione Angelorum ſecundum creatam in illis Sapientiam. Et ſubdit, quòd ſic & diſtinctio, vel ſpecies aquarum, atque terrarum: & ait, quòd ſic naturæ lignorum, & herbarum. Secundum ergo mentem Auguſt. ſpecies aquarum, terrarum, lignorum, & herbarum, & cœli prius erant in Dei Sapientia, poſtea facta ſunt in intellectu angelico, quod nõ eſſet, niſi eſſet plenus ſpeciebus, & formis.

Dub. I. Lat.

An ſpecies, per quas cognoſcit Angelus, poſſint mouere Angeli intellectum. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegid. q. diſp. de cogni. Ang. q. 3. D. Bonau. diſt. 3. par. 2. artic. 2. q. 1.

Vltrius autem dubitatur, qnales ſint illæ ſpecies. Vtrum ſint tales, quòd poſſint mouere intellectum angeli. & videtur quòd non, quia intentioale, vt videtur, non poteſt cauſare, qnod eſt reale: ſed ſpecies illæ videntur eſſe quædam intentiones, actus intelligẽdi videtur eſſe quid reale; non ergo ab illis ſpeciebus poterit cauſari intellectio, vel actus intelligendi.

Præterea poſterius non videtur poſſe habere cauſalitatem ſuper illud, quod eſt prius. ſed ſpecies intelligibiles ſunt poſteriores ipſo iotellectu; non ergo poterunt mouere iotellectum ad intelligendum.

Præterea ſi ſpecies intelligibilis moneret iotellectum ad intelligẽdum, cum intellectus habeat apud ſe plures ſpecies; qua ratione moneret vna, & alia. vel ergo omoes ſpecies ſimul mouebnut iutellectum, vel nulla: nõ eſt dare, quòd omnes, ergo nulla.

Præterea ſi dicatur, q̃ ſpecies intelligibilis mouet iutellectum ad agẽdum, pront determinatur per voluntatem: vt ideo hęc ſpecies monet intellectum, & oon illa, qnia voluntas ſe conuertit ſuper hanc, non ſuper illam. Contra: Id, quod determinat aliquid in agendo, videtur eſſe prius illo. nam ſi intellectus non monetur ad iotelligendum, niſi ſecundum determinatiooem voluntatis, erit actio determinationis prius, quã actio iutellectus. quod eſt falſum, cum bouum cognitũ ſit motinum voluntatis.

In contrarium eſt, qnia Commẽ. in 12. Meta. vnlt, q̃ res habeant duplicem formã. vnam in anima, aliam in re extra: & vult, q̃ forma io anima, vt forma haluei apptehenſa, ſit agés deſiderium. ſed quod agit ad deſiderandum, illod agit, & monet ad intelligendum, cum non poſſimus deſiderare niſi itellecta, & cognita, ergo &c. Formæ rerũ duplices.

Præterea quod eſt formalius videtur habere rationem actini, & motiui reſpectu eius, quod eſt minus formale: ſed hoc habet ſpecies reſpectu intellectus, ergo &c.

Dub. II. Lat.

An ſpecies, per quas cognoſcit Angelus, ſint ei concreata. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegid. q. diſp. de cogn. Ang. q. 6. D. Th. 1. p. q. 55. arti. 2. Itẽ in q. diſpu. q. 8. de cogn. Ang. artic. 9. Et 2. ſent. d. 3. artic. 1. Et Opuſc. 3. c. 224. D. Bonau. d. 3. p. 2. art. 2. q. 5. Ric. d. 3. q. 13. Th. Arg. d. 3. q. 1. ar. 4. Greg. Ari. d. 7. q. 5. Capr. d. 3. q. 5.

Vltrius etiam dubitatur, vtrũ huiuſmodi ſpecies ſiot innatæ, vel acquiſitæ. Et videtur, q̃ acquiſitæ. Nam, vt habetur Epheſios tertio, vt iooote- Eph. 3.
ſcat principibus, & poteſtatibus per Eccleſiã multiformis ſapiẽtia Dei, vbi vnlt Glo. q̃ Angeli multa didicerint per Eccleſiam. hoc aotem uou eſſet, niſi acciperent cognitionem à rebus.

Præterea ſpecies illæ, ſi eſſeot innatę, æqualiter reſpicerent præſentia, & futura, & propinqua, & diſtaotia haberent. ergo angeli cognitionẽ æqualiter præſentium, & futurorum, quod falſum eſt. Tomo 3.

Præterea Ang. circa finẽ ſecũdi ſuper Gen. vult

quòd Dæmones sciant res acumine subtilioris sensus, & experientia temporum, & reuelationa superiorum spirituum. sed quod viget experientia temporum, accipit cognitionem à rebus secũdum processum temporis, ergo &c. A

Præterea efficacius lumen potest habere efficaciorem operationem. sed per lumẽ intellectus agentis possunt abstrahi species ab istis sensibilibus: ergo multo magis hoc fieri poterit per lumẽ intelligibile, qđ est in Angelo, quia est multò efficacius.

Matth. 28. IN CONTRARIVM est, quia dicitur Ezech. De Rege Tyri in figura Diaboli: Tu plenus sapientia, perfectus decore. Non autem fuisset creatus plenus sapientia, nisi haberet apud se species concreatas.

Præterea sicut est ordo in corporibus, ita & in spiritibus: sed corpora ista inferiora, non sunt plena formis, sed continuè in materia istorum corporum nunc acquiritur hęc forma, nunc alia. corpora autem cœlestia sunt plena formis, ita ꝙ non sunt in potentia ad vlteriorem formam. animæ ergo nostræ, quia tenent infimum locum in genere substantiarum separatarum, nun erunt plenæ formis, sed erunt in potentia ad aequirendum intelligibiles formas. sed Angeli tum quia tenent superiorem locum in ordine spirituum, tum etiam quia sunt perfectiores omni corpore, magis erunt pleni formis intelligibilibus, quàm sint corpora cœlestia formis sensibilibus. Si ergo cœli non sunt in potentia ad vlteriores formas sensibiles, Angeli habebunt species concreatas, & non erunt in potentia ad vlteriores formas intelligibiles. B C

Dub. III.

An species, per quas cognoscit Angelus, sint vniuersaliores in superiori, quàm in inferiori. Conclusio est affirmatiua.

Aeg. q. disp. de cogn. Ang. q. 8. D. Th. 1. p. q. 55. art. 3. Item 2. senten. d. 3. q. 2. art. 2. Item in q. disput. de cogn. Ang. q. 8. arti. 10. & Opusc. 3. c. 78. & 126. Bacc. d. 8. q. 1.

VLTERIVS autem dubitatur, vtrum species existentes in Angelis superiotibus sint vniuersaliores, quàm in inferioribus. Et videtur, quòd non. quia secundum Philosophum in 1. de anima: Vniuersale autem nihil est, aut posterius est, vniuersalia ergo sunt posteriora singularibus, quia sunt abstracta ab eis. sed Angelus nihil cognoscit per species abstractas, ergo species illæ non sunt vniuersales, & per consequens non sunt vniuersaliores in vno, quàm in alio. D

Text. c. 8.

Præterea si vnus Angelus haberet vniuersaliores species, quàm alius; vel hoc esset secundum cognitionem. quia plura cognosceret: vel secundum operationem, quia plura operaretur. secundum cognitionem non: quia quilibet Angelus habet cognitionem naturalium omnium, quorum species sunt representatiuæ: vel quilibet habet cognitionem omnium naturalium causarum, & sui ipsorum, & Dei. æquantur ergo in cognitione, nec etiam est huiusmodi vniuersalitas quantùm ad operationem, quia ipsi non sunt operatores rerum.

Præterea cognitio quantò est magis vniuersalis: tanto est magis imperfecta. Si ergo Angeli superiores cognoscerẽt per species magis vniuersales, esset eorum scientia magis imperfecta.

Præterea si species inuatæ superioribus Angelis essent magis vniuersales, non possent cognoscere res distinctè, nisi à rebus acquirerent propria, & specialia. haberent ergu cognitionem acceptam à rebus.

IN CONTRARIVM est Diuus. 12. c. Cęl. Hierarchię, qui vult, quòd superiores Angeli participent sapientiam altiorem: dispositiones autem essentiarũ, quæ sunt sub ipsis, ideſt dispositiones inferiorum Angelorum, participent scientiam particularem. Quare si inferiores habent scientiam magis particularem: ergo & superiores magis vniuersalem.

Angelorũ superiorum scientia. & inferiorum quomodo differat.

Præterea in 10. propositione de causis dicitur, ꝙ ex intelligentijs sunt, quæ continent formas minus vniuersales, & ex eis sunt, quæ continent formas plus vniuersales.

Dub. IIII.

An Angeli superiores intelligant per pauciores species, quàm inferiores. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 55. arti. 3. Capr. d. 3. q. 2. Item Sco. & Aureolus.

VLTERIVS autem dubitatur, vtrum intelligentiæ superiores intelligant per pauciores species, quàm inferiores. Et videtur ꝙ non. quia si semper superiores intelligerent per pauciores species, esset deuenire ad aliquam intelligentiam, quæ intelligeret omnia per vnam speciem, quod est inconueniens. quia eum omnia, q̃ sunt in creaturis, sint determinata, & limitata; nihil vnum, & idem potest omnia representare.

Præterea si semper intelligentia superior intelligeret per pauciora, quando deuentum esset ad intelligentiam, intelligentem, omnia per vnã speciem adhuc posset fieri intelligẽtia, quæ intelligeret illa intelligibilia oĩa per nullam speciem, & per consequens intelligeret omnia per essentiã suam, quod est proprium solius Dei.

Præterea videtur, quòd quanto intelligentia est superior, tanto intelligat per plures species.

Nam

Nam ſpecies in intelligentijs fluxerunt ab ideis diuinis. quanto ergo intelligẽtiæ ſunt ſuperiores, tanto habent ſpecies magis imitantes ideas illas, ſed illæ ideæ ſunt valde in maximo numero, quia quodlibet ſingulare habet ibi ſuam ideam; cum ſecundum Auguſt. 83. q. quæſtione de ideis ſingula ſint proprijs rationibus condita. quanto ergo intelligentia eſt ſuperior, tanto in pluri numero habebit ſpecies.

IN CONTRARIVM eſt, quia vniuerſaliora ſunt in paucioti numero, vt genera ſunt pauciora ſpeciebus, & ſpecies ſub indiuiduis, ergo &c.

Præterea intelligentiæ ſuperiores ſunt propinquiores actui ſimplici, ſcilicet Deo. ergo recipiũt ſpecies magis vnitiuè, & per conſequens in pauciori numero.

Reſolutio Artic. II.

Angelus per ſpecies intelligibiles intelligit. Habitus enim non ſufficit. cumque Angelus ſit ſeparatus à materia, & habitus ponatur ad habilitandam potentiam, in opere naturali non indigẽt habitu propriè dicto: In ſupernaturali vero, ad quod naturaliter ſurgere non poteſt, habitus infuſus in ipſo ponendus eſt.

RESPONDEO dicẽdum ad q. primam, Vtrum ſit dare ſpecies intelligibiles, vel ſufficiat ſolus habitus in Angelo ad hoc, quòd intelligat res alias; dici debet, quòd tripliciter poſſumus inueſtigare, quòd oportet ponere intelligibiles ſpecies.

Prima via ſumitur ex parte ipſius repreſentationis. Nã ad hoc ponentur ſpecies in Angelo ad repreſentandum res cognitas. aliter enim niſi haberet apud ſe angelus repreſentationes rerũ, non poſſet res cognoſcere.

Secunda via ſumitur ex parte ipſius actus. Nã ad hoc ponuntur ſpecies in angelo, vt ab eis cauſentur intellectiones in intellectu angeli. nam & ipſi, qui ponunt habitum naturalem, ad cauſandum huiuſmodi intellectionem ordinant ipſum.

Tertia via ad hoc idem ſumi poterit ex ipſo habitu. Inueſtigato enim quid eſt habitus, apparebit hoc ponendum non eſſe.

Propter primum ſciendum, quòd ſi poneretur huiuſmodi habitus in Angelo, nihil poſſet repreſentare niſi ſeipſum. Nam nulla res creata, quę eſt per ſe in genere, & directè, poteſt repreſentare tẽ aliam, niſi ſeipſam. Quod ſic declaratur: Nam de productione rerũ videt aliter locutus fuiſſe Philoſophus, & aliter Plato. Philoſophus. n. aſſignãdo rerum principia, & loquendo de factione rerum, vt patuit ex 1. Phyſi. vnitatem poſuit ex parte materiæ, & pluralitatem ex parte formæ. Plato verò econtra vnitatem, ex parte formæ: pluralitatem ex parte materiæ. Poſuit. n. Plato quatuor ordines rerum, videlicet corpora, animas, intelligẽtias, & ideas, quas vocabat Deos. ab eiſdem enim ideis ſecundum ipſum deriuabantur formæ in intelligentias, in animas, & in materiã corporalem. Et ideo poſuit, vt ait Philoſophus in 1. Poſteriorum, quòd noſtrum diſcere ſit reminiſci. Inde eſt quod ſcribitur in 7. Meta. ꝙ ideæ ſeruiebant Platoni ad ſcientiam, & ad generationem. Ad ſcientiam quidem; prout cognoſcebãt ſpecies in intelligẽtias, & in animas, ita ꝙ ipſę animæ noſtræ in ſui primordio habent in ſe omnes ſpecies, & earum diſcere nõ eſt niſi quoddam reminiſci. Seruiebant etiam illæ ideæ ad generationem, prout ab eis fluebant ſpecies in materiam corporalem. Si ergo quæſitum fuiſſet a Platone, quare ſunt aliæ ſpecies in intelligẽtijs, aliæ in anima, aliæ in materia, cum ab eiſdem ideis hæc omnia prouenirent; Reſpondiſſet hoc eſſe ex diuerſitate materiæ, quia aliter recipiunt impreſſiones illas, angeli, animæ, & materia. Vnde poſuit ex parte materiæ magnum, & paruum, quaſi hoc ſit ſecundum magis, & minus. quia valde modo coarctato recipiuntur huiuſmodi ſpecies in materia, & minus coarctatu in anima, & ampliori modo in intelligentijs. Sic videntur diſcordare ergo hi Philoſophi. Vterque tamen quantum ad aliquid verum dicunt. nam ſecundum quòd res diſtinguuntur ſecundum eſſe reale, ſic eſt diuerſitas ex parte formæ, vt * res materiales non ſunt diſtinctæ per materiam, ſed quis habent aliam, & aliam formam: immateriales vero diſtinguuntur quia ſunt ipſe formæ. Omnis ergo diſtinctio reperta in rebus, eſt per formam, & actum, vt declarari hẽt in 7. Meta. vbi dicitur, ꝙ actus eſt, qui diſtinguit. Diſtinguitur. n. res materialis à materiali: immaterialis à materiali, & immaterialis ab immateriali, quod totum eſt per formã, & actũ. Nã ſi diſtinguitur materialis à materiali, hoc eſt, quia habet aliam formam, & alium actum. nunquam enim per materiam per ſe loquẽdo huiuſmodi diſtinctio eſſe poteſt. Quòd ſi dicat, corpora cœleſtia diſtingui ab inferioribus per materiã; Dicemus hoc non eſſe propriè dictum, ſed hoc eſſe per formam. Nam quia forma cœli nõ habet contrarium, non habet priuationem annexam. ideo complet totum appetitum materiæ, vt non poſſit illa materia eſſe generationis, & corruptionis ſubiectum, ſicut in iſtis inferioribus, in quorum formis contrarietas reperitur. Sicut etiam ſi dicatur, indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt, non per formam, ſed per materiam; Dicemus, quòd & huiuſmodi differentia reducitur in formam & in actum, non in formam ſubſtantialem per ſe, ſed accidentalẽ; vt quia * quantitas aduenit materiæ, & facit ipſam habere partes, ideo in diuerſis partibus materiæ poſſunt eſſe diuerſæ formę. Nili ergo præexiſteret quantitas in materia, quæ dicit formã, & actum, nunq̃ eſſet diſtinctio ꝑ materiã. In rebus ergo materialibus eſt diſtinctio ex parte formæ: vel ex parte actus inter formam aũt materialẽ, & immaterialem: vel inter ſimaterialẽ,

1. Poſt. c 1. ſub finem.

* Indiuidua materialia, & immaterialia quo differant ꝑ formã, & vide ſupra de indiuiduatione d. eadem q 2. in toto artic. 1. Itẽ in ſua prologi huius libri & in d. 1. p. 1. q. 1 art 3 & Quol. 1. q. 11.

CONTRADICTIO. * Hic ait Doctor indiuidua eſſe ꝑ quantitatẽ. Idem fatẽ Quolib 1 q. 11. & alibi. Sed 4 Met. q 5 a 1 vniquodq; eſſe hoc aliquid per ſubſtantiam ſuam. Nõ dat diſſolutur, ſi dicat, ꝙ in 4 Meta. habetur ſermone de indiuiduis diuerſarum ſpecierũ quia ſecundum Doct. Meta q 7 & in Prologo 1. ſent q. 2 & diſt. 26 q. 2. Vniquodque ꝑ illud in eſſe conſtituitur. ꝑ qđ ab alio diſtingui ẽ. Alibi vero ẽ ſermo de indiuiduis eiuſdẽ ſpeci. Intra art. 4. dicit quod materia eſt prius principium indiuiduationis ſubiectiue. Forma principaliter. Quantitas ter minatiuè, vel originaliter.

2. Phyſi. to.

& immaterialem, certum est, quòd est distinctio formalis, cum semper oporteat talia specie differre. nunquam.n. vna forma immaterialis est eiusdem speciei cũ alia: & multo magis non erit eiusdem speciei cum forma materiali: & ita quantum ad distinctionem realem, bona fuit opinio Philosophi, quòd diuersitas est ex parte formæ. Sed non considerando prout res differt à re, sed prout differt ab intentione, vel prout intentio differt ab intentione, sic est vnitas ex parte formæ, & diuersitas ex parte materiæ, vt accipiamus materiam largè pro omni eo, quod habet rationem receptiui, vel susceptiui. Dicemus enim, quòd ab illis eisdem ideis, à quibus fluxerunt formæ in materia, fluxerunt species in mentibus Angelorum. forma ergo lapidis est imitatiua ideę lapidis in mente Dei, sic & species lapidis in mente Angeli illius eiusdem ideæ existit imitatiua. Species ergo lapidis in mente Angeli & forma lapidis in materia, non differunt, quòd sint ab alia, & alia forma, vel ab alia, & alia idea diuina productæ, sed quia sunt in alia, & alia materia receptæ: vt quia species lapidis in materia habet esse in materia sensibili, ideo est omnino particularis, & contracta: recepta autem in mente angeli, quia mens Angeli recipit excellentiori modo: ideo est ibi non ita particularis, & contracta. & quod dictum est de materia, & de mente Angeli, prout ab ideis diuinis recipitur in materia forma realiter: ab eisdem autem ideis recipitur species in mente Angeli intentionaliter, secundũ quem modum differt res ab intentione: intelligẽdum est, prout ab eisdem ideis recipitur aliqua species: vtputa species animalis, vel lapidis in mẽtibus diuersorum Angelorum, secundum quem modum differt intentio ab intentione. nam in omnibus Angelis dicere possumus huiusmodi species intentionaliter recipi. In omnibus ergo talibus receptionibus, prout differt res ab intentione: & prout differt forma lapidis in materia, & species lapidis recepta in mente Angeli: vel prout differt intentio ab intentione: vt prout differt species lapidis, vel alterius rei recepta in mente vnius Angeli, & in mente alterius, semper est differentia ex parte materiæ: & vnitas ex parte formæ.

Et huiusmodi differentia ex parte materię, est secundum magis, & minus, vt Plato dicebat, & vt Philosophus in 1. phys. innuit dixisse Platonem. Tex c. 80. Est enim in talibus vnitas ex parte formæ, quia ab eadem idea est forma lapidis in materia, & species lapidis in mente Angeli. sic etiam ab eadem idea est species lapidis in mente istius Angeli, & in mente illius Angeli, & cuiuslibet Angeli. Sed in talibus est diuersitas ex parte materiæ secundum magis, & minus. quia influentiam ideæ lapidis, vel speciem deriuatam ab huiusmodi idea, non æqualiter recipit materia, & mens Angeli: nec mens vnius Angeli, & alterius, immo non sunt duo Angeli huiusmodi speciem æqualiter recipientes, sed semper recipiunt secundum magis, & minus. Potest autem huiusmodi magis, & minus attendi per recipere magis vniuersaliter, & minus: vel per recipere magis excellenter, & minus, vt dicamus, quòd Angelus superior recipit speciem lapidis magis vniuersaliter, quàm inferior: & inferior magis vniuersaliter, quàm magis inferior, vsque ad materiam, quæ recipit omnino particulariter.

Quòd si tamen nunc inter quoscunque duos Angelos est huiusmodi magis, & minus secundum vniuersalitatem, de necessitate est illud magis, & minus secundum excellentiam, vt si est dare aliquos duos Angelos sic se habentes, quòd non sint vniuersaliores species in vno, quàm in alio, nunquam tamen est dare duos Angelos, in vno quorum non sint excellentiores, & nobiliores species, quàm in alio: ita, quòd vnus excellentiori, & perspicaciori, & nobiliori modo cognoscit res per species, quas habet apùd se, quàm alius.

Habitus nõ sufficit Angelo ad intelligendũ.

Ex his autem patere potest, quòd ex parte representationis concludere possumus, quòd non sufficit in mente Angeli ponere habitum cõnaturalem, vt quidam magni ponunt, nisi ponamus ibi, & species. Nam huiusmodi habitus quid reale esset, & quædam res esset cum habitus quandam speciem qualitatis nominet, nulla autem rea creata potest esse representatiua, nisi sui ipsius. Nam differentia realis: vel differentia, quæ est in ipsis rebus, est ex parte formę. vt ideo differt hæc res ab illa, quia est alterius formæ, & alterius ideæ imitatiua. iuxta illud Augustini 83. q. quæstione de ideis, quòd Tomo 4. non eadem ratione conditus est homo, qua equus, sed singula proprijs suæ creata rationibus: Quæ enim alia, & alia ratione sunt producta, se inuicem sufficienter representare non possunt, si enim non sunt duæ res eisdem rationibus conditæ, non erunt duæ res, loquendo de rebus creatis, se sufficienter representantes. Ille ergo habitus nullam aliam rem sufficienter representare posset, quia à qualibet alia re esset alia ratione conditus.

Sed non sic est de his, quæ habent esse intentionale, & reale: vt de speciebus in mentibus Angelorum, & de formis in materia. nam quia de eisdem rationibus sunt productæ hæ, & illæ; ideo oportet esse similitudinẽ, & representationem inter has, & illas. Nam quæ vni eidem sunt similia, inter se sunt similia. 7. Top. c. 17.

Species ergo Angelorum sunt representatiuæ rerum materialium, quia sunt expressiones earũdem rerum, & earundem idearum sunt imitatiuæ. Vnde & Augustinus 3. super Gen. ad Litterã Tomo 3. ait, quòd conditio cœli presens erat in verbo Dei secundum genitam sapientiam: deinde facta est in creatura spirituali, hoc est in cognitione Angelorum secundum creatam in illis sapientiã. deinde cœlum factum est, vt esset etiam ipsa creatura in proprio genere.

Idem

Coeli creatio prius fuit in mente angeli, q̃ in seipso. Quo ergo ola simul creata fuisse dicat Scriptura? Solutio colligit ex his, quæ supra. scilicet quantũ ad materiã informẽ omnia simul facta fuerũt nõ quantũ ad otatũ.

Idem ergo cœlum, quod prius fuit in Dei sapientia, habens ideam in Deo secundum illam, & eandem ideam factum est in mente Angeli, & postea factum est in propria materia, vt esset in genere proprio. Non est ergo mirum, si species cœli in mente Angeli habens esse intentionale representat speciem cœli in proprio genere habentem esse reale, quia ab eadem idea in Dei sapientia fuit hoc, & illud. Non ergo sufficit ponere huiusmodi habitum ad representationem rerum, quia nihil representaret habitus ille, nisi seipsum.

Posset autem ex ipsa representatione huic opinioni obuiari, vt diceremus huiusmodi habitũ esse determinatum ad genus, & ad speciem. Propter quod dato, quòd posset representare alia à se, non sufficeret vnus habitus ad omnia representandum. propter quod oporteret ponere multitudinem talium habituum, sicut ponimus multitudinẽ specierum.

Si ergo ad hoc vadunt ponẽtes huiusmodi habitum, vt saluent illud commune principium: Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora, vel per vnum. Ideo negauerunt multitudinem specierum, saluantes per vnum habitũ totam cognitionem angelicam, patet eos nõ habere intentum. quia nisi poneremus multitudinem habituum, sicut ponimus multitudinẽ specierum, per huiusmodi habitum sine speciebus tota cognitio angelica saluari non posset.

Habitus quid 3. de anima c. 2. 22.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte actus. Nam habitus non videtur (simpliciter loquendo) ordinatus ad actum secundum se, & vt est aliquid in genere, sed solum ad modum agendi. vt quia secundum Commentatorem, habitus est, quo quis potest agere, cum vult. Hoc enim sonat habitus, vt habilitet, & expeditiuam, ac facilem reddat potentiam ad agendum. Ideo dicitur habitus esse, quo quis potest agere cum vult,

Habitus cur ponatur.

quia habentes habitum secundum eorum velle expeditè, & faciliter in actum exire possunt. etiã secundum hunc modum loquitur Philosophus in 2. Ethic. cum ait, quòd signum generati habitus,

Iuitiũ. c. 3.

est delectationem, vel tristitiã fieri in opere.

Facile, & difficile qd,

Nam omne difficile videtur quandam tristitiam annexam habere: omne autem facile ècontrario delectationem. Ante enim, quàm quis acquirat habitum liberalitatis, potest opera liberalitatis facere, sed difficile est et agere huiusmodi opera. Propter quod si eadem facit non liberalis, quæ liberalis, non faciet eodem modo, nec facit ea liberaliter, & delectabiliter. Adgenerato autem in eo habitu liberalitatis, faciet delectabiliter, quæ prius cum tristitia faciebat, & erit sibi delectabile dona tribuere, quod prius erat triste, vel saltem non delectabile. Ideo dictum est, quòd signum generati habitus, est delectationem, vel tristitiam fieri in operibus: Delectationem quidem in propositus, tristitiam in oppositis. Vt postquam iam habemus habitum liberalitatis in operibus liberalitatis, siue in operibus propositis, faciendo talia opera delectamur. Si autem contingat nos non posse talia opera facere, propter defectum expensarum, aut sumptuum, vel propter aliam causam tristamur.

Habitus generati signum.

Sed ante acquisitionem habitus non delectamur in dando, nec tristamur in retinendo. Est ergo necessarius habitus nõ propter ipsum actum, sed prepter modum agendi.

Et vt melius appareat, quod dicitur, dicemus, quòd consueuit distingui duplex habitus: acquisitus, de quo locuti sunt Philosophi: & infusus, de quo loquuntur Sancti, & Theologi. Verum quia ponentes habitum, de quo locuti sumus, dicunt ipsum esse naturalem, oportet secundum hoc tria esse genera habituum, quorum quidam erunt naturales, quidam non naturales: & non naturales duplices, quidam acquisiti, quidam infusi.

Habitus acquisitus, & infusus.

Habitus triplex.

Quanto ergo habitus est propinquior potentiæ, tanto potentia secundum se erit minus remota ab huiusmodi actu, & per consequens potentia ipsa secundum se magis poterit in substantiam illius actus, licet per se non possit in modum agendi. & quia hoc est proprium cuilibet habitui, quod det quendam modum agendi, vt licet sine habitu possit potentia in actum. non tamen poterit in modum agendi, vt quòd agat illum actũ, sine habitu delectabitur: & eo modo, quo ageret cum habitu. Si ergo ponantur tria genera prædicta habituum, propinquior est potentia habitui naturali, q̃ acquisito: & propinquior acquisito, q̃ infuso. nã & ipse habitus acquisitus est aliquo modo naturalis. Si ergo potentia potest in actum habitus acquisiti, licet non possit ita faciliter, sicut cum habitu, multo magis potetit in actum ipsius habitus naturalis, licet forte non posset ita faciliter exire in huiusmodi actum sine tali habitu, sicut cum habitu: eo, quòd propinqnior sit potentiæ habitus naturalis, quàm acquisitus. Non enim debemus imaginari, quòd alius actus exeat à potentia, alius sb habitu, sed vnus & idem actus est exiens à potentia, & ab habitu: sed ideo ponitur habitus, vt facilius potentia exeat in talem actum.

Quicquid ergo sit de habitu supernaturali infuso: nullo tamen modo dicendum est, quòd aliquis actus quantum ad ipsam substãtiam actus, exire possit à potentia perfecta per habitum naturalẽ, qui non possit exire à potentia non perfecta per huiusmodi habitum. Nam, vt dicebamus; cum habitus acquisitus plus distet a potentia, qnàm habitus naturalis: si loquamur de ipsa substantia actus; potest potentia, licet non ita faciliter, nec ita bene, in omnem actũ habitus acqsiti sine tali habitu, & multo magis hoc poterit in actũ habitus naturalis. Quare si nullæ ponãtur species in intellectu Angeli, sed solùm ibi ponatur quidam habitus naturalis, vt possit intelligere omnia alia à se, poterit intellectus angeli-

a Habitus cur ponatur in potetia.

cus etiam sine huiusmodi habitu intelligere alia a se, licet fortè cum difficultate hoc faceret, quod nullus posset, quia nec cum facilitate, nec cum difficultate, nec aliquo modo potest Angelus intelligere alia à se per ipsam potentiam intellectiuam, nisi per aliquid superadditum tam potentiæ, quàm substantiæ, per quod repræsententur huiusmodi alia.

Habitus vnde dictus.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius habitus. nam, vt diximus, ideo dictus est habitus, quia potentiam habilitat ad agendum. Loquendo ergo propriè de habitu, impossibile est esse aliquem huiusmodi naturalem habitum. oẽ quod ex natura habet, quòd agat, non indiget, vt habiliteur ad id agendum. Ex hoc autem indiget potentia habilitatione: quia & si ex se potest agere, non tamen potest faciliter, & delectabiliter agere, ideo indiget aliquo expediente, & habilitãte: vt faciliter possit exire in actum. Dicitur autem aliquid alicui competere ex natura, vel quia per suam naturam nudam potest in id, vel quia hoc potest per ea, quæ de necessitate consequuntur naturam. Et quia potentia de necessitate consequitur substantiam: & quicquid est naturale, maximè si sit naturale, & ex natura formæ, de necessitate consequitur illud, cui est naturale. Si ergo ad actum intelligendi sufficit potentia intellectiua, & ille habitus connaturalis, sufficienter ex natura habebit Angelus, ꝙ intelligat, cum non intelligat nisi per naturam: & per id, quod est naturale: & quòd de necessitate naturam consequitur. Cum enim Angelus sit ipsa forma, nihil potest ei esse naturale, nisi per naturam formæ. quicquid autem est sic naturale, de necessitate consequitur illud, cui est naturale, vt patebit in quæstione illa: Vtrum Angelus intelligat per species innatas, vel acquisitas. Illa ergo perfectio, quę ponitur in Angelo: non potest esse habitus, quia nunquam requiritur habitus ad id, quod per sola naturalia sufficimus. Vnde & Simplicius in cõmento super prædicamentis, vbi distinguit quatuor species qualitatis ait: Quarta spẽs qualitatis differt à tribus præcedentibus, quia illa habet esse solum in corporibus, quæ est forma & circa eam constans figura, sed tres species qualitatis primæ: vt habitus, & dispositio: naturalis potentia, vel impotentia: passio vel passibilis qualitas, distinguuntur per hoc: ꝙ qualitatũ, vt ait Simplicius, hę quidem sunt naturales, hæ autem aduentitiæ: volens, quòd habitus, & dispositio secundum, ꝙ huiusmodi sint qualitates aduentitiæ. Nam, vt diximus, ad hoc digemus habitu, ad habilitadũ: non autem indigemus habilitatione ad illud, ad quod sufficienter ex natura determinamur. Impossibile est ergo (propiè loquendo) esse talem habitum naturalem. Dicemus ergo, quòd vel loquimur de habitu largè: prout ipsa potentia dicitur habitus, & sic potest esse habitus naturalis, secũdum quem modum loquitur Philosophus in 3. de anima: ꝙ intellectus agens est sicut habitus quidam, vt est lumen ad colores: vel loquimur

Habitus duplex.

Text. c. 18.

de habitu propriè, & sic nullus est habitus naturalis: quia ad id, quod naturaliter nos habemus: & ad quod ex natura, vel ex consequentibus naturam sufficienter determinamur, nõ indigemus habitu. illud ergo, quod vocant habitum naturalem, non esset habitus, sed potẽtia, postquam naturalia esset. Esset enim naturalis potentia, & esset in secunda specie qualitatis, non in prima. Cum ergo nullus diceret, quòd sufficiant solæ potentię Angeli ad intelligendum: non sufficit ponere intellectum, & habitum, nisi ponãtur hæ species. Habet etiam ex parte ipsius Angeli spectatem tationem, quare non oporteat ibi ponere habitum. nam in habentibus difficultatem in suo opere naturali, oportet habitum ponere ad habilitandam potentiam. sed Angelus, cum sit separatus à materia, nec habeat sibi vnitum naturaliter corpus, vel aliqd aliud, quod posset esse retardatiuũ, & impedimentũ eius à suo opere naturali, in talibus operibus nõ oportet in Angelis ponere habitũ, loquendo de habitu propriè. In operibus autẽ supernaturalibus, ad quæ non possunt sufficienter per naturam coosurgere, oportet in ipsis habitus ponere.

Ponemus ergo in intellectu Angelico species non habitus, vt alia à se intelligere possit.

Resp. ad arg. art. II.

Intellectus humanus eos indigent phantasmate ad intelligendum.

Ad primum dicendum, quòd argumentum recipit falsa, & peccat in materia. nam falsum est, quòd intellectus intelligat sine specie, & si indiget, quòd semper cõuertatur ad phantasma, hoc non est, quòd quando non actu intelligit, non habeat apud se speciem intelligibilem: sed quia illa species, quando nõ actu intelligit per ipsam, est in quodam actu semipleno, siue in quodam esse habituali. propter quod non sufficit, quòd de se possit causare actionem intelligibilem, nisi rursus fiat conuersio ad phantasma, per quam conuersionẽ illi speciei intelligibili tribuitur actualitas quędam, vt possit sufficienter causare actum intelligendi. Si enim anima non esset grauata mole corporis, & per voluntatem posset liberè se conuertere super omnes species, quas habet: non indigeret fortè phantasmatibus ad intelligendum. Species, ergo acquisitæ à rebus de necessitate indigent phantasmatibus, vt ab ipsis fiat abstractio in intellectu: sed ꝙ illæ species nõ sufficiant ad causandum actum intelligendi, & rursus oporteat phantasmata speculari, vt dicitur in 3. de anima, hoc est, quia non possumus nos liberè conuertere super huiusmodi species. falsum est ergo, ꝙ intellectus noster non indigeat speciebus intelligibilibus ad intelligẽdum, sic etiam suo modo falsum est de intellectu Angeli.

1. de anima. 12.

Ad secundum dicendum, ꝙ quantum ad diuersas potentias, ponimus in aliqua potentia habitum, in qua non ponimus speciem, ita quòd habitum, & speciem ponimus in intellectu: sed habitum, & non speciem ponimus in voluntate,

sed

ſed quantum ad vnam, & eandem potentiam, vt quantum ad puram intellectiuam, de qua loquimur, magis eſt econuerſo. Nam ſi in aliquo intellectu ponimus habitum, in illo de neceſſitate ponimus ſpeciem. Nam cum habitus cauſetur in nobis ex actib⁹, & nihil poſſit intellectus noſter intelligere, nec poſſit exire in actum ſine ſpecie, impoſſibile eſt habitum eſſe in intellectu ſine ſpeciebus, loquēdo de habitibus, quos poſſumus ex naturalibus cōſequi, vel acquirere. qa de ſupernaturalibus in hac quæſtione nuu intromittimus uos, eum loquamur de intelligere angeli nou ſupernaturali. ſed ſi in intellectu ponimus ſpeciem, non uporter, quòd ibi ponamus habitum. ſpecies enim abſtractæ à phantaſmatibus, incipiūt eſſe in intellectu ante, quàm acquiratur habitus. Argumentum ergo, licet fuerit debile, contractum tamen ad materiam noſtrā, magis arguit oppoſitū, quàm propoſitum.

Vel poſſumus dicere, quòd intelligere per habitum, vel indigere habitu ad intelligendum, loquendo de intelligere, quod poſſumus acquirere ex natura, magis eſt ignobilitatis, quàm nobilitatis. Nam indigere habitu ad tale intelligere, huc eſt habere difficultatem aliquam in noſtro opere naturali, quod non ad dignitatem, ſed ad indignitatem pertinet.

Actus egrediens per habitū cui perfectus.

Ad tertium dicendum, quòd actus egredientes ab habitu ſunt perfecti. quia difficultatem quandam habemus in noſtris actibus, ideo indigemus habitu noſtram potentiam habilitante, & expediente, vt poſſumus in actum perfectum exire, ſed angelus nun habeus huiuſmodi difficultatem in ſuo opere naturali, non indiget huiuſmodi habitu, & hoc eſt multo maioris perfectionis.

Cap. 1.

Ad quartum dicendum, quòd Philoſophus in 2. Eth. non enumerat omnis, quæ ſunt in anima, per hoc, quod dicit ibi eſſe potentias, habitus, & paſſiones. Nam & in anima ſunt actiones intellectuales, & etiam actiones voluntariæ.

Cap. 5.

Et ſunt ibi delectationes, quæ non comprehenduntur in aliquo prædictorum trium, ſed ibi in 2. Eth. ſolum enumerantur, quæ ſunt per ſe, & immediatè principia actuum non quorūcunque, ſed ſe tenentium ex parte appetitus. actus enim appetitiuus, vel egreditur à potentia ſine habitu, vel à potentia informata per habitū, vel ortum habuit ex paſſione. Non ergo per dictū Philoſophi excluditur ſpecies intelligibilis, quæ non habet eſſe in appetitu, ſed in intellectu.

Reſolutio Dub. I.

Species intelligibilis in Angelo mouet intellectum ad intelligendum, ſicut ſenſibile mouet ſenſum, vt ſentiat.

Species intelligibilis mouet intellectū, ſicut ſenſibile ſenſum.

AD id autem, quòd quærebatur, vtrum ſpecies intelligibiles poſſint mouere intellectum ad intelligēdum, dici debet, quòd cū à ſpecie intelligendi cauſetur intellectio in intellectu, ſicut ab ipſo ſenſibili cauſatur ſenſatio in ſenſu, oportet nos dicere, quòd ſpecies intelligibilis moueat intellectū, vt intelligat, ſicut ſenſibile mouet ſenſum, vt ſentiat. Sed quamuis oporteat nos ſic dicere, multæ tamen difficultates contingunt circa hanc materiam. Nam mouens debet eſſe realiter diſtinctum ab eo, quod mouetur. Iuxta illud Philoſophi: Omne, quod monetur, ab alio mouet.

Mouens, & motum re, & ſubiecto diſtinguuntur.

Lib. 7. Phyſ. t. c. 1. & 10. T. co. 15.

Rurſus mouēs, vt videtur, debet eſſe quid diſtinctum ſubiectu ab eo, quod mouetur. quia vt ſcribitur in primo de Gen. Habitibus præſentibus in materia, ceſſat motus. Cum ergo mouēs dicat quid in actu: illud autem, quod monetur, dicat quid in potentia, ſi mouens uō eſſet ſubiectu diſtinctum ab eo, quod mouetur, iam nō fieret motus. quia enim iam eſſet actus in ipia potentia, & iam haberet potentis, quod intenderet, iam eſſet habitus in materia, loquendu de materia largè, pro omni perfectibili, & de habitu largè, pro omni perfectione. Poſſumus autē addere & tertium, vt dicamus, quòd mouens, & motum nun ſulum differunt realiter, & non ſolum ſubiecto differunt, ſed etiam diſtant loco, vt in multis videmus. Sed ſi ſpecies intelligibilis mouet intellectum ad intelligendum, mouens, & motum in idem coincident. Nam cum ſpecies intelligibilis nun habeat per ſe eſſe, nun habebit per ſe agere. In huiuſmodi ergo motu, ipſa ſubſtantia angeli, vel ipſe angelus ſe habebit, vt mouens, ſpecies autem intelligibilis erit satiu mouendi. Rurius: quia intellectio cauſata in intellectu ab huiuſmodi ſpecie, recipitur in ipſa ſubſtantia, ſiue in ipſo angelo, in quo eſt huiuimodi intellectus. Nam omnes perfectiones, & omnia accidentia quantuncunque vnum inſit mediante alio, immediatè attingunt ipſam ſubſtantiam, vt nun ſit inter ea ordo ſitus, ſed ordu cauſalitatis tantum, vt in pluribus locis, in quæſtionibus, & tractatibus noſtris declarauimus. oportet, quòd ipſa ſubſtantia angeli, vel ipſe angelus in huiuſmodi mutioue ſe habeat, vt quid mutum. Erit ergo idem mouens, & motum. nec etiam inter mouens, & mutum ſaluabitur diſtinctiu ſecundum ſubiectū, & locum. quia ſpecies intelligibilis in ipſo intellectu fundatur, vt in ſubiecto, & nec loco, nec ſubiectu eſt ab intellectu diſtincta.

Mouens, & motum diſtinguuntur loco.

Liber de gradib⁹ formarū editus ante ſecundū ſentat.

Hoc ergo ordine in hac quæſtione procedemus. quia primo ſoluemus difficultates tactas. ſecundu, quia idem poteſt mouere ſeipium, nō ſecundum ſe totum, ſed ſecundum partes, pruut vna pats mouet aliam. declarabimus in huiuſmudi motione, quid habet rationem totius, & quomodu vna pars mouet aliam.

Sciendum ergo prupter tres difficultates, ſi quæratur, vtrum idem poſſit habere rationem mutiui reipectu ſuijpſius, & vtrū idem puſſit eſſe cauſa ſuijpſius; Dicemus, quòd ſi huiuſmudi cauſalitas ſit ſulum ſecundum aliam, & aliam acceptionem apud intellectum, nuu eſt inconueniens, quòd idem reſpectu ſuijpſius habeat quandam cauſalitatem, & quodammodu quendam

Vide de hoc 3. quol. q 17.

dam modum efficiendi. secundum quem modũ loquitur Gilbertus in 6. principijs, quòd passio est effectus actionis. Idẽ enim est actio, & passio: Sed, vt est ab agente, dicitur actio, vt recipitur in passo, dicitur passio. Cum ergo hoc modo recipiatur in passo, quia est causata ab agente: dicitur esse passio effectus actionis. dicitur ergo actio passionem facere, cum tamẽ eadem res sit actio, & passio. Nam sicut idem aliter, & aliter sumptũ potest esse prius, & posterius seipso: sic idem aliter, & aliter consideratum, quendam modum causalitatis, & efficientiæ supra seipsum habere poterit. sed huiusmodi causalitas, & prioritas erit secundum acceptionem intellectus. hoc ergo modo non solum poterit idem mouere seipsum, sed poterit seipsum causare, & facere. Sed si in talibus sit aliqua immutatio realis, vt si sit aliqua res effecta prætet mouens: & motum, vt apparet in proposito, quia præter speciem intelligibilem, quæ se habet, vt mouens: & præter potentiam intellectiuam, quæ se habet, vt id, quod mouetur: est dare intellectionem, siue actum intelligendi causatum à specie in ipso intellectu, qui est quid differens ab vtroque. cum ergo sic se habeãt mouens, & motum; si quęratur, vtrũ oporteat talia esse realiter differentia; Dicemus, quòd in ipso motu reali, quantum ad id, quod est immediatè mouens, vel immediatè ratio mouendi, & quantum ad id, quod est immediatè motum, vel immediata ratio, quòd moueatur, de necessitate oportet esse realiter differentia mouens, & motum. & quantum ad hoc valet dictum Philosophi. sed quantum ad id, quod mouet, vel mouetur ex consequenti non est incõueniens idem mouere seipsum. quod veritatem habet tam in mouentibus actiuè, & in motis passiuè, quàm ẽt in rationibus mouendi actiuè, & passiuè, vt apparet in motu grauis, & in motu animalis. Graue enim per se, & immediatè mouet medium, à quo est realiter distinctum: ex consequenti autẽ mouet seipsum à quo est realiter indistinctum. Sic: licèt forma non agat, sed sit ratio agendi: & licèt materia non patiatur, sed sit ratio patiendi: totum autem compositum agat per formam, & patiatur per materiam, secũdum quem modum loquendi, anima, quæ se habet, vt forma, est ratio, ꝙ animal moueat corpus: & corpus, quod se hẽt, vt materia, est ratio, ꝙ animal moueatur. Ipsa ergo anima est realiter differẽs à corpore, sed ipm animal, quod est mouens, & motũ, non oportet, quòd sit differens à seipso. Si ergo animal moueret se ipsum per se, & primo esset à seipso distinctum realiter: sed cum moueat se per partes, sufficit, quòd partes à seipsis realiter differant. Sic & in proposito ipse angelus per voluntatem, & per speciem intelligibilem mouet: per intellectũ autem mouetur, in quo causatur ipsa intellectio à volũtate, & à specie intelligibili, sicut in ipso corpore causatur motus ab anima: erit ergo voluntas, & species intelligibilis differens realiter ab intellectu, sed non oportet, quòd Angelus sit differens à seipso. Amota est ergo difficultas prima, quòd mouens, & motum debent esse realiter distincta.

Actio, & passio quo fiat idem.

Actio quo dicitur passionem facere.

Mouẽs, & motum immediatè re differunt.

Mouens, & motum ex consequenti re quandoque non differunt.

Aliq̃ quo se ipsum moueat.

Angelorũ species quo mouẽt intellectum.

Secunda autẽ difficultas, qua dubitatur, vtrũ mouẽs, & motum sic se habeant, quòd oporteat subiecto esse distincta, soluitur. nam si mouens, & motum sic se habent, quòd quodlibet habet per se esse, & quodlibet habet per se agere: oportet talia esse subiecto distincta, quia esse non potest, quòd duo aliqua differẽtia realiter sint talia, quòd quodlibet habeat per se esse, & tamẽ sit idẽ subiecto. sed si mouens, & motum nõ sunt talia, quòd quodlibet habeat per se esse, sed dicitur vnum esse mouens, quia est ratio, quare aliquid moueat, & aliud motum, quia est ratio quare aliquid moueatur: non oportet ea esse distincta subiecto. vt si animal mouet per animam, & mouetur per corpus: non oportet corpus, & animã esse distincta subiecto: immo vnum subijcitur alteri, tanquàm materia formæ. Sic & in proposito species intelligibilis, & voluntas, & potentia intellectiua non habẽt per se esse. Propter quod si aliquod istorum dicitur mouẽs, & aliquod motum: hoc est, quia vnum est ratio mouendi actiuè: aliud mouendi passiuè. propriè ergo loquendo, sicut anima non intelligit, sed homo per animam, vt dicitur in 1. de anima. Sic voluntas angeli non dicitur agere, sed angelus per suam voluntatem agit, nec intellectus angelicus (propriè loquẽdo) intelligit, sed angelus intelligit per suũ intellectum. Si ergo voluntas, mediante specie intelligibili, mouet intellectum; non oportet talia esse distincta subiecto. quia nõ habent per se esse, nec per se agere, nec per se pati, sed possunt esse ratio actionis, & passionis. Per mouere ergo mediate, & ex consequenti soluitur difficultas prima, vt angelus mouet seipsum. sed hoc est ex consequenti, sicut animal mouet seipsum, quia est anima ratio mouẽdi corpus. sic & angelus mouet seipsum ad intelligendum, quia voluntas, & species intelligibilis sunt ratio, quòd moueatur intellectus angelicus. Per agere autem, & pati per se, & per esse rationem agendi, & patiendi, soluitur difficultas secunda. Nam cũ aliqua sic se habeant, quòd vnum dicitur esse mouens, & aliud motum, si talia non sint per se agentia, & patientia, sed sint solum ratio agendi, & patiendi, non oportet esse distincta subiecto. Verum quia in secunda difficultate tãgebatur, quòd habitibus existentibus in materia, cessat motus: & cum potentia adepta est actum, non vlterius mouetur ad actum. ex quo concludebatur, quòd cum agens habeat rationem actus, & patiens rationem potentiæ: si agens, & patiens non different subiecto, sed patiens esset subiectum agentis, sicut intellectus est subiectum speciei intelligibilis: iam potentia haberet suum actũ, & non vlterius moueretur ad actum. Dicemus ergo, quòd semper agens habet rationem actus, sed non oportet, ꝙ sit actus, quem efficit formaliter: sufficit autem, quòd sit huiusmodi actus causaliter, & virtualiter. Anima enim est ratio, quare fiat motus in corpore, sed non est formaliter ipse motus: ideo

Tex. c 64.

quan-

quantuncunque corpus habeat animam, oō pro-
pter hoc mouetur, sed potest in eo ab anima fieri motus: sic, & species intelligibilis non est formaliter ipsa intellectio. Quantuncunque ergo speeies intelligibilis sit præsens ipsi intellectui, non propter hoc est in intellectu, nec est propter hoc præsens potentiæ actus intelligendi, in quē potentia transit, sed monetur intellectus ad huiusmodi actum per huiusmodi speciem.

Agens & patiens an sint semper loco distincta.

Tertia autem difficultas de distinctione secūdum locum, dupliciter potest tolli. Nam cū dicitur, quòd agens, & patiens sunt distincta loco; Dicemus, quòd, aut loquimur de actione corporalium, aut spiritualium: cum enim corpus agit in corpus (quia duo corpora in eodem loco esse non possunt) oportet agens, & patiens esse distincta loco. vt si ignis calefaciens agit in lignum calefactibile, oportet ignem, & lignum loco distincta esse. Sed si loquamur de actione spiritualium, non oportet spiritualia esse loco distincta à suis passiuis. Immo econtrario, ibi sunt spiritualia, vbi sunt sua passiua, iuxta illud Dama. libro primo capit. 16. Intellectualis, & incorporea natura, vbi est, ibi operatur. Et quia angelus est quid spirituale, non oportet si in angelo saluamus actionem, & passionem, talia esse distincta loco. Potest autem hæc difficultas aliter tolli. Nam cum dicitur, quòd agens, & patiens, oportet loco esse distincta: aut loquimur de his, quæ agunt per se, & patiuntur per se, vel de his, quæ sunt ratio per se agendi, & patiendi. de his n. quę per se agunt, & per se patiūtur, si sunt corporalia, oportet esse distincta loco. sed si sunt per se ratiu agendi, & patiendi, non oportet esse distincta loco. Nam animal, ꝙ moueat, habet per animam: ꝙ moueatur habet per corpus. Anima autem, & corpus non sunt loco distincta. Sic & in proposito: vluntas enim, & species intelligibilis, & potentia intellectiua, non habent per se esse: nec sunt per se mouentia, & mota. Sed angelus per ista est quid mouens, & mutum, vt per voluntatem, & speciem intelligibilem, mouet se, vt intelligat: per intellectum monetur, & suscipit in se intellectionem. Non oportet ergo talia loco distincta esse. Immo cum substantiæ separatæ non sint formæ situales, arguere in talibus de distinctione locali, non est procedere ex propria, sed ex extraneis.

Mouere se ipsum quot modis contingat.

Soluris difficultatibus, volumus declarare, quomodo Angelus mouet seipsum. Ad quod intelligendum dicemus, ꝙ mouere seipsum potest esse, vel remouendo prohibēs, vel quia pars mouet: partem vt grane mouet seipsum removendo prohibens, vt scindendo medium, quod prohibet ipsum esse deorsum: Animal autē mouet seipsum vtroque modo, & quia pars mouet partem, vt quia anima monet corpus, & removendo prohibens. Nam membra possunt in diuersas partes moueri, & quia sunt de se indeterminata, ipsa indeterminatio prohibet ea, ne moueantur. Nam qua ratione mouerentur ad vnam partem, mouerentur & ad aliam. Cum ergo per appetitum determinantur membra, quòd mouetur ad hanc partem, & non ad illam; ipse appetitus tollens indeterminationem dicitur removere prohibens. Quod autem diximus de animali possumus adaptare ad angelum. Nam angelus mouet seipsum, & removendo prohibens, & qa pars monet partem. Cū ergo dupliciter ibi pars moueat partē, & tripliciter moueat se angel⁹ ad intelligendum, vt in quæstionibus nostris de cognitione angelorum diffusius diximus. etit. n. ibi tria considerare: voluntatem, speciem intelligibilem, & intellectum. Nam angelus per voluntatem conuertendo se super speciem intelligibilem causat intellectionem in intellectu, & mouet seipsum ad intelligendum. In hac ergo motione potest comparari voluntas ad intellectum, quem monet, & ad speciem intelligibilē, supra quam se conuertit: & ipsa etiam species intelligibilis potest comparari ad intellectū, prout in eo causat intellectionē. Omnibus ergo istis modis angelus seipsum mouet, aliter tamen, & aliter. Nam prout per voluntatem conuertit se supra speciem intelligibilem, mouet seipsum tanquam removēs prohibens. Nam eum sint multæ species tales in intellectu, indeterminatum est, à qua debeat moueri intellectus: & cum non possit simul moueri ab omnibus, manente tali indeterminatione, non mouebitur ab aliqua voluntate ergo conuertente se specialiter super hanc speciem fit determinatio, quòd ab hac specie intellectus moueatur. Conuertendo ergo se specialiter, & determinatè voluntas super hanc speciem, removet determinationem, quæ prohibebat, ne hæc species intellectum moueret. Angelus ergo per vluotatem conuertens se determinatè super hanc speciem, mouet seipsum, tanquam removens indeterminationem, & prohibens. Sed prout iam per voluntatem, quàm per speeiem intelligibilem causat aliquid in suo intellectu, mouet seipsum, sicut pars mouet partē, aliter tamen, & aliter. Distinguemus enim quadruplicem partem, & quadruplex totum, vt dicamus, ꝙ est quoddam totum essentiale, sicut animal cōponitur ex anima, & corpore, & ibi pars mouet partem, sicut anima corpus: & est quoddam totum integrale, sicut aer, vel aqua, integratur ex diuersis partibus, & ibi pars mouet partem. quia vna pars aeris mota monet aliam, & est quoddam totum potentiale, sicut angelus. vel anima componitur ex diuersis potentijs, & ibi pars mouet partem, vt intellectua mouet voluntatem, & econuerso: vt tam anima, quàm angelus per intellectum mouet se ad volendum, ostendendo obiectum voluntati, & per voluntatem se mouet ad intelligendum, conuertendo se super speciem intelligibilem, & causando intellectionem in intellectu.

Quæst. de cogn. Ang. prius edita quàm à sententiat.

Angelus quo moueat se ad intelligendum removendo prohibens.

Angelus quo moueat se ad intelligendū per partem.

Totum, & pars quadrupliciter.

Est autem & quartò quoddam totum perfectibile, habens in se diuersas perfectiones. poterit ergo secundum vnam perfectionem mouere se in ordine ad aliam, sicut pōt per vnā potētiā, mouere se in ordine ad aliā. Hoc ergo modo per

speciem

speciem intelligibilem, quæ est quædam perfectio: in ipsu intellectu, qui est etiam quædam naturalis potentia, & quædam perfectio, causando intellectionem, mouet seipsum ad intelligendum.

RESP. AD ARG. DVB. I.

AD primum dicendum, quòd species intelligibilis actionem causat intelligendi, prout supplet vicem obiecti. Agit hoc ergo in virtute obiecti, quod est quædam res, quaotumcūq; ergo species sit quid intentionale: in virtute rei, & in virtute obiecti, poterit efficere actionem realem.

Ad secundum dicendum, quòd species intelligibilis non habet causalitatem supra ipsum intellectum, qui est quid prius, quòd ipsum causet, vel efficiat: sed causalitatem habet supra ipsam intellectionem, quæ est posterior ipsa specie, quam causat, & efficit in intellectu. Si enim informe naturali origine præcedit formatum: Et si materia naturali origine præcedit formam: poterit tamē à forma aliquid causari in materia, vt ab anima causatur motus in corpore. Nec oportet, quòd prius fuerit anima, quàm corpus, sed sufficit, ꝙ prius fuerit anima, quàm motus, qui per ipsam causatur in corpore.

Voluntas intellectū determinat.

Ad tertium dicendū, ꝙ licèt in intellectu sint multæ species intelligibiles: tamen mouet intellectum hæc species intelligibilis, & non illa, quia voluntas cōuertit se determinatè super hanc speciem, & non super illam.

Intellectus quo mouetur à voluntate.

Actio primæ intellectus nō mouet voluntatem.

Tomo 3. sup. 12.

Ad quartum dicendum, quòd est dare aliquā actionem in intellectu, ad quam non mouetur per voluntatem: vt ad primam actionem intelligendi non potest intellectus moueri per voluntatem, cum nondum sit facta voluntas in actu. sed ad omnes alias mouetur intellectus ad intelligēdum per voluntatem. Secūdum ergo hoc luquitur Augustinus. 11. de Trinit. quòd partum mentis antecedit appetitus. Prima autem actio intelligendi in angelo est, qua intelligit seipsum, & quę sunt in ipso. Per hanc autem intellectionem factam in actu, voluntas potest se cōuertere super his, quæ sunt in angelo: vt super hanc speciem intelligibilem, vel super illam. Propter quod actio voluntatis præcedit intelligere angeli, quo intelligit alia per speciem: non autem quo intelligit se per essentiam.

Resolutio Dub. II.

Sicut accidentia speciei, sequentia formam, insunt rei à principio suæ generationis, ita & in Angelis species intelligibiles, quæ sunt accidentia speciei sequentia formā, à primordio sunt cōcreata ipsis Angelis: qui, cū per aliud perfici nō possint in cognitione naturali, creati sunt speciebus pleni. Hinc noa sunt acquisita, siue Angelus vniuersalia, siue particularia intelligat, ne res in Angelum actionem haberent. Quod esset absurdum.

A AD id autem, quòd quærebatur, vtrum species, per quas intelligit Angelus, sint innatæ, vel acquisitæ; Dici debet, quòd de hoc sunt varij modi dicendi. Nam quidam voluerunt, quòd angeli omnia intelligant per species acquisitas: Quidam verò, ꝙ omnia per species innatas: Aliqui verò tenuerūt viam mediam, quòd angeli vniuersalia intelligant per species innatas: particularia verò per species acquisitas. Nos autem illi sententiæ adhæremus, quòd Angelus quālibet speciem acquirat, sed quælibet intelligētia creata est plena formis, & quælibet intelligentia habet concreatam in ea sapientiam, secundum ꝙ res habent esse in proprio genere. Sed, vt patet, nullo modo esse posset, quòd haberet concreatam sapientiam de rebus in proprio genere, nisi intelligeret particularia per species concreatas, cum res in proprio genere habeant esse particulare: hoc est ergo, ꝙ ait Augustinus, ꝙ conditio cœli prius erat in verbo secundum Dei sapientiam: deinde facta est in creatura spirituali secundum concreatam in illis sapiētiam: deinde factum est cœlum in proprio genere. Et iubdit, quòd sic, & species aquarum, atque terrarum, naturæ lignorum, atque herbarum. quasi dicat, quòd omnia. f. cœlum, & elementa, vt terra, & aqua: & elementata, vt signa, & herbæ, prius fuerunt in verbo secundum Dei sapientiam: postea facta sunt in cognitione angelorum secundum creatam in illis sapientiā, nec hoc est intelligendum quantum ad cognitionem vniuersalem tantum, vt quòd dicantur angeli habere concreatam sapientiam de rebus vniuersalē tantum: cum per huiusmodi sapientiam cōcreatam dicantur habere cognitionem de rebus, & in proprio genere, vbi non habent esse vniuersale, sed particulare. Nam si consideretur verba proposita: est cœlum in cognitione angeli secūdum creatam sapientiam, & postea factum est, vt esset in proprio genere. sic ergo factum est cœlum in angelo quantum ad sui cognitionem, sicut factū est in exteriori materia. Sicut ergo in exteriori materia habet cœlum esse in proprio genere, sic per factionem cęli in mente angeli habet cœlum cognosci in proprio genere. Immo idem Augustinus in eodem secundo planè vult, angelos non accipere cognitionē à rebus. Vnde ait: Neque enim sicut nos ad participandam sapientiam perficiebantur angeli, vt in visibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta conspicerēt. Non ergo perficitur cognitio angelorum ex acceptione à rebus, vt ꝙ per sensibilia in intelligibilia procedant: sicut & nos facimus, sed si acciperent cognitionem à rebus, vel in vniuersali, vel in particulari, in aliquo perficeretur eorum cognitio ex ipsis rebus. quod cum omnino negandum sit, nihil intelligunt naturali cognitione, nisi per species innatas.

A Angelus intelligit res per species cōcreatas.

Angeli non accipiūt cognitionē à rebus. ex Aug. 3. Ge. Tomo 1.

Possumus autem hanc veritatem triplici via declarare. Prima via sumitur prout angelus cōsideratur secūdum se, & secundū naturam suam. Secunda prout comparatur ad Deū, qui est eo superior. Tertia prout cōparatur ad ista sensibilia,

quæ

quę ſunt inferiora ipſo. Prima via ſic patet: Dicemus enim, quòd ad naturam aliquam poſſunt comparari aliqua habentia ſe per poſterius ad ea, quæ habent eſſe reale: & aliqua qnæ habent eſſe intentionale. & ſicut videmus in realibus accidentibus, quæ dicunt quid rei, ſic debemus aduertere in intentionibus, vt in ſpeciebus, quæ dicunt intentiones quaſdam. Sic enim videmus in accidentibus realibus, quòd aliqua dicuntur eſſe accidentia indiuidui, ſequentia materiam, aliqua vero accidentia ſpeciei, ſequentia formam. Quantum enim ad accidentia indiuidui, eo, quòd talia accidentia ſequuntur materiam; non oportet rem in ſui primordio habere omnia huiuſmodi accidentia: immo pót ſecúdum talis accidentia variari, & poteſt de talibus accidentibus aliqua de nouo acquirere. ſequuntur enim talia accidentia in multis modum materiæ. vt ſicut materia eſt quid in potentia, nec eſt de ſe perfecta omni perfectione. quia poteſt perfici, ſed nunc acqnirit vnam perfectionē, nūc aliam: ſic & res reſpectu talium accidentium eſt in potentia, nec habet in ſui primordio omnia huiuſmodi accidentiá, ſed poteſt de nouo nunc acquirere hoc accidens, nūc illud. Verum quia indiuiduum materiale non eſt ipſa materia: nec eſt potentia omnino in genere entium: ideo non oportet, quòd in ſui primordio nullum accidens habeat, loquendo etiam de accidētibus materialibus: nec oportet omnia talia accidentia eſſe ſeparabilia. immo inter ipſa accidētia, quæ diſtinguuntur à proprio, quod eſt accidens ſpeciei, & ſequens formam, dicuntur aliqua eſſe ſeparabilia, aliqua inſeparabilia. ſed ſi ipſum indiuiduū eſſet potentia pura in genere entium, nullam diſtinctionem haberet. Propter quod dicitur in Meta. ꝙ ī fundamēto naturæ nihil eſt diſtinctū, nec quantum, nec quale. Sic ergo loquendum eſt de accidentibus indiuidui, & ſequentibus materiam. Sed accidentia ſpeciei, & ſequentia formam, à primordio inſunt rei: nulla enim res eſt, quæ in ſui primordio non habeat omnia accidētia ſequentia ſpeciem. oportet enim talia conuenire omni, & ſemper. Cum enim forma dicat qd in actu, reſpectu conſequentium formam, nō ſe habet res, vt in potentia, ſed vt in actu. ideo à ſui primordio actualiter perfecta eſt res ſecundum omnia huiuſmodi accidentia. Et quod dictū eſt de accidentibus habentibus eſſe reale: veritatem habet de ſpeciebus intelligibilibus habentibus eſſe intentionale. Nam ſecus eſt de angelo, qui eſt ipſa forma non vnita corpori, nec acquirens perfectionem per corpus, vbi nihil ſecúdum naturæ curſum eſſe poteſt, niſi conſequens formā: & de anima humana, quæ eſt perfectio corporis, & quæ perfectiones ſuas eſt apta nata acquirere per corpus: & vbi multa ſunt, quæ cōſequitur per corpus. Species ergo in mente Angeli comparantur ad Angelum, ſicut accidentia ſpeciei comparantur ad rem quamlibet exiſtentem in ſpecie. ſicut ergo quælibet res naſcitur plena accidentibus ſpeciei: & ſicut quælibet res ad talia accidētia ſe habet, vt aliquid in actu: eo, quòd huiuſmodi accidentia ſequuntur formam, quæ dicit quid in actu: ſic quælibet intelligentia nata, & producta eſt plena ſpeciebus intelligibilibus, & ad omnes huiuſmodi ſpecies ſe hēr, vt aliquid in actu: eo, quòd tales ſpecies non ſequuntur materiam, cum Angeli ſint immateriales, ſed ſequuntur formam, quæ eſt quid in actu. Sic ergo nulla res de nouo acquirit aliquod accidens ſpeciei, ſed talia omnia ſnnt rebus concreata, vel congenita: ſic & reſpectu ſpecierum intelligibilium ſe habet intelligentia, vt nullam de nouo ſecundum naturæ curſum poſſit acquirere. Intellectus enim noſter, tum qnia per corpus perficitur, tum. quia eſt ſicut materia prima in genere intelligibilium, non ſolum de nouo poteſt acquirere ſpeciem, immo à ſui primordio nullam habet in ſe ſpeciem. quia ſicut in materia prima ſecundum, quòd huiuſmodi non eſt aliqua diſtinctio per ſpecies ſenſibiles: ſic nec in intellectu noſtro in ſui primordio eſt aliqua diſtinctio per ſpecies intelligibiles, ſed naſcitur ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt pictum, vt dicitur in 3. de anima. T. c. 14.

Secunda via ad hoc idem ſumitur, prout angelus comparatur ad Deum. Dei enim perfecta ſunt opera. Dicemus ergo, quòd aliqnæ res perfectionem, quam habent, poſſunt acquirere à ſolo Deo: aliquæ vero poſſunt à rebus alijs perfectionem acquirere. In illis autē perfectionibus, quæ à ſolo Deo fiunt in rebus: Deus, à quo relegata eſt omnis inuidia, cuilibet rei dat qūantum recipere poteſt in his, quæ ſunt naturæ, vel quantum recipere vult in his, quæ ſunt gratiæ. Vnde Augu. circa finem de vera Religione ait, ꝙ Deus, qui nnllī naturæ, quę ſb ipſo bona eſſe poteſt, inuidit, in ipſo bono alia quantum vellent, alia quantum poſſent, vt manerēt, dedit. intellectum ergo noſtrum non creat Deus perfectum ſpeciebus. quia poteſt perfici per aliud, vt per corpus. ſed intellectum angelicum, qui non eſt vnitus corpori, & qui non pót perfici per aliud, vt per corpus, produxit plenum ſpeciebus, cui iātum de ſpeciebus dedit, quantum ſecundnm ſuā capacitatem recipere potuit. creauit enim Angelum pleunm ſapientia, vt de omnibus naturis rerum per ſapientiam concreatam cognitionē habere poſſet: iuxta illud Ezech. Tu plenus ſapientia, perfectus decore. To. 2. Ezech. 28.

Tertia via ad hoc idem ſumitur ex eo, quòd Angelus comparatur ad iſtas res ſenſibiles. Nā quod non tangit, non agit. Poſſumus autem diſtinguere triplicem contactum, naturalē, eſſentialem, & ſecundum dimenſionem quāntatiuā. Naturalem autem contactum habent illa, quæ naturalem vnionem habent ad inuicem. Sed cōtactum eſſentialem dicuntur aliqua habere, qñ eſſentia vnius eſt in eſſentia alterius, ſecundum quem modum Deus attingit eſſentiam cuiuſlibet rei. quia eſſentia illius illabitur eſſentiæ cuiuſlibet rei, & eſt intimior rei, quàm ipſa ſibi, ipſam in eſſe conſeruans. Sed contactum ad quanti-

Contactus triplex.

Accidentium pulcherrima diſtinctio.

Ex 1. Meta. t. c. 17. & 7. Meta. t. c. 8.

quãtitatẽ hẽt aliquid, vel quia situs liter quãtitatũ attingit, sicut corpus attingit corpus, vel quia quantitas est ratio, quòd rem aliquam attingat, & quòd in re existat, secundum quem modum etiam spiritualia dicuntur habere talem contactum quantitatiuum: non quòd ipsa sint quanta, sed quia ipsa attingunt quantitatem rei. & quia quantitas est ratio, quare talia rem attingãt, vt si angelus mouet corpus aliquod: dicitur esse in ipso corpore, & ex hoc ipsum corpus attingere. Non enim dici potest, quòd angelus sit in corpore, vel in aliqua re ratione essentiæ rei, quia si illa res esset indiuisibilis, & non esset quanta, nunquàm illi rei posset illabi angelus. Est ergo angelus in re, quia est intra quantitatem rei. Animæ enim, quia non est quanta, non potest illabi angelus, vt vult Aug. in li. de Eccl. Dogm. Quòd ergo res attingat rem, vel sumitur ratio ex ipsa essentia rei, & hoc est in solo Deo, qui cuilibet rei est intimus per essentiam, vel sumitur ex quantitate rei, vel ex connaturalitate ad rem. Si ergo res aliæ à Deo possent intellectionem, vel species intelligibiles causare in angelo: vel si angelus posset species intelligibiles acquirere à rebus: hoc esse non posset, nisi res haberent aliquam actionẽ in ipsum angelum, vel in intellectum eius. Attingerent ergo ipsum non per essentiam, quia hoc est proprium solius Dei, nec per quantitatem, quia angelus non est quantitas. Sicut enim cœlum tangit nos, quia influit in nos: nos autem non tangimus ipsum, quia non habemus influentiam in ipsum: Sic spiritualia habent contactum ad corpora, quia sunt in corporibus, & possunt esse intra quantitatem corporum: corpora autem, nec aliquæ aliæ res creatę propriè attingunt angelum, nec possunt illabi angelo, quia angelus quantitate caret, intra quam esse valeãt res creatæ. Loquendo enim de rebus habentibus per se esse, nibil aliud à Deo potest illabi angelo, vel esse in angelo, vel aliquid imprimere in angelum. Res autem non habentes per se esse: nõ est inconueniẽs esse in angelo, sicut perfectiones in perfectibili, vt potentiæ angeli sunt in angelo. Sic etiam non potest esse talis contactus per connaturalitatem, quia aliæ res ab angelo, à quibus posset abstrahere species, non habent naturalem vnionem ad angelum. Prouidit enim Deus intellectui nostro, quòd haberet quandam naturalẽ vnionem ad phantasiam, vt ex ea posset recipere species. Imaginabimur quidem, quòd essentia animæ intellectiuæ, in qua est intellectus tanquam in subiecto, est tota in qualibet parte corporis. propter quod in organo phantastico est tota essentia animæ: ex qua essentia dicitur ipse intellectus habere quandam vnionem ad phantasiam. Nam licèt intellectus nec sit corpus, nec sit virtus in corpore, est tamen naturaliter in essentia animæ, quæ naturaliter est vnita corpori, & cuilibet parti corporis. Propter quod aliqua naturalis vnio est ipsius intellectus ad phantasiã: non autem quòd sit huiusmodi vnio tanquàm perfectio ad perfectibile, quia intellectus, nec est organum, nec perfectio organi. Propter quod dictus est nõ esse corpus, nec perfectio corporis: habet tamen se, vt declarauimus, non sicut perfectio ad perfectibile, sed sicut id, quod est in essentia naturaliter coniuncta corpori, & phantasiæ. Et ideo intellectus habet naturalem vnionem ad phantasiam: ex qua naturali vnione, & contactu poterit phantasma in virtute intellectus agẽtis aliquid imprimere in intellectu possibili. Cum ergo non sit dare plures modos contactus, nullomodo poterit intellectus angelicus aliquid recipere ab ipsis rebus, sed totum habebit à Deo. Intelligit ergo Angelus non per species à rebus acceptas, quæ nihil possunt agere in ipsum, sed per species concreatas à Deo.

Angelus qõ intelligat.

Tomo 1.

Spes intelligibiles qõ nobis acquirant.

RESP. AD ARG. DVA. II.

AD primum dicendum, quòd Angeli cognoscunt res, secundum quòd res habent esse in proprio genere, & in seipsis. Propter quod non cognoscunt futura contingentia, quæ non sunt determinata in esse: progredientibus ergo rebus in esse: multa incipiũt cognoscere angeli, quæ prius ignorabant: non quòd à rebus species accipiant; sed quia res istæ nondum determinatæ per esse, non sufficienter sciri poterant per species existẽtes in angelo, quę postea q̃ determinatæ sunt per esse, incęperũt angeli per spẽs, quas habebant apud se, habere cognitionem de rebus illis: non quòd nouam speciem acquisierunt, sed quia res illæ incęperũt nouitet esse. hoc ergo modo multa addiscunt angeli per ea, quæ fiunt in Ecclesia, non quia à talibus speciem acquirant, sed quia talibus rebus factis, & in esse progredientibus incęperunt de eis habere notitiam.

Angeli qõ multa ẽ nõ cognoscant, sine nouis speciebus.

Ad secundum dicendum, quòd species innatæ æqualiter aspiciunt absentia, & præsentia: nec distantia localis (per se loquendo) impedit cognitionem angelicam. vnde Aug. 12. super Gen. ad litteram, narrat de quodam spiritu immundo, qui multa longinqua prædicebat.

Angeli cognitio distãtia non impedit.

Tomo 3.

Dæmon ligenqua nãciam.

Quod verò addebatur, quòd species innatæ æqualiter respiciũt præsentia, & futura; dicimus esse falsum. Nam species illæ representant res, secundum quòd habẽt esse. & quia præsentia habent esse determinatum, quod non habent futura, & maximè si sunt futura contingentia: ideo species illæ determinatę representant præsentia: non autem representant futura contingentia determinatè.

Phantasma qõ intellectum agere potest.

Ad tertium dicendũ, q̃ Dęmones vigent experientia tẽporũ, non q̃ à rebus species accipiant, sed qa, vt diximus in solutione primi argumẽti, rebus progredientibus in esse, incipiunt eis esse nota, quæ prius erant ignota, quia incipiunt aliquæ res habere esse determinatum.

Ad quartum dicendum, quòd efficacia luminis intellectus agentis, non sufficeret, nec cuiuscũq; luminis alterius creati, quòd phantasma ageret in intellectu, nisi haberet aliquam naturalem

lem vnionem, & contactum ad ipsum. & quia hoc non habent res creatæ ad Angelum, ideo nō possunt species imprimere in ipsom.

Resolutio Dub. III.

Species vniuersaliores sunt in Angelis superioribus, quàm inferioribus. Id̄, patet ex ordine Gubernatorum Ciuitatis: Artium practicarum: speculatiuarumq, similitudine, potentiarumq, ordine. Addo etiam, quòd quilibet intellectus quanto, primo intellectui est similior, eo magis est vnitus, ac simplicior, & per pauciora, & vniuersaliora intelligit, cuiusmodi sunt Angeli superiores primo intellectui similiores.

A

B

C

D

QUOD id autem, quod quærebatur: vtrom species existentes in Angelis superioribus fiot vniuersaliores, quàm in inferioribus, dici debet, ꝙ hoc modo loquendi vsi fuot Dion. & Auctot de cælis, vt patet in auctoritatibus prælegatis: tamen licèt alij Auctores non his verbis vti fint, in eandem tamen coincidunt sententiam: videlicet, quòd in superioribus sunt vniuersaliores species, quàm in inferioribus. Narrat autem Commen. in 12. Mets. tria de motoribus orbium, sioe de intelligentijs: per quæ arguere possumus, ꝙ intelligentiæ superiores intelligunt per vniuersaliores species, quàm inferiores. Vult enim ipse ibi, ꝙ secundum intelligēs, & intellectum sit differentia in motoribus orbium. Vnde ait, quòd intelligens, & intellectū est in illis motoribus causa plurium entium. Et subdit, ꝙ illud, quod intelligit Motot corporis cœli de primo Motore, est aliud ab eo, quod intelligit Motor Saturni. Qualiter autē se habeāt omnes Motores, & quibus debeat assimilari ordo illorom motorum, declarat Comment. per tria. Assimilat enim illū ordinem ordini Gubernatorum ciuitatis: ordini artium practicarum, & ordini artium speculatiuarum. Ex quibus rebus, vt prædiximus, tripliciter potest declarari intentum.

Motores eorū per qd differāt. ex Auct. c. 44.

Reipublicę ordo.

Prima ergo via ad declarandum propositum sumitur ex ordine Gubernatorum ciuitatis. Videmus enim ordinem quendam esse in gubernatione Reipublicę, vt Dux, q̄ præest toti Reipublicę, habet consideratiorem generalem, vt de his, quę spectant ad commune bonum. Sub hoc autem Duce, oportet esse multos alios, intendētes hoc idem bonū, sed magis particulariter, vtputa Dux intendit bonum Reipublicæ generaliter: Princeps autem militiæ intendit idem bonum Reipublicæ, sed magis specialiter, vtputa intendit huiusmodi bonum sub hac speciali ratione, vt defendatur ab hostibus. Ille autem, qui præest huic aciei, vel illi, sioe huic legioni, vel illi: intendit hoc idem bonum, sed adhuc magis specialiter: vt Dux intendat bonum publicum generaliter, & quantum ad defensionem, vt ꝙ non impugnetur Respoblica ab hostibus, & quantum ad gubernationē, vt ꝙ Respublica habeat necessaria vitæ, & quòd quilibet gaudeat bonis suis, & quātum ad omnia alia, quæ possunt Reipublicæ expedire. Hęc autem cōsideratio Ducis, in inferioribus est diuisa: vt, sob hoc Duce vnus constituatur, vt præferatur militiæ: alius vt de victualibos curam gerat: alius vt de quiete ciuium specialē curam habeat. & sub his etiam sunt alij constituti, vt sub Principe militiæ cōstituti sont Præfecti legionum. sub his autem alij, vt qui præferuntur aciebus, vt Centuriones, & Decani. Omnes ergo intendunt, quod dux intendit, sed dux sub vna consideratione generali comprehendit omnia, quæ intendont omnes. Sed cæteri alij, secundum quòd magis, & minus distant à duce, vel sunt duci propinquiores, sic habent considerationes magis, & minus generales. Sic & in proposito: Deus per vnum aliquid, vt per essentiam suam simplicem habet generalem cognitionem omnium. Angeli verò per vnum aliquid nō possont omnia cognoscere: immo oportet in eis dare plura aliqua, vt plures species, vt possint omnia naturalia huiusmodi cognoscere: tamen huiusmodi species in superioribus angelis, tāquàm in propinquioribus vnitati, recipiuntur magis vnitiuè, sicq, superior angelus habet magis vnitas, & vniuersales cōsiderationes, quàm inferior: vt sicut Deus per vnum aliquid vniuersaliter cognoscit omnia, ita quòd illud vnum est ratio cognitionis omnium, sic angeli propinquiores Deo de hac vnitate, & vtilitate participant, vt per vnū aliquid possint plura cognoscere, quàm inferiores, sicut & intātio boni publici in Duce est magis vnita, & ad plura se extendit, quàm in principe militię: & in principe militiæ ad plura, quàm in præfectis legionum. Sic ergo descendendo in gubernationibus ciuitatis, & etiam in ipsis angelis, semper sont vniuersaliores cōsiderationes in superioribus, quàm in inferioribus. Propter quod benè dictum est, quod in motoribus orbium, sive ipsis angelis, est differentia penes intelligens, & intellectum. quia intelligens superior est vniuersalior, & soum intellectum, sioe illud, quod ipse intelligit, est magis vniuersale, sicut Gubernator superior est magis vniuersalis, quàm inferior, & res gubernata à superiori, est vniuersalioe, quàm illa, quæ gubernatur ab inferiori.

Ordo artiū practicarū.

Secundo hoc idem similiter potest declarari ex ordine artium practicarum. Vnde & Comment. in eodem 12. assimilat ordinem motorū non solum gubernantibus ciuitatem, sed etiam artibus practicis. vnde ait, quòd sic accidit in tāhbus, vt in artibus., quæ iuuant se ad inuicem ad aliquid artificiale; Verbi gratia, vt ait, qoonism plora artificialia seruiont artificio eqoitandi. Et subdit, quòd sic intelligendum est de istis motoribos. ideſt de supercęlestibus, à quibus mooentur orbes. Nam, vt dicit, multom assimilantur artibus, quæ seruiunt sibi ad inuicem. Imaginabimur ergo, quòd sub ar-

te bellica, sine sub arte militari, est equestris, sub equestri, est frænisactiua. Illud enim, quod intendit ars militaris, intendit & equestris, sed particulariori modo. Nam militaris intendit omnia, quæ spectant ad militiã, sub quibus comprehendunt quæ spectant ad equũ, & ad artem equitandi. sic etiã ars equitandi cõsiderat de omnibus spectantibus ad vsum equi, sub qua consideratione cõprehenditur consideratio de vsu fræni. Nam multa alia requirit vsus equi, quàm frecũ, & multa alia requirit militia, q̃ frænisactiua. Frenisactiua ergo erit sub equestri, equestris sub militari. Cõsideratio ergo militaris ad multa plura se extẽdit, quàm equestris, & equestris ad multo plura, quàm frænisactiua. sic & in ꝓposito, species in superiori angelo multo plura representant, quàm in inferiori, vt possit angelus superior per vnam speciem plura cõsiderare, quàm inferiores per plures, & in hoc dicitur angelus superior habere vniuersaliores species. Vnde & Commen. in 12. Meta. loquens de his, quę proueniunt ex influentia cœlorum: ait, quòd ista mensura, quã aspicimus in effectibus hic inferius, prouenit ab arte diuina intelligendi, quæ est similis vni arti principali, sub qua fiũt artes plures. sicut ergo in ordine artium: quãdo sub vna arte sunt plures artes: semper ars superior vniuersaliorem habet considerationem: sic in ordine intelligentiarum species in intelligentijs superioribus vniuersaliores suot, & ad plura se extendunt.

Ordo, & similitudo speculatiuarum.

Tertia via ad hoc idem, vt Idem. Commen. innuit, sumitur ex similitudine artiũ speculatiuarum. Nam Meta. sub vna ratione, vt sub ratione entis, potest de pluribus considerare, quàm omnes speciales artes. secundum ergo, quòd vna ars speculatiua est superior alia, sic sub vna ratione de pluribus considerat, quàm omnes speciales artes: & quod dicimus in scientijs speculatiuis, quantum ad rationes, per quas cognoscuntur obiecta, dicemus & de intelligentijs, quantum ad species intelligibiles, quę sunt representatiuę obiectorum, & per quas cognoscuntur obiecta.

Potentiarũ ordo.

quia superiores intelligẽtiæ sub vna specie plura possunt cognoscere, quàm inferiores. Possemus autem, & si vellemus, quartum simile assignare, ex quo sumeretur quarta via, non minus ad propositum, quàm prædictæ, ex ordine potẽtiarum. Nam potentiæ vnitatem habent: ex eo, ꝙ sub vna ratione tendunt in obiectum suum, vt visus est vna potẽtia, quia sub vna ratione, vt sub ratione colotis, vel lucis considerat, quæ cõsiderat: & potentia additiua est vna potentia, quia sub ratione soni cognoscit, quæ cognoscit. Sicut enim in scientijs, oportet dare vnã aliquam rationem, sub qua introducuntur, quę considerantur in scientia: à qua rõne vna, habet scientia vnitatem: vt ideo Meta. est vna. quia omnia considerat sub hac vna ratione. i. sub ratione entis: eodẽ modo & in potentijs, oportet se habere. propter quod oportet potentiam superiorem sub aliqua vna vniuersaliori ratione considerare suũ

A obiectum, quàm inferiorem. hoc ergo videmus in ordine potentiarum, ꝙ potentia superior, vt puta sensus communis, sub vna ratione multo plura cognoscit, quàm omnes sensus particulares. Nam particulares sensus, solum iudicant de obiectis sensibilibus, sed sensus communis non solum iudicat de obiectis, sed etiam de actibus istorum sensuum particularium, & de differentijs obiectorum. oportet autem, ꝙ in omnia huiusmodi feratur communis sensus, sub aliqua vna ratione, aliter non esset vna potentia. Sicut ergo potentia superior, vt sensus communis, sub vna ratione potest in plura tendere, quàm particulares sensus, sic intelligẽtia superior potest plura cognoscere sub vna specie, quàm intelligentię inferiores.

Artes mechanicæ inferiores considerant multa, quæ non considerantur à superiore: sic se habent speculatiuæ ad Metaph.

B Est autem hoc exemplum de ordine potentiarum quodammodo magis ad propositum, quàm de ordine Gubernatorum Reipublicę, vel de ordine artium practicarũ, siue speculatiuarum. Nam multa particularia considerant Gubernatores inferiores, quæ non considerat superior: & multa particularia considerant artes inferiores, vt puta frænisactiua multas particularitates considerat circa frenum, quæ non spectat considerare ad militarem, vel ad equestrem: sic, & artes speculatiuę inferiores multa considerãt: de quibus non potest se intromittere Metaphysica: sed nihil potest considerare sensus particularis, quod non in propria forma, & directè cognoscat sensus communis: nõ enim dicemus,

C ꝙ angeli inferiores sub vna specie habeant cognitionem confusam, & in quadam vniuersalitate, sed sub illa vna specie distinctè, & in propria forma plura cognoscat intelligẽtia superior, quàm inferior, immo distinctè, & in ꝓpria forma cognoscunt intelligentiæ superiores per species vniuersaliores, & pauciores, quæcunque cognoscuot inferiores per species minus vniuersales, & per species plures: hoc ergo in ordine potentiarum aspicimus, non autem in alijs ordinibus, de q̃bus est tactũ. Si enim posset Metaphysica directè, & distinctè, & in propria forma considerare quæcuoque considerat Geometria, & aliæ speciales artes, superfluerent omnes huiusmodi artes. Omnia ergo exempla assignata sunt ad propositum, & per ea inducimur ad veritatem intentam. Quartum tamen exemplum de ordine potentiarum, quodammodo est ma-

D gis ad propositum. quia quãtum ad aliquid nobis magis aperit veritatem.

Resp. ad arg. dub. iii.

Vniuersale triplex.

AD primum dicendum, quòd vt communiter distinguitur, triplex est vniuersale: ante rem, in re, & post rem. Vniuersale ante rem est causatiuum rerum, vt cum artifex habet in se formam aliquam vniuersalem, ad cuius similitudinem plura producit. Vniuersale in re, est quod de rebus

rebus prædicatur, sicut natura communis in rebus existens. Sed vniuersale post rem est quod est abstractum à rebus. Species autem in mente angeli non est vniuersale in re, quod prædicetur de rebus, nec vniuersale post rem, qđ sit abstractum à rebus, sed potest dici vniuersale ante rem, non quòd sit rerum causatiuum, sed quia est rerum representatiuum. Dicitur enim illa species vniuersalis, non quia multa causet, vel quia de multis prædicetur, vel quia sit à multis abstracta, & quia multa representet. Huiusmodi autem vniuersale dicitur esse ante rẽ, quia est per prius causatum, quàm res ipsæ. Nam vt vult August. 2. super Genes. ad litteram: A sapiẽtia genita, sicut à sapientia Dei, quæ est causatiua rerum, prius fuerunt factæ res in cognitione angelica, quàm in proprio genere. Huiusmodi ergo vniuersale, sicut est species in intellectu angeli, non est post rem, sed ante.

Angelorũ spes superior quo vniuersaliores.

Ad secundum dicendum, quòd Angelus superior habet vniuersaliores species secundum cognitionem, quia species in superiori angelo plura representant: non tamen propter hoc sequitur, quòd angelus superior plures res naturales cognoscat, quàm inferior. quia, vt patebit in quæstione sequenti, angelus inferior habet species plures, quàm superior. Propter quod quamuis quælibet illarum pauciora representet, quàm in superiori: omnes tamen huiusmodi species simul, cum sint plures, possunt tot representare, quot representant in superiori.

Cognitio humana p medũ vniuersale imperfecta, sed Angeli per spes vniuersales, perfecta.

Ad tertium dicendum, quòd in nobis cognitio per medium vniuersale est imperfecta, quia per tale medium non cognoscimus res distinctè, & in propria forma. Sed angeli dicuntur cognoscere per species vniuersales, non quia species illæ representent res confusè, & indistinctè, sed dicuntur vniuersales, quia multa representant. Propter perfectionẽ enim angelici luminis: qnãto sunt vniuersaliores, tanto sunt efficaciores ad representandum. Angelus enim superior, quia clarius habet lumẽ intellectuale: licèt cognoscat per speciem vniuersaliorem, tamẽ cognoscit omnia distinctè per illam speciem, & clarius cognoscit representata per illã speciem vniuersaliorẽ, quàm angelus inferior per particulariorem. Species ergo in mentibus Angelorum, quia sunt cõnaturales ipsis angelis, non sequuntur modum specierum in intellectu nostro, quæ nõ sunt cõnaturales ipsi intellectui, sed sumũt à rebus abstractè, nec sequuntur modum habituũ scientialiũ, qui non sunt nobis connaturales. In talibus enim vniuersalia non distinctè, & in propria forma ducunt in cognitionem omniũ, quæ sunt sub ipsis: vt si Metaphysica cõsiderat de omni ente in eo, quòd ens, nõ propter hoc superflnit Geometria. Nõ enim spectabit ad Metaphysicum distinctè, & in propria forma considerare de omnibus, quæ cõsiderat Geometra. Sic etiam species intelligibiles in intellectu nostro, propter debilitatem luminis, & quia non sunt nobis cõnaturales: prout sunt vniuersales, non distinctè representant, quæ

A sunt sub ipsis, vt per speciem animalis distinctè, & in propria forma non cognoscimus hominẽ: species ergo in mentibus Angelorum non assimilantur habitibus, & speciebus nostris: sed, vt ad propositum spectat, magis assimilantur potẽtijs, quæ sunt nobis connaturales. Nam distinctè, & in propria forma efficacius cognoscit sensus cõmunis omnia, quæ cognoscunt sensus particulares, quàm huiusmodi sensus. Sensus ergo communis vnius existens, efficacius plura distinctè cognoscit, quàm omnes particulares sensus. Sic vna species in mente angeli superiores clarius potest plura distinctè representare, quàm plures species in inferiori. Et per hoc patet solutio ad quartum.

B Resolutio Dub. IIII.

Species in Angelo superiori, eũ vniuersaliores existant, vt ex Articuli superioris doctrina latè patet; pauciores, dicas oportet, in ipso esse. pauca enim multa poterunt representare.

AD id autem, quod quærebatur: vtrum in Angelo superiori sint pauciores species, quàm in inferiori; dici debet, q̃ sic. quia ex quo vniuersaliores sunt species in angelo superiori, poterunt paucę multa representare, nec indigebunt tot speciebus superiores, sicut inferiores. Vñ & Dion. vlti. c. Cęl. Hierar. dicit, Angelos habere dentes, quos dẽtes dicit diuisiuos. quod sic intelligi debet, quia C angeli superiores diuidunt suos conceptus inferioribus, quia non possunt inferiores in vno conceptu tot comprehendere, quot superiores: oportet diuidere species, & conceptus. i. oportet inferioribus diuisim ostendere, quæ per vnam speciem, & vnum conceptum superiores intelligunt.

Angelorũ dentes qđ intelligãt.

Sed si sic dicimus, quod credimus benè dictũ, occurrant nobis dubitationes in argumentis factæ. Nam si semper superiores angeli intelligũt per pauciores species, erit deuenire ad aliquem angelum intelligentem omnia per vnam speciem. & quia adhuc, vt dicebatur, posset heri superior angelus: esset dare angelum, qui intelligeret omnia per suam essentiam, & per nullam speciem.

Dubitatio.

D Has autem difficultates tripliciter dissoluemus. Primo per ea, q̃ videmus in rebus animatis. Secũdo per ea, quæ videmus in nobis. Tertio per ea, quæ debemus aduertere in ordine vniuersi.

Si enim quæretur à nobis: Vtrum vnum animatum habeat pauciores potẽtias, quàm aliud: plana esset responsio, quòd sic. Nam vegetabilia, siue plantæ, habent pauciores potentias, quàm sensitiua: & sensitiua, quæ non mouentur sm locum, habent pauciores potẽtias, quàm sensitiua secundum locũ motiua: & animalia secundũ locum motiua quantumcunque perfecta, habent pauciores potentias, quàm homo. Est autem

Solutio.

Animalia perfectiora plures habent potentias.

hæc similitudo in contrarium. quia animalia perfectiora habnot plures potentias, quàm imperfectiora. ibi autem .f. in angelis, perfectiores, & superiores habent pauciores species: inferiores autem plures. si ergo argueretur in rebus animatis, quòd animata inferiora habent pauciores potentias, ergo erit deuenire, vel posset fieri aliquod animatum, quod non haberet aliquâ potentiam, & quod exerceret omnes operationes suas per suam essentiam. quia nota est nobis natura animatorum, plana esset responsio. Dicemus enim, quòd si Deus semper faceret nouũ animatum, & iterum semper nouum: nunquàm tamen esset deuenire ad aliquod animatum, qđ nullam haberet potentiam. quia non quælibet superioritas, nec quælibet inferioritas in rebus animatis minuit, vel auget potentias. sed quandò est tanta inferioritas, quòd diuersificat genus. quandin enim animatum est in genere vegetabilium, habet tot potentias, quot habent vegetabilia. Si autem fieret animatum superius, vt si fieret sensitiuum, quod trãscendit genus vegetabilium, haberet potentias plures. Si autem adhuc fieret transcendens, vt si fieret secundum locum motiuum, adhuc haberet potẽtias plures. Si autẽ adhuc fieret intellectiuũ, adhuc haberet plures. quantumcunque ergo possit fieri semper nouum animatum, nunquàm tamen fiet aliquod animatum, quod non sit, vel vegetatiuũ, vel sensitiuum, vel secundum locum motiuum, vel intellectiuum. Propter quod nunquam fiet animatum, quod non habeat multas potentias. qa & ipsa vegetabilia plures potentias habẽt. Quælibet ergo superioritas, & inferiotitas in rebus animatis, facit, quòd animatum habeat potentias nobiliores, & ignobiliores, sed nunquælibet facit, quòd habeat plures, vel pauciores. Sic & in proposito, sicut videmus plura genera in rebus animatis, sic arbitrari debemus, quòd sint plura genera angelorum: & sicut non quodlibet nonũ animatum pertinet ad nonũ genus: imo si semper fieret nouum animatum, semper pertineret ad aliquod genus animatorum: sic fortè & in ipsis angelis, si semper fieret nouus, & iterum semper nouus: non propter hoc faceret nouum ordinẽ, nec nouã Hierarchiã: & per consequẽs fortè non faceret nouum genus, propter quod aut nũquàm esset deuenire ad aliquem angelum, intelligentem omnia per vnam speciẽ, vel per nullam speciem. quia angelus de nouo factus, pertineret ad aliquos gradus, & ad aliquem ordinem de generibus, & de ordinibus, qui nunc sunt. propter quod intelligeret per tot species, per quot intelligunt angeli sui generis. Dicemus ergo, quòd quælibet superioritas, & inferioritas in angelis facit, quòd angeli intelligant per suas species clarius, & minus clarè: sed non quælibet facit, quòd intelligant per pauciores, vel per plures species.

Angelus cui per vnã tantum speciem, aut per vnã efficacem ista omnia non intelligat.

Secunda via ad declarandum hoc, idem sumi potest per ea, quæ videmus in nobis. Videmus enim, quòd vnus homo subtilis, & perspicax, plura intelligit in vno verbo, quàm rudis, & hebes in multis. propter quod oportet subtiles homines multiplicare verba, & per multas circunlocutiones proponere rudibus, quæ ipsi intelligũt in vno verbo: sicut nutrix diuidit, & masticat cibum, vt puer possit recipere. Non tamen quælibet maior, & minor subtilitas hoc facit, quòd quilibet habeat conceptus sic eleuatos, vt vnus plus semper intelligat in vno verbo, quàm alij in multis. Quælibet enim maior, & minor subtilitas hoc facit, quòd homo intelligat clarius, vel minus clarè, non tamen semper hoc facit, quòd homo intelligat per pauciora, quàm alius per plura. Si quis ergo vellet concludere, falsum esse, quòd homo subtilis possit per pauca verba plura intelligere, quàm grossus per multa. quia tunc esset deuenire ad aliquem hominem, qui in vno verbo intelligeret omnia; rudis esset talis argutio. Sic & in proposito non sufficienter concluditur, quòd sit deuenire ad aliquem angelum potentem omnia intelligere per vnam speciem, vel per nullam.

Tertia via sumitur ex his, quæ possumus aduertere in ordine vniuersi. Diceret enim fortè aliquis, quòd non solum posset Deus semper facere nouum angelum, sed etiam semper nouum genus angelorum. quòd si hoc diceretur, responderemus, quòd non quodlibet genus angeli facit ad paucitatem, vel pluralitatem specierum, sicut nec quodlibet genus animatorum ad paucitatem, vel pluralitatem potentiarũ. quia multa sunt genera vegetabilium, non tamen quodlibet tale genus habet plures, vel pauciores potentias, quàm aliud.

Angelorũ nouum genus à Deo an possit fieri, non facto nouo ordine sensibilium.

Sed adhuc fortè diceret cauillator, quòd nõ solum Deus potest facere semper, ac semper nouum genus angelorum, sed etiam potest facere semper nouum, ac nouum tale genus angelorũ, quod sit transcendens, & quod plus differat ab angelis nunc productis, quàm genera animatorum, secundum quæ attenditur multitudo, vel paucitas potentiarum, sicut est vegetatiuum, & sensitiuũ, & secundum locum motiuum. Semper ergo Dens poterit facere angelum intelligẽtem per pauciores, & pauciores species.

Dicemus ergo, quòd multũ, & paucum sunt ad aliquid. dato itaque, quòd Deus posset semper facere angelum intelligẽtem per pauciores, ac pauciores species, nunquàm tamen esset deuenire ad angelum intelligentem omnia per vnã speciem. vt puta si nunquàm species vnius generis potest representare ea, q̃ sunt alterius, gratia exempli: Si ponamus 10. genera rerum, & posito, quòd sit impossibile creaturæ, intelligere omnia per pauciores species, quàm per 10. dicemus, quòd posito, quòd posset semper fieri angelus intelligens per pauciores, ac pauciores species, nunquàm tamen erit angelus intelligens per minus, quàm per 10. species. Nã dato, quòd sint genera angelorum in aliquo numero, & quòd supremum genus intelligat omnia per 10. species: dato etiam, quòd Deus faciat

quod-

quoddam genus oonum Angelorũ ſuperius oñ oibus generibus ounc exiſtẽtibus, & ꝙ oporteat ponere habere pauciores ſpecies. ſic itaque ſe habentibus cooditionibus, quia vniuerſum creditur eſse valde ordinatũ, vbi eſt optima conſonãtia, ratione cuius ordinis, & cõſooantię dictum eſt, quodlibet eſse booum, & omnia valde bona. Si ergo fieret nouum genus iotelligibilium, diſſooantia quædam eſset, niſi fieret & oouom geons ſenſibilium. Illud ergo nouum geons Angelorum intelliget omoia per 10. ſpecies: aogeli tamen, qui erant ſuperiores iotelligentes omoia per 10. ſpecies, quia plurificata ſunt iam genera rerum, non poterunt intelligere omnia per 10. ſpecies, ſed oportebit tã ad illos, quàm ad alios addere ſpecies. Si ergo ſemper poterit fieri oouũ genus iotelligibilium, poterit & fieri nouom genus ſenſibilium. Propter quod ſemper poterunt Angeli ſuperiores intelligere per pauciores ſpecies, & ſemper per paociores, ſi ſemper poterũt multiplicari geneta rerum: nunquàm tameo erit deuenire ad aliquem angelum intelligentẽ omnia per vnã ſpeciem. Sed fortè adhuc diceret cauillator, quòd licèt ſit conſooantia in vniuerſo, & licèt ſit conſooantia in vniuerſo, & licèt ſecundum hunc ordinem, qoem videmus, videretur eſse quædam indecentia, ſi moltiplicarentur geneta intelligibilium, & non multiplicarentur geoeta ſenſibilium (ſecundum quem modũ haberet veritatem, quod dictum eſt) attamen quia Deus nõ alligauit potentiam ſuam huic ordini, quem conſpicimus: ideo poſſet Deus multiplicare genera intelligibilium, oon moltiplicando genera ſenſibilium. Si ergo omnia hæc ſenſibilia intelligũtur ab angelo ſupremo per tot ſpecies, vt puta per 10. ſi fieret oouum genus angelorum intelligens per pauciores ſpecies, & non fieret oouum genus ſenſibilium, oporteret, quòd id geoũs angelorum iotelligeret omoia iſta ſenſibilia per pauciores ſpecies, quàm per 10. Eſſet ergo deuenire ad aliquod genus angelorum, quod intelligeret omnia per vnã ſpeciem, vel etiam per nullam. Sed, vt diximus, ounquàm omnia prædicameota, oec etiam omnia, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, poſſent repreſeotari per ſe, & diſtinctè per vnam ſpeciem, vel per vnam rem, oiſi eſſet talis res, quæ nõ eſſet determinata ad aliquod genus: cuiuſmodi eſt natura diuina. Hoc ergo modo poterit eſſe, vt patet per habita, quòd ſemper nouum genus angelorum intelligere poſſit per pauciores ſpecies, ſi multiplicatis generibus angelorum, multiplicentor genera ſenſibilium, quo poſito fieri poterit, vt ſemper ſuperiores intelligant per pauciores ſpecies: nunquàm tamen intelligant omoia per vnam ſpeciem.

A B C D

Resp. ad arg. dvb. iiii.

Angeli non intelligunt omnia poſſibilia. Tomo 1.

Ad formam aotem arguendi dicendũ, quòd ſi Angeli iotelligunt omnia ſenſibilia facta, ooo iotelliguot omnia poſſibilia. Vnde & Aug. 2. ſuper Gen. ad litteram attribuit Angelis eognitionem omnium factorum: oon autem omoium poſſibiliũ fieri, cum ait, quòd res prius fuerunt in verbo: poſtea in cognitione angelica: poſtea in proprio genere. Si ergo fieret oouum genus Angelorum, quod intelligeret per panciores ſpecies, & nõ fieret nouum geous ſenſibilium: illi angeli eognoſcerent plura per ſuas ſpecies, quia cognoſcerent omnia ſenſibilia facta, & cognoſcerent aliqua poſſibilia fieri. & quia poſſibilia fieri ſunt infinita, ſi ſemper fieret nouum genus angelorum, ſemper intelligerent per pauciores ſpecies, & augmentaretur ſcientia eorum per ſcire poſſibilia fieri, quæ non ſcireot inferiores angeli, niſi multiplicarentur in eis ſpecies. Hoc itaque modo poſſunt ſuperiores angeli intelligere per pauciores ſpecies, quàm inferiores. Quia poteſt fieri nonum genus angelorum, quod intelligeret oon ſolum omnia facta, ſed etiam iotelligeret ali aliqua alia poſſibilia fieri. Et ſi ſemper fieret tale nouum genus angelorum, ſemper intelligeret aliqua alia poſſibilia fieri, quæ non intelligerent inferiores angeli, niſi multiplicarentur ſpecies in mentibus eorum. Et per hoc patet ſolutio ad argumentum primum, & ſecundum.

Angelorũ nouũ genus ſi fieret, qđ ſequeretur.

Ad tertium autem argumeotum de ideis dicendum, quòd hic non quærimus de ploralitate ſpecierum ſecuodum rationem: prout vna ſpecies eſt quodammodo multæ rationes, ſieut vna eſſentia diuioa eſt rationes omnes. Ipſa enim vna diuina eſſentia eſt ratio voiuſcuiuſq; rei. ſic vna, & eadem ſpecies in mẽte angeli eſt quodammodo rationes multæ: proot per ipſam poſſuot diſtinctè iotelligi molta. Sed nos loquimur de differentia ſpecierum ſecũdum rem. Propter quod Angeli propinqniores Deo habẽt pauciores ſpecies realiter differentes. Nam ſieut Deus per vnã rem intellegit omoia ſimpliciter, & quocuoque modo, ſic angeli propinqniores Deo per pauciores res, vel per panciores ſpecies realiter differẽtes, poſſuot intelligere omoia ſua obiecta, licèt non omoia ſimpliciter, & quocunque modo.

Idem ſi plura ſint quæ; ſita.

ARTIC. III.

An Angelus poſſit intelligere multa ſimul. Concluſio eſt negatiua.

Aegid. q. diſp. de cogn. Ang. q. 7. D. Th. 1. p. q. 58. ar. 2. Item q. 85. art. 4. Et 2. ſent. d. 3. q. 3. ar. 4. Et in q. diſp. q. 8. De Ver. art. 14. Et Quol. 7. q. 1. art. 2. Et lib. 2. contra Gentes. 101. Et quæſt. 8. de cogn. Ang. art. 14. Dur. d. 3. q. 8.

Ertio quæritur de cognitione Aogelorum: prout compatatur ad moltitudioem, & pluralitatem. Et eſt quæſtio, vtrũ poſſit Aogelus ſimol multa intelligere. Et videtur, quòd ſic per Aug. 4. ſuper Gen. ad litteram, qui vult, Aegid. ſuper 1. Sent. Aa 3 quòd

Tomo 1.

quòd ibi.i. in angelis semper est dies in contemplatione immutabilis veritatis, semper vespera in cognitione creaturæ in seipsa, semper mane pront ex hac cognitione surgunt in laudē Creatoris: Angeli ergo semper, & per consequens simul habent has cognitiones, videlicet diurnam, vespertinam, & matutinam, quod non esset nisi simul multa cognoscerent.

Præterea angelus intelligit hominem non esse asinum, ergo intelligit simul hominem, & asinū. sed hoc est intelligere plura simul, ergo, &c.

Præterea angelus simul intelligit se, & alia. ga, vt diximus, nunquàm definit se intelligere, sed hoc est intelligere plura simul, ergo &c.

Præterea efficatior est intellectus angelicus, quàm sensus communis. sed sensus communia plura sentit simul. quia sentit immutationes omnium sensuum particularium, ergo &c.

IN CONTRARIVM est Philosophus in Top. qui vult, quòd possumus multa scire, intelligere autem vnum solum. 2. Top. 4. loco 11.

Præterea non intelligimus aliquid, nisi feramur in illud per intentionem voluntatis. sed illa intentio quidam motus est, motus autem non potest simul terminari ad multa, ergo non potest angelus multa intelligere simul.

RESOLVTIO.

Angelus potest multa simul intelligere, & eodem modo, sed non, vt multa: & multa, & simul, & vt multa, sed non eodem modo: & multa, vt multa, & eodem modo, sed non simul.

RESPONDEO dicendum, quòd hæc sunt quatuor attendenda. Primo: vtrū angelus possit intelligere multa. Secundo: vtrum angelus possit intelligere multa eodem modo. Tertio vtrum possit intelligere multa eodem modo, &, vt multa. Quarto vtrum possit intelligere multa eodem modo, vt multa, & simul. Qualitercūque autem combinemus ista, dum tamen non connectamus omnia hæc quatuor, poterit angelus intelligere multa. Nam pōt intelligere multa simul: & non intelligere multa simul: vt multa: & non, vt multa. & potest intelligere multa simul eodē modo, & nō eodē modo, Sed, ꝙ oīa illa quatuor concurrant, vt ꝙ intelligat multa, & simul, & eodem modo, & vt multa, est impossibile. Quod enim possit intelligere multa simul, & eodē modo, patet. Nā angelus non intelligit cōponendo, & diuidendo. propter quod simul intelligit subiectum, & proprietates, & naturam, & suppositā. Non intelligit discurrendo. Propter quod simul intelligit causam, & effectos. Et eodem modo intelligit hæc. quia per causam intelligit causam, & effectum, & simul, & eodē modo intelligit subiectum, & proprietates. quia nō componit vnum cum alio, & hoc est eodē modo i. per idem aliquid. Nam per idem, i. per eandem speciem subiecti, intelligit subiectū, & proprietates. sic etiam, quia non componit prædicatū, essentiale cum suis suppositis, intelligendo hominem intelligit & particularia hominis. simul ergo intelligit hominem, & particularia hominis, & hoc eodem modo, i. per eandem speciem. quia per speciem hominis, vel per speciem animalis: si sit angelus excellentiorem cognitionē habens, intelligit naturam animalis, & species animalis, & particularia animalia. ergo multa, vt causam, & effectus: naturā, & suppositā: subiectū, & proprietates intelligit simul, & per idem. sed hoc nō est intelligere multa, vt multa. quia tunc intelligeret multa, vt multa, quando quodlibet illorū responderet sibi, vt principale obiectum: vel tūc intelligeret multa, vt multa, qñ nō intelligeret illa multa, vt vnum aliquid: sed cum intelligit causam, & effectum non quodlibet illorum respondet ei, vt principale obiectum. sed causam intelligit tanquàm principale obiectum, & intelligēdo causam intelligit effectum. ergo intelligendo causam, & effectum, non intelligit multa, vt multa. quia non intelligit vtrūque, vt principale obiectum: & etiam, quia non per multa, sed per vnū aliquid, vt per vnam speciem intelligit vtrūque. Et quod dictum est, cum simul intelligit angelus causam, & effectum, veritatem habet cum simul intelligit naturam, & suppositā, vel subiectum, & proprietates. Potest ergo angelus intelligere multa simul, & eodem modo, sed non, vt multa. Secundo potest angelus intelligere multa, & simul: &, vt multa, sed non eodem modo. & sic intelligit simul Deum, & creaturam, & sa, & alia. multa enim, vt Deum, & creaturā, & simul, &, vt multa intelligit; sed hoc non est eodē modo. Nam Deū intelligit per essentiam Dei: Creaturam autem, vt seipsum, intelligit per essentiā suam. Alia vero à se intelligit per speciem angeli. ergo semper vidēs faciem Patris, qui in cœlis est. & propter cognitionem, quam habent in verbo, in nullo trahuntur à cognitione, quam habent de creatura in proprio genere. quod sonabant verba Augustini. in primo argumento tacta, ꝙ simul habent angeli diem, vesperam, & manē. Si mul ergo cognoscit Deum, & se: & simul Deū, & alias creaturas. alias non omnes, sed quas potest per vnam speciem intelligere. Semper enim angelus intelligit se, & omnes species, quas habet apud se: & ab hac cognitione nunquàm cadit. Aliter enim casu intelligeret. Non tamē potest se simul convertere super omnibus speciebus, sed convertit se nunc super hanc speciem, nunc super illam. Simul ergo intelligit se, & ea, quæ potest intelligere per illam speciem, super quam se convertit. sicut ergo ibi assignabamus tria multa simul, ita hic sunt tria multa simul. Nam simul intelligit Deum, & se: simul Deum, & creaturam aliam: simul se, & creaturam aliā. Intelligit ergo multa simul, &, vt multa. Nam intelligendo Deum, & se, quodlibet intelligit tanquàm principale obiectum, illud tamen. s. Deum intelligit tanquam principale obiectum per gratiam: se autem tanquam principale obiectum per naturam. Sic etiam intelligendo Deū, & Crea-

Angelus potest intelligere multa simul, vt multa: sed non eodem modo.

& Creaturá aliam, vel se,& creaturam aliam,in quodlibet fertur tanquam in principale obiectũ. quia quodlibet tale intelligit, vt aliquid secundum se cognitum,non autem, vt solum ex consequenti intellectum. In primis ergo intellectionibus,intelligendo Deum,& alia per Deum, intelligit multa simul,& eodem modo,sed nõ vt multa.in his autem intellectionibus intelligit multa simul. & vt multa, sed non eodem modo. Nam non eodem modo intelligit se, & Deum, quia Deum intelligit per essentiam Dei: se autem per essentiam sui.Nec eodem modo intelligit Deum, & creaturam, quia Deum intelligit per essentiam Dei: creaturas vero alias per species, quas habet apud se.sic etiam non eodem modo intelligit se, & creaturas alias, quia se intelligit per essentiam suam, creaturas autem alias per species aliorum.

Quòd si dicatur, quòd eodem modo intelligit Angelus Deum, se,& creaturas alias, quia in Deo intelligit se,& alia.Dicemus, quòd secundũ hunc modum intelligendi, prout in Deo intelligit se,& alia,Deum intelligit tanquam principale obiectum: se autem,& alia intelligit hoc modo ex consequenti.

In hoc ergo modo intelligendi, vt dicebatur, & si intelligit multa simul,& eodem modo: non tamen intelligit multa, vt multa.

Non enim sic locuti sumus de cognitione Angeli,secũdum quòd intelligit Deum,& se, & creaturam aliam,prout cognoscendo Deum, cognoscit in Deo se,& creaturam aliam. quia sic Angelum intelligere multa simul,videre non est difficile.sed loquimur de cognitione angelica, prout fertur in Deum tanquam in quoddam obiectũ, secundum se, & in seipsum secundum se, & in creaturam aliquam, cuius habet speciem secundum se,secundum quem modum intelligit multa simul,& vt multa. sed,vt patuit, non eodem modo.

Tertiò potest intelligere multa, vt multa: & eodem modo, sed non simul.Nam,vt dicit Aug. 11.de Trinita. non potuit acies animi simul omnia, quæ memoria tenet, vno aspectu contueri,sed alternant vicissim cedendo, atque succedendo Trinitates cogitationum.Et quod dictum est de animo: veritatem habet de Angelo. Nam non potest intellectus angelicus simul informari omnibus speciebus,quas apud se habet,sed alternatim informatur illis. Omnia ergo, quę cognoscit per speciem tãquam obiecta principalia, quodammodo cognoscit eodem modo.

Tomo 3. cap.2.

Angeli modus cognoscendi triplex.

Angelus quo se, & Deum intelligat.

Nam modus cognoscendi non potest esse nisi triplex.vel per speciem sicut cognoscit creaturas alias a se,vel per essentiam sui,sicut cognoscit se: vel per essentiam alterius,sicut cognoscit Deum, quem videt Angelus visione aperta. Nõ per essentiam suam,sed per essentiam Dei. Per essentiam ergo alterius tanquam obiectum principale cognoscit Deum: per essentiam sui se: sed per speciẽ tanquam obiecta principalia cognoscit multa,qa saltem cognoscit tot,quot habet species.ergo per multas species potest cognoscere multa, & vt multa.quia in quolibet illorum potest ferri tanquam in principale obiectum, & eodem modo: tamen hoc non erit simul,quia non potest intellectus Angeli simul informari diuersis speciebus. Quotiẽscunque enim aliquæ formæ habent aliquam repugnantiam in aliquo subiecto, plures tales formæ in actu pleno in huiusmodi subiecto esse non possunt. Si enim album, & nigrum habent repugnantiam in materia, in actu remisso erunt simul album,& nigrum.Nam in colore pallido sunt quodammodo simul albedo, & nigredo, vt loquamur modo Philosophi in ✠ Titulo De eligendis,ꝙ illud est albius, quod nigro est impermixtius: sed in actu pleno album, & nigrũ esse simul in eodem est impossibile.

Formæ cõtrariæ simul in eodem quomodo. Pallidum participat albedine,& nigredine. * 1.Top 4. loco 9.

Sic species quàmdiu sunt in memoria,sunt in actu semipleno,& habituali. propter quod multas tales species potest Angelus habere simul apud se, sed quando conuertit se Angelus super hanc speciem, vel super illam,tunc fit in actu pleno.propter quod licet possit multas habere species, non nisi per vnam potest actu intelligere.

Vel possumus dicere,quòd si species, per quã actu intelligit,non habet maiorem actualitatem, quia actu intelligit Angelus per eam: ipsa tamen intellectio, vel ipse actus intelligẽdi adgeneratus per huiusmodi speciem,dicit quid in actu pleno: secundum huiusmodi genus intelligendi.

Et quia non posset Angelus intelligere actu per plures species, nisi in intellectu eius essent actu plures tales intellectiones,cum hoc sit impossibile, quia plures perfectiones secundum actum plenum in eodem subiecto esse non possunt,nõ potest Angelus simul intelligere per plures species,quia non potest in se simul habere plures intellectiones à speciebus causatas.

Aduertendum tamen,quòd eum dicimus, ꝙ in eodem subiecto plures perfectiones secũdum actum plenum esse non possunt; intelligendum est de perfectionibus ad inuicem repugnantiam habentibus.Intellectio enim causata ab essentia Angeli,qua intelligit se,non habet omnimodam repugnantiam ad intellectionem causatam ex specie,quia non sunt eiusdem rationis: immo vna est potentialis ad aliam.sicut enim ipsa essentia est in potentia, vt perficiatur per potentiam intellectiuam,& per species in ea existentes,sic ipsa intellectio, causata ab essentia, aliquo modo substernitur, vt quid potentiale ipsi intellectioni, causatæ à specie. sicut enim anima est locus specierum intelligibilium, vt vult Philosophus in 3.de anima: quod ideo veritatem habet, quia ipsa essentia subijcitur ipsi intellectui, per quo sunt species,& per consequens subijcitur ipsis speciebus.✠ Quia qđ est causa causæ, est causa causati: sic quod per se,& directè subijcitur subiecto, subijcitur bis,quæ sunt in subiecto. Ipsa ergo essentia animæ,& etiam essentia Angeli subijcitur speciebus intelligibilibus. sicut ergo essentia, vt dicebamus, subijcitur speciei, sic intellectio causata ab essentia substernit, vt quid potentiale intelle-

Tex.c.6.

Anima quo est locus specierum intelligibilium. * 8.c 2.Phy. & ex Aucpard.

intellectionu causatæ à specie. Tum ergo quia non sunt eiusdem rationis hæc intellectio, & illa. quia vna est causata ab essentia angeli, alia à specie. Tum etiam quia vna est quodammodo potentialis respectu alterius, poterit angelus simul habere duas intellectiones, vt intelligat se per intellectionem ab essentia causatam, & quæ potest intelligere per aliquam vnam speciem, intelligat per intellectionem ab illa specie derivatam. Eodem ét modo intellectio, qua intelligit Deū, non est eiusdem rationis cum intellectione, qua intelligit se, nec cum ea, cum 'qua intelligit alia, nec habet aliquam repugnantiam ad intellectiones illas. Nam ꝙ non sint eiusdem rationis, patet. qa aliud est intelligere per essentiam creatam, secundum quem modū angelus intelligit se: aliud per speciem, secundum quem modum intelligit alias creaturas: & aliud per essentiam increatam, secundum quem modum intelligit Deum. nec habet repugnantiam hæc intellectio ad illas, quia illæ sunt omnino potentiales, & substratæ istis intellectionibus. Tanta est enim actualitas intellectionis illius, qui intelligit Deum, vt ad suscipiendā actualitatem tantā, penitus sit indispōsita Natura nuda, nisi eleuetur per gratiam. Poterunt ergo illę esse intellectiones simul ī mēte angeli. sed si in angelo essent plures essentiæ, sicut sunt plures species (quia intellectiones causatæ ab huiusmodi essentijs essent eiusdem rationis) nō posset intellectus angeli simul informari plurib⁹ talibus intellectionibus. Sic & si essent plures Dij, quia intellectiones causatæ à pluribus naturis diuinis, quantum ad propositum spectat, essent eiusdem rationis; non posset simul angelus intelligere plures Deos.

Angel⁹ cur simul pōt, &c. & aliqd aliud intelligere pōt.

Plura. vt plura, & simul, & eodē modo, cōmunem intelligi non possunt ab angelo, sed sparatim.

Cum ergo à principio quatuor tetigerimus, quæcunque tria illorū in intellectu angelico cōiungi possunt: omnia tamē quatuor simul cōmūgi non possunt. Potest enim angelus intelligere plura, & simul, & eodem modo, sed non, vt plura, vt dicebat via prima. Et hoc est quando angelus intelligit, & videt principaliter Deum. Alia vero intelligit intelligendo Deum, & in Deo. Et' potest intelligere plura, &, vt plura, & simul, sed non eodem modo, vt dicebat via secūda. Et hoc est quādo angelus intelligit se per essentiam; & intelligit alia, quæ potest intelligere per aliquam vnam speciem per illam speciem. Et potest intelligere plura, & vt plura, & vt eodem modo, sed non simul, vt dicit via tertia. Et hoc est quando angelus conuertendo se super aliquam vnam speciem, intelligit ea, quæ possunt intelligi per illam speciē, & postea desistendo à prima conuersione, conuertit se super alia specie, & intelligit representata p illam aliam speciem. Omnia tamen quatuor, vt ꝙ intelligat plura, & vt plura, & eodem modo, & simul, est impossibile.

RESP. AD ARG. Ad primum est dicendum, quòd Angelus simul habet cognitionem diurnam, qua intelligit Deum; & vespertinam, qua intelligit se, vel creaturam aliam, sed hoc nō est coniungere omnia illa quatuor, sed tria tantū. Intelligit enim hoc modo multa, vt multa, & simul, sed nun eodem modo, quia nun eodem modo intelligit Deum, & se, & creaturas alias, quas intelligit per speciem, vt est per habita manifestum.

Angelus intelligēs hominem nō esse asinū, non intelligit multa, ut multa.

Ad secundum dicendum, ꝙ intelligere hominem nun esse asinum, est intelligere hominem, & asinum. sed in hoc modo intelligendi non cōiunguntur omnia illa quatuor, sed tria tantum, licet non eadem tria. Cum enim Angelus hoc intelligit, intelligit multa, quia hominem, & asinum. & eodem modo, quia per speciem, & per eādem speciem, & simul, quia simul vtrunq;. Intelligit tamen hoc, non, vt multa, quod verita tem habet, tam in intellectu nostro; quam in intellectu Angeli, aliter tamen, & aliter. Intellectus enim noster intelligendo hominem, nun esse asinum, intelligit multa: non, vt multa, quia nō intelligit quodlibet istorum sm se, sed intelligit ea, prout ex eis formatur propositionem vnā. Sed angelus hoc intelligendo, intelligit multa, non, vt multa, quia vnum intelligit principaliter, aliud intelligit ex consequenti. Imaginabimur enim quòd angelus in vna, & eadem specie habet multas conuersiones, vt ponamus, ꝙ intelligat angelus per speciem animalis, & animal diuidatur prima diuisione in volatile, & non volatile. Non volatile autem diuidatur in aquaticum, & terrestre, & quodlibet horū diuidatur p soas dīias, & per suas species. Prima ergo conuersio angeli erit super se, & super species, quas habet apud se. Et ab ista nunquam cadit conuersio eius. Deinde alia conuersio eius erit super hac specie, vel super illa, vt super speciē lapidis, vel super specie animalis. intelliget enim naturam animalis, & ea, in quæ primo diuiditur animal: vt puta intelliget, ꝙ animalium aliqua sunt aquatica, aliqua volatilia, aliqua terrestria. Et intelligendo hæc intelliget, à quibus differunt animalia aquatica, & a quibus terrestria, vt terrestria. Si postea vlterius conuertat se super eadem specie animalis, vt representat terrestria, intelliget diuersas species terrestrium, & vt differūt hæc terrestria. Et sicut se diuersimode conuertendo per illam speciē animalis specialiter potest intelligere animalia terrestria, prout cōuertit se super huiusmodi specie, vt est representatiua terrestrium, sic per illam speciem poterit intelligere hominem, & Sortem, vt Sortes est: & prout per eam intelliget specialiter hominem, intelliget, a quibus differt homo, vt homo: non, vt animal, non, vt gressibile, nun, vt bipes, sed, vt homo. Quòd si secūdū hoc differt ab asino, vel à quocunque alio, simul intelliget hominē, & intelliget ipsum non esse asinum, vel quodcunque tale aliud. In hac ergo intellectione, cum intelligit hominem non esse asinum, vel quodcunque aliud, à quo differt in eo, ꝙ homo, intelligit multa: non, vt multa; quia nō intelligit nisi hominem tanquam obiectū secundum se. Quòd autem intelligat alia, hoc est ex cōsequenti, vt prout differunt ab homine in eo, quòd homo.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd Angelus intelligit ſe, & alia, & hoc modo intelligit plura ſimul: &, vt plura, ſed, vt diximus, non eodem modo, quia ſe intelligit per eſſentiam, alia per ſpeciem.

Senſus cõis quomodo plura ſentit.

Ad quartum dicendum, quòd ſenſus communis percipit plura ſimul, ſed aliquo modo ſub ratione vna, & inquantum eſt vnus terminus plurium ſenſuum particularium. Nam quantum ad immutationes particularium ſenſuum, ſe habet ſenſus communis, quaſi centrum ad lineas protractas in circulo. Omnes ergo lineę terminantur ad centrum, & omnes immutationes factæ in ſenſibus particularibus terminantur ad ſenſum communem. Vnde & Philoſophus aſſimilat communem ſenſum in 2. de anima puncto. Pater ergo, quòd & ſenſus communis percipit multa aliquo modo, vt vnum: & prout eſt vnus terminus multorum ſenſuum particularium.

Text. c. 149.

ARTIC. IIII.

An Angeli cognoſcant ſingularia. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegid. Quol. 1. q. 9. Item q. diſput. de cogn. Angel. q. 9. D. Tho. 1. p. q. 57. arti. 2. Et q. 86. artic. 1. Et 2. ſenten. d. 3. q. 3. arti. 3. Item q. diſp. q. 8. de Ver. artic. 11. & Opuſc. 15. c. 13. & 15. Et de cogn. Ang. q. 8. arti. 11. Et Quol. 7. arti. 3. Item contrahent. lib. 2. c. 100. Dur. d. 3. q. 7.

VARTO quæritur de cognitione Angeli prout comparatur ad ſingularia. Verum poſſit ſingularia cognoſcere. Et videtur, quòd non, quia operatio ſequitur naturã. quæ ergo conueniunt in natura, conueniunt & in operatione; ſed Angelus, & anima noſtra conueniunt in natura, quia vterque eſt naturæ intellectualis; conuenient ergo & in operatione. Sed intellectus noſter non poteſt cognoſcere ſingularia, nec operatio eius directè terminatur ad ſingulare, patet ergo ratione nec Angelus.

Indiuiduatio principium materiæ. Vide opp. & ſol. in fine pl. huius libri. Et 1 eadem diſt. q. 4. artic. 2.

Præterea omnis cognitio eſt per aſſimilationem, ſed in rebus materialibus principium indiuiduationis eſt materia, propter quod quodlibet materiale eſt ſingulare per materiam, ſed Angelus nec habet in ſe materiam; nec conditiones materiæ, ergo nihil habet in ſe, vnde poſſit aſſimilari indiuiduo materiali: in cognitione ergo talis indiuidui non poterit Angelus.

Præterea ſi Angelus cognoſcit ſingularia; vel hoc erit per vnam ſpeciem, vel per plures. ſi per plures, ergo habebit tot ſpecies, quot ſunt ſingularia, & per cõſequens habebit infinitas ſpecies, cum poſſint ſingularia in infinitum multiplicari. ſi autem per vnam ſpeciem, ergo non cognoſcet ſingularia diſtinctè, quia vnum, & idem, vt videtur, plura diſtinctè repræſentare non poteſt.

Præterea multa ſingularia habent cauſas contingentes, ſi ergo Angelus cognoſceret ſingularia, poſſet cognoſcere futura contingentia. Nam cum non accipiat Angelus ſpecies à rebus, propter progreſſum rerum ineſſe nihil acquireret. Si ergo poſſet cognoſcere ſingularia, vt ſunt præſentia contingentia, poſſet ea cognoſcere, vt futura, quod quilibet negat.

INCONTRARIVM eſt, quia Angeli ſunt deputati ad cuſtodiam hominum, quod eſſe non poſſet, niſi de particularibus hominibus notitiam haberent. nam homo in communi cuſtodia non eget.

Præterea cognitio Angelorum eſt perfectior, quàm noſtra. perfectius enim cognoſcit ipſe per intellectum tantum, quàm nos per intellectum, & ſenſum, ſed nos cognoſcimus ſingularia, ergo & Angeli.

RESOLVTIO.

Angeli cognoſcunt ſingularia, non per formas acquiſitas ſingulares, non per ſpecies vniuerſales, nec per applicationem vniuerſalium ad ſingularia, ſed per ſpecies ab ideis diuinis derivatas.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc materiam aliqui errauerunt, qui non ſolum ab Angelo, ſed etiam à Deo negauerunt cognitionem particularium actuum, quantum ſententia ponitur in Iob, qui de Deo dicit, quòd ſuper cardines cœli ambulat, nec noſtra conſiderat, ac ſi Deus cognitionem actuum noſtrorum non haberet. Hoc etiam & de Angelis multi ſenſerunt, quòd de ſingularibus cognitionem non habeant. Contra quos dicitur: Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat?

Iob 22.

Pſ. 93.

Stultum eſt enim credere, Deum ignorare hæc ſenſibilia, qui dedit nobis ſenſus, fingendo oculum, & plantando aurem, vt hæc ſenſibilia poſſemus percipere. Sic etiam ſtultum eſt ab Angelo, habente intellectum Deiformem, negare cognitionem aliquarum rerum cognitarum à nobis, cum cognitio noſtra valde ſit defectiua reſpectu cognitionis angelicæ.

Omiſſo ergo hoc errore, dicamus, quòd Angeli ſingularia cognoſcunt, ſed de modo cognoſcendi ſunt diuerſæ ſententiæ. Quidam enim voluerunt, vt ſupra tetigimus, quòd Angeli per formas innatas cognoſcerent vniuerſalia, per formas à rebus acquiſitas ſingularia.

Sed, vt ſupra eſt diffuſius improbatum, ſenſibilia nihil poſſunt imprimere in intellectu angelico, quia Angelus quantitate caret, & quicquid aliud ab Angelo poteſt imprimere in intellectu Angeli, oportet, quòd poſſit eſſe in ipſo Angelo, & illabi ſibi, quod ſoli Deo conuenit. Dato tamen, quòd hæc ſenſibilia poſſent imprimere aliquid in intellectu Angeli, non eſſet minus difficile (immo magis) quomodo intellectus Angeli per

Angeli quomodo cognoſcant ſingularia.

Id tenent Occham in 2. q. 16. & Gre. Arim. d. 7. in 2. Robertus Gloech eſt hic valde plenus q. 4. ſed p. o Aegid. Vide D. Th. 1. p. q. 15. arti 2. q. de ver. 2. art. 9 & 11. Bonauẽ. & hos prę cetera conſule, & Deus te illumi. et.

li per id, quod acciperet à rebus, posset cognoscere singularia, quàm per species innatas. Nam omne agens agit secundum exigentiam suæ formæ. Species ergo recepta in mẽte angeli, quia esset abstracta a conditionibus, quæ sunt hic, & nunc, non duceret in cognitionem rei singularis, quæ habet esse hic, & nunc. Oporteret ergo, si angelos hoc modo deberet cognoscere singularia, ꝙ haberet aliquod organum corporale, & ꝙ cõnertetet se ad sensum, ea qua connersione singulare cognosceret, sicut intellectus noster per speciem, quam habet apod se, quantuncunque sit abstracta à rebus sensibilibos, non potest hæc sensibilia singulatia cognoscere, oisi conuertat se ad phantasma.

Est ergo alius modos dicendi, quem videtur inoeniisse Auicẽna, videlicet, ꝙ oia singularia producntur ex vniuersalibus causis o natura ordinatis. & quia apod Angelum sunt formæ causarum ordinis vniuersi, possuot aogeli per huiusmodi formas singulatia cognoscere. Propter qd secundum istos, angeli, siue intelligentiæ cognoscunt singulatia vniuersaliter. i. in vniuersalibus causis: secuodum quem modum angelus sciens cursus astrotum, absque eo, ꝙ per sensum videat aliquam eclypsim, sciet ea ordine vniuersalis motus cęli omnes particulates eclypses, contingentes in quocunque tempote. Nam motus astrotũ est vniuersalis causarum eclypsiom.

Sed nec istud potest stare. oam iste vniuersales causæ particularia quædam sunt. Nam si non essent particulatia, nonquam particularia causarẽt. quia vt dicitur in 12. Meta. Causæ particulatium suot particularia, vniuersalium vniuersalia. Hæc ergo particularis eclypsis, nõ caosatur nisi ab hoc particulari cotpore moto, & ab hac particulari reoolutione. Nõ ergo possuot hoc modo sciri eclypses particulares, vel oæcuoque particularia causata, sine cognitione particulatium causatõ. Hoc ergo cęlum quamuis sit vniuersalis caosa generationis, & corruptionis in istis infetiotibus, ipsum tamen quoddam particulare est, propter quod oporteret declarare, quomodo tale particulare posset angelus cognoscere. Nam & qua ratione tale particulate posset secundom se sciri, posset & alia particularia secundom se cognoscere. nullum ergo emolumentum habet hæc posino de cognitione particulariom secundũ huiusmodi vniuersales causas, immo hẽrẽt angeli, si sic esset, de particularibus impetfectioré cognitionem, quã nos habeamus. qu od nullus sanç mentis diceret.

Est ergo & tertius modus dicendi, quòd angeli cognoscont singularia, ex applicatione vniuersalium specierum ad huiusmodi singularia. Sed nec istud stare potest, quia applicatio præsupponit cognitionem, vel aliter causaliter applicater. Cognoscetet ergo Augelus particulare prius, q̃ applicaret. Oportet ergo dare causam pręter applicationem, quomodo possit particularia scire. Põi etiam & hæc positio aliter improbari. Nam si ex applicatiooe ad ista sensibilia resultat aliqua actio: vel hoc est, quia ex illa applicatione resultat aliqoid in mente Angeli, vel in re sensibili. Nõ potest dici, ꝙ hoc sit, quia resoleat aliquid in re sensibili, eo, ꝙ nunquam ex hoc angelus aliqd intelligeret, quia intelligere non est actio in exteriotem materiam transiens. Si autem dicatur, ꝙ ex tali applicatione resultet aliqoid in mente angeli, ergo sensibilia agent aliquid in intellectum angelicum. Redit ergo in idem hæc opinio eum opinione dicente, quòd angeli cognoscennt singularia sensibilia, per id, quod a sensibilibus acquirũt, quate sicut improbabamus positionem illã, sic improbabimus & istam. Nam dato ꝙ angeli possint sic se applicare, & dato, ꝙ ex hoc posset aliqoid ooui in Angelo resultare; illud resultans, qm̃a non recipietur in vittote organica, quæ sit hic, & nunc, non habebit esse hic, & nonc: & per consequens non ducet in cognitionem rei sensibilis singularis. quæ ideo singularis est, quia hic, & nunc habet esse.

Est ergo & quartus modus dicendi, ꝙ Angeli non habent nisi species vniuersales, & per huiulmodi vniuersales species possunt cognoscern singularia, non per applicationem, sed pet aggregationem. Volunt enim isti, ꝙ si cognoscetet angelus per speciem vniuersalem rem singulatem applicando, ꝙ vel causaliter applicaret, vel oportereturtũ præcognoscere singulate illud, ad quod deberet huiosmodi speciẽ applicate. Propter qd vt hoc subterfugiant, dicunt hoc fieri per aggregationẽ. Nã esse hoiem repertori multis, & esse albũ in multis, & simũ in multis, & q̃libet talis ꝓprietas in multis, sed oĉs ꝓpietates, quæ sunt in vno indiuiduo, nunquam reperiuntur in alio, vt Porphyrius innuit, volens individuum constare ex proprietatibus, quæ non est in alio reperire. Aggregando ergo angelus huiusmodi proprietates, quas nõ est in alio reperire, poterit hoc singulare cognoscere.

Sed nec hoc sufficit. Nam nunquam tales proprietates vniuersales facions cognoscere singulare, nisi ipsæ singulariter sint cognitæ. vt si sciam Sortem esse hominem album, simum, & nullum album hotbinem esse, salem, nõdum cognoscam Sortem, nisi eum per sensum videro. hunc hominem esse album, & simum, & ex hoc ipsum arguam esse Sortem. Tales ergo proprietates, quas habet, licet simul congregatę non inueniantor in aliquo, nisi in uno, nunquam tamen dao intelligere, oisi cum singulariter cernontur esse in illo.

Præter ergo hanc congregationem oportet da reliquomodo Angelus singulare cognoscat, vt possit has proprietates singulariter cognoscere, & ex hoc habere notitiam huius rei singularis.

Potest etiam hoc alter improbari. Nam omnes proprietates, quàm diu vniuersaliter accipiuntur, possunt congregatę io pluribus reperiri. Nam si aliquod indiuiduum est album, longum simom, & cętera talia; poterit & aliud indiuiduũ omnes tales proprietates habere.

Quòd si dicatur, quòd saltem locus nõ potest pluribus indiuiduis esse communis, quia esse hic

oon

Tex. e. 17. 2. Phy. s. e. 31 kl 1 Meta. T. c. 3.

Individuũ quid.

non potest pluribus corporibus simul competere, quia plura corpora in eodem loco esse non possunt. Dicemus, quòd sic dicendo, statim a proposito recedimus. Nam locus vniuersaliter consideratus potest esse, & est pluribus communis, & simul: sed hic locus signatus et acceptus, nõ potest pluribus cõpetere simul. Oporteret ergo, si Angelus deberet hoc modo aliquod singulare cognoscere, quòd de hoc loco signato haberet notitiam: Non ergo posset habere notitiam rei singularis, nisi de singulari loco cognitionem haberet.

Quæremus ergo, quomodo Angelus posset cognoscere singularia loca. immo qua ratione notitiam habere posset de singularibus locis, & alia singularia posset cognoscere. Immo ad hoc videntur sic dicentes recurrere, quòd cognoscendo alium locum, sciat ea, quæ sunt in illo. sed, vt dixi mus, quæremus, quomodo illius loci singularis notitiam habere possit.

Cognitio ex posterioribus est ignorantiæ naturæ. Tex. c 17. Dictũ hoc non intelligitur de accidentibus communibus.

Rursus hoc est naturæ ignorantis, ex posterioribus in priora procedere, & ex accidentibus ire in cognitionem substantiæ, secundum quem modum dicitur in primo de anima, quòd & accidentia conseruant magnam partem ad cognoscendum, quòd quid est. Angelus autem non hoc modo cognoscit: vt ex accidentibus veniat in cognitionem substantiæ, vel ex effectibus in causam, sed magis econuerso. nam Angelus non discurrens cognoscendo causam cognoscit effectum: & non componens, cognoscendo substantiam cognoscit & proprietates.

Propter hoc dicitur aliter, quòd quia species in mentibus Angelorum derivatæ sunt ab ideis diuinis: quæ sunt productiuæ tam materiæ, quàm formæ, representant rem quantum ad materiam, & quantum ad formam.

Et quia res consideratæ secundum formam, sunt vniuersales, secundum materiam sunt particulares. ideo species illę non solum representant vniuersalia, sed particularia.

Hanc autem positionem non improbamus tãquam malè dictam; dicimus tamen, quòd non sufficit, nisi & plus dicatur. eam & materia pertinet ad rem vniuersalem. indiuiduata enim materia pertinet ad rem singularem, sed sine conditionibus pertinet ad rem vniuersalem. Intelligẽs enim leonem in vniuersali intelligit aliquid cõpositum ex anima, & corpore: siue ex materia, & forma. sed intelligens in particulari, intelligit aliquid compositum ex hac materia, & ex hac forma.

Positio Doctoris. Cognitio triplex diuersũ, Dei, Angeli, & Hominis.

Sciendum ergo, q̃ aliter intellectus diuinus, aliter intellectus angelicus: aliter intellectus noster cognoscit. quia intellectus noster cognoscit per scientiam a rebus causatam: diuinus per scientiam causantem res: angelicus, nec per causantem, nec per causatam. Non enim intellectus Angeli cognoscit res, quia vnum causatur ab alio, sed quia ambo causant à tertio. Et quia omnibus istis modis fit assimilatio. nam cum sit similitudo inter causam, & effectum: & inter effectum, & causam: & inter duos effectus procedentes ab eadem causa: ideo omnibus istis tribus modis potest esse cognitio. Intellectus ergo noster particularia non cognoscit. nam sic est rerum cognitarum, secundum quòd à rebus similitudinem sumit, non autem sumit in intellectu similitudines à rebus, secũdum, q̃ res habent esse. nam cum res habeãt esse hic, & nunc; intellectus suscipit similitudines sine hic, & nunc.

Si ergo tota causa, quare intellectus noster cognoscit res, est quia suscipit cognitionem à rebus, & quia hoc modo assimilatur rebus, cum hoc non fiat, vt res habent esse, & vt sunt hic, & nunc, non cognoscet directè res particulariter, & vt habent esse, & vt sunt hic, & nunc.

Deus quomodo cognoscat particularia.

Sed intellectus diuinus cognoscit res, quia est productiuus rerum, vel quia potest producere res: & quia res non producuntur, nec possunt produci, nisi secundum esse, quod habent, vel habere possunt in rerum natura (cum huiusmodi esse sit de necessitate particulare, quia factio, & productio rei per se non potest terminari ad vniuersale, sed ad particulare) habebit Dens cognitionem de particularibus, *sm* q̃ particularia sunt. Dicimus autem Deum habere cognitionem de rebus, quia est productiuus rerum, & quia potest res producere. nam secundum Augustinum in 15. De Trini. Deus non aliter nouit facta, quàm fienda. Vnde ait: Vniuersas autem creaturas, & spirituales, & corporales, non q̃ Quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Et subdit, quòd non aliter ea scijuit creata, quàm creanda. Ex eo ergo, q̃ Dens produxit res, vel quia ordinauit producere, cognoscit facta, fienda, & possibilia fieri: & hoc secundum esse, quod habent, vel habere possunt. Et quia res habent esse particulare, Dens de particularibus habet notitiam. licet enim esse rerum non sit causa notitiæ Dei, sed econuerso, quia tamen impossibile est agens per intellectũ nõ intelligere, nec cognoscere ea, quæ agit, vt tdẽ Aug. eodem libro de Trini. & capite iunxit, oportet eundem habere notitiam de rebus, vt habent esse, & vt ab eo sunt productæ, vel producentur, vel possunt produci in esse.

Tomo 3. cap. 13. * Idem, & clarè d. 11. q. 2. artic. 2. vbi dicit esse scientia Dei causa rerũ. & sic intelligit, q̃ nisi scirentur à Deo, nõ fierent. Quæ è conuerso, vt aiebat Origenes, euẽtus rei est causa scientiæ Dei. i. non sciret res futura à Deo, nisi futura essent, & est causa sine qua nõ. & hoc modo scientia Dei dicatur causa malorum, sine qua non. i. scientia Visionis, seu simplicis notitiæ, est tã causa bonorum, quamũ ad beneplacitum, ac dispositionẽ. Sed vide Mag. sentẽ. lib. 1. d 38. vbi optime hic nodus dissoluitur, & declarat, quomodo Dei infallibilitas scientiæ Dei cum ea Origẽnis sententia stare possit. Vide etiam D Thom. 1 p. q. 14. artic 9. & 10.

Hoc viso satis patere potest, quomodo Angelus particularia cognoscit. Et quia ab eisdem ideis fluxerunt species in mentibus Angelorum, & formæ materiales in materia; ideo Angelus cognoscit res per assimilationem, nõ, q̃ intellectus Angeli sibi assimilauerit res, quia non est causatiuus rerum, nec res assimilauerunt sibi intellectum Angeli. nam scientia Angeli non est causata à rebus, sed sunt similes inter se res, & intellectus Angeli, quia ambo assimilantur tertio, vt ideis diuinis. Sic ergo Angelus cognoscit res, & sic species in mente Angeli sunt representatiuæ rerum, secundum quòd res sunt productæ, vel sunt productibiles ab ideis diuinis, & quia hoc est secundum esse particulare, quod habent: ideo huiusmodi species sunt representatiuæ rerum etiam in particulari, vt possit per eas Angelus particularia scire. Species ergo in mente nostra si representant

sentant totam rem: non tamen repræsentant eã, A vt habet esse, vel non esse. Et ideo non possumus per intellectum directè scire ipsa singularia. Intellectus autem angelicus potest, apud quem repræsentantur res secundum se totas, & vt habent esse. Vnde & Dio. in 8. Angelicæ Hierar. in multis locis angelos appellat deiformes, quia modo diuino cognoscunt: vt sicut Deus non potest res ignorare, vt habent esse, quia est earum productiuus, sic nec intellectus angeli, quia cognoscit res, vt habent esse, quia sic cognoscit eas, vt sunt ab ideis diuinis productæ.

Intellectus hominis. quo singularia cognoscit.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd intellectus humanus tenet infimum gradum in genere substantiarum separatarum, & est potentia pura in genere intelligibilium. propter quod nullam formam intelligibilem de se habet, sicut nec materia est de se distincta per B aliquam formam, sed omnes species intelligibiles a sensibilibus recipit, quæ cum non recipiantur ab intellectu secundum esse, quod habent in sensibilibus, non potest per huiusmodi species particularia cognoscere. Intellectus autem angeli, quia non habet species derivatas a rebus, sed ab ideis, a quibus res producuntur in esse, cognoscit res particulariter, secundum quòd habent esse.

Ad formam autem arguendi cũ dicitur, quòd eadem natura tendit in eandem operationem, dici debet, q̃ angeli & animæ non est eadem natura speciei, sed generis, non propinqui sed remoti. Propter quod inter operationem huius, & illius magna diuersificatio habet esse. Non ergo oportet, quòd si intellectus noster non cognoscit directè singularia, q̃ non possit hoc intellectus C angelicus.

Ad secundum dicendum, quòd aliqua assimilatio est, vel aliqua imitatio inter Deum, & ipsam materiam, prout ipsa materia non est nihil, sed aliquid participat de entitate, licet eam participet in minimo. & ex hoc Deus ipsam materiam, & ipsas res materiales cognoscit & secundũ esse, quod habent, prout secũdum tale esse aliquid de entitate participant, quam participãdo imitantur Deum. quia nihil potest secundum quemcunque modum, siue modicum, siue multum, siue secundum actum, siue secũdum potentiam participare esse, quod secundum hoc non sit aptum natum imitari Deum, qui est ipsum esse, in quo resematur omne esse. Et si inter Deum, & hæc ostendalia hanc imitationem salvamus, vt possit ea cognoscere, oportet aliquam similationem, & repræsentationem esse in ipso Angelo. quia habet in sua mente species derivatas à Deo, & ab ideis diuinis, a quibus secundum esse, quod habent, hæ naturales substantiæ sunt productæ.

Ad tertium dicendum, quòd angelus per vnã speciem cognoscit omnia singularia cõtenta sub illa natura, quam illa species repræsentat. Non tamen hoc est per conuersionem vnam, sed per conuersiones multas: & quanto superior est Angelus, tãto plura talia particularia potest per vnam speciem cognoscere, vt si aliquis Angelus

Angel' quò superior, eo plura singularia per vnã speciem cognoscit.

cognoscit per speciẽ animalis simpliciter. Alius vero, quia inferior, cognoscit per speciem animalis aquatici. ille superior per vnam speciem poterit cognoscere omnia particularia animalia, inferior vero per vnam speciem non cognoscit omnia particularia animalis simpliciter; sed omnia particularia animalis aquatici.

Angeli quomodo per multas conuersiones multa particularia cognoscant, exemplo declaratur.

Vt autem demus exemplum grossum, quomodo Angelus per multas conuersiones potest multa particularia cognoscere; Dicamus, quòd visus videt res secundum quòd sunt, & secundum quòd habent esse. si ergo aspiciat visus ad totam vnam paginam, videbit, quòd in illa pagina sunt plures columnæ, & in qualibet columna plures lineæ, & in qualibet linea plures dictiones, & in qualibet dictione plures litteræ. videbit ergo in tali aspectu multitudinem linearum, dictionum, & litterarum, sed propter hoc non poterit legere litteras: nec distinctè eas cognoscet, quam diu sic totum aspicit. sed si aspiciat vnam columnam tãtum, magis distinctam cognitionem habebit de ipsis dictionibus, & de ipsis litteris: nec propter hoc adhuc poterit litteras legere. sed si ad vnam lineam, vel ad vnam dictionem, vel ad vnam litteram specialiter oculum suũ dirigat, tunc poterit distincte aduertere, qualis illa littera existat. Sic & in ppõsito: sub natura animalis sunt multa genera valde generalia, sub quibus sunt genera minus generalia, & sub illis generibus sunt iterum genera, & sub illis generibus sunt species, & sub illis speciebus individua. Cum ergo angelus intelligens per speciem animalis conuertit se super huiusmodi speciem absolutè, & simpliciter, intelligit naturam animalis secundum quòd habet esse. & quia habet esse in multis generibus, & in multis speciebus, in quadam confusione, & imperfectè intelligit omnia illa. sed cũ specialiter postea se conuertit super illa specie, vt est representativa huius animalis, vel illius, magis distinctè, & perfectè cognoscit illud animal, & particularia illius animalis. sed tunc perfecte omnino cognoscit particulare aliquod (quãtum ad omnia, quæ sunt in ipso) quando specialiter se conuertit super illa specie, vt est representativa illius particularis. Dicemus enim, quod species in mentibus angelorum imitantur ideas diuinas, & deficiunt ab eis, imitantur quidem, quia sicut omnes ideæ diuinæ sunt vna res: ita, quòd essentia diuina vna, & eadem secundum rem, est ratio omnium; ita vna, & eadem species in mente Angeli est specialis ratio plurium. Hoc ergo modo essentia diuina est propria ratio omnium, quia non eodem modo ab omnibus est apta nata imitari. Prout ergo est imitabilis hoc modo ab hac creatura, est propria, & specialis ratio huius creaturæ: prout autem alio modo est imitabilis ab alia, est specialis ratio alterius creaturæ: prout autem alio modo est imitabilis ab alia, est specialis ratio, & idea alterius. Sic ino modo dicemus in proposito: Angelus enim intelligens per speciem animalis, intelligit naturam animalis, prout habet esse in rebus. Et quia habet aliter, &

Idea diuina, & species angelica quo conueniãt, & differant.

Diuina essentia quo potest esse propria ratio omnium rerum.

aliter

aliter eſse huiuſmodi natora in hac ſpē, & illa; ideo poteſt eſſe ſpecialis ratio repreſentandi hāc ſpeciem, vel illā: immo, quia non ſunt duo tndinidua, quæ non differant ſecundum eſſe, quod habent in natura; poterit huiuſmodi ſpecies ſpecialiter reꝑſentare hoc ī diuiduū, vel illud, ſm ꝙ aliud eſſe habet hoc, aliud illud. Sēper enim vnū, & idem, per ſe primo, & principaliter vnum tantum repræſentat, ſed ex conſequenti poteſt repreſentare multa, prout ad illud vnum diuerſimode ſe habent multa, vt eſſentia diuina per ſe, & primo nō repreſentat, niſi ſeipſam, ſed ex conſequēti repreſentat omnia alia, prout ad eam diuerſimode comparantur omnia alia. ita quòd nō ſunt duo aliqua, quæ eſſentiam illam eodē modo per omnia imitentur. Propter quod Deus per ſe, & primo non cognoſcit, niſi ſeipſum, & cognoſcendo ſe cognoſcit omnia alia diſtincte, prout omnia alia ad eum non eodem modo, ſed aliter, & aliter comparantur.

Deus cognoſcendo ſe cognoſcit alia.

Sic & in propoſito Angelus per vnam ſpeciē non cognoſcit niſi naturam illam aptam natam repreſentari per huiuſmodi ſpeciem, ſiue huiuſmodi natura ſit generis generalioris, & maioris ambitus, vel minoris ambitus, vel ſit ſpēs ſpecialiſſimę, ſi ponamus Angelos poſſe cognoſcere per huiuſmodi ſpecies. Licet ergo natura generis nō ſit natura vna, tamen ipſi Angelo cognoſcēti per ſpeciem generis reſpondet huiuſmodi natura, vt aliquid vnum: ita quòd per ſe, & primo Angelus per vnam ſpeciem cognoſcit quid vnum: ex conſequenti autem cognoſcit diſtinctè plura, ꝓpter illud vnum non eodem mòdo in pluribus reperitur. Et quia natūra aliqua nunquam reperitur in aliquibus duobus eodem modo, quin differat in illis, vel ſecundum eſſentiam, ſicut natura generis in pluribus ſpeciebus: vel ſecundum eſſe, ſicut natura ſpeciei in pluribus indiuiduis, ideo illa vna ſpecies poterit diſtinctè repreſentare omnia contenta ſub illa natura. Innitendo ergo huic principio, ꝙ * ſpecies i mēte Angeli ſunt repreſentatiuæ naturæ rerum, ſecundum eſſe, qđ habent in rebus, facile eſt videre quomodo tales ſpecies poſſint repreſentare particularia, quia naturæ rerum in rebus habent eſſe particulare. Huic etiam principio innitendo, patere poteſt, qoomodo vna, & eadem ſpecies diſtinctè poteſt repreſentare multa. Nam ſi huiuſmodi vna ſpecies repreſentat naturam aliquam ſecundom eſſe, quod habet in rebus, quia in diuerſis rebus habet diuerſimodè eſſe, poterit diuerſas res contentas ſub aliqua vna natura generis, vel ſpeciei diuerſimode repreſentare. Cauſa aūt, quare poſſimus innitu huic principio, quòd ſpecies in mente Angeli ſunt repreſentatiuæ naturæ rerum, ſecundum eſſe, quod habet in rebus, ex dictis in ſolutione principali eſt diffuſius declarata. Nā ıó, vt patuit, tales ſpecies repreſentant naturas rerū, quia ab eiſdem diuinis ideis fluxerunt huiuſmodi ſpecies, & naturæ rerum. Repreſentabunt ergo huiuſmodi ſpecies naturas rerum ſecundum quòd fluxerunt ab ideis. ſed fluxerunt, & ſunt eauſatæ ab ideis, ſecundum eſſe, quod habēt in rebus, ideo & ſpecies in mente angeli ſic naturas repreſentant. Aliquam ergo conuantientiā habent ſpecies in mente Angeli eū ideis in mente diuina, vel eum eſſentia diuina.

Differt tamen huiuſmodi ſpecies ab eſſentia diuina quantum ad præſens ſpectat in tribus.

Primo qoia eſſentia diuina diſtinctè repreſentat omnia, prout aliter, & aliter eſt imitabilis ab omnibus. ſed vna, & eadem ſpecies in mente angeli non rapreſentat diſtinctè omnia, ſed repreſentat diſtinctè multa, prout natura repreſentata per huiuſmodi ſpeciem aliter, & aliter habet eſſe in multis.

Secundo differt, quia ſpecies in mente Angeli ſunt plures realiter differentes, ſed eſſentia diuina eſt vna nullo modo realiter differens à ſeipſa. Et inde eſt, quòd quanto Angeli ſunt ſuperiores, tanto magis accedunt ad vnitatem, vt intelligant per pauciores ſpecies: & tanto quælibet ſpecies in eis imitatur diuinam eſſentiam, vt vna, & eadem huiuſmodi ſpecies poſſit plora diſtinctè & clare repreſentare. vt ſicut Deus per vnam eſſentiam intelligit diſtinctè incomparabiliter magis clare, & plura, quàm faciat quicunque Angelus per multas ſpecies, immo p omnes: ſic Angelus ſuperior poteſt intelligere diſtinctè, & magis clare plura per vnam ſpeciem, quàm inferior per plures.

Tertio differt, qoia Dens vnico intuitu intelligit omnino clarè, & perfecte ſuam eſſentiam, & omnia, quæ ſunt apta nata repreſentari per illam eſſentiam. ſed Angelus per diuerſas conuerſiones perficitur in cognitione ſua, vt qua nimis deficit a diuino lumine, non vno intuitu intelligit omnino perfectè, quæ ſuot apta nata repreſentari per vnam ſpeciem. vt ſi Angelus aliquis intelligat per ſpeciem animalis, ſi conuertat ſe ſuper huiuſmodi ſpeciem, vt eſt repreſentatiua omnium animalium, non ita perfectè intelliget animalia aquatica, ſicut ſi ſpecialiter ſe conuertat ſuper huiuſmodi ſpeciem, vt eſt repreſentatiua aquaticorum.

Ad quartum dicendum, quod licet Angelus non accipiat cognitionem à rebos, cognoſcit tamen certitudinaliter contingentia præſentia, & non contingentia futora. Nam, vt dictum eſt, Angelus cognoſcit naturas rerum, ſecundum quòd habent eſſe. & quia contingentia præſentia ſecundū eſſe, ſunt determinata in alteram partem, ideo poteſt ea certe, & determinata cognoſcere: futura vero contingentia, quia indeterminata ſunt, non poteſt ea determinatè cognoſcere.

*Species ſa intellectu Angeli ſunt repreſentatiuæ naturarum rerum ſecundū eſſe, quod hēat in rebus.

QVÆST. III.

De naturali Angelorũ dilectione.

DEINDE quæritur de naturali dilectione Angelorum, de qua Magister in littera specialiter agit. Dicitur enim in littera, quòd naturalem habebant dilectionem Dei, & sui inuicem. quilibet ergo Angelus naturali dilectione diligebat se, & alios Angelos, & Deum.

ARTIC. Vnicus.

An Angeli naturali dilectione se diligant. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 60. artic. 3. 4. 5. Alex. de Ale q. 31. Steph. Brul. d. 3. q. 12.

QVAERITVR ergo, vtrum Angelus naturali dilectione se diligat. Et videtur, q̃ non. quia quod non diligit se, consequens est, q̃ nõ diligat se naturali dilectione. sed, vt probabitur, Angelus non diligit se: ergo &c. Probatio assumptæ: Dicit Aug. 13. Confes. Amor meus pondus meum, eo feror, quocunque feror: ergo nihil est amor, nisi quædam vis, vel quoddam pondus, quo quid fertur in aliquid. sed nihil fertur in seipsum, quod fertur alicubi, non est vbi fertur. quælibet autem res est in seipsa, ergo &c.

Tomo 1.

Præterea, in quod ferimur naturaliter, habet rationem finis, quia vt dicitur in 3. Ethicorum. Finis nobis præstituitur à natura. Si ergo Angelus diligeret se dilectione naturali, ferretur in seipsum naturaliter, & per consequens diligeret se, vt finem, & sic frueretur seipso, quod est inconueniens.

3. Eth. 5.

Præterea amor est virtus vnitiua, sed vnio est diuersorum: quod ergo diligitur ab aliquo naturaliter, est diuersum ab illo naturaliter. sed nihil potest hoc modo esse diuersum à seipso, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia, vt dicitur in 7. Ethicorum: Vito autem, & vxori amicitia videtur secundum naturam existere. Si ergo, quia vir, & vxor faciũt vnum corpus, est inter eos amicitia naturalis. cum magis quodlibet sit vnũ sibi, quàm cum quocunq; alio; videtur, q̃ ad seipsum potissime sit amicitia naturalis.

Viri, & vxoris amicitia naturalis, ex Arist. 7. eth c. 12.

Præterea in Ethicis dicitur: Amicabilia ad alterum, sunt exeruntex amicabilibus ad nos ipsos. nihil ergo aliquid diligere naturaliter potest, si seipsum naturaliter non diligit.

Eth 9.

Dub. I. Lateralis.

An Angelus diligat alium Angelũ naturali dilectione, æquè, ac seipsum. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 60. artic. 4. D. Bonau. d. 3. p. 2. art. 3. q. 2.

VLTERIVS autem dubitatur: Vtrum vnus Angelus naturali dilectione diligat alium Angelum, sicut se. Et videtur, quòd non, quia vt dicitur in Cantic. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Charitas ergo quid ordinatum est: similiter & amor naturalis, cum natura sit a Deo quid ordinatum est: quia, vt dicitur ad Ro. Quę autem sunt a Deo, ordinata sunt, sed non esset amor ordinatus, nisi inciperet a seipso, & nisi esset potior in seipso. Angelus ergo naturali dilectione non diligit se, sicut alium, sed diligit se potius, quàm alium.

Cantic. 2.

Rom. 13.

Præterea secundum Diony. 1. De diui. no. a buodanter, & supersubstantialiter, quæ suot causatorum præiusunt causis. sed, vt diximus, amor ad nos est causa amoris ad alium. ergo amor ad nos, vel amor Angeli ad seipsum, est potior amore, quem habet ad alium.

Præterea simili modo, vt videtur, loquendum est de amore, qui respicit voluntatem, & de actu intelligendi, qui respicit intellectum. Si ergo vnus Angelus diligeret dilectione naturali alium, sicut se; intelligeret alium sicut se. sed hoc est falsum, quia se intelligit per essentiam suam, alium autem intelligit per speciem, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia gratia non tollit naturam, sed perficit. sed secundum charitatem, quæ est amor gratuitus, præcipimur diligere alios, sicut nos. ergo & amore naturali debet Angelus alium diligere sicut se.

Præterea sicut legitur in iostituta de iure naturali: Naturale est, q̃ omnia naturalia docuit. Sed omne animal diligit sibi simile, vt dicitur Ecclesiast. Ergo hoc est naturale: Immo hoc videtur notorium, & clarum, q̃ qui diligit aliquid tanquam simile sibi, diligat ipsum tanquam se, ergo: &c.

Eccles. 13.

Dub.

Dub. II. Lateralis.

An Angelus naturali dilectione magis diligat Deum, quàm se. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 60. ar. 5. Et 1. 2. q. 109 art. 3. Et 2. 2. q. 26. art. 3. in corp. Et Quol. 1. ar. 8. corp. D. Bonau. d. 3. p. 1. art 3. q. 1. Ité 2. sententt. dist. 3. q. vlt. Alex. de Ales q. 31. Alb. magn. de 4. coæuis q. 17. Ric. d. 3. q. 14. Sed vide Guil. Altisiodorensem, qui 2. lib. sent. c. 1. videtur omnibus aduersari.

MLTERIVS autem dato, ϕ quilibet Angelus naturali dilectiooe diligat se, & alium Angelum diligat sicut se; Dubitatur vtrum huiusmodi dilectione diligat Deum plus, quàm se. Et videtur, quòd non. Nam diligere Deum plus, quã se, est actus charitatis. sed Angelus in initio suæ conditionis, in statu naturalis innocentiæ, secundum communem positionem, non habuit charitatem. ergo non dilexit Deum plus, quàm se: sed diligebat Deum naturali amore, ergo &c.

Natura semper curua. 1 Post c 2. sub hanc.

Præterea natura semper videtur esse curua, & cętera alia referre ad se. naturalis etgo amor est propter suam naturã, & propter se. Sed propter quod vnum quodque, & illod magis. naturali ergo amore quodlibet plus diligit se, quàm quodcunqoc aliud.

Præterea qui diligit aliquid plus, quàm se, secũdum hoc eleuatur supra se. se d oihil eleuatut naturaliter supra se, naturali ergo dilectioue non diligit Deum Angelus plus, quàm se.

Præterea qđ est naturale, est semp, & vbiq;. si ergo Angelus dilectione naturali diligeret Deũ plus, quàm se, ergo hoc esset semper, & vbique; quod videtur falsum. Nam & peccatores in amãdo non præponunt Deum omnibus, ergo &c.

IN CONTRARIVM est. Nam Angeli diligebant Deum in statu naturæ: vel ergo secundum talem dilectionem Deo vtebantur, vel fruebantur. si vtebantur, quia tota peruersitas est vti fruendis; peccabat angelus diligeodo Deum dilectionc naturali. Fruebatur ergo secundum talem dilectioncm diligendo Deum, & per consequens diligebat eum super omnia, & plus, quàm se.

Præcepta 20. de iure naturæ.

Præterea præcepta Decalogi dicũtur esse de iure naturali, & dicuntur esse scripta in mente boïs. sed in lege præcipiebatur, Deum diligendum super oĩa; ergo hoc est naturale, quòd sic diligatur.

Resolutio Artic. I.

Angeli naturali dilectionc se diligunt. Amor enim est vis vnitiua, & inclinatio vnionem sequẽs, & vis quædam tendens in sibi ipsi conueniens.

RESPONDEO dicẽdum ad quæstionem primã, cum quæritur: Vtrum Angelus dilectione naturali diligat se, dici debet, ϕ tria, quantum ad præsens spectat, inuenimus de amore:

Amoris tria.

A Primum videlicet, ϕ amor est quædam virtus vnitiua, secundum quem modum iuxta sententiam Hierothei ait Diouysius 4. de diui. no. Amorem siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem, siue animalem, siue naturalem, vnitiuam quandam dicimus esse virtutem. Est ergo vna descriptio amoris, quòd est quædam virtus voitiua.

Amor quædã inclinatio sequens cognitionẽ. Tex. c. 5 1.

Secundo potest dici amor, ϕ est quædam inclioatio sequens cognitionem, & apprehensioue. Hanc autem descriptionem possemus trahere ex verbis Philosophi in 3. De anima. vbi ait, ϕ bonũ apprehensum, est motiuum voluotatis. Et ex verbis Aug. 10. de Trini. dicentis, ϕ certe amari aliquid nisi notum non potest. Vbi eodem capitulo habetur: Firmissime nouimus, ϕ non est amor eius rei, quam nescis, sed eius, quam scis. Si ergo B voluntatem nou mouet, nisi bonum apprehensum, cum amor sit quid ad voluntatẽ pertioens, erit quædam iuclinatio sequens appteheosionẽ. Quod expressius dicuut aoctoritates August. adductę, ex quibus habetur, nihil amari posse, nisi notum.

To. 3. c. 3.

Amor est vis tendens in aliquod sibi conueniens.

Tertio potest describi amor, ϕ est quædam vis tendens in aliquod sibi conueniens, qoæ descriptio accipi potest ex verbis August. 13. Cõfess. vbi vult, ϕ amore ferror spiritus, sicut pondere corpus. appellat autem ibi põdus vim illam, per qnã corpus tendit in locum suum naturaliter, siue deorsum, siue sursum, siue quocunque alio modo. Vnde ibi exemplificat de igne tendente sursum, de lapide deorsum, & de oleo supet aqua natante.

C Si ergo hic est amor in spiritibus vis naturalis, per quam tendit in locum suum corpus, cum naturaliter tendat cotpus in locum sibi conueuientem, vt grauia deorsom, leuia sursum, erit amor quædam vis tendens in sibi conueniens, vt amor uaturalis erit vis tendens in sibi conueniẽs secuodum naturam: electiuus autem erit ius tendens in sibi conuenientes secundum electionem. Omoibus autem his tribus vijs ostendere possumus, quòd angelus se diligit dilectiooe naturali.

Prima via sic patet: Nam amor est virtus vnitiua. Nam quæ se diligunt sunt vnum, & inquantum aliqua sunt vnum, secuudum ϕ huiosmodi se diligunt. Vnde & in 3. Ethic. dicitur, ϕ qualis vousquisque est, talis sibi finis videtur. Id ergo, quod nos conformat aliquibus, facit nobis phantasiam, vt illa nobis appareaoi boua, & vt illa diligamus, vt ex eodem tertio haberi potest: vt si veoereo venerea placent, hoc est, quia talem habet habitum, per quem talibus cõformatur.

D Si ergo ex vnione, & ex conformitate oritur amor; oportet, quòd qualis est vuio, & qualis est consormitas, talis sit amor.

Et quia naturale est, quòd vnumquodque sibi sit secuodum naturam vnitum, & couiormc; naturale est, quòd vuumquodque se diligat amore naturali.

Secunda via ad hoc idē sumi potest ex secunda descriptione amoris, quòd amor est inclinatio cognitionem sequens. Vbi ergo inuenimus cognitionem naturalem, oportet, ꝙ ex illa cognitione sequatur, & naturalis amor. Dicemus enim ꝙ violentū est contristans, vt habetur in 5. Metaphysicæ. Sic naturale est suaue. Hoc enim modo dicitur Sapientiæ. 8. Sapientia attingit à fine vsque ad finem, fortiter, & disponit omnia suauiter. Omnia enim per diuinam sapientiam suauiter disponuntur, prout naturaliter in aliquid inclinantur, vt naturalitas sonet insuauitatem, sicut violentia incontristationem. Illud ergo, in quod naturaliter ferimur, secundum quòd huiusmodi, quandam suauitatem, & complacentiam habet.

Ter. c.4. ¶

Sapien. 8.

Si ergo poterimus ostendere, quòd Angelus se cognoscit naturaliter, oportebit, quòd ex illa cognitione, quædam naturalis complacentia, & quædam naturalis suauitas, siue quidam naturalis amor, resultet. Quòd autem sit sic: videre non est difficile. Nam Angelus per seipsam intelligit, & cuilibet Angelo hoc competit: propter quod est quid naturale, quia, vt vult Dam. li. 3. Quod omnibus competit, est quid naturale. immo illa cognitio, qua Angelus intelligit se, potest dici naturalis, quia ipsa natura naturaliter existens præsens suo intellectui, naturaliter suam intellectionem causat in ipso. Ad semper enim se intelligere, sequitur semper se diligere. nam & anima nostra, vt semper se intelligit, semper se diligit: vt patet per Aug. 14. de Trinitate.

Cap. 14.

Tomo 1 cap. 6. & 7.

Tertio hoc idem potest declarari, prout amor est quædam vis tendens in sibi conueniens. nam sicut corpus per pondus tendit in locum sibi conuenientem, vt patuit per Augu. 13. Confes. Ita & spiritus per amorem. Quod concordat etiam cū Aug. 11. de Ciui. Dei dicente, quòd amores sunt velut momenta ponderum corporum. Et subdit, quòd sicut corpus pondere, ita animus amore fertur, quocunque fertur. Cum ergo hoc sit naturale, quòd quodlibet tendat in sibi cōuenientia, & refugiat sibi nociua: vt grania fugiunt locum sursum, vbi non possunt ita commodè conseruari, & appetunt esse deorsum. vbi magis conseruātur: & etiam animalia quantumcunque imperfecta, vt puta vermis, cum pungitur retrahit se quasi naturaliter uocinum fugiens: & cum sibi conuenientia inuenit, dilatat se, quasi naturaliter conuenientia sequens. Dicemus enim, quòd tendere in aliquid determinatè, non sequitur naturam materiæ, sed naturam formæ: appetitus autem formæ, per quam habemus esse, & quæ nunquam machinatur ad maleficium, non potest esse nisi in bonum, & in conueniens.

Tomo 1.

Tomo 5. cap. 21.

Si ergo hoc inest omnibus rebus naturalibus, quòd naturaliter tendant in sibi conueniens: oportet, quòd hoc conueniat Angelis tanquam excellentiori parti vniuersi: & quia naturaliter tendere in sibi conueniens est naturaliter se diligere; consequens est, quòd Angeli naturaliter se diligant. tum quia naturaliter sunt vnum sibi ipsis, vt dicebat via prima: tum etiam quia ex natura habent, vt semper se cognoscant, vt dicebat secunda: & tum quia naturaliter tenduntur in sibi cōueniens, vt dixit hæc tertia.

A

B

C

D

Ressp. ad arg. art. 1.

AD primum dicendum, ꝙ amor in spiritibus se habet quasi pondus in corporibus, desiderium se habet quasi motus, delectatio se habet, quasi quies: vt sicut corpus per pondus mouetur, & cum completus est motus, quiescit: sic spiritus per amorē desiderat, & cum completum est desiderium, delectatur. Non ergo recedit pondus à corporibus: cum completus est motus, & cum coniuncta sunt his, quæ desiderant. & si nonquam monetētur grania deorsum, sed semper ibi essent, non propter hoc minus ponderosa essent. immo magis essent ponderosa, si inde remoueri non possent. Nam ex defectu ponderis est, & ex defectu naturę grauis, ꝙ possit à suo loco remoueri. Sic & spiritus illud, cui semper vnitus est, non minus amat: & ei, à quo non potest separari, non minori amore coniungitur. Amore ergo fertur spiritus cum sibi conueniens est absens, & amore coniungitur, cum sibi est præsens. Non oportet ergo, quòd semper amor sit rei distantis, & non habitæ, immo cæteris paribus magis est rei præsentis, & habitæ.

Vel possumus dicere, quòd, prout aliquid diligit seipsum, amore fertur in seipsum, & secundum hoc a seipso per amorem tendit in seipsum, & per amorem coniungitur sibi ipsi, vt sit ibi quidam motus secundum rationem, & secundum modum intelligendi.

Ad secundum dicendum, quòd quantum ad ea, quæ diligimus secundum electionem, finis dicitur nobis præstitutus à natura, inquantum supponentes finem, eligimus ea, quæ sunt ad finem. sed in his, quæ diligimus naturaliter, possunt se habere aliqua, vt finis: aliqua vero, vt quę sunt ad finem. Nam sicut natura gradatim de vno tendit in aliud: sic naturali amore de vno possumus in aliud tendere, vt non quicquid naturaliter diligimus, diligamus vt finem.

Ad tertium dicendum, ꝙ plus est esse vnum, quàm vnitum. propter quod maior est amor rei ad seipsam, quæ est vna sibiipsi, quàm ad alia, quibus vnitur. Dicitur ergo amor virtus vnitiua, quia non est nisi habentium esse vnum, vel vnitū. vel dicitur amor virtus vnitiua, etiam amor naturalis, quia res naturaliter tendit in sibi conueniētia, in quæ tendendo redit ad seipsam, prout illa ordinat ad bonum suum: & ex hoc est vnita sibi, inquantum sua naturalem inclinationem in bonum suum ordinatum custodit.

RESO-

Reſolutio Dub. I.

Angelus alium Angelum naturali dilectione ſicut ſe, ideſt, æquè, ac ſe ipſum, non diligit: ſed ſimilitudine quadam.

AD id autem, quod quærebatur, vtrum Angelus diligat alium Angelum ſicut ſe: ſi ly ſicut, importat ęqualitatẽ amoris, ſic nihil diligit Angelus ſicut ſe. Nam alias creaturas naturali amore non diligit ſicut ſe, ſed minus ſe: Deum autem non diligit naturali amore ſicut ſe, ſed plus quàm ſe. Dicimus enim quòd ex vnione habet eſſe amor, quælibet autem creatura eſt magis vnita ſibi, quàm alij creaturæ, Deus autem eſt intimior cuilibet creaturæ, Tomo 1. quàm creatura ſibi. Iuxta illud Auguſt. 3. Confeſ. Tu eras interior intimo meo, & ſupremus ſupremo meo. Angelus ergo diligit ſe plus, quam alĩ Angelum, tanquam intimior ſibi, quam ille Angelus, & naturali amore plus diligit, vel debet diligere Deum, quàm ſe. Quia Deus eſt intimior ei, quàm ipſe ſibi. Ergo ſi ly ſicut, dicit æqualitatẽ, nihil diligit angelus ſicut ſe, ſed Deũ diligit magis, alia vero minus.

Vtrum autem aliquo modo ſuſtineri poſſit, ꝙ Angelus inferior naturali amore, magis diligat ſuperiorem, & meliorem, quàm ſeipſum non, eſt præſentis ſpeculationis. Sufficit autem ad præſens ſcire, quòd Angelus naturali dilectione magis diligit ſe, quàm alium, quia magis eſt naturaliter ſibi vnitus, quàm alij: & quia magis fertur in bonum ſuum hoc modo, quàm in bonum alterius. Sed ſi ly, ſicut, dicit ſimilitudinem, ſic angelus diligit alium ſicut ſe, attamen nunquam ſimilitudo eſt in omnibus. Nam ſi eſſet per omnia ſimile, non eſſet ſimile, ſed idem. propter quod, & diligit alium ſicut ſe, & non ſicut ſe. ſicut ſe quidem, quia ſicut ſe diligit, quia eſt naturaliter vnitus ſibi: ſic & alium angelum naturaliter diligit, quia habet naturalem vnionem ad ipſum ſaltem ſecundũ naturã generis. Si ergo vnus angelus diligit alium, inquantum conuenit cum eo in natura, ſic diligit naturaliter: ſi propter alia, ſic diligit eum dilectione alia. Angelus itaque diligendo ſibi bonum naturali dilectione, quia naturaliter eſt ſibi vnum, oportet, quòd naturali dilectione, diligat bonum cuicunque alij, cum quo eſt naturaliter quid vnum. propter quod naturali dilectione diligit alium, ſicut ſe, ſed non quantum ſe.

A ſi amor ad creaturam aliam oritur ex amore ad ſeipſum, ex hoc non habetur, quòd non diligat alium ſicut ſe, ſed quòd non diligit quantum ſe.

Ad tertium dicendum, quòd vt in ſoluendo tetigimus, vbicunque eſt ſimilitudo, oportet, ꝙ & ſit diſſimilitudo. Angelus enim intelligit aliũ angelũ ſicut ſe, & nõ ſicut ſe ſicut ſe: quidẽ, quantũ eſt ex parte rei cognitæ, quia ſicut cognoſcit ſe cognoſcendo eſſentiam ſuam, ſic cognoſcit alium cognoſcendo eſſentiam alterius. Non cognoſcit autem alium angelum ſicut ſe, vt cõmuniter ponitur, quantum eſt ex parte modi cognoſcendi, quia ſe cognoſcit per eſſentiam, alium per ſpeciem. Sic & in diligendo, non diligit alium ſicut ſe, quia ſe diligit per voluntatem ſuam, alium autem non diligit per voluntatem alterius, & diligit alium ſicut ſe. Nã cum ſe diligat, quia eſt ſibi vnitus naturaliter, conſequens eſt, ꝙ & hoc modo alium diligat, quia cum eo aliquo modo conuenit in natura.

Similitudo omnes eſt cũ diſſimilitudine.

Reſolutio Dub. II.

Angelus naturali dilectione Deum magis, quàm ſe diligere dicitur, ratione ordinis rerum, & ratione boni, quod in ipſo Deo magis ſeruatur.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrũ Angelus naturali dilectione diligat plus Deum, quàm ſe. Dicendum, ꝙ triplici via poſſumus declarare, ꝙ ✻ Angelus naturali dilectione diligat plus Deum, quàm ſe.

* Angelus naturali dilectione debet magis diligere Deum, quã ſe ipſum.

Prima via ſumitur ex ordine rerum. Nam inter cætera maximum bonum eſt bonum ordinis, loquendo de bono creato. Propter quod Aug. 3. ſuper Gen. ad litteram circa finem ait: Quod ſingula bona ſunt in vniuerſo, omnia autem valde bona. Et ſubdit: Non enim fruſtra eſt additum valde, quia & corporis membra. Si etiam ſingula pulchra ſunt, multo tamen in vniuerſa compage corporis, ſunt omnia pulchriora. Et ibidem ſubdit, quòd non diceremus oculum tam pulchrum ſeparatum a corpore, ſicut dicimus in illa connexione membrorum, cum in ſuo loco ipſum cernimus eſſe poſitum. Naturale autem eſt, ꝙ res magis diligat quod eſt magis bonum ſuum, & quia maius eſt bonum ſuum in toto, quàm in ſeipſa, eo quòd pulchrior ſit pars in toto, quàm in ſeipſa, & ideo conſequens eſt, quòd res naturali dilectione magis debeat ſe diligere in toto, & per conſequens ipſum totum, ſine quo non poſſet eſſe in toto, quàm ſeipſam, & in ſeipſa, eo ꝙ pulchrior ſit pars in toto, quàm in ſeipſa.

Ordinis bonum quotatum ſit.

Tomo 3.

Cum ergo bonum ordinis, & bonum vniuerſi, per amplius reſeruetur in bono Ducis, & in bono diuino; ſi ipſum bonum totius, quod eſt bonum ordinis, debet magis diligere pars, quàm ſeipſam; conſequens eſt, quòd mul-

Bonum Ducis Bono ordinis maius.

Reſp. ad arg. dvb. I.

Charitas ordinata incipit à ſeipſa.

AD primum dicendum, quòd ordinata charitas incipit a ſeipſa, & quòd potior eſt in ſeipſa, quàm in re alia loquẽdo de re alia creata, ſed per hoc oõ habetur, quòd vnus angelus non diligat aliũ, ſicut ſe ipſum, ſed ꝙ non quantum ſeipſum.

Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Nam

ro magis debet diligere bonum Ducis, & bonum diuinum, in quo per amplius seruatur bonum ordinis.

Secunda via ad hoc idem sumitur non solũ ex bono ordinis vniuersi, in quo est pars pulchrior, q̃ in seipsa, sed ex turpitudine, quam contrahit pars, si discordat à toto. Nam non debemus aliquid turpe facere, etiam pro morte. Propter quod dicitur in 3. Ethic. derisoria esse metra Euripidis, cogentia matrem occidere. Nam turpe operari, vtputa matrem occidere, vel aliquod aliud turpe facere, pro nullo debemus induci: & nihil ad hoc nos debet cogere, immo potius debemus mori, quàm tale quid facere.

Mori potius eligenda, q̃ turpe agere.

Ergo sicut in actionibus electiuis magis debemus diligere non turpe agere, quàm vitam seruare: ita cum turpis sit pars, quæ suo non congruit vniuerso, & quæ à suo discordat toto, vt dicit Aug. 3. Confes. quia discordaret pars à toto, & vellet recedere à toto, nisi exponeret se morti pro toto, ne hoc turpe faciat pars, potius debet se velle periclitari, quàm totum, quod non esset, nisi plus deberet diligere totum, quàm seipsam. Et si hoc est in bono ordinis, quòd plus deberet diligere pars tale totum, quàm seipsam, multomagis hoc erit in bono diuino, quod incomparabiliter est maius bonum, quàm bonũ ordinis, & in quo seruatur bonum ordinis.

Tomo 1.

Bonũ creaturæ magis seruatur in Deo, q̃ in se ipsa.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quòd bonum cuiusliber rei creatæ magis seruatur in Deo, quàm in seipsa. Nã si annihilata esset res, Deus posset, si vellet, ipsam reficere. debet ergo naturali amore creatura plus diligere Deum, quàm seipsam, quia in seipsa saluari nõ posset sine Deo. sed si annihilata esset, refici posset à Deo. Propter quod quodlibet bonum creatum, non ita saluatur, & seruatur in seipso, sicut in Deo.

Et quia naturale est, ꝙ res plus diligat illud, vbi suum bonum naturæ per amplius seruat, & saluatur, res naturali dilectione non tantum debet diligere se, sicut Deum.

Aduertendum tamen aliquos distinxisse de bono concupiscentiæ, & amicitiæ, dicentes, ꝙ Angelus amore concupiscentiæ magis diligit bonũ diuinum, quàm bonum suum. quia magis sibi concupiscit bonum diuinum, vt in eo possit delectari, in quo est magis delectatio, quàm bonum suum, in quo non est tanta delectatio. Sic etiam amore amicitiæ magis diligit Deum, quàm se, etiam amore naturali, quo ad bonum quod sibi vult: quia Deo vult maius bonum, quàm velit sibi. nam sibi non potest velle naturaliter tantum bonum: cum sit impossibile creaturam fieri Deũ. quia tamen quo ad dilectionis actum amore amicitiæ intensius vult sibi bonum, quàm Deo, ideo intensius, & principalius diligit sed, quàm Deum.

Valeret autem ista distinctio in eo, quod tangebatur superius, vtrum Angelus inferior magis diligat superiorem, quàm se, quia ei vult maius bonum, sed se magis diligit, & feruentius fertur in suum bonum, sed in proposito non valet. Nã intensius naturali dilectione debet ferri creatura in amorem Dei, quàm in amorem sui, quod patet per rationes tactas.

Brachiũ exponit ꝙ ꝑ salute totius corporis, magis vult se periclitare, quàm totum, ostendens in hoc non se diligere tantum, quantum diligit totum.

Adducitur tamen ad hoc simile de partibus corporis. nam brachium exponit se pro salute totius, magis vult seipsum periclitare, quàm totum, ostendens in hoc non se diligere tantum, quantum diligit totum.

Et quod facit naturaliter pars, facit virtuosus ex electione exponens se morti pro defensione Reipublicæ. Si ergo in his, quæ dicunt bonum ordinis, pars plus diligit totum, quàm se, multomagis in bono diuino debet hoc esse, vt creatura naturaliter plus feratur in amorem Dei, quàm in amorem sui.

RESP. AD ARG. DVB. II.

AD primum dicendum, ꝙ Deus, & est vniuersale bonum, à quo dependet bonum naturæ, & est bonum beatificans: Naturali ergo dilectione creatura debet diligere Deum plus, quàm se: prout est vniuersale bonũ, à quo dependet cuiusque naturæ bonum. Vt autem est bonum beatificans, sic debet creatura rationalis diligere Deum plus, quàm se dilectione charitatis. Vtroque ergo amore naturali, & charitativo, licèt aliter, & aliter Deum debemus diligere plus, quàm nos.

Ad secundum dicendum, ꝙ natura semper recta est, & semper reflectitur in seipsam, & semper diligit bonum suum, nõ solum, quod est suũ bonum singulare, sed quod est bonum cõmune. vt in rebus inanimatis, naturale est, ꝙ ignis, vel aliquid aliud tale vult assimilare sibi passum, & generare ignẽ, vt saluetur species. Nõ enim vadit res extra seipsam, immo reflectitur in seipsam, cum diligit commune bonum, quia & illud bonum est suum bonum. propter quod tanto magis debet diligere bonum diuinum, quàm bonũ singulare, quanto magis saluatur, & reseruatur in bono diuino, quàm in seipsa: vel magis debet diligere bonum totius, quàm seipsam, quanto pulchrior est in toto, quàm in seipsis.

Natura quo modo semper recta.

Ad tertium dicendum, quod sic diligere Deũ supra se non est supra suam naturam, immo est sibi naturale, ꝙ sic Deum diligat. peccabat ergo argumentum in materia, & assumebat falsa. Nam sicut ab eodem igne naturaliter potest procedere maior, & minor calefactio, secundum quod attingit rem aptam natam magis, & minus calefieri: sic ab eadem natura potest procedere maior, & minor dilectio naturalis, secundum ꝙ tendit in maius, & minus bonum. Et quia bonum diuinum est maius bonum ipsũ creaturæ, quàm bonũ suum sibi, non agit in hoc creatura vltra suam naturam, immo naturale est, vt magis diligat bonũ diuinum, quàm etiam bonum suum.

Deum diligere supra se est naturale.

Ad quartum dicendũ, ꝙ ab homine etiã peccatore: vel ab Angelo peccante, nõ remota est hæc dilectio, secundum ꝙ Deus est vniuersale bonũ omnia in esse conseruans. Quicquid enim naturaliter diligit se, oportet, quòd per se loquendo diligat illud, sine quo esse nõ potest. Et oportet, quòd magis diligat illud, in quo magis saluatur

tur ſuum eſſe: Dæmones ergo, qoi per ſe non poſſunt velle noo eſſe, licet per accidens non eſſe vellent, oportet, q eo modo, quo naturaliter diligunt ſe, diligant Deum plus, quàm ſe. Secundum enim iuſtitiam, & ſecuudum, quòd Dèus eſt obiectum beatificans, quo modo diligit Deus amore gratuito, non ferunt Dæmones in amorem eius, ſed modo, quo prædiximus, diligunt Deum plus, quàm ſe.

Ad formam autem arguendi, com dicitur, quòd peccatores in amando non ptæponunt Deum omnibus, dici debet, quòd hoc intelligẽdum eſt de amore electiuo, amote autem naturali in Deum præ omnibus feruntur.

Dub. I. Litteralis.

Vpar litterã q̃rit: Primo ſup illo verbo beati Iob. * Hoc eſt initium figmenti Dei, vt illudatur ei ab angelis eius. Et de illo verbo Pſalmiſtæ: Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Dubitatur, quia videtur, quòd Diabolus factus ſit propter malũ, vt propter illuſionẽ.

* Iob. 40. Pſal 103. Vide ſupra in princ. 2. p huius diſtin. vbi diximus ita legi à D.P. Aug. lib. 11. de Ciuit c. 15. 17. 18. 3. Nam manifeſtio ex 70. quàm præ manibus habemus, legit: ipſe eſt principium viarum Domini.

Respondeo dicendum, quòd, vt dicit Augu. 3. ſuper Gen. ad litteràm in fine, Deus eſt naturarum optimus conditor, peccantium vero eſt iuſtiſſimus ordinator, vt etiam ſi qua ſigillatim fiant delinquendo deformia, ſemper tamen ſit vniuerſitas pulchra. Dicemus ergo, quòd & Deus bona facit, & in hoc eſt naturarũ optimus cõditor, & de malis bona eligit, & in hoc eſt peccantium iuſtiſſimus ordinator, vt etiam ipſa mala bene ordinata, & ſuo loco poſita, eminentius commendent bona, vt magis placeant, & laudibiliora ſint, vt habetur in Enchiridion. Cum ergo dicitur, qoòd Diabolos eſt figmentum Dei, vt illudatur ei ab angelis eios. Et cum ſcribitur in Pſalmo: Draco iſte formatus eſt ad illudendũ ei, vel hoc referendum eſt ad Deum, vt eſt naturæ conditor, vel, vt eſt culpæ ordinator. Si primo modo: ſic, quod dicitur, intelligẽdum eſt conſecutiuè. Deus enim fecit angelum bonom; ſed quia ipſe ſe per culpam depranauit, factus eſt figmentum, & illuditur ei ab angelis Dei, ſecundum hoc ergo prout figmentum dicit culpã, & proot Draco dicit angelum malum: Draco iſte formatus eſt à Deo, & eſt figmẽtum Dei. Nõ quòd Deus fecerit culpam, ſed quia fecit naturam angeli, qui proprio arbitrio ſe depranauit p culpam. Et ex hoc conſecutũ eſt, vt ei illudatur ab angelis Dei. quia ipſe factus malus, vulr nocere ſanctis viris tentando eos de malo, diuina tamen prouidentia, & etiam ipſi angeli boni aſſiſtentes ſanctis viris iuuant eos, vt viucant tentationes illas, quas vincendo merentur, & fit eis ad bonum, quod Diabolus ordinabat ad malũ. Et in hoc ipſe Diabolus eſt deluſus. quia præter intentionem ſuam proficit ſanctis viris, credens obeſſe eis. Alio modo poteſt referri ad Deum, vt eſt peccantium iuſtiſſimus ordinator. Nam de peccato angeli elicit illud bonum, quod proficit ſanctis, ſecundum quem profectum illuditur ei. Diabolus ergo factus eſt figmentum, & factus eſt Draco ſuo libero arbitrio: Deus autem formauit ipſum, & ordinauit ipſum, vt illudatur ei. i. ordinauit ipſum ad profectũ Sanctorũ, ea quo profectu deloditur ipſe Diabolus. de peccato ergo angeli tentantis ſanctos viros, elicit Deus profectum ſanctorum virorum, propter quod Diabolus deluditur. quia tentat eos, vt obſit, noo vt proſit.

Dub. II. Litteralis.

An Diabolus fuerit præſcius ſui caſus.

D. Th. 2. Scr. 2. ſentent. d. 4. q. 1. art. 2. D. Bonau. d. 4. art. 2. q. 1. Ric. d. 4. q. 6. Biel. d. 4. q. 1. art. 3. dub. 3. Dur. d. 4. q. 3. Adam in 3. q. 6.

Vltarius autem dubitatur de illo verbo, q Diabolus ſui caſus p̃ſcius eſſe non potuit. quia ſapientia fructus eſt pietatis. Contra: Magis videtur eſſe ſapiẽtia principium pietatis. quia cogniuo eſt principium affectiouis. Dicendum, quòd valde bene dictum eſt, quòd Diabolus non potuit eſſe præſcius ſui caſus, propter cauſam prætactam, vi delicet, quia ſapientia fructus eſt pietatis. Nam ſi Diabolus ſuum caſum præſciuit, vel hoc fuit p ſapientiã, quam haboit in verbo, vt quia ante ſuum caſum vidit verbum clarè, & apertè, vbi p̃uidit ſuum caſum, vel hoc fuit per ſapientiam, quam habuit à verbo, vt quia Deus ei reuelaoit, quòd deberet cadere. Quia ergo quælibet talis ſapientia, vt appatebit, fructus eſt pietatis, quia angeli, & quæcũque rationales creaturæ, piè viuendo, & Deum colendo, conſecutæ ſunt hunc fructum, videlicet viſionem diuinam, & vt ſapientiam haberent in ipſo verbo. Cum ergo hæc ſapieutia ſit fructus pietatis, ſecundum hãc ſapientiam nõ potoit Diabolus eſſe præſcius ſui caſus. Nam ipſe piè viuere noluit. propter qđ nunquàm diuinã eſſentiam apertè vidit, vt poſſet ſecundum hanc ſapientiam eſſe præſcius ſui caſus. Sed ſi loquamur de ſapientia ſecundo modo, vt dicamus, quòd Diabolus fuerit præſcius ſui caſus, quia Deus hoc ei reuelauit, hoc etiam ſtare non poteſt. Nam cum Deus ſit pius patet, ſapiẽtia, quam alijs reuelat, fructus eſt pietatis. quia ipſe piè motus hoc agit, ſed ſi reuelaſſet angelis ſuum caſum, tunc in ipſis angelis pœna præceſſiſſet culpam. Non ergo eſſet hoc opus pietatis, ſed crudelitatis. Sufficienter ergo oſtenditur, angelum ſuum caſum ignoraſſe, per hoc, quòd ſapieutia fructus eſt pietatis.

Dub. III. Litteralis.

Vltarius autem dubitatur de illo verbo, quòd erat in angelis naturalis cognitio, qua ſciebant quòd facti erãt, & a quo facti erant, & cum quo facti erant: & habe-

habebant aliquam notitiã boni, & mali: intelligentes quid appetẽdum, & quid reſpuendum eſſet. In cognitione autem ſpeculatiua tanguntur tria, quæ poſſunt diſtingui, vel ſecundum numerum cognoſcibilium, vel ſecũdum alium, & aliũ gradum, quem habent reſpectu Angeli cognuſcẽtis. Secundum numerum cognuſcibilium accipiuntur illa tria, quia omne cognuſcibile, vel eſt creator, vel creatura. & ſi creatura, vel corpuralis, vel ſpiritualis. ſecundum ergo ſpeculatiuam cognitionem cognouerũt angeli, quòd facti erãt. i. cognouerunt ſeipſos, qui ſunt creaturæ ſpirituales, & cognouerunt à quo facti erant. i. Deum eorum Creatorem, & cognouerunt, cum quo facti erant. i. corporales creaturas, quia ſimul fuit producta ſpiritualis, & corporalis creatura. Alio modo poſſunt diſtingui illa tria, ſecundum quòd tenent alium, & alium gradum reſpectu angeli cognoſcentis. Nam reſpectu ipſius angeli nõ poſſunt res habere niſi triplicem gradum. Nã nihil poteſt cumpsrari ad Angelum, vel ad quodcũq; aliud, quud non ſit, vel iuxta, vel infra, vel ſupra. Angeli ergu cognouerunt, quòd facti erant. i. qui libet angelus cognouit ſe, & cognouit alios angelus factos, qui erant iuxta ſe, & cognouerunt à quo facti erant. i. cognouerunt Deum, quem habebant ſupra ſe. & cognouerunt, cum quo facti erant. id eſt corporalem creaturam, quam habebant ſub ſe, vel infra ſe.

A

Contradictionis vmbra. d. 3. p. 1. ponenda, quę memorię lapſu ibi non eſt appoſita.

AEGIDIVS 2. ſent. d. 3. q. 1. ar. 3 aſſerit determinando Angelos ex genere, & differentia eſſe compoſitos. Id quod 7. Met. q. 12. penitus negat dicens, ſubſtantias ſimplices proprie diffiniri nõ poſſe, quia in eis non inuenire eſt, vnde generis, & differentiæ ratio ſumatur.

Vmbra contradictionis tollitur, ſi dicatur eum eodẽ Doct. duplicem eſſe generis, & differentiæ rationem: veram tantùs veram, & perfectam ſimul. Hanc negat, illam verò concedit Doctor ipſe. Differentia. n. proprie dicta partem ſignificat: Genus verò aliud, quod a differentia non comprehenditur. In Angelis autem Genus totam dicit eſſentiam, ſicue & differentia. Hinc ſequitur corollarium, veram, & propriam diffinitionem nõ dari niſi compoſitorum ex materia, & forma, ve placet Ariſtoteli 7. Met. 40. & 43. Et 8. Met. 9. & 16. & vltimo contextu.

Contradictionis vmbra ibidem ponenda.

AEGIDIVS ibidem, & paſim. in q. 2. dicit: Quicquid eſt in genere, ex genere, & differentia componitur. Angeli ſunt huiuſmodi, ergo proprie diffiniuntur. Quod confirmatur ab ipſo 3. de Anima contextu 9. cum aſſeueret ſubſtantias immateriales, & particulares quiditatem habere. Oppoſitum verò affirmat 7. Met. q. 7. ſub finem dicens particularium corruptibilium, & incorruptibilium diffinitionem haud quaquam dari. Id quod teſtatur Ariſt. 7. Meta. contextu 53.

Vmbra contradictionis tollitur, ſi dicatur, vt ſupra dictũ eſt. Doctor enim negat Angelorum propriam diffinitionẽ: concedit verò impropriam.

Contradictionis vmbra. d. 3. p. 1. ponenda.

AEGIDIVS d. 3. q. 2. art. 2. in ſubſtantijs immaterialibus eſſe numerum affirmat. Id quod 4. Met. q. 10. negat dicens: Vnum, quod eſt numeri principium, in ſubſtantijs ſeparatis locum non habet.

Vmbra contradictionis tollitur, ſi cum Doctore dicamus, duplicem eſſe vnitatem, numerum, ac pluralitatem. Altera enim eſt materialis, quæ oritur ex diuiſione continui, vt placet Ariſt. 3. Phyſ. contextu 68. Altera eſt formalis, quæ eſt ex diuiſione formali diuerſarum formarum. Vnde oritur numerus, & multitudo tranſcendens, prout ens diuiditur in vnũ, & multa. ex 10. Meta. contextu 2. Primus numerus reperitur in ſubſtantijs materialibus. Secundus verò in ſubſtantijs ſeparatis. Primum remouet Doctor noſter ab Angelis: ſecundum verò ipſidem concredit.

Contradictionis vmbra. d. 3. ponenda.

B

AEGIDIVS d. 3. q. eadem dicit intellectum eſſe virtutem immaterialem, quem in 2. Meta. q. 13. materialem virtutem appellat.

Vmbra contradictionis auferetur. Ibi enim appellat intellectum immaterialem, quia non habet materiam partem ſui, nec educitur de potentia materiæ. in Met. verò eundem materialem vocat, quia materiam informat, & perficit, & in ſui operatione a materiali virtute, imaginatiua, vel à phantaſia dependet. Hæc ipſe.

DISTINCTIO IIII.

De conditionibus, & beatitudinis, & miſeria Angelorum.

C

POST HAEC VIDENDVM EST VTRVM, &c. Poſtquàm Magiſter oſtendit quales fuerunt Angeli in principio ſuæ creationis, quantum ad eſſe naturæ, & quantum ad eſſe culpæ: in parte iſta declarat, quales fuerunt Angeli in principio ſuæ creationis, quantum ad eſſe beatitudinis, & miſeriæ. vtrum fuerint creati beati, vel miſeri, & vtrum perfecti, vel imperfecti. Circa quod tria facit. Quia primò has duas quæſtiones mouet, & patet littera. Secundò de his duabus quæſtionibus exequitur. Tertiò epilogat circa determinata. Secunda ibi: {*Ad quod poteſt dici.*} Tertia ibi: {*Quales fuerunt Angeli.*} Pars autem illa in qua exequitur de quæſtionibus propoſitis, diuiditur in duas. Quia primo exequitur de quæſtione quãutum ad beatitudinem, & miſeriã. Secundò de quæſtione alia quãtũ ad perfectionẽ, & imperfectionem ibi: {*Ad hoc autem, quod quærebatur vtrum perfecti.*} Circa primum duo facit, quia primo exequitur de Angelis malis: oſtendens eos non fuiſſe creatos miſeros, quia miſeria non potuit eſſe ante peccatum; nec fuiſſe creatos beatos, quia in ſui primordio,

D

mordio, vel nesciuerit ut suum casum, & tũc beati non erant, quia ignari erãt: vel præsciuerunt, & tunc vel non potuerunt ipsum vitare, & sic erant miseri, vel potuerunt ipsum casum vitare, sed noluerunt, & sic erãt stulti, & maligni. Nullo ergo modo fuerunt creati beati, quod confirmat per auctoritatem Augustini.

Secundo de hac eadem quæstione exequitur, quantũ ad angelos bonos ibi: {*Quæritur autem, cur non fuit.*} Circa quod tria facit. quia primo per verba Aug. ostendit angelos bonos præsciuisse se fuisse mansuros. Secundo ea illis verbis concludit eos ex hoc à principio fuisse beatos. Nam quædam beatitudo est habere certitudinẽ de stabilitate, & felicitate sua.

Tertio exponit verba Augustini dicens. Augu. magis sic locutum fuisse opinandũ, & inquirendo, quàm asserendo. Secunda ibi: {*His verbis videtur Aug.*} Tertia ibi: {*Sed hoc magis opinando.*} Circa qđ duo facit. quia primo ostẽdit per plures auctoritates Aug. quòd non fuerit de intentione eius, quòd angeli boni præsciuerint se permansuros: immo intentio sua fuit, quòd sicut nec angeli mali præsciuerunt se casuros, sic nec boni se permansuros: cum ipse dicat, quòd si Deus revelasset istis, & non illis, fuisset prius Deus victor, quàm alius peccator. Et cum ipsemet Aug. dicat, quòd illi, qui ceciderunt, beati esse non poterant. quia fuerunt ignari, & fuerũt incerti suæ damnationis, nec illi, qui perstiterũt, beati fuerunt, quia non erant certi de sua beatitudine. Secundo concludit ex dictis, duas esse opiniones circa beatitudinem, & miseriam angelorum. Nam quidam dixerunt, quòd mali nunquàm fuerunt beati, nec fuerunt præscij sui casus, boni vero suam beatitudinem Deo revelãte scierunt. Quidam vero voluerunt, quòd nec boni, nec mali hoc sciuerint. Hos autem duos dicendi modos, sub quadam distinctione ponit, & dicit sibi magis placere, quod postremo dictũ est: videlicet, quòd nec illi se casuros, nec isti se mansuros sciuerunt. Tunc sequitur illa pars: {*Ad hoc autem, quod quærebatur*} in qua exequitur de quæstione secunda: Vtrum creati fuerint perfecti, vel imperfecti, circa qđ duo facit. quia primo ait, quòd vno modo creati fuerunt perfecti, alio modo imperfecti. Secundo distinguit de triplici modo perfectionis. Nam est perfectum secundum tempus, quando habet quod perfectionis est secundum illum statum, & hoc modo creati fuerunt angeli perfecti. Et est perfectum secundum naturam, quando quis habet quicquid potest suæ naturæ expedire: sicut beati videntes Deum, & sic angeli fuerunt creati imperfecti. Et dicitur tertio modo, quid perfectũ: quando est perfectum summè, & naturaliter, & hoc modo solus Deus est perfectus. Secunda ibi: {*Dicitur nãque perfectum.*} Et patet littera. Tũc sequit illa pars: {*Quales fuerunt Angeli.*} In qua epilogat circa omnia determinata, & patet littera, & in hoc terminatur sententia lectionis, & distinctionis.

Perfectum tribus dicitur modis.

A

QVÆSTIO I.

De Angelorum Beatitudine.

QVIA Magister in littera videtur de quatuor mẽtionẽ facere, videlicet de beatitudine angelorum, & de præscientia quantũ ad cadentes, & quantum ad stãtes, & de eorum perfectione. Ideo de his quatuor quæremus. Primo quidem de eorum beatitudine: Vtrum angeli creati fuerint beati. Secundo de præscientia quãtum ad cadentes: Vtrum mali præsciuerint se casuros. Tertio de præscientia, quantum ad permanentes: Vtrum boni præsciuerint se permansuros. B Quarto de eorum perfectione: Vtrũ angeli creati fuerint perfecti secundum perfectionem gratiæ, vel solũ secundũ perfectionem innocentiæ.

ARTIC. I.

An Angeli creati fuerint beati. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 62. art. 1. Item 2. sentent. d. 4. art. 1. Et Quol. 9. art. 8. D. Bonau. d. 4. art. 1. q. 1. Sco. d. 3. q. 2. Ric. d. 4. q. 1. 3. 4. Cap. d. 3. q. 1. Dur. d. 4. q. 1. Biel. d. 3. q. 1. Th. Arg. d. 4. q. 1. art. 1. Voril. d. 4. art. 1.

C AD primum sic procedit: videtur, quòd angeli creati fuerint beati. Nam, vt dicit Augu. in de fide ad Petrum. Angeli æternitatis, ac beatitudinis donum, in ipsa naturæ spiritualis creatione diuinitus acceperunt, ergo &c, Tomo 8.

Præterea Augustin. 4. super Gen. ad litterã vult, quòd spiritualis substãtia creaturam faciendam in verbo cognouerit à principio, ergo antequàm creatura fieret: cognouit angelus eam faciẽdam in verbo, sed talis cognitio non potest esse sine beatitudine, à principio ergo creatus est angelus beatus. Tomo 8.

Præterea angeli in principio suæ creationis aliqnam cognitionem habuerunt de Deo: vel ergo cognouerunt Deum per speculum in enigmate: sicut, & nos, vel apertè, & clarè. Non in D speculo, & in ænigmate. quia cognitio ænigmatica est rationis obumbratæ, accipientis cognitionem à phãtasmatibus: cognouerunt ergo angeli Deum in principio suæ creationis clare, sed hoc non est sine beatitudine, ergo &c.

Præterea procedere de posterioribus ad priora, est naturæ ingoirentis, & cunferentis, & intelligentis cum discursu, sed angelus in intelligendo non discurrit. ergo non procedit de posterioribus ad prinra, sed magis ẽconuerso. Prius itaque cognouit ipsũ verbũ in se, quàm creaturas ipsas. sed hoc non potest esse sine felicitate. quia visio est tota merces, vt vult Augustin. 1. de Trin. Tomo 1. c. 2 & vlt.

In contrarium est, quia de ratione beatitudinis est perpetuitas, & confirmatio. Vnde & Boetius in libro de consolatione dicit, se non fuisse felicem, quia ceciderat. Iuxta illud: Quid me felicem, &c. sed à principio Angeli nõ fuerunt confirmati, & poterãt cadere: ergo, &c.

Præterea simul fuerunt mali Angeli facti miseri, & boni facti boni. sed mali oõ fuerunt à principio miseri, ergo oec beati fuerunt à principio beati.

RESOLVTIO.

Angeli in sua creatione non fuerunt beati, Beatitudine excellentiæ, qua nihil maius excogitari potest quaue Deus ipse solus pollet, nec Beatitudine vltimata, quam post confirmationem habuerunt; sed Beatitudine innocentiæ à sui primordio præditi fuerunt.

Respondeo dicendum, quòd de q. ista videtur Augustinus loqui variè. Nam aliquando videtur velle angelos non fuisse creatos à principio beatos: aliquando è contrario. Nam 11. super Gen. ad litteram ait, quòd de beata vita quæstio est: vtrum eam quisquàm iam habere dicẽdus sit, cui incertum est: vtrum secum permansura sit: an ei miseria quandoque succedat. Cum ergo nec mali fuerint certi de suo casu, nec boni de sua stabilitate; consequens est eos non fuisse beatos. Immo planè de Diabolo in eodem 11. dicit, quòd nunquàm de illa dulcedine beatę angelicæ vitæ gustauit. Vnde ait, quòd beatæ atque angelicæ vitæ dulcedinem non gustauit, quam non vtique acceptam fastidiuit, sed noleo do accipere deseruit, & amisit. Sed & in eodem 15. dicit: Diabolom cum suis socijs à cæteris Angelis in principio ante suum peccatum non fuisse discretum. Ante ergo, quàm Diabolus peccaret, quia pena non debet præcedere culpam, non erat differentia inter Diabolum, & suos socios, & cæteros Angelos. quia ergo Diabolos, nũquàm fuit beatus, quia de beatitudine non gustauit, consequẽs est, nec cęteros Angelos à suæ creationis principio fuisse beatos. In 11. q. de Ciui. Dei: ait, quòd mali Angeli, siue scientes suum casum timerent, siue nescientes aliud putarent, quia scientes timor, nescientes error, beatos esse vtique non sinebat. Non ergo fuerunt beati ipsi Angeli cadentes, & per consequens, oec alij: cum ante peccatum non esset distinctin, quantũ ad beatam vitam inter hos, & illos. Et in eodem 11. dicit beatitudinem effici ex eo, quòd intellectualis natura incommotabili bonn, quod Deus est, sine vlla molestia perfruatur, & in eo se in æternum esse mansurum, nec vlla dubitatione crucietur, nec vllo errore faliatur. De ratione ergo beatitudinis est certitudo stabilitatis. & quia hoc non fuit in Angelis à principio suæ creationis, consequens est secundum August. verba, tunc non fuisse beatos. Inuenimus etiam ab eodẽ Augustino, Angelos à sui principio fuisse beatos. Vnde eodem lib. 11. de Ciuitate Dei & dit: Nullo quidem modo secũdum spatium aliquod temporis, prius erant spiritus illi tenebræ, quos angelos dicimus: sed simul, vt facti sunt, lux facti sunt: non tamen ita tantum creati sunt, vt quoquomodo viuerent, sed etiam illominati, vt sapienter, beatèq; viuerent. ergo à principio fuerunt lux. à principio fuerunt facti, vt sapienter, & beatè viuerent. Itaque, vt saluemus Augustini verba, oportet nos sustinere angelos à suę creationis principio aliquo modo fuisse beatos, & alio quo modo non. Propter quod sciendum, quòd felicitas, siue beatitudo est operatin animæ secundum virtutem perfectam. Nam cum beatitudo sit maximum bonum, nõ potest poni in eo, quod est in potentia, quia esse potentia tale, non est esse maxime tale, sed potius esse secundum minimum tale. quia potentia secundum, quòd huiusmodi minimum participat de entitate, & per consequens de bonitate. Oporter ergo, quòd felicitas ponatur in actu, siue in operatione. Quia ergo operatio procedens ex habitu est perfectior, cum habitus perfecti dicantur esse virtutes, & cũ inter ipsas virtutes vna sit perfectior alia: ideo benè dictum est, q felicitas est in operatione animę, siue in operatione iubstantiæ spiritualis. Nõ potest enim talis felicitas esse in operatione corporis, eum quo communicamos cũ brutis, sed erit in operatione animę: & nõ in operatione qualibet animæ, sed in operatione virtutis: & non in operatione cuiuslibet virtutis, sed virtutis perfectæ. Et quia secundù aliud, & aliud genus virtutũ est alia, & alia virtus perfecta: Vt in genere virtutum moralium est virtus perfecta Prudentia, quæ est directiua omnium aliarum: in genere autem virtotum intellectualium, est perfecta virtus Metaphysica, quæ est regulatiua omnium aliarum scientiarum humanitos louentarum, sub qua huiusmodi sciẽtiæ sua principia sumunt. Scire ergo benè dirigere se, & alios secundum prudeotiam est quidam actus virtutis perfectæ in genere virtutum moraliũ, & est quędam felicitas politica. Scite autem se dirigere, & alios secundum Metaphysicam, est actus virtutis perfectę in genere virtutum intellectualium, & hæc etiam quędam felicitas dici potest: immo secundum viam Philosophorum, hęc est altior felicitas, quàm sit prima. Virtutes enim intellectuales secundum ipsos altiores sunt, quàm morales. Sed de hoc nno sit nobis curæ: sufficiat autem ad præsens scire, quòd etiam in his, quę possumus habere ex putis naturalibus, est aliquis modus felicitatis, vt licèt natura non sufficiat, vt simpliciter bene viuamus; tamen & qui faceret totum, quod in se est, & viueret modo sibi possibili secundum prudentiam, dato quòd Deus nullam ei apponeret gratiam, sic tamen se habens esset aliquo modo felix. Sic etiam, qui scit bene speculari fm Metaphysicam: prout huiusmodi speculatio p pura naturalia haberi põt, aliquẽ modũ felicitatis per naturã habere põt: & si possumus in hac vita habere aliquẽ modũ felicitatis per

Tomo 5. cap. 16.

Felicitas quid.

Virtutum, & scientiarũ regulæ.

*Facere qđ in se est ex puris naturalibus qđ sibi competeret.

per naturā; multo magis etiā in hac vita ſumus aliquo modo felices habentes gratiam. Vnde Tomo 1. c. 12. Augu. 11. ſuper Gen. loquens de ſpiritualibus hominibus ait, quòd nō abſurdè, nec impropriè dicimus beatos iam fuiſſe: hoc ipſo, quòd ſpirituales eſſent, non corpore, ſed iuſtitia fidei, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes. Et ſi homines ſpirituales in præſenti vita ſunt aliquo modo beati, multo magis primus homo in paradiſo beatus erat. Vnde Augu. in eodem 11. cum prius dixiſſet ſpirituales homines eſſe beatos ſecundum iuſtitiam fidei, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes. Poſtea ſubdit: quāto ergo magis ampliori modo beatus erat homo in paradiſo ante peccatum, quamuis incertus futuri ſui caſus, qui ſpe ita gaudebat propter præmium futuræ commutationis, vt nulla eſſet tribulatio, cui tolerandæ patientia militaret. Et idem Aug. Tomo 5. cap. 12. 11. de Ciui. Dei primos homines dicit fuiſſe beatos, & etiam iuſtos in præſenti vita dicit beatos eſſe. Vnde ait: Quis primos illos homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatum, cum homines non imprudenter beatos vocemus, quos videmus piè, ac inſtè hanc vitam ducere ſine crimine vaſtante conſcientiā. Quòd ſi primus homo, & etiam * inſti in hac vita poſſunt dici beati, angeli quoque in ſtatu innocentiæ ante peccatum beati dici poterant.

Adam pro ſtatu innocentiæ beatus.

* Inſti in hac vita beati.

Poſſumus ergo diſtinguere * ſeptem gradus beatitudinis, vt dicamus primum gradum beatitudinis eſſe, ſcire ſe regere ſecundum prudentiam ex naturalibus acquiſitam, & hoc in vita activa.

* Septem gradus beatitudinis.

Secundus gradus eſt ſcire ſpeculari ſecundū Metaphyſicam, & hoc in vita contemplativa. Hæ duæ felicitates aliquo modo ſe habent ſecundum excedentia, & exceſſa, modice tamē reputationis debent eſſe ſine gratia. Nam & ipſa prudentia non meretur propriè dici virtus ſine gratia, nec etiam propriè meretur dici prudentia, niſi loquamur de prudentia largè ſecundū, quòd filij huius ſeculi dicuntur eſſe prudentiores in generatione ſua, quàm filij lucis. Quòd ſi intendentes in rebus ſeculi poſſunt dici prudētes: * faciētes totum, quod in ſe eſt, & prudenter ſe habentes ſecundum, q̄ poteſt extendere ſe natura: dico, q̄ ſi ſic ſe habentibus Deus nō apponeret gratiam, quamuis ſit hoc inconueniens cogitare, felices quodammodo dici poſſent.

* Facere totum quod in ſe eſt, eſt quid felicitans.

Tertius gradus felicitatis eſt, quem habent homines iuſti per inſtitiam fidei, & per gratiam in hac vita; Sancti tamen, vt patuit per Auguſtinū, p̄termiſſis duobus felicitatis modis, de q̄bus locuti ſunt Philoſophi, quia illi ſine gratia, vt diximus, debēi eſſe modicę reputationis, incęperunt de felicitate agere, dicentes felices eſſe iuſtos homines in hac vita.

Beatitudo gratiæ.

Quartus modus felicitatis eſt, quem habuit primus homo in paradiſo, videtur autem illa felicitas fuiſſe ſuper felicitatem iuſtorum in hac vita, vt ſonant auctoritates Auguſtini præadductæ, quæ non ſic accipiendæ ſunt, quaſi nullo modo felicitas iuſtorum in hac vita excedat felicitatem primi hominis. Nam, vt idem Augu. 12. de Ciui. Dei ait: Quantum itaque pertinet ad delectationē præſentis boni, beatior erat primus homo in paradiſo, quàm quilibet iuſtus in hac infirmitate mortali. quantum autem ad ſpē futuri boni, beatior eſt quilibet in quibuſlibet cruciatibus corporis. Habent enim iuſti in hac vita, non ſolum vnde poſſint ſtare, ſed etiam vnde poſſint proficere, quod non habebat primus homo. Tomo 5. cap. 12.

Primus homo ante peccatum quale.

Quintus modus, vel quintus gradus felicitatis eſt, quo fuerunt beati angeli ante lapſum malorum, & ante confirmationem bonorum. Nam ſi primus homo in paradiſo terreſtri dicebatur beatus, quia ſic in alto poſitus, vt in paradiſo, quia innocens erat, nullius peccati macula maculatus, quia non habebat ad peccandum impulſiuum, vt quia non habebat legem in membris repugnantem legi mentis, multo magis omnes angeli in primordio ſuæ conditionis erant beati, cum eſſent in cœlo Empyreo, & eſſent tanta puritate, & innocentia prædīti: cum eſſent formæ per ſe exiſtentes, non ſolum non habentes legem in membris, repugnantem legi mentis, ſed omnino materialibus membris carentes, vbi lex huiuſmodi eſſe poſſet.

* Angeli ante lapſū, vel confirmationem: quales fuerint.

Sextus gradus felicitatis eſt felicitas, quā habuerunt angeli poſt confirmationem, & quam habent homines aſſumpti ad conſortium angelorum. Vnde Augu. loquens de beatitudine 11. de Ciui. Cum prius dixiſſet beatitudinem eſſe inhærere incommutabili bono, ſine vlla moleſtia, ſine vlla dubitatione, ſine vllo errore poſtea ſubdit, hanc habere angelos lucem pia fide credimus. Et ait: Hanc ante, quàm caderent, non habuiſſe angelos peccatores: habuiſſe tamen aliquam. In aliqua ergo beatitudine fuerunt angeli peccatores ante, quàm caderent, ſed non fuerunt in illa, in qua ſunt angeli poſt confirmationem. Tomo 5. cap. 11.

Septimus autem gradus felicitatis eſt, quem habet ipſe Deus. Cum ergo quæritur: Vtrū angeli creati fuerint beati: ſi loquimur de ea beatitudine omnino excellenti, qua nihil maius poteſt itelligi, qua ſolus Deus poſſet; * ſic nec fuerunt beati angeli, nec ſunt, nec eſſe poſſunt. Si vero loquimur de beatitudine vltimata poſſibili creaturæ, quæ conſiſtit in aperta Dei viſione, ſic ſunt beati angeli poſt confirmationem, non autem fuerunt beati in ſua creatione. ſed ſi loquamur de beatitudine innocentiæ, quam habuit primus homo in paradiſo, ſic angeli creati fuerunt beati: quantum ad puritatem innocentię: non autem quantum ad puritatem excellentiæ. Vnde Auguſt. lib. & cap. præallegnato de Ciui. cum prius dixiſſet, quòd creati ſuerunt angeli, vt ſapienter, & bene viuerent: poſtea ſubdit: Ab hac illuminatione auerſi quidam angeli, non obtinuerunt excellentiam beatæ vitæ. Cū ergo non debeamus ſic coarctare nomen beatitudinis, vt nō dicamus beatum niſi ſolū Deum, vel,

CONTRADICTIO. * Hic omnino remouet beatitudinem excellētiæ ab Angelis: infrà verò diſt. 5. q. 2. art. 2. in corpore eandē videtur concedere. Modus diſſoluitur quia hic loquitur de beatitudine excellētę impartic. ipata: infrà verò de eadem beatitudine participata: vel q̄a hic negat per naturam, infra concedit per gratiam.

vel, vt non dicamus beatos nisi habentes beatitudinem vltimatam, quam habét nunc angeli confirmati: possumus concedere angelos in sui creatione fuisse beatos. Vnde Augustinus eodem libro, & capitulo de Ciui. ait: Neque enim beatæ vitæ vocabulum ita contrahimus ad quasdam significationis angustias, vt dicamos solum Deũ esse beatum. Nam, vt ibidem inuitor, & primos homines, & iustos in hac vita dicimos esse beatos, quo modo etiam Diabolus beatus fuit. Nam non solum tenentes beatitudinem, sed gaudétes Tomo 3. spe, beati dici possunt. Vnde Augustinus 11. super Geo. dicit: Spe gaudentes, possunt non incongruè dici iam beati. Ex quorum numero, vt subdit, si Diabolus cecidit, simile est hoc ei, q̃ cadunt à iustitia fidei homines. Angeli ergo nunc sunt beati beatitudine, quam non est possibile deserere: in sui autem creatione fuerunt beati beatitudine, à qua poterant cadere.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q̃ Augustinus nõ loquitur de beatitudine excellentiæ, in qua certum est beatos perseuerare, sed de beatitudine à qua contingit cadere, vel loquitur de beatitudine in spe, non in re, secundum quem modum aliqualiter & primi homines erãt beati. Vnde tam de hominibus, quàm de angelis hoc dicit. sic enim iacet auctoritas: Angeli atque homines: pro eo, quòd rationales sunt facti: æternitatis, atque beatitudinis donum in ipsa naturæ spiritualis creatione diuinitus acceperunt. Fuit autem huiusmodi donum, vt quia nõ habentes impulsiuum ad peccandum, debebant de æterna beatitudine sperare.

Angelus à sui primordio ad Verbum aperta visione videns. Ad secundum dicendum, quòd Angelus à sui principio habuit cognitionem rerum in verbo, non quòd ipsum verbum aperta visione videret, quia tunc fuisset simpliciter beatus. Nullus enim ad tantam visionem admittitur, qui postea repellatur. Fuisset enim in statu comprehensoria, à quo nullus decidit. Quòd si dicatur hoc fuisse possibile per raptum, vt quòd raptus fuisset vsque ad tertium cœlum, sicut fuit Paulus clarè videns Deum; Dicemus, quòd, quia hic est Angelorum casus quid sit. angelis casus, quod hominibus mors, vt vult Dam. lib. 2. Sicut Angeli cadentes: non est eis possibile vt resurgãt: sic ad visionem Dei à pertã admissi nunquàm ab illa visione cecidissent. sicut enim animæ post mortem nullæ admittuntur ad visionem Dei, quæ de cætero repellantur: sic & angeli semel admissi: nunquam repulsi erunt. Angelus quo prius cognouit res faciendas. Dicuntur tamen Angeli in sui primordio cognouisse res fiendas in verbo, quia quodammodo prius cognouerunt res à verbo, & in verbo, secundum quem modum erant fiendæ, quàm cognoscerent eas in proprio genere, secũdum quẽ modum erant factæ. Prima enim intellectio angeli fuit, qua intellexit se, & species, quas habebat apud se, & in quadam generalitate intellexit res, quarum erant illæ species. Per talem enim cognitionem non propriè sciebant illas res esse, vel non esse. Fortè enim non minus: immo magis confusam cognitionem habet angelus de rebus hoc modo per species, quas habet, quàm habeamus nos per species, quas habemus in intellectu nostro, cum actualiter nos conuertimus super illas. Cum enim angelus vult per species habere cognitionem de rebus, vt habent esse: & vt sunt in proprio genere, oportet, quòd actualiter se conuertat super hãc speciem, vel super illam. sed cum videndo se videt & species, & videndo species aliquam cognitionem habet de his, quarum sunt species, cognitio illa est valde confusa: nec est de rebus, vt habent esse, vt propter hoc res sciat esse directè, vel non esse, sed solum scit hanc speciem esse repræsentatiuam talis naturæ, & illam illius naturæ, vt possit se non causaliter conuertere super banc speciem, vel super illam, vt pro suæ libito voluntatis intelligere possit hanc naturam, vel illam. Intelligendo autem sic se, & species, quas habet apud se, intellexit se factum à verbo Dei, & habere huiusmodi species à verbo Dei: intellexit etiam in verbo Dei esse rationes, per quas fierent res, quarum habebat species. Propter quod prius intellexit res fiendas, quàm res factas, quia in prima sui intellectione, cum intellexit se, & species, & intellexit, quòd à Deo habebat esse ipse, & suæ species; intellexit omnes res, quarum habebat species, esse in Deo: tanquàm in causa, sed nondum intellexit ea esse in proprio genere, sed quando postea se conuertit super hanc speciem, vel super illam: intellexit huiusmodi res, secundum quòd sunt in seipsis: qualis autem debeat vocari hæc cognitio 1 Virũ Vespertina, vel Matutina, vel Diurna: infra patebit. Nunc autem scire sufficiat, quòd non fuerunt angeli à principio creati beati, quia aperiam Verbi visionem nõ habuerunt.

Ad tertium dicendum, quòd est dare mediam cognitionem inter apertam, & speculatem. Nã cognitio in speculo est non per aliquid immediatè acceptum à re, sed à similitudine rei. Nam quia nõ potest visus immediatè videre seipsum: multiplicatur similitudo faciei vsque ad speculum, & ab imagine in speculo recipitur similitudo facta in oculo, vt oculus non immediatè recipiat similitudinem à re, sed ab imagine rei. Sic & in proposito: homo habet de Deo cognitionem speculatem, quia nihil est in intellectu nostro impressum à Deo, per quod possit intellectus noster cogitare aliquid actualiter de seipso, vel de Deo: sed cognitio intellectus nostri fit ex eo, quòd aliquid recipit ab istis sensibilibus, quæ recipiendo ab obiectis venit in cognitionem actuum, & ex actibus in cognitionẽ potentiarum, & ex potentijs in cognitionem substantiæ, quam cognoscendo potest aliquid cogitare de Deo, & de substantijs separatis. Speculatia est ergo ista cognitio, quia nõ est impressa à Deo, sed accepta est à sensibilibus, vbi refulget quoddam vestigium, & aliqualis similitudo Dei. Sed in Angelis non sic, sed immediatè hẽnt à Deo essentiam suam, quam intelligunt per seipsam,

ipſam, quam intelligendo intelligunt etiã Deũ, à quo huiuſmodi eſſentia eſt producta. Hoc modo verum eſt, quòd intelligentia ſcit, quod eſt ſupra ſe: per modum ſubſtãtiæ ſuæ, quia Angelus intelligendo ſe per eſſentiam, qui factus eſt, intelexit, & Deum, à quo factus eſt.

Ad quartum dicendum, q̃ ſi ex vna cõuerſione intelligitur cauſa, & effectus, non eſt hoc intelligere cum diſcurſu. Nam hoc modo Deus intelliget cum diſcurſu, eum intelligendo ſe intelligat alia. Quòd ſi non fiat vis in argumento quãtum ad diſcurſum, quia certum eſt, quòd ſi angeli intelligendo creaturam, ſiue ſe: intelligũt Deũ, & non intelligunt cum diſcurſu, quia ſimul feruntur hoc modo in cognitionem creaturæ, & Creatoris. Sed ſi vis fiat, quia non intelligunt priora per poſteriora, ſed è conuerſo; Dicemus, quòd in his, quæ non excedunt naturalem cognitionem: Angeli prius intelligunt cauſam, quàm effectum. ſed quia Deus eſt ſupra eorum naturalem cognitionem, cum habuerunt in ſui primordio naturalem cognitionem de Deo: non habuerunt hoc per priora, ſed per poſteriora, & per effectus: ideo intelligendo effectus, intellexerunt huiuſmodi cauſam. Et qa talis cognitio de Deo non eſt illa viſio, quæ eſt tota merces: ideo ratio non concludit.

Ad rationes etiam in cõtrarium poteſt reſpõderi, quòd ſicut rationes primæ non arguunt angelum habuiſſe beatitudinem excellentiæ, quæ vltimo expectatur, ſic rationes in contrarium factæ non arguunt ipſum non habuiſſe beatitudinem innocentiæ, in qua creatus fuit.

A caſum: multomagis & Angelus.

Præterea dicitur Ezech. 28. in perſona Regis Tyri de Lucifero: Tu plenus ſapientia. ſed non fuiſſet plenus ſapientia, ſi neſciuiſſet ea, quæ pertinerent ad ſe: præſciuit ergo Diabolus ſuum caſum. Ezech. 28.

Præterea quantò aliquid eſt magis remotum à cognoſcibilitate: tãtò minus ſubiacet cognitioni eius. ſed res naturales, quarum non ſunt Angeli cauſæ: ſunt magis remotæ ab angelo, quàm motus liberi arbitrij, quarum ipſi ſunt cauſæ, ſed poſſunt angeli ſcire eclypſes, & alia futura habentia naturales cauſas: ergo multomagis ſciuit ſe caſurum, quod ex libero arbitrio dependebat, & cuius ipſe debebat eſſe cauſa.

Præterea Bernardus in de gradibus humilitatis vult, quòd Diabolus præuidit ſuper malos B principatum ſe habiturũ, ſed non eſt factus princeps malorum, niſi per peccatũ: ergo ſciuit Diabolus ſe eſſe peccaturum. Dæmon ſuũ principatũ præuidit.

In contrarium eſt, quia non poteſt quis eſſe certus de malo futuro, & ſimul ſperare bonum contrarium. Si ergo Angeli præſciuiſſent, & habuiſſent certitudinem de ſuo caſu, deſperaſſent de ſua beatitudine: fuiſſent ergo deſperati ante, quàm peccaſſent, quod eſt inconueniens.

Præterea Auguſt. 11. ſuper Gen. ait, quòd nec ſui caſus Diabolus præſcius eſſe potuit: quoniam ſapientia pietatis eſt fructus. Tomo 8

C

RESOLVTIO.

Angeli mali ſuum caſum non præſciuerunt, nec ex ſua natura, aut voluntatis parte, nec ex coniectura. Ex diuina tamen reuelatione potuerunt præſcire. Idq; verò haudquaquàm decebat.

ARTIC. II.

An Angeli mali præſciuerint, ſe caſuros. Concluſio eſt negatiua.

D. Th. ſent. 2. d. 4. art. 2. D. Bonau. d. 4. art. 2. q. 2. Ric. d. 4. q. 6. Guil. Alua. tract. 2. ſent. cap. 1. Biel. d. 4. q. 1. ar. 3. Dub. 3. Alb. Mag. de 4. coçuis. q. 10. ar. 3. Voril. d. 4. q. 2. Dur. d. 4. q. 3. Adam in 3. q. 6. Pro hac materia facit. q. 9. D. Th. in q. diſp. de cogn. Ang. An cognoſcant futura.

SECVNDO quæritur: Verum mali Angeli præſciuerint ſe caſuros. Et videtur, q̃ ſic. Nam ſicut ſe habet homo ad ſuũ caſum, ſic ſe videtur habere & Angelus, ſed homini aliquando prænunciatur ſuus caſus, ſicut dictum fuit Matth. 26. Petro, vt habetur Matth. 26. Sed ea, quæ ſcientiæ ſunt magis debent attribui Angelis, quàm hominibus. Si ergo homo, vt Petrus, præſciuit ſuũ

RESPONDEO dicendum, quòd cum agitur de caſu Diaboli: agitur de eo, quod pertinet ad liberum arbitrium. Nam, vt ait Auguſtinus 12. de Ciuitate Dei, Angelorum bonorũ, & malorum inter ſe contrarios appetitus, non Tomo 3. cap. 1. D uoluntatis, principijſque diuerſis, ſed voluntatibus, & cupiditatibus extitiſſe, dubitare fas non eſt. Si ergo caſus dependet ex voluntate Angeli, ſi angelus cognouiſſet ſuum caſum, vel hoc eſſet ex parte ſuæ naturæ, vt quia natura ſua hoc exigeret, vt cognoſceret huiuſmodi futura, vel ex parte ipſius voluntatis, vt cognoſcendo voluntatem ſuam, cognoſceret ſe caſurum. vel ex parte ipſius Dei, vt quòd Deus Angelo reuelaſſet ſuam miſeriam, & ſuum caſum. Nullo autem iſtorum modorum potuit Angelus ſuum caſum præſcire, vt probat Anſelmus in libro Aegid. ſuper ij. Sent. Diaboli eius voluntas. Angeli mali non præſciuerũt ſuũ caſum.

de casu Diaboli. Non autem hoc esse potuit ex parte naturæ angelicæ, vt, quòd natura angeli fuerit talis, vt ei sint nota contingentia futura. Nam, vt supra diximus, res sunt obiectum cognitionis angelicæ, secundum, quòd habent esse: quæ ergo habent esse determinatum, cognoscit angelus determinatè, & certè: quæ autem habent esse indeterminatum ad alteram partem, determinatè, & certè scire non potest. Et quia futura contingentia donec fiãt, non sunt determinata in alteram partem: ideò Diabolus ante suum casum non potuit determinatè scire suum casum. Vnde Anselmus, de casu Diaboli ait: Videtur non posse præsciri, quòd priusest futurum non esse, nec prius non esse futurum, quod præscitur, q.d. quòd eo ipso, quòd casus Diaboli potuit non esse, non potuit præsciri à Diabolo. quia si Diabolus ipsum præsciuisset, necessario euenisset. Nam scientia est eorum, quæ non conueniunt aliter se habere, vt potest haberi ex 4. posteriorum, & etiam ex Boetio in arithmetica sua. Quod ergo scitur, nõ aliter se habet, sed necessarium est sic esse: & quod præscitur non aliter se habebit: sed necessarium est sic futurum esse. vnde eo ipso, q casus Diaboli poterat aliter se habere, ex natura sua Diabolus præcognitionem de hoc habere non poterat: cui futura contingentia non poterant esse naturaliter cognita. Vtlo, q. si consideretur cognitio naturalis angeli, quam habere poterat ante casum, non potuit esse præscius sui casus, volumus ostendere, q si consideretur ordo voluntatis ad volitum, vel si cõsideremus, quomodo volendo cecidit, non potuit esse sui casus præscius. Addit autem hæc ratio supra primam. Nam prima ratio concludit, q non potuit Diabolus per suam cognitionem naturalem præscire certitudinaliter, sed hæc ratio concludet, q non potuit hoc præscire per coniecturam. Nã quãdiu Diabolus rectam voluntatem habuit, vt dicit Ansel. in de casu Diaboli, volnit in tali volũtate perseuerare, quia si noluisset perseuerare, statim à recta voluntate cecidisset. Arguatur ergo sic: Quandiu quis vult in recta voluntate perseuerare, non potest rationabiliter suspicari se non rectè volendo casurum: sed angelus quàm diu non cecidit, in recta voluntate stetit, & in recta voluntate perseuerare volnit, vel saltẽ oppositum non voluit. Non ergo potuit coniecturare se casurum, rectam voluntatem dimittendo. Nam hoc scitur per coniecturam, quod est magis ad vnam partem, quàm ad alteram. Quod ergo non potest fieri, nisi volendo non rectè: si persistatur in voluntate recta, magis est coniectura, q non cadat, quàm, q cadat. Quam diu ergo stabat Diabolus in voluntate recta, non poterat certitudinaliter scire se casurum. quia non habebat de hoc certas, & infallibiles causas, nec poterat per coniecturam scire se casurum. immo magis sciebat hoc modo se non casurum, cum in bona voluntate semper perstiteret ante casum. Potest autem ad hoc idem, q per coniecturam suum casum præscire non poterat, adduci & alia ratio. Nam quia eorum natura erat instituta ad bonum, & non ad malum: ideo per coniecturam non poterant hoc modo aliquid credere se casuros. Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte diuinæ iustitiæ.

Nam prima via concludit, quòd angeli mali non potuerunt suum casum scire certitudinaliter per naturam. quia hoc modo non sciuntur ab angelis, nisi futura habentia infallibiles causas, non contingentia aliter se habere.

Secunda autem via arguit, quòd mali Angeli non potuerunt hoc scire naturaliter per coniecturam. quia quæ sic sciuntur, magis se habent ad partem illam, quàm ad oppositam: angeli ergo magis vidisset se habere ad cadere, quàm ad stare, si per coniecturam sciuissent se casuros: tamen & ex parte naturæ, vt quia videbant se habere naturam ordinatam ad bonum: & ex parte voluntatis, quia videbant se ante casum in recta voluntate persistere, non poterant per coniecturam scire. Sed quia diceret aliquis, quòd ex cognitione naturali, nec certitudinaliter, nec per coniecturam scire poterant se casuros, sed ex reuelatione diuina hoc potuerunt cognoscere: ideo ex ordine diuinæ iustitiæ concludit Anselmus, non potuisse malos angelos suum casum præscire. Nam si præsciuissent suum casum, vel voluissent hoc, tunc non præsciuissent, sed statim cecidissent: sufficiebat enim velle cadere ad hoc, quòd caderent. Si autem non voluissent suum casum, fuisset pœna, & dolor ante culpam: vel, vt arguit Anselmus, fuisset ex eodem miser, & iustus: & quanto miseriot, tanto iustior. Nam quanto magis dolebat, cum ipse dolor sit quædam pœna, & quædam miseria, erat ex hoc miserior. Erat etiam & ex hoc iustior. quia quanto magis dolebat de casu, tanto minus volebat cadere, & magis volebat Deo adhærere, & per consequens ex hoc iustior. quæ simul esse in angelis, vt, quòd sit simul pœna, & dolor cum innocentia: vel, quòd simul sit in eis iustitia cum miseria, ordo diuinæ iustitiæ non admittit. Augustinus tamen 11. super Gen. ad literam. aliter arguit, quòd Diabolus non potuit esse præscius sui casus. quia vt in arguendo tangebatur, Sapientia fructus est pietatis. Deus enim reuelat, & dat nobis sapientiam ad fructum, non ad damnum. Hoc autem fuisset in malum Dæmonis, & in desperationem eius, si Deus suum casum ei reuelasset. fuisset enim prius infelix, & miser, quàm peccaret: & fuisset miseriot, quàm fuerit ex reuelatione Dei. quia prius miseria incæpisset, quàm incæperit. Incæpit enim miseria Diaboli in suo casu, sed hoc modo incæpisset ante casũ. Nõ ergo esset talis sapiẽa, & talis cognitio ex pietate, sed ex squeritate. Dicem⁹ ergo, quòd

Angelus non cognoscit, nisi q̃ habent esse determinatum, & certum.

8. Post. 7.

Scire per coniecturam quid.

Dæmon suum casũ per reuelationem scire non potuit.

Tom. 1.

Contingentia, & necessaria quot modis.

quòd quædam sunt necessaria: quædam contingentia. Rursus contingentia distinguuntur, quia quædam sunt magis in alteram partem: quædam minus: quædam ad vtrumlibet. Necessaria autem sciuntur, vel sciri possunt certitudinaliter: contingentia autem, quæ sunt magis ad alteram partem, sciri possunt per coniecturam. quæ sunt verò ad vtrûlibet, & multomagis, quæ sunt minus ad vnam partem, per coniecturam sciri non possunt. de talibus enim sciri potest, quòd possent esse, sed quòd erunt, nec certitudo, nec coniectura ad hoc haberi potest. Poterat ergo scire Diabolus, quòd erat naturæ mutabilis, & quòd poterat cadere. sed se casurum, nec scire poterat certitudinaliter, nec per coniecturam, nec secondum hunc ordinem, quem videmus, fuit congruum, quòd hoc Deus sibi reuelaret.

Deus etiò cognoscit futura contingentia

Aduertendum, quòd cum dicimus, ꝙ quæ præsciuntur ab Angelo naturaliter, habent causas infallibiles, & quòd de necessitate erunt, non excludimus propter hoc, quòd Deus non hêat præscientiam contingentium futurorum, quia omnia futura respondent Deo, vt præsentia. & quia quantumcunque contingentia, vt sunt præsentia, sunt determinata: ideo Deo snot talia determinatè cognita. sed futura, vt futura determinationem non habent, nisi habeant infallibiles causas. Angelo ergo, cui non respondent futura, vt præsentia, suus casus, vel quodcunq; aliud futurum contingens non potuit esse naturaliter præscitum, quia nihil tale infallibiles causas habet.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendû, quòd nô est simile de hominibus, & de Angelis. Nam homines cadentes possunt resurgere: ideo ex eo, quòd prædicitur eis casus, non cognoscitur desperare. sed magis habent materiam, vt humiliores fiant. sed si Angelis quibus non est locus pœnitentiæ post casum, prædiceretur casus, haberent materiam desperandi.

Ad secundum dicendum, quòd Diabolus fuit plenos sapientia, quia omnis intelligentia est plena formis. Statim enim à sui primordio secundû capacitatem naturalium, fuerunt ei impressæ species. Hac autem sapientia tanto Diabolus fuit aliis Angelis plenior, quàrò fuit illis superior, & excellentior. sed hæc plenitudo sapientiæ non facit, ꝙ angeli possint præscire futura contingẽtia, nisi quatenus vident ea in Deo.

Ad tertium dicendum, quòd futurû aliquod esse magis propinquum, vel magis remotum ab angelo: non facit, ꝙ angelus illud certitudinaliter sciat, nisi quatenus habet causas infallibiles, quia de tali potest inesse naturaliter certitudo ipsi angelo.

Ad quartum dicendum, quòd non quicunq; præuidet aliquid, prænidet omnem modû, secundum quem debeat hoc contingere, vt ponitur exemplû de Ioseph, qui præuidit in somnis, se debere habere dominium super fratres, sed nescisit quomodo hoc deberet effectui mancipari.

A Sic, & si Diabolus scinit se debere habere dominium; nescisit tamen, quo modo hoc fieret. Et vt melius pateat, quod dicitur, dicemus, quòd quando aliquid est quodammodo necessarium, & potest ex duabus causis contingentibus euenire, potest sciri ab angelo illud futurum esse, sed nescietur, quomodo fiet. Posito enim, quòd Lucifer fuerit de superiori ordine, si stetisset, habuisset principatum super alios angelos, quia illuminationes descendunt ab angelis superioribus in inferiores. si non stetisset, sicut non stetit, habuisset sicut habuit principatum super angelis cadentibus. Videndo ergo se habere, splendidiora naturalia, quàm alius, potuit se cogitare debere habere aliquem principatum super alios, sed quòd hoc haberet cadendo, vel stando, certitudinaliter scire non potuit: potuit tamen magis coniecturam habere, quòd hoc obtineret stando, quàm cadendo.

B

ARTIC. III.

An Angeli boni præsciuerint se permansuros. Conclusio est negatiua.

D. Th. 2. Scr. 2. Sent. d. 4. art. 2. D. Bonau. d. 4. ar. 2. q. 1. Ric. d. 4. q. 5. Dur. d. 4. q. 3. Et vide eosdem Doct. supra citatos.

C

QUÆRITO quæritur: Vtrû Angeli permanentes præscinerint, se permansurus. Et videtur, ꝙ sic. Nam dolor, vel pœna non debet præcedere culpam, sed magna pœna est incertitudo de salute propria, vt vult Greg. sup illo verb Iob 3. Viro, cuios abscondita est via, &c.

Præterea Augustinus 11. super Gen. ad litterã, reddẽs causam, quare Diabolus nõ fuit præscius sui casus, ait, quod sapientia fructus est pietatis. sed licèt reuelare damnationem non sit pietatis opus, reuelare tamen salutem, videtur ad pietatem pertinere. Tomo 8

Præterea idem Augustinus in eodem 11. vult, quòd Deus fortè Diabolo reuelare noluit, quid facturus, & passurus esset: cæteris verò reuelare voluit: videtur ergo, quòd Diabolus nescierit suum casum, sed alij præsciuerunt suam salutem.

D

Præterea habere cognitionem aliorum, vt videtur, est minus conueniens naturæ angelicæ, quàm habere cognitionem ad se pertinentium. Si ergo Deus ab initio conditionis angelicæ impressit eis cognitionem aliarum rerû, multo magis impressit eis cognitionem spectantium ad ipsum angelum. Et potissimè quantum ad angelos beatos, quibus reuelare suum statum, non erat impietas, sed pietas.

In contrarium est. qa plus est certificare de gloria, q̄ dare gratiam. Nam multis datur gratia, qui nō sunt certi de gloria, sed angeli etiam boni fm cōiorē opinionē in sui primordio non habuerunt gratiam, ergo multo magis non fuerunt certi de gloria.

Prætereà sicut se habent damnati ad casum, ita & boni ad beatitudinem. sed damnati non fuerunt præscij sui casus, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli mali, & boni ex certa notitia suum statū futurum non præsciuerunt: Boni vero ex coniectura: Mali non item. Boni. n. finam naturam ordinatam habebant, voluntatemque perseuerantem ad bonum, non autem passiones ad malum.

Respondeo dicendum, quòd loquendo de scientia latè, duplex est scientis: per certitudinem, & per coniecturam. Per certitudinem quidem, nec boni præsciuerunt suam beatitudinem, nec mali suam miseriam. Sed per coniecturam, boni potuerunt præscire suam beatitudinem. Non autem mali miseriam. Magister tamen in littera tangit opinionem quorundam, quòd angeli, qui perstiterunt boni, suam beatitudinem Deo reuelante præsciuerunt futuram, ita, quòd beati fuerunt certitudine spei. Sed non videtur hæc positio congrua. Manifestum est enim, quòd cognitione naturali, cum tam conuersio bonorum ad Deum, ex qua adepti sunt beatitudinem, quàm auersio malorum, per quā incurrerunt miseriam: dependerent ex libero arbitrio; angeli nec hoc, nec illud, certitudinaliter scire potuerunt, quia nihil futurorum cognitione naturali est ab angelo certitudinaliter p̄cognitum, vt supra diffusius diximus, nisi quod habet infallibiles causas, & quòd necesse est euenire: non ergo quod dependet ex libero arbitrio, quod potest non contingere. Itaque si certitudinaliter præsciuerūt, vel isti beatitudinem, vel illi miseriam, hoc fuit Deo reuelante.

Sed quia supra discussum est, non fuisse congruum, malis fuisse reuelatam suam miseriam: volumus triplici via declarare, quòd secundum hunc ordinē, quem videmus, non fuit congruū, quòd bonis sua beatitudo reuelaretur: ex quo malis non reuelabatur miseria. Prima via sumitur ex æqualitate angelorum. Secunda ex parte ipsorum angelorū peccantium. Tertia ex parte Dei reuelantis.

Prima via sic patet: Nam à principio omnes angeli habuerunt quandam æqualitatem, quia omnes fuerunt in quadam beatitudine innocentiæ. Nam & ipse Diabolus in illa beatitudine fuit simul cum alijs angelis, sed à beatitudine illa voluntate propria se auertit, secundum, quòd supra diximus per Augu. 11. de Ciui. quòd angeli simul, vt facti sunt, lux facti sunt. Sed non tantum creati sunt, vt viuerent, sed etiam illuminati, vt sapienter, & beatę viuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam, non obtinuerunt excellentiam beatæ vitæ: immo in eodem capitulo scribitur, in participatione eiusdem beatitudinis æquales fuisse istos illis. ✻ Nō ergo bonis fuit reuelata excellens beatitudo futura. quia iūc non habuissent æqualitatem beatitudinis, de qua hic loquimur, isti, & illi. Immo boni fuissent à principio beantes, quàm qui erant futuri mali, propter certitudinem spei obtinendi beatitudinem.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte angelorum peccantium. Nam, quòd sit discretio inter ipsos angelos, non præcedente merito, vel demerito: secundum hunc ordinem, quem videmus, non videtur esse quid congruum. Cū ergo à primordio suæ conditionis, nec boni meruerint: nec mali demeruerint, q̄ esset hæc discretio inter eos, quòd Deus reuelasset aliquid futurorum angelis, qui permanserunt, nihil reuelando bis, qui ecciderunt, non visum fuisset esse quid congruum. Vnde Augu. 11. super Gen. dicit: Quo merito, ante suum peccatum Diabolus cū socijs suis, à cæteris angelis discretus fuerit, vt ipse sui casus futuri esset ignarus. illi certi permansionis suæ? q.d. quòd cum nullum præcesserit meritum, quo essent discreti hi ab illis, non debuit inter eos huiusmodi discretio esse. Et idem Augu. in eodem 11. ait: Si Deus Diabolo reuelare noluit, quid facturus, vel passurus esset: cæteris vero etiā reuelauit, q̄ esset in æternum in eius veritate mansuri, quo malo merito ita discernebatur à cæteris, vt ei Deus nec ea, quæ ad ipsum pertinerent, futura reuelaret? q.d. q̄ cum ante peccatum non præcessisset in Diabolo malum meritum in reuelatione futurorū, à cæteris non debuit esse discretus.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte Dei reuelantis. Nam non videtur conueniens, q̄ Deus prius aliquē puniat, quàm ille peccet. sed quoddam punire fuisset, si angelis alijs reuelasset Deus futura ad ipsos pertinentia, & hoc non reuelasset Diabolo, & socijs eius. Hoc est ergo, quod dicit Augustinus in eodem 11. Nunquid ille. i. Deus prius vltor fuit, quàm iste. i. quàm Diabolus peccator? Absit. Neque enim, vt lubdit, Deus innocentes damnat.

Viso, quomodo, Deo reuelante, boni angeli suam beatitudinem certitudinaliter non præsciuerunt, sicut nec mali miseriam; volumus ostendere, quòd ✻ per coniecturam quodammodo præsciebant boni se beatitudinem adepturos, quamuis etiam per coniecturam, nescirent mali se habituros miseriam, quod etiam triplici via declarati potest. Prima via sumitur ex eo, quòd habebant naturam ordinatam ad bonum. Secunda ex eo, quòd non habebant passiones, vel legem membrorum impellentem ad malum. Tertia ex eo, quòd habebant voluntatem perseuerantem in quadam iustitia, siue in quadam innocentia.

Prima

Contradictio.

* Angeli boni per reuelationē p̄ sciuerunt se permansuros. Hic negat procognitio ita certitudinaliter, infrà vero concedit cōcludendo.

Tomo 3.

* Angeli per coniecturam præsciuerunt quodā modo se beatitudinē adepturos: Mali vero nescierūt miseriam.

Tomas. sup. 11.

Prima via, ſic patet: Diximus enim ſupra, q ſcientia per coniecturam eſt de eo, quod magis eſt ad vnã partem, quàm ad aliam: de eo verò, quod eſt omninò ad vtrumliber, vel quòd minus eſt ad aliquam partem, non eſt ſcientia etiã per coniecturam. Poteſt enim quis ſcire, quòd talia poſsũt euenire, ſed nullo modo ſciet, q eueniẽt, cum non videat, nec certitudinẽ, quæ eſt in omnibus, nec coniecturam, quæ eſt in pluribus, q ſic fiat. eo ergo ipſo, quòd boni habebant naturã ordinatam ad bonum, magis ſe habebant ad partem illam, q fierent beati, quàm miſeri. ſic etiã & mali habebant de hoc magis coniecturam. Propter quod per coniecturam ſciuerunt boni beatitudinem, non autem mali miſeriam. Nec eſt inconueniens, quòd ſcientia per coniecturã deficiat. Propter quod mali, & ſi de beatitudine coniecturam aliquam habuerũt, ab illa tamen coniectura defecerunt.

Secunda via ſumitur ex eo, quòd non habebãt paſſiones, vel legem membrorum inclinãtem ad malum. Nam cum omnes naturaliter veliut eſſe beati, vt vult Aug. 13. de Trini. Ex quo naturale deſiderium eſt creaturæ rationalis ad beatitudinem habendam: vbi non videt impedimentũ retardans, & obſiſtens: rationabile eſt, quòd creatura illa rationalis habeat de ſua beatitudine coniecturam. Cum ergo Angeli haberent naturale quoddam deſiderũ ad beatitudinem habendam, & non haberent paſſiones, vel legem membrorum obſiſtentem: habere debebant de ſua beatitudine coniecturam.

Tomo 3. cap. 3.

Tertia autem via ſumitur ex eo, quòd habebant voluntatem in iuſtitia perſeuerantem. Nã cum ipſi rectam voluntatem haberẽt: & quamdiu rectam voluntatem habebant, volebant in recta voluntate perſeuerare, aliter rectam voluntatem non habuiſſent, cum ſic perſeuerandi eſſent beatitudinem adepturi: coniecturam habere debebant, quòd deberent beatitudinem obtinere.

Resp. ad arg. Ad primum dicendum, quòd coniectura, quam habebant de beatitudine obtinenda, timorem, & anxietatem auferebat ab ipſis. Cum enim non poſſent miſeriã incurrere niſi vulendo, & cum non haberent, vt diximus paſſiones, vel legem membrorum, vel aliquid ſimile obſiſteus, ne in voluntate recta perſeuerarent, rationabiliter non debebant de miſeria timere, nec propter hoc anxij eſſe: immo fortè bonum fuiſſet Diabolo, quòd de poſſe cadere cogitaſſet, quia in ſeipſo humilitatem habuiſſet, & non fuiſſet ſuæ naturæ inuiſus, vt per naturam voluiſſet beatitudinem obtinere.

Ad ſecundum dicendum, quòd pietas nõ debet æqualitatem excludere. & quia non videbatur æquum, quòd Diabolus abſque malo, merito præcedente, eſſet ab alijs diſcretus, vt neſciret ſuiuta ad ſe pertinentia: alij autem ſcirent ea: ideo ſecundum certitudinem, vel ſecundum reuelationem diuinam, perſiſtentes neſciuerunt perſeuerantiam, ſicut nec ruentes caſum.

Ad tertium dicendum, quòd Auguſtinus nõ dicit, quod dictum eſt, vt illud aſſerat. ſed vt contra illud obijciat. Nam poſtquàm dixerat, quòd Deus fortè non voluit hoc reuelare Diabolo, ſed reuelauit cæteris, quòd eſſent in eius veritate manſuri; ſubdit: Quo malo merito ita diſcernebatur Diabolus ab alijs? quaſi dicat, q cum tunc non eſſet in Diabolo malum meritum, non debebat ipſe in hoc ab alijs eſſe diſcretus.

Ad quartum dicendum, quòd conueniens, vel non conueniens naturæ angelicæ, quantum ad cognitionem futurorum, ſumitur ex infallibilitate cauſarum, vt ſiue futura aliqua ſint pertinentia ad ipſum angelum, ſiue non: dum tamen habeant infallibiles cauſas, ſi illæ cauſæ ſint notæ angelo, oportet, & illus effectus notos eſſe. & quia auerſio, vel conuerſio dependens ex libero arbitrio, non eſt huiuſmodi: ideo naturali cognitione talia per certitudinem nota eſſe non poterant, nec etiam de hoc boni ante confirmationem, & mali ante caſum, reuelationem habuerunt, vt diffuſius eſt oſtenſum.

ARTIC. IIII.

An Angeli fuerint creati in gratia. Concluſio eſt negatiua.

D. Th. 1. p. q. 62. art. 3. Item 2. ſent. d. 4. art. 3. Et Quol. 9. q. 4. art. 3. D. Bonau. d. 4. art. 2. q. 3. Ric. d. 4. q. 4. Dur. d. 4. q. 2. Biel. d. 4. Nic. de Niſſe tract. 2. p. 2. q. 2. Th. Arg. d. 4. q. 1. art. 2.

QVARTO quæritur de perfectione Angelorum: vtrũ Angeli in ſui primordio habuerint perfectionem gratiæ, vel ſolũ perfectionem naturæ, & cuiſdam innocentiæ. Et videtur, quòd angeli fuerint creati in gratia, per auctoritatem Aug. expreſſam lib. 12. de Ciui. Dei dicentis, quòd Deus angelos creauit, ſimul in eis, & cõdens naturam, & ſubgiens gratiam. Et idem Auguſtinus ibidem dicit, quòd iſtam. i. bonam voluntatem, quis fecerat in angelis, niſi ille, qui eos cum bona voluntate. i. cum amore caſtu, quo illi adhærerent, creauit? Sed voluntas bona cum caſtu amore quo adhæreretur Deo, non eſt ſine gratia: ergo, &c.

Tomo 3. cap. 9.

Præterea idem Augu. eodem libro, & cap. ait: Sine bona voluntate. i. ſine Dei amore, nunquàm ſanctus angelus fuiſſe, credendum eſt. ſed ſancti angeli cum bona voluntate non poſſunt eſſe ſine gratia: ergo, &c.

Ad hoc idem auctoritas ibidem facit, vbi dicitur: Aut minorem amoris diuini gratiam acceperunt cadentes, quàm illi, qui in eadem perstiterunt: aut illi adinti sunt amplius cadentibus, ad eam beatitudinis plenitudinem. Omnes ergo fuerunt creati in gratia.

Oseæ 3. Præterea supra illud Oseæ: Diligunt vinacia vuarũ, dicit Glo. & dicitur esse Hieronymi, quòd per vinacia intelliguntur Dæmones, qui creati sunt in magna pinguedine Spiritus sancti, ergo &c.

Præterea Deus est promptus ad miserendum plus, quàm ad puniendum: sed fecit angelos in tali statu, quòd poterant demereri, & puniri: ergo multo magis fecit eos in tali statu, quòd possent mereri, & per Dei misericordiam beatitudinem obtinere. sed posse meteri præsupponit gratiam, ergo &c.

In contrarium est Augustinus 1. super Gen. ad litteram, qui per tenebrosam abyssum intelligit naturam vitæ spiritualis informem, quæ nisi conuertatur ad Creatorem, formari non potest. Prius ergo fuit natura spiritualis abyssus tenebrosa: postea ad Creatorem conuersa, facta est lux. sed hæc conuersio fuit per gratiam, ergo in principio non habuerunt angeli gratiam;

Præterea secundum, quòd ait Magister supra in distinctione tertia, tales erant angeli, quòd poterant stare, sed non poterant proficere ad meritum. Non ergo in sui primordio habuerunt gratiam, per quam possent proficere, sed solum innocentiam, per quam poterant stare.

RESOLVTIO.

Angeli in gratia creati haudquaquàm fuerunt: sed stantibus apposita fuit gratia: cadentibus verò inflicta pœna. Si in gratia fuissent creati, Lucifer beatitudinem per gratiam illam, non per naturam appetijsset, qua quidem beatitudine cognita, cadere non potuisset. Id autem tum homini negatum fuerit; nihil est, quòd Angelis concedatur.

Respondeo dicendum, quòd de hac quæstione inter Doctores est controuersia. Nam aliqui dixerunt sic esse dicendum de gratia, sicut dicimus de alijs rebus naturalibus. Cum ergo de rebus naturalibus sint duæ opiniones. quia quidam dicunt omnia fuisse facta simul, & per species distincta. quidam vero per successionem temporũ dixerũt talia processisse in esse: ita ꝙ prius fuerũt informia, postea formata; sic & de gratia est loquendum. Nam ponentes res prius tempore fuisse informes, & postea formatas, vt videtur, debent ponere, quòd angeli prius fuerint informes, non habentes gratiam, & postea fuerint facti formosi per gratiam. Sed ponentes, ꝙ informitas rerum, non tempore, sed solum origine præcesserit formationem: videtur, quòd cogantur ponere, quòd angeli non prius tempore

A fuerunt informes per carentiam gratiæ, & postea formosi per gratiã. Sed à principio suæ creationis gratiam habuerunt, & solum origine natura in eis præcessit gratiam: sicut informe saltem natura, & origine semper præcedit formatũ.

Sed non est simile de natura, & de gratia. Nã, etsi Deus dando nobis naturam, creauit nos sine nobis: ita, quòd ad creationem nihil cooperati fumus: in iustificando tamen non iustificat nos sine nobis. Cooperatur enim ad iustificationem nostram voluntas propria, vel fides parentum: ita, quòd sine primo voluntatis motu, vel in nobis ipsis, quantum ad adultos, vel in alio, quantum ad paruulos, quibus subuenit fides parentum: secundum hunc ordinem, quem videmus, non fit iustificatio per gratiam. Cum

B enim mereri sit voluntatis; gratia, quæ datur ad meritum, vt videtur, congruum est, quòd fiat aliquo motu voluntatis præuio: non quòd possimus per huiusmodi motum gratiam mereri: sed possumus secundum Dam. sequi Deum vocantem ad virtutem, vel secedere à virtute, & esse in malitia.

Iustificatio nostra non fit sine nobis quamuis do intelligat.

Voluntas nostra quo nam pacto se habeat in iustificatione.

Sine ergo res secundum tempus prius fuerint informes, postea formatæ, siue secundum originẽ tantũ: vel informitas rerum præcesserit formationem; tamen quantum ad gratiam, videtur multo congruentius, quòd per aliquam morulam Angeli in voluntate recta à principio perstiterint, & stãtibus Deus gratiam infuderit Auertentibus autem pœnam inflixerit.

C Ij tamen, qui aliquando quodammodo sub dubio dimiserunt: Vtrum Angeli in principio suæ creationis habuerint gratiam, in alteram partem simpliciter postea declinauerunt, quod s. Angeli fuerint in gratia creati. quia omnia fuerunt creata à principio in rationibus seminalibus: & gratia se habet, quasi ratio seminalis ad gloriam. Sed ex his, quæ sunt naturæ, velle arguere ea, quæ sunt gratiæ, est procedere ex medio insufficienti.

Possumus autem triplici via ostendere, quòd secundum hunc ordinem, quem videmus, congruum fuit, Angelos non fuisse creatos in gratia, sed stantibus fuerit apposita gratia: cadentibus autem inflicta pœna. Prima via sumitur per ea, quæ videmus in nobis. Secunda per ea, quæ fuerunt in cadentibus Angelis. Tertia per ea, quæ fuerunt in permanentibus.

Angelus nõ fuit creatus in gratia.

D Prima sic patet: Nam in nobis ipsis in primordio in statu naturæ institutæ, non fuit appositagratia. nam homo ante peccatum habuit vnde posset stare, sed nõ habuit vnde posset proficere. Et si in nobis hoc fuit, qui tenemus infimum gradum in genere substãtiarum intelligibilium, & qui ex pluribus partibus possumus incitari ad peccandum, multomagis debemus arbitrari hoc fuisse in Angelis. Quod autem primus homo nõ fuerit creatus in gratia, vnde posset proficere, patet per Aug. lib. 11. De Ciuita. volentem, quòd quantum ad delectationem præsentis boni, beatior erat primus homo in Paradiso quibuscunque

Homo in statu naturæ nõ creatus in gratia, habuit, vnde stare posset, sed non proficere.

Tomo 5. cap. 12.

que iuſtis in hac vita. Sed quãtum ad ſpem futuri boni, beatior eſt quilibet iuſtus in hac vita, q̃ primi Parentes. Quod non eſſet, ſi primi parẽtes fuiſſent creati in gratia, quia cum non haberent ſic impulſiua ad peccandum, vt nos, ſi habuiſſent gratiam, per quam poſſent proficere, plus potuiſſent ſperare de futura beatitudine, quàm iuſti in hac vita. Si ergo primis noſtris Parentibus non fuit à ſui primordio collata gratia, ergo nec Angelis a ſui primordio fuit collata gratia. Vnde & Magiſter, quod infra dicet de hominibus, in 3. diſtinctione, dixit de Angelis, quòd non potetãt proficere ad meritum vitæ, niſi eis gratia adderetur. Et in ſequenti diſtinctione dicetur, ꝙ poſt creationem, aliquid collatum eſt Angelis, per qđ conuerterentur, gratia ſcilicet.

Homo ex non habuit, vnde proficere poſſet.

Secunda via ad hoc idem poteſt ſumi ex his, quæ fuerunt in Angelis cadentibus. nam ſi fuiſſent Angeli creati in gratia, conſequens eſt, quòd & Diabolus in gratia fuiſſet creatus. quo poſito, non videtur, ꝙ potuiſſet illo modo cadere quo cecidit. Nam ſecundum Auguſtinum 11. ſuper Gen. Super bia tumidus, & propriæ poteſtatis delectatione cotruptus, beatæ, atque Angelicæ vitæ dulcedinem non guſtauit.

Tomo 1.

Si ergo Diabolus in ſui primordio habuiſſet gratiam, eum non intelligat componendo, intelligendo ſeipſum, quod habuit à principio ſuæ creationis, intellexiſſet omnia, quæ fuiſſent in ipſo. Cognouiſſet ergo gratiam, quam in ſeipſo habebat. qua cognita, non potuiſſet ignorare eam eſſe perfectionem ſuæ naturę. Beatitudinem ergo cognoſcendo, quę eſt ſummum bonum, quod adipiſci poterat, non erat ita hebes, quin cognouiſſet tale bonum, ſic excellens adipiſcendum eſſe, per id, quod erat in ipſo perfectius. & quia hoc cernebat eſſe gratiam, non videtur bene poſſibile, quòd hoc modo peccaſſet delectatus propria poteſtate, & volendo conſequi per naturam, quod debebat velle conſequi per gratiam.

Dæmon ſi habuiſſet gratiam, eam peccare nõ potuiſſet.

Si enim à principio habuiſſet gratiam, ſimul cognouiſſet naturam, & gratiam perficientem naturam: & ſi delectatus fuiſſet in natura, tanquam in aliquo perfecto, multomagis delectatus fuiſſet in dono gratiæ ſibi collato, tanquam in reperfectiori. Vidit enim ſe valde pulchrum per naturam, ſed ſi fuiſſet creatus in gratia, vidiſſet ſe pulchriorem per gratiam: & per conſequens vidiſſet, quòd multo magis ſupremũ bonum poſſibile ſibi potuiſſet adipiſci per gratiam, per qnã erat pulchrior, q̃ p naturã, p quã erat minus pulcher.

Tertia via ad hoc idem ſumitur per ea, quæ fuerunt in permanentibus. Dicimus enim fuiſſe moruiam inter creationem bonorum, & eorum beatitudinem, ſicut inter creationem malorum, & eorum miſeriam. Si enim boni fuiſſent creati in gratia, in primo inſtanti intellexiſſent ſe eſſe in gratia, & in tali intellectione, quandam complacentiã habuiſſent. nam ſi complacuerũt ſibi intelligendo ſe creatos in natura ſine gratia, & hoc in primordio ſuæ creationis: quæ complacentia fuit quodammodo naturalis, & ſine culpa,

Moruia inter creationem bonorum, eorũq; beatitudinẽ. ut dictum eſt de malis, eorũque miſeria.

A

B

C

D

mvito magis complacuiſſent ſibi, ſi vidiſſent ſe creatos perfectioꝛi modo, & in gratia, quæ complacentia fuiſſet meritoria.

Et quia in primo actu meritorio Angeli boni meruerunt beatitudinem, ſicut in primo demeriꝛ totio mali meruerunt miſeriam, fuiſſent Angeli boni in primo inſtanti beati. quod non ponimus, immo ſecũdum hunc ordinem, quem videmus, non videtur poſſibile, ꝙ Angelus habens gratiã, poſſit à gratia cadere. Nam ſi homo in gratia exiſtens, tum quia ueicit ſe in gratia eſſe, quia non poteſt ſe liberè ſupra ſe conuertere: vt apertè videat, quæ exiſtunt in ipſorum etiam, quia habet aliunde incitatiuum, vnde præter gratiam agat, poteſt à gratia cadere.

Angelus à gratia, an cadere poſſit.

Sed ſi quis clare videret ſe eſſe in gratia, & nõ haberet paſſiones, vel legem membrorum, vel aliquid ſimile incitatiuum ad contrarium, nõ videmus, cũ tantæ excellentiæ ſit ipſa gratia, quòd poſſet eam faſtidire, vel ab ea ſe auertere. Ideo ſignanter videtur ioqui Aug. 11. ſuper Gene. de Diabolo dicens, quòd beatæ, atque angelicæ vitæ dulcedinem Diabolus non guſtauit, quam nõ vtique acceptam faſtidiuit, ſed volendo accipere deſeruit, & amiſit. Tanta enim eſt dulcedo gratiæ, ſi quis apertè, & clarè videret, quid eſt eſſe in gratia, quòd ſi non haberet inclinans in contrarium, ſicut nec angelus habebat, nunquàm à gratia recederet. Si enim natura quæcunque creata, relicta ſibi poteſt deficere, non eſt mirum, ſed adiuta per gratiam, & clarè cernens ſe eſſe in gratia, & non habens inclinatiuum in contrarium, maximè quia angelus ſemper intelligit ſe, & ea, quæ ſunt in ſe, & ab hoc intelligere nunquàm cadit, non videmus, quomodo ſemper intelligẽs ſe eſſe in gratia, à gratia caderet.

Tomo 1.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd quia valde fuit modica moruia inter creationem, & confirmationem in bonis angelis: ſicut fuit valdè modica inter creationem, & lapſum in malis: ideo dicitur Deus ſimul in angelis creaſſe naturam, & infudiſſe gratiam. Vnde ſicut Diabolus dicitur fuiſſe malus ab initio: ita & boni propter valde modicam moruiam dicuntur fuiſſe in gratia ab initio. Vel ipſe amor naturalis, prout erat innocẽs, & purus, quo omnes angeli in inſtanti ſuæ creationis Deum dilexerunt, quædam gratia dici poteſt. Sicut ergo generans grauè, ſimul dat ſibi naturam grauis, & inclinationem, vt tendat deorſum, & quantũ dat ſibi de forma, & de natura grauis, tantũ dat ſibi de huiuſmodi inclinatione, ſic Deus ſimul dedit angelis naturam, & inclinationem, vt per naturam in ipſum tenderent. Et hæc inclinatio licet eſſet conſequens naturam, poterat tamẽ dici gratia, quia erat quid additum naturæ. Nõ enim fuit paruum donum, ſimul cũ natura dare angelis huiuſmodi inclinationem. Et quòd ſic poſſit intelligi, ſatis patet per verba ibidem, videlicet, quòd Deus creauit angelos cum bona voluntate. i. cum amore caſto, quo illi adhærent. Ille autem amor caſtus erat amor naturalis,

Angeli qđo dicant creati in gratia.

turalis, sequens illum statum puritatis, & innocentiæ. Quod ergo dicebatur, ꝙ adhærere Deo amore casu, non est sine gratia; Dicemus quòd in statu naturæ corruptę non potest hoc esse sine gratia, sed in statu naturæ institutę potuit hoc esse per puritatem, & innocentiam. A

Ad secundum dicendum, ꝙ angeli semper fuerunt sancti adhærentes per amorem Deo. i. a principio suæ creationis habuerunt quandam sanctitatem. i. quandam puritatem, & innocentiam per quam adhærebant Deo per amorem. Non ergo oportet eos ponere creatos in gratia, sed sufficit eos fuisse creatos in quadam puritate, & innocentia.

Et per hoc patet solutio ad tertium. Nam Dęmones dicuntur fuisse in magna pinguedine Spiritus sancti, quia fuerũt creati in quadam magna puritate, & excellenti innocentia. B

Ad quartum dicendum, quòd sicut mali potuerunt demereri: ita & suo modo boni mereri. Mali enim demeruerunt in veritate non stãdo, boni autem meruerunt in veritate stando. Hue enim modo meruerunt boni, non quòd gratia cadat sub merito: sed bonis facientibus, quod in se erat, & in rectitudine sua stantibus; Deus fecit, quod in se fuit, & eis gratiam dedit. Hoc ergo modo boni stando meruerunt, quia stando gratiam acceperunt, per quam meruerunt.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram primo quæritur de illo Verbo: Beati quoque nunquam fuerunt illi, qui ceciderunt, quia sui eventus ignari fuerunt. Cõtra: Ad hoc, quòd aliqs sit beatus, sufficit, quòd videat ipsum Deum. Non autem oportet, quòd videat omnia contingentia, quæ evenire possent. C

Dicendum, ꝙ de ratione beatitudinis est æternitas. Nam vt dicit August. libr. 6. de Ciui. Qui non dat felicitati vitam, quomodo potest dare æternam? Inuuit ergo, quòd non sit aliud felicitas, quàm æterna vita, quæ non potest esse in hac vita, quia est cursus ad mortem. Iuxta illud August. 13. de Ciui. Nihil est aliud tempus vitæ huiusmodi, quàm cursus ad mortẽ. Sic felicitas habens finem, non est vera felicitas. Hinc est ergo quod August. ait de Ciui. lib. 6. Eam quippe vitã æternam dicimus, vbi est sine fine felicitas. Sicut ergo, vt ibidẽ dicitur, nulla quippe est maior, & peinr mors, q̃ vbi mors non moritur, ita dicere nos possumus, ꝙ illa est felicitas optima, q̃ nunq̃ finitur. Quia, vt dicitur in principio 5. de Ciui. Dei. Omnium rerum optandarum plenitudo est felicitas. Est ergo de ratione vere felicitatis, ꝙ nunquam finiatur. aliter enim non esset plenitudo optandarum rerum, vel non esset vera felicitas, si existentes felices irent ad non felicitatem. Sicut nec vere viuunt, qui viuentes tendunt ad mortem. Rursus non solum de ratione felicitatis est, quòd nnu finiatur, sed etiam quòd sciatur non finiri. Nam quantuncunque sit magnum bonum, nisi cognoscatur esse bonum, non erit ex illo magno bono magnum gaudium. Si ergo ex hoc est mors pessima, quia nõ moritur, & ex hoc felicitas optima, quia non finitur; non haberemus de hoc optimo bono magnum gaudium, nec essemus ex tali bonn felices, nisi sciremus magnitudinem huiusmodi boni, & nisi sciremus ipsum non posse finiri. Licet ergn felix, vt hic de felicitate loquimur, nun nporteat, vt sciat quoscunque eũctus, oporter tamen ipsum scire, quòd sua felicitas finiri non possit, quia aliter non esset vere felix.

To. 5. c. vlti.

To. 5. c. 10.

To. 1. c. vlti.

Tomo 5.

Dub. II. Litteralis.

MVLTERIVS autem dubitatur de eo, qđ dicit in littera: Beati esse non poterãt, si damnationis incerti erant. Contra: Certitudn dãnationis ad beatitudinem non facit, cum sit beatitudini contraria.

Dicendum, quòd felix debet habere certitudinem spectãtium ad felicitatem, & maxime si sint talia, quæ possent mutare statum. Incertitudo ergo pseuerantiæ in bonn arguit non esse felicitatem in speciali, sed incertitudo damnationis, arguit non esse felicitatem in generali. In speciali autem talis certitudo, vt arguẽdo dicebatur, magis argueret misetiam, quàm felicitatem. Potest ergo sic in quadam generalitate argui: Quicunque nõ habet certitudinẽ de pertinẽtibus ad suũ statum, ille non est felix, sed qui est incertus de sua damnatione non habet certitudinem de pertinentibus ad suũ statũ, ergo &c. Vel si vellemus, quòd certitudo damnationis faceret in speciali ad felicitatẽ; Diceremus, quòd potest accipi certitudo pro omni eo, quod non dubitatur, vt nullus est vere felix, si aliquo modo dubitat se posse damnari: sed ille felix est, qui certus est, quòd nõ damnabitur. Potest ergo certitudo damnationis accipi non affirmatiue, sed negatiuè, vt quòd certus sit, se non damnatnrum. & hoc modo talis certitudo ad beatitudinem pertinet in speciali. D

Beati certi esse debẽt, quod damnari no possint.

Dub. III. Litteralis.

LTERIVS autem dubitatur de modis perfectionis in littera positis, quomodo accipiantur illi tres modi. Dicendum, ꝙ quicquid est perfectum, vel est tale essentialiter, & simpliciter, vel participatiuè & in genere. Si primo modo sic est tertius modus perfectionis, secundum ꝙ aliquid dicitur perfectum vniuersaliter, & summè, prout Deus dicitur esse perfectus. Quod concordat cũ verbis Philosopht in 5. Meta. qui dicit, Deum esse perfectum modo quodam

Perfectionis tres modi.

Text. c. 21.

quodam vniuersali, vt in eo est nobilitas, & perfectio reperta in vnoquoque genere, Si vero est aliquid perfectum participatiuè, & in genere, vel hoc est in esse naturæ, & hoc appellat perfectionē ſm tps. Nam illud dicitur esse perfectū ſm tps, qđ est perfectū, ſm, ꝙ requirit suæ naturę status. Alio modo potest aliquid esse perfectum in esse gratiæ. Et quia gratia ordinatur ad gloriam, qđ est sic perfectum, iam adeptum est beatitudinem, & gloriam. Nam & ipsa gloria dicitur gratia cōsummata, siue perfecta. Quod autem sic perfectū est, vocat Magister perfectum secundum naturā. Nam gratia, & gloria non tollunt naturam, sed perficiunt. Quod ergo adeptum est gloriam, habet perfectionem naturæ, non a natura naturaliter caulatam, sed à Deo in natura receptam.

DISTINCTIO V.

De bonorum conuersione Angelorum : Malorumque auersione.

POST HAEC CONSIDERATIO ADDVCIT, &c. Postquam Magister determinauit de Angelis, quantum ad eorum primatiā conditionem; in parte ista, vt dicebatur, determinat de eis, quantum ad auersionem, & conuersionem. Circa quod duo facit, quia primo determinat de Angelorum conuersione, & auersione. Secundo determinat quædam, quæ sequuntur auersos, & cōuersos: ibi: *{Præterea stiri oportet.}* In principio sextę distinctionis.

Circa primum duo facit, quia primo continuat se ad dicenda, dicens, quòd considerandum, & inquirendum est, quales effectū sint Angeli per auersionem, & conoersionem: eo ꝙ statim post creationem quidam fuit aoersi, & quidam conuersi. Secundo exequitur de intento, ibi: *{Conuerti ad Deum fuit.}* Circa quod duo facit, quia primo exequitur de conuersione, & aoersione Angelorum. Secundo circa coouersionem, & auersionem mouet quæstiones quasdam, ibi: *{Si autem quæritur.}* Circa primum tria facit, quia primo determinat, quid est conoerti, quia hoc est Deo charitate adhęrere: quod fecerunt boni, qui fuerunt illominati: & quibus est gratia appositа. Determinat etiam, quid est auerti, quia est Deum odio habere, vel ei inuidere, quod fecerāt mali, qui fuerunt excęcati, non quòd Deus eis malitiam apponeret, sed quia gratiam non dedit.

Secundò sub breuitate recolligit, quid est auersio, & quid conuersio, qua boni à malis sunt diuisi, & secundum quam hi facti sunt iusti, & hi iusti, quod vtrumque factum est per volūtatem, vel per liberi arbitrij libertatem.

Angeli oēs liberi facti.

Tertiò declarat quomodo vtrique habuerunt liberum arbitrium, per quod hi elegerunt bonū, & sunt conuersi: alij malum, & sunt auersi. hi facti sunt iusti, illi tenebræ. Secunda ibi: *{Hæc est ergo cōuersio.}* Tertia ibi: *{Habebant enim omnes.}*

Tunc sequitur illa pars: *{Si autem quæritur.}* In qua circa auersionem, & cōuersionem, mouet quæstiones quasdam.

Circa quod tria facit, secundom, ꝙ tres quæstiones mouet. Nam primò inquirit, quomodo acceptio gratiæ cooperata fuerit bonis ad meritum, & ad profectum vitæ. Secūdo inquirit, quomodo non accipere gratiam, imputādum fuerit malis ad demeritom culpæ. Tertio quærit, quomodo accipere gratiam fecerit ad meritum gloriæ. Secūda ibi: *{Ideoque à quibusdam obijcitur.}* Tertia ibi: *{Hic quæri solet.}* Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quomodo bonis, in cōuersione collata fuit gratia cooperans, sine qua non poterant proficere ad meritum vitæ. Secundò declarat, quomodo gratia eis collata rectè dicebatur cooperans, quia collata fuit eis ad benè, & efficaciter volendum, & ad Deum præ omnibus diligendum, & ad bonum operandum, & in bono perseuerandum. Tamen illa gratia non merebatur dici operans: vt iniustum iustificaret, sed cooperans, vt ad bene operandum adiuuaret.

Gratia operans, & cooperās qđ.

Gratia enim collata Angelis non inuenit eos iniustos, vt eos iustificaret, & diceretur operans, sed inuenit eos imporentes ad proficiendum, ideo eos ad benè operandum adiuuit, & dicta est cooperans.

Tunc sequitur illa pars. *{Ideoque à quibusdam.}* In qua inquirit, quomodo non accipere gratiam imputatum fuerit malis ad demeritum culpæ. Circa quod duo facit, quia primo ostendit, quòd non accipere gratiam non debuit imputari malis ad demeritum, cum non fuerit eis data: etiam cum boni non meruerint gratiam, quam acceperunt, quia Deus eis liberè gratiam dedit, absque præcedentibus meritis. Videtur ergo, ꝙ mali non meruerint non accipiendo gratiam, quia eam eis Deus non dedit. Secundo soluit, ꝙ non accipere gratiam fuit eorum culpa. poterāt enim stare: & si stetissent, gratiam accepissent. eorum itaque culpa fuit, ꝙ non acceperunt, quia stare nolluerunt. Secūda ibi: *{Quòd autem alijs.}* Tunc sequit illa pars: *{Hic quæri solet.}* In qua quæstionem monet, quomodo accipere gratiā fecerit ad meritum gloriæ. Circa quod tria facit, quia primo quærit, vtrum in ipsa confirmatione Angeli fuerint beati. Et ait, ꝙ sic. quęrit etiam vtrum per gratiam in ipsa acceptione gratiæ meruerint gloriam. certum est enim, ꝙ in ipsa confirmatione per gratiam acceperunt gloriam, sed non est certum, vtrum per gratiam acceptam meruerint gloriam. Secundo narrat circa hoc opinionem quorundam volentium, quòd simul fuerit ibi meritum, & præmium. quia in ipsa acceptione gratiæ, statim per gratiam meruerūt gloriam.

Conuersi quid.

Auersi qđ.

Conuersio, & Auersio quid.

riam. Tertio circa hoc narrat opinionem aliorũ dicentium, quòd in ipsa acceptione gratiæ non meruerunt gloriam, quam tunc acceperunt, sed postea p ministeria, & per obsequia, quæ fecerunt Deo existentes in gratia: acceptam gloriam meruerunt, sicut miles equum acceptum, quẽ prius non meruit, postea potest mereri seruiẽdo Regi, cum equo accepto. Potest ergo præmium præcedere meritum. Et hoc, quod secundo dictum est, dicit Magister sibi magis placere. Secunda ibi: ⁋ *Quibusdam enim placet.* ⁋ Tertia ibi: ⁋ *Alijs videtur, quòd beatitudinem.* ⁋ Et in hoc terminatur sententia lectionis, & distinctionis.

QVÆSTIO I.

De malorum Angelorũ auersione.

QVIA Magister in littera agit de auersione, & conuersione Angelorum, ideo de his duobus quæremus. Circa auersionem autem Angelorum malorum quæruntur tria. Primo vtrum Angeli mali potuerunt peccare. Secundo vtrum Lucifer peccando appetierit Dei æqualitatem. Tertio, quo genere peccati peccauit.

ARTIC. I.

An in Angelis possit esse peccatum. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 63. artic. 1. Et 2. senten. d. 5. q. 1. art. 1. Et Opusc. 15. cap. 10. & 20. Item contra Gent. lib. 3. c. 108. 109. 110. Greg. Arim. d. 5. q. 1. Holkoth 2. sent. q. 4. Tho. Arg. d. 6. q. 1. Dur. d. 5. q. 1.

ADprimum sic proceditur: videtur, quòd in Angelis non possit esse peccatum. Nam secundum Philosophum. 12. Metaphysicæ. In vniuerso est ordo, sicut & in domo. Sicut ergo in domo liberi non licentiantur ad actiones inordinatas, sic in supercœlestibus corporibus, & multomagis in Angelis, qui post Deum, Patrem familias, habent se quasi liberi in domo, non potest inueniri aliqua inordinatio, immo si motus cœli semper est ordinatus, multo magis motus Angelorum. sed vbi non potest esse inordinatio, nec peccatum, ergo &c.

Tex. c. 52. Ordo Vniuersi, & domus 12. c. 52.

Præterea secundum Philosophum in 9. Metaphysicæ. In rebus, quæ sunt æternæ, non est aliquod malum omnino, neque error. malum enim vt dicit ibi, est post potentiam, sed minus est de potentialitate in Angelis, quàm in corporibus supercelestibus, ergo &c.

Tex. c. 19.

Præterea in 7. Physicorum vult Philosophus, quòd mutatio virtutis, & vitij reducatur in alterationem, quę est secundum passiones partis sensitiuę, sed huiusmodi passiones non possunt esse in angelo, ergo &c.

Tex. c. 20.

Præterea motiuum voluntatis est bonum simpliciter, vel apparẽs bonum, vt vult Philosophus in 3. de anima. Ex eo ergo, quòd voluntas mouetur à bono simpliciter nõ peccat, sed ex eo, quòd mouetur ab apparenti bono, vel ex eo sit peccatum, quòd mouetur a bono secundum sensum, sed cum in Angelis non sit sensus, nõ potest moueri eorum appetitus nisi ab eo, quod est bonum secundum intellectum. sed tale est bonum simpliciter, ergo &c.

Tex. c. 51.

IN CONTRARIVM est, quia dicitur Iob: Ecce qui seruiunt ei non suur stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.

Iob 4.

Præterea, vt habetur in littera, habebant Angeli liberum arbitrium, quo potuerunt eligere bonum, & malum: & potuerũt peccare, & etiam aliqui peccauerunt.

RESOLVTIO.

In Angelis potuit esse peccatum, quia dirigũtur per regulam. i. legem diuinam in mentibus scriptam, à qua se auertere potuerunt. Idque etiam patet, si peccatum, quod est modi, speciei, & ordinis priuatio, secundum se consideretur: & ad ipsum peccantem referatur.

RESPONDEO dicendum, quòd in Angelis possit esse malum culpæ, possumus tripliciter inuestigare. Primo prout malum, siue peccatum comparatur ad suam causam. Secundo prout consideratur in se. Tertio prout refertur ad ipsum Angelum peccantem.

Propter primum sciendum, quòd malum, siue peccatum, non habet causam efficientem, sed deficiẽrem. Vnde August. 12. de Ciui. Dei. dicit: Nemo ergo quærat efficientem causam malæ voluntatis. Iunu enim est efficiens causa, sed deficiens. Sicut enim videtur tenebra, & auditus silentium, sic, vt ibi innuitur, efficitur malum. Tenebra enim non videtur videndo, sed à videre deficiendo. Vnde si habens visum apertus oculis nihil videat, deficiendo à visu dicitur videre tenebram; sic & silentium auditu percipimus, cum nihil audimus, & cum ab audiendo deficimus. Sic malum facere est à bono deficere, non est enim malum substantia aliqua, vel natura aliqua, sed est defectus boni. Et si volumus vnum aliquid generale assignare, a quo deficimus, cum male agimus, dicemus, quod male agere est non secundum regulam facere, sed a regula deficere. Dupliciter ergo in appetitu aliquo non potest esse peccatum, vt cõiter ponitur, vel quia appetitus ille non est dirigibilis sm regulã, vel quia huiusmodi appetitus est ipsa regula, propter quod nõ potest peccare, cum nõ possit deficere à seipso. imaginabimur enim, quòd semper inclinatio appetitus est bona, secundum illum

Malũ quomodo habet. To. 5. c. 7.

Tenebra quo videat.

Silentium quo auditur.

Malum facere quid.

Peccare nõ posse quomodo contingat.

illum appetitum, fm quē est ámói inclinatio. Nā sicut appetitus sequitur naturaliter formā naturaliter impressam, ita appetitus cognitiuus sequitur formam apprehensam. Propter quod sicut inclinatio naturalis est quoddam bonum secundum naturam, & secundum naturalem formam, sic inclinatio secundum appetitum cognitiuum est quoddam bonum, secundum apprehensam formam, vt si appetitus sensitiuus fertur in bonū concupiscibile, fertur in quoddam bonum sibi, & in quoddam bonum secundum sensum. Si autem est ibi malum, hoc est, quia talis appetitus debet rationi obedire, ideo ibi est malum, quia non fit secundum regulam rationis. Et inde est, quòd in appetitu brutali, sic ferri secundum sensum, est laudabile. Vnde & Diony. 3. de diui. no. vult, quòd passiones, & concupiscentiæ, & iræ sint laudabiles in Brutis, vt laudabile est in cane esse sutibundum, & in leone superbum, & animosum. In talibus ergo non est malum culpæ nec peccatum, quia non sunt apta nata dirigi per superiorem regulam.

Brutū ea non possint peccare.

Peccare qd.

Peccare ergo est deficere à regula, & quia appetitus sensitiuus est aptus natus dirigi per regulā, ratio autem est apta nata dirigi per leges diuinas. ideo in homine dupliciter potest esse peccatum, vel quia sensus non sequitur regulam rationis, vel quia ratio obliquatur a regula veritatis, & nō sequitur leges diuinas. Voluntas enim delectata per aliquod bonum sibi oblatum, causat errorē, vel nescientiam quandam in ratione, vt non videat, nec secundum diuinas leges, sed iudicet esse faciendum, quod non est faciēdum. quicquid ergo non est ipsa regula, sicut est diuina voluntas, quæ non potest deficere, & quicquid est aptum natum dirigi per regulam, in qua distinguimus rōnalem creaturam à brutali: potest peccare, & deficere.

Homo dupliciter peccare potest.

Angelus ergo peccare poterat, non quia appetitus sensitiuus, cū sensu careat, obliquaretur à regula intellectuali, sed quia appetitus eius intellectiuus obliquabatur à regula diuina, & non sequebatur diuinam legem. Impressit enim Deus cuilibet menti rationali lumen quoddam, in quo potest cognoscere, quid agendum, vel non agendum, quod sequendo facimus secundum diuinas leges: deuiando facimus contra huiusmodi legē, ita quòd gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, & ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum, quòd si in homine hæc scriptura est obtenebrata, ppter quod homo non solum peccat deceptos, & ignorans, sed multoties peccat per deceptionem, & ignorantiam. & si homo hanc scripturam non habet, quòd in intellectu eius possibili à sui principio sit aliquid scriptum, sed solum dicitur huiusmodi scripturam habere, propter præsentiam luminis intellectus agentis, per quod statim talibus principijs nobis notis assentimus? Angelus autem, qui productus est plenus formis habens magis naturaliter talē legem inscriptam, multo magis debuit huiusmodi legem sequi, à qua se auertendo peccauit.

Rom. 2.

Angelus p ignorantiā peccare nō potuit, sed homo.

Peccare ignorantiæ, & ex ignorantia, qd ea Arist. 3. Eth. 2.

Visoquomodo Angelus potuit peccare: si cōsideramus peccati causam, quia cum non sit ipsa regula, & teneatur sequi regulam, potuit se a regula auertere, & sic peccare, volumus declarare quomodo Angelus peccare potuit, si consideremus ipsum peccatum secundum se.

Videtur enim esse peccatum quędam priuatio modi, speciei, & ordinis. Nam vt vult Augu. i de vera Religione: In omni re bęc tria suat: & quia vitium, & peccatum est quoddam nocumentum naturæ, & non est natura aliqua: specialiter videtur esse peccatum priuatio horum. quæ reperiuntor in natura, videlicet modi, spe i, & ordinis.

Peccatū est priuatiomodi, speciei, & ordinis, et horum trium declaratiōē vide paulo in fronte.

Aduertendum tamen, quòd hæc tria possunt esse conditiones inseperabiliter se habentes ad quodlibet peccatum, vel possunt aliquando accipi, vt non in omni peccato dicantur esse omnia ista tria, sed aliqood peccatum dicetur committi per carentiam ordinis, qnod non committetur per carentiam modi, & speciei, & aliqnod committetur per carentiam ordinis, & modi, qnod non committetur per carentiam speciei. Ad aliquod vero peccatum concurret carentia omniū horum trium.

Quodlibet enim peccatum est in se quædam priuatio, & fit per defectum regulę, qnia peccās, secundum quòd huiusmodi non agit secundum debitam regulam: & est semper quodammodo præter intentionem, qnia ipsa deordinatio, & ipsa priuatio, non potest esse per se abagente intenta. Inquantum ergo omne peccatum est qnædam priuatio boni, sic qoodlibet peccatum caret specie. quia priuatio, secundum quòd huiusmodi non est species, sed carentia speciei. Vnde Augu. 12. de Cioi. Dicit ea qnippè, qnæ non in specie, sed in eius priuatione sciuntur, si dici, aut intelligi potest, quodammodo nesciendo sciuntur. Talia autem secundum ipsum sunt delicta, vel peccata. Species ergo intelligibiles, vt ibidem dicit, mens quidem nostra intelligendo conspicit, sed vbi deficiunt intelligibiles species, nesciendo discit. Iuxta illud Psal. Delicta, quis intelligit? Peccatum ergo, quia est priuatio, est carentia speciei, & non est de se qnid intelligibile, vt natora aliqua, & vt bonum aliquod, sed, vt priuatio boni. In se ergo peccatum caret specie: sed, vt est prēter regulam, caret ordine, vt est præter intentionem, caret modo. Sic ergo accipiendo has tres conditiones, inseparabiliter se habent ad quodlibet peccatum.

Peccati conditiones tres.

Tomo 5. cap. 7.

Psal. 18. Peccatum non est intelligibile, vt natura aliqua, sed vt priuatio boni, iuxta illud: Delicta quis intelligit

Possumus tamen hoc aliter accipere, vt non in omni peccato concurrant omnia ista tria. Nā in actu peccati est tria considerare, videlicet materiam, supra quam cadit huiusmodi actus, & agens, à qoo talis actus efficitur, & modus, per quem efficit. Nam aliquando quis peccat agendo, quæ non sunt de genere bonorum, vt adulterando, vel innocentem occidendo: aliquando vero agit, quæ sunt de genere bonorum, sed non agit conuenientia sibi, vt suspendere latronem,

Peccati tria considerada.

vel

vel agere aliquem actum de genere iustitiæ, esset agere actum de genere bonorum, non tamen ad quælibet spectat talē actū agere, sed ad iudicē, & ad personā publicam. Posset ergo aliquis agēs talem actum, peccare, non quia ageret, quæ non sunt de genere bonorum, sed quia non ageret cōuenientia sibi. In multis etiam alijs hoc videmus, quòd aliquis potest appetere aliqua, quæ sunt de genere bonorum, non tamen sunt conuenientia sibi. Potest etiam contingere, quòd aliquis velit quæ sunt de genere bonorum, & conuenientia sibi, sed non vult ea eo ordine, quo debet. Posset enim quis peccare appetendo charitatem. Est enim charitas de genere maximorum bonorum, & est bonum conueniens, & expediens creaturæ rationali, tamen si quis vellet tantum donum consequi ex natura, & si quis optaret, vt haberet charitatem, non per viam gratiæ, licet appeteret, quæ sunt de genere bonorum, & conuenientia sibi, peccaret tamen, quia non appeteret huiusmodi bonū eo ordine, quo deberet.

Charitas est peccato quo appeti pos-sit.

Possumus ergo prædicta tria ad hæc tria adaptare, vt dicamus peccatum carere specie, quando appetitur, quod non est de genere bonorum: carere modo, quando non appetitur aliquid conueniens sibi: carere ordine, quando nō appetitur eo ordine, quo est appetendum.

Peccari tria considerando.

Ex hoc autem patere potest, quomodo Angelus potuit peccare, & peccauit. Non enim peccauit, vel peccare potuit, appetendo, quæ non sunt de genere bonorum, vel appetendo non conuenientia sibi. (Non enim sic hebes erat, vt noxia sibi cuperet) sed peccauit non appetendo eo ordine, quo debuit. appetijt enim beatitudinem, quæ maximè erat de genere bonorum, & maxime erat conueniens sibi, sed non appetijt eam eo ordine, quo debuit. quia debuit eam vello habere per gratiā, quam habere voluit per naturam.

Declarato, quomodo Angelus potuit peccare, prout peccatum per comparationem ad causam est quidam defectus regulæ, & prout secundum se est quædam priuatio; volumus declarare, quomodo potuit peccare, prout peccatum comparatur ad ipsum Angelum peccantem.

Peccat quis vel p ignorantiā, vel ignorās, qd sibi hæc duo velim. 3. Ethic. c. 1.

Sciendum ergo, quòd quicunque peccat, vel peccat per Ignorantiam, vel peccat ignorans, vt declarari habet in 3. Ethic. Vt si lingua hominis esset infecta colera, & haberet vsum rationis. & inhibitum esset ei, quòd non comederet dulcia, si nesciret omne pomum esse dulce, si gustaret poma dulcia, peccaret per deceptionem. Nam ignorantia eēt cā, quare poma gustaret, credens non gustare dulcia. Sed si sciret omne pomum dulce esse, & tamen gustaret pomum, licet non gustaret per deceptionem, gustaret tamen decepta. Et licet non deciperetur in vniuersali, deciperetur tamen in hoc particulari. Nam infectio coleræ inficeret iudicium de gustabili, vt pomum, quod est in se dulce, propter infectionem coleræ indicaret amarum. Vnde ipsamet lingua tunc gustās diceret: Scio omne pomum esse dulce, sed propter infectionem coleræ hoc particulare pomum mihi videtur amarū. Sic & in proposito aliquādo quis peccaret per ignorantiam, & per deceptionem, vt quia ignorat in vniuersali, & fornicatur, quia non credit fornicationem esse peccatum. Aliquando vero ignorat in particulari, vt eum intellectus apprehendit fornicationem, dicit eam esse delectationem, & dicit eam inordinatam. Appetitus tamen allicitur, ex eo, quòd est quid delectabile, & prætermittit velle cogitare de inordinatione, quod faciendū, inficitur volūtas, qua infecta, inficitur iudicium rationis, vt iudicet fornicationem esse faciendam, quæ non est faciendā. Sic ergo peccans, non peccat per ignorātiam, & per deceptionem, sed peccat ignorans, & deceptus. Sicut enim ebrietas ligat iudicium rationis, vt non possit mente conspicere, quod est faciendum, sic concupiscentia, & ira, & cæteræ passiones, quædam ebrietates sunt: vt cum est appetitus talibus infectus, inficiatur iudicium rationis, vt quis passione iræ detentus, vel alicuius concupiscentiæ, iudicabit, manente tali passione, aliquid valde turpe esse faciendum, sed si extra passionem esset, omnino illud abhorreret.

Sed cum Angelus passiones habere non possit, videtur, quòd nullo modo peccare potuerit. Nam non peccauit per ignorantiam, vel per nescientiam, vt quòd non haberet de rebus cognitionem veram: nec peccauit nesciens, vel ignorans, quia nō erat in eo appetitus sensitivus, per cuius passiones ligaretur eius intellectus, vel eius iudicium, ne debitè iudicaret.

Peccare nesciendō qd.

Sciendum ergo, quòd tunc aliquis peccat nesciens, quando non considerat actu, quæcunque sunt consideranda. Possumus enim scire omnem mulam esse sterilem, & credere hanc mulam esse prægnantem, vt quia non consideramus quæcunque sunt consideranda: vt quia videmus tumefactum vterum prægnantis, si videamus mulam habere vterum tumefactum, potemus credere ipsam esse prægnantem. Quod maxime veritatem habet, cum peccamus. Quilibet enim in se ipso experitur, quòd cum apprehendit aliquid delectabile, ita à delectatione allicitur, vt non vacet sibi cogitare, quæ sunt cogitanda. Propter quod iudicat multoties non debite, & iudicat faciendum, quòd non est faciendum, vel iudicat faciendum, vt non est faciendum. Dicemus ergo, quòd Angelus, quantum ad naturalia, & ad cognoscendum species, & naturas rerum, non poterat deficere. Habebat se enim ad cognitionem talium, quasi in actu, vt cum conueniret se super speciem aliquam, posset per illam speciem cognoscere quæcunque pertinent ad naturam illam: nec in talibus poterat Angelus deficere, quòd appetitum naturalem haberet inordinatum, quia appetitum naturalem ad ea, quæ naturalia sunt, dum erat in statu innocentiæ, sic habebat ordinatum, vt in hoc non deficeret. Tamen ad ea, quę supernaturalia sunt, deficere

CONTRADICTIO. Multa quælibet sterilis ex Arist. li. 2. de Gēnā. c. 6. Quē vero ex eodem Arist. lib. 2. de gē. ani. c. 6. & 6. 8 hist. ani. c. 24. ait Mulas coire, & parere, imelligit Mulas Syriæ, quæ no sūt eiusdem speciei cū mulabus Italiæ, & Hispaniæ, quæ ex quadā particulari equæ & particulari asino gignuntur generatione valuisse secundō gen', nō speciem teste Aucer. 7. Meta. c. 12. quia ex nimia caliditate matricis mulierū postrationem semē equinū, aut asininū in matrice corrūpere.

re poterat, & maximè cum in eo esset aliqoid, vnde posset habere ortum talis defectus.

In prima enim sui conditione, cognouit se, & alios Angelos, qui facti erant, & cognouit Deū, a quo factus erat, non visione clara, & aperta, sed in ipso cognoscebat Deum, non quòd ipsam Dei essentiam immediate videret. Hoc ergo appetijt, scilicet claram visionem Dei, quod erat bonum, & bonum conueniens sibi, sed non appetijt eo ordine, quo debuit, voluit enim hoc habere per naturam, quod debuit velle habere per gratiam. Et peccauit nesciens, quia non considerauit quæcunque erant consideranda. Intuens enim seipsum, delectatus tanta pulchritudine, quantam in seipso vidit, credidit tantum bonum posse consequi per naturam, & hoc modo appetijt consequi. Vnde Augustinus 11. super Gen. ad litteram ait, quòd superbia tumidus, ac propriæ potestatis delectatione corruptus: beatæ angelicæ vitæ dulcedinem non gustauit. Gustasset enim dulcedinem beatæ vitæ, si eam appetijsset, vt debuit, sed delectatione proprię excellentiæ corruptus, volens beatitudinem habere per naturam, amisit, quod obtinuisset per gratiam.

Angeli peccatum quale.

Tomo 3.

Dicamus ergo, quòd species in mentibus Angelorum repræsentant quiditates rerum. Propter quod sufficienter ducunt in cognitionem eorum, quæ res naturaliter consequuntur, & quæ insunt naturis rerum. sed ea, quæ supernaturaliter se habent ad res, naturali cognitione, & certa scientia scire non possunt, vt intelligendo humanitatem Christi, scire poterant, quæ conueniebant Christo, in eo quòd homo, sed quòd ille homo esset Deus naturali cognitione certitudinaliter scire non poterant, & quia non habentes appetitum regulatum, aliquando iudicat vltra illud, ad quod se extendit eorum scientia, & multomagis erat in iudicando, potuerunt errare credentes esse Messiam, qui non erat, vel non credentes qui erat.

Sic & in proposito, in statu illo innocentiæ, quia non habebant liberum arbitrium confirmatum in bono, poterant iudicare vltra id, quod dabat eorum scientia, vt appetentes beatitudinem tanquam bonum optimum, & nondum plene scientes qualiter deberent eam consequi, extimarent quadam extimatione falsa, quod eam possent consequi per naturam. Et potissime hoc veritatem habuit in primo Angelo, siue in Lucifero, qui videns in se tantam pulchritudinem, delectatione suæ excellentiæ, corruptus, extimauit huiusmodi beatitudinem posse consequi per naturam. quòd si omnino extimasset hoc impossibile, nullo modo hoc elegisset, cum electio sit possibilium, vel eorum, quæ possibilia reputantur.

In hoc ergo fuit peccatum Dæmonis, & in hoc se auertit à Deo, & in hoc peccauit ignorans, quia cum de supernaturalibus per species sibi naturaliter inditas plenam cognitionem habere non posset, non debuit extimare, nec eligere, qualiter deberet habere suam beatitudinem, quæ erat quid supernaturale. sed debuit subditus esse Deo, & expectare in hoc diuinam voluntatem, & stare in hoc, quod sibi collatum erat.

Nec peccauit suam beatitudinem appetendo, quia non fuit suum peccatum respectu rei volitę, sed peccauit in modo appetendi. debuit enim appetere beatitudinem suam velle eo modo, quo Deus ordinauerat sibi dare. sed ipse præuenire volens dispositionem diuinam, & delectatione excellentiæ suæ corruptus, extimans, & appetens se hoc posse consequi per naturam, peccauit, & per peccatum corruit. Auertit ergo se à Deo, quia, vt diximus, debuit velle suam beatitudinem consequi, eo modo, quo ordinauerat Deus. Et peccauit nesciens, quia cum non haberet sufficientem notitiam de supernaturalibus, debuit hoc cogitare, vt non de talibus suum iudicium daret, quòd per naturalia assequeretur ea, sed eo modo, quo Deus ordinasset. Omittens ergo hoc cogitare, sed corruptus delectatione proprię potestatis, & vltro se ingerens, & extimans, & volens per sua naturalia posse beatitudinem obtinere, peccauit quodammodo nesciens. Propter quod patet quomodo Diabolos peccare potuit, non solum vt peccatum comparatur ad suam causam, & vt consideratur secundum se, sed etiam vt refertur ad Angelum peccantem.

Angelus sui appetendo beatitudinē quo peccauit.

Resp. Ad arg. Ad primum dicendum, quòd Angeli debebant esse quasi liberi in domo, sed mali noluerunt agere, vt veri liberi, id est vt veri filij, quia noluerunt vt debuerunt, Patrifamilias, id est Deo esse subditi, nec voluerunt secundum Dei voluntatem, voluntatem suam regulare. Et ad illud, quod addebatur de motu corporū supercœlestium, dici debet, quòd huiusmodi motos est naturalis, & si Angeli solū de naturalibus iudicassent, de supernaturalibus autem se diuinæ ordinationi commisissent, non peccassent.

Et per hoc patet solutio ad secundum. Nam & si in corporibus supercœlestibus est plus de potentialitate, tamen huiusmodi motus potest dici quid naturale, sed Angelus peccauit appetendo, quod erat supernaturale.

Ad tertium dicendum, quòd dictum Philosophi intelligendum est de virtutibus, & vitijs, quæ sunt circa passiones in appetitu sensitiuo, cuius passiones, & appetitum in Angelis non ponimus.

Ad quartum dicendum, quòd bonum fuit simpliciter, quod appetijt Angelus, nec peccauit appetendo, quod non erat de genere bonorum, sed in modo appetendi, vt quia voluit consequi per naturam, quod debebat velle per gratiam.

ARTIC. II.

An Lucifer peccando, Dei æqualitatem appetierit. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 63. artic. 3. & 2. senten. d. 5. arti. 2. Ft in q. disp. de mal. q. 16. de Dæm. artic. 3. D. Bonauē. d. 1. artic. 1. q. 2. Alex. de Ales 2. p q. 109. Scot. d. 6. q. 1. Franc. Mayr. d. 4. 5. q. 3. Holzoth. 2. sen. q. 3. Biel d. 6. Capr. d. 4. q. 1. Ant. And. 2. sent. d. 6. q. 1. Nic. de Nyse tract. 2. p. 2. q.

SECVNDO quæritur: Vtrum Lucifer peccādo appetierit Dei æqualitatem. Et videtur quòd non. nam appetitus præsuppouit cognitionem, sed ipse non intellexit diuinā essentiam, ergo nec potuit apprehendere æqualitatem eius, & per consequens nec appetere.

Præterea secundum Anselm. in de casu Diaboli: Illud appetijt, quod habuisset, si stetisset. sed nun quam fuisset æqualis Deo, ergo: &c.

Præterea peccatum Diaboli fuit in auertendo se à Deo, iuxta illud Dio. 4. de diui. no. Malum Dæmonis fuit auersio, & excessus conuenientiū. sed appetere æqualitatem Dei est velle assimilari Deo, non autem est auertere se ab ipso: ergo &c.

Præterea desiderium naturale non potest esse peccatum, sed hoc videtur esse naturale desiderū creaturæ rationalis, assimilari Deo, & non potuisset æquari Deo, nisi fuisset Deo similis, hoc ergo appetendo non peccauit.

IN CONTRARIVM est, quod dr Esa. ex pſona Nabuchodonosor in figura Diabol: In cœlum ascendam. & ero similis altissimo. Non autem potest hoc intelligi de cœlo Empyreo, quia ibi erat. intelligitur ergo de cœlo sanctæ Trinitatis, & de æqualitate diuinæ celsitudinis. Volut ergo ascendere in cœlum sanctæ Trinitatis, & esse æqualis altissimo.

Esaiæ 14.

Philæt. Præterea supra illud Psal. Quæ non rapui, &c, vult Glo. quòd Diabolus voluit rapere diuinitatem: ergo &c.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli inferiores Dei æqualitatem appetierint. Conclusio est affirmatiua.

Vide eosdem Doct. supra citatos.

VLTERIVS autem dubitatur. Vtrum inferiores Angeli appetierint Dei æqualitatem. Et videtur, quòd non. Nam ipsi appetierunt esse sub Lucifero, ergo non appetierunt esse æquales Deo, quia nihil quod est sub creatura æquari potest Creatori.

A Præterea videbant inferiores Angeli se nō posse attingere ad æqualitatem Lucifer, ergo multo magis viderunt se non posse attingere ad æqualitatem Dei: ergo &c.

Præterea, super illo verbo Apostoli: Adam nō est seductus, vult Glosa, quòd non est credibile, quòd vir spirituali mente præditus, esse volnerit sicut Deus, sed quantuncunque essent Angeli inferiores, erant magis præditi mente, & perspicacioris intelligentiæ, quàm Adam in statu innocētiæ, ergo &c.

1. Tim 2. Adam non est seduct⁹.

IN CONTRARIVM est, quia eodem genere peccati dicuntur peccasse Lucifer, & inferiores Angeli adhærentes sibi. Sed ille peccauit appetendo Dei æqualitatem: ergo &c.

B

Resolutio Artic. II.

Angelus Dei æqualitatem directè appetere non potuit, nec ex parte Dei, nec ex parte sui: indirectè verò eādem appetisse æqualitatem Dei non negamus cum beatitudinem per naturam, non per gratiam dari sibi voluerit.

RESPONDEO dicendum ad quæstionem primam, quòd cum quæritur: Vtrum Diabolus appetierit æqualitatem Dei, certum est, quòd directè eam appetere non potuit, tam ex parte Dei, quàm ex parte sui. Ex parte Dei quidem, quia comprehendere non potuit, quanta esset excellentia Dei. propter quod, nec directè appetere potuit, quòd tantam excellentiam ipse haberet.

Diabolus cur directè nō appetiit æqualitatē Dei.

C

Nec etiam hoc potuit appetere ex parte sui. Cognouit enim, quòd factus erat, nec ita obtusæ mentis erat, q̄ nesciret Deo nihil simile esse posse: Vnde Ansel. de casu Diaboli: Si Deus non potest cogitari, nisi, vt nihil illi simile cogitari possit, quomodo potuit Diabolus velle, quod non potuit cogitare? Et hoc quantum ad rationem primam, quia huiusmodi æqualitas non potuit ab eo cogitari, nec in eius mentem potuit cadere. Et subdit: Non enim ita obtusæ mentis erat, vt nihil aliud Deo simile posse esse nesciret. Et hoc quantum ad rationem secundam. quia ex parte sui hoc appetere non potuit. Potest autem ad hoc adduci & tertium. nam si quilibet vult esse melior, factus autem alius nullus, vt vult Philosophus in 9. Ethico. Nullus enim vult fieri alius, quia tunc vellet non esse. Non potuit ergo velle Angelus fieri Deus, quia tunc voluisset non esse.

D

Nullus vult fieri alius. quia tunc vellet non esse.

Viso, quomodo Angelus directè non potuit appetere æqualitatem Dei, volumus ostendere, q̄nomodo hoc potuit appetere indirectè. Dicemus enim, q̄ tam in speculabilibus, quàm in appetibilibus, est dare quædam per se nota, contra quæ nullus vadit directè, sed indirectè, vt de hoc principio: De quolibet affirmatio, vel negatio ve-

Diabolus quo indirectè appetiit æqualitatē Dei.

ra,

Arist. 4 Met. cap. 2. t. 9. cap. 6. t. 22. 29.

ra, ita est notum menti, ut nullus directè ei mente contradicat, sed tamen indirectè omnes assentientes alicui falsitati, hoc principium negant. Nam quiconque iudicat aliquid falsum, iudicat non esse quod est: vel esse, quod non est, & per consequens asserit contradictoria verificari simul. Indirectè igitur potest negari istud principium, quia conceditur aliquid, per cuius concessionem huic principio contradicitur. Sic & in proposito, appetere Dei æqualitatem, ita est contrarium appetitibus, & maximè appetere per electioem, q̃ non est nisi impossibilium, vel eorum, quæ impossibilia reputantur, vt in nullius appetitu hoc directè cadere possit. Indirectè tamen potest. Nam sicut quilibet iudicans falsum, indirectè consentit contradictoria simul posse verificari, ita quilibet peccans, indirectè vult esse Deo æqualis. Nam omnis peccans, vult Deo non subesse, ex quo non vult viuere fm diuinas leges. sed qui non vult subesse Deo, vult esse æqualis, vel maior Deo. Omnis ergo peccator vult esse æqualis Deo, & quodammodo maior Deo. Nam velle facere contra voluntatem alicuius, est velle plus posse, quã ipse possit, Peccator ergo, qui vult facere contra voluntatem Dei, vult plus posse, quàm possit Deus, & per consequens volt esse plus, quàm Deus. Hoc enim modo Ansel. in de casu Diaboli ostendit, Diabolum non solum voluisse esse æqualem Deo, sed esse maiorem Deo, quia voluit, qd eũ Deus velle nolebat, propter quod suam voluntatem super Dei voluotatem posuit, & esse plus, quàm Deus voluit.

Habito quomodo Diabolus directè æqualitatem Dei appetere non potuit, sed indirectè, sicut quilibet peccator hoc appetit; volumus magis ex propinquo accedere, quomodo Dei æqualitatem appetijt. Omnes enim concedunt, quòd Diabolus Dei æqualitatem appetijt, quia voluit suam beatitudinem habere per naturam, sed in hoc videtur esse differentia inter opinantes. Nam quidam dicunt, quòd Diabolus voluit suam beatitudioem habere per naturam, quia voluit suam beatitodinem ponere in eo, quòd erat sibi collatum naturaliter, vt videns se habere naturalia, sic splendida, & delectatus in suis naturalibus, voluit in hoc suum finem ponere, non quærendo vlteriotem felicitatem, sicut & multi hominum vellent semper viuere in hac mundana vita, & non vlteriorem felicitatem habere, quod volendo peccarent. Noluit ergo Diabolus felicitatem ponere in seipso, q̃n hoc, quod habebat, ordinaret in Deum, secundum quòd Deus est quoddam vniuersale agens, conseruans omnium naturas in esse. quia ruoc angelus vol uisset non esse, cum non posset sine Deo esse. sed voloit in seipso sistere, & sua pulcbritudine, & sua excellentia frui, non referendo se vlterius in Deum, secundum quòd est obiectum beatificans, & secundũ quòd est quid fruibile per gratiam. Quòd autem hoc volebat Diabolus, satis adduci possent verba Aug. in de vera Relig. dicentis: Ille angelus magis frui voluit sua potentia, quam Dei, & quòd seipsum magis, quàm Deum dilexit. Si enim modo, quo dictum est, volebat sistere in seipso, & in excellentia suæ pulchritudinis naturalis, quam aperte videbat; non autem per gratiam, Dei essentiam apette videre cupiebat, volebat frui seipso, & non Deo, & dilexit se io hoc magis, quàm Deum, & delectati in seipso, & videte seipsum aperte, quod competebat ei per natutam, posuit esse felicitatem suam. debuit tamen ponere felicitatem suam esse, videre Deum per essentiam, quod contigisset ei per gratiam. Tomo 1.

Alio modo ponitor, quòd Diabolus noo posuit felicitatem suam in his, quæ fuerant sibi collata naturaliter, sed in Deo: ipsam aũt uisioem Dei apertam, & ipsam summam felicitatẽ, quam debuit velle habere per gratiam, voluit habere per naturam. Et hoc satis videtur magis consonum, & dictis Sanctorum, & rationi. Nam beatitudo est quietatio naturalis desiderij. Nunquam autem naturale desiderium quietatur, si cognito effectu. ignoretur causa, homines autem, quia non diligunt tantum bonum intelligibile, sed etiam bonum sensibile, ratione appetitus faositiui possunt ponere in aliquo bono sensibili finem suum. Sed Angeli, qui non vigent nisi intellectu, non nisi in bono intelligibili possunt suum finem ponere. Et sicut Angeli non feruntur nisi in bonum simpliciter, ita quòd non peccauerunt appetendo quod non debuerunt, sed appetendo, vt non debuerunt; ita & quietationem sui intellectus non potuerunt ponere, nisi in eo, quod erat quietatiuum simpliciter. nec posuerunt finem suum vbi non debuerunt, sed eo modo, quo non debuerunt. Non enim ita hebes erat primus Angelus, quin cognosceret se factum à Deo, & quòd non poterat esse quietus appetitus eios nisi in Deo. In ipso ergo Deo felicitatem suam posuit, sed videns suam eacellentiam naturalem, tumefactus superbia, credidit Dei visionem posse naturaliter obtinere sub Deo, tamen non, vt influit rationali creaturæ gratiam, sed vt dirigit, & gubernat totam naturam.

Concordat ergo hoc rationi, quantum ad id, quod Angelus appetijt: concordat etiam rationi proot potuit appetendo peccare. Nam error, vel erronea extimatio non contingit in Angelis, quantum ad ea, quæ sunt secundum naturam, sed quantum ad ea, quæ sunt supra naturam. Si ergo peccasset ponendo suam beatitudinem in his, quæ sibi erant collata naturaliter, mirum esset, quomodo in talibus potuisset nõ rectam extimationem habere, sed ponendo suam felicitatam in eo, quod erat supranaturale. quia non habebat de hoc plenam icientiam, qũo tale bonũ supnatorale deberet conseqni: Vtrũ p naturalia, q̃ bẽbat, vel aliter, cũ debuisset io his, circa

quæ non habebat plenam scientiam, expectare diuinam ordinationem, ille delectatus excellẽtia propriæ potestatis, & extimans, ac appetens per sua naturalia hoc obtinere, peccauit. Debuit enim beatitudinem, de qua non habebat plenam scientiam, qualiter obtinenda esset, velle obtinere, vt Deus volebat, & hoc Deus voluisset eum velle, non autem debuit velle hoc per naturalia obtinere. Melius ergo saluare possumus, quomodo potuit esse in Angelo nescientia vel extimatio aliquo modo falsa, & qualiter potuit peccare, si ponamus, eum suam felicitatem potuisse in bono supernaturali, quàm in bono naturali. Licèt enim Angelus ponendo suam felicitatem in bono supernaturali, & in visione Dei, poneret hoc in bono infinito, non tamen erat ita hebes, quin scitet, quòd modo infinito non poterat adipisci. Poterat enim scire, quòd non potuisset ad hoc deuenire, quòd Deum comprehendisset, & quòd ipsum infinito modo vidisset. Quia ergo de supernaturalibus plenam scientiã non habebat, & quia supernaturalem, & infinitam beatitudinem scire poterat, se non modo infinito, sed finito posse adipisci, potuit in hoc habere extimationem non rectam, vt extimaret, quòd per naturalia sua, quæ licèt finita essent, posset hoc bonum infinitum modo finito assequi. In hoc ergo peccauit, & peccatum suum fuit voluntarium, quia non debuit velle indicare, nec extimare aliquid, nisi quatenus haberet de illo scientiam plenam. Sed non tenens se in suis finibus, volendo consequi diuinum bonum eo modo, quo Deus nolebat, factus est à Deo auersus, cui peruersè cupiebat esse similis.

Angel⁹ cit ca finem errare nó potuit, sed homo.

Magis ergo hoc concordat rationi, quòd ipsam veram felicitatem appetijt, quia cum videret se esse effectum, naturaliter inclinabatur, vt clarè videret causam, cuius erat effectus, nec peccauit hoc volendo, sed quia non debito modo voluit.

Concordat hoc etiam magis cum auctoritatibus, Sanctorum, & Doctorum, quia secundùm Ansel. peccando non appetijt, quod habebat, sed quod habuisset, si stetisset. Appetendo ergo inordinatè non naturalia, quæ habebat, sed bonum supernaturale, quod obtinuisset per gratiam, si stetisset, peccauit. Vnde & Augustinus 11. super Gen. ait, quòd mente cæcus, non ab eo quod acceperat, cecidit, sed ab eo, quod accepisset, si subesse Deo voluisset. Augustinus itaque in 11. de Ciuit. Dei, vult Angelos cecidisse à beatitudine, quam acceperant, cum tamen in 11. super Gen. dicat eos cecidisse ab eo, quod erant accepturi. Vtrumque verum est. fuerunt enim creati in beatitudine innocentiæ, & erant accepturi beatitudinem excellennę. Quantum ergo ad beatitudinẽ innocentiæ, ceciderunt ab eo, quod acceperant: Quantum vero ad beatitudinem excellentiæ, ab eo, quod erant accepturi. Hoc ergo modo peccauerunt Angeli, volendo inordinatè, quod erant accepturi, & quod accepissent, si stetissent.

Tomo 1.

Angeli cecidérãt à beatitudine innocentiæ, quam acceperant, & q̃ erant accepturi. 2 excellentiæ. Tomo 3. cap. 12.

His itaque prælibatis, volumus declarare ex habitis, quomodo indirectè appetijt Diabolus æqualitatem Dei. nam si volebat in seipso quiescere, & hoc modo suam beatitudinem appetijt per naturam, quia posuit suam felicitatem in collatis sibi naturalibus, quæ habebat per naturam, quam debuit ponere in visione Dei, vel in dilectione Dei, quam erat habiturus per gratiam, certum est, quòd voluit æquari Deo, quia hoc est proprium solius Dei, quòd quiescat in eo, quod habet per naturam, & quòd non vlterius quærat aliquid ab aliquo per gratiam.

Nulla autem creatura rationalis potest sic rectè quiescere. Iuxta illud Aug. in principio Confes. Ad te nos fecisti domine, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

Tomo 1.

Diabolus posuit suã beatitudinẽ in bono diuino, sed modo non debito. ideo cecidit.

Sed secundum alium modum dicendi, magis veritati, & rationi consonum, pronit suam beatitudinem posuit in bono diuino, quod debuit appetere, velle habere per gratiam, sed tumefactus de sua excellentia extimauit non rectè, volens hoc habere per naturam, in quo & peccauit, certum est Dei æqualitatem appetiuisse.

Ex Magistro sent. & ratione.

Quod potest tripliciter declarari, prout ad huiusmodi beatitudinem, quantum ad præsens spectat, tria concurrunt; videlicet aperta Dei visio, simultas cognitorum, & inflexibilitas voluntatis ad malum.

Si ergo Angelus volebat suam beatitudinem consequi per naturam, voluit per naturam Deũ videre apertè. sed cum quælibet creatura habeat substantiam differentem ab esse, intellectus receptus in natura creata, non potest habere pro obiecto nisi quiditatem differentem ab esse. Deus ergo, qui est ipsum esse, secundum apertam visionem non est naturaliter obiectum alicuius intellectus creati, sed lucem habitat inaccessibilem, quam nulla creatura per naturam videt, sed nec videre potest. Ideo enim Deus non est intelligibilis ab intellectu creato, vt vult Dionysius de diuin. nom. in principio, quia non est de numero existentium, vt quia est nihil existentium existens. Non est enim de numero existentium per esse, sed est ipsum esse, cuius participatione omnia existentia habent esse.

V Deus cũ visione sua ẽ tã ab intellectu creato naturaliter videri non potest.

Volendo ergo Diabolus videre clarè, & apertè Deum per naturam, qui est ipsum esse, voluit habere substantiam non differentem ab esse, & directè, & ex consequenti voluit esse Deus.

Secundò hoc idem patet ex eo, quòd ad huiusmodi beatitudinem concurrit simultas cognitorum. Nam beati secundum visionem beatam vno intuitu vident omnia quæ vident. Si ergo Diabolus potuisset esse beatus per naturam, potuisset per essentiam suam vel per aliquam speciem, quam haberet in se naturaliter, vno intuitu omnia videre. Essentia ergo sua cum esset omniũ repræsentatiua, non esset determinata, nec ad genus, nec ad speciẽ: immo quia quicquid est naturaliter

Beati oĩa si mul vident.

raliter in Angelo est ibi secundum modum naturæ Angeli. si ergo aliquid existens naturaliter in natura angeli non esset determinatum ad genus, & ad speciem, & posset omnia representare, consequens est, ꝙ & ipsa natura angeli ad genus, & ad speciem determinata non esset. sed nihil est tale, nisi solus Deus, ergo &c.

Tertio hoc idem patet ex eo, ꝙ beati habent voluntatem inflexibilem ad malum. Nam aliud est habere voluntatem sic inflexibilem per naturam, aliud per gratiam. Nam per gratiam quidá habent voluntatem inflexibilem firmiter adhærentes regulæ, sed per naturam haber hoc ipsa regula. Nam hoc est naturale, ꝙ regula à seipsa non possit auerti, sed omne aliud à regula, dimissum naturæ suæ, potest agere nõ secundum regulam. Si autem voluntas, quæ non est ipsa regula, nihil potest facere, nisi secundum regulam, hoc inest ei per aliquid superadditum sibi, vt quia per gratiam est firmiter coniuncta ipsi regulæ. Quare si Diabolus voluit per naturam consequi beatitudinem, voluit per naturam habere voluntatem inflexibilem ad malum, & per consequens voluit esse ipsa regula, secundum quam sunt alia regulanda. & quia hoc est proprium ipsius Dei, indirectè voluit esse Deus.

RESP. AD ARG. ART. II.

AD primum dicendum, ꝙ hoc arguit argumentum, ꝙ directè æqualitatẽ Dei non appetijt, quia nec eam potuit apprehendere, quod concedimus. appetijt tamen aliquid tali modo, quod habere non potuisset, nisi fuisset Deus.

Ad secundum dicendum, quòd aliquid appetijt, quòd habuisset, si stetisset: nunquam tamen habuisset illud eo modo, quo appetijt, videlicet per naturam, nisi fuisset Deus, & hoc modo indirectè appetijt esse Deus.

Ad tertium dicendum, quòd voluit assimilari Deo inordinatè, & peruerse, nec voluit hoc modo, quo voluit Deus. Propter qd factus est auersus à Deo.

Ad quartum dicendum, quòd non peccauit Angelus in hoc desiderio naturali, quia voluit assimilari Deo, sed io modo desiderandi, vt quia voluit huiusmodi beatitudinem consequi per naturam.

Resolutio Dub.

Si Dæmones superiores indirectè Dei æqualitatem appetierunt, vt superius patuit, inferiores etiam idem eodem modo appetijsse, credendum est, cum peccato Luciferi assensisse dicantur.

AD id autem, quòd quærebatur. Vtrum alij Angeli minores appetierint Dei æqualitatem, dici debet, quòd etiam minores indirecte appetierunt æqualitatem Dei. Nam & minores Angeli peccare ponuntur, quia consenserunt peccato Luciferi, licet non sit credibile eos consensisse peccato Luciferi, ꝙ solum appeterent excellentiam Luciferi, non suam, sed consenserunt peccato Luciferi, quia consenserunt peccare hoc modo, quo peccauit Lucifer; tamen sub eo. Voluerunt enim propriam excellentiam, & voluerunt per naturam obtinere beatitudinem, vt sicut Lucifer voluit obtinere suam beatitudinem per naturam, sub Deo tamen prout operatur in omni opere naturæ, sic & voluerunt illi obtinere suam beatitudinem per naturã sub Deo, vt operatur in omni opere naturæ, & etiam sub Lucifero. Imaginabimur enim, quòd duhis, quæ sunt supernaturaliter, Angeli non habebant plenam scientiam, & cum debuisset Lucifer in appetendo supernaturale bonum, vt beatitudinem, expectare diuinam ordinationem, vt consequeretur eam modo, quò Deus vellet, ipse hoc non expectans, sed vltro se offerens, & ingerens, voluit eam consequi per naturam. Dæmones autem inferiores videntes hoc appetere Luciferũ, consenserunt peccato suo, vt ipũ essent sub eo tanquam sub principe, & proportionabiliter secundum quòd habebant excellentia, vel minus excellentia naturalia, consequentur suam beatitudinem per naturam. Sed licet in beatitudine sint gradus, quia vnus clariori modo videt Deum, quàm alius, nullus tamẽ peruenit ad visionem Dei apertam in quocunque gradu, siue clariori, siue minus claro per naturã, nisi per gratiam. Ad visionem enim Dei apertam in quocunque gradu ponatur huiusmodi visio, cum Deus sit ipsum esse, nõ posset creatura peruenire per naturam, nisi haberet naturam indifferentem ab esse, & per consequens, nisi esset Deus. Propter quod inferiores Angeli appetierunt indirectè æqualitatem Dei.

RESP. AD ARG. DVB.

AD primum dicendum, quòd licet appetierint esse sub Lucifero tanquam sub principe, appetierunt tamen consequi beatitudinem per naturam, licet non tantam, quantam Lucifer, quod esse non poterat nisi quilibet esset Deus.

Ipse etiam Lucifer non appetijt tantam beatitudinem, quantam habet Deus, quia hoc in sua mente non potuisset cadere. tamen quia visionũ Dei apertam voluit habere per naturam, dicitur voluisse esse Deus, quia nõ potuisset hoc habere, nisi fuisset Deus.

Ad secundum dicendum, quòd prout potest patere per habita, non ex reuoluta, sed ex modo volendi, appetierunt Dæmones æqualitatem Dei. licet enim viderent se nõ posse æquari Lucifero, & licet non appetierint tam claram Dei visionem, sicut Lucifer, tamen eam tali modo appetierunt, quòd eam habere non potuissent, nisi quilibet eorum fuisset super

omnem rem creatam, & nisi quilibet fuisset Deus.

Ad tertium dicendum, quòd Eua voluit rapere diuinitatem. Adam autem peccauit, quia noluit suas delitias contristare. Vnde non fuit in hoc seductus, q̃ crediderit esse Deus. Nec etiam Euã credendũ est, fuisse tãtæ hebetudinis, vt crederet simpliciter esse Deus. In homine tamen, & in Angelo esse potest, q̃ appetant aliquid taliter, quod non possent habere, nisi essent Deus. Esse tamen Deus simpliciter, nec homo, nec Angelus appetijt.

Diuinitas directe, & simpliciter nec ab Angelo, nec ab homine appeti potest.

ARTIC. III.

An Diabolus per superbiam peccauerit. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 63. artic. 2. Et 2. senten. d. 5. artic. 3. Et in q. disp. de malo. De Dæm. q. 16. art. 2. 4. Et lib. 3. contra Gent. c. 109. Alex. de Ales 2. p. q. 10. & 11. D. Bonau. d. 5. artic. 1. q. 1. Ricar. d. 5. q. 2. Sco. d. 6. q. 2. Franc. Mayr. d. 4. & 5. q. 4. Holzoth. 2. senten. q. 3. Fiel. d. 6. q. 1. Capr. d. 1. 4. q. 3. Ant. Andr. d. 6. q. 2. Nicol. de Nyse tract. 2. p. 2. q. 2.

TERTIO quæritur, quo genere peccati peccauit Diabolus. Et videtur, q̃ non peccauerit p superbiam, quia vt dicitur. 1. ad Timo. Radix omnium malorum est cupiditas, sed peccatũ Diaboli fuit Radix omnium malorum, ergo peccauit per cupiditatem, & auaritiam.

Tim. cap 6.

Cupiditas. Odium, vel inuidia. Tomo 9. cap. 2.

Præterea videtur, quòd peccauerit per odium, & per inuidiam. Nam peccatum eius fuit auerti à Deo: iuxta illud Aug. 12. de Ciui. Beatitudinis igitur illorum causa est adhærere Deo, quo circa istorum miseriæ causa ex contrario est intelligenda, quod est non adhærere Deo. sed non adhærere Deo, & auerti à Deo, est odio habere, vel inuidere, vt dicitur in littera: ergo &c.

Accidia.

Præterea videtur, q̃ peccatum Dæmonis fuerit accidia. Nã fugere laborem in bonis spiritualibus, videtur ad accidiam pertinere. sed dicitur fuisse peccatum Dæmonis, quia voluit sine labore consequi gloriam, ergo &c.

Infidelitas.

Præterea videtur, q̃ peccatum eius fuerit infidelitas. Nam inter virtutes fides tenet primum gradum. infidelitas ergo erit primum vitium, sed primum vitium, & primum peccatum fuit peccatum Diaboli: ergo &c.

Omissio.

Præterea videtur, quòd peccauerit peccato omissionis. Nam ipse ex hoc peccauit, quia cum debuisset expectare diuinam ordinationem, ipse hoc omittens, appetens suam felicitatem, & videns suorum naturalium pulchritudinem, credidit, & appetijt per naturam posse beatitudinẽ obtinere.

IN CONTRARIVM est, quia Isido. de summo bono, lib. 1. ait, q̃ vno superbiæ lapsu per tumorem superbiæ, Homo cecidit, & Diabolus.

Præterea Augst. 11. super Gen. ait, quòd Diabolus à luce veritatis se auertit, superbia tumidus, & propriæ potestatis delectatione corruptus. Tomo 2.

Dub. Lateralis.

An Angeli inferiores per superbiã peccauerint. Conclusio est affirmatiua.

D. Bon. d. 5. artic. 1. q. 1. Ric. d. 5. q. 2. Nic. de Nyse tract. 2. p. 2. q. 2. Et vide eosd. Doct. supra citatos.

VLTERIVS autem dubitatur de minoribus Angelis. Vtrum peccauerint peccato superbiæ. Et videtur, quòd non. quia superbiæ est appetere præesse, & non subesse, sed inferiores Angeli voluerũt esse sub Lucifero, quod patet per Magistrum dicentem, quòd Lucifero consenserunt: ergo &c.

Præterea maioris auctoritatis, & dignitatis est, & sublimitatis, esse sub domino maiori, quàm sub minori. minores ergo Angeli non superbierunt, quia appetierunt esse sub Deo, mediante Lucifero, quod erat minoris dignitatis, & sublimitatis: ergo &c.

Præterea Aug. 11. super Gen. ad litteram vult, q̃ amor priuatus, & amor communis: vel amor sanctus, & amor immundus, fecerunt distinctionem inter Angelos, ita, quòd vnus fuit in Angelis bonis, alter in malis. Peccatum ergo malorum Angelorum quorumcunque non fuit superbia, sed amor immundus, vel concupiscentia. Tomo 1.

IN CONTRARIVM est, quia si hoc modo peccauerunt Angeli inferiores, quia consenserunt Lucifero, non consenserũt ei, vt solum vellent excellentiam eius, sed & vt vellent excellentiam suam, sicut & Lucifer voluit suam, sed hoc est peccare per superbiam: ergo &c.

Resolutio Artic. III.

Angeli peccatum primum fuit superbis, cum propria excellentia amore peccauerit, non autem alia peccata esse potuerunt, vt sunt carnalia, vel corporalia: ex consequenti fuit inuidia.

RESPONDEO dicendum ad id, quod quæritur: Quo genere peccati peccauit Lucifer, quòd hanc quæstionem pertractat Augustin. 11. super Gen. ostendens peccatum Luciferi primum nõ esse inuidiam, sed superbiam. Tomo 8.

Cum

Cum enim ponantur. 7. vitia capitalia: Gula, Luxuria, Auaritia, Ira, Accidia, & Superbia, & Inuidia: certũ est, quòd non potuit esse Dæmon incitatus ad peccata carnalia, vel corporalia, vt ad luxuriam, vel ad gulam, vel ad auaritiam: secundum, quòd auaritia est speciale peccatum prout. s. est cupiditas pertinentium ad sufficientiam vitæ, cum ipse talibus non indigeat. Nec etiam accidia potuit esse peccatum eius: secundum, quòd aliquis retrahitur à spiritualibus, volens fugere corporales labores. Nam ipse cum non habeat virtutes organicas: non laxatur, nec laborat. Nec etiam primum peccatum Dæmonis potuit esse ira, vel odium: vel inuidia, secundum quæ est appetitus alicuius mali, vel secundum quæ est, dolor de alieno bono. Nam talia rationem primi peccati habere nõ possunt. ✠ Primũ ergo peccatum Dæmonis fuit superbia, & amor propriæ excellentiæ, sed ex hoc peccato consecutum est in eo odium, & inuidia, vt ipse doleret de alieno bono. Vnde Augustin. 11. super Gen. ait: Nonnulli dicunt ei. i. Diabolo fuisse casum à supernis sedibus, ꝙ inuiderit homini facto ad imaginem Dei. Et subdit Porro ✠ inuidia sequitur superbiam, non præcedit. Non enim, vt ait, causa superbiendi est inuidia, sed inuidendi superbia. Cum ergo, vt dicit, superbia sit amor excellentiæ propriæ, inuidia vero sit odium felicitatis alienæ, quare iode nascatur, in promptu est. Amando enim quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, ꝙ ei cœqueuntur: vel inferioribus, ne sibi cœquentur: vel superioribus, quòd eis non cœquentur. Superbiendo ergo, vt concludit, inuidus nõ inuidendo est quisq; superbus. ✠ Peccatum ergo primum Diaboli superbia fuit, non inuidia. Vnde idem Augu. ibidem ait, ꝙ non oõ frustra putati potest ab initio temporis, Diabolum superbia cecidisse. Propter tamen argumenta scriptũ, quòd ✠ superbia, & auaritia possunt accipi generaliter, & sic sunt conditiones inseparabiliter respicientes quodlibet peccatũ. Nam quilibet peccans conuertit se ad aliquod commutabile bonum, & ita est ibi cupiditas, & auaritia, quia omnis est auarus, & cupidus, cui non sufficit Deus. Secundum hoc ergo verificatur dictum Apostoli, quòd radix omnium malorum est cupiditas. Sic etiam quilibet peccans auertit se ab incommutabili bono, & in hoc est superbia. Nam magnæ superbiæ est nolle subesse Deo. Si ergo accipiatur cupiditas generaliter pro appetitu inordinato cuiuslibet boni, & superbia generaliter pro omni auersione à Deo, sic peccatum Diaboli, & quodlibet peccatum criminale, est auaritia ratione conuersionis, & superbia ratione auersionis. Alio modo potest accipi cupiditas specialiter secũdum, quòd est idẽ, quod auaritia, & secundum, quòd est quoddam vitium capitale distinctum ab alijs vitijs: & sic est idem, quod amor pecuniæ, vel eorum, quæ possunt pecunia mensurari. vel est amor eorum, quæ requiruntur ad sufficientiam vitæ. Sic autem, vt diximus, peccatum Diaboli nunquam est auaritia. quia ipse non indiget talibus, nec ad talia afficitur. Posset autem habere reatum, & obligationem ad aliquam pœnam ex huiusmodi peccato, prout inducit homines, vt concupiscant pecuniam, & alia, quæ possunt pecunia mẽ surari: sed non est sic de superbia specialiter sumpta, quæ idem est, quod amor propriæ excellentiæ. Vnde in peccato Dæmonis fuit superbia generaliter sumpta ratione auersionis, & specialiter sumpta ratione conuersionis. Ipse enim diligens suam propriam excellentiam, quod est superbia specialiter sumpta, auertit se à Deo, quod est superbia generaliter accepta. Hæc autem superbia specialiter sumpta, quæ est amor propriæ excellentiæ est species cupiditatis generaliter sumptæ. Diabolus ergo auarus, & cupidus propriæ excellentiæ: quod, vt diximus, est superbia propriè accepta: cecidit, & à Deo auertit se. Vnde Augustin. 11. super Gen. dicit: Hinc enim Diabolus cecidit, qui vtique nõ amauit pecuniam, sed propriam potestatem. Primum ergo peccatum Dæmonis fuit superbia, sed ex hoc peccato incurrit multos defectus. Vnde Augu. 8. de Ciui. dicit: Dæmones esse spiritus nocendi cupidissimos, à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos. Videns enim Dæmon se non posse obtinere, quod voluerat, incæpit odire Deũ, per cuius iustitiam erat detectus, & inuidere alijs angelis obtinẽtibus, qđ ipse obtinuisset, si steterisset: & cœpit inuidere hominiꝙ potentat ascẽdere, vnde ipse ecciderat. Et cũ videret se posse homini nocere, & eũ fallere, liuidus inuidia, & tumidus superbia, incæpit esse nocendi cupidus, & falleudi callidus.

* Dæmonis peccatũ pri mum, superbia.

* Inuidia oritur à superbia, sed non superbia ab inuidia.

* Superbia primũ Diaboli peccatum.

* Superbia, & auaritia inseparabiliter respiciunt quodlibet peccatum.

1. Tim. 6.

Tomo 5.

Tomo 5. cap 22.

Resp. ad arg. art. iii.

AD primum dicendum, quòd radix omnium malorum est cupiditas generaliter sumpta. Hoc ergo modo peccauit Diabolus per cupiditatem, non cupiẽdo pecuniam, sed proptiam excellentiam, quæ cupiditas superbia erat.

Ad secundum dicendum, quòd odium, & inuidia Dæmonis ortum habuerunt ex superbia: primo enim propriam excellẽtiam concupiuit, quam non potens obtinere, cæpit alios odire, & inuidere.

Dæmonis inuidia, ex superbia.

Ad tertium dicendum, quòd peccatum Dæmonis non potuit esse accidia, quia ipsi Dæmones in ministrando non habent laborem, neque tędium. Hoc enim est accidia, cum quis volens fugere corporales labores, retrahitur à spiritualibus bonis. Dicitur tamen Dæmon voluisse sine labore consequi gloriam, quod est metaphoricè dictum. Nam voluit ex propria virtute cõsequi gloriam, & hoc appellatur sine labore, vt id dicatur, laboriosum, ad quod vires propriæ non sufficiunt.

Ad quartum dicendum, quòd, vt communiter dicitur, non oportet, quòd ea, quæ sunt priora in

ra in generatione, sint priora in destructione. Propter quod non sequitur, si fides est prima virtus, ꝙ infidelitas sit primum vitium. Primum enim vitium fuit superbia, & illud fuit initium omnis peccati. Nam à superbia Dęmonis cætera peccata sequentia quodammodo habent ortum.

Fides est prima virtus, nec tamen infidelitas est primum vitium.

Ad quintum dicendum, ꝙ ille peccat peccato omissionis, qui tenetur ad aliquid, quod si non faciat, non potest vitare peccatum. sed Diabolus potuit aliter vitare peccatum, quia potuit nó peccare nihil considerando de diuina ordinatione, sed solum non appetendo inordinatè propriam excellentiam. Dicemus ergo, quòd omissio alicuius circunstantiæ est conditio consequens quodlibet peccatum, & hoc modo in peccato Dęmonis fuit omissio. sed prout omissio est speciale peccatum, non fuit ibi omissio, sed commissio. Si enim quis faceret lineam tortuosam, non diceremus, quòd peccaret peccato omissionis, licèt omisisset regulam, quam si habuisset, fecisset lineam rectam. Nam hoc modo omissio consequitur quodlibet peccatum: sed diceremus, ꝙ non tenebatur habere regulam, nisi voluisset lineam facere. Potuisset enim non peccare, & non facere lineam tortuosam, etiam non habendo regulam. Nam si nullam fecisset lineam, non fecisset lineã tortuosam, sic si stetisset angelus in sua innocentia, non peccasset.

Omissio nõ fuit in Dęmone, sed cõmissio.

Resolutio Dub.

Dæmones omnes cum propria excellentię amore suã beatitudinem consequi voluerint; Omnes itidem superbia peccato laborasse censendum est.

ADid autem, quòd quærebatur de dęmonibus inferioribus. Vtrũ peccauerint peccato superbiæ, dici debet, ꝙ sic. Dicemus enim, quòd licet Angelus primus viderit se habere principatum super alios, vt supra diximus per auctoritatem Bernardi, non tamen plenè sciuit modum, secundum quem hoc erat habitutus, ita dicere possumus, quòd prænidit Diabolus se esse ordinatum ad felicitatem habendã, sed non plenè sciuit modum, quo hoc plenè poterat consequi. Vel ergo nihil debuit cogitare de huiusmodi re: & tunc tacitè se cõmisisset diuinæ ordinationi, vel si actualiter volebat cogitare de modo: debebat actualiter considerare de diuina ordinatione, vt illo modo suam beatitudinẽ consequeretur, sicut Deus ordinauerat, & sicut volebat eum consequi. Ipse autem hoc non expectãs, sed vltro se ingerens, propter pulchritudinem, quam in se vidit: æstimauit se posse per naturam huc consequi. Nam si nullo modo credidisset hoc esse possibile, non appetisset illud, nec elegisset. Nam licèt velle finem sit voluntatis: tamẽ ꝙ hoc modo, vel illo consequamur finem, pertinet ad electionem. & quia electio non potest esse impossibilium, vt dicitur in 3. Ethicorum nunquàm elegisset illo modo beatitudinem cõsequi, si credidisset hoc eẽ penitus impossibile. Propter quod patet, quomodo peccauit Diabolus, quia suam excellentiam diligens, & excellentia proprię potestatis delectatus, credidit per sua naturalia posse beatitudinem consequi. Alij verò Angeli peccatores hoc videntes, quòd ille sic volebat per sua naturalia beatitudinem consequi: ipsi sub eo tanquàm sub principante voluerũt etiã per sua naturalia beatitudinẽ consequi. Examore ergo propriæ excellentiæ, quia excellentius est aliquid consequi per naturam, quàm per gratiã: appetierunt suam beatitudinem consequi per naturam, & quia amor propriæ excellẽtiæ est superbia, non solum Diabolus, sed & alij angeli peccauerunt per superbiam.

Resp. ad arg. dub.

ADprimum dicendum, quòd & ad superbiã pertinet etiã sub aliquo velle excellentiam obtinere. Vnde dicitur de Diabolo in Iob, quòd Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Nam & alij Dęmones filij superbiæ fuerunt, amantes propriam excellentiam. Voluerunt tamen esse sub Diabolo tanquàm sub principe, propter huiusmodi excellentiam obtinendam. Vellet enim superbus nulli subesse, & omnes excellere. sed cum non potest suam excellentiam habere: vult esse sub alio, vt suam excellentiam habeat. Iob 41.

Ad secundum dicendum, quòd maioris excellentiæ est, esse immediatè sub maiori domino: at tamen superbus propter aliquam excellentiam consequendam, eligit aliquando esse sub domino minori, vel quocunque alio modo: dum tamen credat excellentiam obtinere, quod totum ad superbiam pertinet, cum propter amorem excellentiæ ad hoc inducatur.

Ad tertium dicendum, quòd amor ille priuatus fuit amor propriæ excellentiæ. Propter quod talis amor quædam superbia fuit.

QVÆSTIO II.

De bonorum Angelorum conuersione.

DEINDE quæritur de conuersione bonorum. Circa quod quæruntur duo. Primo: vtrum fuerit eis aliqua gratia apposita, & vtrum indiguerint gratia: ad hoc, quòd conuerterentur. Secundo: vtrum per gratiam eis appositam meruerint suam beatitudinem, vel gloriam.

ARTIC. I.

An Angeli boni ad ſe conuertendum indiguerint gratia. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 62. art. 2. Et 2. ſenten. d. 5. q. 2. art. 1. D. Bonau. d. 5. art. 3. q. 1. Ric. d. 5. q. 4. Tho. Arg. d. 5. q. 1. art. 3. Pro hac materia facit etiam Quol. 2. Doct. q. 29. vbi quæritur: An ſine gratia poſſimus bonum facere. Sed ibi tantillum ne claudices, quamuis Theologorum diuerſitas appareat magna. Necnon contradictionum vmbra.

AD primum ſic proceditur: Videtur, quòd Angeli non indiguerit appoſitione alicuius gratiæ, vt conuerterentur ad Deũ. Nam ad liberum arbitriũ pertinet, quòd poſſit flecti ad vtrũque, in cuius ſimilitudine dictum eſt cuilibet liberum arbitrium habenti: Ecce appoſita ſunt coram te ignis, & aqua, ad quod vis extende manũ tuam. Cum ergo angeli haberent liberum arbitrium in nullo impeditum, poterant ſe conuertere ad bonum, & ad malum, ergo &c.

Eccleſiaſtic. 15.

Præterea ante conuerſionem non erat diſtinctio inter angelos bonos, & malos, nec videtur fuiſſe mora inter auerſionem malorum, & conuerſionem bonorum. ſi ergo in bonis fuiſſet appoſita gratia, vt conuerterentur, habuiſſent gratiam ante conuerſionem. & ita fuiſſent diſtincti ab aliis, quibus non fuit gratia appoſita, ante eorum auerſionem.

Conuerſi quid.

Præterea conuerſi angeli gratia ſunt repleti: conuerſio ergo videtur præcedere gratiam. Si ergo ipſa conuerſio non ſit ſine gratia præcedente, quia illa gratia præſupponet conuerſionem, & illa conuerſio aliquam gratiam: ibitur in conuerſionibus, & gratijs in infinitum.

Gratia operans, & cooperans.

Præterea eadem eſt gratia operans, qua quis ſit bonus, & cooperans, qua facit bonum opus, ſed, vt habetur in littera, Angeli non indigebãt gratia operante, ergo nec cooperante.

IN CONTRARIVM eſt, quia nullus poteſt proficere ad meritum vitæ ſine gratia, ſed angeli per conuerſionem profecerunt ad meritum vitæ, ergo ad hoc indigebant gratia.

Præterea conuerti eſt amore inhærere, vt in littera dicitur. Hoc autem nó intelligitur de amore naturali, quia huiuſmodi amorem habebant ante cõuerſionẽ: intelligit ergo de amore charitatiuo. ſed talis amor nõ eſt ſine gratia, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angelis bonis gratia appoſita fuit ratione bonæ motionis, diuini impetus, & diſpoſitionis: & quamuis à natura rectitudinem quandam habere potuerint: nõ tamẽ meritoriã abſque gratia.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc ſunt diuerſæ ſententiæ. Quidam enim voluerunt, quòd etiam diſpoſitio ad gratiam non poſſit eſſe ſine gratia: ita, quòd aliquis habitus, vel aliquod donum non gratum faciens, ſed gratis datum, præcedit infuſionem gratiæ, per quod donum, quis diſponitur ad gratiam. A

Diſpoſitio ad gratiam an poſſit eſſe ſine aliquo habitu gratiæ.

Sed tunc quæremur de huiuſmodi dono habituali. Vtrum ſit ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, vel non, quod ſi non eſt ſufficiens diſpoſitio, non oportet, quòd per huiuſmodi donum fiat conuerſio. Quæremus ergo, quid eſt illud, per quod ſit conuerſio, & erit eadem difficultas, ac ſi non eſſet tale donum poſitum. Sed ſi huiuſmodi donum eſt ſufficiens diſpoſitio, quæremus: Vtrum ad huiuſmodi donum conſequẽdum requiratur alia diſpoſitio, vel ſufficiat liberum arbitrium, vt poſſit conſequi tale donum. B Quod ſi liberũ arbitrium ſufficit: ſufficiet & ad gratiã. quia quicquid poteſt per ſe acquirere hoc donum, poteſt per ſe acquirere & illud. Sufficit ergo liberum arbitrium ad gratiam conſequendam, quòd ſi ad habendum huiuſmodi donum, quod eſt diſpoſitio ad gratiam requiratur alia diſpoſitio, pari ratione & ad illam diſpoſitionem requiretur & alia, & ibitur in diſpoſitionibus in infinitum. Non enim negamus, quin & inſtructio legis, & caſtigatio, & alia huiuſmodi, ex quibus homo occaſionem habet bene facere, dentur homini, vt diſponantur ad gratiam. ſed non videtur, quòd ſit ibi neceſſarium huiuſmodi donum habituale, immo ſecundum aliquos, nec iſta ſunt ſimpliciter neceſſaria. quia & ſine iſtis poteſt quis conuerti ad Deum. Propter hoc dicerunt alij, quòd ſi homo facit, quod in ſe eſt: C Deus dat ei gratiam. Et, vt aiunt, ad hoc faciendum non requiritur aliquid aliud, niſi liberum arbitrium: immo, vt dicunt, implicat contradictionem, quòd ad faciendum, quod in ſe eſt, requiratur aliquid aliud, quàm liberum arbitriũ. Nam non eſt in homine, vt faciat illud, ad quod requiratur aliud: ſed in homine eſt, vt faciat illud, cuius habet dominiũ. * Facere ergo, quòd in ſe eſt: eſt facere, quod poteſt facere homo, ad hoc autem ſufficit liberum arbitrium. Arguũt ergo ſic dicentes, quòd ſolum liberum arbitriũ ſufficit ad diſpoſitionem gratiæ. Nam per ſolum liberum arbitrium poteſt quis facere totũ, quod in ſe eſt: hoc autem faciendo dat Deus ſibi gratiam: ergo per ſolum liberum arbitriũ poſſumus nos ſufficienter diſponere ad gratiã. Sed D * illud nõ videtur eſſe cõſonum dictis Scripturæ ſacræ, & Sanctorum. Nam, vt dicitur. 2. ad Cor. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Cum ergo cogitatio ſit primum, quod requiritur ad conuerſionem, non poſſumus nos ſufficienter diſponere, nec etiam poſſumus initium diſpoſitionis habere à nobis. Vnde & ipſe Apoſtolus ipſum initium bonitatis Deo attribuit, iuxta illud: Qui incepit in nobis bonum opus, ipſe perficiet. Cum ergo diſpoſitio ſit inchoatio ad bonitatem: hoc etiam Deo attribuendum eſt. Vnde & quædam Glo. Exo. 3. planè dicit, ꝙ

* Facere quod in ſe eſt, quid ſit vbi vide.

* Gratiæ diſpoſitio eſt à Deo. 2. Cor. 3.

Philip.

cit, ℣ dispositio ad gratiam est à Deo.

Opinio Dist. Dispositio ad gratiam non est sine Deo.

Tenebimus ergo viam mediam, nec dicemus, ℣ de necessitate requiratur tale habituale donũ: nec, ℣ liberum arbitrium possit se disponere ad gratiam, sed iuxta eloquia Scripturæ sacræ, aliquando dicitur Deus ad ostium pulsare, iuxta illud: Ego sto ad ostiũ, & pulso. Aliquando Deus dicitur in nobis loqui, iuxta illud: Audiam quid loquatur in me Dominos Deus. Aliquando dicitur Deus nos ad se conuertere, iuxta illud: Cõuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Huiusmodi autem pulsationes, vel locutiones, vel cõuersiones possũt dici ipsi boni impetus, quos continuè, vel quasi cõtinuè facit Deus in anima nostra. ita, quòd de ✻ bobus non est cura Deo, quod non est intelligendum, ℣ de omnibus non habeat curam generalem, sed istam curam specialem, quam habet de anima rationali, secundũ quòd in ea operatur speciales impetus: præter illos motus generales, secũdum quos administrat totam naturam, nõ habet de bobus, nec de irrationabilibus. Non quasi ergo nos prius dilexerimus eũ, sed quia ipse prius dilexit nos: semper, vel quasi semper facit huiusmodi impetus, & speciales motus in anima nostra. Cum ergo tales impetus sequimur: dicimur Deo aperire, & intrat ad nos per gratiam. Dicimur audire, quid loquatur in nobis Deus, & ipse in nobis suam vocem audientibus, & suis impetibus, sive motibus obtemperantibus, largitur suam gratiam. Nisi ergo ipse nos conuerteret, & nisi in nobis tales motus speciales faceret, non conuerteremur. Hoc est ergo, quod Dam. dicit lib. 2. c. 30. vbi ait, ℣ ipse Deus est omnis boni principium, & causa, & sine eius cooperatione, & auxilio impossibile est bonum velle, vel facere. In nobis autẽ est, vt ait, permanere in virtute, & sequi Deum ad hãc vocantem, vel secedere à virtute, quod est in malitiam ferri, & sequi Diabolum ad hanc vocantẽ. Gratiam ergo gratum facientem præcedit cõuersio, quæ est dispositio ad gratiam: conuersionẽ autem præcedit motio, & operatio Dei facta in anima, quæ est impetus quidam ad bonum, quẽ sequentes conuertimur. Sine ergo Dei operatione ipsa natura nihil potest facere, vt ait Aug. 12. super Genes. ℣ si Deus subtrahat suam intimam operationem, operatio naturæ nulla, & extincta erit. Liberum autem arbitrium ad volẽdum, quę sunt de genere bonorum secũdum naturam, requirit intimam operationem Dei, secundum ℣ Deus operetur in omni opere naturæ. Sed vt velit bonum gratiæ, & vt conuertat se ad Deum: per quam conuersionem recipiat gratiam: requirit specialem Dei impetum, & motionem, quam sequendo dicitur conuerti ad Deum, & habere dispositionem ad gratiam, & ex hoc insecipere gratiam. ergo ✻ liberum arbitrium per se, etiam cum Deo, secundum quòd solum operatur in opere naturæ, nõ potest se disponere ad gratiam. Si ergo quæratur: Vtrum sit aliquod donum gratis datum, disponens ad gratiam: certum est, quòd in aliquibus sacramentis imprimitur caracter: in aliqbus pulchritudo aliqua, quæ est dispositio ad gratiam, sed non oportet, quòd semper in omni infusione gratiæ, sit huiusmodi habituale donum præcedens gratiam: sed sufficit, quòd sit ibi operatio diuina faciens impetũ in liberum arbitrium, quem sequendo disponamur ad gratiam, & suscipiamus gratiam. In statu etiam legis naturæ Deus faciebat tales impetus in peccatoribus, quos aliqui sequentes disponebantur ad gratiam, & suscipiebant gratiam. Nec oportet inter talia esse prioritatem secundũ durationem ad tempus, sed sufficit, quòd ibi sit prioritas naturæ, & originis. Possumus enim statim impetum factum sequi, & ex hoc statim esse dispositi, & ex hoc statim suscipere gratiã. Quicquid tamen sit in nobis: in Angelis tamen ista statim fuerunt. Superbientibus enim malis, & cadentibus, statim boni secuti sunt diuinam motionem, & diuinum impetum: quem sequendo dispositi fuerunt ad gratiam, & consecuti sunt gratiam, & consequendo gratiam consecuti sunt simul & gloriam.

1 Cor 9 ✻Deo de Bobus cura est generalis.

Motus Dei generalis, & specialis qui sint.

Gratiã gratum faciẽtem præcedit conuersio & ℣ gratia infusa. vide Cõcil Trident. sess. 6 ca. 5.

Tomo 1.

✻ Liberũ arbitrium per se, & cum Deo. i. cum gratia gratt ad gratiam gratum faciẽtem se disponere

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd ✻ liberum arbitrium de se potest deficere, sed non potest sine speciali Dei auxilio proficere. Dicitur tamen coram rationali creatura esse appositum ignem, & aquam. i. bonum, & malum, vt ad quod vult, extendat manum suam, sed nõ eodem modo potest in hoc, & in illud. Nã ✻ deficere potest de se, sed proficere, & conuerti ad bonum, sine speciali Dei auxilio non potest: tamen quia Deus semper, vel quasi semper facit impetos, & motiones in anima nostra, quas sequẽdo possumus suscipere gratiam: ideo dicitur esse in ✻ potestate nostra, vt cõuertamur, vel non cõuertamur. secundum hoc ergo veritatem habet. quòd si ✻ faciat quis totum, quod in se est, quòd suscipiat gratiam. non quòd possit liberum arbitrium per seipsum sẽ disponere, sed quia semper, vel quasi semper fiunt impetus diuini in nobis: & si faciamus totũ, quod in nobis est, sequemur huiusmodi impetus, & suscipiemus gratiam.

Ad secundum dicendum, quòd ante conuersionem, & ante auersionẽ nõ erat distinctio, sed in ipsa auersione, & cõuersione facta est distinctio. Dispositio autem, & conuersio, quæ requirebatur ad gratiam, secundum quam distinguebantur boni à malis, non præcessit gratiam duratione, & tempore, sed origine, & natura. Conuersio ergo, vt erat dispositio ad gratiã, origine præcedebat gratiam, sed, vt erat perfecta p gratiam, sequebatur gratiam. Nam ordine naturæ prius intelligitur, perfectionem esse in perfectibili, & postea intelligitur imperfectibile esse perfectum per huiusmodi perfectionem. Sicut enim prius intelligitur agens vniri passo, quàm fieri actionem, vel passionem; sic ordine naturæ prius intelligitur perfectionem perfectibili vniri, quàm perfectibile perfici.

Cum ergo quæritur: Vtrum Angeli indiguerint gratia ad sui conuersionem: dicemus, quòd ante conuersionem. i. motum liberi arbitrij in Angelis

non potest. Hinc Aug. in e. 21. de Eccl. Dogmat. dist. 1. Initium salutis est, Deo misericordi hẽre. 2. Vt acquiescamus talia tuere ineptationi, ista potius est: 3. Vt adipiscamur, qđ acquiescẽdo admonitioni, capimus diuini muneris. 4. Vt non labamur In adepto salutis munere, solicitudinis ista est, & ejectus partier adutorii. 5. Vt labamur, potius alia est, & ignauiæ. Primus actus est vocatio diuina. Secundus est conuersio nostra. Tertius est iustificatio. Quartus est opus gratuitum. Quintus est lapsus hominis.

✻ Liberum arbitriũ per se deficere, non autem proficere pt.

✻ Voluntas qđ libertas in quo sit.

✻ Facere qđ sit de se est. quid sensum habeat.

Angelis ad ſuſcipiendum gratiam, nõ requirebatur gratia præuia, ſed conſumans. Niſi vellemus appellare gratiam ipſum Dei impetum, & motionem, ſine qua non potuiſſet eſſe huiuſmodi conuerſio.

Ad tertium dicẽdum, quòd patet ſolutio per iam dicta. quia conuerſionem, vt eſt diſpoſitio ad gratiam, non præcedit gratia: tñ huiuſmodi conuerſio, prout dictum eſt, non poteſt eſſe perfecta niſi per gratiam. Gratia ergo, vt eſt diuina motio, eſt primum in talibus, & præcedit conuerſionem, vt eſt diſpoſitio ad gratiã. Sed gratia habitualis, per quam meremur gloriam, non p̃cedit huiuſmodi conuerſionem. Nec eſt ad hãc conuerſionem diſpoſitio, ſed eſt huius conuerſionis perfectio.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli habuerunt gratiam, & operantem, & cooperãtem, nõ quæ faceret de impijs pios, vel de iniuſtis iuſtos, ſed quæ fecit de non pijs pios, & de nõ iuſtis iuſtos: de hoc tamen in litteralibus quæſtionibus aliquid tangetur.

ARTIC. II.

An Angeli per gratiam appoſitam meruerint gloriam. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 62. art. 4. & 2. ſentent. d. 5. q. 1. art. 2. Et Quol. 9 art. 8. art. 3. D. Bonau. d. 5. art. q. 2. Ric. d. 5. q. 5. Sco. d. 5. q. 1. Franc. Mayr. d. 5. q. 1. Biel. d. 5. q. 1. art. 1. Greg. d. 5. q. 2. Dur. d. 5. q. 3. Capr. d. 5. q. 2. art. 3. Tho. Arg. d. 5. q. 1. art. 4. Ant. Andr. d. 5. q. 1. Contra noſtrum Doct. arguunt Aureolus, & Dur. Et etiam videre licet in loco citato Tho. Arg.

SECVNDO quæritur: Vtrum per gratiam eis appoſitam meruerint beatitudinem ſuam. Et videtur, quòd nõ. quia meritum præcedit præmium, ſicut via terminum, ſed in angelis non potuit eſſe meritum ante præmium, cum ante beatitudinem, vt ſupra tetigimus, non habuerint gratiam, quæ eſt radix merendi, & principium meriti.

Præterea ſi dicatur, quòd per miniſteria, quibus nobis Deo iubente obſequuntur: merentur beatitudinem prius acceptam, vt Magiſter videt velle in littera: Cõtra: Secũdũ Dio. in de Ange. Hierar. Superiores angeli nõ mittuntur, ſed inferiores: hoc ergo modo non merentur ſuã beatitudinem, niſi inferiores, & quia ſuperiores habent maiorem beatitudinem, conſequens eſſet, quòd maior beatitudo eſſet data ſine meritis, quàm cum meritis.

Præterea in naturalibus nun eſt meritum. ſed quòd angelus conuertatur ad Deum, hoc eſt naturale, cum effectus naturaliter ad ſuã cauſam conuertatur. Non ergo ex hoc merebatur angelus. & quia non eſt ponere, quòd aliter ſuã beatitudinem meruerit, ergo &c.

Præterea virtus videtur eſſe circa bonum, & difficile, vt vult Philoſophus in Ethi. Si ergo actus virtuoſi ſunt meritorij: videtur, quòd ex difficultate ſurgat ratio meriti, ſed angeli non habent difficultatẽ in ſuis operationibus, ergo, &c. Ethi. 2.

IN CONTRARIVM eſt. quia vbicunque reperitur perfectio ſecundum vnam operationem: videtur, quòd ſit idem modus habendi perfectionem illam. ſed cum in angelis, & hominibus reperiatur beatitudo ſecundum rationem vnam, vt per apertam Dei viſionem: videtur, ꝙ ſit idem modus acquirẽdi beatitudinem in his, & in illis. ſed homines per merita veniunt ad beatitudinem, ergo &c.

Præterea dicitur Diabolus peccaſſe. quia voluit ſine merito beatitudinem habere. ſi ergo boni angeli fuerunt ab hoc immunes, ſuam beatitudinem meruerunt.

RESOLVTIO.

Angeli ſuam meruerunt beatitudinem, ſeu gloriã per gratiam, quam cum gloria ſimul tẽpore habuerunt. Natura tantum, & origine meritum in ipſis præmium præcellit.

RESPONDEO dicendum, quòd ponendo angelos non fuiſſe creatos in gratia, ſed ſimul habuiſſe gratiam, & gloriam, vt in littera tãgit: tres ſunt modi dicẽdi de beatitudine angelorũ.

Nam quidam dicunt, quòd habuerũt huiuſmodi beatitudinem ſine meritis: ita, quòd ſicut gratia fuit eis collata, nullis præcedentibus meritis: ſic & gloria: immo, quia idem fuit in eis gratia, & gloria: eo, quòd gratia conſumata eſſentialiter eſt ipſa gloria, ſi gratiam habuerũt ſine meritis, conſequens videtur, quòd & gloriam.

Secundus autem modus dicendi eſt, ꝙ gloriã habuere per merita, non per præcedẽtia, ſed per ſequentia. vt ſi Rex liberaliter daret equum militi, poſſet miles mereri huiuſmodi equum, ſtrenuè bellando in obſequium Regis cũ ipſo equo. Sic & angeli per miniſteria, quæ modo exercẽt, merẽtur beatitudinẽ, quã primitus acceperunt.

Tertius autẽ modus dicendi eſt, ꝙ meritũ in eis non præceſſit præmium tempore, ſed natura. Sicut diſpoſitio ſufficiens ad gratiam, non p̃cedit gratiam tempore, ſed natura. Simul ergo tempore, ſecundum iſtos habuerũt gratiã, & meruerunt gloriam.

Sed omnes hi modi improbantur. Nam non videtur eſſe bona poſitio prima, ꝙ nũ meruerint beatitudinẽ, & ꝙ gratia nõ fuerit eis data ad merendum, ſed ad rectè viuendum, vt in littera dicitur. ga beatitudo habet rationẽ p̃mij ſed præmium non eſt ſine merito, ideo oportet, quòd eam habuerint per meritum. Improbatur autem & hoc aliter. Nam hoc eſt naturale, ꝙ res per operationem ſuam attingat ad finẽ, ſed operatio Finis duplex.

ratiõ ducens ad finẽ, aliquãdo est factiua finis: vt qñ finis non excedit virtutẽ operationis, sicut medicatio est factiua sanitatis. Aliquando vero operatio non est factiua finis, sed meritoria tantum, vt qñ finis excedit facultatem operantis. Vnde consequens est, quòd expectetur finis non ex ipso operante tantum, sed ex dono alterius. Angeli ergo, & homines per suam operationem veniunt ad finem, quia hoc est commune cuilibet rei: per operationem suam in finem tendere, & ad huiusmodi finem veniunt per operationẽ meritoriam. cum finis, qui est beatitudo, excedat virtutem tam hominis operantis, quàm Angeli, sed pernenire per operationem meritoriam ad finem, & non mereri finem, est impossibile. Per merita ergo tam Angelus, quàm homo beatitudinẽ consequuntur. Propter quod improbata est positio prima, dicens angelos sine meritis habuisse gloriam.

Secunda ẽt positio improbatur, quia meritũ debet præcedere præmium. Non ergo per ministeria, quæ nunc agunt, merentur Angeli beatitudinem prius accepiam. Improbatur, & aliter. Nam, qui sunt beati, non sunt amplius in statu merendi. Non enim possunt mereri vlterius præmium essentiale, oisi forte aliquod præminm accidentale, vt gaudium, quod habeot de illis, qui per eorum officia saluantur, sm quòd Dominus ait: Gandium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Viatores enim sunt in statu merendi: angeli autem beati, qui non sunt viatores, sed comprehensores: per eorum mysteria non possunt mereri præmium essentiale, sine beatitudinem.

Luca 15.

Meritum Angeli simul cũ primo eẽ nõ potuit.

Tertiã etiam positio improbatur, quia nullus meretur, quod iam habet: cum meritum habeat rationem viæ, & præmium rationem termini, & non simul sit aliquis in termino, & in via: immo quia oportet dicere, quòd vnus, & idem sit actus, qui est meritum, & præminm; oportet dicere, quomodo aliter, & aliter sit meritum, & præmium. Nam ex eo, quòd angeli rendunt in Deũ ex hoc merentur, & ipsum tendere in Deum est eorum meritum. Vel ergo dicemus, quòd actus, secundum quòd est ex libero arbitrio, sic est meritorius, & vt est ex gratia formatus sic est finis meriti: vel, quòd actus procedens à gratia imperfecta est principium meriti: procedens à gratia consummata est finis meriti. Dicerẽt ergo sortè ponentes Angelos simul habuisse gratiam, & gloriam, quòd angeli merebantur teodendo in Deum, & fruebantur. Quia idem tendere in Deũ erat eis meritum, & præmium. Sed erat meritũ, vt procedebat ex libero arbitrio: erat aotem præmiom, prout huiusmodi tendere in Deum erat gratia informatum. Sed cũ hoc stare non possit, quia liberum arbitrium secundum se oon potest io meritum; nullo modo videtur esse ponendũ, quòd simul habuerint gratiam, & gloriam, & quòd per gratiam meruerint gloriam. Sed, vt videtur, dicendum est, quòd aogeli prius habuerõt gratiam, & fuerunt creati in gratia, sed illa gratia erat Imperfecta respectu gloriæ. Motus ergo liberi arbitrij informatus gratia imperfecta, fuit principium merendi: informatus autem gratia perfecta: fuit principiõ fruendi. Propter quod videtur esse pooendum angelum fuisse creatum in gratia, & habuisse gratiam ante, qoàm esset beatus, & quòd non simul fruebatur, & fruitionem suam merebatur. Hic est ergo quartus modus dicendi, quomodo angeli suam beatitudinẽ meruerunt.

Meritũ Angeli præmio prius naturã. & originẽ.

ne, non ut-pote, ouis dutatione.

His itaque prælibatis: dicamus nos tenere cũ positione tertia, quòd * Angeli suam beatitudinem meruerunt, & quòd simul habuerunt gratiam, & per eam meruerunt gloriam. Hoc ergo ordine procedemus: Quia primo ostendemus, quòd omnia illa inconuenientia, quæ sequuntur, ponendo angelos oon creatos in gratia, sed simul habuisse gratiam, & gloriam: sequuntur etiam si ponamus eos creatos in gratia, & habuisse prius gratiam, quàm gloriam. Secundo soluemus difficultates illas.

Doctoris opinio * Angelifuã beatitudinẽ meruerunt.

Propter primom sciendum; quòd cum etiam improbantes banc positionem tertiam asserant non nisi per operatiooem meritoriam posse aliqoem peruenire ad gloriam: oportet, quòd tunc angeli per gratiam meruerint gloriam, quãdo per huiusmodi gratiam se conuerterunt ad Deum: ex qua coooersione meruerunt gloriam. Siue ergo fuerint creati in gratia, & habuerint prius gratiam, quàm gloriam: siue simul habuerint gratiam, & gloriam: tamen per motum liberi arbitrij meritorium, vel per operationem meritoriam tunc meruerunt gloriam, quando per liberum arbitrium ioformatum gratia se cõuerterunt ad Deum, à qua habuerunt gloriã. Et quia simul fuit illa cõuersio, & acceptio gloriæ, simul sunt meritum, & præmium. Propter quod ponendo eos prius creatos in gratia, oon effugiunt difficultss.

Hæc ergo positio qnarta non improbat positionem tertiam, sed quærit sibi quasdam difficultates solui. Dicemus ergo, quòd ipse actus liberi arbitrij nõ habet principaliter rationem præmij. Nam illud est præmium, & beatitudo nostra, quod est maximum bonorum, & in quod voluntas nostra tendit tanquàm in principale obiectum. & qnia nulla potentia tendit in actum suũ rãqnàm in principale obiectũ: actus liberi arbitrij, siue actus volũtatis nõ põt esse ptiocipalis merces nostra: sed principalis merces nfa est ipse Deus. Vnde ipse erit hæreditas nostra, & merces nostra, iuxta illud Gen. Ego merces tua magna nimis. Amor aût, & opatio volũtatis erit metees oo stra nõ principalis: sed, vt per ipsam cõiungimur tali obiecto, sic etiam & visio erit merces nostra t prout per ipsam coniungemur ipsi obiecto, & summo bono. In ipso ergo obiecto principaliter est pooenda beatitudo. In actibus autem coniungentibus nos obiecto ooo est ponẽda ita principaliter. Inter ipsos autem actus, vbi sit principalis beatitudo, an in actu intellectus, vel voluntatis non est præsentis speculationis.

Gen. 15.

Visio qso tota merces.

De

Quolibeti 3 ante 2. tent. videt editū Vide tā 5. Quol. q. 21. vbi mitionem facit de 2. sent & 2 q. de 1 princip. ergo vt prius edidit se secundū lib. sent. q quolibeti 5. nec ē mirum, aliqua quolibeta ante 2. sehe. aliqua verò post fuisse edita.

De hoc tamen in vltima quæstione nostri tertij Quolibeti diffusius diximus, vbi declarauimus, in quo actu magis habet esse felicitas. Hic autem, q felicitas nostra vltima principalius esse habeat in obiecto, supponatur. quo posito, dicamus, q non semper via præcedit terminum tempore, sed natura. vt generatio est via in substantiam, tamē simul est generari substantiam, & generatum esse: & simul est illuminari, & illuminatum esse. Simul ergo fuit in Angelis meritum, & præmiū. Origine tamen prius fuit meritum, & præmium postea. Aliter tamen assignamus meritum, & præmium, quàm fuerit assignatum. Non enim dicemus, quòd actus, vt procedens à libero arbitrio, habeat rationem meriti, & vt formatus gratia præmij, nec dicemus, quòd prius habuerint gratiam imperfectam, quæ erat principium merendi, & postea perfectam, quæ fuit principium fruendi, sed dicemus, quòd prius à Deo adepti sunt gratiam, & postea per gratiā habuerunt motum liberi arbitrij gratia informatum, & postea per huiusmodi motum fuerunt in quadam possessione Dei, & adepti sunt huiusmodi hæreditatem excellentem. i. Deum ipsum. Motus ergo liberi arbitrij informati gratia, vt inchoabatur à gratia, erat meritorius: vt autem per huiusmodi motum à gratia inchoatum: Angeli adipiscebantur summum bonum. sic erat ibi præmium, ita quòd per ipsum actum fuit meritum, vt per gratiam, & charitatem elicitū: & fuit præmiū, vt per ipsum actum fuerūt angeli adepti Deum. Eo ergo modo, quo dicitur passio effectus actionis: licèt sit idem actio, & passio, quia prius intelligitur esse ab agente, & esse actio, quàm recipi in passo, & esse passio: sic ponendo ipsum actum, quo tendimus in Deum esse præmium: dicemus eundem actum esse præmium sui ipsius, vt in quātū angeli per ipsum adipiscuntur Deū, est præmium: prout verò est talis actus à gratia, & charitate elicitus, sic est meritum. Propriè. n. ipse actus fuit meritum, & Deus præmiū actus. & si ipsum actum volumus appellare præmium: erit aliter meritum, aliter præmium, & prius intelligetur esse meritum, quàm præmium. quia prius intelligetur, quòd huiusmodi actus per gratiam, & charitatem eliciatur, quàm quòd terminetur ad obiectum, & quòd per ipsum Deus habeatur: hoc etiā oporteret dicere; si ponerемus angelos in gratia creatos. quia, vt diximus, quantumcunque fuerint in gratia creati; tamen gloriā meruerunt, cum per motū liberi arbitrij in Deū se conuerterunt, quod faciendo simul & gloriam receperunt. Propter quod simul & meruerunt, & gloriam habuerunt.

Meritū Angelorum, & præmiū quo simul.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, quòd in Angelis fuit meritum ante præmium: non duratione, & tempore, sed natura, & origine.

Ad secundum dicēdum, quòd per ministeria, quæ exercent essentiale præmium, nō merentur: quāmuis Magister sit huius positionis in littera.

Ad tertium dicendum, quòd in naturalibus non est meritum, & per naturalem conuersionē, quam habebant in Deum, non meruerunt, sed per conuersionem charitatiuam, & gratuitam.

Ad quartum dicendum, quòd etiam in Angelis fuit meritum circa difficile, non circa difficile, quod esset ex contrarietate, vel impedimēto naturalis virtutis, sed circa difficile, quod erat supra facultatem naturæ. Mereri enim in eis fuit per gratiam supra naturam. quod autem est supra naturam, difficile dici potest.

Dub. I. Litteralis.

SVper litteram quæritur de illo verbo: Auerti est odio habere, vel inuidere. Contra: Sicut nihil amatur nisi sub rōne bonitatis, vt videtur, nihil habetur odio nisi sub ratione mali. sed in Deo nō reperitur aliqua ratio mali: ergo, &c.

Præterea, quod omnes naturaliter diligunt, & appetunt: nullus odit, nec odire potest: summū bonum est huiusmodi: ergo, &c. Si enim omnia bonum appetunt: appetunt & illud, quod est ratio omnis boni.

INCONTRARIVM est, quia dicitur in Psal. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. ergo aliqui Deum odiunt. Psal. 73.

RESPONDEO dicendum, quòd Deū in se, & secundum id, quod est, nullus odire potest, sed quantum ad suos effectus, vt contrariantur voluntati huius, vel illius. vt quia est contra voluntatem huius, vel illius puniens, vel prohibēs, vel aliquid aliud huiusmodi faciens, sic potest odio haberi. Et per hoc soluuntur rationes ad vtrauque partem: Deum enim in se nullus odit, & in aliquo bono simul quilibet Deum diligit, vel aliter seipsum oderet: quantum tamen ad alios effectus: modo, quo dictū, potest quis odire Deum.

Deus secundū se odio haberi non potest.

Dub. II. Litteralis.

LITERA autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur: Angelis non est data gratia operans, sed cooperans. Contra: Nō est posterius sine priori, sed gratia operans præuenit, & est prior: coopetās sequit, & est posterior: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quòd idem est gratia operans, & cooperans. sed dicitur operans, vt iustificat, vel, vt iustificationem creat; cooperans verò, vt operationem iustam facit. Nam quælibet forma dat esse, & agere. vt dat esse, dicitur operans. Esse enim spirituale est in nobis ab ipsa gratia, iuxta illud Apostoli ad Corinthios: Gratia Dei sum id, quod sum. Ipsum enim esse spirituale habemus à gratia, sed agere spiritualiter habemus à gratia, & libero

Gratia operans, & cooperans.

1. Corin.

arbitrio. Operans est ergo gratia, vt spirituales simus: & cooperãs est libero arbitrio, vt spiritualiter agat. Tamen propter verba Magistri sciendum, quòd aliquando aliquid dicitur fieri ex cõtrario, vt ex nigro album. Aliquando ex priuatione, vt ex non albo album: Aliquãdo ex potẽtia, vt ex potẽtia albũ actu albũ. Sic pót dici fieri ex iniusto iustum, & ex non iusto iustum, & ex potentia iusto actu iniustum. Primo modo nõ indiguit angelus gratia operante, & hoc modo intelligit Magister, sed alijs duobus modis potest saluari, quòd indiguerit.

Fieri ex cõtrario quot modis contingat.

DIST. VI.

De Dæmonum, loco eorumdemque ordine, ac prælatione.

RAETERE A SCIRE OPORTET, QVONSIAM &c. Postquã Magister determinauit de conuersione, & auersione Angelorũ; in parte ista, vt dicebat, determinat q̃dã, q̃ seqnuntur, vel quæ se habent, & referri possunt generaliter ad auersos, & conuersos. Circa quod tria facit. Quia primo determinat de angelis bonis, & malis per comparationem ad naturam, qnomodo aliqui sunt maiores, aliqui minores. Secundo determinat de eis per comparationem ad potentiam volitiuam, & ad alias potentias. Tertio determinat, de ipsis per comparationem ad corporalem substantiam: Vtrum tã boni, quàm mali habeant corpora naturaliter sibi vnita. Secũda ibi: *{ Supra dictum est. }* In principio 7. dist. Tertia ibi: *{ Solet etiã in quæstione versari. }* in principio 8. dist. Propter primum sciendum, ꝙ ex natura habẽt angeli, ꝙ aliqui fuerũt maiores, aliqui minores. Iterum atiam ex natura qnodammodo habent, ꝙ aliqui præsint: aliqui subsint. Nam habentes meliora naturalia, inter malos præsunt malis, & inter bonos bonis. Primo ergo determinat de angelis, quantum ad maioritatem, & minoritatem. Secundo determinat de eis, quantum ad prælationem, & subiectionem. Secunda ibi: *{ Et sicut inter bonos. }* Circa primum tria facit. quia primo ait, ꝙ tam de maioribus, quàm de minoribus aliqui remanserunt, & aliqui corruerunt, inter quos fuit vnus omnibus alijs excellentior Lucifer ipse, qui cecidit, quem probat excellentiorem fuisse per auctoritates multas. Secundo declarat, vbi ipse Lucifer cecidit: dicens, ꝙ propter peccatum superbiæ Diabolus cum socijs eius, qui consenserunt sibi in malitia sua, deiectus est de cœlo

Dæmonũ locus.

A Empyreo, in hunc aerem caliginosum, causa exercitationis nostræ. Tertio declarat quare non sunt permissi stare, nec in cœlo, nec in terra, sed in aere caligoso. Non enim sunt permissi stare in cœlo. quia est locus amenus, & clarus: nec sunt permissi stare in terra nobiscum, ne nimis nos infestarent, sed in isto aere caliginoso tnata nos, vt nos exercitatent: qui aer est qnasi eorum carcer vsqne ad diem iudicij: qa tunc in inferno tetrudentur. Secunda ibi: *{ Et tantæ superbiæ. }* Tertia ibi: *{ Non enim est concessum. }* Tunc seqnitur illa pars: *{ Et sicut inter bonos. }* In qua determinat de angelis tam bonis, quàm malis, quantum ad prælationem, & subiectionem: Circa quod tria facit. quia primo ait, qnòd sicut inter bonos angelos alij alijs præsunt: ita & inter malos. Nam vsque ad diem iudicij, cum euacuabitur omnis prælatio: angeli angelis, & homines hominibus, & Dæmones Dæmonibus præsunt, inter quos Dæmones quidam habent maiorem prælationem, vt quia præsunt vni prouinciæ: Quidam minorem, vt quia præsunt vni homini, vel quia præsunt vni vitio. Secundo monet quæstionem de loco Dæmonum. Vtrũ omnes sint in isto aere caliginoso, vel aliqui sint in inferno: & ait, qnòd verisimile est, qnòd de Dæmonibus alternatis vicibus aliqui descendant in infernum ad detrudendas, & cruciandas animas. Nam certum est: animas malorum ad inferna descendere: cum & Christus ad inferos descenderit, vt iustos inde educeret. Tertio specialiter determinat de Lucifero vbi sit, & qualiter ad nos se habeat. Secunda ibi: *{ Solet autem quæri. }* Tertia ibi: *{ De Lucifero autem. }* In qua parta tria facit. Quia primo ait, Lucifernm secundum quosdam religarum esse, nec ad nos tentandum posse accedere, vsque ad tempus Antichristi. Nam sic religatus est Sathanas, quia victus fuit à Christo. Secundo ait, qnòd sive religatus sit in inferno Sathanas, sive non; certum est tamen ipsum non habere tantam potestatem ad tentandum homines nnnc, quantam habebit tẽpore Antichristi: ideo dicitur tunc solui. Tertio, quia dixerat Sathanam victum à Christo religarum esse: ait, qnòd & alij Dæmones cum vincuntur à Sanctis, desistunt à tentatione. quia victi non tentant: nec illum Sanctum

Aer Dæmonibus plenus.

Dæmonum præsidia.

Lucifeti locus.

Dæmon victus an à cũ tentare desinat.

D nec alium, vel saltem non tentant ipsum da illo vitio, de qno victi sunt. Secunda ibi: *{ Sed sive in infernum. }* Tertia ibi: *{ Alijs quoque. }* Et in hoc terminatur sententia lectionis, & distinctionis.

QVAE-

QVÆSTIO I.

De Lucifero omnium Dæmonum Principe.

QVra Magiſter in littera mentionem facit de Lucifero, & de aliis Dæmonibus: ideo de his duobus quæremus. Circa Luciferum autem quæremus tria. Primò vtrum fuerit de ſupremo ordine, vt vtrum fuerit omnibus aliis excellentior. Secundò vtrum, cum peccauit, æſtimauerit, ſe peccare. Tertiò vtrũ peccatum eius fuerit occaſio aliis Angelis, quòd peccarent.

ARTIC. I.

An Lucifer de ſupremo Angelorũ ordine fuerit, ac primus. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 63. ar. 7. Et 2. ſent. d. 6. q. 1. art. Et Opuſc. 15. c. 19. D. Bon. d. 6. ar. 1. q. 1. Ric. d. 6. q. 1. Dur. d. 6. q. 1.

Lucifer Cherub.

Ezech. 28.

ADprimum ſic proceditur: videtur, quòd Lucifer non fuerit de ſupremo ordine, quia dicitur Ezech. Tu Cherub extentus, & protegens, ſed Cherubin non fuit ſupremus ordo: ergo, &c.

Præterea Dam. lib. 2. c. 4. ait, quòd Diabulus erat de illis angelicis virtutibus, qui præerant terreſtri ordini: cui terræ cuſtodia commiſſa erat. Sed cuſtodia terræ, & mitti ad nos competit inferioribus ordinibus, vt vult Dio. in de Ange. Hier. ergo, &c.

Præterea: Natura cuiuſlibet Angeli eſt ad beatitudinem ordinata: ſed non eſt credibile, quòd diuina ordinatio permiſiſſet nobiliſſimam naturam in toto vniuerſo fruſtratam fore à ſua beatitudine: ergo, &c.

Præterea quantò Angelus eſt ſuperior, tantò minus habet de incitatione ad peccandum. ſed Lucifer plus habuit de incitatione ad peccandũ propter excellentiã ſuæ naturæ: minus ergo peccauit, & per conſequens ipſe peccans non fuit ſupremus.

Iob 40. alia littera hét. Ipſe ẽ principium viarum Dei, quod non eſſet, niſi fuiſſet ſuperior omnibus alijs. Ezech. 28.

IN CONTRARIVM eſt, quod dicitur in Iob: Ipſe eſt principium viarum Dei, quod non eſſet, niſi fuiſſet ſuperior omnibus alijs. Et Ezech. ſcribitur: Tu ſignaculum ſimilitudinis. Singulariter autem Diabolus dictus eſt fuiſſe ſignaculum ſimilitudinis, quia ſingularem excellentiam habuit præ alijs.

A

RESOLVTIO.

Lucifer de primo ordine fuit, & primus, vt comparatur ad Deum, ad alios Dæmones, & ad ſeipſum. Ipſe.n. per ſe ipſum, non innitens alij Angelo, beatitudinem conſequi volebat: nullius q, alterius Angeli excellentiam concupiuit, vt alij fecerunt: omnibus q, alijs ex natura, non gratia præeſſe voluit.

RESPONDEO dicendum, quòd Aug. 11. ſuper Gen. ad litteram. non ex opinione ſua, ſed aliorum dicto, dicit Aogelum, qui cecidit, fuiſſe de his, qui erant inferius in hoc muodo facti. Tomo 3.

B

Poſumus ergo dicere, triplicem eſſe opinionem circa hanc materiam. Voam, quam diximus recitare Aug. qui ait in dicto libro, ꝙ & hoc quidam ſenſerunt, non fuiſſe Diabolum in illa ſublimi natura Angelorũ, quæ ſuperceleſtis eſt, ſed in eorum, qui aliquando inferius in muodo facti fuot, & per ſua officia diſtributi: Cauſa autẽ, quæ mouit ſic dicentes, vt idem Auguſtinus ibidem tangit fuit, quia tales angelos, factos in hoc muodo aliquid illicitum delectare potuit, ſicut homo ille primus, qui peccati pœnam nondum habebat in membris, fuit ad illicita inclinatus.

C

Sed hæc opinio, nec in ſe, nec in ſua cauſa boa eſt. In ſe quidem non, quia nũquàm legimus duo genera Aogelorum, quorum aliqui ſint facti in cœlo, aliqui in hoc muodo: immo ſecũdũ Domini ſententiam Lucæ dicitur: Videbam Sathanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. Non autem dici poteſt, ꝙ cecideret de cœlo Saoctæ Trinitatis, aut deitatis, quia ſi ad fruendum illo cœlo aſſumptus fuiſſet, ſtetiſſet: nunquàm tamen in illo cœlo fuit, ſed illuc voluit aſcendere. Nec etiam poteſt dici, ꝙ hoc intelligatur de cœlo iſto aereo, quia de iſto aere non cecidit. Intelligendũ eſt ergo de cœlo Empyreo, vt dicit Magiſter in littera, & vt auctoritates Sanctorum clamant, ꝙ in cœlo factus fuit, & de illo cœlo cecidit. Non autem factus fuit in hoc mundo, vt hæc poſitio dicebat. Luce 10. Lege ſupra diſt. 2 ſuper litteã.

D

Rurſus non eſt bona hęc poſitio in ſua cauſa: volens, ꝙ ideo non fuerit Diabolus de ſupercœleſtibus, quia fuit delectatus in aliquo illicito. Nã illicitũ illud, quod ponitur fuiſſe eius peccatũ, eſt ſuperbia. Quanto ergo excellentior erat Diabolus, tantò magis poterat habere materiam ſuperbiendi, & tanto magis perpetrare potuit tale quid illicitum, vt ſui excellentiam inordinatè volendo.

Eſt ergo opinio ſecunda, quam, vt in argumento tetigimus, tangit Dam. libro 2. capitulo 4. quòd erat de his, qui præerant terreſtri ordini, cui commiſſa erat cuſtodia terræ. ſed terreſtris ordo, vel ordo immediatè ſe habens ad hæc terreſtria, eſt ordo Archangelorum. ſi

ergo Diabolus erat de his, qui præerant huiusmodi ordini, erat de ordine Archangelorũ. sed vtrum Dam. dicat hoc secundum propriam opinionem, vel recitet hoc tanquàm ab alijs dictum, non est plenè notum.

Rursus præesse ordini terrestri potest intelligi tripliciter: Videlicet mediatè, vel immediatè: & immediatè dupliciter. Primo, vt accipiatur ordo terrestris, quantum ad Angelorũ culpam, vel quantum ad angelorum naturam: si intelligatur eum præfuisse terrestri ordini mediatè, sic non excluditur ipsum non fuisse de ordine suptemo. Nam & supremus ordo præest terrestri ordini.

Secundo si accipiatur hoc immediatè, & accipiatur ordo terrestris, quantum ad angelorum culpam, vt dicamus, quòd remanentes fecerunt 10. ordines: cadentes autem tot fuerunt, quòd secundum multitudinem fecissent; quasi vnũ ordinẽ. Si ergo ille ordo cadẽtium dicitur ordo terrestris, vt sit sensus, quòd ipse erat, qui præerat ordini terrestri. i. ordini cadentium, qui suæ nequitiæ consenserunt, sic per hoc non excluditur, quin ipse fuerit excellentior alijs.

Sed si intelligam⁹ tertio modo, vt dicamus secundum naturã angelos à sui principio habuisse quasi nonimembrem differentiam, sicut habẽt animata quadrimembrem. quia aliqua sunt vegetabilia, aliqua sensibilia: aliqua secundum locũ motiua: aliqua intellectiua. sic accipiemus ordinem terrestrem infimum genus angelorum secundum naturam. Quare si Diabolus præerat immediatè tali ordini: si fuisset, fuisset de ordine Archangelorum.

Lucifer ante lapsum excellẽtus. Ezech. 28.

Sed hæc positio sic intellecta, non concordat cum dictis scripturæ sacræ. Nam Grego. exponens illud Ezech. Omnis lapis præciosus operimentum eius: ait, quòd omnis angelus erat quasi operimentum eius. quia in comparatione eorum cætetis erat clarior. Vnde & vocatus est Lucifer, vt habetur Esaiæ. Isidorus etiam de summo bono lib. 1. cap. 10. exponens illud verbum: Omnis lapis præciosus operimentum eius, enumerat. 9. lapides, qui ponuntur in præfato. c. Ezech. di. quòd numero 9. illorum lapidum, designari fuot ipsi ordines angelorũ, quos apostata angelus ante lapsum quasi in vestimento ornamenti sui habuit, ad quorum comparationem, dum se clariorem cuoctis aspexit, confestim intumuit.

Esa. 14.

Opinio verior, & cõmunis.

Propter hoc est tertius modus dicendi communis, quòd Diabolos siue Lucifer non solum fuit de suptemo ordine, sed etiam fuit suptemus in illo ordine: ita, quòd cunctos angelos splendore suorum naturalium excedebat. Vnde Isido. dicto lib. & cap. ait, Primatum habuisse inter angelos Diabolum, cuius prælationis excellentiam Propheta his verbis innuociat: Cedri non fuerunt altiores illo, abietes non adæquabantur sumitati illius: omne lignum Paradisi nõ est assimilatum illi, quoniam prætiosiorem fecit illum Deus. Per ligna autem Paradisi intelliguntur

Esa. 14.

A angeli, quos omnes ante casum excellebat Diabolus.

Potest autem hæc positio tertia tripliciter confirmari. Primo prout Diabolus ante casum comparabatur ad Deum, qui erat supra ipsum. Secundo prout comparabatur ad alios angelos, qui erant facti cum ipso. Tertio prout compabatur ad seipsum.

Prima via sic patet: Nam ipse non lunitens alij angelo, sed per seipsum voluit beatitudinem consequi. Vnde & Isido. dicit lib. & cap. assignato, loquens de peccato Luciferi: Nulla autem maior iniquitas, quàm non in Deo, sed in se velle quempiam gloriari. Et ibidem dicit, quòd Diabolus non quæ Dei, sed quæ sua sunt quæsiuit. Dictus est autem gloriari in se, & in se quiescere, quia voluit per suam naturam gloriam habere. Cum ergo, sicut angeli se habuerunt ad naturalia, sic se habuerint ad beatitudinẽ, & ad gloriam, si vidisset Diabolus alium superiorem se, cognouisset, quòd sub illo adeptutus esset beatitudinem. Vnde & inter bonos angelos excellentiores præsunt alijs: illuminantes eos, & purgantes. Sic enim boni adepti sunt beatam vitam, vt in ipsa vita beata habeant quandã subiectionem ad superiores: Sic etiam & mali sub Diabolo quasi sub quodam principe, & sub suo superiori, voluerunt beatitudinem adipisci. Sed quicquid sit de bonis, qui adepti sunt beatitudinem per gratiam: de malis tamen, qui voluerunt adipisci beatitudinem per naturam; certum est, quòd, sicut videbant excellentiorem naturã: ita sub illa natura volebant beatitudinem adipisci. Diabolus ergo quia per se non sub superiori angelo, nec sub Deo: secundum, quòd operatur in operibus gratiæ, sed solum prout operatur in operibus naturæ, voluit via naturæ beatitudinem consequi; consequens est, quòd solam naturam diuinam ternebat supra suam naturam esse.

B

C

D

Secunda via ad idem sumitur ex eo, quòd ipse voluit habere principatum super omnibus alijs. si ergo via gratiæ nolebat quæ consequuturus erat, & secundum hanc viam volebat super omnibus alijs principari: cum ipse non esset tantæ dementiæ, quòd ipse naturaliter vellet directè præesse, cui naturaliter se videret subesse (quia hoc non potuisset obtinere vtì factus alius, & nisi desiuisset esse) consequens est quãtum ad excellẽtiam naturalium, eum omnibus alijs præfuisse.

Tertia via sumitur: prout comparabatur ad seipsum. Nam alij angeli cadentes aliquo modo quærebant excellentiam alterius. quia sub Diabolo principe, quem videbant excellentiorem in naturalibus, volebant per naturam beatitudinem obtinere. sed ipse nullius alterius secundum viam naturæ excellentiam concupiuit. Sed, vt ait Augu. 11. super Gen. fuit propriæ potestatis delectatione corruptus. Si ergo ex amore propriæ excellentiæ, secũdũ viã naturę voluit beatitudinem obtinere:

Tomo 3.

consequens

consequens est, quòd excellentiorem in naturalibus se esse conspexerit. quia si conspexisset aliũ excellentiorem: per viam naturæ sub excellentiori natura hoc obtinere voluisset.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q̃ in Angelis non sunt in singulis singula, sed in singulis omnia, vt si Seraphin dicti sunt ab incendio amoris: Cherubin à scientia: Troni à sessione, quia in ipsis dicitur Deus sedere, & ipsi dicuntur Deum tenere. In Seraphin sunt omnia, quia & diligunt, & sciunt, & tenent Deum: Et in Cherubin omnia: Et in Tronis omnia. attamẽ denominantur Seraphin à superiori, vt ab incendio amoris, & Cherubin ab eo, quod est post amorem, vt à scientia, & Troni ab eo, quòd est post scientiam, vt à sessione. Dicitur ergo Diabolus Cherub: non quòd nõ fuerit de supremo ordine: sed quia in ipsu reseruabatur excellentia scientiæ. Excellentiori enim modo est scientia in Seraphin, quàm in Cherubin. Magis tamen denominatur Diabolus à scientia, quàm ab amore, vel quàm à charitate, quia scientia sine charitate inflat: & ipse inflatus per superbiam cecidit. Vel denominatur à scientia, quia scientia fuit ei occasio ruinæ. Ipse enim sciendo, & cognoscendo se tam pulchrum: de sua excellentia delectatus intumuit, & superbiuit.

Cherub cur nomen Dæmonis.

Ad secundum dicẽdum, quòd Diabolus erat de his, qui præerant terrestri ordini, idest ordini cadentium. Quia si alius est intellectus auctoritatis: dicemus auctoritatem illam in hoc non teneri.

Ad tertium dicendum, quòd diuina ordinatio in nullo frustrari potest, quia quod deficit ab vno ordine, vt ab ordine misericordiæ, & gratiæ: relabitur in ordinem alium, vt in ordinem iustitiæ. Diabolus enim peccans, si non assecutus est Deum beatificantem, non potuit subterfugere ipsum punientem.

Ad quartum dicendum, quòd Lucifer non habuit plus de incitatione ad peccãdum propter excellentiorem naturam: immo ex hoc minimum incitatiuum habuit. Et quia Angeli non agunt ex necessitate naturæ: ideo vbi fuit minimum incitatiuum ad peccandum, potuit plus peccare.

Aduertendum tamen, quòd secundum ordinem rectum, maior excellentia debuit Diabolo esse causa maioris humiliatis. quia secundum Greg. tanto humilior, atque ad seruiendũ Deo promptior quisque debet esse ex munere: quanto obligatiorem se esse conspicit in reddenda ratione. secundum tamẽ ordinem peruersum sua excellentia fuit ei occasio maioris elationis, propter qđ nõ solũ peccare potuit, sed etiam plus alijs peccauit.

A

B

C

D

ARTIC. II.

An Angelus peccans se peccare putauerit. Conclusio est affirmatiua.

SECVNDO quæritur: Vtrum Angelus peccans putauerit se peccare. Et videtur, quòd non, quia si putasset se peccare, putasset se puniendum. Non ergo peccasset, vt videtur Ansel. innuere in de casu Diaboli.

Præterea ipse voluit per naturam consequi diuinum bonum, siue suam beatitudinem: sed si in hoc credidisset peccare, credidisset se à diuino bono auerti: nunquàm ergo appetijsset.

Præterea: aut putauit esse impossibile, quod appetebat: aut possibile. non impossibile, quia nunquàm illud elegisset, ergo possibile. Cum ergo peccatum à Deo auertat, & non sit possibile, quòd auersus, vt auersus consequatur illud, à quo se auertit: consequens est, quòd non æstimauerit se peccare, nec à Deo se auerti.

Præterea cum peccando ceciderit, si hoc eligendo credidisset peccare: credidisset se casurum, & fuisset præscius sui casus, quod supra negabatur.

IN CONTRARIVM est, quia, vt supra diximus, Diabolus non peccauit per ignorantiam, vel per deceptionem, sed peccauit deceptus: omnis autem sic peccans, cognoscit se peccare: ergo, &c.

Dæmõ ignorans, nõ per ignorãtiam peccauit.

Præterea ignorantia inflicta est nobis per peccatum, & q̃ peccemus per ignorantiam: hoc est propter aliquod peccatum præcedens, vel in nobis, vel in primis parentibus. sed peccatum Diaboli nullum peccatum præcesserat: ergo nõ peccauit per ignorantiam, sed non peccans per ignorantiam scit se peccare: ergo, &c.

RESOVTIO.

Angelus putare potuit se peccare, nec sibi tamen cauit, ex parte iudiciorum Dei, suæ naturæ, suæ cognitionis, numeri saluandorũ, suæq; ruinæ reparationis.

RESPONDEO dicendum in hac quæstione tria declaranda esse. Primò quidem, quomodo aliquis peccat deceptus. Secundò, quomodo Diabolus æstimauit, vel æstimare potuit se peccare. Tertiò quomodo hoc æstimans, non præcauit sibi à peccato.

Peccans deceptus, non per ignorãtiam, quia.

Propter primum sciendum, quòd peccans deceptus dicitur ignorare in particulari, vel de non cogitare. non q̃ non possit cogitare speculatiuè,

sed quia non cogitat practicè, vel non cogitat, vt operatur. Nam nullus aspiciens ad malum, agit, quod agit, vt dicitur 3. de diui nom. Vt fornicans: dato, quòd cogitet fornicationem esse quid inordinatum, poterit de hoc cogitare speculatiuè: sed, vt operatur non cogitat de hoc. qa non aspiciens ad hoc, operatur. quis tunc agens ageret ad malum aspiciens. talis enim fornicàs, & sciens fornicationem esse, quid inordinatum non peccat per ignorãtiam, peccat tamen deceptus, & nesciens, & dicitur peccare nesciẽs. Omnis enim peccaos, si non peccat per ignorantiã, in suu actu apprehendit aliquid, vt bonũ, & scit aliquid ibi esse mali, aliter peccaret per ignorãuam: si nihil mali ibi crederet, ergo tale bonum apprehensum est quid mistum. Appetitus tamẽ delectatus inficit iudicium rationis, ꝙ quàmis apprehendatur, vt aliquid mistum, & vt faciendum, & vt ooo faciendum: attamen inficitur rationis iudicium, vt omnibus computatis, iudicet faciendum. Sicut mercator, si in sua mercatione aspiciat lucrum ex parte vna, damnum ex parte alia; si lucrum superat damnum, omnibus cõputatis, dicit se lucrari. Hoc ergo modo quilibet peccat deceptus, quia sicut lingua infecta inficit iudicium sensus, sic oẽdeote ratione aliquid, vt delectabile, & vt inordinatum, si appetitus incipiat allici, quia delectabile, inficietur iudicium rationis, vt omnibus cumputatis iudicet illud esse faciendum, vt tunc, & in illo particulari, vel aliter non faceret, nisi videretur sibi esse faciendum. Et quis iudicium est falsum, nõ est sine deceptione. Ideo verũ est, quod dicitur in Ethicis: Malitia est corruptiua principij. Et ꝙ Daniel dixit illi seni: Species eius decepit te. Vode de huiusmodi ꝛ deceptione, & quomodu sciens potest mala facere, in quadam nostra lunga quæstione, quam quasi loco tractatus de hoc fecimus, diffusius disimus.

Peccat qs nesciens, & deceptus, non ignorantiam.

7. Ethic. Dan. 6.

Quæstio alterà de deceptione vi deiur edita à Doctore.

Vtso, quomodo aliquis peccat deceptus, volumus declarare, quomodo Diabolus extimauit, vel extimare potuit se peccare. Dicemus enim: apprehendit Diabolus suam beatitudinem, & appetijt esse beatus, sed modu, quo deberet beatitudinem consequi, non plenè sciebat. Nam si hoc plenè scipisset, cognouisset impossibile esse sibi hoc per naturam habere, & illum modum habendi minimè elegisset, quia electio nũquàm est impossibilium. Cum ergo non plenè sciret, quomodo consequi deberet beatitudinem, cum modus consequendi dependeret ex diuina voluntate, voluit præuenire voluntatem Dei, non expectans, vt prius sciret, quomodo Deus vellet eum beatitudinem consequi: vt illo, & non alio modu hoc appeteret, sed præueniens appetijt: hoc consequi per naturam. Rationabiliter ergo extimauit, vel extimare potuit, & debuit, se peccare, quando voluntatem suam voluit præponere voluntati diuinæ, vt non plenè sciẽs qualiter Deus vellet eum beatitudinem consequi, illic elegerit sibi, delectatus in seipso, vt per naturam hoc consequeretur. Non ergo propriè peccauit per ignorantiam, vel per deceptionẽ, quòd non extimaret se peccare: peccauit tamen deceptus, pront à delectatione suæ excellentiæ allectus, cæcus in intellectu factus, præuenit diuinã ordinationem, & elegit, quod non esset eligendum, & tdro dicitur delectatione propriæ excellentiæ fuisse corruptus.

Electio est possibilũ.

Ostenso, quomodo aliquis peccat deceptus, & quomodo Diabolus extimauit, vel æstimare potuit se peccare, volumus declarare, quomodo à peccato sibi non cauit. Non enim ita hebes erat, quin cognosceret, ex quo videbat se ad beatitudinem ordinatum, & non plenè sciebat modum, quomodo debebat beatitudinem consequi, quòd debebat in hoc diuinam ordinationem expectare, in quo fuisset gloriatus in Deo, & quæsiuisset, quæ Dei sunt, & quòd non debebat huiusmodi ordinationem præuenire, sicut præuenit: in quo gloriabatur in seipso, & quærebat, quæ sua sunt, sed hoc cognoscẽs, & æstimãs sibi tamen non cauit. Quod multipliciter declarat Anselmus, in de casu Diabol. Possumus autem adducere. 5. quæ ipse tangit ad hoc declarandum: Primum est ex parte iudiciorũ Dei. Secundum ex parte suæ naturæ: Tertiom ex parte suæ cognitionis. Quartum ex parte numeri saluandorum: Quintum ex parte reparationis suæ ruinæ.

Dæmon si per ignorãtiã non peccauit, cur si sibi non cauit.

Primum sic patet: Nam iudicia Dei abyssus multa, & inuestigabiles sunt viæ eius: ex quo extimabat se peccare, scire debebat, & quòd iustè puniretur. Tamen nesciebat, vtrum Deus deberet illam iustitiam exercere, sed putare poterat, quòd sibi indulgere deberet. Sicut enim in filio carnali, si videat pomum pulchrum, quantuncunque cognoscat se præuenire ordinationem patris: elegit accipere pomum, credens in hoc sibi patrem indulgere, & quòd si sit possibile iuuet ipsum ad habendum pomum. Videbat ergo Diabolus diuinam ordinationem se non expectare: elegit tamen per naturam habere beatitudinem. Potuit in hoc ergo peccare, quantuncunque æstimaret se peccare. quia potuit credere, quòd Deus de tali præuentione indulgeret sibi: & vlterius, quòd ipsum iuuaret ad consequeodum, quod volebat consequi per naturam, prout iuuat res naturales operando in naturis singulis.

Psal. 15. Ormenia in peccando quinq; deceptiones.

Secundu potest hoc declarari ex parte suæ naturæ. Quia puterat credere, quòd Deus creaturam suam pro tali culpa non damnaret, quã in tanta excellentia creauerat. Propter enim excellentiam suæ naturæ, poterat falsa æstimatione decipi, vt crederet Deum in hoc iustitiam nõ exercere, sed sibi indulgere.

Tertio hoc declarari potest ex parte suæ cognitionis. Quia non viderat aliquod exemplum iustitiæ, vt Anselmus dicit. Propter quod poterat æstimare propter exemplum iustitiæ, quod non viderat, quòd non fieret in ipso huiusmodi iustitia.

Quartò hoc patet ex parte numeri saluãdorũ.

Videbat

Videbat enim numerũ eorum, qui facti erant ſa-
pientia p̃ſtitutũ, vt nihil haberet ſuperfluũ.
Propter quod cogitare poterat, quòd ſi aliquis
de illis damnaretur, quòd remaneret fruſtratus
numerus imperfectus.

Quintò hoc patet ex parte reparationis ſuæ
ruinæ. nam ſi homo factus erat, non videbatur
forte ſibi rationale, quòd humana natura ruinã
angelicam reperaret. Si autem homo non erat
factus, multo minus ſcire poterat, quòd poſt
ruinam ſuam fieret homo, qui ruinam huiuſ-
modi repararet. ideo æſtimare poterat, quòd ex
hoc non damnaretur, ſed Deus ſibi indulge-
ret, cum non videret, quomodo ſua ruina
repararetur.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ,
q̃ æſtimauit ſe peccare, & ex hoc æſtimare debe-
bat ſe iuſtè puniendum, tamen diligeos ſe, & præ-
ſumens de excellentia ſuæ naturæ, æſtimare po-
terat Deum huiuſmodi iuſtitiam minimè exer-
cere.

Ad ſecundum dicendum, q̃ æſtimabat ſe pec-
care, quia videbat ſe diuinam ordinationem vel-
le præuenire, vel non expectare, tamen credere
poterat, q̃ Deus ſibi hoc indulgeret, & q̃ ipſum
ex hoc non deſereret. Vnde non credebat remane
re à Deo auerſus, ſed magis credebat ab eo eſſe
adiutus. Videbat enim, q̃ propter peccatum iu-
ſtè auertebatur, ſed credere poterat, q̃ Deus hu-
iuſmodi iuſtitiam non exerceret. poterat enim
æſtimare, q̃ Deus indulgeret, quo ad auerſionẽ,
& iuuaret, quo ad propoſiti conſecutionem, qđ
quia non fecit, incepit eum inuidere, & ipſum odio
habere, ſecundum quòd Magiſter in præcedenti
diſtinctione deſcripſit auerſionem.

Ad tertium dicendum, quòd ſi æſtimaſſet
Deum iuſtitiam illam exercere, quam iuſtè pote-
rat facere, æſtimaſſet ſe puniendum, & non conſe-
cutorum intentum. Sed quia, vt diximus, iudicia
Dei ſunt abyſſus multa, ideo æſtimare poterat, q̃
ſic ſe auertendo non priuaretur intento, quia po-
terat credere, quòd Deus illam iuſtitiam nõ exer-
ceret, ſed, vt diximus, indulgeret ſibi auerſionem,
& iuuaret ad conſecutionem propoſiti.

Ad quartum dicendum, quòd ſimul fuerunt
illa, ſcilicet peccare, & æſtimare, ſe peccare, & ca-
dere. Propter quod non fuit præſcius ſui caſus,
ſed cum cadebat, cognouit ſe cadere.

Vel poſſumus dicere: Dato, quòd hęc non
fuiſſent ſimul, non propter hoc fuiſſet præſcius
ſui caſus, quia, & ſi æſtimabat ſe peccare:

poterat tamen æſtimare, quòd
Deus ſibi indulgeret,
& quòd ex hoc
non in
damnationem ca-
deret.

ARTIC. III.

An primi Angeli peccatum alijs cadendi occaſio fuerit. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 63. artic. 8. Item 2. ſenten. d. 6. q. 1. arti. 2. Dur. d. 6. q. 2. Tho. Arg. d. 6. q. 1. arti 4.

ERTIO quæritur: Vtrum pec
catum primi Angeli fuerit occa
ſio alijs Angelis ad peccandum.
Et videtur, quòd non. quia
ſtatim cum peccauit fuit defor-
matus. ſed id, quod eſt deforma
tum, ſecundum q̃ huiuſmodi nõ eſt occaſio mo-
dificandi ad ſui imitationem: ergo &c.

Præterea inter alias cauſas aſſignatur hęc cau-
ſa, quare homo fuit reparabilis, & non Angelus,
quia homo per alium cecidit, & congruum fuit,
quòd per alium repararetur. Si ergo peccatum
Luciferi fuiſſet alijs occaſio peccandi, fuiſſent
alij Angeli reparabiles.

Præterea ſtatim diuiſa fuit lux à tenebris, in
inſtanti ergo fuerunt iſti boni, & illi mali. non
ergo peccatum Dæmonis fuit occaſio peccandi
alijs, vel exemplum, quia non præceſſit eorum
peccatum.

Præterea ſicut facta eſt auerſio malorum, ſic
facta eſt conuerſio bonorum: ſed non dicimus, q̃
conuerſio vnius ſit cauſa conuerſionis, vel occa-
ſio alterius, ergo nec in auerſione hoc fuit.

IN CONTRARIVM eſt, quod dicitur
Apoc. quòd Draco magnos cauda eius trahebat Apoc. 12.
tertiam partem ſtellarum cœli, ſed trahere im-
portat cauſalitatem: ergo &c.

Præterea dicitur Iob: Ipſe eſt Rex ſuper vni- Iob. 41.
uerſos filios ſuperbiæ. ſed ſo tantum dicitur ali-
quis eſſe Rex, inquantum ſua voluntate, & ſuo
imperio mouet ſubiectos, ſed hoc pertinet ad cau
ſalitatem: ergo &c.

RESOLVTIO.

Peccatum Luciferi aliorum peccata gravitate culpæ præceſſit, reſpectu aliorum, in ſe, & ad Deum. Itemque cauſalitate, & origine, ratione ſcientiæ, excellentiæ, ac reſpectus.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc
eſt multiplex modus dicendi. Namquidam dixe
runt, quòd inter peccatum Diaboli, & aliorum
non fuit ordo cauſalitatis, ſed magnitudinis cul-
pę, inquãtum Diabolus ſiue Lucifer alijs grauius
peccauit. Sed hoc ſtare non poteſt, cum modus
ſcripturæ diuinæ ſonet, peccatum primi Angeli
aliquem modum cauſalitatis habuiſſe ſuper pec
catum aliorum, vt patuit in auctoritatibus addu
ctis. Dam. etiam dicit li. 2. quòd ipſe primus de-
fiſtens à bono, ſimul cum eo factæ ſunt tenebræ,
& con-

& consecuta est cum multitudo innumera eorũ, qui sub ipso ordinati erant angelorum. Si ergo ipse primus peccauit, eum non fuerit ibi prioritas temporis, vt patebit, oportet huiusmodi prioritatem intelligi de prioritate causalitatis, & originis.

Rursus multitudo innumera Angelorũ non diceretur ipsum fuisse secuta, nisi dedisset eis occasionem peccandi. nam illi sequuntur alium in peccando quibus per illum datur peccandi occasio.

Est etiã secundus modus dicendi quòd peccatum primi angeli præcessit aliorum peccatũ non solum gravitate, & causalitate, sed etiam temporis duratione.

Mors hominibus est Angelis casus.

Sed hoc stare non potest, quia ſm Dsm. lib. 2. c. 3. & 4. qd est hnibus mors, hic est angelis casus.

Sicut ergo homines morientes in peccato criminali, statim damnationem subeunt: sic Angeli post peccatum statim fuerunt damnati, & ab aliorum consortio separati. Si ergo Diabolus prius tempore peccasset, prius cecidisset. alij ergo vidissent eum cadere prius, quàm peccassent. ꝓpter quod exemplo eius non fuissent ad peccandum moti.

Opinio vera.

Est ergo tertius modus dicendi magis rationi congruus, quòd peccatum Diaboli præcellit peccatum aliorum gravitate, & causalitate, & per cõsequens origine. quia natura, & origine causa est prior effectu, non tamen præcessit tempore.

Volumus ergo declarare primo, quòd peccatum Luciferi præcessit peccatum omnium aliorum gravitate & quãtitate culpæ. quod tripliciter potest ostendi. Primo si compararetur Lucifer ad alios Angelos, vel si cõsideremus ipsum suum peccatum respectu aliorum. Secundo si compararetur ad Deum. Tertio si consideretur in seipso.

Primum sic patet. Omnes enim apostatæ Angeli peccauerunt per superbiam, sed ipse Lucifer præ omnibus superbiuit. Nã & alij licet per sua naturalia vellent esse beati, voluerunt tamẽ hoc habere sub Lucifero principe. sed ipse Lucifer nõ sub alio Angelo, sed suæ potestatis excellẽtia delectatus, habere voluit suam beatitudinem per naturam. Amor ergo propriæ excellentiæ, qui est superbia propriè sumpta, magis fuit in Lucifero, quàm in alijs. Vnde & magis dicitur superbisse, propter quod & grauius peccauit.

Angeli cæteri à Lucifero voluerunt eẽ beati sub Lucifero per sua naturalia.

Secundo hoc idem patet, si comparetur Lucifer ad Deũ, à quo habuit quicquid boni habuit. Imaginabimur enim, ꝙ solus Deus est diues per seipsum, vt dicitur in 21. propositione de causis.

1. Cor. 4.

Omne autem aliud est per diues ex mutuatis, vt cuilibet dici possit: Quid habes quod nõ accepisti? Cum ergo ex mutuatis esset diues Lucifer, & ex his, quæ acceperat a Deo, quanto plura ab ipso receperat, tanto magis debuit ei velle subesse, & tanto magis ingratus fuit. Peccatũ ergo Luciferi fuit grauius alijs. & quia magis Lucifer superbiuit, & quia magis fuit ingratus.

Tertio hoc idem declarari potest, si consideretur Lucifer in se. Nam quanto deiformior erat, tanto ordine naturæ magis habebat incitamentum ad bonum. iuxta illud Augustini. Confes. Ad te nos fecisti domine, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Ista autem inquietudo, & ista incitatio est, vt nihil debeat velle, nisi, vt Deus vult: & quãto natura intellectualis est deiformior, tanto magis debet in ea hoc relucere. Vnde & Dam. lib. 2. c. 30. dicit. ꝙ virtus est secundum naturam: vitium præter naturam. In se ergo consideratus Lucifer, quanto fuit deiformior, tanto habere debebat magis incitamẽtum ad bonum, & ad agendum secundum naturam: & tanto magis peccauit male agendo, declinando ad culpam, & ad vitium, quod est contra naturam.

Tomo 1.

Ostenso quomodo peccatum Luciferi præcessit peccata aliorum gravitate, & quantitate culpæ, quia cæteris grauius: declarare volumus, quomodo præcessit peccata aliorum causalitate, & origine. quia fuit saltem occasio, & origo omnibus alijs ad peccandum. quod tripliciter potest ostendi. Primo ex scientia ipsius Luciferi. Secundo ex excellentia eius, vt comparatur ad Deum. Tertio ex excellentia ipsius, vt comparatur ad alios cadentes angelos.

Angelorũ cadentium nullus habuit plenã scientiã de modo consequẽdi beatitudinem.

Primum sic patet: diximus enim supra, ꝙ Dæmon, & alij apostatæ angeli beatitudinem appetierunt. Sed quia beatitudo illa erat supernaturalis, non habebant plenam scientiam, qualiter deberent ipsam consequi beatitudinem: & cum deberent in hoc expectare diuinam ordinationẽ, & committere se in hoc Deo, vt illo modo consequerentur beatitudinem, quo Deus vellet, ipsi autem nimis cupidi de propria excellentia præuenerunt in hoc diuinam voluntatem, & ex seipsis elegerunt modum, quo beatitudinem consequerentur. Allectio ergo ad propriam excellentiam, corrupit in eis æstimationem, vt illo modo æstimarent se beatos fore posse, & illo modo beatitudinẽ appeterent, quo magis excelleret. Hoc autem erat per naturam, vnde & sic appetierunt. Multum est ergo notandum Augustini verbum, ꝙ peccauit Diabolus, vt pluries supra diximus, ꝓpriæ potestatis delectatione corruptus. Delectatio enim, & allectio, quam habebat ad propriam potestatem, & excellentiam, infecit in eo iudicium, vt iudicaret sic se posse beatitudinem consequi, & vt eam hoc modo appeteret. Peccatum ergo Luciferi rationabiliter potuit esse, & fuit causa, sine occasio alijs peccandi, si consideretur ipsius Luciferi scientia.

Lucifer fuit occasio aliis cadẽdi. D. Thom. 1. p. q. 63. art. 8.

Diximus enim, ꝙ de modo consequendi beatitudinem, nullus cadentium habuit omnino plenam scientiam: sed videntes inferiores Angeli, ꝙ Lucifer, in quo erat tanta plenitudo scientiæ, illum modum elegit, rationabiliter poterant æstimare, ꝙ ipse Lucifer plus poterat scire de modo consequendi beatitudinem, quàm ipsi. Consensus ergo Luciferi fecit in alijs apparentiam, ꝙ hoc haberet quãdã speciem possibilitatis, quòd esset eis possibile beatitudinem habere per naturam, ex quo Lucifer sic plenus sapientia illum

modum

modum elegerat. Non tamen hæc fuit tota causa, quia plus debuissent ipsi inferiores Angeli expectare diuinam ordinationem, quàm adhærere electioni Luciferi: attamen electio Luciferi, ratione sapientiæ, quã videbant in seipso, fuit eius magna occasio peccandi, vt ipsi sic beatitudinẽ appeterẽt per naturam cõsequi, & appetierat Lucifer. Imaginabimur enim, quòd licet vnum fuerit occasio, & origo alterius; omnia tamen simul fuerunt tempore. nam in his, quæ simul fiunt, simul est fieri, & factum esse, vt simul est illuminari, & illuminatum esse: & statim ad illuminatũ esse, sequitur multiplicari colorem: vbi etiam simul est multiplicari, & multiplicatum esse: & ad multiplicari colorem, sequitur recipi speciem in visu, & fieri visionem. vbi etiam in talibus simul est fieri, & factum esse, oportet omnia talia esse simul, non obstante, quòd illuminatio est causa multiplicationis coloris, & multiplicatio coloris causat receptionem in visu. Sed si aer inciperet prius illuminari, & postea in tempore fieret illuminatum esse, & quando esset terminata illuminatio, tunc inciperet multiplicatio coloris, & postea in tempore fieret multiplicatum esse, non essent talia simul tempore. Concedimus enim, q̃ quando terminata est illuminatio, tunc incipit multiplicatio. Verum quia simul est multiplicationem incipi, & multiplicationem terminari, quia simul est multiplicari, & multiplicatum esse: ex quo principium multiplicationis est simul cum termino illuminationis, erit & terminus multiplicationis simul cum termino illuminationis. Rursus: quia & terminus illuminationis erat simul cum suo principio, quia totum fiebat in instanti, erit & terminus multiplicationis simul cum principio illuminationis. Sic & in ꝓposito: natura, & origine primo Lucifer elegit hoc modo beatitudinem consequi, & istum tuũ conceptum alijs anteposuit: cui cõceptui cadentes Angeli consenserunt. Origine ergo prius fuit electio Luciferi: secundo fuit electionis ostensio facta alijs: tertio fuit istorum assensus. Non ergo tempore, sed causalitate peccatum Luciferi præcessit aliorum peccatum, quod declaratum est ex ipsa Luciferi scientia, vel sapientia.

Luciferi peccatũ nõ tempore, sed origine præcessit alioꝝ Dæmonum peccatum.

Secundò hoc idem declarari potest ex excellẽtia Luciferi, vt comparatur ad Deum. nam, vt supra diximus, poterat æstimare, & æstimauit Lucifer, quòd cum non plenè sciret modum consequendi beatitudinem, debebat super hoc expectare diuinam ordinationem. propter hoc præueniendo, & eligendo, vt per suam naturam hoc consequeretur, peccabat. sed videns se ita pulchrum, & alijs excellentiorem, æstimauit hoc sibi Deum debere indulgere, & etiam ad consequendum propositum adiuuare. Sicut filius aliquis carnalis, vt supra dicebamus, dilectus a Patre, si in appetendo aliquid præuenitet voluntatem Patris, crederet in hoc tudulgentiam obtinere, & cum hoc ad obtinendum propositum per Patris auxilium adiuuari. Hac autẽ existimatione, qua decipiebatur Lucifer, potuerunt & alij decipi, vt sub hac confidentia consentirent, peccato Luciferi, & ipsi vellent sub eo per naturam beatitudinem obtinere, non credentes, quòd creaturam tã pulchram Deus damnare deberet.

Tertiò hoc idem patet, si consideretur excellẽtia Luciferi per comparationem ad alios cadentes Angelos. nam cum & alij Angeli per naturã vellent beatitudinem obtinere: cum ordine naturę Lucifer esset omnibus excellentior, secundũ hunc ordinem consequens erat, vt sub eo tanquã sub principe hoc modo beatitudinem consequerentur. Ideo videntes Luciferum hunc modum elegisse, & auertentes in hoc ordinem naturæ, assenserunt, vt sub eo consequerentur beatitudinem per naturam, propter quod assensus Luciferi, ẽt & hoc modo fuit eis peccandi occasio.

Rasp. ad arg. Ad primum dicendũ, q̃ sicut Lucifer propter illam deformitatem nõ cauit sibi a peccato, licèt simul esset suum peccatum, & sua deformitas, quia non ferebatur in suum peccatum tanquam in aliquid deforme, sed tanquam in aliquid, in quo æstimabat indulgentiam obtinere à Deo: & cum hoc iuuari ab ipso ad consequendum intentum: non secundum, quòd Deus operatur in operibus gratiæ (quia hunc ordinem non elegit) sed in operibus naturæ: sic & alij apostatę Angeli ferebantur in consensum Dæmonis, tanquam in aliquid, per quod possent excellentiam obtinere, & it debebant in tali conceptu aliquid non rectè volitum, & aliquam præuentionem diuinæ voluntatis, æstimabant in hoc, vt diximus indulgentiam obtinere. Non enim debemus imaginari, quòd deformitas Luciferi fuerit, sicut est deformitas parietis per denigrationem factam à fumo, vel a luto, vel ab alterno sic infectiuo. nam naturalia remanserunt sibi lucida, & splendida, vt dicit Dionys. 4. de diuin. nom. sed fuit huiusmodi deformitas per auersionem à Deo, & inhabilitatem ad gratiã. Quicquid tamẽ sit de modo deformitatis, ex quo simul tempore fuit peccatum aliorum cum peccato Luciferi: sicut Lucifer non cauit sibi à peccato, licèt simul peccauerit, & fuerit deformatus, & ceciderit, quia non ferebatur in suum volitum, vt erat talium causatiuum, & prout ex tali volito talia debebat consequi; sic & inferiores Angeli peccauerunt sibi contemitendo, non ferendo tamẽ tionem suam ad ea, quæ ex tali volito consequebatur Lucifer, sed ad ea, quæ ipsi consentiendo debebant etiam consequi. Referebant enim omnia hæc ad suam excellentiam, & ad suam exaltationem, non ad suam deformationem.

Luciferi deformitas qua intelligenda.

Ad secundum dicendum, quòd hæc non est tota causa, quare peccatum Angeli sit irremediabile, & non homitus: sed, vt communiter dicitur, est quædam congruitas. Vel possumus dicere, ꝙ aliter peccauit per altum homo, alter Angelus. nã homo peccauit per alium tentatum, sed Angeli peccauerunt per altum solum, quandam occasionem præstantem.

Ad tertium dicendum, quòd si totum fuit in instanti: propter quod non fuit tibi prius tempo-

re

re: Fuit tamen ibi prius causalitate, & origine, vt est per habitu declaratum.

Ad quartum dicendum, quòd conuersio efficaciam habuit per gratiam, quæ non est ab aliqua creatura, vel quæ est supra naturam: sed noetii, & deficere potest creatura ex sua natura. Ideo magis potest vnus Angelus fuisse causa alterius, quantum ad auersionem, in quam potest creatura de se, quàm quantum ad conuersionem, quam non potest de se. Vel possumus dicere, quòd etiam in conuersione vnus Angelus fuit exemplum alterius. Nam sicut in auersione auersio superioris fuit exemplum alijs, & fuit prior gratitate culpæ, ita & in superioribus conuersio superiorum potuit esse exemplum alijs, quæ erat prior dignitate gratiæ. Nam sicut superiores Angeli cadentes plus peccauerunt, ita & superiores stantes plus meruerunt. Vnde & Apoc. legitur Michael pugnabat, & angeli eius. Pugna autem illa fuit difformitas voluntatum, vt quia isti se conuerterunt, illi autē se auerterūt. Michael autem pugnabat & Angeli eius, quia cōuersio, & pugna eius fuit exemplum pugnæ, & conuersionis aliorum.

Apoc. 12.

QVÆSTIO II.

De Dæmonum loco, de pœna, de tentatione, prælationisq; ordine.

POSTEA quæritur de alijs Dæmonibus, vel communiter de omnibus Dæmonibus. Circa quod quæruntur quatuor, secundum quòd Dæmones ad quatuor possunt comparari, videlicet: Primo ad locū, in quo sunt: & erit quæstio: Vtrum Dæmonibus assignetur congruus locus. Secundo comparari possunt ad pœnam, quā habent, & erit quæstio: Vtrum Dæmones semper patiantur pœnam ignis, vel portent ignem secum. Tertio comparari possunt ad prælationem, quam habent inter se, & erit quæstio: Vtrum in Dæmonibus sit prælationis ordo. Quarto comparari possunt ad homines, quos impugnāt, & erit quæstio. Vtrū Dæmones tentantes, & impugnantes sanctos, deuicti ab eis, ab impugnatione desistāt.

ARTIC. I.

An Dæmonibus locus congruus assignari debeat. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 63. art. 4. Item d. 6. q. 2. art. 3. D. Bonau. d. 6. art. 2. q. 1. Ric. d. 6. q. 3. Tho. Arg. d. 6. q. 1. art. 3.

AD primū sic proceditur: Videtur, quòd Angelis malis non debeat assignari aliquis congruus locus. Nā Angelis nullam impressionem ex loco recipiunt, cum sint substantiæ incorporeæ, Cum ergo nec illuminentur A corporali lumine, nec infrigidentur frigore, videtur nihil esse dictum, quòd vnus locus eis magis debeatur, quàm alius.

Præterea Dæmonibus tanquam peccantibus debet locus carceris, sed Pythagoras assignabat locū carceris ignem, ergo sunt in igne nō in aere.

Præterea locus debet esse proportionatus locato. Cum ergo Angeli fiat obtenebrati per culpam, debetur eis locus circa terram. fuit ergo in aere circa nos, cuius contrarium habetur in littera.

Præterea secūdum Aug. in 14. Confess. Amor in spiritibus est sicut pondus in corporibus, sed omnium grauium est vnus locus. ergo & omniū malorum debet esse vnus locus: sed animæ malę statim vadunt ad infernum, ergo Dæmones sem per sunt in inferno. Tomo 1.

Præterea peccatum Dæmonis dicitur grauius, B quàm peccatum hominis, sed animæ damnatorū statim vadunt ad infernum, nec de lege communi permittūtur hic remanere, ergo multo magis & Dæmones.

IN CONTRARIVM est quod habetur in littera, vbi dicitur, quòd nec in cœlo fuit Dæmones, nec in terra hic nobiscum, sed in aere isto caliginoso.

RESOLVTIO.

Dæmones in aeris media regione sunt. Idque ratione congruitatis. i. naturæ Dæmonis ratione, nec non culpæ, atque exercitij. Post diem autem iudicij in infernum detrudentur.

C RESPONDEO dicendum, quòd de loco spiritualis substantiæ possumus loqui vel quantum ad necessitatem, vel quantum ad congruentiam. & hoc quantum ad malos, vel quantum ad bonos. Si loquamur quantum ad necessitatem, quo ad bonos quidē non est plus vnus locus necessarius, quàm alius. Vnde & Angeli boni existētes in terra, in nullo retrahuntur a visione Dei: sed secundum sententiam doctoris, semper vidēt faciem Patris qui in cœlis est. Sic etiam simpliciter loquendo angelis malis non est vnus locus plus necessarius, quàm alius, vbiqoe enim possit eos Deus punire, & affligere. Tamen secundum quandam congruentiam, possumus locum assignare spiritualibus substantijs, vt cōgruus locus cōtemplationis sit cœlum Empyreum, congruus D autem locus carceris vtroque ad dic iudicij sit iste aer caliginosus. Post diem autem iudicij erit infernus. Vnde & August. 8. de Ciuita. Dei ait: Dæmones in hoc quidem aere habitant, quia de cœli superioris sublimitate deiecti, in hoc sibi cōgruo velut carcere cōdemnati sunt. Et idem 11. super Gen. dicit: Peccatores Angelos minime dubitemus detrusos, tāquam lo carcere caliginis huius aereæ circa terras, secundum apostolicam fidem, idest vt habetur 2. Petri: In iudicio reseruari. Reseruantur autem in iudicio, vt retrudātur postea in tartaro, siue in inferno. Dicemus ergo aerem esse diuisum in tres partes, videlicet in partem superio-

Angelis malis debetur loc⁹, nō ex congruitate.

Dæmones quo dicant esse in carcere.

Angelorū locus nō ne cessarius, sed congruus.

Dæmonum carcer ex D. P. Aug. To. 5. c. 12.

2. Petri 2.

Aeris tres partes.

superiorem propinquâ igni, & partem inferiorē cōiunctam terræ, & medium interstitiū, vbi continuè, vel quasi cōtinuè fiunt exhalationes aquosæ, & terrestres, nubes, & caligines, in qua parte dicuntur esse Dæmones tanquam in carcere.

Angelorū malorum locus ex triplici cōgruitate.

Assignatur autem circa hoc triplex congruitas. Vna ex parte naturæ Dæmonis. Alia ex parte culpæ. Tertia ex parte nostri exercitij. Nam natura Dæmonis aliquod lumen est, licèt sit obtenebratum per peccatum. ideo videtur quædam cōgruitas, ꝙ sit in aere, qui ratione dyaphaneitatis aliquid de luce participat ratione culpæ, quòd sit in aere tenebroso, cuiusmodi est medium interstitium. Ratione autem nostri exercitii, quòd etiam sit in illa parte aeris tenebrosa, quæ est iuxta nos. nam si essent in parte superiori aeris, nimis essent a nobis remoti, vt non possemus ab eis sufficienter exercitari. Si autē essent hic in terra nobiscū, fortè nimis nos impugnarent. Decet ergo eos ibi esse, vbi generantur pluuiæ, grandines, & tenebrositates, qui aer culpæ eorum competit, quia tenebrosus: & nostræ exercitationi, quia nobis propinquus. Sed post diem iudicii, cum cessabit exercitatio nostra, competens erit, quòd sint in loco magis tenebroso, qui magis eorum culpę conueniet, ideo retrudentur in tartaro, siue in inferno.

Dæmonum locus post iudicium.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, quòd possemus dicere falsum esse, quòd Dæmones nullam impressionem recipiant. nam licet ex eorum natura nullam impressionem recipiant, ex eorpore tamen suscipiant ex eorum culpa, vel suscipiēt post diem iudicii impressionem ex igne inferni, non quòd modo non puniantur pœna ignis. Sed vtrum ignis inferni imprimat huiusmodi pœnam, dubium est, & de hoc in seqnenti quæstione patebit.

Vel possumus dicere, ꝙ non datur eis locus hic, vel ille ratione necessitatis, vt quòd aliquid à loco recipiant, sed ratione congruitatis, vt quia agunt opus congruum tali loco. Agunt enim opera vitiosa, tentando nos de vitiis. Ratione ergo, qua opera eorum sunt vitiosa, & ex intentione eorum mala, congruit eis locus tenebrosus. Ratione veto, quæ hoc modo nos tentant, & exercitant, congruit eis locus nobis propinquus. & quia hæc duo habet interstitium aeris mediū: ideo, &c.

Ad secundum dicendum, quòd ignis, quem affiguabat Pythagoras, non est iste ignis elarus in pœna aerem, sed est ignis, qui est in tartaro. nam in Post. habetur, quòd Pytagoras volens assignare causam finalem tonitrui, assignauit terrorem existentium in Tartaro: Ibi ergo ponebat carcerem. Concedimus autem tartarum esse locum Dæmonibus congruum: propter tamen exercitationem nostrā, sunt hic in aere nobis propinquo. exercitatione autem cessante, recludentur in Tartaro, siue inferno.

2. Post. 12.

Ad tertium, & quartum patet solutio per iam dicta. nam infernus est congruus locus Dæmonum, & omnium malorum. tamen propter exercitationem nostram, & vt bonis proficiant, & vt hoc modo illudatur dæmonibus, qui eredunt obesse bonis, & eis proficiunt, quia tentationes eorum sunt sanctis viris quid meritum. permissi sunt esse in hoc aere caliginoso.

Ad quintum dicendum, ꝙ animæ hominum statim vadunt ad infernum, quia non sunt ordinatæ ad exercitationem nostram, nec sic exercitaremur per eas, si starent iuxta nos, sicut exercitamur per Dæmones.

Dæmones cur in aere, & animæ damnatorū in inferno.

ARTIC. II.

An Dæmones pœna semper ignis puniantur. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 2. Quol. q. 9. D. Tho. vbi supra ad quartum. D. Bonauen. d. 6. artic. 2. q. 2.

SECVNDO quæritur de Dæmonibus quantum ad eorum pœnam: Vtrum semper puniantur pœna ignis, vel semper portent ignem inferni secum.

Et videtur, quòd sic, per quandam Glo. quæ dicitur Iacobi super illo verbo: Inflammata à gehenna, vbi Glo. dicit, quòd sicut gehenna semper ardet, sic Diabolus vbicunque sit, siue in aere, siue subtus terram, semper fert secū tormenta flammarum. Iacob. 4.

Præterea Angeli conuersi, siue sint in terra, siue in cœlo, semper habent gaudium de visione Dei: ergo & peruersi siue sint in aere, siue in terra semper habebunt pœnam de igne inferni.

Præterea in peccato duo sunt: Auersio, & conuersio, auersioni autem respondet pœna carentiæ visionis Dei, conuersioni vero respondet pœna ignis. Cum ergo semper habeant pœnam auersionis, quia semper carent visione Dei, semper habebunt & pœnam conuersionis, quia semper punientur igne.

Præterea de malefacere non debet quis reportare commodum. sed cum ipsi in hac aere nos exercitant, quia faciunt mala intentione, non debent de hoc reportare commodum. quare non minus, immo magis debent puniri pœna ignis nos hic tentantes, quàm si essent in inferno a tentatione cessantes.

IN CONTRARIVM est quod dicitur in Euangelio: Iesu filij Dauid, venisti ante tempus torquere nos. Vsque ergo ad diem iudicij non videtur, quòd puniantur pœna ignis. Matt. 8.

Præterea ille ignis inferni materialis est. si ergo secum deferrent huiusmodi ignem, comburerent, quæ hic nobiscum sunt.

RE-

RESOLVTIO.

Dæmones, nec non damnatorum anima in inferno ignis pœna puniuntur quidem, etiam si extra infernum nostri exercitij causa quandoque commoventur. Ignem. n. suum secum ferunt, sed non materialem. qui ignis eos affligit, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, quæ quamuis in agendo causa secunda non egeat, eam tamen semper non excludit.

Græcorum error circa animas hinc decedtes.

RESPONDEO dicẽdum, ꝙ circa hoc fuit aliquando multiplex modus dicendi. Dixerunt enim aliqui, ꝙ Dæmonibus differtur pœna ignis vsque post diẽ iudicij, & hoc propter duo: tum, vt eorum exercitium non omittatur, quia forte absorti à tanta pœna, nõ possent nos tentare: tum ẽt, vt in hoc diuina misericordia ostendatur, quæ sustinet vasa iræ apta in interitum in multa patiẽtia, vsque in diem iudicij, in quo retribuet omnibus iuxta eorum opera. Sed hæc positio non videtur rationalis. Nam pœna ignis infernj licet sit duratione infinita, acerbitate tamen est finita. Vacat ergo Dæmonibus nos tentare, licet valde acerbè puniantur. quia non infinita acerbitate puniũtur, immo cũ sic affliguntur, incitantur, vt magis nos tentent, vt hẽant nos in pœnitẽtijs socios. Et

Psal. 24.

quod dicitur de diuina misericordia, dicemus quia misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, nõ debet esse misericordia sine veritate iustitiæ. misericorditer enim agit Deus cum Dæmonibus, & cum animabus damnatorum, puniens eos citra condignum, non tñ est hic misericordia sine iustitia per quancunque modicam horam, quia ex quo transiuit status meriti, vel demeriti, sunt dãnati in pœna supplicij. Dat etiam hæc positio fomentum illi errori, qui dicitur esse Græcorum, ponentium nullam animam ante diem iudicij neque in infernum, neque in cœlum ire, quod videtur esse tumptum a fabulis Pythagoricorum, ponentiũ animas occisorum circuire sepulchra, & expectare vindictas. Qua enim rõne vna anima expectat, expectaret & alia. Nam qua ratione animæ damnatæ non irent statim ad infernum; pari ratione, & animæ beatæ non irent statim ad cœlum. De animabus autem purgandis, & de loco purgatorij est specialis ratio, de quo non spectat hic agere. Si ergo Dæmones non punirentur pœna ignis ante diem iudicij, videretur, ꝙ nec animæ damnatorum deberent puniri. Et si animæ damnatorum non descendunt ad infernum, daretur ex hoc occasio ponendi, ꝙ & animæ beatorum non ascenderent ad cœlum ante huiusmodi diem. Quare ex hac positione dãtur occasio ad assentiendum errori Græcorum. Dicemus ergo, ꝙ & Dæmones, & animæ damnatæ semper puniuntur pœna ignis, & nisi esset propter nostrum exercitium, semper essent Dæmones in inferno, sicut animæ damnatæ, alternatis tamen vicibus sunt Dæmones in inferno, nunc isti, nunc illi, ad cruciandum & detinendum ibi animas, vt videntur sonare verba Magistri, cõiter tamen sunt in hoc aere iuxta nos, ad nos exercitandum.

Græcorum error.

Animæ occisorum circumeãt sepulchra ex Pythagoricorũ fabulis dicta.

Animæ damnatæ semp in inferno.

Sed qualiter existentes in hoc aere puniantur Dæmones pœna ignis: sunt diuersi modi dicendi. Nam quidam dicunt, ꝙ semper portant ignem inferni secum, nec tamen, vt aiunt, ille ignis alia corpora combrit. quia agit, vt instrumentum diuinæ iustitiæ in illos tantum, qui adiudicati sunt ad talem pœnam. Sed secundum Augustinum Deus sic administrat res, vt eas earum cursus facere sinat, vt habetur. 8. de Ciu. Non ergo quærimus, quid Deus secundum absolutam potentiam possit facere, sed quid congruit ordini rerum, quod fiat. Posset enim Deus, si vellet, hoc modo affligere Dæmones, vt semper portarent secum ignem materialem, sed ex hoc essent multa miracula. Primo quãtum ad calefactionẽ, vt cum ille ignis sit valde actiuus, quòd iuxta nos existens, in nullo sentiremus ardorem eius. Secundo quantum ad apparitionem eius, ꝙ iuxta nos existẽs, nullo sensu perciperemus ipsum. Tertio quantum ad resistentiam. Nam cum ille ignis non sit corpus glorificatum, nec corpora nostra sint glorificata, resisterent dimẽsiones dimensionibus. Obuiaremus ergo illi igni, & impediret nos a motu, quod non sentimus. Non possent etiam Dæmones intrare corpora nostra, quia corpus ignis non posset simul stare cum corpore nostro, nisi Deus semper faceret nouum miraculum. multum etiam portaret modicum de igne quilibet Dæmon secum: & quasi nullam virtutem haberet tam parum de igne, cũ in vno corpore obsesso à Dæmonibus esset vna legio Dæmonum. Posset autem in his omnibus quis semper confugere ad miraculum, sed non est conueniens ponere tot inconuenientia circa cursus rerum.

Dæmones in aere quo puniantur.

Tol. 5. c. 11.

Dæmones an igne absente cruciari possint modo spirituali.

Propter hoc dicitur aliter, quòd ignis ille non affligit Dæmones corporaliter agendo, vt calefaciendo, vel desiccando eos, sed modo spirituali. Ideo non refert, siue sit præsens, siue distans. Propter quod existens ignis in inferno, potest affligere Dæmones hic nobiscum existentes. Sed non videtur sufficiens dictum. Nam actionem spiritualem speculatiuam non impedit distantia. Potest enim Angelus speculatiuè intelligere lapides, siue præsentes, siue absentes, sed actionem quancunque spiritualem practicam impedit distantia. Vnde & Dam. ait libr. 1. c. 16. spiritualem substantiam ibi esse, vbi operatur.

Dicemus ergo, quòd quicquid agit, vt instrumentum est, habet aliquid, vt res quædam est. Vnde oportet ipsi igni inferni dare aliquid, vt res quædam est, quod præsupponit actio ejus, vt instrumentum est.

Dicemus enim, ꝙ potest esse aliquis modus cõtactus substantiæ spiritualis ad ignẽ, vel ad quodcunque corpus: talis autem contactus, & talis cõiunctio, potest competere igni, vt res quædam est, sed quòd ex isto contactu fiat naturaliter aliquid in ipsa substantia spirituali, non est possibile, sed hoc habebit ignis, vt instrumentum diuinæ iustitiæ. vt sicut sacramenta, vt aqua baptismi habens contactum ad carnem animatam, vt res quædam est:

Aqua baptismi quo animã purgat.

est, purgat animam, vt instrumentum diuinæ misericordiæ: sic & ignis inferni habens aliquam vnionem ad substantiam spiritualem, vt res quædam est, affligit eam, & cruciat, vt instrumentum diuinæ iustitiæ impeditur ergo ista actio propter absentiam, sicut impeditur & vnio.

Doctoris opinio.

Propter hoc dicendum est aliter, quòd Deus potest sine causa secunda, quod facit cum causa secunda: vt ille, qui de non alligauit virtutē sacramenti, sicut potest sine sacramento facere in anima effectum sacramenti: sic, qui non alligauit virtutem suam igni inferni, potest sine huiusmodi igne in Dæmone, vel in quacunque spirituali substantia facere effectum, quē facere potest mediante tali igne. Vbicunque ergo sunt Dæmones, portant ignem inferni secum, non quòd portent ipsum ignem materialem, sed quia semper sic affliguntur mediante diuina virtute, ac si essent cōiuncti igni affligenti eos, vt instrumentum diuinæ iustitiæ.

*Sacramentis non est alligata virtus diuina.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, quòd sic exponēda sunt verba illius Glosæ, quòd non ferunt secum ignem materialem ignem, sed semper similiter torquentur, ac si essent in igne. Et hoc sonant verba Glosæ, videlicet, quòd semper ferunt secum tormenta flammarum. Non enim ait, q̄ secum semper ferāt flammas, sed tormenta flammarum.

* Dæmones quo pacto secum portent ignē.

Ad secundū dicēdum, q̄ nō est simile de Deo quantum ad visionem, & de igne inferni quantū ad supplicium malorum. Nam si Deus non esset vbique, Angeli existentes in terra non viderent Deum, quia nihil potest videre Deum per essentiam, nisi quod habet in se essentiam Dei, causantem in intellectu eius intellectionem sui ipsius, sed quia Deus est vbique, vbicunque est Angelus, habet in se Deum, propter quod semper videt essentiam Dei, sed ignis inferni non est vbiq;, propter quod existens in inferno nō potest cruciare eos, qui sunt hic nobiscum.

Ad tertium dicendum, quòd semper conuersio habet suam pœnam, sicut & auersio, & semper puniuntur Dæmones pœna ignis, quia per diuinam iustitiam fit in eis hic ignis talis effectus, & talis cruciatus, ac si fieret per ignem.

Ad quartum dicendum, quòd non reportant Dæmones commodum de malitia sua, tamen semper modo, quo dictum est, puniuntur pœna ignis.

Tomo 2. Cap. 22.

Aduertendum tamen propter argumenta in contrarium, quòd Dæmones reputarent sibi ad tormentum, si recluderentur nunc in inferno, non quòd magis sentirent pœnam ibi existentes, quàm hic: sed quia secundum August. 8. de Ciuitate Dei, Dæmones sunt cupidissimi spiritus ad nocendum, reputarent sibi ad pœnam, si non essent hic nobiscum, vbi insidiantur nobis, & inquantum possunt, nocent.

ARTIC. III.

An in Dæmonibus sit prælationis ordo. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. d. 9. q. 3. art. 1. dub. 2. & 3. D. Tho. 1. p. q. 109. art. 1. & 2. Et d. 6. q. 1. art. 4. Et 4. d. 47 q. 1. art. 2. Alex. de Ales 2. par. q. 37. Ric. d. 6. q. 5. Alb. magn. de statu Dæmo. q. 17. Dur. d. 6. q. 3. Vorilh. dub. 6. q. 3. Steph. Brul. d. 6. q. 6.

ERTIO quæritur, vtrū in Dæmonibus sit ordo prælationis. Et videtur, q̄ non. quia, vt dicitur Iob: In illa terra miseriæ, & tenebrarum, nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Sed Dæmones sunt ciues illius terræ. Nā Diabolo, & Angelis eius debetur infernus, siue illa terra, licet modo ibi non sint propter exercitiū nostrum, ergo &c.

Infra d. 9 q. vlt. art. vlt.

Iob 10.

Præterea vbicunque est ordo prælationis, videtur ibi esse aliqua regula, quia regulantur subditi secundum regulam prælati, sed omnis regula videtur importare quandam rectitudinem. in Dæmonibus ergo, qui sunt sic auersi, vbi non est rectitudo, non erit prælationis regula.

Præterea si esset ibi prælationis ordo, superiores Dæmones haberēt prælationē super inferiores, sed cum illi magis peccauerint, essent maiores peccatores prælati minus peccantium, quod videtur inconueniens.

Præterea in hominibus damnatis non est ordo prælationis, quia vnus damnatus, vel vna anima, non habet prælationem super aliū hominem damnatum, siue super aliā animā, ergo &c.

INCONTRARIVM est, quod habetur in littera, videlicet, quòd quandiu durat mundus; & Angeli Angelis, & Homines Hominibus, & Demones Dæmonibus præsunt.

Squamæ Leuiathā quæ. Iob 40.

Præterea dicitur Iob de squamis Leuiathan, per quas signantur Diaboli, q̄ vna inhæret alteri, ergo inter Diabolos est aliqua concordantia, qd non esset nisi vnus subesset alteri.

RESOLVTIO.

In Dæmonibus est ordo respectu naturæ, nec non culpæ, nostrique exercitij ratione.

RESPONDEO dicendum, q̄ circa Dæmones est considerare tria: naturam, culpam, & nostrum exercitium. Ex omnibus autem his possumus argnere esse ibi prælationis ordinem. Nam secundum quòd dicitur in littera: sicut de maioribus, & minoribus quidā perstiterūt, ita de vtroque gradu quidam corruerunt, inter quos vnus fuit omnibus excellētior. Inter Dæmones ergo quātum ad gradum naturæ, quidam sunt superiores, quidam inferiores: immo non est dare Dæmones duos æquè simplices, inter quos autem est

vnus omnibus excellantior, non solum omnibus Dæmonibus, sed quãtum ad naturalia omnibus Angelis. Gradus ergo naturæ in eis hoc requirit: vt quidam præsint, quidam subsint, cum & in natura eorum hoc habeant, quòd quidam habet naturam excellentiorem, quidam minus excellentem.

Secundo hoc idem potest argui, vt communiter ponitur ex eorum culpa, vel ex eorum nequitia. Nam cum ipsi insidientur hominibus pro viribus: cum magis possint hoc exercere, si ordinatè sa habeant, & faciant vnum nequiæ principatum: sicut & exercitus magis destruet vnum castrum, si ordinatè pugnaret: arguere possumus, q̃ inter eos est aliquis prælationis ordo.

Tertio hoc idem potest ostendi ex nostro exercitio. Nam licet Dæmones intendant nostram deceptionem, illuditur tamen eis: & nisi sit ex culpa nostra, quod ordinant Dæmones ad nostram deceptionem, conuertitur ad nostram exercitationem, vt ex hoc habeamus meritum, & fructum. Deus enim, qui bene vtitur malis, malum Dæmonis, propter quod nos vult decipere, ordinat in bonum nostrum, vt ex hoc exercitemur, & meliores simur: Non enim Deus permitteret mala fieri, nisi adeo omnipotens esset, vt posset de malis bona elicere: vt dicit Aug. in Ench. Non ergo permitteret Sanctos tẽtari à Dæmonibus, nisi ex hoc cõsurgeret Sanctorum meritum. Quia si dicatur multos succumbere ex pugna Dæmonum; Dicemus, quòd nos deberemus de pugna Dæmonum gaudere: iuxta sententiam Iacobi: Omne gaudium existimate fratres &c. Nam fidelis Deus non permittit nos tentari supra illud, quod possumus, sed facit, vt habeamus ex tentatione prouentum, & fructum. Ad bonum ergo nostrum est tentatio Dæmonum. Sed si nos consentimus Dæmonibus: & vnde deberemus habere meritum, habemus demeritum, hoc est ex culpa nostra. Nam non solum in tentatione Dæmonum, sed in bonis nobis à Deo collatis, in quibus possumus meretur bene vtendo, demeremur male vtendo: vt ingenio naturali, & perspicacia mentis si bene vtamur, meremur, si autem male, demeremur, immo male vtens ingenio, & sagacitate mentis, quãto ingeniosior est, & sagacior, tanto plus demeretur, quia plures excogitat modos, & vias, quibus possit male facere. Bonum ergo esset homini illi, post quam male vult vti suo ingenio, quòd esset hebes, & rudis, vt nesciret inuenire vias, quibus posset malefacere. Bene fecit ergo Deus: cum dedit homini sagacitatem, & ingenium, quia dedit hoc ei, vt bene vtens, mereretur. Quare si talibus quis male vtatur, & ex hoc demereatur, non potest de Deo conqueri, sed de seipso, qui male vtendo sagacitate, & ingenio, demeretur, vnde deberet mereri.

Sic & in proposito propter bonum hominis diuina prouidentia ordinauit hominem exercitari per Dæmones, vt bene vtens impugnatione Dæmonum mereatur, q̃ si male vtens demereretur non potest ex hoc conqueri de Deo, sed de seipso, qa eius culpa hoc prouenit, vt de mereatur vn de debebat mereri. Et quia exercitatio Dæmonũ, prout ordinatur ad exercitium, & profectum Sãctorum, ex diuina prouidentia prouenit. & quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, consequens est talia ordinata esse. Dicemus enim, quòd iniqui, i. Diaboli voluntatem suam habent iniustam, portestatem aũt Diabolus nõ nisi iustè accepit: siue ad suã pœnã, siue ad pœnã malorũ, vel ad laudem bonorum, vt dicit Augustinus 3. de Trini. c. 7. quia ergo nõ est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt: à Deo, ordinata sunt: vt dr ad Romanos: Oportet in huiusmodi exercitatione quendam ordinẽ esse, quod non esset, nisi aliqui præessent, aliqui subessent.

Demoni potestas cui tradita. Rom. 13.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd in Dæmonibus nullus est ordo, quantum ad finem beatitudinis, respectu cuius sic deordinati sunt, vt non possint ad gratiam redire: tamen est in eis ordo potestatis ad exercendum humanum genus, quem ordinem siue quam potestatẽ non à seipsis, sed à Deo habent, quia, vt diximus non est potestas, nisi à Deo.

Ad secundum dicendum, quod Dæmones regulantur, & concordant ad faciendum malum, & ad decipiendum homines, sicut fures concordarent ad male agendum, talis autem regulatio, quantum est ex parte Dæmonum, non est rectitudo, sed peruersitas, quia non intendunt ad rectitudinem, sed ad peruersitatem. Est enim ibi rectitudo, inquantum est ibi pugna ordinata; intentio tamen est peruersa, quia hoc faciunt, vt magis noceant. talis autem rectitudo non excludit ab Angelis malis. Vnde quanto nequiores sunt; magis habet esse in eis, vt magis nocere possint.

Ad tertiom dicendum, quòd malum non totaliter corrumpit bonum. Nam dicitur in Ethi. Malum seipsum corrumpit, & si integrum fit, impossibile fit. Malum ergo culpæ in Dæmonibus non tollit bonum naturæ, sed naturalia remanserunt eis integra, & splendida, vt dicit Dionysius 4. de diui. nom. & quia etiam magis peccantes habent excellentiora naturalia: ex ordine naturæ habent prælationem in alios Dæmones infectores.

Dæmonum naturalia integra. 4. Ethi. cap. 5.

Ad formam autem arguendi cum dicitur, quòd magis peccantes erant Prælati: dici debet, quòd magis peccantes non debent esse aliorum prælati: vbi ex prælatione consurgit commodum, aut præmium: sed vbi ex prælatione non consurgit commodum, nec præmium, sed redundat hoc in mains detrimentum, & in diuinæ sapientiæ obsequium, non est inconueniens magis peccatores prælatos esse, & quia hoc est in Dæmonibus. Non enim habent ex hoc commodum: cum tales magis poniantur, quàm alij. Iuxta illud Sapientiæ: Potentes autem potenter torméta patientur, sed in hoc obsequuntur diuinæ sapiẽtiæ, quę de malo

Sap. 7.

lo Dæmonum, & de impugnatione, quam faciũt Sãctis mala intentione, elicit bonum, vt Sanctorum profectum.

Ad quartum dicendum, ꝙ homines non sibi præsunt secundum naturæ ordinem sicut Dæmones, cum omnes sint eiusdem speciei, nec ordinãtur homines damnati ad exercitum viuentium, sicut Dæmones, ideo non oportet inter homines damnatos simul, vel inter animas hominum dãnatorum talem prælationem esse.

ARTIC. IIII.

An Dæmones victi ab eadem impugnatione desistant. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 114. art. 5. Et 2. sent. d. 6. art. 3. Alex. de Ales p. 2. q. 312. Ric. d. 6. q. 6. Dur. d. 6. q. 4.

VARIO quæritur de Dæmonibus, per comparationem ad homines, quos impugnãt. Vtrũ Dæmones tentantes, & impugnantes Sanctos, si deuincatur ab eis: ab ipsa impugnatione desistãt.

Et videtur, ꝙ non. Quia Lucifer, qui dicitur Christum tentasse, omnino à Christo victus fuit, non tamen est omnino seclusus ab officio tentationis, qa tẽpore Antichristi soluetur Sathanas, & grauius tentabit homines, quare si Lucifer victus à Christo non est seclusus à tentatione, multo magis Dæmones alij victi ab alijs sanctis, non sunt hic seclusi.

Lucifer tẽpore Antichristi soluetur.

Apoc. 20.

Præterea si Dæmones deuicti cessarent a tentando, quia continue nunc isti, nunc illi vincuntur, semper essent pauciores tentatores, in fine ergo mundi esset leuissima tentatio, quod est contra sententiam Domini. Nam tunc tãta erit turbatio, vt etiam si possibile sit, in errorem deducantur electi.

Matth. 24.

Præterea Dæmones ordinati sunt ad nostrum exercitium, si ergo cessarent à nostro exercitio, non ergo esset in eis aliqua ordinatio, cũ ad hoc solum videantur ordinati.

IN CONTRARIVM est, quod dicit in littera ex verbis Origenis, ꝙ sancti repugnantes aduersus istos incentores, & vincentes, minuunt exercitum Dæmonum.

Præterea pugnantibus debet institui conditio æqualis a iusto iudice, sed Dæmones vincẽtes homines: minuunt exercitum hominum, quia non sunt tot boni postea pugnantes contra eos, ergo & boni vincentes Dæmones debent minuere eorum exercitũ, vt non sint tot pugnantes contra homines.

RESOLVTIO.

Dæmones de vno vitio semel victi, de illo vincẽtem amplius non tentant. Idquod ad tempus, non simpliciter fieri affirmatur. rationibus.n. probabilibus demonstratur. nihil est autem de hoc pertinaciter asserendum.

RESPONDEO dicendũ, ꝙ vt habetur ex littera: Dæmones victi à tentatione cessant, sed qũo hoc fit, est triplex modus dicendi. Nam quidã volũt, ꝙ Dæmon victus ab aliquo sancto, nec de illo vitio, de quo victus est, & in quo non potuit sanctum inclinare, nec de aliquo alio possit tentare de cætero, nec illum sanctum, nec aliũ hominem. Secundus modus dicendi est, ꝙ Dæmon victus, de illo vitio, in quo vincitur, & secundum quod repellitur, non potest tentare, nec vincentẽ, nec aliũ, sed põt tentare de alio vitio tam vincentẽ, quã aliũ. Tertius aũt modus dicendi est, ꝙ Dæmon victus, non põt tentare vincentẽ de illo vitio, de quo vincitur, põt tñ tẽtare de alio, alios tñ homines põt tentare de illo, & de alio. Quilibet antẽ horũ modorũ posset diuidi in duos modos. Nam quilibet horum potest intelligi, vel simpliciter, vel quo ad tps, vt ꝙ Dæmõ victus ab aliquo sancto, non tentet nec illũ, nec alium, nec de illo vitio, nec de alio, vt dicebat positio prima, põt ĩtelligi vel simpliciter, vt de cætero nunq̃ hoc faciat, vel quo ad tps, vt ꝙ quãtũ ad aliquod tps desistat. Sic etiã & quodlibet aliorũ dictorũ, põt hunc duplicem intellectũ habere. Quid aũt tenendum sit de his modis dicendi, non est nobis clare notum. assignarut tñ cã oĩum prædictarum opinionũ. Nã, ꝙ Dæmon victus ab aliquo sancto non tẽtet sanctum illũ de illo vitio, videtur esse quid rationi consonũ. Nã cum Dæmon non possit vincere nisi volentem, vbi non est incentiuum voluntatis, sed magis abhominatiuũ, non habet posse tentatio Dæmonis. Tũc ergo Dæmon aliqa ab aliquo sancto perfectè vincitur quantum ad aliquod vitiũ, qñ Sanctus ille hẽt passiones domitas, & refrẽnatas, ne inclinent in vitiũ illud. Nõ ergo tentat ipsum de illo vitio, quia nõ videt incentiua inclinantia ad tale vitium. Sed ꝙ ex hoc desistat a tentando alios de illo vitio, vel de alio, assignatur ratio, quia potest hoc innixi ordini charitatis, quæ propria facit cõia, vt ergo ea victoria istius sancti resultet cõmodũ in tota ecclesia, ẽt hũc modũ dicendi sit, vt Dæmõ deuictus ab hoc sancto, cesset non solũ a tentando ipsum, sed etiã a tentando alios. Sed sic dicẽdo, aliqualiter rõnẽ assignamus, quare tẽtans de hoc vitio, & in hoc victus, cessat ne tentet vincentem de illo vitio, eo ꝙ videt in eo passiones domitas, si perfecta sit victoria. Et etiã assignata videtur ratio, quare põt cessare a tentando alios de illo vitio, ratione charitatis, q̃ opera bona istius sancti facit cõia alijs. Sed quare Dæmon, tẽtans de vno vitio, & in hoc victus, cessat tentare de alio vitio, nel vincẽtem, vel alios, non videtur esse ratio. Sciendum ergo, quòd licet vitia non sint connexa secundum cõuersionem, quia per aliquod vitium fit conuersio ad hoc commutabile bonum, per aliquod

Dæmonem victum à tẽtatione cessare quot modis contingat.

ꝙ Dæmõ victus, tẽtare de cessat.

Peccata quo sint connexa.

ad aliud, omnia tamen sunt conuersa quantum ad auersionem. nam si non omnia conuertunt ad idem commutabile bonum, omnia tamen auertunt ab eodem incommutabili bono, immo ratio vitij formalius consistit in auersione, quàm in conuersione.

Sic etiam & ratio victoriæ principalius consistit in inhærendo Deo, a quo omnia vitia auertunt, quàm retrahendo se à commutabilibus bonis, ad quæ vitia conuertunt, nam semper quod est ratio alterius, est formalius, & principalius illo. nam quòd bene facientes se auertunt à cõmutabilibus bonis, hoc est quia volunt se convertere ad incommutabile bonum. Sicut ergo ratione auersionis à Deo, qui vnum peccatum prohibet, omnia prohibet, ita quòd qui dicit: Non mechaberis, dicit: Nun occides. nam ideo prohibetur mechia, quia auertit à Deo. Cum ergo, & homicidium, & quodlibet vitium auertat à Deo, qui vnum peccatum prohibet: quia auertit à Deo, omnia prohibet, quia omnia auertunt ab ipso.

Peccatum vnum qui prohibens, omnia prohibet.

Sicut ergo ratione auersionis: qui vnum peccatum prohibet, omnia prohibet, sic ratione conuersionis ad Deum, qui tentantem Diabolum de vno peccato vincit, de omnibus vincit. Nam si iste sanctus vincit Diabolum tentantem de luxuria, quia vult inhærere Deo, vincit ex hoc ipsum de quolibet vitio, quia quodlibet vitium vitabit inhærendo Deo. Sicut ergo ex domatione passionum fit, vt Dæmon tentans sanctum de aliquo vitio, & de hoc victus, non tentet vincentem de illo vitio, & ex ordine charitatis, quæ facit bona communia, fit, vt non tentent alios de illo vitio, sic ex conuersione ad vnum incommutabile bonum, in quo vniuntur victoriæ omnium vitiorum, eo, quòd omnia vitia auertunt ab vno hutusmodi bono, fieri potest: vt Diabolus tentans de aliquo vitio, & in hoc victus, tentare cesset nõ solum ab illo vitio, sed etiam ab alio. Vtrum autem hoc fiat ad tempus, vel semper, non possumus simpliciter veritatem scire.

Dæmon victus quomodo desinat à tentatione desistere.

Possumus tamen in huiusmodi victorijs assignare tres gradus: vt dicamus, quòd licet vincens Diabolum tentantem de aliquo vitio, vincat quodammodo ipsum de omni vitio, potius tamen, & perfectius vincit Diabolum in illa pugna de illo vitio, quàm de alijs.

Rursus in victoria alicuius vitij, est dare magis, & minus. Tertio quia semper, quod est per se, est potius, quàm quod est per aliud. hæc victoria perfectius respicit sanctum vincentem, quàm alios, ad quos fit tentatio secundum communicationem de præfata victoria, cum omnia ista tria concurrunt, vt si accipiatur cessare à tentatione, quantum ad illud vitium, à quo est victoria, si fit huiusmodi victoria perfecta, & hoc respectu vincentis tantum, satis potest concedi, quòd fiat talis cessatio simpliciter: vel, quòd possit fieri, vt quantum ad illud vitium, de quo est perfecte victus ab aliquo sancto, non vlterius tentet de hoc illum sanctum.

Dæmones victi quando semper à tentatione desistant.

Alijs tamen modis potest concedi, quòd hoc fiat ad tempus, vt si accipiatur victoria non quoad illud vitium, de quo specialiter est pugna, vel si fuerit huiusmodi victoria incompleta, vel si talis victoria non referatur ad vincentem, sed ad alios, poterit esse talis cessatio non simpliciter, sed quo ad tempus, nihil est autem in hoc pertinaciter asserendum. Sed ponendo, quòd sic Dæmones victi à tentatione cessent, possumus præfatas congruitates assignare.

Resp. ad arg. Ad primum dicendũ, quòd Lucifer victus à Christo de vno vitio, non vlterius tentauit ipsum de illo vitio, vt quando vicit ipsum de gula siue de concupiscentia carnis, quando persuasit, quòd lapides panes fierent, nõ vlterius tentauit ipsum de illo vitio, sed post morulam, vt facto interuallo, donec duceret ipsum in montem excelsum, tentauit ipsum de alio vitio, vt de concupiscentia oculorum, cum ostendit sibi omnia regna mundi, & eorum gloriam, de quo vitio etiam victus, non vlterius tẽtauit ipsum de illo vitio, sed post morulam, vt quãdo statuit ipsum supra pinnaculum templi, tentauit ipsum de alio vitio, videlicet de curiositate, & de superbia vitæ, cum petierit, q̃ mitteret se deorsum, quod erat superstitiosum, & curiosum. Victus autem de omni vitio, quia quicquid est in mundo ad hæc tria reducitur, non vlterius tentauit Christum, sed simpliciter quantũ ad ipsum a tentando recessit. Quantum autẽ ad alios recessit quo ad tempus, vel a tẽtatione simpliciter, quia nullo modo ipse per seipsum nos tentat: vel à tentatione aliquali, quia non in dure nos tentat, hoc tamen cessatio est ad tempus, quia circa finem mundi durius nos tentabit: Omnia autem videntur magis confirmare, quod in principali solutione dicebatur. Quia si tamen in Christo Diabolus superatus de vno vitio, valde modicam moram interposuit ad tentandum de alio, nũ tamen est hoc commune hominibus alijs, quia multo plebant in Christo, qui non poterat in pugna succumbere, quæ in alijs sanctis non fiunt, & diuina prouidentia fieri non finit. Nam & Christus quos peccatoribus mandocabat, quia nullatenus ex crimine maculari poterat, licet tamen de antea desperati, ne vitam igni se semel macularet.

Christus à Dæmone quot vitijs tentatus. Matt. 4.

Christus eis peccatoribus mandocabat: loquens in desertis vitam dicebat.

Potest ergo probabiliter sustineri, quòd pie diuina prouidentia ordinante, Diabolus victus ab aliquo sancto de quocũq; vitio, per plus tpis cessat à tẽtãdo de quocũq; vitio, q̃ cessauerit Chro.

a Ramen. I. fermo à fando, vnam illud. Ne loquiſthem maculare vitæ Famae poſſes.

Ad secundum dicendum, quòd, vt diximus, Dæmon tentans de aliquo vitio, & in illo victus, non oportet, quòd cesset simpliciter à tentatione vitij, vel illius vitij quantum ad quoscunque homines, sed quantum ad vincentem. ideo non oportet, quòd simpliciter quantumcunque impugnantes. Nam si nunc hic Dæmon vincatur, & cessat, alius Dæmon prius victus, qui cessauerat per aliquod tempus, resumit vires ad tentãdum, & tentat.

Ad tertium dicendum, q̃ in Dæmonibus est ordo, quo ad exercitium nostrum, quia ad hoc sunt

sunt ordinati, & etiam est in eis ordo, quo ad pe- A
nam, quia eorum malum est ordinatum per pe-
nam. Nunquam ergo cessat in omnis ordo, quia
semper peccatum eorum ordinatur per pœnam:
Potest tamen in eis modo, quo dictum est cessare
ordo exercitij.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litterã: Et sup illa verba dubitatur primo: Dracode cœlo cadens, secum traxit tertiam partem stellarum. Contra: Angeli cadentes non creduntur fuisse tertia pars, sed decima. remanserunt enim 9. ordines, & tot ceciderunt, ꝙ fecissent quasi in multitudine decimum ordinẽ: B
non quòd fuissent 10. ordines Angelorum, si remansissent, sed quia multitudo cadentium videtur æquari vni ordini remanentium. Vnde & genus humanum, quod reparabit ruinam Angelicam, videtur per dragmam decimam figurari.

Angelorum pars tertia quo ceciderit se intelligatur.

RESPONDEO dicendum, quòd Angeli cadentes fuerunt tertia pars, non quo ad numerum, vt arguebatur, sed quo ad officiũ. sunt enim tripartiti, in Assistentes, Ministrantes, & nos exercitantes, ex quibus tertia pars cecidit, videlicet nos exercitantes. Draco ergo. i. ille Lucifer, sua cauda, idest sua persuasione, vel suo exemplo, vel sua expressione desiderij, traxit secum tertiam partem stellarum, idest Angelorum, modo, quo dictum est.

Dub. II. Litteralis.

LITERIVS autem dubitatur de illo verbo: Cadentes receperunt habitaculum huius caliginosi aeris, vt sint nobis exercitationi cã. Contra: Magis nos exercitarent, si essent in terra hic nobiscum.

Præterea in Dialogo legitur, ꝙ quædam comedit Lactucam, & statim obsessa est à Dæmonio ibi residente. Non ergo sunt Dæmones in hoc aere caliginoso, sed sunt circa terram, hic nobiscum.

Dicendum est, Dæmones esse in isto aere caligi- D
noso ex diuina sententia, & ex lege communi, nisi forte quantum ad aliquos, qui alternatis vicibus ad inferna descendunt. sed quòd aliquando veniant vsque ad nos, hoc est ex diuina permissione. Quare autem sint in hoc aere caliginoso non nimis propinqui nobis, nec nimis remoti, supra patefactum est. Nam non sunt nimis remoti, vt nos exercitare possint: non sunt nimis propinqui, ne nimis nos impellant, & impugnent.

Dub. III. Litteralis.

LITERIVS autẽ dubitatur de illo verbo. Aduersus principes, & potestates. Contra: Communiter tenetur, ꝙ de omnibus ordinibus aliqui ceciderunt. Non solum ergo principes, & potestates, in quibus exprimuntur duo ordines Angelorum, sed etiam sunt Seraphin, & Throni, & alij ordines.

Dæmones qui ceciderunt, quo sint vocandi.

RESPONDEO dicendum, ꝙ licet communiter credatur, ꝙ de omnibus ordinibus ceciderint aliqui, tamen quia quidam ordines denominantur a gratia gratum faciente, vt Seraphin, ab incendio charitatis, Throni ab habere, & tenere Deum, quia Deus in ipsis sedet. ideo licet Angeli cadentes, si remansissent, fuissent aliqui eorũ de Seraphin, aliqui de Thronis, tamen quia à charitate se auerterunt, & Deum in se noluerunt, nõ nominantur nec nomine Seraphin, nec Tronorum, qui sumuntur secundum gratiam gratum facientem, sed denominantur à scientia, vt Cherub, vel à potẽtia: vt principes, & potestates, quæ sunt gratiæ gratis datæ.

Dub. IIII. Litteralis.

LITERIVS autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur: In aere isto caliginoso, qui est quasi carcer. C
Contra secundum Dam. lib. 2. c. 3. Angeli non circunscribuntur, vel continentur à pariatibus, & iannis, & claustris. Non ergo corporalia possunt Dæmonibus esse carceres.

Dæmones quo detineãtur in aere caliginoso.

RESPONDEO dicendum, ꝙ aliud est teneri à corpore: aliud teneri in corpore. Certum est enim, ꝙ impossibile est non corpus teneri a corpore, idest virtute corporis. Spiritus enim absoluti à corpore, sicut sunt Angeli, & Dæmones, non possunt detineri à corpore, vel virtute corporis, possunt tamen detineri in corpore, non a corpore, vel virtute corporis, sed per diuinam potẽtiã, ibi eos detinentem, sicut in fine mundi recludentur in inferno virtute diuina, vt inde exire nõ possint. Nunc autem virtutę diuina detinentur in hoc aere caliginoso, vt non liceat eis in cœlum ascendere, vnde ceciderunt.

Dub. V. Litteralis.

LITERIVS autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur, ꝙ quandiu durabit mundus Angeli Angelis, &c. Cõtra: Semper remanebunt Angeli, & Dæmones in diuerso gradu naturæ, ergo non solum vsque ad finem mundi, sed etiam post, Angeli superiores præerunt inferioribus.

Angelorum plurio quo cessabit.

RESPONDEO dicendum, quòd post iudicium cessabit prælatio bonorum, & malorum spirituum. quod potest intelligi quantum ad actus, quos circa nos exercent, vel custodiendo quantum ad bonos, vel tentando quantum ad malos. nam & in custodia bonorum Angelorum est prælatio, quia aliqui præsunt custodiæ vnius prouinciæ, sicut Angelus ille, qui dicebatur princeps Persarum: aliqui autem custodiæ vnius hominis. sic etiam & in tentationibus est prælatio, vt in littera tangitur, quia quidam Dæmones præsunt vni prouinciæ, quidam vni homini. A

Dan. 10.

Dub. VI. Litteralis.

LITERA autem dubitatur de illo verbo: Dabitur ei, id- B
est Lucifero, potestas à Deo tentandi homines, quam modo nõ habet. Contra dicitur Iobi Non est potestas supra terram, quæ ei comparetur.

Iob. 41.

Dæmonis potestas quanta.

RESPONDEO dicendum, quòd per terram possumus intelligere homines terrenos, & peccatores, & sic nõ est potestas in tali terra, quæ sibi valeat comparari. quia ipse est Rex super omnes tales, vt super omnes filios superbiæ. Si vero per terram intelligamus quoscunque homines hoc in mundo viuentes, tam sanctos, quàm alios; tunc dicemus, quòd Iob loquitur de potestate virtutis naturalis, non autem de potestate tentandi. Nam hoc modo est potestas in terra, quæ ei valet comparari, quia multi Sancti in hoc mundo viuentes Diabolum superant, non, quòd habeant tantam naturalem potentiam, sicut ipse habet, sed quia vincunt tentationes eius: immo cum debilis sit hostis, qui non potest vincere nisi volentem (per se loquendo) debilem potestatem habent. Vetustamen propter concupiscentiam nostram, & quia pronior est senius hominis ad malum ab adolescentia sua, per concupiscentias nostras, & per pronitatem nostram, triumphat de nobis ipsis, adeo vt pauci essent, qui non vincerẽtur nisi Deus astutiam, & fallaciam reprimeret. Igitur circa finem mundi, & tempore Antichristi, dabitur Diabolo potestas tentandi homines, quam modo non habet, quia ea ordinatione diuina fiet, vt non ita tunc reprimatur eius astutia, sicut modo reprimitur: sed tanta erit tunc tribulatio, vt etiam, si fieri potest, moueantur electi. C

Gen. 8.

Matt. 24. D

DIST. VII.

De bonorum, malorumque Angelorum triplici potentia, hoc est, volitiua, cognitiua, & operatiua.

SUPRA DICTUM EST, QUÒD ANGELI, &c. Postquàm Magister determinauit de Angelis per comparationem ad naturam; in parte ista, vt dicebatur, determinat de eis per comparationem ad potentiam volitiuam, & ad potentias alias. Circa quod tria facit, secundum quòd determinat de eis per comparationem ad triplicem potentiam. Nam primo determinat de ipsis per comparationem ad potentiam volitiuam. Secundo per compatationem ad potentiam cognitiuam. Tertiò per comparationem ad potentiam operatiuam. Qualiter autem se habeant hæ tres potentiæ, in quæstionibus litteralibus poterit declarari. Secunda ibi: {*Et licet mali Angeli.*} Tertia ibi: {*Quorum scientia.*} Circa primum tria facit, quia primo agit de Angelis, tam bonis, quàm malis, quantum ad potentiam volitiuam, ostendens, quòd boni ita sunt confirmati per gratiam, quòd non possunt peccare, nec habere voluntatem malam. Mali autem sic obstinati per malitiam, quòd non possunt habere voluntatem bonam, propter quod & si aliquando volunt bonũ, volunt illud mala intentione. Secundo obiicit contra id, quod dixerat per rationem. nam si hoc esset, tunc nec boni, nec mali viderentur habere liberum arbitrium. Obiicit etiam per auctoritatem Hiero. dicentis, solum Deum peccare non posse: Creaturam autem omnem habentem liberum arbitrium, posse in bonum, & malum flecti. Tertiò soluit obiectiones factas. Secunda ibi: {*Sed tum nec boni.*} Tertia ibi: {*Ad quod dicimus.*} Circa quod duo facit; quia primo soluit rationem. Secundò auctoritatem ibi: {*Quia verò Hieronymus ait.*} Circa primum tria facit, quia primo ostendit, quòd boni, & mali habent liberũ arbitrium. quia necessitate cogente, sed spontanea voluntate per gratiam adiuti, bonum volunt. mali etiam non coacti, sed spontanea voluntate à gratia destituti bonum vitant, & sequũtur malum. Secundo spiritualiter determinat de libero arbitrio bonorum, ostendens arbitrium in eis fuisse liberius post confirmationem, quàm ante. quia liberius est arbitrium, quod non potest peccato seruire: & ipsi Angeli boni sic libert sunt, vt

Angelorum triplex potentia.

Angeli post confirmationem liberiores, quàm ante.

vt velle malum non possint, quod nõ habent ex natura, sed ex gratia. Tertio specialiter determinat de libero arbitrio angelorũ ante confirmationẽ. Secũda ibi: {*Boni vero arbitriũ habent.*} Tertia ibi: {*Ante gratia namq; confirmationem.*} Circa tria facit. quia primo ait, quòd angeli ante confirmationem potuerunt peccare, & aliqui ex eis peccauerunt. Et adducit auctoritatẽ Aug. ad hoc contra Maximinũ. Non autem post confirmationem. Secundo ex auctoritate adducta arguit, quòd angeli post confirmationem non possunt peccare, sed hoc non habent ex natura, sed ex gratia. Tertio concludit intentum, quòd angeli post confirmationem peccare non possunt: non, quòd sit eorum liberum arbitriũ debilitatum, sed quia est per gratiam confirmatũ. Secunda ibi: {*Ecce hic insinuatur.*} Tertia ibi {*Non ergo post confirmationem.*} Tũc sequitur illa pars: {*Quod ergo Hiero.*} In qua soluit auctoritatem Hiero. Circa quod duo facit. qa primo facit quod dictum est: ostendens auctoritatem Hiero. intelligendam esse, quantum ad statum, in quo sunt, quantum ad naturã creati. quia tunc poterant flecti in vtranque partem: non autem intelligẽda est, quantum ad statum, in quo sunt boni confirmati per gratiam, & mali obdurati per culpam. Secundo ad hoc idem confirmandum, dat intellectum cuiusdam auctoritatis Isidori, quòd angeli sunt mutabiles per naturam, & immutabiles per gratiam. quia in primordio suæ conditionis mutari poterant in bonum, & malum. Non tamẽ hoc possunt post confirmationem. Secunda ibi t {*Similiter etiam illud.*} Tunc sequitur illa pars: {*Et licet mali Angeli.*} In qua determinat de Angelis quantõ ad potentiam cognitiuam, de qua specialiter determinat per comparationem ad malos angelos. Circa quod duo facit. quia primo ait, malos angelos vigere triplici acumine scientiæ: videlicet subtilitate naturæ, experientia temporum, & reuelatione superiorum spirituum, quod probat per Isidorum, & Augu. Secundo ostendit tales Spiritus futura per modum diuinationis prædicere. quod verum est, non solum quia hoc per reuelationem aliquando habent, sed quia quæ ipsi sunt facturi prædicunt. Secunda ibi: {*Aliquando autem.*} Tũc sequitur illa pars: {*Quorum scientia, atque virtute.*} In qua determinat de potentia operatiua. Circa quod duo facit. quia primo determinat de huiusmodi potentia, quantum ad artem magicam. Secundo quantũ ad sensibilem materiam, ibi: {*Nec putandum est.*} Circa primum tria facit. Nam primo ait, quòd virtus, & scientia Dæmonum operatur in magicis artibus, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam patientiam instorum: & quòd possint in talibus operari, confirmat per Augu. Secundo ostendit, quòd in talibus operibus Dæmones aliquãdo ita possunt vnũ, quòd non possint aliud; vt magi Pharaonis potuerunt facere serpentes, sed non cinifes. Tertio ex hoc cõcludit, q̃ etiam ipsi mali angeli non plus possunt: nisi quãtũ eis à Deo permittit. Secũda est ibi: {*Sed illud est implius.*} Tertia ibi: {*Vnde intelligi datur.*} Tũc sequitur illa pars: {*Nec putandum est.*} In qua determinat de potentia spirituum quantum ad sensibilem materiam. Circa quod tria facit. quia primo ait, q̃ non omnino ad nutum seruit hæc materia visibilis angelis, sed Deo. Secundo ostendit, quòd angeli per ea, quæ agunt ex hac materia visibili, non debent dici creatores. quia omnia agũt per quædam occulta semina, ex quibus occultis seminibus, quasi sub quibusdam tegulis à Deo inditis, res factæ accipiunt progrediendi primordia, incrementa, & distinctiones. Tertio, quod dixerat, declarat per plura similia. Secunda ibi: {*Nec sanè Creatores.*} Tertia ibi: {*Sicut ergo nec parentes.*} Circa quam partem tria facit. quia primo declarat, quòd angeli non sunt putandi creatores per simile, quod videmus in generatione rerum. quia nec parentes sunt creatores hominum, nec agricolæ frugum. quia hoc faciunt quibusdam adhibitis, & per quædam semina, in quibus Dei virtus interius operatur. Sic mali angeli, & etiam boni faciunt, quæ faciunt per quædam occulta semina, & congruas temperationes elementorum, prout Deus iubet bonos, & permittit malos. Secundo declarat hoc idem per simile in iustificatione malorum. Nam Deus est ille, q̃ nos iustificat: licet homines possint aliqua extrinsecus agere. Sic Deus est ille, qui ista principaliter format: angeli autem, vel homines in fiendis rebus possunt aliqua semina extrinsecus adhibere: facilius tamen Angeli, quàm homines. Tertio distinguit de potentia. Nam aliqua non possunt spiritus, quia eorum naturam excedunt: aliqua vero, quia boni angeli, vel Deus non permittit, quod confirmat per Augu. Secunda ibi: {*Sicut ergo mentem.*} Tertia ibi: {*Illud quoque sciendum.*} Et in hoc terminatur sententia lectionis, & distinctionis.

Dæmonum potentia qualis.

QVÆSTIO I.

De Angelorum potentia volitiua.

QVIA Magister in littera agit de triplici potentia Angelorũ, scilicet de potentia volitiua, cognitiua, & operatiua: ideo de his tribus quæremus. Circa primum autem quæremus duo.

Primo de confirmatione bonorum. Vtrum boni Angeli possint peccare, vel malefacere.

Secundo de obstinatione malorum. Vtrum possint bonum facere.

ARTIC.

ARTIC. I.

An boni Angeli possint peccare. Conclusio est negatiua.

D. Th. 1. p. q. 62. ar. 8. & q. 63. ar. 1. Et 2. sent. d. 7. q. 1. art. 1. Et Opusc. 15. c. 12. & 20. Ric. d. 7. q. 1. Th. Arg. d. 6. q. 1. ar. 1. Capr. d. 7. q. 1. Dur. d. 7. q. 1. Barth. Syb. c. 6. 2. Dec. q. 3.

AD primum sic proceditur: videtur, quòd boni Angeli possint peccare. Nam secundum Philosophum 9. Metaph. Potentiæ rationales sunt ad opposita, sed in Angelis est potentia rationalis, cum sit in eis liberum arbitrium, quod est facultas voluntatis, & rationis. Poterunt ergo in oppositа, & per consequens agere poterunt bonum, & malum.

Ver. 8 t. 4. & 10.

Liberum arbitrium quid.

Præterea Dam. lib. 2. c. 3. Angelus est substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera. Si ergo semper est mobilis, & semper est arbitrio libera semper poterit in oppositа, & semper se poterit mouere ad bonum, & malum.

Angelus mob.

Præterea, sicut se habent corruptibile, & incorruptibile, sic se videntur habere mobile, & immobile. sed corruptibile uunquàm fit incorruptibile, quia cum talia differant genere, & quod est in uno genere non fiat in alio genere. nunquã corruptibile fiet incorruptibile: pari ratione, nec mobile fiet immobile, sed angelus ante gratiam habuit arbitrium mobile ad bonum, & ad malũ, cum semper maneat idem Angelus secundũ substantiam, uunquàm eius arbitrium poterit fieri immobile, per quamcuuq; confirmationem.

Præterea nulla ratio laudabilitatis est Angelis subtrabenda, sed hæc est ratio laudabilitatis in hominibus, si possunt peccare, & non peccant, iuxta illud Eccles. 31. Qui potuit transgredi, & non est transgressus. ergo ponendum est in Angelis, ꝙ peccare possint, vt uon peccantes laudabiliores sint.

Eccl. 31.

IN CONTRARIVM est Magister in littera dicens, quòd boni quidem Angeli in tãtum confirmati sunt per gratiam, quòd peccare nequeunt.

Præterea motus non est in termino, sed in via: Angeli ergo, quia uou sunt viatores: nõ sunt mobiles, nec ad bonum, nec ad malũ, sed sunt stabiles in bono, quia peruenerunt ad terminum, quem possunt habere in beatitudine, vel in bono.

A

B

C

D

RESOLVTIO.

Angeli post gratiæ, ac gloriæ adeptionem peccare non possunt. Idq; patet ratione ipsius Dei immobilis, cui adhærent: ratione fruentium, qui immobiliter ad beatitudinem sese habent: ratione q; ipsius rei fruibilis, quæ eorum desiderium satiat, ac terminat.

RESPONDEO dicendum, quòd vt patet per ea, quæ inducũtur in littera: Angeli ante confirmationẽ poterant peccare, & aliqui ex eis peccauerunt, & Diaboli facti sunt. Sed post gratiæ, & gloriæ adeptionem, sic confirmati sunt, vt de cætero peccare non possint. Stabilitas ergo angelorum in bono: nõ est per naturam, sed per fruitionem, quam habent in Deo per gratiam. Vnde & Dam. lib. 2. c. 3. ait, quòd Angelus non natura, sed secundum gratiam est immortalitatem suscipiens. Angelus enim semper est immortalis quãtum ad esse. Nam Angeli peccantes esse non perdiderunt, sed quãtum ad culpam si fuut immortales, vt si nou possunt mori per culpam, & non possunt moueri in malum: hoc est per gratiam. Vnde Isid. 1. de summo bono. c. 10. ait, quòd Angelis inest mutabilitas in natura, sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Et subdit, quòd mutabilitatem naturæ in illis, supplet contemplatio Creatoris. Ex natura ergo sua essent Angeli mobiles ad malum, sed contemplatione siue ex fruitione creatoris suppletur in eis iste defectus, vt de cætero nõ sint ad malum mobiles, sed immobiles. Volumus autem triplici via declarare, quomodo ex contemplatione, & ex fruitione Creatoris, cum Angeli de sui natura sint defectibiles, & mobiles ad malum, suppletur in eis iste defectus, vt de cætero non possint mori per culpam, nec ad malum moueri. Prima via sumitur ex parte ipsius contemplationis, & fruitionis. Secunda ex parte ipsorum fruentium. Tertia ex parte ipsius fruibilis, siue ipsius Dei, quo fruuntur.

Angelorũ beatitudo stabilitas vñ.

Prima via sic patet: Dicemus enim, quòd ipsa fruitio, vel contemplatio, quam habent Angeli de Deo, non potest mensurari tempore, sed æuo. Nam tempus inseparabilitatem habet ad motũ. In tantum enim aliquid mensuratur tempore: inquantum subiacet motui. Vnde Aug. 5. super Gene. dicit, quòd tempus à creatura cœpit, cum sit creaturæ motus ex alio in aliud consequentibus rebus. Ex eo ergo, quòd in rebus videmus motum, & ex eis est consecutio ex alio in aliud, sic dicitur esse in rebus tempus. In tantum ergo res subiacent tempori: in quantum subduntur motui. Ex ea ergo parte, vnde res adhærent immobili, habebunt immobilitatem, & non erunt subiectæ tempori. Et quia Angeli fruendo, & cõtemplãdo Deum potissimè adhærent immobili: esse non poterit, ꝙ secundum, ꝙ adhærent immobili, cadant sub tempore. Fruitio ergo, & contẽplatio illa mensuratur æuo, non tempore. Sed quæ talia sunt, uunquàm deficient, nec deficere possunt,

Tomo 2.

possit ut secundum hunc ordinem, quem videmus. ergo fruentes Deo, semper fruētur, & per consequens nunquàm se auertent à Deo, nec poterunt se conuertere ad culpam. Rursus nunquàm tempus est totum simul. Nam secundum Dio. 10. de diui. nom. Proprietas qui est secundū totum metiri, tempus autem in variatione, & in aliter se habere. Cum ergo illa visio sit tota simul, quia vnum quid simplex vident: vbi vno tantum vident quæcunque vident, non poterit huiusmodi visio mensurari tempore: cum sit tota simul, sed mensurabitur quo, & per consequēs secundum hunc ordinem, quem videmus, non poterit talis visio non esse, nec potuerunt angeli se à tali visione per culpam auertere.

Angelorū visio, & fruitio nō mensuratur tempore, sed æuo.

Secundo hoc idem patet ex parte ipsorum fruentium. Nam de ratione beatorum, & fruētium est, quòd immobiliter se habeant ad beatitudinem suam, & quòd certi sint de beatitudine. Vnde Aug. 11. de Ciui. Dei. ait, quòd angeli cadentes, siue scientes suum casum timerēt: siue nescientes aliud putarent. quia scientes timent, nescientes errent beatos vtique esse non sinebat. Nisi ergo, quis sit certus de sua felicitate, vt nec putāt se cadere timeat. Nec existimans se non posse cadere, erret, beatus esse non potest. Non ergo essent angeli verè beati, nisi essent certi de stabilitate sua, vt nec cadere timeant, nec errent putantes se non posse cadere, nec peccare. Ex parte itaque ipsorum fruentium, & ex parte ipsorum beatorum, quos necesse est esse certos de beatitudine sua, concludere possumus, angelos iam beatos non posse peccare, vel cadere. Inde est ergo, quòd ipsa contemplatio Dei, & ipsa visio Dei, dicta est vita æterna. Iuxta illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. Non est autem æternitas, vbi est mutabilitas, vt potest haberi per Aug. 1. de Tri. immo omnis mutabilitas nonnulla mors est, Quare, si visio illa est vita æterna, non erit mutabilitas in visione illa: aliter enim non æterna vita, sed quædam mors esset.

Tomo 3. cap. 12.

Vita æterna quæ visio dicitur. Ioan 17.

Tomo 3. cap. 4.

Tertia via sumi potest ex parte ipsius rei fruibilis. Nam videntes Deum, omnium desideriorum plenitudinem sunt adepti, vt sit omnino satiatus, & terminatus appetitus eorum. Videmus enim, tam in naturalibus, quàm in intelligibilibus, quòd quandiu est potentia imperfecta, est ibi possibilitas ad transmutationem. quādo autem huiusmodi potentia est simpliciter perfecta, & terminata, non vlteriùs est hoc possibile, vt patet in corporibus istis inferioribus, vbi forma non complet totum appetitum materiæ. Est enim ibi possibilitas ad transmutationē formæ, vt possit materia cadere à forma, quam habet. In superioribus vero, vbi terminatus, & completus est appetitus materiæ, non potest materia nō habere suæ formæ. Et sicut est in naturalibus, sic eo modo est in intelligibilibus. Nam sicut sunt quædam formæ, vt formæ non habentes cōtrarium, quæ terminant totum appetitum materiæ, ad quas formas cum deuentum est, nō potest materia non habere formæ. Ita sunt & quædam principia, quibus directè corde contradicere non possumus, propter quod se habebunt illa principia in intellectualibus sicut formæ nō habentes contrarium in naturalibus. Cum ergo deuentum est ad talia principia, vt cum conclusio resolutur vsque in illa, sicut sunt principia per se nota, sic terminata est possibilitas nostri intellectus, vt non possit illi conclusioni non assentire. Principia ergo Topica, quæ adgenerant opinionem. Cum opinio sit acceptio vnius partis cum formidine alterius, non possunt sic terminare intellectum, quin possit ab huiusmodi opinabili dissentire, sed principia demonstratiua, quæ adgenerant scientiam, possunt nostrum intellectum terminare, vt necesse sit intellectum assentire, nec posset à talibus dissentire. Sic & formæ habentes priuationem annexam. quia ratione priuationis machinatur materia ad maleficium non terminant appetitum materiæ, & poterit materia diuerti, & denudari ab huiusmodi formis. Quia ergo finis in practicis est quasi principium in speculatiuis, vt declarat habet in 2. Phyfic. Et quia omnia tam speculatiua, quàm agibilia ad naturas rērū oportet reducere, sicut distinguimus duo genera naturarum, siue formarum: quia quædam habent contrarium: quædā non: & duo genera principiorum speculabilium, quia quædam adgenerant opinionem, quædam scientiam: ita distinguemus & duo genera finiū. Nam quidam fines sunt non habentes omnē rationem boni: à talibus autem finibus potest quis se diuertere. quia potest ipsum apprehendere, vt non bonum. sed Deus habet omnem rationē boni: à tali ergo fine non potest sa quis diuertere. quia non potest ipsum apprehendere, vt non bonū. Dicemus ergo, quòd sicut materia perfecta per formam habentem contrarium: quia nō ex omni parte perficit, eo, quòd priuationi amittetur: potest à sua forma denudari. quòd si forma non haberet contrarium non esset ei annexa priuatio, sed sic satiaret totum appetitum materiæ, vt nullam aliam formam appeteret, & sicut quàmdiu stamus in principijs Topicis, quorum contrarijs adhærere possumus, potest se intellectus diuertere à quibuscunque conclusionibus, in illa principia reductis. sed cum deuentum est ad principia, quibus non possumus directè contradicere, tunc necesse est no assensum præbere: sic quàmdiu ponimus finem, aliquod bonū creatum, quia non habet omnem rationē boni, quātum est ex parte ipsius, nisi aliquid obsistat, potest esse auersio à tali fine. quia potest desiderari aliquod bonum, quod nō includitur in illo bono, sed quando deuentum est ad illud bonum, quod est omnis boni bonum, quod est omnia in omnibus, quod omnem satiat appetitum, nō est possibile, quòd fiat auersio à tali bono, immo huiusmodi bonum plus terminabit appetitum, quàm quæcunque communis animi conceptio terminet intellectū. Quare si cōis animi conceptio est, quā quilibet approbare iudicā, cui necesse est

* Principia, quibus directè contradicere non possumus.

Principia Topica, & demonstratiua qd differant. 1. Topi. c. 1. 2. Principia Topica adgenerāt opinionem: & demonstratiua scientiā. ſ autē topica sumātur post demōstrationem nota adgenerant scientiam. id ex Auer.

T co. 89. 7. Met. t. c. 2 3. 3. de anima c. 42.

* Finium duo genera.

se est assentire, quàm corde directè negare non possumus: cogimur dicere, quòd multo magis quando deuenium est ad contemplationem tanti boni, non possumus not diuertere ab ipso. Et vt clarius appareat, quod dicitur, dicemus, ꝙ quilibet vult esse beatus, vt vult August. 22. de Trini. & in de vera Religione, & in de Ciui. Dei, & in de vera innocẽtia, & in multis alijs locis hãc suam sententiam replicat. Si ergo aliquis nõ vult esse beatus, vel hoc est, quia non actu de beatitudine cogitat, vel quia non habet plenam cognitionem de beatitudine: ideo ponit sonm finẽ nõ in vera beatitudine, vt quia in via non semper actu cogitamus de Deo, & cum actu cogitamus de ipso, non habemus plenam cognitionem de eo, nec apertè videmus, quomodo est omnis boni bonum: ideo possumus nobis tanquàm finẽ proponere aliud bonum. Sed si semper actualiter cogitaremus de Deo, & videremus ipsum visione aperta, & clarè cognosceremus, quod est omnis boni bonum; sicut non possumus nolle esse beati, quia beatitudo apprehenditur, vt aliquid ex omni parte bonum: & sicut non possumus velle esse miseri, quia miseria apprehẽditur, vt aliquid malum: ita, ꝙ malum, vt malum, non potest esse volitum: & bonum, vt bonum, & qđ ex nulla parte apprehenditur, vt non bonum: nõ potest esse non volitum: ita non possemus diuertere ab ipso, sed semper tale bonum esset à nobis volitum. Sic videntes Deum, quia semper actu cogitant de ipso, quia visio illa nullam interpellationem habet, & quia semper videret, ꝙ creaturæ intellectuali est omne bonum ex adhæsione ad ipsum, & esse malum ex auersione: impossibile est, ꝙ se diuertant, quia tunc nollent esse beati, & vellent esse miseri, quod esse non potest. Sicut ergo possumus non assentire principijs nihil de principijs cogitando, vel assentire eis, ea noo rectè intelligendo. Sed si hæc duo concurrant, ꝙ de principijs actu cogitemus, & quòd ea cum recta significatione apprehẽdamus, impossibile est principijs, vel communibus conceptionibus animi non assentiri: sic, quia, vt diximus, magis est Deus continens omnium bonitatum, & magis est bonum omnis boni, & per cõsequẽs magis habet terminare appetitum intellectualis creaturæ, quàm quæcunque animi conceptio cum sit verum omnis veri, & per consequẽs magis habeat terminare intellectum nostrũ, si à talibus principijs actualiter cogitatis, & clarè notis, non possumus nos diuertere secundum intellectum à bono diuino actualiter cogitato, & clarè noto: non poterit se diuertere rationalis creatura secundum appetitum. Angeli ergo, & omnes beati, siue sint animæ, sine Angeli, siue ipsi homines sancti post resurrectionem: omnes enim tales, qui sic habitant in domo Dei in secula seculorum laudabuot eum, nec poterunt se ab ipso auertere. Nec in hoc erunt noo liberi: immo magis liberi, quia non poterũt peccato seruire. Posse enim deficere à bono, & facere malum, non est libertatis, sed defectibilitatis.

Beatus quilibet vult esse. Tomo 1. cap. 6.

Beati non possunt peccare, & sunt liberi.

A **Resp. ad arg.** Ad primum dicendũ, quòd liberum arbitrium, siue rationalem potentiam posse in opposita, non est intelligendum respectu finis, sed respectu eorum, quę sunt ad finem. Immo finis diligitur in infinitum, vt vult Philosophus. Multa ergo, quæ sunt ad finem, & multa bona creata poterit Angelus velle, & non velle, vt liberationem Iudęorum, quæ erat quoddam bonum creatum, Michael volebat: Princeps Persarum nolebat, & resistit ei 21. die, vt habetur io Daniele, sed ipsum finem, seu ipsum Deum, quem Angeli semper actualiter videni, & quem clarè cognoscunt, & quẽ non possunt apprehendere nisi vt bonum: necesse est ipsos velle.

Potentia ad malo qõ ẽ ad opposita.

Finis qõ diligitur in infinitum. Ex Arist. 1. Eth. c. 2.

Den. 10.

Ad secundum dicendom, ꝙ Angeli erant per liberum arbitrium mobiles, & ad bonum, & ad malum antẽ, quàm haberent de Deo apertam visionem. sed postquàm gustaoerunt de abysso tãtæ dulcedinis, & admissi sunt ad apertam visionẽ tantę boni: ita satiatus est appetitus eorum, & ita terminata est possibilitas voluntatis ipsorum plus, quàm sit appetitus materiæ per quãcunque formam, plus, quàm sit possibilitas intellectus per quãcunque commouem animi cõceptionẽ, vt omn possint se ab illo auertere. Adhuc tamen remanet in eis liberum arbitrium ad opposita, non respectu finis, quia finis secundum, quòd huiusmodi semper est volitus, sed respectu aliorum à fine, vt posuimus exemplum de liberatione Iudęorum, quam bona intentione Princeps Persarũ nolebat, & Michael volebat, & postmodum idem Princeps Persarum, quã prius noluit, postea voloit. Cum ergo dicitur, quòd posuot angeli velle bonum, & malum; dici debet, quòd angeli posũt velle, & nolle alia à fine: prout per tale velle, & nolle alia à fine non diuertunt à fine; Non possunt ergo velle malum, quia sic se à fine diuerterent.

Angeli peccare no possunt, & sunt liberi.

Ad tertium dicendum, quòd nunqoàm corruptibile per naturam fit incorruptibile per naturam, quia tunc non remaneret ibi sua natura, nec esset quod erat: non tamen est inconueniẽs, ꝙ corruptibile per naturam fiat incorruptibile per gratiam. Sic & in proposito angelus, qui libero arbitrio est mobilis ad malum per naturã, fit immobilis per gratiam, Hoc est ergo, quod Dam. dicit lib. 2. cap. 3. Quòd Angelus secundum gratiam, non naturæ, est immortalitatem, i. immobilitatem ad culpam suscipiens.

Corruptibile qđo fiat incorruptibile.

Ad quartum dicendum, quòd laudabilitas nõ dependet simpliciter à potestate peccandi, sed à voluntate bono adhærendi: immo vbi est minor mobilitas ad peccandum, ibi est maior laudabilitas, vt virtuosus, qui magis hẽt passiones domitas, & minus incitant ad peccandum, laudabilior est, quàm continens. Posse ergo peccare, etiã nõ peccare: potest esse signum laudabilitatis, qa ex hoc ostenditur, ꝙ non coactè, sed voluntariè abstinet à peccato: immobilitet tamen bono adhærere, & non incitari ad peccandũ, per se loquẽdo, est multo laudabilius, quàm posse peccare.

ARTIC.

ARTIC. II.

An mali Angeli bonum facere possint. Conclusio est negatiua.

D. Th. 2. p. q. 64. art. 2. Et 2. sentent. d. 7. q. 2. art. 2. Et in q. disp. de Ver. q. 24. art. 1. Et de malo q. 16. art. 5. D. Bonau. d. 7. art. 1. q. 1. Ric. d. 7. q. 3. Henr. Gand. Quol. 2. q. 14. Scot. d. 7. q. 1. Capr. d. 7. q. 2. Greg. Arim. d. 7. q. 2. Dur. q. 7. q. 2. Anto. Andr. d. 7. q. 2. Nic. de Niss. tract. 2. p. 2. q. 3.

SECVNDO quæritur de obstinatione malorum, vtrũ mali possint bonum facere, vel possint de peccato pœnitere. Et videtur, quòd sic. Nam, quàmdiu manet natura ordinata ad bonum, tamdiu habentes talem naturã, possunt tendere in bonum. sed in Dæmonibus manet natura intellectualis, quæ est ordinata ad bonum, ergo &c.

Præterea Dio. 4. de diui. nom. ait, De Dæmonibus, quòd sunt ex bono, & sunt boni, & pulchrum, & bonum desiderãt. sed tales sunt pœnitẽtes de malo, & possũt bonũ facere, ergo &c.

Dæmones syndereſis, & cauſa.

Præterea syndereſis in Dæmonibus nõ est extincta, alias vermem conscientiæ non haberent, & per consequens valde diminuta esset eorum pœna. sed syndereſis semper remurmurat de malo, sed hoc est bonũ, & sic se habentes sunt pœnitentes, ergo &c.

Iacobus.

Præterea Iacobus. Tu credis quoniã vnus est Deus, benefacis, & Dæmones credunt, & contremiscunt: ergo, & ipsi bene faciunt.

Præterea in omni actu peccati crescit malitia in meritum maioris pœnæ. Si ergo Dæmones non possunt bonum facere, sed semper in omni actu peccant, crescit eorum pœna in infinitum, quod non videtur conueniens.

IN CONTRARIVM est qd dicitor in littera: videlicet, quòd mali angeli adeo sunt obstinati per malitiam, quòd bonam voluntatem, vel bene velle non habent.

Præterea boni angeli per conuersionem sunt confirmati in bono, ergo pari ratione & mali per auersionem sunt obstinati in malo.

RESOLVTIO.

Angelus malus, cuius pœna est aterna, impœnitẽs est. Arbitrium.n. eius liberum, quamuis inter diuinum, & humanum medium sit; mutabilitatem tamen non habet: nec ex se, nec ex alio. Hinc ad bonum reuersuus non est. Idque ex amoris gratuiti, electiui, motus naturalis ratione patet: & vt sumatim dicam, sua ipsius culpa, huiusmodi pœnæ illi est inflicta, vt Deus in ipso nullum vnquam specialem impetum faciat, quo se supra se eleuaret: seq. ad bonum conuerteret.

2. 2. de Ciui. Dei c. 17. 20. 5.

RESPONDEO dicendum, quòd istam quæstionem pertractat August. dicens, quosdã posuisse Dæmones non habere pœnam futurã sempiternam, sed post certi temporis metas, pro cuiusque peccati quantitate longioris, siue breuioris, eos inde existimant liberandos. Huius opinionis dicit fuisse Origenem, qui & ipsum Diabolum, & angelos eius, post grauiora pro meritis, & diuturniora supplicia, sanctis angelis credidit. Sed, vt dicit Aug. illum Originem, & propter hoc dictũ, vt quia credidit Dæmones aliquando pœnitere, & saluari, & propter alia nõnulla eius dicta, & maximè propter alternantes sine cessatione beatitudines, & miserias, & statutis seculorum interuallis ab istis ad illas, & ab illis ad istas itus, ac reditus interminabiles: Et quia posuit, quòd beati iterum possint peccare, & fieri miseri, vel quia hoc sequitur ad positionem eius: Et quia sic posuit successionẽ in seculis, & in beatitudinibus, quia posuit animas nunc redire ad corpora, nunc ad beatitudinem assumi: Et postea rursum peccare, & miseras fieri, & ad corpora iterato redire, propter huiusmodi ergo, & talia dicta, vt idem Aug. ait, ipsum Origenẽ, siue eius dicta, merito Ecclesia reprobauit. Cogimur, ergo secundum Sanctorum dicta ponere, Diabolũ esse impœnitentem, & eius pœnam futuram æternam nunquàm finem habituram. Sed quomodo hoc sit, & quomodo possit esse rationi consonum, sunt multi, & varij modi dicendi.

Origenis dicta reprobata ab ecclesia.

Origenes cur ab ecclesia reprobatus.

Dixerunt enim quidam, quòd liberum arbitrium angeli medium est inter diuinum, & humanum. Nam diuinum arbitrium est immobile ante electionem, & post. Humanum autem mobile ante, & post. Angelicum quidem mobile ante, sed immobile post. Ante ergo, quàm Diabolus eligeret male agere &c, poterat se ad bonum conuertere. sed postquàm elegit malum, immobilis fuit in malo, sicut & boni postquàm elegerunt bonum, fuerunt mobiles in bono, sed homines & ante, & prius sunt mobiles. Nã postquàm elegerunt bonum, possunt eligere malum, & econuerso.

Liberum Dei, Angeli, & hominis varie.

Sed hoc dictum supponit, quòd debet probare. Nam de hoc est quæstio. Quare post electionem angelus immobiliter se habeat. Etiam non sufficit talem rationem assignare. quia tunc non esset dare causam, quare homines damnati essent obstinati: immo secundum hoc nũquàm, vt videtur in homine, posset cadere obstinatio, cum ante electionem, & post, dicatur habere arbitrium mobile ad bonum, & malum.

Est ergo secundus modus dicendi, quòd angelus, cum sit indiuisibilis, ad quod se cõuertit, totaliter se conuertit. propter quod angeli, qui se conuertunt ad bonum, totaliter adhæserunt bono, & semper erunt boni. qui ad malum, totaliter adhæserunt malo, & semper erunt mali.

Sed & istud improbatur. Quia & si angeli sunt simplices, & indiuisibiles quantum ad essentiam, sunt tamen multiplices, & diuisibiles quãtum ad virtutes, vel saltem quantum ad obiecta virtutum, vt quantum ad intelligibilia, & volibilia,

bilia, vt postquàm se conuertunt ad vnum intelligibile, possint se diuertere ab illo, & intelligere aliud intelligibile. Et quia voluntas est appetitus sequens cognitionem intellectiuã, sicut possunt nunc intelligere vnum intelligibile, nũc se auertere ab illo et ita, postquàm voluerunt vnum aliquod volibile, non ita adhærent ei, quin possint ab illo diuertere. Postquàm ergo voluerunt malum, possunt se diuertere à malo, & velle bonũ. Quantum ergo ad rem volitam, non sic se conuertunt, quin possint aliud velle, & etiam quantum ad modum volendi non semper totaliter se conuertunt. Nam cum sint Domini suorum actuum possunt aliquid magis, & minus intensè velle. Non enim aguut ex necessitate naturæ, sicut ignis semper agit ex tota sua virtute, vt semper tantum calefacit, quantum potest. Non ergo habet vsqueqnaq; veritatem hoc principiũ, cui adhærent, q̃ angelus, ad quod se cõuertit, totaliter se conuertat.

Est autem tertius dicendi modus, quòd quia homo per alium cecidit: debuit per alium reparari: Angelus verò licèt non posset per se resurgere, tamen non debuit alium reparatorem habere, eo quòd per se ipsum cecidit: ideo manet obstinatus. Sed nec hoc videtur sufficere, quia licèt Lucifer non ceciderit per alium, omnes tamen alij angeli videntur per Luciferum cecidisse, eo quòd peccatum Luciferi fuit exemplum, & occasio peccandi omnibus alijs. Alij ergo Angeli mali essent reparabiles, quod falsum est. Improbatur tamen & hoc dictum aliter, quia peccare per alium, & non per alium sunt circunstantiæ peccati, non ergo talia possunt aggrauare peccatum in infinitum, quòd angelus peccet irreparabiliter, & irrecuperabiliter, & non homo.

Peccati circũstãtia, an possit grauare peccatũ in infinitũ.

Est autem quartus dicendi modus, quòd Angelus peccauit contra Deiformem intellectum: homo autem contra dictamen rationis. Nam Angeli quantum ad intellectum dicuntur Deiformes, vt patet in pluribus locis per Dio. in de Angelica Hierarchia. Grauius ergo peccauit Angelus, quàm homo, cum ratio oriatur in vmbra intelligentiæ, nec ita cognitionem claram habeat homo, sicut angelus. Ideo, vt dicũt, peccatum Angeli fuit irremediabile, sed non hominis. Sed nec illud videtur sufficere, quia talia non videntur aggrauare peccatum in infinitum, non ergo propter hoc videtur esse dicendum, q̃ vnum peccatum sit irremediabile, & non aliud. Rursus, vt diximus, oportet assignare aliquam vnam causam quare & angeli, & homines possunt fieri obstinati, quod hæc ratio unu assignat.

Est autem & quintus dicendi modus, quia natura humana tota corruit, non autem tota natura angelica: ideo fuit reparabilis homo, & non angelus. Sed nec hoc sufficit, quia dato, quòd unus peccasset Adam, sed peccassent aliqui de filijs eius: ita, quòd non tota corruisset natura humana, adhuc potuissent illi filij de suis peccatis pœnitere?

Rursus dicere possumus, quòd * tota natura angelica cecidit, sicut tota natura humana cecidit, quia cecidit tota species. Natura enim humana non est natura generis, sed & speciei: sic, & in quolibet cadente cecidit species tota, quia cum non sint plures angeli eiusdem speciei, quilibet faciebat suam speciem.

* Angelica natura tota cecidit, sicut tota natura humana cecidit.

Est autem sextus dicendi modus magis ad interiora progrediens, quòd sicut à voluntate adhærente indeclinabiliter peruerso fini nũ potest progredi rectum opus, sic à voluntate declinãte irrectificabiliter à recto fine, non potest progredi rectum opus: voluntas autem dupliciter declinat à recto fine, vt aiunt, vel ex passione abducente rationem ab actuali consideratione recti finis, & talis peccator, cessante passione, fit pœnitens, vel ex malitia, & ex electione praui finis, & talis est impœnitens, sicut sunt peccantes ex habitu, vt dicit Philosophus in 7. Ethic. Dicemus enim, quòd finis in practicis, est quasi principium in speculatiuis: errantes autem circa principia, non habent aliqua vlteriora, per quæ se corrigant: sic errantes circa finem ipsum, & proponentes sibi peruersum finem, non habẽt aliqua vlteriora, per quæ se rectificent. Et quia qualis vnusquisque est talis finis sibi videtur, vt dicitur in Ethicis. Peccantes ex habitu, vt puta peccans ex habitu venereo, talem sibi finem ponit, qualis est, & quia est venereus, sibi venerea ponit pro fine: & quia ipsum finem sibi proponit malum, non habet aliquid vlterius, per quod se rectificet. Propter quod erit impœnitens, & semper erit malus. Sic in proposito Diabolus, quia non peccauit ex passione, sed ex certa malitia, proposuit sibi malum finem. Propter quod nec habet, nec habere potest aliquid vlterius, quod per se rectificet, quia nihil est in agibilibus vltra finem, sicut nihil est in speculationibus vltra principia. Sed istud non sufficit. Nam peccantes ex habitu dicuntur impœnitẽtes, non quòd impossibile sit eos pœnitere, sed quia est valde difficile. Peccantes enim ex passione, statim post peccatum pœnitent, quis per expletionem actus cessauit passio ad peccandum impellens. Propter quod pœnitent de peccato. Sed per expletionem actus, non cessat habitus. Et quia adhuc manet habitus inclinans ad peccandum, sic se habens, dicitur etiam post peccatum impœnitens. Cum ergo operationum nostrarum simus Domini à principio vsque in finem, vt dicitur in 3. Ethic. Quantumcunque habeamus habitum, licèt sit difficile: poterimus tamen assuescere ad contraria opera, ad quæ assuescendo, generabitur in nobis contrarius habitus, per quem proponemus nobis contrarium finem. Quantumcunque ergo quis peccet ex certa malitia, si nihil aliud obsistat, licèt sit difficile: non tamen est impossibile, quòd pœniteat. Per malum ergo habitum, ponimus nobis malũ finem, & licèt nihil sit vltra finem: potest tamen in nobis adgenerari bonus habitus, vt proponamus

D. Thomæ opinio in scripto.

7 Eth. sparsim.

4. Eth. c. 7.

Cõtentio.

Peccant ex habitu, & ex passione qui differunt.

3. Eth. 5.

mus nobis bonum finem.

Sed si dicatur, quòd habitus non potest remoueri, nisi ab eo, qui est in statu viæ, & quòd adhæsio finis potest remoueri ab aliquo, quamdin est in statu viæ: ideo habitualis malitia Dæmonis, & id, quod proposuit sibi pro fine, non potest remoueri à Dæmone, quia non est amplius in statu viæ.

Dicemos, quòd si in hoc sistitur, non opottuit mentionem facere de passione, & habitu, & de fine, & quòd nihil est, vltra finem. nam si quis non commisisset nisi vnum peccatum mortale, siue illud commisisset ex passione, sine ex habitu, sine habens rectam existimationem de fine, siue non rectam; post hanc vitam, quia non esset amplius viator, obstinatos esset, nec posset vlterius pœnitere de peccato illo.

Hoc est ergo, quod quæritur, quare peccantes non semper sunt in statu viæ. videtur enim, quòd quia nunquam possint esse ita in statu termini secundùm malitiam, quòd non possint bonum facere, cum sint liberi arbitrij: & cum tales sint Domini suorum actuum, & per consequens, cum possint ad contraria assuescere.

Est autem septimus modus dicendi. Nam si ex aliquo oritur in hac quæstione difficultas, hoc est ex libero arbitrio, quod semper videtur posse in diuersa. sed posse in diuersa, hoc est tripliciter, vel quantum ad volita, quia nunc potest velle hoc volitum, nunc illud. Vel quantum ad bonum, & malum, quia potest nunc velle bonum, & postea malum, & econuerso. Vel quantum ad mutationem ipsius liberi arbitrij, vt si nunc vult aliquid, mutatur, & postea vult contrarium eius, siue fit huiusmodi mutatio ex libero arbitrio, siue ex aliquo alio. Dicunt ergo, quòd posse in diuersa ex diuersitate volitorum iamper veritatem habere potest ex libero arbitrio, quia semper ad vnum finem possunt multa ordinari. Quantumcunque ergo liberum arbitrium alicuius sit stabilitum, & firmatum in aliquo vno fine, siue bono, siue malo, potest velle diuersa volita, prout ordinantur ad illum finem. Talis ergo diuersitas, quia non diuertit liberum arbitrium a suo fine, non facit, quòd de bono possit fieri malum, vel econuerso, eum secundùm talem diuersitatem semper adhæreat suo fini, ex quo habet bonitatem, si bonus est: vel malitiam si malus. obstinatus ergo in malo fine, nunquam fiet bonos, & confirmatus in bono fine, nunquam fiet malus. Sed si loquamur de secunda diuersitate, quæ sumitur secundum differentiam boni, & mali, dicunt in hac parte, & bene, quòd ista diuersitas non pertinet ad liberi arbitrij potestatem, nisi per accidens inquantum talis libertas inuenitur in natura potenti deficere. nam voluntas; quantum est de se, semper tendit in bonum. Si autem tendat in malum, hoc est per accidens, prout tendit in ipsum sub ratione boni.

A Sicut ergo non est de ratione potentiæ visiuæ, quòd obscurè videat, immo magis est potentia visiua, quando obscurè non videt: sic non est de ratione liberi arbitrii, quòd tendat in malum, & quòd proponatur ei malum non clarè sub ratione mali, & bonum sub ratione boni, quia tunc magis liberè, & sine deceptione vellet, quod vellet. Cum enim ignorantia, & deceptio tollant voluntarium, cum proponitur aliquid voluntati, sicut non est, prout cadit ibi quidam modus ignorantiæ, cadit ibi quidam modus non voluntarij. Et quia liberè dicimur aliquid facere, quando voluntariè illud facimus, proponere voluntati aliquid semper eo modo, quo est, facit, vt magis voluntariè illud velit, & propter hoc facit magis ad libertatem. Potissimè ergo spectat ad libertatem arbitrij, quòd proponatur malum, vt malum, & bonum, vt bonum, & per consequens potissimè spectabit ad libertatem arbitrij, quòd nunquam velit malum. quia malum, vt malum, nunquam est volitum.

B Ex eo ergo, quòd liberum arbitrium potest in diuersa, ratione volitorum, non possumus arguere Diabolum esse aliquando pœnitiuum, vel posse bonum facere, quia hoc modo adhærens semper malo fini, potest velle diuersa volita, prout ordinantur ad illum finem. Nec etiam prout liberum arbitrium potest in diuersa, ratione differentiæ boni, & mali, possumus arguere Diabolum esse pœnitiuum, vel posse aliquando bonum velle. nam cum talia arguamus ex libertate arbitrij, & ad liberum arbitrium secundùm, quòd huiusmodi non pertineat sic ferri, ex libertate arbitrij non poterimus hoc arguere.

C Restat ergo solus tertius modus, vt si Diabolus potest pœnitere, & bonum velle, hoc contingat ex mutabilitate liberi arbitrij, quam potest habere, vel ex se ipso, vel ex alio.

Ex se ipso autem non potest habere mutabilitatem liberum arbitrium Angeli post primam electionem. nam, vt dicunt, in his, quæ pertinent ad ordinem naturæ, immutabiliter se habent Angeli, eo, quòd mutabilitas contingit ex potentialitate, respectu autem talium ipsi non sunt in potentia, sed in actu: respectu autem supernaturalium sunt in potentia, sine per conuersionem, siue per auersionem. sed postquam adnenit ei conuersio, siue auersio (quia omne, D quod recipitur in aliquo recipitur secundùm modum naturæ recipientis) sicut ipsi quantum ad naturalia sunt immutabiles, sic, si per electionem aduenit eis conuersio, immutabiliter se habebunt secundùm conuersionem illam, si auersio secundum auersionem. Angelis ergo bonis nunquam potest competere mutatio; quin semper sint conuersi: nec malis, quin semper sint auersi.

Si verò dicatur, ꝙ talis mutabilitas possit Diabolo cõpetere ex extrinseco, vt ex Deo; dicemus, ꝙ

q. xth 5.

D. Thomæ opinio in summa, quot modis sumatur liberi arbitrij potestas.

Liberum arbitrium sumitur respectu boni, & mali.

Libertas arbitrij Dæmonum.

Libertas arbitrij Dæmonum.

non pertinet ad ordinem diuinæ sapientiæ infundere vlterius gratiam Dæmonibus, per quã auertantur à malo, obstinatum est ergo liberum arbitrium Dæmonum. Quia ex nulla diuersitate, vel mutabilitate potest contingere, vt pœniteant de malo, vel vt bonum faciant.

Confutatio.

Sed nec istud sufficit. Nam licet sint multa dicta, & longè tractata, tota tamen vis medij in hoc tesidet, quòd Dæmonibus respectu naturalium non competit mutabilitas. Quia respectu talium sunt in actu. Habent se enim ad cognoscenda naturalia, vt ipsimet declarant, sicut nos habemus ad cognoscenda prima principia, cum non intelligant discurrendo. Cum ergo nos circa prima principia non decipiamur, nec in talibus possimus esse decepti, sed sint talia sicut locus ianuæ in domo, quem nullus ignorat; angeli circa talia nec per deceptionem, nec decepti peccare possunt, sed mouendo se ad talia, semper monebunt se rectè: sed respectu supernaturalium, quæ ex sua natura non possunt plenè cognoscere, poterunt se mouere non rectè, sed postquàm mouerunt se siue rectè siue non rectè: motio illa recipietur in eis secundum modum naturæ suæ. Quia ergo quãtum ad ordinem naturalem, semper se habent immutabiliter, & quodammodo in actu; ad motionem illam: siue rectam, siue non rectam, se habebunt immutabiliter, & in actu.

Quod autem addebatur de mutatione facta per alium, vt, quòd non decet diuinam sapientiam eorum liberum arbitrium, vel voluntatem immutare, gratia proposito concedatur, sed ex naturalibus angelorum velle date vnam communem rationem: quare si boni semper adhæreant bono, & mali malo, vt hæc positio dicit, non est possibile. Nam, quòd boni immutabiliter maneant in sua conuersione, non habent hoc ex natura, sed ex gratia, vt omnia dicta Sanctorum clamant, vt patet ex Dam. lib. 2. cap. 3. & ex Isido. de summo bono. lib. 3. in cap. 10. Non enim, vt patuit, aliter assignant immutabilitatem in bonis, & in malis, sed ex eadem causa, vt ex naturalibus assignant hoc, & illud: vt sicut angeli quãtum ad sua naturalia habent quandam immutabilitatem: sic, siue auersio, siue conuersio fiat in eis, hoc erit per modum naturæ ipsorum, propter quod hoc erit immutabiliter. Conuersi ergo immutabiliter, semper erunt conuersi ratione naturæ, quæ quicquid recipit, immutabiliter recipit. & auersi semper erunt auersi ratione naturæ, vbi auersio immutabiliter est recepta.

Angeli boni manent in sua conuersione ex gratia, non ex natura.

Sed patet, quòd in bonis hoc dici non potest. Nam non ideo boni sunt confirmati, quòd hoc fuerit ex immutabilitate naturæ, vel ex natura immutabiliter recipiente, sed ex gratia naturam eleuante. Immo dicta Sanctorum magis dant naturæ angelorum mutabilitatẽ, quàm immutabilitatem, cum dicunt eos per naturam mutabiles: immutabiles autem per gratiã.

Angeli natura mutabiles, gratia vero immutabiles. 12. de Ciu. Dei. c. 1. 2. 9. Tomo 3.

Rursus nec quantum ad malos hæc positio stare potest. Nam cum vitium sit aliquid contra naturam, vt vult Aug. qui ait, Omne autem vitium naturæ nocet, ac per hoc contra naturam est. Ex immutabilitate ergo naturæ arguere immutabilitatem vitij, est penuere oppositum in adiecto. Nam mutabilitas ad defectum, & ad potentialitatem pertinet, immutabilitas ad virtutem, & ad actualitatem. Quanto ergo natura est immutabiliot, tanto est virtuosior, & actualiot, & tanto minus est susceptiua nociui: & si contingat, talem naturam nociua recipere, tanto est citius expulsiua. Ex immutabilitate ergo naturæ debemus arguere magis immutabiliter recipere conuenientia: sed recipere nociua quanto natura est immutabiliot, & virtuosiot, tanto, vel nullo modo nociua recipiet: vel si recipiet, citius talia à seipsa expeller. Dicamus ergo, quòd nec in bonis arguemus stabilitatem conuersionis ex natura, sed ex gratia. nec in malis arguemus hoc ex natura, sed ex defectu naturæ, & ex culpa. non enim, quia in Dæmonibus natura immutabiliter se habet, & defectiuè se habet, non possunt à culpa resurgere.

Est autem octauus dicendi modus. Nam inclinatio ad peccandum ex tribus, vt aiunt, potest contingere, vel ex impetu passionis, vel ex inclinatione habitus, vel ex falso iudicio rationis. Contra omnia hæc habet homo aliquid: ideo potest esse pœnituus, & potest à malo reuocati, & ad bonum conuerti. Diabolus quia hoc non habet, ideo hoc non potest. Si enim homo peccat ex passione, habet contra hoc peccatum rectum iudicium de fine. Nam peccans ex passione, vt incontinens, proponit sibi bonum finem, & bonas leges, sed eas non obseruat propter passiones aduenientes. Talis ergo ex passione peccans, quia rectum habet iudicium de fine: cessante passione, pœnitet. Peccans ex inclinatione habitus: licet non habeat hoc remedium ex recto iudicio de fine; tamen potest habere pro remedio diuersitatem potentiarum. Nam intemperatus, & venereus: cum pro fine ponit sibi venerea: habet pessimas leges. Dicet enim omne venereum esse sequendum. Sed ex diuersitate potentiarum potest huic morbo subueniri, vt ex irascibili subueniretur contra concupiscibile, vt quantumcunque quis sit venereus, & habeat concupiscibilem infectam: videns tamen ex hoc esse despectum, & in opprobrium aliorum, per irascibilem consurget in arduum, & venerea despiciet. Peccans vero ex falso iudicio rationis, vt quia habet rationem concludentem, fornicationem esse faciendam, & esse quid bonum, potest habere remedium ex rationibus in contrarium factis, soluetur enim ei ratio illa falsa, quòd fornicatio sit facienda, & adducentur rationes con-

Homo est pœnitere potest.

Peccans ex inclinatione quis.

Peccans ex falso iudicio.

contrariæ, quòd est fugienda. Propter quod removebitur ille a sua opinione falsa, & fornicari dimittet.

Dæmonis peccarum ei caret remedio.

Sed Diabolo nõ superest remedium aliquod, vt possit de peccato pœnitere, & bonum facere. Nam ipse non peccavit ex passione, non ergo remansit in eo rectum iudicium de fine, vt posset de peccato pœnitere. Dicit ergo isti, quòd peccatum Dæmonis, vel est habitualis inclinatio ad malum, vel est falsa existimatio virtutis cognitivæ, de aliquo particulari eligibili. Cum ergo Angelus non habeat multitudinem potentiarum, non potest se avertere a malo perpetrato contra inclinationem habitualem: sicut homo per irascibilem movet se contra inclinationem habitualem per concupiscibilem, & ad hoc videntur fre illiorum dicta, quòd Angelus est impœnitibilis, quia ad quod se convertit, totaliter se convertit, eo, quòd simplex est: quod intelligêdum est, vt dicunt, de simplicitate virtutis, vt quia non habet in se diversas virtutes, vel potentias, vt corruptus per vnam possit se rectificare per aliam. nam cum in Angelis non sit appetitus sensitivus, quia Angelus est simplex, & in eo est appetitus intellectivus tantum, & non sensitivus, qui dividitur in irascibilem, & concupiscibilem, ideo Angelus non poterit per vnam potentiam appetitivam rectificare se secundùm aliam potentiam appetitivam.

Rursus: cum Angelus non intelligat ratiocinando, sed quicquid intelligit, intelligat per modum intelligibilem, quo aliquis intelligit principia; contra peccatum contingens ex falsa existimatione non se poterit rectificare per contrariam ratiocinationem.

Sed nec istud sufficit. nam non minus potens est virtus vnita, quàm divisa. vt puta si est in nobis duplex potentia, vna, per quam tendimus in bonum, vt est delectabile, vt concupiscibile: & alia, per quam tendimus in bonum, vt habet rationem ardui, sicut irascibilis: & si infectionem contingentem in concupiscibili vitamus per irascibilem tendentem in arduum, advertentes esse quid vile, quod concupiscibilis cupiebat, dato, quòd esset vna potentia concupiscibilis, & irascibilis, non minus possemus hoc facere, vt si per eandem potentiam tenderemus in bonum, quod est quid delectabile: & in bonum, quod est quid arduum, ostendente ratione despiciendum esse bonum concupiscibile propter bonum arduum, quantumcunque essemus infecti, propter bonum concupiscibile, possemus nos rectificare propter bonum arduum. Non enim esset minus potens potentia sic vnita, quàm divisa. Peccare autem, vel non posse a peccato desistere, non est efficere, sed deficere: non est potentiæ, sed defectus. Ponendo ergo in Angelis potentias magis votas, sicut & ibi sunt, non arguitur, quòd minus possit se rectificare Dæmon, quàm homo, immo, quòd magis, nisi aliquid aliud obsistat.

Quod verò addebatur de falsa existimatione, dici debet, quòd Angelus intelligit modo intelligibili quantum ad hæc naturalia, in quibus non potest deficere, quantum autem ad supernaturalia non dicimus, quòd discurrat, tamen quia de illis naturaliter plenam cognitionem non habet, potest in iudicando deficere, & potest cognoscere se defecisse ex ipso rei eventu, cum non evenit, vt putabat: etiam in ipsis naturalibus aliqua sunt, quæ possunt impediri, de quibus quamdiu futura sunt, non potest habere Diabolus plenam cognitionem naturaliter loquendo, sed quandam coniecturalem existimationem. Si ergo, quia ipse non ita se regulat, vt debet, vitro se offerat ad iudicandum, & iudicet esse verum aliquod futurum, quod impediatur, & non contingat, ex ipso eventu rei cognoscet se falsum dedisse iudicium. Non est ergo inconveniens, quòd a falso in dicio se possit avertere, nisi ergo aliquid aliud obsistat, cũcta, quæ assignata sunt, non sufficiunt.

His itaque prælibatis, volumus ostendere, quòd Diabolus nunquam potest formaliter bonum velle, nec vnquàm potest esse pœnitivus, secundùm pœnitentiam, quæ vergat ad bonum.

Doctrina Piani.

Quòd autem Diabolus non possit formaliter bonum velle: patet per id, quod habetur in littera, videlicet, quòd si bonum sit, quod aliquando mali Angeli volunt, nec tamen bona voluntate illud volunt. Si enim volunt bona, non tamen bene. vnde & Augustinus. 4. de Trinitate ait, quòd si illi superbi spiritus aliqua vera dicunt, hoc est, intentione fallendi. Formaliter ergo semper vult malum, quia semper mala intentione: & sicut non potest formaliter bonum velle, ita de peccato suo non potest esse pœnitivus in bonum, quòd compungatur ad pœnitentiam. Potest autem habere impetus aliquos, sed nunquam potest pœnitere in bonum. Vnde Isidorus de summo bono. libr. 3. dicit, quòd Diabolus iam non petit veniam, quia non compungitur ad pœnitentiam.

Dæmon potest velle bonum, sed non bene. to. 3. c. 29.

Sciendum ergo, quòd ex amore omnia alia oriuntur, vt si quis timet, hoc est, quia aliquid amat: si nihil amaret, nihil timeret. Ideo si videre volumus, vtrum Dæmones possint bonum facere, vel possint pœnitere in bonum, oportet nos videre, quid amant, vel quid non amant, vel quid amare possunt, vel non possunt. quia ex hoc omnes motus alij oriuntur. Iuxta illud Augustini. 13. Confess. Pondus meum, amor meus, eo feror, quocunque feror.

Diabol⁹ non possit bonũ facere, vel pœnitere.

Si ergo omnes motus spirituum innituntur amori, quia hoc est amor in spiritibus, quod pondus in corporibus, si Dæmones possent moveri ad bonum, vel possent pœnitere de malo, ex aliquo amore hoc contingeret, quo ferreotur, vbi ferrentur.

Amoris & ponderis similitudo, ex D.P. Auto. 1.

Distinguemus autem triplicem amorem. Naturalem, Electivum, & Gratuitum, vt dicamus amorem naturalem, inclinationem sequentem naturam impressam. Dicamus amorem electivum inclinationem se-

Amor triplex. Naturalis Electivus Gratuitus.

qoentem formam ab intellectu apprehensam. Dicamus amorem gratuitum, inclinationem sequentem gratiam à Deo infusam, vel sequeotem motionem à Deo in mente factam, non motionem diuinam, vt solum operator generalitet in operibus naturæ. quia hoc non differret ab amore naturali, sed, vt specialiter operatur in his, quæ sunt gratiæ, vel quæ disponunt ad gratiam. Dicemus ergo, ꝙ motus, per se loquendo, potest esse ad illud, à quo est motus. Non autem supra id, quod veritatem habet: secundum, ꝙ mouentur corpora per pondera, accipiendo pondera large ad omnem inclinationé ad locum, sicut ignis dicitur suo pondere moueri sursum, & lapis deorsum, vt ponit exemplum Augu. 13. Confes. Dicemus ergo, ꝙ motus grauium, & leuium est à generante. Nam illud idē, quod dat naturam, dat & motum, sequentē naturam. Motus ergo, qui est à generante, potest esse ad generans, vel ad vbi est generans, non autem ad supra generās. vt si ignis generat ignē: ignis genitus mouebitur ad ignem generantem, vel ad vbi est suum generans, non autem moueri poterit ad supra suum generans. Nam generans quantum dat de forma, tantum dat de loco. & cum, per se loquendo, non possit dare plus de forma, quàm habeat; non poterit dare plus de loco. Si ergo ignis genetans perfectè assimilat sibi passum, per se loquēdo, mouebitur ignis genitus, vt sit ita altè sicut est suum generans. qa tantum habet de forma, quantum & suum generans. Non autem, per se loquendo, ascendet supra suum generans. quia tunc accepisset à suo generāte plus de forma, quàm habeat suum generans, quod per se state non potest. Potest ergo genitum, & causatum deficere à generante, & causante, sed per se nunquàm excellet causam, seu generans. Nam illud dicitur esse per se, qđ est secundum se, vel secundum suam formam, secundum quem modum nihil agit vltra suam formam, attamen non secundum se, sed, vt est organum alterius, vel non secundum se. i. non ratione suæ formæ, sed ratione materiæ, in quam agit, potest aliquid agere vltra suam formam, vt ignis carbo, qui est in materia densa, & grossa, agens in aquam, quæ est materia magis tarefactibilis, potest ipsam elevare sursum, & dare sibi plus de loco, quàm ipse habeat. per se tamen loquendo, nihil agit vltra se, siue vltra suam formam. Et sicut videmus in motibus corporum, qui fiunt ex pondere, & si volumus videre vsque ad quid possint pertingere tales motus, videndum est, à quibus huiusmodi motus causantur, & fiunt: sic & in motibus spirituum, qui fiunt ex amore, si videre volumus vsqoe ad quid peruenire valeant tales motus; videndum est vnde motus illi sumant originem, & causantur, vt vltimum illorum motuum sit in causam causantem. Propter quod substantia spiritualis secundum amorem naturalem potest tendere, & tendit in Deum, vt est quoddam vniuersale bonum, omnes naturas in esse conseruans super se, & super omnia. Secundum etiam amorem gratuitum potest tendere, & tendit in Deū, vt est quoddam bonum spirituale creaturam beatificans, etiam super se, & super omnia. Sed secundum amorem electum, vt est huiusmodi amor gratiæ non inuisos, sed à gratia denudatus, non tendit, nec potest tendere spiritualis substantia supra se ipsam, & si tendit supra seipsam, hoc erit materialiter tantum, sed formaliter erit propter seipsam. Sicut enim potest facere aliqua de genere bonorum, sed formaliter non ea faciet propter bonum, sic & si tendit supra seipsam, non erit hoc formaliter propter supra seipsam, sed propter seipsam. Videmus enim, quod creatura spiritualis in amore naturali non mouet seipsam, sed mouetur hoc modo à generante, & à dante naturam. Sicut enim graue non mouet seipsum deorsum, sed mouetur hoc modo à generante, dante ei naturam grauis. (Quia, qui dat naturam, dat & inclinationem, sequentem naturam) sic spiritualis creatura, non mouet seipsam secundum amorem naturalem, sed mouetur hoc modo à Deo, qui dando naturam dedit & huiusmodi inclinationem sequentem naturam. Cum ergo talis motus amoris sit ab aliquo superiori principio, non est mirum si per se est, quòd terminetur in ipsum superius principium, propter quod naturali amore creatura diligit Deum supra seipsam, & super omnia, vt superius probabatur: sic & in amore gratuito. Et si aliqoo modo creatura mouet seipsam, quia in tali amore dicitur gratia esse operans, & cooperans: principalius tamen huiusmodi amoe, & huiusmodi motus est à gratia; qoàm a libero arbitrio, propter qood iste motus principalius est à Deo, dante gratia, quàm ab ipso libero arbitrio suscipiente. Nam sicut dans naturam, dicitur dare motum sequentem naturam; ita dana gratiam, dicitur dare motum sequentem gratiam. Iste ergo motus, qui est à Deo, dante gratiam, erit etiam principaliter in ipsum Deum, vt & hoc moto; & hoc amore gratuito, creatura spiritualis feratur in Deum super se; & super omnia: immo hic motus est perfectiori modo in Deo, quàm motus naturalis. Vterque enim est in Deum, qui & naturam, & gratiam dedit. sed sicut gratia est perfectio naturæ, ita motus gratuitus est perfectio motos naturalis. Ex natora enim habemus qoendam impetum, vt feramur in Deum propter se, & soper omnia: sed ex gratia impetus iste perficitur, vt actoali cogitatione, non solum habituali inclinatione feramur hoc modo in Deum. Sic ergo loquendum est de motu naturali, & gratuito, vbi creatora spiritualis non mouet se ipsam. quod de motu naturali non habet dobium, nec etiam habet dubium de gratuito. qoia hoc plane dicit Apostolus ad Romanos 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Sed

ip

Grauis, & leuis à quo & ad quem terminum mouentur.

Tomo 1.

Per se qd.

Agere vltra propriā speciem vnde contingat.

Grauis non mouet seipsum deorsum, sed mouetur à generante, dante ei naturam grauis. Aug. 9. Phys. t. c. 33.

Dist. 2 q. vlt. art. vlt.

Motus naturalis, & gratuitus in Deū quid.

Rom. 8.

Motus electiuus à quo.

in motu electiuo denudato à gratia creatura ſpiritualis mouet ſeipſam. Si ergo hic motus eſt principaliter à Deo: hoc eſt, inquantum omnia ſuut ab ipſo: uon tamen eſt ſic principaliter à Deo, quiu in hoc motu propriè, & per ſe dicatur creatura ſpiritualis mouere ſeipſam, ꝙ nou ſic dicebamus in motu naturali, & gratuito. Vel dicitur hic motus principaliter à Deo eſſe, quia Deus dedit liberum arbitrium creaturæ, & conſeruat ipſum iu eſſe, ſiue quo nou poſſet creatura ſe ſic mouere. ſecundum tamen hunc motum creatura mouet ſeipſam, quia in ſeipſa eſt apprehendere formam, vel nou apprehendere, ſecuudum quam ſe moueat, vel nou moueat. Nou autem in ſeipſa eſt habere naturam, vel non habere, & etiam quantum ad ea, quæ ſunt gratiæ, uou eſt volentis velle, ueque currentis currere, ſed totum miſerentis eſt Dei.

Notandum de miſericordia Dei ex D. Paulo ad Rom. 9.

Motus ergo naturalis, & gratuitus aſſimilatur motui grauium, vel leuium, ſecnudum quòd ad propoſitum ſpectat: vt ſicut generans daus naturam, dicitur dare motum, & inclinatiouem, ſequentem naturam; ſic Deus dãs naturam, & gratiam, dicitur dare motum gratuitum, & naturalem, ſequentem gratiam, vel naturam. Sed motus electiuus aſſimilatur motui animalium, vt ſicut auimal eſt diuiſibile in talia duo, quorũ vnũ eſt mouens, & aliud motum. Propter quod dicitur animal mouere ſeipſum, ſic ſubſtantia ſpiritualis eſt, quoddam totum potentiale, & indiuiſibile in talia duo, quorum vnum eſt mouens, & aliud motum, vt per intellectum mouet ſe ad volendum, & per voluntatem ad intelligeudũ. Quia ſi dicatur, quòd iu motu gratuito creatura mouet ſeipſam; Dici debet, quòd motus ille principaliter attribuitur gratiæ, uon libero arbitrio. Sed iſte motus electiuus, etiam principaliter attribuendus eſt libero arbitrio, & iu hoc motu dicitur creatura ſpiritualis ſeipſam mouere. Cum ergo motus uunquàm ſit ſupra cauſam ſuam: immo cum hoc ſit vltimum aliquod, ad quod poteſt pertingere motus cauſans, & generans, ſecundum hunc motum uou mouebit ſe creatura ſpiritualis ſupra ſeipſam: immo omnia diliget propter ſe ipſam. De hoc ergo motu veritatem habet, quòd natura ſemper eſt curua. Impetus enim naturalis, vel inclinatio habitualis ſecundum uaturam poteſt eſſe, & eſt iu aliquid ſupra ſeipſam. ſed ſi natura ſit uuda, non perfecta per gratiam, & velit ſe mouere ad aliquid eligendum, omnia eliger propter ſeipſam. Nũqnàm.u. erit huiuſmodi motus ſupra ſeipſam, quia tunc eſſet vltra ſpeciem, & ſupra cãm ſuam: natura ergo ſemper eſt curua iu ipſis ſubſtantijs ſpiritualibus, non prout mouentur à Deo, ſed prout mouẽtur à ſeipſis ſine gratia. Si ergo Angelus dolet de amiſſione beatitudinis ſuperne, hoc eſt propter ſeipſum, ſi aliquod bonum deſiderat ſupernaturale, vel quodcunque aliud, hoc eſt propter ſeipſum, uec poteſt ſe ſupra ſe ipſum eleuare. Iu omnibus ergo quærit excellentiam ſuam, & quia hoc eſt ſuperbia, ſemper aſcẽdit iſta ſuperbia, vt verificetur, quòd ſuperbia eorũ, qui te oderuut, aſcendit ſemper. Poteſt ergo velle, bo uum, & vult, vt Dio. dicit 4. de diu. uo. Sed hoc uou eſt bouo modo, uec poteſt beue velle, quia ſibi derelictus uõ poteſt ſeipſum ſupra ſeipſum eleuare, ſed in omnibus quærit ſe, & omnia propter ſe, vt hic motus cum ſit à ſe, uou tranſcendat ſe. Propter quod totum iu amorem propriæ excellentiæ vertitur. Quòd cũ huiuſmodi amor ſit ſuperbia, ſemper, vt diximus, aſcendit eorum ſuperbia, quæ vel eſt peccatum quantum ad meritum pœuæ accidentalis, quia continuè hoc modo demerentur, vel ſaltem eſt pœna peccati.

Naturæ qlio ſic ſemper eſt curua. Idem ſupra d. 4.

Dæmonum dolor impotalis.

Dæmonis ſuperbia quo o cõdit ſemper.

Sed quid dicemus de illo impetu naturali, cum naturam habeant bonam, & per conſequens habeaut impetum ſupra ſe; Dici debet, qnòd cum naturam habeãt à Deo; ita debuiſſeut iu electione priucipaliter velle moueri à Deo, ſed quia voluerunt moueri à ſe, defecerunt. & ab hoc defectu ſurgere, ſiue reſurgere uou poſſunt, quia per ſeipſos non poſſunt moueri ſupra ſe, ſed ſemper in omnibus, vbicunque ſeipſos mouent, ſuam excellentiam quæruut, & ſolum ſeipſos volunt. Propter quod auertuut ſe per huiuſmodi actiouem ab illo bouo impetu naturali, vt ex hoc dicantur illum impetum non videre, ſed ſibi ipſis obſtaculum perhibere. Vnde Dio. 4. de diuin. nom. ait: Quòd bona naturalis Dęmonibus ſuut integra, & ſplendidiſſima, qnàmuis, vt ait, ipſi nuu videaut claudentes ipſorum boni ſpectiuas virtutes.

Dæmonum motus naturalis nõ põt eſſe in Deũ.

Sed quid dicemus de homine? nunquid & ipſe à gratia denudatus, uou poteſt bonum velle, & pęnitere? Dici debet, quòd homo à gratia deſtitutus, ſi non habeat vltra ſuam naturam ſpeciales impetus diuinos nou poteſt per ſe aliquid velle ſupra ſe, ſed cum tali motu ſeipſum mouebit, iu omnibus quæret ſe.

Hõ abſque gra, an poſſit bonum velle.

Eſt tamen diligenter aduertendum, qnòd huiuſmodi impetus ſpeciales, ſupra id, quod Deus operatur in omni opere naturæ: habent tam boni, quàm mali, tam fideles, quàm infideles. ſecuudum quos impetus aliqui ducuntur, nou ſecundum ſcientiam. De quibus dicitur ad Rom. Quòd cœlum Dei habent, ſed uou ſecundum ſcientiam. Aliqui verò ſequuntur, ſed diminutè. Propter ſequi autem, non ſecundum ſcieutiam, & habere cœlum Dei nun ſecundũ ſcientiam, multoties contingit, quòd Hęretici, & male credentes faciunt opera, quæ quantum ſuut de ſe, ſuut iudicia magnæ charitatis, vt tradere corpus ſuum in mortem, & iguem, & ſęua pœnarum genera ſuſtiuere. Agunt enim tales, uou ſecundũ ſciẽtiam, quia credũt illos impetus eſſe huiuſmodi diuinos, qui uõ ſuut tales. Sed propter diminutè ſequi huiuſmodi impetus, conuenit, vt non poſſimus perfectè diſcerneré; vtrum ſimus in charitate, vel uon, quia ueſcimus; vtrum ſimus attriti, vel contriti. vtrum ſufficienter, vel inſufficienter

Rom. 10.

Tempꝰ Dei ſpeciales.

sequmur huiusmodi impetus. Ea talibus enim impetibus propter eos sequi, aliquãdo est in hominibus vera amicitia honesti, aliquando aliqd simile amicitiæ tali, quæ inter Dæmones esse nó potest. Sed si omnino essemus destituti ab istis impetibus, quod erit in damnatis, & est nunc in Dæmonibus, amore electiuo nõ moueremur in aliquid supra nos, nec aliquid diligeremus propter se, sed propter nos. Vnde & de Dæmonibus dicitur, quòd concordium ad inuicem non habent, sed propter aliquid mali faciendum ad inuicem concordant. Aliter tamen quærit homo se, aliter Dæmon. Nam, quia homo non est natura simplex, potest quærere se, vel propter superbiam vitæ, in quo communicat cum substantijs spiritualibus, vel propter concupiscentiam oculorum, quantum ad necessitatẽ vitæ, vel propter concupiscẽtiã carnis, in quibus differt ab aliis substantijs, quæ non indigent necessarijs vitæ, nec habẽt delectationes corporales: ita, quòd * nostra peccata reducuntur ad tria: peccata autem spiritualium substantiarum reducuntur ad vnum, ad amorem propriæ excellentiæ, siue ad superbiam vitæ. Virum autem homo excusetur à peccato ratione necessitatis vitæ, & hoc modo possit bonum velle sine peccato, vt possit velle vineas colere, & terras arare, vel omnis vita infidelium peccatum sit, absolutè loquendo, infra locus erit. Ad præsens autem scire sufficiat, quòd non solum Diabolus, sed etiam * homo à gratia destitutus, si non haberet vltra hoc speciales diuinos impetus, nunquàm posset per se resurgere, sed semper in peccato maneret. Dæmon autem non solum non potest per se resurgere, sed quia omnes suæ electiones sunt propter propriam excellẽtiam formaliter, vt quia si aliquid aliud vult, propter suam excellentiam vult, dicimus, quod omnia talia quantum est de se sunt peccatum superbiæ. Nec oportet, quòd Dæmoni semper talia sint peccatum quãtum ad essentialem pœnam. Nam in prima superbia fuit Dæmoni peccatum, quantum ad suam damnationẽ essentialem: aliæ autem superbiæ, in quibus cõtinuè demeretur, sunt quantum ad pœnam accidentalem ex eo, quòd propriam excellentiam quærens, nititur subuertere homines, propter quod crescit numerus damnatorũ, sicut crescit in bonis angelis præmium accidentale ex multitudine saluandorum. Non. n. minus gaudebunt, qui cum multis gaudebunt, nec etiam minus ardebunt, qui ardebunt cum multis. Sed post diem iudicij, quantuncunque talia de se sint peccatum, quia nullo modo eruot amplius Dæmones in statu merendi, vel demerendi, solum erunt eis talia pœna peccati. Sed quid si Deus specialiter faceret in ipsis Dæmonibus impetus, sicut facit continuè, vel quasi continuè in hominibus peccatoribus? Dici debet, quòd creatura spiritualis, vel homo, vel angelus denudata gratia, quandocunque mouet se, non potest hoc facere supra se, sed in omnibus huiusmodi suis motibus quærit se: & si hoc modo quærit Deum, hoc est solum propter seipsum, non propter Deum, vel hoc modo non quærit, vt est in seipso, sed, vt agit tn creatura ipsa. attamen si Deus faceret huiusmodi impetus in ipsis Dæmonibus: posset Dæmõ sequi impetus illos, quod faciendo disponeretur ad gratiam, sicut & homo. Sed non decet diuinam prouidentiam, quòd semper creatura spiritualis sit, & in via, & quòd semper possit mereri, & demereri, sed dignum fuit, dare aliquod spatium homini, aliqd angelo. Homini autem datum est spatium toto tempore vitæ suæ: ita, quòd post mortem erit iudicium de homine, vt de Dæmonibus. Angelo vero tale spacium fuit vsque ad auersionem, & conuersionem. Concludamus ergo, quòd * Diabolus est obstinatus, & impœnitens. quia in omnibus suis electionibus quærit seipsum, & excellentiam propriam, semper autem remanebit in tali obstinatione. quia nunquàm habebit diuinos impetus speciales, quos sequendo possit ad bonum redire. Potest ergo * Diabolus pœnitere, & dolere. Sed huiusmodi dolor erit, prout videt suam excellentiã depressam, quod ad superbiam pertinet. Potest bonum velle, vt velle beatitudinem æternam, & videre Deum per essentiam, & vult esse, & intelligere, sed hoc est totum propter se, & propter propriam excellentiam, quod etiam ad superbiam spectat. Vnde & * si vult bonum; non tamen vult bene, & bono modo, cum non possit hoc modo velle. quia, vt sibi derelictus, exigit diuina iustitia, quòd non possit se supra se eleuare, sed omnia velit propter se.

Es hac antẽ propria excellentia oritur, quòd odio habet bonos. quia bonitas eorum videtur ei, quòd sit depressio excellentiæ propriæ. Ex hac etiam ortum habet, vt hominem pro posse decipiat: ne in bonum surgat, apprehẽdens bonum hominis esse in depressionem propriam. Ex hoc etiam homines damnatos cruciat, & auidus est ad inferendum eis pœnas. quia videtur sibi excellere, si alij deprimantur. Non ergo Diabolus pœnitet, nec vult bonum, quia bonum: & si habet impetus naturales, qui quantum est de se sunt ordinati in Deum: ipse tamen, quia in suis electionibus quærit se, non Deum, dicitur à talibus impetibus se auertere. Vnde & hoc potitor peccatum Dæmonis. quia plus se, quàm Deum diligit, quod ad superbiam pertinet. Vnde Aug. in lib. de vera Religione dicit, quòd ille angelus magis seipsum, quàm Deum diligendo intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd in Dæmonibus manet natura, quæ quantum est de se tendit in bonum, sed ipsi Dæmones, vt patuit, ab huiusmodi motu, & ab huiusmodi tendere se auertunt.

Recolligentes ergo breuiter, quę sunt dicta iuxta triplicem motum prætactum, possumus assignare triplicem rationem quare Dæmones sunt obstinati in malo, vt non possint de cætero redire ad

Dæmonum concordia qualis.

Dæmonum, & hominũ peccata qd differant.

* Peccata hominis ad vnum reducũtur, spiritualiũ vero ad vnum.

* Hõ à gratia destitutus nunqũ posset per se resurgere, nisi haberet speciales diuinos impetus.

Dæmonis pœna accidentalis cur sit semper.

Damnatorũ numerus nõ minuit pœnam.

Deus an possit facere bonos impetus in Dæmonibus.

a Velle bonum, sed nõ bene quid.

Tomo 1.

re ad gratiam, nec possint bonum velle formaliter. Vt sit vna ratio ex parte amoris gratuiti, prout Deus mouet in his, quæ sunt gratiæ. Dicemos enim, quòd secundum Augustinũ 8. super Gen. ad litteram, nisi Deus operaretur interius in his, quæ suot oaturæ, extincta esset operatio oaturæ. Simili ergo modo, oisi Deus operaretur io creaturis io his, quæ sunt gratiæ, extinctus esset omois processus ad graoã. Nisi enim Deus moueret creaturam ad gratiam, non posset creatura procedere ad gratiam, oec adipisci gratiam. Secundum quem modum dicemus io rebus esse duplices impetus à Deo factos. Suot enim quidam impetus diuini io rebus, prout Deus mouet res oaturaliter, qui impetus si essent extincti, extincta esset omnis operatio oaturæ.

Tomo 3.

Homo sine gratia quid possit.

Infra d. 21. q. vlti.

Sunt autem alij impetus, secundùm quos Deus mouet ad gratiam, qoi si non essent, nulla esset receptio gratiæ. Hoc ergo modo, vt tetigimus, homo adipiscitur gratiam, quia Deus semper, vel quasi semper, quamdiu sumus viatores, facit huiusmodi impetus in animabus oostris, quos possumos sequi, & non sequi, sequendo aotem eos, adipiscimur gratiam. non sequendo, remanemos in culpa, quos etiam impetus facit Deus in Angelis bonis, quos ipsi sequentes, adepti suot gratiam. Angeli aurem mali volentes præuenire diuinam ordinatiooem, non sunt secuti, vel non expectauerunt hos diuinos impetos, sed voluerunt adipisci beatitudinem per naturam, quam debueruot velle adipisci per hos impetus, siue per hos impulsos, & per gratiam. Manifesta est ergo ratio, quare Dæmones suot obstinau in malo, & non possunt redire ad gratiam, quia sine diuinis impulsibus ad gratiam, oulla creatura rationalis potest gratiã adipisci. Hos autem diuinos impulsus, & bos dioinos impetus, diuina iustitia exigente, Deus non vult facere io Dęmonibus. facit enim Deus in eis suos impetus, & suos impulsus, prout operantur communiter, & vniuersaliter in his, quæ sunt naturæ, non autem facit huiusmodi impulsus, vel huiusmodi impetus, prout operantur in his, quæ sunt gratiæ. Ideo sicut organum diuisum a principali agente, oihil potest de se facere, sic Dæmones, quantum ad ea, quæ sont gratiæ, derelicti à Deo, nuoquam possuot diuinam gratiam adipisci.

Impetus diuini, cur in Dæmonib' non fiant.

Est autem hoc rationi congruum, quòd, quando diu res aliqoa est in via, quòd impellatur donec deueniat ad terminum. postquam autem est in termino exigit æquitas, & iustitia, vt non vlterios impellatur. Quamdio ergo nos sumus in via, siue sumus boni, siue mali, semper, vel quasi semper Deus nos impellit ad bonum: nos vero, quia sumus liberi arbitrij, possumus hos impulsus seqoi, & non seqoi. quos sequendo, si sumus mali, boni simus: & si boni sumus, simus magis boni. Hos autem impulsus sequendo, ad Deum conuertimur. Ideo natura, & origioe præuenioni huiusmodi impulsus, & postea eos sequendo, ad Deum conuertimur, vt legitur: Con-

Tren. 5.

A uerte nos domine, & conuertemor. Nisi enim ipse prius faceret huiusmodi impulsus, per quos quantum io se est, nos conuertit, hos minimè per nos ipsos conuerti possemus. & sicut hos impulsus sequendo conuertimur ad Deum, sic ab eis nos diuertendo, aduertimur à Deo. Quam diu ergo sumus in via, tales impulsus fiunt, quos sequendo meremur: vel quia noo iusti, fimus iusti, & adipiscimur gratiam: vel quia iusti, simus magis iusti, & meremur augmentum gratiæ.

Sed quando creatura ratiooalis iam est io termino, siue ille terminus sit bonus, quia adepta est beatitodinem æternam: siue sit malus, quia est adepta damnationem æternam, loquendo de

B præmio essentiali, non vlterius potest mereri, oec demereri, nec fiet in ea huiulmodi impulsus ad merendum essentiale præmium. Sicut ergo natura, nisi impulsa esset à Deo in his, quæ suot naturæ, noo posset in aliquam operatiooem naturalem: sic creatura rationalis, oisi impulsa esset à Deo io his, quæ suot gratiæ, non posset gratiã adipisci. Et quis ✱ Diabolus noo est amplius viator, & est iam io termino, exigit diuina iustitia, vt ouoquam impellatur ad ea, quæ suot gratiæ, & ouoquam possit de cætero gratiam adipisci.

✱ D. Thom. sent. d. 7 q. 1. artic 2. & 2 par. q. 64. artic. 2. Et q. disp. 2 Ver. q. 27. art. 4.

Aduertẽdom autem, quòd de hac materia agitur infra io vltima quæstiooe 21. distio. vbi dicta iuuant ad hæc dicta, & econuerso, hæc dicta ad ibi dicta.

C Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte amoris electiui, & prout Angelus, mouet se per liberum arbitriu m, & per modum electiui, & prout Angelus mouet se naturalitet ad aliquid volendum, & per rem aliquam naturaliter apprehensam, qui motus, & est electiuus, & est naturalis: electiuus quidẽ est, quòd oisi vellet rem iam apprehensam, non moueret se ad eam: naturalis qoidem est, qoia derelictus naturæ suæ, potest hoc modo se mouere. Secundum hunc autem motum, secuodùm quem mouetur a seipso, consequens est, quòd omnia velit propter seipsum. Nam si derelictus suæ naturæ, potest per hunc motum se mouere: & quia hoc motu seipsum mouet, secuodùm hunc motum propter seipsum se mouet, & nihil secuodùm hunc motom possit supra seipsum velle, sed omnia

D propter seipsum velit. Ideo veritatem habet illud commoue verbum, quòd natura semper est curua, quia semper ad seipsam reuertitur, quia quicquid vult, propter seipsum vult, & vt recuruatur semper in seipsam: vt omuia propter seipsam velit. quia, vt liquido patet, ipsa natura sibi derelicta, supra seipsam se leuare non potest: secundùm quem modum, oihil vult supra se, sed omnia propter se. Igitur Dæmon secundùm hunc motum nũquam poterit adipisci gratiam, sed semper remanebit in sua superbia. quia in omnibus sm hunc motũ quærit seipsum, & suam excellentiã. quod est peccatũ superbiæ. ió si bonum vult, oõ vult bene, quia deberet in illo bono

bono quærere Deum, & quærere aliquid supra se: ipse autem quærit suam excellentiam, & quærit se, ideo bonum, quod vult, nō vult bene, quia non vult eo modo, quo debet velle, secundum hunc ergo modum nunquam potest adipisci gratiam, nec potest esse pęniuus, vt mereatur gratiam, quia eum secundum huoc modum feratur in se, noo poterit ferri supra se,

Terua via ad idem sumetur ex ipso motu naturali, prout quælibet creatura rationalis, naturaliter inclinatur, vt moueatur in Deum propter se, & super omnia, quo adepto, quiescit quātum ad omnia. Iuxta illud Augu. 1. confes. Ad te nos fecisti Domine, & inquietum est cor nostrum, do nec requiescat to te. Iste autem motus naturalis, nō est nisi quædam inclinatio naturalis, & quædam aptitudo naturæ, vt tendat in Deum, & diligat ipsum super omnia. Sed nunquam aptitudo ad aliquid facit illud adipisci, nisi actu moueatur ad illud. Cum ergo hæc aptitudo sit ad aliqd supra seipsum, nunquā aliquid poterit hoc modo moueri per seipsum. Oportet ergo, ꝙ a Deo impellamur secundum actum, ad hoc, ꝙ illa aptitudo reducatur in actum. Habent ergo Dæmones naturalia splendida, & integra, quia nihil amiserunt de his, quæ sunt naturæ. Tamen ratione culpæ, natura in eis est ita ꝓstrata per culpā, ꝙ non potest resurgere ad gratiam. Est enim natura Dæmonum facta ad Deum, & vt tendat in Deum super omnia, sed illa aptitudo non potest reduci ad actum sine diuino impulsu, & exigente diuina iustitia: Deus nunquam impellet Dæmones ad gratiam; & vt tendāt in eum super omnia, dicuntur autem Dęmones secundō Dionysium habere oculos clausos, & non aduertere huiusmodi impetus naturales, quia aptitudinem, quam habent per naturam, non possunt reducere in actum, vt diligant Deū propter se, & super omnia.

Ad secundum dicendum, ꝙ Dæmones desiderant bonum & pulchrum, sed hoc nō agunt pulchrè, nec benè, quia in omnibus his quęrunt propriam excellentiam, in quibus deberent principaliter quærere Deum, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Vnde & Isidorus de summo bono lib. 1. c. 10. dans differentiam inter bonos Angelos & Diabolū, ait, ꝙ Angeli semper in Deo gaudebunt, non in se: Malus vero, quia in se, ex hoc est Diabolos, quia non quæ Dei, sed quę sua sunt requisiuit.

Ad tertium dicendum, ꝙ syndeteſis, vt est impetus naturalis, in bonum est, & contra malum. sed Dęmones secūdum propriam electionem ab huiusmodi impetu se auertunt. Vel possumus dicere, quòd non possunt illos impetus sequi, nisi a Deo inuentur, & impellantur, sed non decet diuinam iustitiam eos sic iuuare, & impellere.

Ad quartum dicendum, ꝙ Dęmones credunt & contremiscunt, & hoc bonum est. sed huiusmodi bonum non agunt bene, quia non agunt ex electione, sed quasi coactè. Vident enim potestiam Dei, vnde cogūtur cōtremiscere, & credere ipsum esse vnum potentem omnia.

Ad quintum dicendum, ꝙ culpa, & superbia eorum creuit, quantum ad demeritum pęnè accidentalis, quod non erit in infinitum, sed vsque ad diem iudicij. Vsque enim ad tempus illud, amantes propriam excellentiam tentant, & vexant Homines, in quo demerentur accidentaliter, & creuit eorum accidentalis pęna. sed post diem iudicij non minus quærent propriam excellentiam, at huiusmodi amor proprię excellētia, quia nullo modo erunt in statu merendi, vel demerendi, nec essentialiter, nec accidentaliter, dicetur esse peccatum, sed pęna peccati. Ea eorū enim culpa, hanc pęnam habebunt, & habent inflictam, vt nunquam Deus in eis faciat aliquos speciales impetus ad bonum, quos seqoēdo possint conuertu ad bonum, & eleuare se supra se. sed semper in omnibus suis electionibus, non nisi se; & suam excellēuam quærent. Vode semper remanebunt obstinati in sno peccato.

Tomus I.

Dæmones nihil omnino perdiderunt de his, quæ sunt naturæ.

Dæmon habet oculos clausos quo intelligatur.

Dæmones frustra tremunt.

Dæmonum pœna accidentalis.

Dub. Lateralis.

MVLTIVS forte dubitaret aliquis de istis tribus motibus, videlicet Naturali, Electiuo, & Gratuito. Quomodo se habent, & quomodo differūt. Dicendum, ꝙ primo differunt, quo ad principia, quia principium motus naturalis est ipsa natura, vel est Deus, vt est generaliter agens, & vt generaliter dat naturam omnibus rebus, Sed principium motus electiui, vt hic de tali motu loquimur, est ipsum liberum arbitrium, sibi derelictū, vel est ipsa creatura rationalis, vt est mouens seipsam per formā apprehēsam, & per liberum arbitrium: sed principium motus gratuiti, est ipsa gratia, quæ se habet ad liberum arbitrium, vt sessor ad equum, dirigens liberum arbitriū ad actus diuinos, vt sessor dirigit equum: vel est ipsa rota Trinitas, & appropriatè Spiritus sanctus dans huiusmodi gratiam, ita ꝙ aliter est Deus motor in motu naturali, dans naturam. quia hoc est, vt operatur in rebus naturalibus generaliter, & aliter est motor Deus, & appropriate Spiritus sanctus in motu gratuito, quia hic est specialiter, prout specialiter est dans gratiam creaturæ rationali.

Amoris naturalis, electiui, & gratuiti differentia.

Gratia ad liberum arbitrium, se habet, vt sessor ad equum.

Secundo differunt hi tres motus quantum ad actum, quia motus naturalis potest esse sine actu. Nam sufficit ad talem motum, ꝙ sit ibi quidam impetus naturæ, vel quædam inclinatio naturalis: sed motus electiuus, qui est a libero arbitrio secundum se cōsiderato, & motus gratuitus, qui est a gratia, val à Deo propriè sumpti, semper important aliquem actum.

Tertio differunt hi tres motus, quantum ad actionem, & passionem, quia in motu naturali, & gratuito, res mota magis se habet, vt patiens, q̄ vt agens, & ideo cū graue mouetur naturaliter deorsum, nō dr se mouere, sed magis dr moueri à generante, q dedit sibi naturam illā. Sic etiam

Motus naturalis quo pacto differat à motu gratuito.

in

in motu gratuito, creatura rationalis nó dicitur se mouere, sed moneri dicitur à Deo, vel appropriatè a Spiritu sancto, qui dedit sibi gratiam. Et ideo in tali motu creatura rationalis magis agitur, quàm agat. Iuxta illud ad Romanos: Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Sed in motu electiuo, qui est à libero arbitrio sibi derelicto, creatura rationalis dicitur mouere seipsam per formam apprehensam, & per liberum arbitrium.

Gratia magis agimur, quàm agimus: ex D. Paulo. Rom. 8.

Quatuor differunt hi motus quantum ad meritum, & quantum ad eleuationem supra se, quia motus naturalis, qui est à natura, non eleuat creaturam supra sa, id est supra suam naturam; cum sit ab ipsa natura. propter quod talis motus non est meritorius, nisi sit perfectus per gratiam, sic etiam motus electiuus, in quo creatura rationalis mouet se, non potest eleuare creaturam rationalem supra se, nec potest esse meritorius, nisi sit perfectus per gratiam.

Solus ergo motus gratuitus, quo motu mouet solus Deus, quia non infundit gratiam, nisi solus Deus, eleuat creaturam rationalem supra se: & est meritorius. Per hunc enim motum meremur beatitudinem, & gloriam, quod est bonum supernaturale, & super omnem creaturã rationalem, quæ creatura rationalis, tenet principatum inter omnes creaturas, quia secundum Philosophum in de bona fortuna. Nihil est ratione superius, nisi Deus. Hoc ergo motu gratuito mouentur solum viatores, & à solo Deo, & impetus ad huiusmodi motum gratuitum facit in solis viatoribus solus Deus. Decet enim diuinam iustitiam, vt quam diù creatura rationalis est in via, faciat in ea impetus ad gratiam, & stet ad ostium cordis, vel mentis creaturæ rationalis, & pulset, vt intret conferendo sibi gratiã. Sed postquam creatura rationalis est in termino: non decet diuinam iustitiam vlterius facere tales impetus, nec pulsare ad ostium mentis, vt intret ad creaturam rationalem sibi gratiam cõferendo. Et ideo, quia sine diuino auxilio non potest hoc fieri, quia sicut esset extincta operatio naturæ, si Deus subtraheret suam operationem intrinsecam, vt dicit Augustinus 9. super Gen. sic est omnino extinctus motus ad suscipiendam gratiam, si Deus ad hoc agendum suum auxilium subtrahat. Dæmones ergo, & animæ damnatæ: quia non sunt vlterius in via, sed in termino, subtrahente Deo per exigentiam suæ iustitiæ suam operationem intrinsecam, tam à Dæmonibus, quam ab animabus damnatis, extinctus erit motus in eis ad susceptionem gratiæ, vt non possint de cætero, nec pœnitere meritoriè, nec gratiam adipisci.

Tome 1.

Dæmon, & animæ damnatæ cur impœnitentes.

QVÆSTIO II.

De Angelorum potentia cognitiua.

DEINDE quæritur de Angelis malis, & etiam bonis, quantũ ad naturalem potentiam cognitiuam. Propter quod quæritur de eorum naturali cognitione, & diuinatione. Circa quod quærunter quatuor. Primo: Vtrũ naturali cognitione cognoscant futura. Secundo: Vtrum cognoscant cogitationes mentis. Tertio: Vtrum in eorum iudicio possit cadere error. Quarto: Vtrum possint de aliquibus diuinare.

ARTIC. I.

An Angeli futura cognoscere possint. Conclusio est negatiua.

Aegid. q. de cogn. Ang. q. 10. Et 1. Quol. q. 10. D. Tho. 1. p. q. 57. artic. 3. Et q. 86. artic. 4. Et de ver. q. 8. artic. 12. Et de Malo q. 16. artic. 7. Et Opusc. 3. cap. 135. & 136. D. Bonauen. d. 7. p. 2. artic. q. 3. Ric. d. 7. q. 6. Dur. d. 7. q. 3. Barth. Syb. cap. 6. Dec. 3. q. 1.

AD primum, sic proceditur. videtur, quòd Dæmon, vel etiam Angelus naturali cognitione possit futura cognoscere. Nam vt dicit in lib. de causis in propositione secunda, Intelligẽtia participatur æternitati. Habet ergo suam operationem in æternitate, & supra tempus, vt ibidem dicitur. sed tale quid non magis respicit præterita, quàm futura. ergo Angelus æqualiter cognoscit, præsentia, & futura.

Præterea si esset de ratione cognoscibilis, q præsentialiter esset, tunc nihil esset cognitum, nisi præsens. Deus ergo futura nescitet. Angelus ergo si non cognoscit futura, hoc non erit ratione cognoscentis, cum habeat apud se species, & nihil recipiat à rebus. Nec ratione ipsius cognoscibilis, cum non oporteat cognitum, secundum quòd huiusmodi, esse præsens. Nullo ergo modo est dare causam, quare non cognoscat futura.

Præterea cognitio quælibet est secundum modum rei cognoscentis, non secundum modum rei cognitæ, secundum Boetium in libro de consolatione. sed cum Angelus non habeat cognitionem, nisi intellectiuam: & huiusmodi cognitio abstrahat ab hic, & nunc; non differt quantum ad cognitionem Angeli, vtrum cognitum sit nunc, vel non sit nunc, & vtrum sit præsens, vel futurum.

Præ-

Præterea ſpecies in mente Angeli ſunt cauſatę ab ideis diuinis, ita, q illę ſunt factiuæ, & repræſentatiuæ, ſed ſpecies in mente Angeli ſunt repræſentatiuę tantum. non ergo quantum ad rationem efficiendi, ſed cognoſcendi, idem erit iudicium de ideis diuinis, & ſpeciebus Angelicis. ſed ideæ diuinæ ſunt ratio cognoſcendi præſentia, & futura: ergo &c.

IN CONTRARIVM eſt, quia magis videtur, q Angelus cognouerit futura ad ſe pertinentia, quàm alia, ſed illa non cognouit, quia nō fuit præſcius ſui caſus, vt patuit per Aug. 11. de Ciui. & 11. ſuper Gen. ergo &c.

Iſa. 41. Præterea dicitur Iſa. Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſcietis quia Dij eſtis vos. ſolius ergo Dei eſt futura cognoſcere.

RESOLVTIO.

Angelus nec bonus, nec malus futura poteſt cognoſcere certitudine vlla, cum ipſi Angeli futura nō cognoſcant in ſe, nec in ſuis cauſis, niſi coniectura quadam.

RESPONDEO dicendum, quòd cognoſcere aliquid, vel hoc eſt in ſe, vel in ſuis cauſis. Oſtendemus autem, q nec Dæmones nec Angeli naturali cognitione poſſunt futura cognoſcere, nec in ſuis cauſis, nec in ſe.

Futura quadruplicia. Quia non in ſuis cauſis ſic declaratur. Dicemus enim, quòd futura quadrupliciter ſe poſſunt habere, quia, vel ſunt neceſſaria, vel ſunt, vt in pluribus, vel ſunt vt raro, vel ſunt ad vtrumlibet.

Contingēs duplex. Ex quo contingens eſt duplex, videlicet ad vtrūlibet, quod non eſt magis ad hanc partem, quàm ad illam, & nō ad vtrumlibet, quod eſt magis ad vnam partem, quàm ad aliam. poteſt tamen impediri, q dicitur contingens ſæpè, ideo oportet, q etiam ſit contingens raro, quod oppponitur ei, quod eſt contingens ſæpè.

Ad vtrumlibet. Dæmones autem naturali cognitione nō poſſunt ſcire contingens ad vtrumlibet in ſuis cauſis, quia talia non habent determinatas cauſas. Quod enim in ſuis cauſis determinatè non eſt, conſequens eſt, quòd ibi determinatè cognoſci non poſſit.

Raro quid. Secundo non poſſunt hoc modo cognoſcere contingens raro, quia tale quid eſt per accidens, & à caſu, nec propriè reducitur in cauſam, ſed in defectum cauſæ, vel in inopinatum concurſum cauſarum: vt ſi aliquid habet determinatam cauſam poſſibilem impediri, vt ſæpè venit illud, ſed vt raro, & ex impedita cauſa continget oppoſitū. Huiuſmodi autem impeditio cauſæ contingere poterit ex concurſu alicuius alterius cauſæ, vtputa, quia hæc inferiora ſunt ſupercęleſtibus ſubdita. ex concurſu generationis iſtius ad conſtellationem cōtrariam, poterit impediri generatio eius. Ideo dictum eſt in 2. de Gen. Quia non omne generabile de neceſſitate generabitur. Ex concurſu ergo huius conſtellationis contrariæ, vel ex concurſu alterius cauſę impedientis, poterit fieri corruptio in ſemine, & eſſe defectus in generatione.

A & quia tales concurſus inopinati, & per accidens, hec reducuntur in aliquam cauſam certā per ſe, ideo naturali cognitione, nec Angelus, nec Dæmon poteſt tale contingens cognoſcere in ſuis cauſis.

Tertiò certitudinaliter naturali cognitione, non poterunt cognoſcere contingens innatum, vel contingens ſæpè. Num eo ipſo, q talia contingentia poſſunt impediri, & aliquando impediuntur, non habent omninò neceſſariam cauſam, & de ipſis per ſuas cauſas certitudinalis cognitio ab Angelis haberi non poteſt. Quartò etiam de ipſo futuro neceſſario naturaliter non omnimodam certam cognitionē habeat. Illud enim vocamus futurum neceſſarium, quod ſm hunc ordinem, quē videmus, impediri nō poteſt, ſicut ſunt eclypſes ſolares, vel lunares, ortus, & occaſus ſiderū, &c. hmōi. Pōt enim de talibus eſſe ſcientia omninò certa in vniuerſali, quārum ad ſuas cauſas, vt q hmūi coniunctio hmōi eclypſim cauſat. Sed q hæc eclypſis tali hora eueniat, omnimodam certitudinem naturaliter creatura non habet, eo q etiam in talibus aliquando accidit aliquid præter naturæ curſum, vt bellante Ioſue, Sol ſtetit, vt habetur in Ioſue in horologio Achaz reuerſus eſt Sol x. Lineis per gradus quos deſcenderat. In paſſione domini eclypſatus eſt Sol in pleniluuio. Propter quod dicit Dion. in Epiſtola ad Policarpum, quòd non erat tunc tempus conuentus, ideſt non erat tūc tempus, q deberēt conuenire Sol, & Luna. Nullum ergo futurum eſt, q per ſuperiorem cauſam non poſſit impediri, exqūo ſub futuritione cadit. ergo & de talibus omnimoda certitudo naturaliter non poteſt haberi à creatura, quia in ſuis cauſis creatis, quas creatura poteſt naturaliter cognoſcere, omnimodam ſtabilitatem non habent. Sed quæ futura ſunt ſecundum diuinam prouidentiam, & ea, quę ibi relucent, nullo modo impedientur. quia omnia relucent ibi tanquam præſentia, propter quod omnia ab eo præuiſa, & ordinata, ſm q huiuſmodi quandam neceſſitatem habent, quantūcunque in ſe ſint contingentia. quia, vt diximus, totus deſcurſus rerum ad Deum comparatur tanquam ad præſens: & omne præſens, ſm quòd huiuſmodi, eſt quid neceſſarium, ſicut omne, qđ eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe. Quæ ergo videntur in ipſo Deo, vel, quæ Deus reuelat ſic futura eſſe, poſſumus certitudinaliter ſcire: ſed quęcunq; futura ſunt, ſecundum q huiuſmodi, naturali cognitione nō oīmode certè ſciri puſsūt à creatura.

Habito, q Dæmones, vel etiam Angeli naturaliter de futuris in ſuis cauſis omnimodam certam cognitionem non habent, volumus oſtendere, q futura in ſe non cognoſcunt.

Aduertendum tamen, q cum dicimus Angelos naturaliter nō cognoſcere futura in ſuis cauſis per certitudinem, hoc ideo verum eſt, quia talia ſecundum, q huiuſmodi poſſunt impediri. quia ergo plus impeditur cōtingens raro, quàm ad vtrumlibet: & plus cōtingens ad vtrumq; q̄ contingens innatum, vel ſæpè: & plus tale contingens,

Ioſue. c. 10. Eclypſis in paſſione dñi fuit in pleniluuio. 1. Perihet. ſub finem.

tingens, quàm id, quod est necessarium secundũ naturæ cursum, oportet in cognitione talium futurorum prout cognoscuntur in suis causis, adesse gradus quosdã. Suppositis ergo talibus gradibus in cognitione futurorum per suas causas: volumus declarare, quòd huiusmodi futura in se angeli naturaliter non cognoscunt. Nam quicquid cognoscitur, oportet, quòd sit præsens cognoscenti, & quòd comparetur ad cognoscens tanquàm ad præsens: & quia, quod est futurum potest habere præsentem causam, poterit de futuro haberi cognitio per suam causam, sed tunc de ipso futuro haberetur cognitio secundum se, quando ipsum futurum in se esset, vt quid præsens cognoscenti, vel compararetur ad cognoscens tanquam ad præsens, quod in solo Deo veritatẽ habet. Quod dupliciter declaratur. Primo ex parte cognoscentis. Secundo ex parte cognoscibilis.

A

B

Exemplũ pulcherrimum ad declarandum, creaturam nullam habere cognitionem de futuris, sed de præteritis.

Prima via sic patet: Imaginabimur enim, vt communiter ponitur, quòd sic se habent res in ordine vniuersi, sicut se habent aliqua ordinata in loco, vt si essent multi homines, vt puta centum, vel mille linealiter dispositi, vnus ante altum, quilibet videret, quod est ante se, nullus autem, quod est post se. Sed si esset aliquis humo extra ordinem illum, quia non cõpararent ei illi homines, aliqui, vt anteriores: aliqui, vt posteriores: totum illum ordinem hominum sic linealiter dispositorum vno intuitu contueri posset. sed quia nulla creatura est absoluta ab ordine vniuersi: potest creatura naturali cognitione cognoscere, quæ fuerunt ante, vt, quæ fuerunt in præterito, non autẽ quæ erũt post in futuro. Cuilibet ergo creaturæ tãquàm existenti in hoc ordine, futura respõdent, vt futura: & præterita, vt præterita. sed Deus, qui est supra istum ordinem, totum hunc ordinem vno intuitu contnetur, & oĩa principaliter videt.

C

Secũda via ad hoc idem sumitur ex parte rei cognoscibilis, vel ex parte obiecti cognitionis. Dicere enim possumus, quòd omnis creatura intuetur aliquid extra se. Nam quælibet creatura habet alia à se tanquàm principale suæ cognitionis obiectum. Solus autem Deus non nisi seipsum tanquàm principale obiectum cognitionis cognoscit, & cognoscendo se, cætera alia intuetur. Vnde, & Aug. 83. q. quæstione de ideis dicit: Non enim extra se positum quicquid intuebatur, vt secundum id constitueret, quod constituebat. Nam hoc opinari, vt ait, sacrilegium est. Deo ergo nmnia sunt præsentia, quia omnia intuetur à seipso, qui sibi maximè præsens est. Ideo ita vocat, quæ non sunt, tanquàm ea, quæ sunt, vt dicit ad Romanos. quia omnia in se præsentialiter videt: ita, q̃ & futura, & præterita ibi nõ expectantur nec prætereunt, sed omnia ibi præsentialiter cernuntur. Vnde Aug. 15. de Ciui. Dei. ait, quod Deus omnia nouit, vt nec ea, quæ dicuntur præterita: nec ea, quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur, vt veniant, sed & præterita, & futura cum præsentibus sunt cuncta præsentia, & in vno conspectu simul præsto sunt vniuersa. Sed quælibet creatura, & etiam ipsi angeli habent aliquid aliud tanquàm principale obiectum. Nam naturæ rerum, quarum habent species, sunt principale obiectum cognitionis ipsarũ. Cũ ergo oẽs huiusmodi naturæ, vel quãtũ ad essentialia, vel quãtũ ad accidẽtalia habeãt & p̃teritionẽ, & futuritionẽ in suis suppositis; quia aliqua ibi prætereunt, & esse desinũt, aliqua adueniunt, & esse incipiunt; necesse est ipsus angelus non habere omnia præsentia, nec naturali cognitione omnia præsentialiter intueri. Quia ergo, vt diximus, ille cognoscit futura in se, cui futura non sunt futura, sed præsentia: quia quicquid actualiter cognoscimus, actualiter, & præsentialiter representatur nobis; nulla creatura futura in se naturaliter cognoscit, nec cognoscit ea certitudinaliter in suis causis. Ideo talium naturaliter plenam cognitionem non habet. Sed si ipsum Deum posset videre naturaliter, haberet de eis naturalẽ cognitionẽ, & certã.

D

Anima subsistens in æternitate, operatio autem in tempore.

Resp. ad arg. Ad primum dicendum, quòd intelligentia participatur æternitati. Quia operatio eius non mensuratur tempore propriè sumpto, sicut mensuratur operatio animæ. Nam operatio animæ est mouere corpora: motus autem corporum mensuratur tempore propriè sumpto. Ideo dicitur anima esse in orizonte æternitatis, & esse inter tempus, & æternitatem, quia substantiam habet in æternitate, & operationem in tempore. Sed operatio intelligentiæ, quæ est intelligere, non cadit sub tempore propriè sumpto, ideo tota dicitur esse in æternitate, nun q̃ in operibus eius nõ sit aliqua successio, sed quia secundum operationẽ non cadit sub tempore propriè sumpto. Igitur quia intelligentia successionem habet in operibus suis, non omnia intelligit vno intuitu, & simul: nec oĩa respondent ei, vt præsentia, p̃p qđ de ipsis futuris certã oĩmode cognitionẽ nõ hẽt.

Ad secundũ dicendũ, q̃ id, qđ præsentialiter cognoscit, cognoscitur actu & præsentialiter representat cognoscẽti. p̃p qđ nec Deus certè cognosceret futura, nisi futura se haberẽt ad eũ qua si præsentia. Peccabat ergo argumẽtũ ẽ materia, & accipiebat falsa. Nã & Deus nõ cognosceret futura, nisi se haberẽt ad Deũ, vt præsentia. Et si angelus hẽt species futurorũ, nõ cognosceret p̃ species illas huiusmodi futura, nisi qñ fient præsentia, vel nisi quia sunt in suis causis, vt præsentia, & illa, q̃ necessario ſm hũe ordinẽ, qnẽ videm⁹, euenient, & q̃ hoc modo impediri non possunt, de talibus possunt habere certã cognitionẽ sub hac conditione, nisi Deus naturæ cursum vellet aliter immutare: vel possunt habere certã cognitionem, si reuelatum sit eis, q̃ in talibus nõ immutabitur ordo rerũ. habẽt itaque angeli naturaliter cognitionẽ de futuris, qñ incipiunt præsentialiter esse, quã nõ habebãt qñ futura erant. sed hoc nõ est, q̃ cognitionẽ accipiãt à rebus, sed quia res ipsæ mutatæ sunt, & incipiũt representari p̃ species illas, quæ prius non representabantur.

Ad

Tom. 4.

Rom. 4.

To. 5. c. 7.

Ad tertium dicendum, quòd omnis intellectus dicitur habere abstractionem secundū hic, & nunc: sed aliter hoc est in Angelis: aliter in hominibus. In hominibus enim est huiusmodi abstractio, & quātum ad species intelligibiles, quæ non habent esse hic, & nunc: & quantum ad ipsa obiecta cognoscibilia. quia intellectus noster recto aspectu non cognoscit nisi vniuersalia, sed intellectus Angeli habet abstractionem quantū ad species intelligibiles, non autem quantum ad ipsa obiecta cognoscibilia. Nam & ipsa singularia recto aspectu cognoscit: & ideo, cum sunt præsentia, offerunt se intellectui angelico, non autem cum sunt futura, nisi habeant præsentes causas, in quibus certitudinaliter cognoscantur.

Ad quartum dicendum, quòd licet species in mentibus Angelorum derivatæ sint ab ideis diuinis, valde tamen deficiunt ab huiusmodi ideis, nec eodem modo comparantur res ad intellectum Angelicum, qui nō omnino est à tempore liber: & ad Deum, qui totum tempus præsentialiter intuetur.

ARTIC. II.

An Angeli cordium cogitationes cognoscant. Conclusio est negativa.

Ægid. de cogn. Ang. q 11. D. Tho. 1. p. q. 57. artic. 4. Et 1. sen. d. 7. q. 1. artic. 2. Et de Ver. q. 8. artic. 13. Et de Malo, q. 16, artic. 8. Henr. Gand. Quol. 3. q. 13. Gabriel lect. 31. can. 10. Et d. 13. q. 2. artic. 4. D. Bonauen. d. 8. p. 2. artic. 1. q. 6. Ric. d. 8 q. 20. Holzoth. 2. sen. q. 4, Capr. d. 8. q. 1, Th. Arg. d. 7. q. 1. artic. 2. Greg. d. 9. q. 1. Dur. d. 8 q. 5. Barth. Syb. cap. 7. Dec. 3 q. 2.

SECVNDO quæritur: Vtrum Dæmones, vel Angeli naturali cognitione cognoscant cogitationes cordiū. Et videtur, quòd sic. quia sicut corpus figuratur nunc per hanc figuram, nunc per illam: ita & intellectus figuratur per speciē, per quam actualiter intelligit, nunc per istam, nunc per illam. Sed nos nunc possumus cognoscere figuras, per quas figurantur corpora, ergo & Angeli habentes intelligibilem cognitionem de rebus intelligibilibus, cognoscent species, per quas actu formatur intellectus. propter quod scient, de quibus actualiter cogitamus.

Præterea cognitio est per assimilationem, sed constat, quòd maior est assimilatio specierum in mente Angeli ad species intelligibiles in nobis, vel in mente alterius Angeli, quàm ad formas sensibiles in materia existentes. sed potest angelus per species, quas habet apud se, cognoscere formas in materia existentes, ergo potest per illas species cognoscere species intelligibiles in mente nostra, vel in mente alterius Angeli, & per consequens scire poterit cogitationes mentis.

Præterea Angeli, sive boni, sive mali, cognoscunt effectus in suis causis. cum ergo ipsi cognoscant substantiam animæ nostræ, vt potentias, & habitus. si qui sunt ibi, cognoscent & cogitationes, quæ causantur ex istis.

Præterea actus est magis cognoscibilis, quàm habitus, & quàm potentia, quia actualior est. cū ergo Dæmon, vel Angelus cognoscat potentias, & habitus in nobis existentes, multo magis cognoscet actus, & cogitationes, quia actualiores, & per consequens cognoscibiliores.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Hier. Regum: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus. Hie 17 Reg 2. Reg 8.

Præterea 1. ad Corint. ait Apostolus: Quę sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis, qui est in ipso. sed cogitationes nostræ maximè sunt nostræ, & maximæ sunt intimæ nobis, ergo minimè sciunt ab vllo alio spiritu creato, nisi à spiritu nostro, quia solum spiritus noster est in nobis, siue in ipso. Nullus autem alius spiritus creatus est, vel esse potest in ipso. Corint. c. 2.

RESOLVTIO.

Angeli cogitationes nostras in se, siue per se naturali quadam cognitione videre haudquaquam possunt, sed quibusdam tantum signis, nobisque ignotis, eas quodammodo, sed non certitudine, cognoscunt.

RESPONDEO dicendum, quòd Aug. si superficialiter considerentur eius dicta, videtur sibi in hac materia contradicere. Nam in lib. de Eccles. Dogma. dicit internas animæ cogitationes Diabolum non videre, certi sumus. In 12. tamen super Gen. ait, quòd illi, idest, spirituales substantiæ sive Dæmones, nostras cogitationes etiā, si nolumus, nouerunt. nos autem cogitationes ipsorum, nisi nobis ostendantur, nosse non possumus. Tomo 1. Tomo 4.

Ad solvendam ergo hanc controuersiam, dicemus, quòd ipsas cogitationes in se, naturali cogitatione, nec Angeli, nec Dæmones videre possunt. per quædam tamen signa, etiam nobis inuitis, nostras cogitationes sciunt, propter quod veritatem habet dictum Augustini negantis Dæmones cogitationes nostras scire, si accipiantur in se, & veritatem habet dictum eius hoc affirmantis, quòd nobis inuitis cogitationes nostras cognoscant, si loquamur de cognitione cogitationum non per se, sed per quædam signa: hæc ergo duo declarabimus in quæstione præsenti.

Propter primum sciendum, quòd Angeli ipsas cogitationes in se non cognoscunt. Vident enim intellectum nostrum, & species intelligibiles, quas habemus apud nos, & vident etiam, qua specie, vel quibus speciebus vtimur. Nam secundum

ſecundum doctrinam Aug. in pluribus locis de Trin. cum actualiter aliquid cogitamus, a ſpecie, quæ eſt in memoria, fit aliquid ſimile in intellectione. Poteſt ergo Dæmon, vel Angelus videre, qua ſpecie vtimur videndo in ipſa intellectione, cui ſpeciei aliquid ſimile efficitur. Videntur enim negare, etiam magni dicentes, ꝙ ſpecies intelligibiles cognoſcunt, ſed non vſum earum. Quia ſi appellant vſum ſpecierum ipſas cogitationes, ita ad hoc vtimur ſpebus ad cogitandũ, ſicut vtimur equo ad equitãdum, tunc ſupponitur, quod quæritur. Sed ſi appellant vſum ſpecierum, quia neſciunt, qua ſpecie vtamur ad cogitandum, patet falſum eſſe, quod dicitur. Nam illa ſpecie vtimur, cuius ſimilitudo in intelligentia gignitur, & quia hoc clare cognoſcunt Angeli de intellectu noſtro, & Angeli ſuperiores de inferioribus, licet non inferiores de ſuperioribus, quia non poſſunt eorum conceptus comprehendere: Videtur ergo, ꝙ Angeli de nobis, & ſuperiores Angeli de inferioribus, ipſas in ſe cogitationes ſcirent, quia clarè cognoſcunt, qua ſpecie vtimur.

Aduertendum igitur, ꝙ idem eſt rem aliquam eſſe indeterminatam, & determinationem eius eſſe ignotam. Sicut ergo Angeli neſciunt res futuras, antequam determinentur, & fiant præſentia, & maxime futura contingentia, quæ poſſunt eſſe ſic, & aliter. ita neſciunt cogitationes noſtras, non quòd ipſę determinatę non ſint, ſed quia earum determinatio Angelis non eſt nota. Dicemus enim, ꝙ quia per vnum, & idem nullo modo in re mutatũ, poſſumus cogitare multa, quantucunque illud ſit notum Angelo, poterit ſcire in generali, ꝙ cogitamus de hoc, vel de illo: ſed in ſpeciali, de quo cogitemus, ſcire non poterit. ex quo non aliter offertur ei hęc cogitatio, quam illa, ſed ex mera voluntate noſtra dependet, vt cogitemus hęc, vel illa. quia ergo ſecundum Philoſophum, rectum eſt iudex ſui, & obliqui, per ſpeciem recti poſſumus cogitare de recto, & per eãdem ſpeciem non mutatam poterimus cogitare de obliquo. immo nihil habet obliquam ſpeciẽ, per quam cogitet propriam, ſed ſcitur per ſpeciem recti. Talia enim, quæ priuatiuè ſciuntur, non in ſpecie, ſed in eius priuatione ſumitur, vt dicit Aug. 12. de Ciui. Dei. Si ergo eſſet vna vox ſignificans rectum, & obliquum, audientes huiuſmodi vocem ſcirent, ꝙ profetetus eã loqueretur de recto, vel obliquo, ſed neſcirent, de quo ſpecialiter loqueretur. Dęmones ergo, vel Angeli, videntes ſpecies in intellectu noſtro, & videntes, quòd ſimilitudo ſpecierũ eſt in intelligentia noſtra, ſciunt, quòd vtimur ſpecie recti ad intelligendum, ſed neſciunt, de quo ſpecialiter cogitemus: Vtrum de recto, vel de obliquo, cum per eandem ſpeciem poſſint vtrunque intelligi. Et quod dictũ eſt de intellectione ſimplicium, veritatem habet de intellectu componente, & diuidente. Nam ſicut priuationi non reſpondet ſpecies, ita negationi non reſpondet ſpecies. Sicut enim per eandem ſpeciem intelligimus rectum, & non rectum, ita per eandem ſpeciem intelligimus, hoc eſſe, & non eſſe: vt ſi volumus intelligere hominem eſſe album, vel non eſſe album, componemus ſpeciem hominis cum ſpecie albi: & ſicut per album poſſumus intelligere album, & non album: ſic per ſpeciem albi compoſitam cum ſpecie hominis, poterimus intelligere hominem eſſe album, vel non eſſe album: & quia ſpecies albi componitur cum ſpecie hominis ex mutatione facta in re; ideo in eo, quòd ſit mutatio in re: ex quo res ſunt cognitæ per Angelum, erũt & illa cognita ſibi. Cum enim vtimur ad cogitandũ ſpecie hominis, & ſpecie albi, videt Angelus, quibus ſpeciebus vtimur: quia ex hoc aliqua mutatio facta eſt in re, eo, quòd in noſtra intellectione ſit ſimilitudo huius ſpeciei, & illius, quibus actualiter vtimur. Verum quia ex eo, quòd intelligendo affirmationem, vel negationem, nulla mutatio ſit in re: videns Angelus in intelligentia noſtra, factam eſſe ſpeciem hominis, & albi; ſcit, ꝙ cogitamus de homine, & de albo. verum quia per ſpeciem albi poſſumus intelligere album, & non album; neſcit vtrum cogitemus hominẽ album eſſe, vel nõ eſſe: & ſi videt in intellectione noſtra fieri ſpeciẽ inimici, & fugę, ſcit, quòd cogitamus de inimico, & fuga: ſed neſcit, vtrum cogitemus inimicum fugere, vel non fugere. Modica eſt ergo cognitio, quando neſcit hoc, vel oppoſitum.

Iam enim determinatum eſt facta, quia determinamus nos ipſos ad cogitandum de hoc, vel oppoſito. ſed huiuſmodi determinatio non eſt nota ſibi, quia nulla mutatio ex hoc fit in re, ſed per idem, ſecundum meram voluntatem noſtrã facimus hoc, & illud.

Eſt enim diligenter notandum, ꝙ ſicut per eãdem ſpeciem intelligimus hoc, & oppoſitum: ita per eandem affectionem ferimur in vnum oppoſitorũ, & in aliud: vt ſi in intellectione noſtra ſit ſpecies inimici, & fugę, optime videbit Angelus, vt diximus, ꝙ cogitamus de inimico, & fuga. ſed vtrum hoc cogitemus affirmatiuè, vel negatiuè, vt vtrum cogitemus inimicum fugere, vel non fugere, ignorabit, quia per idem poterimus facere hoc, & illud: ſic, ſi fiet aliqua affectio in ipſa voluntate, & illam affectionem videbit Angelus. Verũ quia ſicut ex parte intellectus per idẽ poſſumus cogitare hoc, & oppoſitum: ita ex parte affectionis poſſumus ferri in illud, vel in oppoſitum. Nã nec ex parte cogitationis, nec ex parte affectionis, priuatio habet ſpeciem, ſed idem erit iudex ſui, & obliqui. Et quia non videbit aliquid aliud ex parte intellectus, vel ex parte affectus in intelligendo, vel ſecundum affectionem rendendo in hoc, vel oppoſitum, neſciet determinatè cogitationẽ noſtram de hoc, vel de oppoſito. Et ſi non poteſt ſcire Angelus de homine, multo minus ſciet (naturaliter loquendo) vnus Angelus de alio, eo, quòd plura intelligit Angelus per vnam ſpeciẽ, quàm nos. ipſe enim non intelligit diſcurrendo, ſed in cauſa intelligit effectum non componendo, ſed in ſubiecto intelligit proprietates nũ applicando ſe ad phantaſmata, ſicut nos intelligimus ſingularia. ſed ipſe intelligendo naturã,

Angeli cur non cognoſcant futura contingentia, nec cogitationes.

1 de anima. Tex. 15.

Tomo 5. Cap. 8.

Priuatio, & negatio ſpeciem propriã non habent.

Noſtra pulchra ſimilitudo.

Angeli nec alterius Angeli, nec hominis cogitationes vident.

intelligit,& ſingularia illius natutæ.habet etiam, & quod nos habemus,excellentius nobis, quòd per idem poteſt intelligere affirmatiouem, & negationem. In quolibet autem horum poteſt ſe ſtgere ſecundum conſiderationem, vt ſi per ſpeciem roſę intelligit effectus roſæ, & proprietates eius, & ſingularia ipſa, & hoc ſm affirmationem,& negationem Angelus ſuperior comprehendens ſpecies Angeli inferioris, videſ in intelligentia eius fieri ſimilitudinem ſpeciei roſæ,ſcit, quòd vtitur huiuſmodi ſpecie ad intelligẽdum, & nouit in quadã gñalitate, ꝙ vel cogitat de roſa in ſe,vel de effectibus eius gñaliter vel de aliquo eſſectu ſpecialiter, vel cogitat de proprietatibus roſæ in generali,vel de aliqua proprietate in ſingulari,vel de ſingularibus roſis, vel de aliqua ſingulari roſa,& hoc vel ſecundum affirmationem, vel negationẽ, ſed quod horum ſit determinatè, & ſpecialiter neſcit.

Angeli cogitationes cordiũ per ſigna cognoſcunt Idque exẽplo declaratur.

Viſo quomodo Angelus nec alterius Angeli, nec hominis videt ipſas cogitationes in ſe, volumus declarare, ꝙ ⁊ cogitationes hominis,etiam nobis inuitis,ſcire poteſt per quædam ſigna, vt ſicut exemplum poſuimus, cũ ſit in intellectione hominis ſimilitudo inimici, & fugit hominem illum cogitare de inimico, & fuga: ſed neſcit, Vtrum hoc cogiret ſecundum affirmationem, & negationem, poterit tamen p quædã ſigna hoc cognoſcere, vt ſi videat corpus ſic cogitãtis calefieri,quia calidi eſt ſe diffundere,& audere,ſtatim videbit,ꝙ cogitat negatiuè, & cogitat inimicum non fugere: ſed ſi videat corpus eius infrigidari, cognoſcet ipſum eſſe timidum, & cognoſcet ipſum cogitare de fuga affirmatiuè, vt quia cogitat inimicum fugere. Exemplum groſſum poſuimus,tamen quia vix,aut nunquam eſt aliqua cogitatio in nobis,de qua non reſultet aliquod ſignum in corpore: præter etiã phantaſmata quibus vtimur ad cogitandum, quæ ſigna non ſunt Angelis ignota, dicũtur, nobis inuitis,ſcire cogitationes noſtras, non quia eas videant in ſe, ſed quia per quædam ſigna eis nota huiuſmodi cogitationes deprehendunt. Siquis enim diuturnam conuerſationem habuiſſet cum aliquo homine,ſtatim videndo in ipſo aliquas mutationes faciei,poſſet de cogitationibus eius multa cognoſcere. Et ſi apparent huiuſmodi ſigna in facie,qñ ſunt cogitationes fortes,ex valde leuibus cogitationibus,apparẽt aliqua in interiori corpore,quę Angelos latere non poſſunt.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, ꝙ intellectus ſiguratur per diuerſas ſpecies,ſicut corpus per diuerſas figuras, tamen figuræ corporales ſunt determinatę magis, q̃ ſpes intelligibiles, quia linea recta non eſt linea tecta, & obliqua,ſed per eãdem ſpeciem intelligimus tectum, & obliquum.quare ſi Angelus,vel nos ipſi determinate cognoſcimus figuras corporum, nõ oportet, ꝙ Angelus determinate cognoſcat cogitationes noſtras per intelligibiles ſpecies.

Ad ſecundum dicẽdum,ꝙ Angelus ipſas ſpecies intelligibiles cognoſcit, ſicut & figuras corporum, tamen quia per eandem ſpeciem poſſumus intelligere hoc,& oppoſitum,licet ipſas ſpecies videat,& etiam cognoſcat ſpeciem, qua vtimur,non tamen cognoſcit determinate,quid per illam ſpeciem cogitemus.

Ad tertium dicendum, ꝙ Angeli cognoſcunt effectus in ſuis cauſis,ſi determinatè habeant eſſe in illis: effectus autem contingenter euenientes, quia non determinate reſpiciunt ſuas cauſas,antequam per eorum euentum determinentur certitudinaliter,ſcire non poſſunt. verum quia idem eſt aliquid eſſe indeterminatum, & determinationem eius eſſe ignotã,quantuncunque per ſpeciem recti determinatè cogitemus de recto, vel de obliquo, quia iſta determinatio nõ manifeſtatur nec in intellectu, vbi per eandem ſpeciem poteſt cogitari hoc, & illud: nec in voluntate, vbi eandem affectionem realiter poſſumus ad plura referre, ideo talia determinatè Angelo non ſunt nota,ſed hoc ſolum nobis eſt notum,quot ſic nos determinamus, & ſic referimus, quæ in nobis ſunt,& per amplius ipſi Deo,qui eſt magis inſpector actionum noſtrarum,quàm nos ipſi.

Ad quartum dicendum, quòd quantuncunq; cogitatio ſit actualior,quàm potentia, vel quàm habitus;tamen non poteſt hoc eſſe notum Angelo,niſi qua ratione habet eſſe determinatum, vel qua ratione eius determinatio eſt nota: & quia ignota eſt Angelo determinatio cogitationũ,poteſt ſcire naturam cogitationum,ſicut ſcit naturã calidi,& frigidi, vel aliarum rerum importantiũ actualitatem,& perfectionem intelligibilem, vel ſenſibilem: hanc autem cogitationem determinare,cuius determinationem ignorat, ſcire nõ pót.

ARTIC. II.

An Angeli in ſua cognitione poſſint errare. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 58. ar. 5. Et 64. ar. 1. Et de Ver. q. 8. art. 14. Et de Malo q 16. art. 5. corp. D. Bonau. d. 7. art. 1. q. 1. Holkoth 2. ſent. q. 4. arg. 1. prin.

TERTIO quæritur de cognitione Dæmonis quantum, ad eius indicium. Vtrũ poſſit ibi cadere error. Et videtur, ꝙ non. qa ſecundum Diony. 8. de Ange. Hierarchia, & etiam 7. Angeli ſunt intellectus, deiformes.ergo ſunt intellectus ſimplices: ſed circa intellectum ſimplicium non cadit falſitas, iuxta illud in 3. de anima: Indiuiſibiliũ itellectio in his eſt, circa q̃ nõ eſt falſum. Si ergo in noſtra intellectione ſimplici nõ eſt falſitas,multo magis hoc nõ erit in intellectione Angeli,quæ eſt ſimpliciot. 3 de anima. Tex. c. 21.

Prætera ſecundum eundem Philoſophum in eodem tertio: Intellectus ſemper eſt verus: Cum ergo Angeli non intelligant diſcurrendo, & ad omnia ſe habeant, vt intellectus, Tex. 16.

ad

ad oihil autem se habeant, vt ratio, & vt quid discurrens, videtur, quòd ibi falsitas esse nõ possit.

Præterea Angeli habẽt cognitionem & de naturalibus, & de supernaturalibus. Nã in primaria eorũ cognitione cognouerunt, ꝙ facti erant, quud erat secundum eorum naturam, & a quo facti erant, qđ erat eis supra naturã, sed in nullo horum potest esse falsitas. Nam in Metaph. vult Philosophus, quòd in cognitione substantiarum separatarum nõ est falsitas, sed simplex defectus. Cum enim volumos intelligere illas, cum simplices sint, non intelliguntur secundum affirmationem, vel negationem, secundum quæ hẽt esse falsitas, sed vel se totę offerunt. Quia simplices sunt, & tunc non est ibi falsitas, aut nihil de eis se offert, & tunc etiam non erit ibi falsitas, sed simplex defectos. Qoare si nos respectu intelligentiarum non possumus habere falsitatem, sed simplicem defectum, Angeli respectu diuinorũ, quæ sunt eis supernaturalia, non poterunt habere falsitatem, sed simplicem defectom. sed si Angeli relicti naturæ suæ, vel etiam Dæmones, quãtum ad supernaturalia non habeãt falsitatẽ, multo magis non habebunt eam quantum ad oatalia, ergo &c.

Angelorum cognitio nõ admittit falsitatem, sed defectũ ex Arist 9 Met. Tex. c.12.

* Recipiens dẽt esse secundum à natura recepti, Glossatur ab Auer. 2 de anime c.4. & 3 ex li 67. & 2. de anima 67. Vide supra D.8. 2. q.2. art. 3 Et vide pro hoc Theor. Zimara.

* Præterea omne, qđ recipitur in aliquo, recipitur fm modũ rei recipientis, quicquid ergo recipietur in natora angelica recipietur secundũ modũ naturæ suæ, & quia in naturali cognitione non decipitur, ergo nec in cognitione alia, cũ recipiatur in ea secundum modum naturæ suæ, decipi poterit.

In contrarivm est, quia sicut se habet voluntas ad suum defectum, sic & intellectus, sed defectus volontatis est culpa, defectus intellectus est error. Cum ergo voluntas Dæmonis pomerit deficere, & defecit per culpam, intellectus eius potest deficere, & multoties drficit per errorem.

Præterea secundum Grego. in Pastorall: Menti per sntorem ebriæ, peruersnm videtur esse rectum. Sed mẽs Dæmonis, est per furorem ebria, cum in 4. de di. no. dicatur, ꝙ malum Dæmonis est furor irrationabilis: cõcupiscentia demẽs, ergo saltem Dæmon ratione ptauitatis culpæ poterit iudicando errare.

RESOLVTIO.

Angeli cum omnia certitudine non cognoscant, eos quandoque in iudicio, & cognitione errare posse dicas licet.

Respondeo dicẽdum, quòd hæc quæstio specialiter quæsita est de Dæmonibus, quia ipsi sont derelicti naturæ suæ, non adiuti per gratiam, sed deprauati per culpam, ideo de ipsis est specialiter dubium, vtrum ita sint deprauati per culpam, quòd in eorum iudicio cadat error.

Dæmonum scientia. Tomo 3.

Propter quod videndum est, qua scientia vigent Dæmones, vt clarius possimus scire, quomodo possint iodicando errare. Augusl. 2. super Gen. ad litteram circa finem ait, Dæmones vigere acumine sensus, experientia callidiore. Et quia a sanctis Angelis discunt, iussu Dei eis aliqua reuelantibus, ideo etiam multa sciunt reuelatione superiorum spirituum. hoc idem quasi per eadẽ verba dicit Isido. de sommo bono lib. 1. c. 10. ꝙ pteuaricatores Angeli, sanctitate ammissa, non ammiserunt viuacem sensum angelicæ creaturæ, sed triplici modo præscientiæ vigent, subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernarum potestatum, siue spirituum.

Dicuntur enim scire subtilitate naturæ, causas, & defectus determinatus in causis. Experientia tẽporũ dicuntur multa scire de his, quæ non sunt determinata in causis. Nam licet cognitionem non accipiaut a rebus; aliqua tamen sciunt rebus prouenientibus in esse, quæ prius, quã euenirent, ignorabant. Non quòd à rebus aliquã speciem accipiaut, sed quia eorum species intelligibiles non ducunt in cognitionem rerum, nisi vt habent esse determinatum. Vnde futura contingentia, quia determinantur cum fiunt præsentia, incipiunt esse nota Angelo: cum iam determinãtur præsentialiter per esse, quæ erant ignota, cum nondũ habebãt esse. Reuelatione aũt superuorũ spirituum sciunt, quæ eis de contingentibus reuelantur. Cum ergo non omnia fiut determinata in suis causis, nec omnia reuelentor per superiores spiritus, Dæmones non omnia certitudinaliter sciunt, immo nec ipsi Angeli bona omnia certitudinaliter nouerunt, immo continuè superiores illuminantur a Deo, cum accipiunt cognitionem aliqnorum, quæ prius nesciebant. Nam illuminatio est diuinæ scientiæ acceptio, vt dicit Dionysius de Angel. Hierar. c. 7. & ipsi superiores illuminati, purgant, illuminant, & perficiunt inferiores. Verum quia Angeli boni, vt communiter ponitur, habent ordinatum appetitum, nõ mouent se ad iudicandum de aliquo, quod excedat cognitionem ipsorum, sed petunt in hoc doceri a superioribus, vel expectant in hoc volnntatem diuinã. Sed Dæmon, cuius malum est, vt dicitur 4. de diui. no. concupiscentia demens, Phãtasia proterua, & sutor irrationalis. est enim malum eius concupiscentia demens, proponendo sibi malum hiuem. Phantasia proterua irreuocabiliter adhęrendo illi fini. Furor irrationalis immoderatè, & qualitercunque se ingerendo, vt possint habere huiusmodi finem. Quia ergo tales sunt, non habent intellectum omnino regulatũ, vt noliut de aliquo temere iudicare, sed vltro se offerunt ad videndũ de his, quę non plenè subijciuntur eorum scientię, propter quod, & fallnntur, & fallunt. Vnde & Augu. 11. super Gen. dicit ipsum superbia tumidum, & mẽte cęcum. Nam ex tumore superbię fit cęcus in mente, vt velit iudicare de his, quę non plene nouit, & sic decipiatur, & erret, quod conuenit & practicè, & speculatiuè, practicè quidã quando existimat aliquid appetendum, quòd non est appetendũ: nt tumidus superbia, appetijt consequi beatitudinẽ per naturam, quam debuit velle consequi per gratiã.

Illuminatio quid.

Angelorum iudicio non potest esse falsum.

Dæmonum iudicio pót esse falsum.

Tomo 3.

Speculatiuè vero in eius intellectu potest error incidere: cum per superbiam præsumptuose iudicet de aliquo, quod non plene subijcitur eius scientiæ, vnde habet opinionem falsam.

RESP. AD. ARG. Ad primum dicendũ, ꝙ Angelus licet non intelligat componendo, & diuidendo, nec discurrendo; non tamen habet certam cognitionem de omnibus. Quantum ergo ad ea, quæ subsunt naturali cognitioni suæ, non errat, sicut nos errare possumus malè diuidendo idem, vel malè componendo. Potest tamẽ errare Dæmon quantum ad ea, quæ non plenè subsunt scientiæ suæ, de quibus præsumptuose iudicat, prout non deberet iudicare.

Ad secundum dicendum, ꝙ intellectus semper dicitur esse rectus, quia circa principia non cadit error. Nam sicut distinguitur Philosophus de voluntate, ꝙ voluntas est finis: eorũ autem, quæ sunt ad finẽ, dicitur esse aliquid aliud, vt electio: sic ipsorum principiorum dicetur esse intellectus. Sed conclusionum erit aliquid aliud, vt scientia, vel opinio. Circa principia ergo nõ erramus, nec Dæmon errat circa causas naturales, & circa ea, quæ naturaliter intelligit in causis, sed aliqua excedunt cognitionem suam, quia non sunt determinata in se, nec in suis causis. Ideo circa talia errare potest.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut circa intelligẽtias nos deficimus, ita, & circa Deum dicuntur Dæmones defectũ hẽre non attingẽdo ipm. quãmis ergo hoc non sit propriè falsitas, sed defectus est isto tamẽ defectũ potest oriri falsitas, quia potest opinari, qđ non est. & ideo in his, quæ Deus superoaturaliter facit in creaturis, & quæ suot cõtingenter futura in creaturis, potest intellectus Dæmonis deficere, & opinari falsum.

Ad quartum dicẽdum, ꝙ qđqđ recipit Angelus, recipit secundum modum suæ substãtiæ, vel naturæ, vel quicquid est in eo non est nisi hoc modo. & inde est, ꝙ habenies excellentiorem naturam, excellentiori modo cognoscunt, non tamen propter hoc sit, ꝙ eodem modo habeant cognitionem de supernaturalibus, sicut de naturalibus, & de futuris contingentibus, sicut de necessarijs: sed possunt, vt patuit, in talibus errare.

ARTIC. IIII.

An per Dæmones diuinationes fieri possint. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 2 sen. sent. d. 7. q. 2. art. 2. Et 2. 2. q. 172. art. 5. Tho. Arg. d. 7. q. 2. art. 4.

De hoc Aug. Tom. 3.

QVARTO quæritur de cognitione Dæmonum, quantum ad eorum diuinationem. Vtrum possint per eos diuinationes fieri. Et videtur, ꝙ non. Nam diuinationes sunt de futuris, sed vt patuit in qõnibus præcedentibus, Angeli futura nescium ergo nec diuinare possunt.

Præterea secundum Dam. lib. 2. c. 4. Dæmones futura non nouerunt, vnde & multa mentiuntur, quibus non oportet credere, ergo cum tales sint, non possunt diuinationes facere.

Præterea diuinatio non est nisi eorũ, quæ vel semper, vel vt plurimum sunt vera. Aliter enim & ignorates possunt diuinare, sed Dæmones quicquid agunt hoc faciunt, vt nos decipiant, & per consequens, vt plurimũ, dicunt falsa. Vnde Aug. Tome 3. 2. super Gen. circa finẽ sit, ꝙ ad decipiendos homines fit spirituum seductorũ operatio: &c.

Præterea diuinatio vel est de futuris, vel de occultis, sed Dæmones, vt diximus, futura nescitũ, & etiam occulta ignorant, quia nesciunt cogitationes cordium, ergo &c.

B INCONTRARIVM est, quia cũ anima abstrahitur a motibus corporeis, & alienata à sensibus, multa futura videt. Vnde & Aug. 12. super Gen. narrat de quodã grauiter patiente dolorem, ꝙ alienatus a sensibus multa futura vera prædicebat. sed cõstat, ꝙ potentior est in hoc Dæmõ, cum sit substantia omnino spiritualis corpori non vnita, quàm sit anima nostra, quantuncunque a sensibus alienata. ergo &c.

Præterea Medici multa prænosticantur de futuris, sed excellentiorem cognitionem habet Dæmon ex subtilitate suæ naturæ, quàm quicunque Medicus ex sua arte, ergo &c.

RESOLVTIO.

C *Dæmones futura diuinare non possunt, nisi coniectura quadam, qua cogitationes etiã nostras, medijs signis, effectibusq; scire possunt: perfectiori tñ modo, quam homo: tum ipsi melius virtutes siderum, naturasque rerum cognoscant.*

RESPONDEO dicendum, ꝙ diuinatio est circa ea, q̃ nõ sunt cõiter cognita, ex hoc aũt Dæmones diuinantes sunt, qa manifestãt aliqua nobis ignota. Sed quantum ad pñs spectat tripliciter sunt nobis aliqua ignota, vel quia occulta, vt cogitationes cordiũ, vel quia absentia, vt q̃ sunt longioqua, vel qa futura, vt q̃ nondũ euenerunt, nec sunt in seipsis, vel ĩ suis causis. Dæmones aũt non pñt certitudinaliter diuinare, sed p coniectu ꝝ de multis vera dicere q̃tũ ad occulta, q̃tũ ad absentia, & q̃tũ ad futura. Quantũ ad occulta q̃dẽ, qa ꝛc cõportũ est, Dæmones eouncialle cogitationes cordiũ. Vñ Aug. 12. super Gen. air: Certissimis tñ indicijs apud nos cõstat enũciatas esse a Dæmonibus cogitationes hoĩum. Et eo. li. infra dicit, ꝙ aũt si nolumus, nouerunt: Dæmones cogitationes oĩas. Rursus Dæmonibus non solũ sunt nota occulta, sed absentia, & remota. Vnde idem Aug. eo. li. 2. ait: Cæterũ alicubi longe iam facta pnunciãt Dæmones, q̃ post aliquos dies vera esse nuntiantur. Et ibidem dr: Comperimus in domo constitutum patientẽ, per spiritũ immundum dicere solere, de quodam, qõ ad eũ venire cœpisset, ex 12. milliaribus, per oĩa loca itineris vbi esset, & quando appropinquaret, & quãdo ingrederet domum, & cobiculum, donec in conspectu eius astaret. Si ergo patiens per spiritum immundum

Ignota nobis tripliciter sunt. Dæmonum diuinatio qualis. Super eodem d. q. 2. art. 2.

poterit

poterat ſic a remotis narrare loca omnia illi⁹ homi-
nis venientis ad ſe: cum hoc ageret per Dæ-
monem, Dæmoni ſunt nota abſentia. Sũt & Dæ-
moni nota multa futura. Vnde Auguſt. co. li. 12.
ſuper Gen. dicit: Nonimus etiam ſine dobitatione
frenetieum, futuram mortem cuiuſdam fœmi-
næ prædixiſſe, quam non vt futuram, ſed vt præ-
teritam recolebat. Nam cum apud eum, adhuc illa
viuente, fieret commemoratio de ea: ait frene-
ticus: Mortua eſt. ego inde eam efferri vidi:
poſt aliquos dies mortua eſt, & inde delata. Si ergo
hoc faciebat freneticus arreptus à ſpũ immũdo:
ergo ſpũ immundo ſunt nota futura. Si vero
hoc dixit, quia alienatus a ſenſibus, ac p hoc eius
aĩa ab iſtis corporalibus abſtracta, & elcuata, ſic
eius cognitio magnificata eſt, vt etiam futura cõ-
ſpiceret, multo magis hoc poteſt facere Dæmon,
qui minus eſt moie corporis itreritus.

Dæmones diuinare poſſunt. ex Auguſt. To. 3.

Poſſunt ergo per Dæmones fieri diuinationes
quantum ad omnia prædicta, videlicet occulta:
abſentia, & futura, aliter tamen, & aliter ſunt præ-
ſata nota Dæmonibus. Dicemus enim, q⁹ res tri-
pliciter poſſunt cognoſci, vel per ſeipſas, vel per
ſuas cauſas, vel per quædam ſigna, vel per ſuos
effectus. Dæmones enim de rebus occultis, vt de
cogitationibus noſtris cognitionem habent per
quædam ſigna, & per quoſdam effectus, vt ex eo,
quòd ex cogitatione facta in mente aliquid reſul
tat in corpore, vnde cognoſcit cogitationem illã:
ſed abſentia quantum ad locum cognoſcit Dæ-
mon in ſeipſis, quia præſentialitas, & longinquitas
loci cognitionem intellectualem non impedit: at de futuris cognitionem non poteſt habere in ſeipſis, vt quòd ei futura appareant tanqnã
præſentia, præcognitionem tamen habent de fu-
turis, & per cauſas, & per ſigna, excellentior tamẽ
eſt cognitio per cauſas, quàm per ſigna, eo, quòd
cognitio per ſigna reducitur in cognitionem per
cauſas. Arguere enim per ſigna, per ſe loquendo,
eſt arguere a poſterioribus. immediate ergo non
ſunt aliqua ſigna futurorum, ſed ſuot ſigna cau-
ſarum a quibus dependent futura.

Futura, abſentia, & occulta quo à Dæmonib⁹ cognoſcantur.

Vtroque quidem modo etiam homines poſ-
ſunt habere præcogoitionem de futuris, & per
cauſas, & per ſigna: per cauſas quidem Aſtrono-
mus, per ſigna Geomanticus. Aſtrooomus enim
æquato cœio, & videns coniunctiooes ſiderum,
à quibus dependent effectus iſti inferiores, mul-
ta de ventis, & pluuijs, & de alijs effectibus hu-
iuſmodi inferius à cęlo cauſatis poteſt prænoſti-
cando prædicere. Sed Geomanticus aliqua po-
teſt de futuris prædicere per ſigna, quæ non eſt
poſſibile immediate eſſe ſigna futurorum. Sed
ſunt immediate ſigna præteritum cauſarum, à
quibus dependent futura. videtur enim inuenta
fuiſſe ars illa, vt quia non poteſt indicare Aſtro-
nomus niſi æquato cęlo. quod potiſſime fit per
inſtrumenta Aſtronomica videndo aliqua aſtra,
quia nubiloſo tempore hoc fieri non poteſt. Inuẽ
ta fuit Geomantia, quæ veloci motu manos quẽ-
dam puncta deſcribit, quę poſtea reducit in ſi-
gna cęleſtia, vt quia quilibet motus tam manus,

Aſtronom⁹ & Geomãti cus quo futura cognoſcant.

quàm cuioſlibet membri dependet ex motu cęli:
ipſe motus manos, & puncta facta per huiuſmo-
di motum ſunt ſigna iſtius motus cęli. ergo per
huiuſmodi motum tanquam per ſignum, & per
effectum poſſumus aliquam cognitionem habe-
re de motu cęli, & de ſignis dominũ habentibus
io tali moto. quia ille motus cęli eſt cauſa multo-
rum futurorum, conſequeos eſt, q⁹ & puncta fa-
cta ſic per motum manus, eſſe poſſint aliquod
præſagium futurorum.

Ad hunc autem modũ reducuntur prænoſti-
catiooes factæ à Medicis. Nam ex his, quæ vidẽt
in vrina, aliqua vident de iotemperantia interio-
ri, per quam intemperaotiam iudicant futuram
mortem. Signa ergo illa appatentia in vrina,
non ſunt immediata ſigna futuræ mortis, ſed
præſentium cauſarum, vi præſentis interioris in-
temperantiæ, & inæqualitatis humorum, à qua
tanqnam à cauſa dependet futura mors.

Ad hũc etiam modum, vi plurimum, poſſunt
reduci prænoſticationes factæ in ſomnis. Nam
ex ipſo motu cęli poſſunt fieri, & fiũt aliquę mu
tatiõnes in nobis, & in cerebro noſtro, quæ immu
tationes peruenientes ad imaginationem noſtrã,
virtute earum poſſunt formari aliquæ imagina-
tiones hoc repræſentantes. Impreſſiones ergo illę
non ſunt immediate ſigna futurorũ, ſed ſunt effe-
ctus, & ſigna motus cœleſtis, à quo multa futura
dependent.

Diuinatio ꝑ ſomnia. per ques, & pi ſces vide,

Ad hunc etiam modum reducũtur indicia iu-
dicantium aliqua per garritus auium. Nam ex
motu cęli fiunt impreſſiones in corporibus auiũ
aliæ, & aliæ, ex qua alietate impreſſionum ſeqni-
tur, quòd quantum ad aliqua ſuos garritus im-
mutent. Ipſe ergo garritus auium cauſatus ex
impreſſione facta ex motu cęli, poterit eſſe præ-
ſagium foturorum aliquorum.

Hoc etiam modo, aliqui piſces marini, præ-
nunciant tempeſtates, quod totum contingit, qa
impreſſiones hæ inferius factæ, ſunt ſigna mo-
tus cęleſtis, à quo dependent tempeſtates futuræ,
& aliæ immutationes aeris.

Vtroqueautem iſtorum modorum, tam per
ſidera cęleſtia, & eorum motus, quàm etiam per
impreſſiones factas hic inferius, quæ ſunt illorũ
motuum ſigna, poſſunt Dæmones multa de futu
ris prędicere melius, quàm homines. Nam quan
tum ad diuinationem factam ex ſideribus, & ex
cauſis futurorum, in tribus nos ſuperant Dæ-
mones.

Primo quia meliua noueront virtutes ſide-
rum.

Secuodo quia melius conſiderant omnes cõ-
iunctiones eorum. Nam aliquando coniunctio
horum ſiderum habet cauſare aliquid, cuius op-
poſitum cauſat coniunctio aliorum. Et quia nõ
poſſunt Aſtronomi ita punctatim omnes con-
iunctiones aſpicere in multis, io iudicando de-
ficiont.

Tertio nos ſuperant in cognoſcendo materiã
hanc inferiorem. Nam ſecundum Ptolomæum
in Centilogio, expectandum eſt etiam iudicium

Ptolemæi locus.

à secundis stellis, idest a dispositione elementorum. Tum ergo quia melius cognoscunt virtutē siderum: tum etiam quia melius possunt cognoscere omnes coniunctiones siderum: & tum etiā quia melius vident dispositionem istius materiæ inferioris, quomodo possit immutari à supercęlesti corpore, melius possunt Dæmones prænosticari de futuris, quàm quicunque Astronomi. Nec tamen propter hoc semper verum dicent, tum quia volūt nos decipere, tum etiam quia ad artem prænosticandi non spectat semper dicere verum, sed sufficit huiusmodi iudicia, vt in pluribus, vera esse. Et quod dictū est de iudicio Dęmonum in prænosticatione futurorum per causas, vt per supercęlestia corpora, veritatem habet de huiusmodi iudicio per signa, & per impressiones factas ab huiusmodi corporibus. Nam & talia melius nouerunt Dæmones, quàm homines.

Ad primum dicendum, ꝙ Dęmones nesciunt futura certitudinaliter, sed multa possunt scire de futuris per prænosticationem, & hoc sufficit, vt per eos possint diuinationes fieri.

Dæmones cst semper vera nō dicut.

Et per hoc patet solutio ad secundum. Nam Dæmones in multis mentiūtur, quia volunt nos decipere: vel mentiuntur in multis, quia non in omnibus certitudinaliter veritatem vident. Sed per hoc non habetur, quin possint de multis prę nosticando dicere veritatem.

Dæmonum diuinatio nibus cur non sit credendum.

Ad tertium dicendum, quòd per hoc non habetur, quin per Dæmones possint fieri diuinationes, sed ꝙ non est credēdū eorū diuinationibus. possunt enim ipsi de multis coniecturando vera dicere, sed forte nolunt nos illa vera docere, & si aliquando vera dicunt, vt nos decipiant hoc faciunt, vt nos ex hoc allecti, magis credamus eis.

Ad quartum dicendum, ꝙ futura, & cogitationes cordium nesciunt Dæmones in se, tamen de cogitationibus per signa, de futuris vero per signa, & per causas multa possunt coniecturando scire, & per consequens diuinationes facere.

QVÆSTIO III.

De Angelorum potentia operatiua.

POSTEA quæritur de Angelis & specialiter de Dæmonibus, quantum ad eorum potentiam operatiuam. Circa quod quętemus tria.

Primo: Vtrum hæc materia corporalis obediat Dęmonibus, vel etiam Angelis quantum ad motum secundum formam.

Secundo vtrum obediat eis, quantum ad motum secundum situm.

Tertio vtrum sit licitum, vti auxilio Dæmonum.

ARTIC. I.

An Angeli materiam corporalem ad formam transmutare possint. Conclusio est negatiua.

Aegid. Qual. 3. q. 8. D. Tho. 1. p. q. 110. art. 2. Et q. disp. de Pot. q. 6. art. 3. Et de Malo q. 16. art. 9 & 10. Et Quod. 9. ar. 10. D. Bonau. d. 8. p. 1. ar. 2. q. 1 Ric. d. 7. q. 7. Tho. Arg. d. 8. q. 1. art. 1. Dur. d. 7. q. 4 Et vide pro hac materia nostrum de Cometis discursum, vbi fusius declaratur, quomodo Dæmones disponere possint materiem ad formam, & quonam pacto sensus nostros illudere dicantur.

AD primum sic procedit. Videtur, ꝙ hęc materia corporalis obediat intelligentiæ, quantū ad motum secūdum formam. Nam, vt dicitur in Commento 16. ꝓpositionis de causis. Virtus itelligētiæ infinita est ad inferius. ergo inferiora per omnem modum sunt subdita intelligentiæ, cum habeat infinitatem respectu eorum, & per consequens poterit intelligentia mutare hęc inferiora secundum omnem modum.

Præterea 83. q. in quæstione de miraculis magorum, dicitur, ꝙ vnaquęque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi præpositam, quod non esset, nisi potestas angelica posset res istas inferiores transmutare, vt vellet. Aug. ſt. Tomo 4.

Præterea Magi Pharaonis fecerunt ranas, & serpentes virtute Dæmonum, sed hoc fuit transmutare materiam ad substantialem formam, ergo &c. Exodi 7.

IN CONTRARIVM est, quia, vt dicitur in 7. Met. non transmutat materiam, nisi qđ est in materia, quod intelligendū est de transmutatione ad formam. Cum ergo Dæmones sint immatetiales, non poterunt materiam transmutare ad formam. Tex. 6.22.

Præterea non fit trāsmutatio ad formam nisi per alterationem, sed alteratio reducitur in motum cęli. Nihil ergo poterit alterari nisi per motum cęli tanquam per motum primum. Dæmones ergo non poterunt transmutare immediate materiam ad formam.

RESOLVTIO.

Angeli materiam corpoream ad formam transmutare non possunt, cum sint immateriales: & ad vnum agendi modum sint determinati. Idque absque corporibus medijs fieri non posse constet. Materiam tamen celerius disponere valent, actiua tātum passuis coniungentes, cum rerum naturalium scientiam perfectē calleant. Et quamuis materiam ad formam transmutare non possint, sensus tamen nostros illudere queunt.

RESPONDEO dicendum, ꝙ Philosophus in 7. Meta. reprobando ideas quasi nō indigēs eis, vult,

Materia dicitur intelligentijs transmutari ad formã non potest ex Arist. 8. Phy. t. 21. Tex. c. 36.

vult, ꝙ non generet nisi cõpositũ, & ꝙ non trãsmuter cõpositũ nisi cõpositũ, & ꝙ nun trãsmutet materiã nisi, qđ est in materia. Hoc ergo modo Angeli, quia sunt immateriales, & quia nõ sunt compositi ex materia, & forma, non poterunt generare huiusmodi compositum. In 2. etiam de Tex. c. 56. Geu. vult, quòd idem manens idem semper facit idem. Ista ergo corpora inferiora, vbi est tanta diuersitas, & vbi est motus ad formam, non mouebuntur immediatè ab intelligentijs, quæ non motę mouent, & quæ quodammodo manent semper eædem. Sed si huiusmodi intelligentiæ possunt in transmutationem istius materiæ inferioris, hoc erit mediante aliquo corpore trãsmutabili, vt mediante motu cœli. Dicere autem has Arist. nõres quales, rationes Philosophi esse simpliciter veras nõ est conueniens, quia cum Deus maximè sit immutabilis, & maximè semper maneat idem, non posset immediatè hæc inferiora transmutare. dicere ét eas nullam veritatem continere, cũ Philosophus semper ad sensibilia se tenuerit, non videtur conuenians. Fuit. n. Philosophus philosophatus modo humano, vt ex sensibilibus ad intelligibilia procederet, vnde minus potuit decipi. Propter quod si non sunt omnino verę rationes suæ cum suis principijs: saltem quantum ad aliquid, suæ rationes veritatem continent. Volunt autem quidam has rationes verificare, vt dicamus, quòd effectus debiles procedunt à causis remotis: sortes à propinquis. Intelligẽtiæ ergo, quia sunt immateriales respectu istorum materialium se habent, quasi causæ remotæ: ideo non possunt facere effectus sortes, vt inducere formas, sed debiles, vt transmutare ad locum. Et ad hoc vadunt rationes Philosophi de immateriali, quod non transmutet materiale, & de se habente idem, qđ semper faciat idem. vt quia talia se habẽt, vt causæ remotæ, non transmutant materiam secundũ transmutationem fortem, quæ est transmutatio ad formam, & semper faciunt idem, quia non transmutantur nisi localiter, secundum quem motum nihil variatur de substantia mobilis, sed dicitur ipsum mobile secundum hunc motum, si transmutetur ad formam, semper manere idem. Sed si non plus dicamus: videtur, ꝙ & de Deo hoc etiam concludatur, vt contra obijciendo dicebamus: ergo propter rationem primam, qnòd nullum immateriale transmutat materiale: dicemus huiusmodi dictum hoc modo ad veritatem reduci. Nam nunqnàm facit calidum, nisi quod est calidum. Omne enim ageus agit secundum, ꝙ est in actu, & omnis actus fit à sibi conuenienti, & ab eo, quòd est tale, vt calidum fit à calido, & forma materialis per id, quod habet esse materiale. Sed esse materiale est dupliciter, vel virtualiter, vel essentialiter. Sic enim videmus & in alijs, quòd facit calidum non solum, quod est calidum formaliter, vt ignis: sed, quod est calidũ virtualiter, vt Sol. sic etiam transmutabit materiam nõ solum, quod est materiale essentialiter, vt corpus, sed qood est tale virtualiter, vt Deus. Dicimus autem esse materiale virtualiter, in cuius virtute continetur materia, & per cuius virtutem potest produci ipsa materia. Intelligenna ergo, quia nec est materialis essentialiter, nec virtualiter; eius virtus nõ poterit in ipsam materiã, quia tunc posset creare, & essent angeli creatores: consequens ergo est, ꝙ ℣ Deus, in cuius virtute est materia, & hæc corpora, in quibus essentialiter est materia, possit trãsmutare materiam. Angelus autem, qui nullo modo habet materiã, nun potest materiam transmutare. Possumus autem & aliter verificare dictum Philosophi. Credidit enim, ꝙ nulla esset potentia actiua, cui non respõderet potẽtia passiua: ideo voluit, ꝙ quodlibet agens ageret secundum determinatum modum, quod, quantum ad omnino agentia creata, veritatem habet. Sicut enim omnis creatura est determinata ad esse: ita & ad agere: vt sicut habet determinatum modum essendi: ita & determinatum modum agendi. Deus autem, qui non determinatur ad aliquem modum essendi, nec sua virtus habet certas leges in agendo, sed est super omnia. Vñ Aug. super Gen. lib. 7. ait; Ita. n. certas tẽporum leges generibus, qualitatibusq; terum immanifestum ex abdito producendis tribuit, vt eius voluntas sit super omnia. Omnibus ergo alijs agentibus datæ sunt determinatæ leges agendi, & determinati modi actionum: volũtas tamen Dei sic tales certas leges dedit, vt ipsa tamen maneret super omnia non determinata ad leges aliquas. Oportet ergo agẽs quodlibet creatum aliquo modo determinari ad modũ passi. Nullum ergo immaterisle transmutabit materiale, vel inducere poterit materialem formam, qa tunc ageret, nun secundum determinatum modum, nec secundum determinatas leges, si posset inducere formam in materia, quod non haberet formam determinatam per materiã. Vnde & Philosophus hoc venatur in 7. Met. quòd semper fiat simile à simili, & conueniens à conueniẽti: sed illud simile non oportet, quòd semper attendatur secundum speciem, sed sufficit, ꝙ sit secundum genus, vt si non solũ Asinos ab Asino, cum quo cõuenit in specie, sed Mulos ab Asino, cum quo conuenit in genere. Necessaria autem assimilatio inter agens, & patiẽs est, quòd quodlibet habeat formam in materia. Nam formę immateriales, quæ sunt per se existentes, & indiuisibiles magnam diffurmitatem habentes ad materiales formas, non possunt inducere materiales formas, nisi competeret eis agere absque certa lege, & absque certo modo, quod soli Deo competit. Dicemus enim, qnòd quanto forma est perfectior, tanto magis habet induci determinato modo, & magis per sibi simile, vt homo nõ potest produci nisi per hominem, & equus non nisi per eqonm. Materia ergo nõ perfectè transmutatur ad perfectam formam in materia, nisi per perfectam formam similem in materia: vt nõ fit materia sub anima eqoi gentti, nisi in virtute animæ eqni generantis. Si enim passum reqnirit determinatum agens, sicut hæc forma habet determinatè esse, & non habet esse nisi in materia: ita

Tex. c. 56.

Arist. Philosophãdi modus.

Opinio aliorum.

T. c. 22. 28.

Agentis, & patiẽtis necessaria assimilatio.

* Materiale est dupliciter, scilicet essentialiter, & virtualiter.

oportet,

oportet, quòd habeat determinatom agens, & ꝙ non habeat fieri nisi ab agente, quod habet esse to materia: vel opurtet ergo, ꝙ sit tale agens, qd sit ſnper omnia, & quòd non babeat determinatas leges ad agendum: cuiusmodi est Dens, vel ꝙ determinetur ad materiam, & quòd transmutet materiam cuiusmodi sunt hęc corporalia. Intelligentiæ verò transmutatione formali non poterunt transmutare materiam. Et qnia immateriales oon determinantur ad materiam, & quia sunt quid creatum, & agunt ſecundnm determinatum modnm, non putetit eorum actio determinari per seipsam, quòd transmutet materiam, sed adhibendo semina, & coninngendo actiua passiuis: & mediantibus corporibus, habentibus formam in materia, poterit eorum actio determinari, vt transmutet materiam. Vnde Aug. 3. de Trin. Vult, ꝙ illi mali Angeli non sint creatores dicendi, qni ranas, & serpeotes fecerunt, qa eas ipsi oon creauerunt, sed per qnædam occulta semina, qnæ in istis mondi corporeis elementis latent, talia producta sunt. Alia etiam ratio Philosophi ad idem tendit. Nam, quòd idem manens idem possit transmutare oaturam: boc est, quia illnd agens nō determinatur ad ſpecialem modnm agēdi. Nā cū in generatione sit trāsmutatio, & diuersitas; si aliquid nō potens transmutari, & eodem modo se habens, posset materiam transmutare, oon determinaretur ad ſpecialem modnm agendi. Nam determinati ad ſpecialem modum agendi, est, vt secundum diuersitatem passi, sit aliquo modo diuersitas ageotis. Idem ergo manens idem ſemper facit idē: hoc dictum Philosophi veritatem habet in agentibus creatis, & in his, quæ agont ſecundnm determinatnm modō, & ſm determinatas leges, vbi hnc passum requirit hoc agens: & aliud, & alind passnm requirit aliud, & aliud agens. & exinde est, qnòd in talibus agentibus idem manens idem, & nullo modo variatom, nec factum aliud, ſemper facit idem. Sed Deus, qui est infinitus, & non determinatur ad certnm modum agendi: etiam manens idem, non ſolum diuerſa, ſed omnia potest agere. Corpora ergo, qoæ non manent eadē, ſed mota mouent, poterunt transmutare ad formā, & Deus, qui non determinatur ad certnm modō agendi: ad formas transmutare poterit. Angeli verò ad formam transmntare non poterunt, oisi mediānibus corporibus. Hæc est autem Sanctorum ſententia. Vnde Aug. 11. ſuper Genes. ait: Angeli aotem nullam omnioo possunt creare oaturam. Et idem ibidem dicit, quòd ſicut, oec agricolas creatores ſegetum, aut arbornm dicimus, sic nec Angelos creatores rerum. Sicut ergo agricolę non faciunt nisi coninngere actiua passiuis, & adhibere semina, sicnec Angeli. Hanc etiam eandem ſententiam dicit idem Aug. 3. de Trinit. Possunt ergo Dæmones aliqua phantaſmata facere, ſecnndum quòd narrat Auguſt. 18. de Ciuit. Dei, qni ſocina Diomedis dicit connerſos fuiſſe in volucres. Et, vt Varro narrat, & habetur eodem lib. transeuntes qnoddam ſtagnum conuertebantur in lupos. Hæc autem, & cætera ſimilia poterant facere Dæmones: iudificādo ſensus hominum, vel poterāt hæc, & ſimilia facere: ſuffocando transeuotes ſtagnum, & loco eorum assumere ſignram auium, vel luporum, & apparere io tali forma.

Tomo 3. cap. 7.

tdē manēs idem, & eo quo intelligendum. 2. de Gen. tex. c. 56.

Tomo 3.

Tomo 1. cap. 7. Dæmonum miracula qualia. Tomo 1. cap. 16. & 17.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, quòd virtus intelligentiæ est infinita ad inferius, qnia non potest comprehendi, ſed ſnper excedit inferiora, non tamen est ſic infinita, quòd & inferiora omnino ad nutum obediant: vel non est ſicut iofinita, qoòd possit quicquid inferiora possunt.

Ad ſecundum dicēdum, quòd potestas angelica pręponitur rebns istis visibilibus, & hęc sunt ſubdita ei, qnia tota hæc oatura corporalis administratur per Angelos. Attamen ſicut ipſi Angeli sunt determinati ad esse, ita & ad agere, vt non possint hanc corporalem ſobſtātiam administrare, nisi determinato modo, & adhibeodo determinata semina.

Ad tertium dicendum, qoòd magis hoc fecerunt virtute Dæmonum, per occulta ſemina operantinm: non autem, quòd possent immediatè transmutare ad formam.

Ad qnartum dicendum, quòd eodem modo quædam mira faciunt Dæmones, occulta ſemina adhibendo, non immediatè materiā ad formam transmutando.

ARTIC. II.

An Angeli quantum ad locum, corpora mouere poſſint. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Th. 3. p. q. 110. art. 3. Et ijſdem locis ſupra citatis. Th. Arg. d. 8. q. 1. ar. 1. Barth. Syb. 3. Dec. cap. 3. q. 3.

SECVNDO quęritur: Vtrum Dæmones, vel Angeli, possint corpora mouere localiter. Et videtur, qnòd non. quia ſicut Dęmon est ſubſtantia ſpiritualis: ita & aoima. ſed aoima oon potest mouere corpns localiter, nisi quod vnificat, ergo nec Dæmon. ſed ipſe nullū corpus vnificat: ergo, &c.

Præterea: motus localis est caoſa aliorum motuum. Si ergo Dæmones possent mouere localiter, possent mouere formaliter, cum vanum ſit cauſa altetius, ſed hoc est falſum: ergo & primum.

Præterea: omnis actio est per contactum, ſed ſpiritualis ad corporale nou videtur posſe eſſn contactus: ergo nihil poterunt agere hæc in illa.

Præterea.

Præterea: motus localis est perfectior inter omnes motus, sed quod potest in maius potest in minus, si ergo Dæmones possent mutare corpora secundum locum, possent & secundū formā.

IN CONTRARIVM est, quia si creatura spiritualis non potest monere corporale secundum formam. Si ergo non posset ea monere secū dum situm, esset vniuersum ioconnexum, quia spiritualia non essent connexa corporalibus, nec haberent aliquam actionem io illa.

Tomo 8. Præterea: secundum Aug. 3. de Trin. cap. 4. Deus corpora grossiora gubernat per subtiliora, & corporalem substātiam per spiritualem. quod non esset, nisi aliqnam actionem haberēt spūales substantiæ in corpora. sed noo habent actionem secundum motum ad formam: habent ergo secū dum motum ad vbi.

RESOLVTIO.

Angeli, vel Dæmones corpora ipsa, quantum ad locum, mouere possunt; cum eis corporea, quantum ad loci mutationem, non autem quantum ad formam, obediant: Non, quia motus localis est motuum primus, minusue materia transmutatur, sed quia motus localis, licèt quantum ad locum, non tamen quantum ad esse ad materiam terminatur.

Tomo 8. RESPONDEO dicendum, quòd vt patet ex verbis Aug. tā 11 sper Gen. quàm 3. de Trin. vbi hanc quæstionem pertractat: Angeli non mouent ad formam, sed quamcunque formam inducunt: hoc est colligendo, & adhibendo semina. sed colligere semina, & ea adhibere, & actiua passiuis contungere, noo fit sine motu localit oportet ergo, quòd quaotum ad motum localem corporalia spiritualibus obediāt. Sed quomodo hoc sit, quòd corporalia obediant spiritualibus, quā tum ad motum situ, non autem qoaotum ad formam: videre non est facile. Assignantur autē communiter duæ rationes: quare materia obedit substantiæ spiritnali, quo ad situm, noo qno ad formā. Nam motus localis duo io se habet. Primò quidem, quia ipse est motus primus. Secundò verò, qa per huiusmodi motū minus trāsmutatur de substantia rei, quàm per aliquem alium motum: per huiusmodi enim motum non tollitur substantia, nec ea, quæ sunt io substantia, sed solum aliqua adiacentia ad alind: ergo, qnia substantiæ separatæ sunt primæ in ordine voiuersi: dignum est, quòd moueant secundum motū primum, & mediante illo motu moueant secūdum alios motus, vel aliter non esset vniuersum ordinatum: ideo, vt aiunt, immediatè mouent motū ad vbi, & mediante huiusmodi motu, mouēt motu ad formam.

Angelis cur corpora obediant quantū ad motū localem, nō ad formam.

Rursus, quia huiusmodi spirituales substātiæ: eo, q nimis distant à corporalibus: habēt se qoasi agentia remota, non pāt nisū debiles effectus, sicut ignis à remotis debilitet calefaceret: debilis autem effectus est motus localis, qui minimam transmutationem facit in substantia. Sed neutra istarum rationū sufficit. Nam sicut est ordo motuum, sic est ordo mobiliū: immo ordo motuū depēdet ex ordine mobilium. Si ergo ex ordine voiuersi volumus argnere spūales substantias tāquàm primam partem vniuersi, non posse mouere oisi secundum primum motū: magis seqnetur eas, nō posse mouere, nisi prima corpora. Hæc. n. fuit superstitio Philosophotū ponentiū intelligētias non posse mouere, nisi cœlos, sed hoc nō cōcordat dictis Sanctorum ponentium, q Dæmones colligendo, & adhibendo semioa boc facūt: nec etiam veritati, quia quod potest in maius, potest & in minus. Quod. n. potest mouere totū vnum cœlum: potest monere vnum lapidem.

Philosophorum superstitio.

Secunda etiam ratio non eōeludit. Nam licèt substantiæ spirituales multū distent à corporibus fm differentiam essentialem. Multū tameo suot intimæ corporibus fm virtualē. Nam fm Dam. lib. 1. c. 16. Spirituales substantiq vbi operāntur, ibi sunt. Cū ergo intelligentia operatur in corpore: intimior est ipsi corpori, q̄ corporale agēs. Nā corpus agens in aliud corpus, non est in illo corpore, sed est iuxta illud. sed spūs in ipso corpore est, in quod operatur. Si ergo nihil aliud obsisteret: videretur, q maiorem trāsmutationem possit facere spiritus in corpore, quàm ipsum corpus, cum magis se profundet in illo.

Recurremus ergo ad superius dicta dicentes, q Deus est sper omoia: non determinatus ad agendū, nec fm certū motū, nec fm certas leges: cætera autem agen ia determinantur ad certum agendi modum, fm conformitatem, quā habent ad passum: vt omne, quod fit, fiat à sibi simili: & qa forma materialis habet determinatum esse in materia: ideo habet determinato modo fieri, vt non fiat nisi per agēs, quod habet esse in materia. Sicut ergo intelligentiæ determinantur ad materiā, sic poteruot in materiā agere, vt omnis actio agentis creati fiat determinato modo. Nō quod determinētur ad matetiā quantum ad esse, vt q habeant esse materiale, sed bene determinātur ad materiā quaotū ad vbi, quia ita suot in hac parte materiæ, & in hoc loco, q non sunt io alio. Vnde & Dam. vult lib. 2. c. 3. q Angeli determinentur loco. Cum. n. sunt in cœlo, non sunt to terra, vt ipse ibidem dicit: cum ergo determinatè se possint habere ad loeū materialē: poterūt materiā mouere ad situm. sed eum oūquàm determinētur fm materiale esse, oon poterunt trasmutare materiam ad formā. Dicemus. n. cum Philosopho in 7. Meta. q à domo, quæ est in anima, fit domus in materia: ita, q à motu appreheosio in mēte angeli sit motus in corpore, vt fm, q Angelus apprehendit corpus moueri, sic ad iuum nutū moueturr corpus. A' forma tamen in mente Angeli immediatè oon fiet forma in materia. Quia licèt Aogelus determinetur ad materiale vbi, vt possit ex sua apprehensiooe causare motum ad situm, nunquàm tamē determioatur per materiale esse, vt possit ex hoc sua apptehēsio causare materialē formam. Sed opottet, quòd huiusmodi immate-

Angeli cor corpora obediant quantū ad motū localē, nō ad formam.

Tex. 12.

Angeli quo pacto corpora moueant ad vbi, non ad formam.

riale

riale determinetur per aliquod materiale, vt per materialia semina: ad hoc, ꝙ possit materialem formam inducere.

Materiale triplex.

Distinguemus ergo tripliciter de materiali, vt dicamus aliquid habere ordinem ad materiam, quia est materiale ſm esse, vt corporalia, & talia possunt materiam transmutare ad esse. Aliqnid verò habet ordinem ad materiã, qnia habet esse in aliquo determinato materiali vbi, vt Angelus, & tale, quid potelt transmutare materiã ſm vbi, quod potest etiam corpus, cum & ipsum determinatè respiciat aliqnid materiale vbi. Terno dicitur aliquid habere ordinem ad materiam, quia continet materiam virtute, & potest ipsam materiam de nouo producere, & per consequens põt producere quicquid est in materia, & tale agens est Deus, cui omnia sunt subiecta. Immediatè ergo potest Angelus trãsmutare materiam ad vbi: coniungendo actiua passiuis, quod faciendo, potest ex consequenti inducere veras formas. Homines ergo, & Angeli possunt multa efficere, semina adhibẽdo, & actiua passiuis coniungẽdo: melius tñ hæc possunt Angeli, q̃ hoies pp quatnor.

Angeli in quatuor excellunt homines in seminã adhibendo, & coniungẽdo actiua passiuis.

Primò, quia magis nouerunt virtutes siderũ: ideo in virtute cœli secundum horam constellationem possunt aliqnos effectus facere, qnos nõ possunt homines, quia non ita plenè nouerunt, quæ coniunctiones siderum, ad quos effectus adinuent.

Secundò hoc melius possunt, quia melius nouerunt virtutes istorum inferiorum: ideo melius sciunt, quæ actiua qnibus passiuis conungãt, vt faciant aliqnos effectus mirabiles.

Tertio hoc melius possunt, quia celerius: & qnando res sunt in potiori virtute possunt talem coniũctionẽ facere, vt aliqnid, quod reperitur in partibus valde calidis coniunctũ ei, qđ reperitur in partibus valde frigidis, habet aliqnem effectũ mirabilẽ facere. Quòd si homines dato, ꝙ talia scirent, & vellẽt talem effectũ facere prius, quàm coniungerent actum passiuo: propter magnã locorum distantiã debilitaretur virtus eius, & quasi tota exhalaret prius, quàm cõiungeretur passo.

Angeli sunt vbi operantur.

Quarto hoc melius possunt, qm̃ sunt vbi operantur. Propter quod semper vident, qualiter se habet passum, cũ existant in ipso passo, cui cõiungãt actũ. Dato.n. ꝙ aliqnis * Alchimista optimè sciret facere antum: posset tamen deficere, si minus, quàm debet, vel magis materiam, de qua vel let facere antum, supponeret igni, vel alij actiuo, etiam, quia non videt homo ipsam substantialẽ formam, & quia non est in ipso passo, vt in quolibet pũcto videat qualiter se habeat passum, nõ potest sic perfectè talia operati, vt Angelus. Assignari autem potest & vna rõ. nam licèt Angelus per species, quas habet apud se, nõ possit materiales formas inducere: eo, quòd illę species nõ determinentur per materiale esse: propter qd oportet, ꝙ intercueniant ibi aliqua semina tanquàm materialia corpora media, vt hoc modo ipẽs in mentibus Angelorum possint in formã materialem: attamen cum illa semina, vel illa corpora sic adhibita agant in virtute spiritualis substantiæ: aliquid vltra suam virtutẽ facient, cum sint illius organa: homu ergo in coniungendo actiua passiuis: facit effectum infra naturã actiuorũ, & passiuorum, qnia nescit ea conungere omni mõ, qno coniungenda sunt. Sed Angelus hoc modo effectum faciens, facit ipsum vltra, quã possent facere actiua, & passiua: tum, quia scit ea coniungere omni modo, qno coniungenda sunt: tum etiam, qnia huiusmodi actiua efficaciora sunt ad agendum, cum agant, vt organa spiritualis substantię, & in virtute eius.

* Vide scho lium d. 16. dub 4. litte tam.

Resp. ad arg. Ad primum dicendũ, ꝙ anima nõ potest mouere corpus nisi, quod viuificat, & mediante illo corpore monere alia, qa non potest habere immediatũ contactum ad alia corpora nisi mediante suo corpore. Hoc autem potest Angelus, vel Dæmon, qui non est alligatus alicui corpori.

Ad secundum dicendũ, ꝙ alij motus causant ex motu locali cœli: non agit ex motu locali, quo rũcunq; corporũ, sed ſi requiritur motus localis in alijs corporibus, hoc est, vt coniungantur actiua passiuis. Dæmon ergo, & Angelus monendo localiter corpora, põt cõrũgere actiua passiuis, ꝙ ſi ex hoc lequat altetatio, vel trãsmutatio ad formã, nõ pp hoc spũales substãtiæ trẽsmutabũt ad formã primo, & principaliter, sed ex cõsequẽti.

Ad tertium dicendum, ꝙ inter spirituale formam, & corporalem non est contactus situalis, quia spirituales substantiæ nõ sunt in loco situaliter, est tamen ibi contactus virtualis, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ moueant corpora.

Motus localis quo perfectior cæteris alijs motibus.

Ad quartum dicendũ, ꝙ motus localis est perfectior alijs motibus ratione subiecti. Nã prius corpus generatur, & alias mutationes suscipit: vltimo autem mouetur localiter, vt apparet in corporibus animalium. Vel possumus dicere, qnòd motus localis est perfectior ratione subiecti, qa subiectum secundum huiusmodi motum, minimam transmutationem patitur, & ex hoc subiectum huiusmodi motus est perfectius.

Ad formam autem arguẽdi cũ dicitur: Motus localis est perfectior: & quod potest in maius põt in minus: verum est, quando minus continetur in maiori, vt qui potest soluere decem, potest soluere quinque, quia quinqua continentur in decem, sed hoc non est in proposito.

ARTIC. III.

An Magicis artibus vti liceat? Conclusio est negatiua.

D. Th. 2. Sent. d. 7. art. vlt. D. Bon. d. 7. p. 2. ar. 1. q. 3. Ric. d. 7. q. 3. Voril. d. 7. q. 1. & d. 8. q. 1.

Certio qnæritur: Verum sit licitũ vti auxilio Dęmonũ in Artibus Magicis. Et videtur, ꝙ sic. Nã Paulus vsus est auxilio Dæmonis tradẽdo illum Corinthium Sathanæ, vt habetur 1. ad Corinth. ergo, &c. 1. Cor. 5.

Præterea:

Præterea: Licet auxilium accipere à peccatoribus, vt eleemosynam, vel aliquid huiusmodi. Sed cum in Dæmone non sit nisi natura, quæ bona est, & ipsum peccatum: videtur, q̃ liceat vti auxilio Dæmonum.

Præterea: Deus dedit virtutẽ verbis, & rebus, sed per aliqua verba aduocantur Dæmones; Cũ ergo hoc habeant verba ex virtute diuina: videtur, q̃ liceat talibus vti.

Præterea, quod nulli nocet, & alicui prodest: videt esse licitum. sed multoties per inuocationẽ Dæmonũ aliquæ res amissæ recuperantur, sed hæc nulli obest, & alicui prodest: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est, quia Aug. super Gen. vituperat Mathematicos iudicãtes per constellationes. Cum ergo inuocationes Dæmonum sub certis horis, & sub quibusdam cõstellationibus fiant, talia vituperanda sunt.

Tomo 1. Præterea: secundum eundem Aug. eodem lib. si aliqua vera dicunt Dæmones: hoc est, vt ea decipiant. sed non est vtendum auxilio eorũ, nec est habenda eorum conuersatio, qui non intendunt nisi, vt nos decipiant: ergo, &c.

RESOLVTIO.

Arte magica vti non licet, cum sit ipsa contra legem Dei, bonum commune, bonum̃ priuatum.

Malum vñ. Bonum triplex. RESPONDEO dicendum, q̃ iotaotũ est aliquid malum, inquantũ contrariatur alicui bono. Possumus aũt distinguere triplex bonum, videlicet ducis, ordinis, & singularis personæ: vel, qã idem est: triplex bonum, diuinũ, publicum, siue cõe, & singulare. Vti autem auxilio Dæmonum, est agere contra Deũ: cõtra rempublicã, & contra seipsum. Contra Deũ quidẽ agit, qui in artibus magicis vtit auxilio Dæmonũ ratione infidelitatis, quia vt plurimum, tales credunt in Dæmonibus esse aliqd numinis, vel aliquid diuinitatis. Vode & Antiquitus, quando plus vigebãt magicæ artes, dãtes responsum in idolis: Dij ere debeatur esse. Vnde Aug. 8. de Ciu. air, q̃ Dæmones mirabilibus, & fallacibus signis Deos se esse persuaserũt, & quibus non potuerunt suadere se esse Deos, persuaserunt se esse medios inter homines, & Deos. Cum. o. homo habeat intellectũ sic obtenebratum respectu substantiarũ separatarũ: nullo modo expedit sibi habere conuersationẽ Dæmonum, ne decipiatur per eos: credens ipsos esse Deos, & habere aliquid numinis.

Magia Deo aduersatur. Tomo 1. cap. 22. Secundo hoc est cõtra Deum sali ẽ rõne idolatriæ, & diuinæ seruitutis. Nam dato, q̃ vtens sic auxilio Dæmonum, non sit infidelis, & non credat in eis esse aliquid numinis, saltẽ tamen idolatra est, quia nunquam fiunt talia, nisi vel per oblationes, vel per reuerẽtias aliquas factas Dæmonibus. Tantum. n. appetunt Dæmones diuinos honores, vt ex hoc inducantur ad faciendum quæcunque homines ab ipsis postulant. sic ergo se habẽs est idolatra, quia honores Deo debitos, vt sacrificia, & reuerentias, Dæmonibus tribuit.

A Vnde, & Aug. 10. de Ciu. Dei. dat differentiam inter bonos Aogelos, & malos. Nam mali Angeli ad seipsos, vt ait, colendos latria: signis mirabilibus excitant: boni verò angeli hoc faciendum prohibent. Vnde, & Leuitici 20. talia prohibẽtur, vbi dicit, q̃ anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi. Tomo 1. cap. 26. Leuit. 6.20.

Tertio hoc est contra Deum, quia in hoc videtur deridere Deum, quando illud, quod est ab eo quærendũ, ab alio quærimus. Vñ & 4. Reg. Ochozias fuit reprehensus, qui consulere voluit Belzebub. Vnde ibidem dicitur: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulẽdũ Belzebub Deum Acharon? Viso, qũo non debemus vti auxilio Dæmonum in artibus magicis, quia hoc est B contra Deum? volumus ostendere hoc non esse fictum, quia est contra Rempublicam. Sunt. n. inimici Dæmones Reipublicæ, sicut ergo puniendus esset ille, qui priuatus contractus, & familiares conuersationes habere vellet cũ inimicis Rei publicæ: sic puniendi sunt Magi habentes talia cum Dæmonibus, qũia tales inimici suot totius humani generis. Vnde 8. de Ciuita. Dei. recitat Augustinus de Magicis artibus, quòd in 12. tabulis: idest in Romanorum antiquissimis legibus commemorat Cicero esse conscriptum, quòd supplicium erat ei constitutum, qui hoc fecerit, idest, qui talibus artibus vsus fuerit. Si ergo apud Gentiles, legibus determinabatur, puniendos esse vtentes talibus artibus, cum leges principaliter intendant bonum publicum: arguere possumus talia contra bonum publicum esse. Reg. 4. 1. Magia Reipub. aduersatur. Tomo 5. cap. 19.

C Restat autem ostendere talia facienda nõ esse, quia sunt cõtra singulare bonum vnius cuiusq; Nam, vt dicit Augustinus 8. de Ciuit. Dei: Dæmones sunt nocendi cupidissimi, inuidentia liuidi, fallacia callidi. Ideo, vt ibidem dicitur, nullo modo credendum est eis. sed cum vtentes Magicis artibus in multis credant Dæmonibus, cũ credere talibus sit malum ipsi credenti, quia non intendunt nisi ipsum decipere, quilibet deberet sibi ab hoc cauere propter seipsum. Magia bono particulari aduersatur. Tomo 5. cap. 22.

Aduertendum tamen, q̃ cum quærimus: Vtrũ liceat vti auxilio Dæmonum, vel hoc intelligitur per artes magicas, & per priuatos contractus, quod faciunt Magi, vel per diuinam potentiam constringendo Dæmones ad aliquam iustitiam exercendam, quod faciebant Sancti: primũ non D licet, secundum licet.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q̃ Paulus nõ fecit hoc per artes Magicas, sed per diuinam iustitiam, vel hoc non fecit Paulus per priuatos contractus cum Dæmone, sed per diuinam virtutem.

Ad secundum dicendum, quòd peccatores quàmdiu suot in vita ista, possunt fieri membra Christi: & ideo ea charitate sunt diligẽdi, & sunt eis beneficia impartienda, & possunt ab eis beneficia recipi. sed Dæmones sunt omnino obstinati io malo, & nihil intendũt nisi deceptionẽ nram: propter quod eorum consortia sunt vitanda.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd nullo modo cedũ est ✻ Dæmones subiacere corporalibus verbis. Nulla enim verba corporalia, nisi specialiter ibi esset diuina virtus, sicut in sacramẽtis, possunt constringere Dæmonem. Sed quicquid est in talibus, hoc est per quosdam priuatos contractus, & per quosdam fœdus cum eis initum, & quia tales considerationes non sunt faciendæ: ideo eorum auxilio nullatenus vti debemus.

Ad quartum dicendum, quòd nulla vtilitas potest inde prouenire, propter quã fieri debeat. quia non sunt facienda mala secundum Apostolum, vt eueniant bona. Nam talium secundum ipsum damnatio iusta est. Rom. 3.

Dæmones nec verbis corporalibus, nec herbis subiacent. hinc nõ magantur, sed illiciuntur à necromãticis, à quibus educati nouerunt, vt decipiãt, teste D. P. Augustin. lib. 21. de Ciu. Dei. cap. 6. & D. Thom. 1. p. q. 15. art. 3. & 2. sent. d. 7. q. 1. ar. 3. de pot. Dei. q. 6. ar. 10. Huic doctrinæ non aduersatur locus Tobiæ. c. 6 7. 8. qui ab Ang. Raphaele experimento docti ex, fumum cordis cuiusdã pisciis supra carbones positi extricasse Dæmonẽ. non in famulus ille, sed Angelus per Tobiæ meritum, quod per cordis fumũ significatur. Dæmonem extricauit. Nec leuamẽ, nec orationis verba, quibus eiciuntur Dæmones, cognat ipsos, sed illius actibus viri sancti meritis exaudiri. Nec Salomon satis exorcismis coegit Dæmonẽ si erat in statu salutis, nisi ex virtute diuina: sic, per modũ signorũ alicerentium ldqi & de exorcismis sacerdotalibus dicendum est, in quibus nõ dubitamus virtutẽ diuinã efficere, quæ pie & sanctè postulantur.

Dub. I. Litteralis.

Vper litteram quæritur primò de illo verbo: Boni verò Angeli arbitrium habent multo liberius post confirmationẽ, quàm ante. Contra: Negatio non suscipit magis, & minus, sed ex hoc arbitrium est liberum, inquantum non potest cogi: non ergo est ibi dare magis, & minus.

Dicendum, quòd ex hoc creatura habet libertam arbitrium, inquantum nõ coactè agit, quod agit, sed voluntariè. Licèt ergo non coactum ratione negationis non suscipiat magis, & minus: Ratione tamen voluntarij, quod includit, potest ibi esse magis, & minus, quia vna actio potest esse magis voluntaria, quàm alia. Possumus ergo dicere, quòd in beatis, & in confirmatis non valentibus velle malũ, est ✻ arbitriũ liberius, quàm in viatoribus, vel in his, qui possunt velle, vel volunt malum propter tria. Primò ratione diuersitatis cognitionis. Secũdò ratione diuersitatis appetitus. Tertiò propter diuersam rationem rei volitæ.

Nam primo ipsum ✻ ignoratiũ est inuoluntarium, vt dicitur in 3. Ethic. Quia ergo nihil facit malum, vel potest facere ad malum, nisi, qui apprehendit illud, vt bonum: quicunque facit malum, vel potest facere, decipitur, vel potest decipi in existimando aliquid faciendum: & inquãtum decipitur, vel põt decipi, participat aliquid de inuoluntario, & intantum minus habet de libertate. Ante ergo, quàm essent confirmati Angeli, poterat existimare esse faciendũ, qd nõ erat: propter quod aliqua nescientia, vel aliqd falsum iudiciũ poterat esse in ipsis, & secundum quòd erant tales, minus habebant de volũtario, & per consequens de libero arbitrio.

Secundo hoc potest contingere ratione diuersitatis appetitus, quod specialiter est in homine viatore. Nam homo viator videt in se habere cõtrarietatem appetituũ, & ✻ vnus appetitus trahit alium, sicut rota tota, vt in 3. de anima dicitur. Quod ergo sic fit cum quadam contrarietate appetitiuum, minus voluntariè fit, & per consequens minus liberè. Liberius ergo arbitriũ habebit homo in patria, quàm in via, vbi non habebis istam contrarietatem appetituum. Sic etiam & Angelus, licèt non habeat diuersas potentias appetitiuas, tamen quia ante confirmationẽ poterat ferri in bonum, & malum, quælibet eius volitio, quam habere poterat, non erat ita voluntaria, sicut nunc, cum non possit ferri nisi in bonũ. Nam ferri in malum semper habet aliquid de inuoluntario, cum malum sit præter voluntatẽ, vt dicitur in 4. de diuinis nominibus.

Bestiæ viatoribus liberiores.

Tertiò hoc potest contingere propter diuersam rationem, rei volitæ, vt patet de proiectione mercium in mari, quod vno modo est volitum, & non alio. Propter quod non est omnino libera illa actio. Sed hoc in beatis, vel in Angelis cõfirmatis esse non potest, quia nihil contristatiuũ, vel offensiuum habere possunt; vtõne cuius, illud, qd vno modo volunt, alio modo nolint.

Mercũ in mari proiectus.

Dub. II. Litteralis.

Vlterius autem dubitatur super illo verbo: Dæmones vigent sciẽtia propter reuelationem supernorum spirituum. Contra: Dæmones sunt inimici Dei, & Angelorum: nõ ergo sunt eis reuelanda secreta.

Dæmones à bonis Angelis, an reuelationẽ accipiant.

Dicendum, q̃ Deus, qui nouit bene vti malis: bene vtitur malis Dæmonis, vt malas pœnas iustè inflictas ministerio Dæmonum exercere. Dæmones ergo libenter pœnas iusti, gunt alijs, vt nocent: Deus autem hoc agit per Dæmones, vt suã iustitiam exerceat. Vnde Aug. 3. de Trinitate, q̃ voluntas Dæmonis semper est iniusta, sed eius potentia semper iusta. Hanc autem potestatem à Deo accepit, quia non est potestas, nisi à Deo ad pœnam malorum, ad laudem verò bonorum, vt ibidem Aug. dicit. Propter ergo bonum, vt propter iustitiam exercendam: possunt, & debent aliqua reuelari Dæmonibus, quorum malo Deus bene vtendo, per ipsos malos iustas pœnas infert.

Tomo 8. cap. 7.

Dub. III. Litteralis.

Vlterius autem dubitatur de illo verbo: Occulta quædam semina, vbi videtur velle, q̃ Dæmones, quod faciunt, hoc agunt per quædam occulta semina. Contra: Mala. n. aguot, non per adhibitionem seminum, sed per cõnactionem actiuorum, & passiuorũ. Præterea: nõ sũt hæc occulta, cũ sint corporalia.

Dæmonum actiones, an per semina.

Dicendum, quòd semen in 2. Physic. computatur inter causas actiuas: semina ergo dici possunt, quæcunque virtutes actiuę: & quia nihil faciunt Dæmones, nisi coniungendo virtutes actiuas passiuis: ideo nihil facere dicuntur, nisi per adhibitionem seminum.

Vel possumus dicere, quòd non habent agentia creata virtutem agendi, nisi ex diuino ordine & inquantum de potentia materię educunt, quę agunt: ea autem, quę educuntur de potentia materiæ, dicuntur ibi esse secundum rationes seminales,

Semen qd.

Confirmati in gratia habent liberũ arbitriũ liberius viatoribus.

✻ Ignoratiũ est inuoluntarium.

Tom. 8. c. 57.

nales, quid sint autem istæ rationes seminales, in
Dist. 18. q 2. fra dicetur. Dæmones ergo nihil faciunt, nisi adhibendo semina occulta, quia quæ latent in rationibus seminalibus materiæ, Dæmon coniungendo actiua passiuis, manifesta facit, & in apertum producit. Vel dicuntur ista semina occulta:
Quæli dispositio ad actiones quantum conferat. quia virtutes istæ inferiores agunt in virtute cœli, ideo multum refert qualiter sit dispositum cælum, quando hoc, vel illud est faciendum, & quia talia sunt pleuè nota Dæmonibus, & non nobis, Dæmones hoc modo faciendo aliqua miranda, dicuntur illa facere per quædam occulta semina, idest, per quasdã virtutes occultas, vel per quasdam rationes seminales.

Dub. IIII. Litteralis.

Litterarvs autem dubitatur super illo verbo: Sicut mentem nostram iustificando, vbi videtur velle, q̃ sicut solus Deus operatur iustificationem nostrã, alij aũt possunt aliqua exterius exercere, ita solus Deus est ille, qui inducit formam: alij autem agentes possunt aliqua exterius operari. Contra: Non sunt subtrahẽdæ operationes a propriis agentibus, ipsa ergo natura, vel ipsum agens naturale, inducit substãtiales formas.

Dicendum, q̃ inductio formæ substãtialis dupliciter potest cõsiderari, vel vt præsupponit rationes seminales, vel vt non præsupponit eas. Cũ præsuppositione enim rationum seminalium, agens naturale potest inducere substãtialem formam. Ideo dicitur exterius operari, quia quod latet in potentia materiæ, exterius, & in apertum producit. Et sicut agens naturale hoc agit, sic & Dæmon coniungendo naturaliter actiua, & passiua, dicitur hoc agere. solus ergo Deus dicitur hoc facere, quia ipse est, qui indidit rationes actiuis, & passiuis, vnde hæc fierẽt. Quid sint autem istæ
Dist. 18. q 2. rationes, & vtrum aliquid de forma sit in materia ante introductionem formæ, infra q̃retur.

Dub. V. Litteralis.

Litterarvs autem dubitatur: quia videtur Magister agere quasi de triplici potentia Dæmonũ, videlicet cognitiua, volitiua, & operatiua, sed secundum Commentatorem in 12. Meta. aiæ cælorum non hãt de virtutibus aiæ, nisi intellectiuam, & desideratiuam, sed idẽ iudicium est de animabus cœlorum, & de quibuscunque substantijs separatis. non ergo in talibus sunt, nisi duæ potẽtiæ: intellectus, & volũtas.

Dicendum, q̃ secundum quosdam in substantijs separatis sunt tres potentiæ, videlicet intellectus dirigens, voluntas imperãs, & potentia exequens: sed intellectus dirigens, & potentia exequens non differunt, nisi sicut intellectus practicus, & speculatiuus, qui sunt idem re, & subiecto, differũt autem fine, & secundum rationem. nam finis intellectus speculatiui est verum, practici bonũ. Vel differt hic intellectus, & ille, quia secundum se est speculatiuus, vt verò extenditur ad voluntatem est practicus. Ideo dicitur, quòd intellectus extensione fit practicus. Dicemus, n. q̃ id, quod est in intellectu, non est ratio agendi, vt ex hoc sequatur opus, nisi per imperium voluntatis. ideo de ratione artificiati est, quòd sit volitum, vt dicitur in 6. Meta. Intellectus ergo rationes, quas habet factiuas apud se, & qualiter res fieri debeant, ostendit voluntati, voluntas autem se determinat, vt agat per hanc rationem, vel per illam. eadem ergo ratio in intellectu existens est representatiua, & vt est determinata ad opus per voluntatem, est factiua. Illę ergo tres potentiæ non sunt, nisi duæ secundum rem. nam potentia cognitiua dicitur, vt est speculatiua, & illa eadẽ dicitur factiua, vt est practica.

Finis speculatiui, & practici qd. Arist. 2. Met. t. c. 3. & 6. Eth. c. 2.

DIST. VIII.

De Angelorum unione ad corpora, & de eorundẽ in corporibus assumptis operationibus, deque modo, quo nostra ingrediuntur corpora, ac uexant.

Olim etiam in quæstione versari &c. Postquã Magister determinauit de Angelis, quantum ad eorum naturam, & quantum ad eorum potentias, ideo parte ista, vt dicebatur, determinat de ipsis per comparationem ad corporalem substantiam. Circa quod duo facit, quia primo determinat qualiter se habeant Angeli ad eorũ corpora. Secundo qualiter se habeãt ad corpora nostra, qualiter vexent ea, vtrum substantialiter intrent in ipsa, & illabantur animabus ibi: ⁊ *Illud etiam consideratione.* ⁊ Circa primum tria facit, quia primo dubitãdo inquirit qualiter se habeãt Angeli ad corporum vnionẽ, vtrum habeant corpora naturaliter vnita. Secundo qualiter se habeant ad apparitionem per corpora, vt qualiter appareant in corporalibus formis. Tertio dimissis profunditatibus circa prætacta, determinat veritatem. Secũda ibi: ⁊ *Nec dubitandum.* ⁊ Tertia ibi: ⁊ *Cæterum hæc velut.* ⁊ Circa primum dictũ facit, quia primo mouet quæstionem, vtrum Angeli tam boni, quàm mali sint corporei, & habeant corpora naturaliter vnita. Secundo determinat huiusmodi quæstione exequitur ibi: ⁊ *Quod aliqui putant.* ⁊ Circa quod tria facit, quia primo ſm opinionem quorundam exequitur de quæstione prætacta, quantum ad Angelos bonos, q̃ habent corpora aerea de aere subtili, & puro formata:

mata: Secundo exequitur quantum ad malos, quia eorum corpora ratione culpæ fuerunt in deterius permutata in aerem spissiorem, & adducit ad hoc ad auctoritatem Augustini. Tertiò ponit circa hoc opinionem aliorum, ꝙ Angeli sunt incorporei, nec habent corpora sibi vnita, sed assumunt aliquando ea ad implendum aliquod ministerium, volentes, ꝙ Aug. non dixerit ibi asserendo, ꝙ Angeli, vel Dæmones essent corporei, sed aliorum opiniones sese tẽdo. Secũda ibi: {*Angelis vero malis.*} Tertia ibi: {*Hoc autem alij.*} Tunc sequitur illa pars: {*Nec est dubitandum.*} In qua determinat de Angelis quantum ad eorũ apparitionem. Circa quod duo facit, quia primo ait, Deum apparuisse in corporalibus formis, vt diuersæ scripturæ testimonia fuerunt. Secundo specialiter quærit de Angelis, quomodo appareant in corporalibus formis ibi: {*Sed vbi Deũ.*} Angelorũ apparitio quales. Circa quod tria facit, quia primo quærit de Angelis qnomodo appareant. Vtrum qbia creatur noua creatura ad illud opus, vel qnia Angeli manẽtes in suis subtilibus corporibus, in quibus sunt inuisibiles: assumant quędam grossiora corpora, in quibus videri possint: vel tertio, hoc contingat, quia Angeli suum proprium corpus possunt vertere in species visibiles, vt ingrossando eorum corpus, vel aliter circa ipsum agendo. Secundo adducit verba Aug. in lib. de Trini, sub his tribus membris hanc quæstionem proponentis. Tertio respondet ad quæstionem factam per eundem Augustinum, asserentem hoc excedere suas vires, qualiter Angeli appareant. Secunda ibi: {*Ait enim Augustinus.*} Tertia ibi: {*Sed fateor excedere.*} Tunc sequitur illa pars: {*Cæterũ hęc velut.*} In qua, relictis difficultatibus circa p̃tacta, determinat veritatem dicens, ꝙ relinquendo hæc profunda, & obscura, tenẽdum est, qnòd Deus in sua substantia nunquam apparuit mortalibus. cum enim ipse sit immutabilis, cõsequẽs est, ꝙ sit & inuisibilis. apparuit tamen Deus in substantia creata, quæ ministerio Angelorum facta erat, in quo etiam possumus intelligere qnomodo apparent Angeli, quia possunt apparere in aliqua creatura corporali eorum ministerio facta. Tunc sequitur illa pars: {*Illud etiam consideratione.*} In qua determinat de Angelis per cõparationem ad corpora nostra, quomodo ea subintrent, & vexent. Circa quod tria facit, quia primo monet quæstionem dicens, ꝙ siue sint Angeli corporei, siue tocorporei, dignum est considerare, quomodo nos vexanti vel quia substantialiter intrant nostra corpora, & illabuntur animabus, vel solum dicuntur hoc facere, non ꝙ nobis substantialiter illabantur, sed quia malitiæ suæ effectum in nobis exercent. Secundo quæstionem propositam soluit, ꝙ Angeli introcant homines, cum hoc Euangelium dicat. sed hoc non est, ꝙ eis substantialiter illabantur, sed solum propter malitiæ effectum, quod confirmat per auctoritatẽ ✻ Gennadij, & Bedæ. Tertio cõcludit ex prædictis auctoritatibus, ꝙ Dæmones substantialiter nos non intrant, sed propter effectum malitiæ, quem in bonis exercent: & dicũtur a nobis pelli, quando non sinuntur nobis vlterius nocere: Secũda ibi: {*Quòd in homines introcant.*} Tertia ibi: {*His auctoritatibus ostenditur.*} Et in hoc terminatur sententia Lectionis, & Distinctionis.

QVÆSTIO I.

De vnione Angelorum ad corpora, deque eorundem corporibus assumptis.

QVIA Magister in littera agit de Dęmonibus per cõparationem ad corpora, & ad operationes, quas habẽt in corporibus: Ideo de his duobus qnęremus. Circa primum autem quæremus tria. Primò: Vtrum Dæmones habeant corpora naturaliter vnita. Secundo si non habent: Vtrum possint corpora assumere. Tertio vnde ea assumunt.

ARTIC. I.

An Angeli habeant corpora, ab ipsis informata. Conclusio est negatiua.

D. Tho. p. 1. q. 51. artic. 1. Et 2. Ser. 2. senten. d. 8. q. 1. artic. 1. Et Quod. 9. artic. 4. Et cõtra Gẽt. c. 46. 49. 90. Et in q. disp. q. 6. de Pot. art. 6. Et de malo q. 16. art. 2. Et Opusc. 211. c. 3. Et Opus. 1. 5. 5. D. Bonau. d. 8. artic. 1. q. 2. Alb. Mag. de Motu, & loquut. Ange. q. 5. 6. 7. 8. 11. Ric. d. 8. q. 1. Capr. d. 8. q. 1. Barthol. Syb. 3. Dec. c. 2. q. 1. Vide pro hoc artic. Scholium nostrum infra artic. 2. Sed perpende Conclusum Nazianz. in. quod laudauit fraternitatem Beati Ioannis Episcopi Thessalonicensis, qui cum reprehenderet Gentilem quendam, vsum pingendi Angelos contemnentem, dixit: Angeli corporei, & imitabiles pictura existunt, & circunscribi possunt: & in forma hominis pinguntur, quia in ea, & propria corpora visi sunt. Hæc referente Tarasio Patriarcha, libroque B. Ioan. Episcopi, in quo cum Gẽtile disputatur, perlecto, sacra Synodus respondit: Etiam domine. Sed nodus dissoluitur. Quia Synodus non affirmauit Angelos esse corporeos, sed modum conuincendi Gentilem approbauit. Nam quandoque licet extremum probare, vt alterum tollatur. Hæc autem controuersia nõdum Ecclesiæ censura terminata est.

AD primũ sic proceditur: vꝺ, ꝙ Angeli, vel Dæmones habeant naturaliter vnita corpora, quæ viuificent. Nam omne animal est diuisibile in corpus viuificatũ, & in spiritũ viuificantẽ: sed Angeli sunt animalia, qa vt dr. 8. de Ciuit. omnia animaliũ, in quibus est ania rõnalis, tripartita est diuisio, in Deos, Homines, & Dęmones. Dęmones ergo sũt animalia, & pari ratione Angeli, nam, & Greg. in Homelia Epiphaniæ dicit Angelum esse rationale animal: ergo &c. Tomo 5. cap. 14. Animaliũ tria genera.

Præterea nobilius est illud, vt vꝺ, qđ in se hẽt vitã, & aliud viuificat, q̃ illud, qd in se hẽt vitam tm̃. sed aia in se viuit, & corpus viuificat: si ergo Angelos solũ in se viuerent, & corpus nõ viuificaret, esset aia nobilior ipso, qđ est inconueniens.

Præ-

* Hic Auctor in vetu bioribus, exemplarib⁹ Magistri hſ, in recentioribus abit loco Gẽnadij legunt S. P. Augu. De eccleſi. dogmatib⁹ cap 23. vbi legitur oia ve do secta ta à Magistro. Illinc probatur ea dictorũ illo esse D. P. Aug. nõ Gennadium, qui scripſit de Viris Illustribus, vt aut. 17. Hieronymus.

Præterea concupiſcibilis phantaſia, & furor, quæ eſt paſſio ſenſibilis, non reperiuntur niſi in corporibus viuificatis per animam. ſed in Dæmonibus ſecundum Dion. 4. de dini. no. eſt phãtaſia proterua, concupiſcentia demens, & furor irrationalis: ergo &c. A

Cap. de differentiã ſub finem.

Præterea ſecundum Porphyrium rationales ſumus nos, & Dij: ſed mortale additum ſeparat nos à Dijs, ſed cuicunque competit differentia, competit, & genus. Si ergo Dij, ideſt, Angeli ſunt rationales, erunt & animalia, & per conſequens habebunt corpora, quæ viuificant.

IN CONTRARIVM eſt Dam. lib. 2. qui vult angelos non cõtineri à parietibus, & ianuis; & clauſtris, ergo non habent corpora, quia corpus teneretur a corpore.

Præterea vult idem Dam. eo. lib. & c. Angelos eſſe indeterminabiles. ſed omne corpus eſt alicuius figuræ, & oĩs figura termino, vel terminis cõtinetur: eſſent ergo determinabiles, & figurabiles, ſi haberent corpora, quæ viuificarent. B

Dub. I. Lateralis.

An Angeli, vt Motores mobilibus, ſint corporibus naturaliter vniti. Concluſio eſt negatiua.

VLTARIVS, dato, quòd Angeli non habeant corpora naturaliter ſibi vnita, quæ viuificent, quæritur vtrum habeant corpora naturaliter ſibi vnita, quibus ſint inſeparabiliter coniuncti tanquam motores mobilibus, ſiue ſint Angeli boni, ſiue mali. Et videtur, quòd ſic, quia ſecũdum Triſmegiſtum, vt recitat Aug. 8. de Ciui. Homo poteſt facere Deos, quia poteſt copulare per artem quoſdam inuiſibiles ſpiritus viſibilibus corporibus, vt ſint quaſi animata corpora ſpiritibus illis dicata, & ſubdita ſimulacra. ſi ergo poſſunt copulari corporibus, vt illa ſint, quaſi animata, hoc eſt, quia poſſunt inſeparabiliter vniri eis: ergo &c. C

Homo põt Deos facere ex Triſmegiſto. Tomo 1. Aug. c. 22.

Præterea ponendũ eſt vniuerſum eſſe cõnexũ. ergo ſpirituales ſubſtantiæ ſunt coniunctæ. corporibus, vel aliter eſſet vniuerſum diſſutum. ſed id, quod eſt ſemp, videtur eſſe naturale, ergo &c. D

Tomo 3.

Præterea ſecundum Aug. 12. ſuper Gen. poſſunt Dæmones longè iam facta prænunciare, nõ ſolum acrimonia cernendi præſtantiore, quàm noſtra ſit, ſed etiam ipſorum corporum longè vtique ſubtiliorum mira velocitate. habent ergo corpora agilia, & naturaliter ſibi vnita.

IN CONTRARIVM eſt Dam. lib. 2. qui diffiniens Angelum dicit, q̃ eſt ſubſtantia intellectualis incorporea.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli, vt ſuppoſitum naturæ, corpori vniri poſſint. Concluſio eſt negatiua.

Vide infra Diſt. 17. q. vlt. artic. vlt.

VLTARIVS autem dato, quòd Angeli non habeãt vnita corpora, quæ viuificent, & quòd non ſint vniti corporibus, vt motores mobilibus inſeparabiliter; dubitaret fortè aliquis: Vtrum poſſint ſic eſſe vniti corporibus, vt vnitum naturæ ſuppoſitum. Et videtur, quòd ſic. quia verbum Dei eſt nobilius quolibet Angelo, ſed verbum eſt vnitum naturę corporali, quia in eo tanquam in ſuppoſito ſuſtentatur natura corporalis, ergo multo magis hoc habet Angelus.

Præterea quicquid eſt corporeum, reſpectu Dei, habet corpus ſibi coniunctum inſeparabiliter. ſed Angelus eſt corporeus reſpectu Dei, vt dicit Dam. lib. 2. Habet ergo corpus ſibi vnitum, quia ſi non eſſet ei inſeparabiliter vnitum, non diceretur ex hoc eſſe corporeus. ſed huiuſmodi corpus non eſt vnitum Angelo tanquam viuificatũ ab eo, vt patebit ex ſolutione quæſtionis ſecũdæ, ergo eſt ei vnitum tertio modo, tanquam naturę ſuppoſitum.

Dam. 9. de Ciuit. q̃

Præterea diffiniuntur Dæmones. 9. de Ciuit. q̃ ſunt genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aérea, tempore æterna, ſunt ergo corporei, & habent corpora vnita, vel tanquã ab ipſis viuificata, vel tanquam ab ipſis mota, vel ſaltem tanquam eis coniuncti, ſicut ſuppoſitum eſt coniunctum naturæ.

IN CONTRARIVM eſt, quia coniunctio ſuppoſiti in aliena natura eſt adeo mirabilis, q̃ eſt ineffabilis, ſed hoc non poteſt competere ſuppoſito creato, quòd vniatur alicui naturæ creatæ ineffabiliter: ergo &c.

Reſolutio Artic. I.

Angeli, quia immediatè per eſſentiam inſtar animæ, corpus non attingunt; corporum formę, ac perfectiones non ſunt: ſed corpora ipſa ex virtute non organica, omni defatigatione ſemota, mouere dicuntur.

RESPONDEO dicendum ad q̃nem primã, cum quæritur: Vtrũ Dæmones habeant corpora ſibi naturaliter vnita, quæ viuificent, q̃ aliqui non potuerunt tranſcendere corpus. Vnde Aug. 12. ſuper Gen. circa finẽ ait, q̃ iſtę ſpecies corporales, quas ſenſu carnis attingimus, eis multi ita dediti ſunt, vt ſolas eſſe arbitrentur, & quicquid tale non eſt putant omnino non eſſe. Sic etiam in 4. Phyſicorum dicitur, quoſdam opinatos fuiſſe, nihil eſſe, quod non eſt localiter alicubi. Tales enim non potuerunt tranſcendere corpora. Sed ſapientes,

Tomo 2. Text. 21.

licet habeant corporalia sensibus præsentiora, certiores tamen sunt de in corporalibus, quàm de corporalibus. Vnde Aug. circa finem dicti tertii: Sapientes autem ita se habent in his corporalibus visis, vt quamuis eis præsentiora videantur, certiores tamen sunt in illis, quæ præter corporis speciem intelligendo perspiciunt, quæ quia ea non valeant ita mente conspicere, vt hæc sensu corporis intuentur. Oportet ergo præter corporalia ponere spiritualia, & certiores esse de spiritualibus, quàm de corporalibus. nam ista corporalia non sunt nisi per illa: & Propter quod vnum quodque, & illud magis. Aliqua ergo transcendunt corpora, ponentes spirituales substantias, sed nullas tales possunt nisi vnitas corporibus, ita vt etiam ipsum Deum ponant corpori vnitum, & dicant ipsum esse animam mundi, vt recitat Aug. 8. de Ciu. de Varrone, qui vsq; ad hoc potuit Theologiam naturalē extendere, vt poneret Deum animam mundi. Sed hoc stare non potest, oportet enim esse aliquem spiritum, qui nullo modo sit forma corporis, & ꝙ ex eo, & corpore non fiat vnum secundum esse. Nam nunquam ex duobus fit aliquid vnum, nisi sit dare aliquod tertium, quod sit causa efficiens, & vniens illa duo. Propter quod in 8. Meta. scribitur, ꝙ non oportet quærere, quomodo ex materia, & forma fiat vnum. non enim talia habent causam, nisi mouentem, licet non sit dare collum, vel clauū cōiungentem potentiam actui, & formam materiæ: semper tamen in talibus oportet dare causam agentem, facientem potentia tale, actu tale. Si ergo Deus esset forma alicuius corporis, vt videbatur Varro sentire, oporteret dare aliquid supra Deum, ex cuius actione esset Deus suo corpori coniunctus. Vnde & nos ipsi, ponentes verbum coniunctum carni, dicimus, ꝙ non est in eis communem speciem accipere. nam si ex Verbo, & ex carne resultaret vna natura, & vnum esset forma alterius, Verbum nō fuisset cooperatum incarnationem suam, quia nulla forma seipsam potest facere in materia, & per consequens nec Pater, nec Spiritus sanctus fuissent operati incarnationem, quia indiuisa sunt opera Trinitatis, sed oporteret, si hoc esset, dare aliquid aliud supra deum, ex cuius opere Deus esset vnitus carni, siue corpori.

Prætermisso ergo hoc errore, quia impossibile est Deum esse animam, vel formam alicuius corporis, videamus de his, quę sunt infra Deum: Verum omnes rationales substantiæ sint vnitæ corporibus. Est autem spiritualis substantia secundum opinionem Platonicorum tripartita, vt narrat Aug. 8. de Ciu. Dei. In Deos homines & Dæmones. Deos autem appellat bonos Angelos. Vnde eo. lib. 8 dicitur, quòd bi sunt Dij boni, quos sanctos Angelos vocamus. Omnes autē has rationales substantias posuerunt Platonici, vt Apuleius Platonicus de hoc librum scripsit, cōiunctas corporibus, aliter tamen, & aliter, quia dixerunt Deos habere corpora cœlestia, Dæmones aerea, homines terrestria. vnde in diffinitione data de Dæmonibus ab eisdem Platonicis

A dicitur, vt patet ex eodem 8. de Ciui. Dei. ꝙ Dæmones sunt genere animalia, animo passiua, mēte rationalia, corpore aerea, tempore æterna. Per hoc ergo, quòd ait, quòd Dæmones sunt genere animalia, & mente rationalia, conueniunt cum Dijs, & hominibus: in eo quòd sunt animo passiua, conueniunt solum cum hominibus, in eo quòd sunt tempore æterna conueniunt cum Dijs, sed in eo, quòd sunt corpore aerea et hoc habent proprium, quia in hoc differunt à Dijs habentibus corpora cœlestia, & ab hominibus habentibus terrestria.

Demonum diffinitio ex Platone.

Sed hæc positio rationabiliter stare non potest. Dicimus enim Angelos nulla habere corpora, quæ viuificent, nec simplicia, siue sint aerea, siue cœlestia, nec etiam composita, sine mixta. Quòd enim Angeli tanquàm, quæ viuificent, nō habeant corpora simplicia, tripliciter possumus declarare. Primò ex parte talium corporum: Secundò ex parte Angelorum: Tertiò ex parte vtriusque.

Improbatur.

B

Prima via sic patet: Nam cum corpora simplicia sint vniformia, qua ratione esset animata vna pars, esset & quælibet. Quælibet ergo pars aeris esset animata, immo quia aer non est bene terminabilis termino proprio, nec possunt esse duæ partes aeris coniunctæ, nisi fiat inde vnus aer, nō haberent corpora sufficienter distincta Dæmones, si haberent aerea. Est enim contra rationem ponere, quòd quælibet pars cuiuslibet elementi sit animata, licet aliqui hoc posuerint.

C

Secundo hoc idem possumus arguere ex parte ipsorum Angelorum. Nam nunquam dicemus, quòd forma sit propter materiam, vt quòd anima sit propter corpus. Cum ergo intelligentiæ sint plenæ formis, nec aliquas species acquirant per hæc corporalia, nullum bonum sortiretur Angelus ea sua vnione ad corpus, non ergo esset corpus illud propter Angelum, sed econuerso. anima ergo nostra, quæ nascitur, sicut tabula rasa, & quæ suas perfectiones acquirit per corpus, eo quòd nostra scientia incipit a sensu, est vnita corpori, & in hoc corpus est propter ipsam, & est bonum ei, quòd corpori vniatur: sed intelligentiæ, quæ sunt plenæ formis, si sunt vnitæ corporibus, siue illa corpora essent cœlestia, siue aerea, siue quæcunque alia, essent intelligentiæ illæ propter corpora, non econuerso.

D

Tertiò hoc idem patet ex parte vtriusque, nā anima vnit suo corpori, tanquam proprio organo, ipsa enim membra corporis sunt quasi quædā organa ipsius animæ. Et idem dicit Commen. in 3. De anima, quòd membra Leonis, & membra Cerui non differunt, nisi quia animæ differunt. Imaginabimur enim, quòd sicut instrumenta diuersarum artium differunt, quia ipsæ artes differunt: sic membra diuersorum animalium differunt, quia animæ differunt. quare si anima comparatur ad corpus sicut ad suum organum, per quod exercet operationes suas: sicut ars suas actiones exercet per sua instrumenta, conse-

Membra Leonis, & Cerui cur differāt c. 52. 53. Idem supra & infra non semel.

Tom. 3. cap. 4.

3. Phil. 3.

Tom. 3. cap. 1.

Tex. 41.

Ex verbo & carne non resultat tertia natura.

Tex.c.66.

consequens est, quòd non vniatur anima, nisi corpori organico : corpus autem organicum oportet habere diuersitatem in partibus . nullum ergo corpus simplex potest esse animatum, vt sufficienter circa finem tertij de anima probatur .

Prima ergo ratio arguit Angelos non vinificare corpora elementaria. hæc autem ratio tertia generalior est.concludit enim Angelos non vinificare quæcunque corpora simplicia, siue sint elementaria, siue cœlestia.Secunda autem ratio ad hoc generaliot est,concludit enim Angelos non viuificare quæcunque corpora, sine elementaria,. siue cœlestia,siue mixta.

Possumus tamen supponendo,quòd non possit animati,nisi corpus mixtum,adducere tres rationes ad probandum Angelos non esse corporeos,nec viuificare corpora . Prima ratio sumitur ex parte ipsius corporis humani: Secunda ex parte ipsius animę:Tertia ex parte ipsius Angeli.

Homo est animal prudentissimũ.

Prima sic patet:nullũ enim corpus est,nec potest esse magis redactum sd medium,quàm corpus hominis . ideo hõ est prudentissimũ animalium,& habet meliorem tactum,quàm possit habere aliquod animal,eo quòd tactus est media proportio tangibilium.Si ergo Angeli haberent vnita corpora,quæ vinificarent,vel essent eadem specie cum corpore humano,& tunc ipsi Angeli essent einsdem speciei cum homine,quod est inconueniens : vel essent alterius speciei,& tunc non essent ita redacta ad medium , sicut corpus humanum. quia nullum corpus differens specie a corpore humano est ita redactum ad mediũ,vt ipsum.rssent ergo Dæmones hebetioris,& obtusioris mentis , quàm homines.

Secunda via sumitur ex parte ipsius animæ . nam anima, quæ vnitur corpori , perfectiones suas intelligibiles acquirit per corpus , vel aliter frustra vniretur corpori. omne autem tale,quod

Anima est pura potentia in genere intelligibilium .

perfectiones intelligibiles acquirit ab alio, est potentia pura in genere intelligentium , cum de se non sit actu quid intelligibile, sed fiat quid intelligibile recipiendo species aliorum. vnde anima nostra, quia talis est, dicitur se intelligere intelligendo alia, quis efficitur actu talis recipiendo species aliorum. omne autem,quod est potentia pura , oportet, quòd dicat gradum punctalem, nam nihil est infra potentiam puram in genere entium , quod non sit ipsum nihil : vel nihil supra , quod non sit ens in actu . sic nihil est infra potẽtiam puram in genere intelligibilium , quod non sit quid sensibile carens intellectu : & nihil supra est , quod non sit respectu intelligibilium, quid in actu . Substantia itaque spiritualis ideo vnitur corpori, quia per se non habet perfectiones sibi debitas , nec habet species intelligibiles , sed per corpus acquirit eas . Ideo omnis talis substantia est sicut tabula nuda , in qua nihil est scriptum: & sicut potentia pura in genere intelligibilium . Erit itaque huiusmodi substantia spiritualis sic vnita,media inter intellectiua in actu , & sensibilia,sicut materia prima

Potentia pura dicit actum punctalem.

est media inter ens , & nihil.Propter quod sicut materia prima dicit quoddam esse punctale, vt nihil possit esse infra,nisi sit nihil,& nihil supra, nisi sit ens in actu,sic & substantia spiritualis vnita corpori secundum gradus essentiæ , oportet , quod in quodam gradu punctali existat, cum sit potentia pura in genere tali, vt nihil sit infra illum gradum , quod non careat intellectu: & nihil supra,quod non sit substantia absoluta a corpore , & quod non sit in genere intelligibilium quid in actu. Si ergo Angeli, vel Dæmones , vel quæcunque spirituales substantiæ,essent formæ, & perfectiones corporum, acquirerent suas species intelligibiles , & suas perfectiones per corpus,vel aliter . quod esset ridiculum dicere . essent aliæ substantiæ spiritnales propter corpora: & si tales substantiæ non haberent apud se species intelligibiles, sed acquiterẽt eas per corpus, essent sicut tabula nuda , & sicut potẽtia pura in genere intelligibilium. essent ergo in eodem gradu essentiæ , & per consequens einsdem speciei cum anima rationali . non ergo tales spirituales substantiæ essent Angeli , vel Dæmones, sed essent animæ rationales . Nulla ergo substantia intellectualis differens specie ab anima rationali , potest esse forma corporis.Nec dici potest,quòd inter substantias intellectuales coniunctas corpori sit dare gradus,vt puta,quòd aliquę substantiæ sunt,quę sunt potentia pura in genere intelligibilium, quæ nullas species intelligibiles habẽt apud se:sed omnes huiusmodi species acquirunt per corpus,& tales substantiæ sunt animæ rationales.Aliquę verò huiusmodi substãtię sunt, qnę nec omnes huiusmodi species habẽt concreatas , nec omnes acquirunt per corpus,sed aliquas habent concreatas,& aliquas acqnirũt per corpus:. & in hoc sunt multi gradus, quia aliquæ plures habẽt concreatas,aliquæ pauciores:aliquę etiam plures huiusmodi species acquirunt per corpus, aliquę pauciores.Nam cum nostra cognitio incipiat a sensu, si volumus p sensibilia in intelligibilia procedere,dicemus cum Dam.ϕ inter cętera, quæ magis gerunt similitudinem intellectus, est oculus.hoc enim est oculus in corpore , quod in tellectus in anima: vnde & Philosophus in 3.De anime,Phantasmata, a quibus recipiunt similitudines in intellectu, assimilat coloribus,a quibus recipiuntur similitudines in visu. nihil enim tale videmus , vt quòd aliqua habeant aliquos colores a se,& aliquos recipiant ab alio : immo ea, quæ recipiunt colores ab alio,nullos habent colores de se. Ideo pupilla facta est abscolor , vt posset omnes colores recipere. Sic & in intelligibilibus nihil tale erit dare,vt qnòd aliqnę substantiæ spirituales habeant aliquas species intelligibiles concreatas in se , & aliquas recipiant ab alio , vel ab extra : immo ea , quæ sunt apta nata acquitere species intelligibiles ab alio,nullas habent species concreatas in se. Et qnia omnis substantia spiritualis vnita corpori est apta nata acquitere intelligibiles species per corpus,ideo q̃libet talis substantia nascit sicut ta-

Mar. 1. est medium inter ens . & nihil , ex Aver. 1 Phy sic.com.70.

Intellectus . oculo similatur . ex 1.c.10.

Pupilla est sine colore. 2 de ala.71. 72 & 3. libr.81.

Anima est tabula rasa.

bula rasa, & est sicut potentia pura, & nullas habet species intelligibiles concreatas in se, & quia in potentia pura, vt diximus, nō est dare gradus. Ideo omnes tales substantiæ tenent eundem gradum essentiæ, & sunt eiusdem speciei. Verum autem inter huiusmodi substantias vna habeat melliora naturalia, quàm alia, non est præsentis speculationis: sufficiat autem ad præsens scire, quòd loquendo de gradu essentiæ, secundū quem constituuntur omnes species, omnes tales substantiæ sunt in eodem huiusmodi gradu, & sunt eiusdem speciei cum anima rationali: & quia Angeli, & Dæmones, & quæcunque spirituales substantiæ, ordine naturæ sunt supra animas rationales, nō sunt eiusdem speciei cum huiusmodi animabus; consequens est, nullas tales substantias esse vnitas corporibus, sicut vniuntur perfectiones, & formæ.

Tertia via ad hoc idem sumit ex parte ipsorū Angelorum. oportet enim, quòd quæ ordinata sunt, cum coniunguntur alicui, quodam ordine cōiungantur. cum enim essentia, & virtus secūdum quendam ordinem se habeant, oportet si coniungantur alicui, quòd quodam ordine coniungantur. loquendo enim de substantia intelligibili, ad quam sequitur sua virtus, nonquam æquè immediatè coniungentur substantia, & virtus. sed si huiusmodi substantia coniungitor corpori, vel hoc est, quia prius ei contīgitur essentia, & per essentiam virtus: vel quia immediatius coniungitur virtus, & per virtutem essentia. Nam si cōiungit substantia intelligibilis corpori, hoc erit prout aliquem actum dat corpori. Ille itaque actus, vel erit esse, vel erit agere: Si esse, cum esse sit ab essentia, huiusmodi spiritualis substantia immediatè coniungetur per essentiā, & sic coniungitur anima rationalis corpori, quia dat esse corpori. Sed si huiusmodi actus sit agere: cum agere sit a virtute, & a potentia, tunc illa spiritualis substātia immediatè coniūgetur corpori per virtutem, & ratione virtutis dicetur esse coniuncta essentiæ, secundum quem modum Motores orbium coniunguntur orbibus, vt modo conuerso sit coniūctio hic, & ibi. nam anima rationalis prius intelligitur coniungi corpori per essentiam, quàm per intellectum, & voluntatem, quæ sunt potentiæ fundatæ in ipsa essentia. ideo dictum est, quòd intellectus nullius partis corporis est actus: sed Motores orbium prius coniunguntur orbibus per intellectum, & voluntatem, per quas mouēt orbes: & quia intellectus, & voluntas fundantur in ipsa essentia, dicūtur Motores orbium esse cōiuncti orbibus immediatius, per intellectum, & voluntatem, & ex consequenti dicuntur eis coniungi per substātiam. Si ergo Angeli, vel Dæmones haberent corpora naturaliter sibi vnita, quorū essent perfectiones, & formæ, & quibus darēt esse, vnirētur corporibus illis immediatè per suā essentiam, non per intellectum, & voluntatem, ergo illi Angeli, vel Dæmones sic vniti, primo moverent corpora sua, & mediantibus corporibus illis, posset mouere alia corpora, sicut & animæ nostræ faciunt, quamdiu coniunctę sunt corporibus: non autem possent illa corpora immediatè mouere per intellectū, & voluntatem, quia huiusmodi potentię non immediatè attingerent corpus. Oporteret itaq; dare aliquas virtutes organicas, quæ immediatè attingerent corpus, & quæ essent immediata perfectio organorum corporalium, mediantibus quibus, fieret motiu corporis: & quia omnibus talibus potentiis accidit lassitudo, nō possent mouere, nisi in mouēdo eis accideret lassitudo. Arguatur ergo sic: Angeli, & Dæmones in mouēdo corpora nō lassantur, nec accidit eis fatigatio, cū videamus aliqua corpora mota ab huiusmodi substātis sine interpellatione mooeri, cuiusmodi sūt supcœlestia corpora: sed quæcunque substantiæ non fatigātur in mouendo, non mouent per virtutes organicas: & quæ nō mouent per virtutes organicas, nō sunt formæ corporū: consequens est, Angelos, & Dæmones non esse formas corporum. non. n. fatigatur Angelus in mouendo cœlum, vel in mouendo quodcumque corpus, quia immediatè attingit illud corpus non per essentiam, cuius est dare esse, sed per virtutem, cuius est agere, & mouere. & quia virtus illa est nō organica, ideo potest semper sine fangatione mouere. Anima autem, quia immediate attingit corpus per essentiā, non per intellectum, & voluntatem, quæ sunt virtutes non organicę; ideo ū debeat corpus monere, sicut quilibet experitur in seipso, non sufficiet intellectus, vel voluntas, vel nō sufficiet velle, & intelligere, nisi adsit ibi virtus organica immediatè corpus attingens, & agitans atque monens: virtus ergo nō organica, & substantia, a qua oritur, quodam ordine coniunguntur corpori, vt non vtrunque possit æque corpori coniugi immediatè, sed vel immediatè coniūgetur corpori per virtutem non organicam, & tunc monebit sine fatigatione, & nō dabit esse, nec erit forma eius: vel immediatè coniugetur per essentiam, & mediante illa, coniugetur virtus non organica, & tunc dabit eē corpori, & erit forma eius: & si dat esse, & est forma, sine fatigatione mouere nō poterit. Angeli itaque, & Dæmones quibus splendida, & integra naturalia remanerūt, vt dicitur 4 de diuo. quia sine fatigatione mouēt corpora, nō sunt formæ, & perfectiones corporum.

Anima corpori, & Motor orbi quomodo iungantur.

A

B

C

D

Resp. ad arg. artic. 1.

AD primum dicēdum, q̄ dictum Aug. 8. de Ciui. Dei, nō est secūdùm opinionē proptiā, sed est recitatio om opinionis aliorum, est. n. dictum Apulei, vt patet per Aug. ibidem. Et si dicatur, quòd hoc Aug. non improbat, ergo videtur, quòd approbet. Dici potest, quòd Aug. panca volnit de Angelis assertiuè dicere, vt patet communitet intuentibus suos libros, ideo non multum curauit communitet disputare de eis. Vel possumus dicere, q̄ nō valet: si opinionem aliquā recitamus, & eam nō improbamus, q̄ ipsam approbemus, & maximè si non accipiamus hoc tāquam veritatis fundamentum, sed tanquam opinatiuè dictum.

Augustinus panca esserit de Angelis. idem infra nō semel.

Vel

Vel possumus dicere, quòd Dæmones dicuntur animalia, vt communiter ponitur, quia proprietates animales insunt spiritualibus substantijs p modum eminentiorem, & altiorem. Ideo, vt cõmuniter dicitur, quia cognitionem de sensibilibus eminentiori, & aliori modo habent substãtiæ intellectuales, quàm animalia: ideo per quãdam eminentiam huiusmodi substantiæ dicuntur esse animalia, non quia sint compositę ex corpore, & anima, sed quia eminentius habẽt multas proprietates, quas habent animalia sic composita. Propter quod patet solutio ad dictum Gregn. dicentis angelum esse rationale animal.

Ad secundum dicendum, q̃ dare vitam alijs formaliter, non est sic. pliciter nobilitatis, cum forma dependeat à propria materia, habere ergo vitam in se, & dare alijs vitam efficienter, cõmuniter ponitur, & bene, esse quid nobilitatis. quia causa secundum, q̃ huiusmodi non dependet à suo effectu: sed habere vitam in se, & viuificare aliud formaliter, unn. est simpliciter nobilitatis, quia nobilior esset substantia in se viuens, si non esset perfectiõ corporis, & non dependeret à corpore.

Ad tertium dicendum, quòd dictum Dio. accipi potest secundum quandam Metaphoram, & similitudinem: non, quòd in Dæmonibus sit propriè furor, siue irascibilis, nec concupiscibilis, nec phantasia. quia non sunt nisi in habentibus corpora; sed quia non sine dementia à Deo se auerterunt, qui est summus intellectus: ideo suot sensibilibus comparati, vt dicantur illa habere, sicut & animalia bruta habent, sicut & homo non intelligens comparatur iumentis insipientibus, quàmuis non sit ipse iumentum. Sic Dæmon à suo intellectu se auertẽs, est animalibus sensibilibus cõparatus, quãuis nõ sit ipse animal sensibile tantũ. Vel possumus dicere, quòd Dæmon est concupiscentia demens; malum sibi finem proponẽdo: est furor irrationalis, huiusmodi bonem malo modo prosequendo, est phantasia proterua: son malo sint irrecuperabiliter adhærẽdo, vt dicatur esse proteruus. quia ab eo, quod malè incæpit, auerti non potest. Igitur quia huiusmodi malę proprietates habentium furorem concupiscentiam, & phantasiam insunt per quandam similitudinem Dæmonibus, dicti sunt Dæmones per quandam similitudinem habere talia.

Ad quartum dicendum, q̃ nos, & Dij, & nos, & angeli sumus rationales accipiendo rationale largè, prout se extendit ad intellectuale. Nam propriè loquendo non sumus rationales, angeli intellectuales, vt vult Dio. 6. de diui. nom. Cum ergo subditur in argumento, quòd rationale est differentia animalis, dici debet, quòd nõ est differentia animalis rationale, prout se extendit ad intellectuale, & vt conuenit angelis, nisi acciperetur animal largè: prout Angelus potest dici animal.

Resolutio Dub. I.

Angeli corporei non sunt: nec corporibus naturaliter vniti adeò sunt, vt ipsorum formæ: aut ita determinatè aliquorum corporum Motores dici possint, vt aliorũ esse nequeant. Idq; ipsorũ Angelorũ patet multitudine, nec nõ natura, ac virtute.

AD id verò, quòd quærebatur: Vtrum angeli, vel Dæmones dato, quòd non sint naturaliter vniti corporibus tanquam formæ: Vtrum possint eis esse uniti tanquàm motores mobilibus: Dici debet, quòd triplici via inuestigare possumus, substantias spirituales, vt angelos, & Dæmones non esse vnitos naturaliter corporibus, non solum tãquàm formas, sed nec etiam tanquàm motores, vt Prima via sumatur ex multitudine angelorum, & Dæmonum: Secunda ex natura ipsorum: Tertia ex virtute eorum.

Prima via sic patet: Quia secundum Dion. 8. de Angel. Hierar. Multæ sunt illæ beatæ militiæ superantes secundum nos infirmam, & coarctatam materialium commeosurationem. Plures enim creduntur esse species angelorũ, quàm rerum sensibilium. Nec mirum, quia omnia sensibilia sunt inter animam rationalem, & materiã primam: omnes autem intelligibiles substantiæ inter animam rationalem, & Deum. cum ergo plus distet anima rationalis à Deo, quàm à materia prima, quia plus distat creatura quælibet à Deo, quia distat in infinitũ, quàm à quacunq; alia creatura; omnia sensibilia, & materialia habent quasi coarctatum spacium. quia sunt inter duas creaturas. Intellectu alia autem habent quasi infinitum spacium, quia sunt inter animã, & Deum. Congruum ergo est, q̃ in ampliori spacio plura existant. Multæ itaque sunt illæ intellectuales mentes, & superant istam coarctatã materialium multitudinem. non ergo possunt omnes illæ substãtię habere corpora naturaliter sibi vnita, etiam tanquàm motores, cum plures sint, quàm sint huiusmodi corpora, quia non est numerus multum eius. sed qua ratione aliqua illarum substantiarum suot separatæ à corporibus, vt non sint eis naturaliter coniunctæ tanquàm motores, pari ratione & omnes sunt sic separatæ, quia si naturale esset eis sic coniungi, omnes essent coniunctæ. quia quod naturale est, sequitur naturam totam, nisi accidat impedimẽtum, quod esset ridiculum in angelis ponere: Vnde & illi, qui aliquo modo posuerũt naturalem vnionem ioter substantias separatas, & corpora, nullam posuerunt substantiam separatam, quæ nõ mouetet. Ideo posuerunt eas in valde paruo numero, vt non dicerent eas esse plures, nisi quot sunt sphæræ cęlestes, vt patet per Philosophum. 12. Meta. Nos autem, qui sequentes veritatem, & inspirationem diuinam, ponimus illas intellectuales substantias in tanto numero, non dicemus eas esse motores corporum: eo etiam modo, quo Philosophi posuerunt. Nam quod conuenit

Angelorũ numerus rerum corporearum immensum excedit. Vide supra d. 8.

Vet. c. 41. vsq; ad 51. & in calce com. 41.

uenit omnibus,& semper, & non potest eis non conuenire, quodammodo videtur sequi naturã eorum,& esse quodammodo naturale. Quia ergo mouere corpora secundum doctrinam Philosophorum conuenit omnibus intelligentijs, q̃a secundum eos nulla est intelligentia,quæ nõ moueat,& semper,quia semper mouẽt, & impossibile est,quòd ooo moueant:ideo videtur hoc secundum eos ad naturam eorum reduci,quòd sic se habeant. Et quia videbãt, quòd non mouent nisi per intellectum,& voluntatem, quia si corpora illa sunt animata, nõ habent de virtutibus animæ, nisi intellectiuam,& desideratiuã, vt dicit Commen.in 12.Metaph. Ideo sic posuerunt intelligentias mouere corpora supercælestia per intellectum,& voluntatem,quòd etiam hoc eis sit omnino oaturale, qoia voluntas fertur in finem quasi naturaliter,iuxta illud Philosophi in 3.Ethi.Finis natura, vel qualitercũque videtur, & adiacet. Posuerunt itaque, quòd optima dispositio intelligentiæ est, quòd moueat, vt in hoc quasi esset earum finis, in quem fertur volũtas naturaliter, vt intelligentiæ non tanquàm formæ, tamen tanquàm motores haberent corpora naturaliter sibi vnita. Propter quam naturaliratem tales motores corporom etiam eorum formas vocare voluerunt, vt dicerent eas esse illorum corporum animas, non quia fieret ex eis vnum secundum esse,quia, vt ait Commen. in 8.Metaph.nihil est ibi, quod animetur per animas,vel quod viuat per vitam : innuens ex hoc, ꝙ noo fiat ex iotelligentijs, & cælo voum secũdum esse, sed solum secundum motum. tamen qoia habent quandam naturalem inclinationẽ ad talem motum, ꝙ mouẽdo sunt in optima dispusitiooe: ideo, vt hoc exprimerent, dixetũr intelligentias sic mouentes esse formas, & animas cœlorum. Sed,ꝙ noo sit optima dispositio intelligentiæ,ꝙ moueat, circa finem. 2. de Geoe. sufficienter ostendimus, nunc autem scire sufficiat,ꝙ cum plures sint intelligeotiæ, quàm sint ipsa corpora, noo potest esse naturale intelligẽtija, ꝙ corpora mouoant, vt & hoc modo dicatur naturaliter habere corpora sibi coniuncta, immo quia oaturalem vnionem non possemus pooere, nisi ad corpora perpetua, & incorruptibilia,quæ valdè pauca sunt.Quia quædam sunt iocorruptibilia secundum totum, & secundum partes, vt cœli.Quædam secundum totum noo secundum pattes,vt elementa.Quædam & secũdum totum,& secundum partem, vt mixta. Ad corpora itaque mixta, quæ sunt per omnẽ modum corruptibilia, non erit coniunctio intelligẽtiarum natural is. Si dices,ꝙ erit ad alia.Cum ergo clementa non sint nisi quatnor, nec tamen omnia sint mobilia,qnia terra est immobilia, & in ætetnom stat,& corpora supercælestia sint in pauco numero. q̃ si vellemus numerare eccentricos,& deferentes,secundum eos, qui plures posuerunt, nõ sunt nisi quinquaginta quinque, vt dicit Philosophus in 12. Metaphy. Ridiculũ esset dicere, ꝙ in tã paruo numero essent intelligentiæ. Non ergo omnes intelligentiæ mouẽt, vt hoc tanquàm comperens omnibus possimus ad naturaliratem reducere, vt dicamus naturale esse intelligentijs, ꝙ hoc modo corpotibos sint coniunctæ. Non enim hoc conuenit omnibua, quia non omoes mouent, immo solæ inferiores monent.quia,vt dicit Dionysius.7. de diui. nomi.semper fines priorum coniungit Dena principijs secundorum: Sola ergo vltima in intelligẽtijs attingunt sopremæ in corporibus,& non solum non conuenit omnibus intelligentijs mouere corpora, sed etiam nou conuenit eis semper, quia aliquando non erit tempus,quod est passio primi motus,cessabit enim primus motꝰ, & cessabit generatio, & corruptio, cum erit completus numerus electorum. Ex ipsa ergo multitudine intelligentiarum, & ex ipsa paucitate corporum,& specialiter corporum incorruptibilium. quia talia maximè videotur esse apta nata moueri per intelligentias, patet ꝙ mouere corpora non sequitur naturam intelligentiarum, secundum ꝙ huiusmodi, vt dicatur hoc eis esse naturale. quia nec omocs mouent, nec semper mouebunt.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ipsa natura intelligentiarum. Nam mouere corpora non solum non sequitur secuudum se naturam intelligeotiarum simpliciter. quia non omnes intelligentiæ mouẽt,vt dicebat ratio prima, sed etiam nou sequitur secundum se natutam huiusmodi intelligentiæ. Fuit enim Philosophorum error,ꝙ omues intelligentiæ mouerent,& etiam ꝙ sic mouerent, ꝙ noo posseot aliod corpus mouere,nisi illud, qd mouent, vnde iotelligẽtiæ huiusmodi inferiora mouere nõ possunt secuodum eos,nisi mouendo supercælestia corpora.ideo dicitur in 7.Metaph.ꝙ nullum immateriale transmutat materiale, & si immaterialia mouent secundum eos materialia, hoc est mediante aliquo cut pore transmutabili, vt mediãtè cœlo.Ex quorum positiooe sequitur,ꝙ intelligentiæ sint oaturales motores orbiũ, sicut anima est naturalis motor corporis proprij. Nam licet huiosmodi corpus moueat per appetitum, dicitur tamen naturalis motor eius, quia ex natura sua determinatur,vt moueat hoc corpus, & non aliud.Nam & si anima potest mouere aliud corpus,quàm proprium, hoc noo erit nisi mediante corpore proprio.ponere ergu iutelligentias esse sic naturales motores orbium, vt nihil mouere possint nisi orbes: vel si alia mouent, ꝙ hoc faciant mediantibus orbibua,est pooere naturam iotelligentiarum dependere ab orbibus. Nam si natura aoimæ nõ dependerer à proprio corpore, nunquàm sic determinaretur ad id corpus,ꝙ nullum aliud mouere posset,nisi per motum sui corporis. Natura itaque iotelligentiarum,quia oon dependet ab aliquo corpore,non determinatur ad aliquod corpus, vt dicatur naturalis motor illius corporis, sed simpliciter erit motus ille voluntarius,iucessanter tamen agunt illum motum, quia voluntatem habẽt omoino

subie-

Ar. Eth. 1. c. 3.

c. 12. & in fine 1. cap. de substan. orbis.

Liber de gen. ante 2. sentent.

t. 147. Nota de intelligẽtijs.

Error Philosophorũ de intelligentijs.

T. c. 22.

subiectam suo Creatori, vt sic per voluntatem moueant, vt voluit Creatoris sapiétia ordinare.

Coniunctio per essentiam, & virtutem quid differant.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex virtute intelligentiarum. nam non est similis coniunctio substantiarũ spiritualium cum corporibus, qñ coniunguntur eis per essentiam, dando eis esse, vt quando coniunguntur per virtutem, dando eis motum. quia primo modo coniunguntur corporibus, vt formæ: secundo modo, vt motores tantum. differentia autem est inter esse formam, & motorem tantum, quia semper est tanta proportio formæ ad materiam, vt forma perficiens hoc corpus non possit aliud corpus specie perficere quantuncunque sit infra illud corpus, vt anima perficiens corpus Leonis, nunquã posset perficere corpus Canis. Sed non est sic de motoribus, quod enim monet corpus maius, potest monere corpus minus: dato, quòd differat specie ab illo corpore, vt quod mouet massam ferri, posset mouere massam lapidis, si non plus ponderaret, quàm ferrum: forma tamen perficiens ferrum nunquàm posset perficere lapidẽ, nisi lapis fieret ferrum. Cum ergo intelligentiæ sic coniungantur corporibus mobilibus, ꝙ immediatè non coniunguntur eis per essentiã, sed solum per virtutem, non poterunt determinatè sic se habere ad hoc corpus, ꝙ non possint mouere aliud corpus: & quia natura dicit esse quid determinatum ad vnũ, patet Angelos, vel Dæmones, vel qnascunque intelligentias nõ habere corpora naturaliter sibi vnita, nec sicut formæ, vt probat quæstio prima: nec sicut motores, vt ꝙ per naturam determinentur ad aliqua corpora, ꝙ ita sint motores illorum corporum, ꝙ non possint esse motores aliorum, vt declaratũ est in hac quæstione secunda.

Homo qño Deus facere possit.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, ꝙ Homo nõ potest facere Deos, nec potest alligare Dæmones corporibus, ꝙ non possint separari ab illis. sed si hoc fit, erit per priuatos contractus inter homines, & Dæmones, sicut dicit Aug. 83. q. quæstione de miraculis Magorũ: vbi vult, ꝙ quicquid tales faciunt, per priuatos contractus faciant, dato tamen, ꝙ cogerantur, & compellerentur ad talem vnionem, vt ex hoc diceretur homo facere Deos, quia potest naturã intelligentiarum compellere, vt coniunguntur alicui corpori, non tamen hoc esset naturale, sed magis, quasi violentum, & ex compulsione.

Tomo 4.

Ad secundum dicendum, ꝙ semper vniuersum est connexum, & nunquam est, quin angeli, siue boni, siue mali sint in aliquo corporali loco: tamen ex natura sua non determinantur ad hunc locum, vel ad illum: & si est ibi determinatio, hoc non erit ex natura, sed ex cõgruentia, vt cœlum Empyreum est congruus locus Angelis beatis, & ille aer caliginosus tanquam carcer, ꝓpter nostrum exercitium vsque ad diem iudicij est congruus locus angelis damnatis. Post diem vero iudicij ipse infernus erit eorum locus congruus. ex connexione itaque vniuersi non solum non arguitur, quòd per naturam determinentur ad monendum aliqua corpora, sed etiam non concluditur, ꝙ determinentur ad aliqua loca corporalia.

Ad tertium dicendũ, ꝙ Augustinus raro asserit de Angelis. Vnde cum dicit eos habere corpora, dicit accipiendo hoc ex sententia aliorum.

Resolutio Dub. II. Lat.

Angeli, vt suppositum naturæ, corporibus vniri non possunt: Id quod patet ex limitatione naturæ, suppositi, exque natura ipsius esse probatur.

Angelorum vnio ad corpus triplicitèr sumi potest.

AD id autẽ, qđ quærebatur, vtrũ natura liter, i. determinate possint Angeli, vel Dæmones cõparari ad aliqua corpora: & si nõ, vt formę, nec, vt motores: saltẽ, vt supposita, vt dicat vnio naturalis ad corporalẽ naturã, vel quia perficit illam naturam tanquam forma, vel quia determinatè mouet corpus, cuius est illa natura, vt non possit aliud corpus mouere, nisi mouendo corpus proprium, seu determinatum: vel quia tanquam suppositum sustentat illam corporalem naturam. Quærit ergo ista quæstio: Vtrum possit suppositum angelicum vniri naturæ corporali; sicut suppositum diuinum vnitum est naturæ humanę, vt vnum, & idem suppositum esset Angelus, & corpus, sicut vna, & eadẽ persona diuina est Deus, & homo. Quod non esse possibile, triplici via declarare possumus, sicut in talibus tria etiam contingit cõsiderare, naturam, suppositum, & esse. Ostendemus enim naturam angelicam, & suppositum, & esse in Angelis sic determinata, & limitata existere, vt non possit in tali supposito natura angelica sustentari, vt idem sit Angelus, & Homo, vel Angelus, & quodcunque aliud, sicut idem est Deus, & Homo.

Natura diuina, & creata differentia.

Prima ergo via sumitur ex limitatione ipsius naturæ. Dicemus enim, quòd sicut natura se habet ad naturam, sic se habebit suppositum ad suppositum. Illa ergo natura, quæ non est limitata, sed est quodammodo omnis natura, & potest supplere vices cuiuslibet naturæ, suppositum in tali natura non erit, quid limitatum, sed poterit supplere vices cuiuscunque suppositi. huiusmodi autem est natura diuina, quæ continet omnes naturas creatas, & potest supplere vices omnium talium naturarum, sine dependẽtia eius: vt quicquid potest natura diuina cum natura ignis, potest sine natura ignis: & omnes alios effectus, quos facit natura diuina mediantibus, aliis naturis, vt mediantibus causis secundis, potest facere sine illis. Dum tamen ex hoc non ponatur dependentia, & imperfectio in natura diuina. Non enim si natura diuina, mediante natura ignis, posset perficere formaliter materiam ignis, posset tali materiam formaliter perficere sine tali natura, quia natura diuina formalis perfectio alicuius materiæ esse non potest. tunc enim

esset

esset dependens, & imperfecta, tamen si natura
diuina potest aliquod calefactibile calefacere,
mediante natura ignis, poterit hoc facere sine
tali natura, quia ex hoc nulla dependentia nec
imperfectio ponetur in Deo. In his ergo, ex
quibus nō ponitur dependentia, & imperfectio
in naturā diuina, poterit huiusmodi diuina
natura supplere vices omnium aliarum natura-
rum. Sic & suppositum diuinum poterit sup-
plere vices omnium aliorum suppositorum,
vt si suppositum diuinum sustentat naturam
humanam mediante supposito humano, poterit
huiusmodi suppositum sustentare natu-
ram humanam in ipso absque aliquo suppos-
to creato. Nam suppositum increatum poterit
supplere vices suppositi creati, sicut natura diui
na natutæ creatæ. Sed cum angelus habeat de-
terminatam, & limitatam naturam, vt nihil pos-
sit facere nisi adhibendo semina, & adhibendo
alias naturas: erit & suum suppositum limita-
tum: vt sicut natura angeli non potest supplere
vices aliarum naturarum, vt quia non potest
sine seminibus; nec potest sine alijs naturis,
quod potest cum eis, sic suum suppositum non
poterit supplere vices aliorum suppositorum, vt
possit angelus in proprio supposito sustentare
naturam cuiuscunque alterius suppositi.

Suppositi diuini, & creati differentia.

Secunda via sumitur ex limitatione ipsius
suppositi secundum se. In prima enim via dedu-
cebatur limitatio suppositi ex limitatione natu-
ræ, prout comparatur ad alias naturas: nunc au-
tem arguemus limitationem suppositi secundū
se, vel arguemus naturis limitationem suppositi,
non prout comparatur ad alias naturas, sed
prout comparatur ad propriam naturam, quia
competit ei secundum talem naturam esse de-
terminata speciei: & quia omne suppositum crea-
tum, siue angelicum, siue quodcunque aliud est
determinati generis, & determinatæ speciei, &
quia limitatur, & determinatur ad certam spe-
ciem: ideo ita supponit tale suppositum pro tali
specie, & pro tali natura, quòd non potest sup-
ponere pro alia natura: vt si suppositum huma-
nam posset sustentare in se naturam equinā es-
set idem homo, & equus, propter quod illud
suppositum non se haberet limitatè, & determi-
natè ad speciem humanā, cum posset suppone-
re pro specie equina, quia ille idem, qui est ho-
mo, hac hypothesi stante, potest esse equus. Cum
ergo dictū sit hoc esse de ratione cuiuslibet sup-
positi creati, quòd determinetur ad certam spe-
ciem, naturā alterius speciei in se sustentare non
posset. Poterit ergo in suppositio diuino susten-
tari natura alia, quia huiusmodi suppositum per
suam naturam non determinatur sic ad aliquā
speciem, quòd nō possit sustentare naturam cu-
iuscunque speciei, quòd de suppositis creatis es-
se non potest, cum ad aliquam speciem limitent.

Esse diuinū, & creatū quomodo differāt.

Tertia via ad hoc idē sumitur ex parte ipsius
esse. Nam quia in suppositis creatis natura non
est ipsum esse, sed est aliquid participans, & re-
cipiens esse; oportet, quòd ipsum esse sit qd par-
ticipatum, & per consequens quid limitatum,
secundum quòd requirit natura, in qua recipi-
tur secundum modum recipientis. esse ergo re-
ceptum in aliqua natura limitabitur secundum
eam, vt non possit secundum illud esse sustenta-
ri nisi illa natura. Eo itaque ipso, quòd omne es-
se creatum est esse receptum in natura, non po-
terit per illud esse sustentari alia natura. & quia
hoc est naturam creatam esse in supposito susten-
tari per esse illius suppositi: & quia illud esse li-
mitatur secundum naturam illam, non poterit
per ipsum sustentari natura alia. Suppositum er-
go diuinum, quod non habet esse limitatum, nec
habet esse receptum in natura, sed ibi esse est in-
finitum, & est idem, quod ipsa natura, poterit p
huiusmodi esse, quasi per aliquid non limitatū,
nec finitum, sustentari quæcunque natura. Pro-
pter qđ potest suppositū diuinum ad inum esse
personale admittere quamcunque naturam, qđ
nō potest suppositum creatum. suppositum itu
que angelicum non solum propter limitatione
naturæ, & propter limitationem suppositi
in natura, sed etiam propter limitationem sui
esse participati à natura, non poterit ad suum es-
se personale admittere quamcunque aliam na-
turam. non poterit ergo idem suppositum an-
gelicum esse Angelus, & corpus, nec vnius natu-
ræ corporalis, sicut suppositum vnitur naturæ.
Possumus autem si volumus omnes has ratio-
nes reducere ad vnam, & dicere, quòd in tribus
differt natura diuina à natura creata. Primo quia
illa natura potest supplere vices aliarum natu-
rarum. Secundo quia non determinatur ad spe-
ciem. Tertio quia non habet esse limitatum, nec
participat esse, sed est ipsum esse. Ideo suppos-
tum diuinum potest supplere vices aliorum sup
positorum, sicut sua natura aliarum naturarum,
& potest supponere pro alia natura, & potest ad
suum esse personalu admittere quācunque na-
turam, in quibus omnibus deficit quodcunque
suppositum creatum, vt non possit in se susten-
tare quamcunque aliam naturam.

Natura diuina à natura creata differt i tri bus.

Differentia quarta.

Possemus etiam, si vellemus, quartam differē-
tiam assignare inter naturam diuinam, & natu-
ras alias, vt ex hoc ad propositum quarta ratio
sumi posset. Nam cum dicimus, quòd in vno
supposito creato non sustentatur nisi vna natu-
ra, intelligendum est de natura substantiali, &
de natura perfecta, & completa. quia, si velle-
mus hoc etiam intelligere de natura acciden-
tali, certum est, quòd in eodem supposito
creato sustentantur plures naturæ, vt natura
substantialis, & accidentalis: vel etiam plu-
res naturę accidētales: vel etiam, si vellemus hoc
intelligere de naturis imperfectis, vt de partibus
naturæ; certum etiam est, quòd in eodem sup-
posito creato sustentantur plures naturæ se habē-
ses, vt partes, cuiusmodi sunt natura materiæ, &
natura formæ, non tamen sustentantur in eodem
creato supposito, nisi vna natura substātialis cor
poralis. Natura ergo accidentalis, quia depēdet
ex natura substantiali, qa nec intelligi pōt sine

substan-

substantiali natura, propter dependentiam, quam habet ad huiusmodi naturam, potest sustentari, & sustentatur in eodem supposito cum tali natura: & quia omnes naturæ creatæ etiam substantiales non minus, immo magis dependent à natura diuina, quàm naturæ accidentales a sua substantiali natura; poterunt naturæ creatæ sustentari in eodē supposito diuino cū natura diuina, sicut naturę accidentales sustentantur in eodē supposito creato cum sua substātiali natura. verum quia connexio naturæ creatæ in eodē supposito ad sua accidentia est naturalis; ideo talis vnio est necessaria: sed naturæ creatæ ad suppositum diuinum, vel ad naturam diuinam in eodem supposito est ex diuina ordinatione. ideo talis vnio fm diuinū propositum est volūtaria. Comparantur ergo aliquo modo naturæ substantiales creatæ ad Deum, quasi accidens ad substantiam. hoc forte voluit ille, qui dixit, quòd Deus est, respectu cuius substantia est accidēs. Apostolus etiam veritatis amator, naturam humanam in verbo accidenti assimilat dicens 1, Et habitu inuentus, vt homo. Sicut ergo in eudem supposito creato potest esse natura accidentalis cum natura substantiali, sic in supposito verbi poterit esse alia substantialis natura cum sua natura: quia aliæ substantiales naturæ ad diuinam naturam modo, quo diximus, quasi accidentia ad substantiam comparantur. Et quia in hoc deficit natura creata a natura diuina, quòd non cumparantur ad ipsam aliæ naturæ substantiales tanquam accidentia: deficiet in hoc suppositum creatum à supposito diuino, vt non possit in tali supposito sustentari alia substantialis natura, sicut sustentantur in eodem supposito, quasi accidentia simul cum substantiali natura. nūquam enim suppositum in aliqua natura potest sustentare in se aliam naturam, nisi illa huiusmodi alia natura, quasi modum accidentis induat. omnis enim natura alia sic sustētata, licet non oporteat, quòd sit accidens, quendam tamen modum accidentis habet: ex tali tamen modo nō debet talis vnio dici accidentalis, sed personalis, quia propter huiusmodi modum non fit vnio in accidente. sed in persona.

Vnio substantiæ, & accidentis. & vnio nat. diuinę, & humanę qd differant.

Subsantia respectu Dei qto dicatur accidens.

Phil. 2.

RESP. AD ARU. Ad primum dicēdum, quòd si verbū Dei est nubilius, quàm Angelus; non propter hoc sequitur, quòd possit Angelus vniri naturæ corporali in vnitate suppositi, sicut verbum est vnitum naturæ humanæ: immo magis sequitur oppositum. nam verbum illud est sic nobile, quòd non habet limitatam naturā, nec est limitatum suppositum, nec habet limitatum esse. & quia omnes aliæ naturæ etiam substantiales modo, quo diximus, comparantur ad diuinam naturam, quasi accidentia: & quia Angelus has nobilitates non habet, ideo potest hoc suppositum verbi, quod non potest suppositum Angeli.

Verbū cur naturæ humanæ vniri potuerit. Angelus autem non natura corporali.

Ad secundum dicendum, quòd Angelus est corporeus respectu Dei, non quòd habeat in se naturam corpoream, nec tanquam naturam pro

Angelꝰ cur corporeus respectu Dei.

priam, sicut habet Lapis, vel Leo, nec tanquam naturam assumptam, sed quia aliquid participat de conditionibus corporis, vt quia diffinitur in loco: & sicut corpus cum est in vno loco, non est in alio: sic Angelus, cum est in terra, non est in cœlo: & sic diffiniri in loco, Deo nuu competit, quia cœlum, & terram ipse implet. Hier. 38.

Ad tertium dicendum, quòd dictum August. de Dæmonibus, quòd sint corporei, non est secundum opinionem propriam, sed secundum opinionem alienam.

ARTIC. II.

An Angeli possint sibi assumere corpus.

Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 51. art. 2. Et 2. sent. d. 8. q. 1. artic. 2. Et in q. disp. de Pot. q. art. 7. D. Bon. d. 8. art. 1. q. 2. Hol. noth. q. 4. Alex. de Ales p. 2. q 34. Sco. d. 8. q. 1. Ric. d. 8. q. 2. Biel. d. 8. q. 2. Dorbel d. 8. q. 2. artic. 2. Vasil. d. 8. q. 1.

AD secundum sic proceditur: videtur, quòd Angeli non possint assumere corpura. nam secundum August. 7. super Gen. Anima habet i se aliqua, sicut sunt intellectus, & ratio, secundum quæ incomparabiliter excellit omne corpus. Arguitur ergu sic: Suprema infimorum attinguut, infima suprem orum. suprema ergo in anima attinguut infima in Angelo. sed anima secundum sua suprema nū vnitur corpori, quia intellectus nec est corpus, nec virtus in corpore. ergu Angelus etiam secundum sua infima non poterit habere vnionem ad corpus. sed non posset Angelus assumere curpus, nisi secundum aliqua sua vnirꝫ tur corpori: ergu &c. Tomo 3. Tomo 3.

Præterea: sicut se habet spiritus vnitus ad separatiuum, sic videtur se habere spiritus separatus ad vniouem. sed spiritus coniunctus, vt anima, non potest sepsrari a corpore, cum vult: ergo nec spiritus separatus, vt Angelus, poterit vniri corpori, cum vuluerit. sed si posset assumere corpus, posset secūdum suam voluntatem vniri corpori: ergo &c.

Præterea natura nuu agit propter finem, nisi rememurata a superioribus cantis, vt ab intelligentiis, vt dicit Comment. 12. Meta. sed in rebus naturalibus, quia natura operatur propter finē nihil inuenitur frustra. ergo multo magis nou inuenietur frustra in intelligentiis. si ergo Angeli assumerent corpora, vel hoc esset propter esse, vel prupter operationem: non propter esse, quia non habēt esse per corpus, nec propter operationem, quia fortior est virtus libera, & separata a corpore, quàm coniuncta: frustra ergu esset talis assumptio. Auerr. 12. Met. Comm. 18. sub finem.

Præterea: Si Angeli assumunt corpora, hoc nō erit,

erit, quòd sint eorum formæ, vt supra sufficienter ostendebatur: erunt ergo eorum Motores. idem ergo erit Angelo assumere corpus, quod mouere ipsum. assumerent ergo Angeli omnia corpora, circa quæ operantur, quod est falsum.

Præterea: Si angeli assumerẽt corpora, essent in illis corporibus: vel ergo esset angelus (eum corp⁹ omne sit diuisibile) pars in parte, vel totus in qualibet parte: non pars in parte, quia intelligentia est substantia, quæ non diuiditur, vt patet in 7. propositione de causis. esset ergo totus in qualibet parte, & per consequens in pluribus locis. quod est inconueniens.

In contrarium est, quia multoties habemus in scripturis sacris de angelis, qui apparuerunt hominibus. sed hoc nõ potuit esse per naturam propriam. fuit ergo hoc per assumptam corpoream naturam.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli assumant verum corpus humanum. Conclusio. est negatiua.

D. Th. 1. sentent. d. 8. q. 1. art. 3. D. Bonau. d. 8. art. 2. q. 1. Voril. d. 8. q. 4. Brul. d. 8. q. 4.

Literivs dato, quòd Angeli possint assumere corpora, in quib⁹ possint apparere, dubitaret fortè aliquis: Vtrũ illa corpora assumpta sint verè talia, sicut apparent: vt si apparet Angelus in specie hominis: Verum assumat verum corpus humanum. Et videtur, quòd sic. quia ad verum corpus humanum non requiritur nisi debita organizatio, & debita complexio. sed in corpore assumpto ab Angelo est debita organizatio, quia sunt ibi oculi, nares, aures &c. ergo est ibi debita complexio, quia debita organizatio non procedit nisi ex debita complexione: vt ideo differunt mẽbra cerui à membris leonis, quia differt cõplexio cerui à cõplexione leonis. ergo erit corpus assumptum ab angelo verum tale corpus.

Præterea Angelus secundum Isido. de summo bono. lib. 1. cap. 10. est nomen officij, nõ naturæ. dicitur enim Angelus, quasi nuncius veritatis. Arguatur ergo sic: Ad nunciũ veritatis nõ spectat decipere, sed oportet tale quid esse, sicut se ostendit. sed si angelus apparet in forma hominis, dicit se habere verum corpus humanũ, ergo &c.

Præterea secundum Dio. 2. de Angeli. Hierar. huiusmodi apparitiones fiunt, vt ipsi Angeli propria, & rationali reductione oobis prouideant, quomodo nos reducãt. ex proprietatibus ergo rei apparentis Angelus, qui apparet, reducit nos in proprietates suas. Si ergo apparet in corpore humano ex proprietatibus humani corporis, ipse Angelus apparens, reducet eos, quibus apparet, ad contemplationem suarum proprietatum: sed proprietates non deserunt illud, cuius sunt proprietates. igitur si sunt ibi proprietates corporis humani, ibi videtur esse corpus humanum, ergo &c.

In contrarium est, quia aliquãdo Angelus apparet, & statim disparet. hoc non posset esse, si esset verũ corpus animalis, in quo apparet, quia non ita cito dissolui posset.

Dub. II. Lateralis.

An plures Angeli in eadem specie corporali apparere possint. Conclusio est affirmatiua.

Literivs dato, quòd sic appareant Angeli in aliqua specie corporali, vt puta in specie hominis, vel in aliqua alia specie, dubitaret fortè aliquis: Vtrum in eadem specie possint apparere superiores, & inferiores. & videtur, quòd non, quia Dionys. 3. de Ange. Hierar. diffiniens Hierarchiã dicit, quòd est ordo. 1. ordinata potestas, scientia, & actio: sed quæ ab ordinata potestate procedunt, oportet, quòd secundum ordinem fiant, videlicet q̃ superiora manifestentur per superiora, inferiora per inferiora. non ergo per eadẽ species corporales manifestabuntur superiores, & inferiores: sed cum corporalium specierum quædam sint superiores, quædam inferiores, per superiores manifestabuntur superiores Angeli, per inferiores inferiores. Hierarchia quid.

Præterea, vt dictum est, ideo apparent Angeli hominibus in specie corporis, vt per proprietates speciei corporalis, in qua apparẽt, manuducamur in proprietates ipsorum apparentiũ Angelorum, sed cum non sint eædem proprietates superiorum, & inferiorum Angelorum, non apparebunt in eadem specie corporali superiores, & inferiores.

In contrarium est, quia aliquãdo apparuerunt plures Angeli simul in eadem specie, vt in eadem specie humana, sicut Abrahæ, vt habetur Gen. Apparuerunt tres viri, qui erant Angeli in specie hominum. Sic etiam Loth apparuerunt duo Angeli i specie duorum virorum, vt habetur Gen. sed non sunt duo Angeli æquè simplices. quia & in eodem ordine secundum Dio. de Ange. Hierar. aliqui superiores sunt, aliqui inferiores. Si ergo non sunt duo Angeli æquè simplices, quia cum sint formæ per se existentes, specie differunt: & plures Angeli possunt apparere, & aliquando apparuerunt in eadem specie corporali, ergo &c. Gen. 18. Gen. 19.

RESO-

Resolutio Art. II.

Angeli possunt sibi assumere corpora: Quæ quidem non sunt eis naturaliter vnita.

RESPONDEO dicendum, circa apparitiones Angelorum esse triplicem modum dicendi. Quidam enim voluerunt, quòd nunquàm apparuerũt Angeli assomendo corpora, sed solum immutando sensum, vel virtutem phantasticam, vt ingereudo sensui talem speciem, dicti sunt apparere in illa specie, vt omnis huiusmodi apparitio sit secundum immutationem sensuum, non fm aliquã formationem in re extra. Ad quod ponendũ fortè ideo mouebantur, quia visum est, q̃ cum apparuerint, statim postea disparuerunt, quòd si fuisset aliqua formatio in re extra, non ita citò, vt videtur, potuissent disparere, quia nõ ita citò dissolui potuisset corpus illud formatum.

Sed hæc positio multum discordat à veritate Scripturæ sacræ, secundum quam aliquãdo apparuerunt Angeli, vt ab omnibus similiter viderentur, vt patet Gen. 19. quando duo Angeli in specie duorum virorum venerunt Sodomam vespere: sedente Loth in foribus ciuitatis, qui cum hospitati essent in domo ipsius Loth: omnes viri ciuitatis à puero vsq; ad senem circundauerunt domum ipsius Loth, vt emitterent eos foras viri illi. Si ergo illi Angeli quibuscunq; apparebãt, apparebãt in specie viri, non fuit hoc solum secũdum immutationẽ sensuum, quia quãdo sic fit, quod appareat vni, nõ apparet alij. Augustinus etiam 15. de Ciui. Dei. loquens de huiusmodi apparitione Angelorũ ait: Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, vt non solùm videri, sed etiam tangi possent, verissima scriptura testatur. Non ergo tales apparitiones fiebant solũ secundum immutationem sensuum: cum Angeli in corporibus, in quibus apparebant, viderí, & tangi possent.

Gen. 19.

Tomo 5. cap. 21.

Propter hoc est alius modus dicendi, quòd Angeli habent corpora naturaliter sibi vnita, quibus non suot subiecti, sed eis penitus dominantur. & quia omnino habent Dominium suorum corporum: possunt illa transformare, vt voluot, & apparere secundum illa corpora in tali, vel in tali specie: prout volunt. Et quia Aug. raro assertiuè loquitur de Angelis: ideo sub dubio dimittit qualiter appareant Angeli. Vtrum cum corporibus proprijs transformatis secundum suæ libitũ voluntatis, vel in alio corpore, qđ super induũt. Inde est, q̃ 3. de ✠ Trioit. loquẽs de hoc ait: An Angeli, qui iam erant, ita mirtebantor, vt ex persona Dei loquerentur: assumentes corporalem speciem de creatura corporea: in vsum ministerij sui. An ipsum corpus suum, cui non subduntur Angeli, sed subditum regunt, mutantes, atq; vertentes in species, quas vellent accommodatas, atque apias actionibus suis. Sub ✠ dubio ergo loquitur: Vtrum apparitiones Angelorum sint in corporibus aliunde assumptis, vel in corporibus proprijs versis, & transmutatis in species; quas voluot: prous requirunt opera, ad quæ mittuntur. Et idem in eodem lib. & c. dicit excedere vires suas, qualiter tales apparitiones fiant. Sic & in multis alijs locis secundum hunc modum loquitur de hac materia. hinc fortè habuit ortum illa opinio, vt aliqui assererent apparitiones Angelorum fieri, non solum secundum immutationem sensuum, sed secundum propria corpora ipsorum Angelorum, in quibus apparent secundum quamcunqoe speciem volunt.

A

Augustinus raro assertiuè loquitur de Angelis. Idẽ supra d. eadẽ. q. 1. ar. 1. Ad primũ arg. idẽ infra 1. sine corp humo art. 8. q. 2. ar. 2. Ad primum. & in fine 2. d. super litteram.

Sed nec hoc potest stare, quia vt supra ponebamus: nullæ substantiæ iotellectuales habent naturaliter corpora sibi vnita, nisi sint sicut potẽtia pura in genere iotelligibilium: cum ergo Angeli non sint sicut potentia pura, sed sicut intelligentiæ plenæ formis iutelligibilibus: oullam habent corpora naturaliter sibi coniuncta: immo cum Deus sit actus purus in genere intelligibilium, & substantia iotellectualis coniuncta corpori, cuiusmodi est anima nostra, sit potentia pura in tali genere, quòd fiat transitus ab acto puro io potentiam puram sine re media: nullo modo videtur congruum. quòd ergo Deus, qui est actus purus in genere iotelligibilium, fecerit substantiam intellectualem oaturaliter coniunctam corpori, vt aoimam oostram, quæ est potentiã pura io tali geoere, & uon fecerit substaotias intellectuales medias, ooo videtur cooſonum ratiooi: substantiæ aũt intellectuales mediæ sunt, quæ nec sunt potentia pura, quia non sont coniooctæ corpori, oec sunt actos purus, quia non suot ab omoi potentialitate immunes.

B

C

Nou ergo Angeli corpora naturaliter sibi vnita, iu qoibus apparere possiot, vertendo ea in species sicut volont. quia si Angeli habereot corpora oaturaliter sibi vnita, essent poteotia pura in genere intelligibilium. Rursus dato, quòd habereot corpora naturaliter sibi cooiuocta: non possent ea vertere in species, quas vellent, vt possent sic diuersimodè apparere, vt iam visi snot apparere. Nam illorum corporum, vel essent Motores tantum, vel perfectiones, & formæ, si motores tantom oou coniungerẽtur eis oisi per intellectum, & voluntatem, inquantom vellent illa mouere. Non ergo essent illa corpora eis naturaliter vnita, sed ab eis voloutariè assumpta.

D

Sed si habent corpora naturaliter coniuncta, oportet, quòd sint eotum animæ, & perfectiones, & formæ. sed cum organizatio corpotis respiciat proprium naturam animæ, quia ✠ membra Leonis, & membra Cerui non differuot, nisi quia animæ differũt, si haberent Angeli corpora, sic sibi naturaliter vnita, sicor oon habent potentiam super naturam suam, vt possiot eam vertere, vt volunt, sic non

Membra Leonis, & Cerui differunt, quia animæ differunt. 1. de an com. 30. 31. idem d. 1. q. 1. art. 1. & d. 13. q. 2. ar. 2.

* Idem in Exod. c. 19. vbi aut sibi eam difficultatem quæst. quòd Angelis fuerit loquutus pedes, & quo Iacob cũ Angelo tam fortia contentione luctatus sit, ait addit ex quocunque igneis exercendi non aliter, nõ sit disceptatio moderata, & absit error opinantib se scire eũ discriminẽ, quod nesciunt fine crimine. Sed 1 Eccl. dogm. c. 12. ait omnem creaturã esse corporeã, & addit ex eo manè eis dimus corporeas esse intellectuales creaturas quod lo caliter circũscribuntur, sicut & alia, quæ eamo claudimus. Id aut fortasse in cõparatione Dei dixit, 8 qua c. 11. locorus est quamlibet ad eius simplicitatem. Vel excellenter, vt fecit sæpe disputando cum Hæreticis Auctoritates aut Sãctorum improprie sunt ex ponẽdo, nõ extendẽdo: vt ait Doct. 1. sen. d. 5. q. 2. art. 1. ad 1. arg. Sed vide Concilium d. q. 1. a. 1.

Aegid. super ij. Sent. Kk haberent

habeant potentiam ſuper illa corpora, vt poſſent ea organizare, vt vellent. Dicere autem formam, quæ eſt perfectio corporis, non habere dependentiam ad illud corpus, & poſſe ſecundum voluntatem ſuam diſponere de illo corpore, & organizare illud aliter, & aliter, ſicut vult; eſt implicare oppoſita, & eſt dicere formam illam non eſſe perfectionem illius corporis. Poteſt.n. anima quantum ad aliquam colorationem operari aliqua in proprio corpore: ſicut videmus, quòd ✠ verecundi in facie rubeſcunt, & timentes palleſcunt, & de ✠ Camæleone dicitur, qđ ſecũdum varias affectiones diuerſimodè coloratur: ſed, quòd poſſit anima organizationem propriũ corporis mutare, vt quòd vnum animal poſſit in diuere organizationem alterius animalis, cũ hoc reſpiciat naturam ipſius animæ, eſt omnino ridiculum. Angeli ergo, vel Dæmones nõ ſunt animalia, nec habent corpora naturaliter ſibi coniuncta, & ſi haberent, non poſſent ſecundum illa corpora nunc apparere in vna ſpecie corporali, nunc in alia, vt quòd apparerent huiuſmodi intellectuales ſubſtantiæ in ſpecie rotarum, vel in ſpecie aquilarum, rectè ratio non admittit.

*Verecundi, aut rubei, & timentes pallidi.

*Camæleon cui ſæpe varios mutet colores. Ita de hoc vide Ariſt. lib. 2. de hiſt. animal. cap. 12. vbi multa de hoc animali inueniũtur.

Eſt itaque tertius dicendi modus communis, & bonus, quòd non ſecundum apparentiam ſeu ſuum tantum, nec in proprijs corporibus, ſed de corporali creatura, aſſumpta ſpecie, formant ſibi nunc hanc ſpeciem, nunc illam, vt poſſint ſic apparere, vt volunt. Sicut.n. idem artifex format ſibi nunc domum triangulatem, nunc quadrangulatam, vt inhabitet talem domum, qualẽ vult, ſic Angelus illius corporalis ſubſtantiæ, in qua apparet, non exiſtens forma, ſed artifex, & ✠motor, ſecundum quòd ſibi placet: talem ſibi ſpeciẽ corporalem formet, & in tali ſpecie appareat, & nunc appareat in ſpecie vna, nunc in alia, ſicut ſibi placet, vel ſicut ſibi permittitur. Nã fortè Dæmones multotics in pulchriori ſpecie apparerent, ſi eis permitteretur. Dictum ergo Aug. qui videtur velle, quòd Angeli habeant corpora, quibus non ſubduntur, ſed quæ ſubdita regunt, & tranſmutant, & vertunt, ſicut volunt: referẽdum eſt non ad opinionem proprium, quia in tali materia non loquitur aſſertiuè, ſed ad opinionem aliorum. Dictum enim dicentium, quòd ſolum fiunt tales apparitiones ſecundum immutationẽ ſenſuum, non ſecundum aliquam formationem corporalem extra, quia tunc non poſſent ſtatim diſparere, quia non poſſet illud corpus formatũ ſtatim diſſolui, nullius eſt efficaciæ, quia poteſt talis formatio fieri de materia aerea aliqualiter inſpiſſata: propter quod corpus ſic formatum, propter nimiam pellibilitatem aeris, ad nutum Angeli diſſoluetur, & apparebit, & diſparebit.

CONTRADICTIO. ✠Hunc loco videtur aduerſari lo. 2ª aliter diſt. eadem q. 1. ar. 1. in ſol. Dub. 1. ab initio ad fin. ſed dicendũ ẽ, q ibi dr Angelus non eſſe Motor ita determinatè naturaliter aliquo rũ corp. vt aliorũ eſſe non poſſit. Doct. igitur ibi talẽ negat determinatione: hic vero abſolutè concedit.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd Angelus ſecundum infima ſua non habet vnionem ad corpus tãquàm perfectio, & forma, ſed bene poteſt habere talem vnionem tanquàm motor. Nam Deus, qui eſt nobilis in fine nobilitatis tanquàm operator, & motor eſt coniunctus omnibus creaturis. Quando ergo dicitur, q̃ niſi Angelus haberet vnionem ad corpus, non poſſet corpus aſſumere, verum eſt, niſi haberet vnionẽ, tanquam motor, ſed non oportet, quòd habeat vnionem tanquàm forma, quia hoc modo eſt ab omni corpore abſolutus.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimile de ſpiritu ſeparato, & de ſpiritu coniuncto, quia ſpiritus coniunctus vnitur corpori per naturam ſuam, ſupra quam non habet potẽtiam: propter quod non poteſt ab huiuſmodi corpore ſeparari cum vult: ſed ſpiritus ſeparatus cum cõiungitur corpori: coniungitur ei ſecundum voluntatem ſuam, & ſecundum Auguſtinum 1. de libe. arb. nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, ſicut eſt ipſa voluntas: ſpiritus ergo ſeparatus, quia coniungitur corpori per voluntatem, quæ eſt omnino in poteſtate eius: poteſt ei cõiungi, & ſeparari, quãdo vult: ſpiritus autem coniunctus, quia coniungitur corpori per naturam, quæ non eſt in poteſtate ſua, non ſeparatur, & cõiũgitur prout vult. Dicimus autem, quòd homo non ſeparatur, & coniungitur corpori, prout vult, quod intelligendum eſt, quantum eſt de ſe: poteſt tamen per diuinam iuſtitiam coniungi corpori, vel alligari etiam inuitus, ſicut poſt diem iudicij oẽs ſpiritus damnati alligabuntur igni inferni, & ẽt ibi ipſi inuiti tenebuntur, & nunc ſi aliqui eorum non ſunt in inferno, ſunt tamen in iſto aere caliginoſo, quibus quaſi eſt pro carcere deputatus. Tomo 1.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli non aſſumunt corpora, vt per illa inuentur in ſuo opere, ſed vt appareant viſibiles in illis corporibus, qui non poſſent in natura propria viſibiles apparere. Non ergo eſt fruſtra talium corporũ aſſumptio, cum debitum ſortiatur effectum.

Ad quartum dicendum, q̃ ad aſſumptionem corporis, non ſufficit motus: vnde non quæcũq; corpora mouent, dicuntur Angeli aſſumere: ſed ſolum illa, quæ de nouo formant, per quorũ proprietates nos manuducunt in cognitionem proprietatum ipſorum Angelorum.

Ad quintum dicendum, quòd ſicut anima eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, ſic & Angelus quantum ad illum locum, in quo eſt per ſe, & primo eſt totus in toto, & totus in qualibet parte. Sicut ergo anima corpori, quod perficit, coniungitur per eſſentiam tota tota, & tota cuilibet parti: attamen, quia eſſentia non eſt ſine virtute, intellectus, & voluntas, quæ fundantur in ipſa eſſentia: oportet, q̃ ex cõſequenti ſint vbicunque eſt ipſa eſſentia, ſic & Angelus corpori, qđ mouet p ſe, & primo cõũgit per virtutẽ totus totũ, & totus cuilibet parti: attamẽ, qa virtus nõ eſt ſine eſſẽtia, ſicut virtus Angeli eſt tota in illo corpore, & tota in qualibet parte, ſic & eſſentia, quæ nũquàm ſuã virtutẽ deſerit, eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Dicimus aũt, q̃ Angelus in corpore, qđ mouet p ſe, & primo, eſt totus in toto, & totus i qualibet parte, qa poſſet aliqđ

Angelus. an ſit totus in qualibet parte corporis aſſumpti.

corpus

corpus mouere totū: mouendo ſolum aliquam partem per ſe, & primò, ſicut aliquis cum manu attingeret aliquam partem aſtę per ſe, & primo, quia aſta eſt continua, moueret totā aſtam: ſic & Angelus diruendo fundamentum domus, poſſet diruere totam domum, non tamen eſſet in domo tota per ſe, & primo: in illa tamen parte, vbi per ſe, & primo opetaretur, eſſet totus in tota, & totus in qualibet parte. & quia omnino rationabile eſt, quòd in corpore, quod format, quia non format niſi operatione ſua, ꝙ in toto ſit per ſe, & primo. Vnde concedi poteſt, quòd in illo corpore, in quo apparet eſt totus, & totus in qualibet parte per eſſentiam. Per virtutem autem ſic eſt: prout eſſentiam concomitatur, & potiſſimè per virtutem, quæ fundatur in ipſa eſſentia. Angelus autem econuerſo eſt totus in toto, & totus in parte per ſuam virtutem, ſed eſt ſic per eſſentiam, prout talis eſſentia à ſua virtute minimè ſeparatur.

Ad formam autem arguendi, cum deducitur, quòd eſſet angelus in pluribus locis ſimul: dici debet, quòd totū corpus per ſe, & primo reſpondet angelo, vt vnus locus. In partibus autem illius corporis non eſt angelus, niſi prout habent ordinem ad totum corpus: per ſe ergo loquendo propter talem apparitionem, vel proprer motū, quem agit angelus in corporibus, non eſt in pluribus locis, ſed in vno loco.

Reſolutio Dub. I.

Angeli aſſumunt ſibi corpora: non tamen naturaliter ſibi vnita, nec talia, vt eſſe videntur, cum nil niſi forma remaneat.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrū corpora, in quibus apparēr angeli ſint verè corpora talia, dicendum eſt, quòd non. Primò, quia non poſſunt talia vera corpora formare, vt ſi apparent, ſicut mulrories apparuerunt in ſpecie hominis: nunquàm poſſent verum corpus hominis formare, & ſi apparent in ſpecie aquilæ: nunquàm verum corpus aquilæ, formare poſſent. Secundò, quia dato, quòd poſſent verè corpus tale formare, non dicerentur illud corpus aſsumere, nec dicerent ꝓprie in illo corpore apparere. Tertiò, quia ſecūdum huiuſmodi corpus ſic formatum, non ita congruè ducent in admirationem, & ſtuporem. Cum enim Angeli aliqua corpora aſsumunt: iſta tria ſe habent per ordinem, quia illa corpora primo formant. Secundò in illis formatis apparent. Tertiò ex illa apparitione, vel in principio, vel in fine, vel aliter: nos inducunt in admirationem, & ſtuporem: ideo ſtatim cum apparent boni Angeli propter ſtuporem, & admirationem, quam inducunt, nos confortant ne timeamus. Ideo Lucæ: cum apparuit Angelus Domini Zachariæ: illàs à dextris altaris incenſi, Zacharias turbatus eſt, & timor irruit ſuper eum, quem confortans Angelus ait: Ne timeas Zacharia. Et mulieres euntes ad monumentum: viderunt iuuenē ſedentem in dextris coopertū ſtola candida, & obſtupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expaueſcere. vt habetur Marth. Et Angelus, qui concomitatus eſt filiom Tobię: in principio non induxit Tobiam, & familiam ſuam in admirationem, ſed in fine: quādo debuit ab ipſis recedere: Dixit pax vobis: nolite timere, &c. Diſcedens, ipſos in admirationem duxit, quia ſteterūt proſtratt in faciem per tres horas. Semper enim cum tales apparitiones factæ ſunt, ſi crediti ſunt eſſe Angeli, oportet, ꝙ inde ſit aliqua admiratio ſubſecuta.

Luce 1. Marth. 8.

Primò ergo corpora, quæ aſſumunt, non ſunt verè talia, quia non poſſunt verè talia formare. Nam nihil poſſunt Angeli niſi adhibendo ſemina: nam id, quod faciunt Angeli in productione rerum: faciunt agricolæ in productione arborū, vt dicit Aug. 9. ſuper Gen. ad litteram, vel faciūt adhibendo ſemina, vt dicit Auguſt. 3. de Trinit. Cum ergo aliquando, & vt plurimū appareāt in ſpecie hominis, non erit verum corpus hominis, in quo apparent, quia tale verum corpus formare non poſſent, cum non fiat homo niſi ab homine. Si enim vera eſſet poſitio dicentium, quòd poſſet homo naturaliter fieri ex terra, & ex putre factione: tale fortè corpus poſſent formare Angeli adhibendo ſemina, per quæ fieret putrefactio propria illi corpori. ſed vnus eſt modus cōmunicandi naturam in natura, & potiſſimè in natura animalium perfectorum, vt talia fieri non poſſint niſi à ſibi ſimili in ſpecie. Poteſt.n. Deus facere vnumquodque, & quæcunque vult, vt potuit facere hominem ſine homine pręcedente. Sed per rationes ſeminales, & adhibendo ſemina, nunquàm fit homo niſi ab homine. Nō ergo ſunt vera corpora, quę aſſumunt Angeli, ſicut apparent, quia non poſſunt talia corpora per ſe, & ſubitò facere, niſi fortè aſſumerēt talia corpora, quæ per putrefactionem fierent.

Tomo 5. Tomo 1. cap. 7.

Secundò dato, quòd talia corpora poſſent facere, non dicerentur talia corpora aſſumere, nec propriè in talibus corporibus apparere, quia nō eſt dare veram materiam, niſi ſit ſubdita verè formæ. Si enim eſſet verum corpus humanum, in quo apparet Angelus, eſſet ibi vera anima humana, & eſſet verus homo. Nam materia non dicitur natura, niſi quia forma eſt naturæ. Verum ergo corpus humanum, quod pertinet ad naturam humanam tanquàm materia ad naturam aliquam, verè participare non poteſt aliquid: niſi, quia verè eſt ibi aliquid tanquàm forma, ſed ſi in apparitione Angeli eſſet verus homo, in quo apparet: tunc organa illius hominis ducerent in cognitionem hominis illius propriè, cum eſſet ibi vera natura humana, & non in cognitiona naturæ angelicæ: propter quod in tali corpore nō propriè diceretur Angelus apparere. Corpus ergo humanum, quod aſſumit Angelus, videtur eſſe tale corpus, ſed non eſt. & quia non eſt ibi verè natura humana non inducit in cognitionē naturæ ꝓpriæ, ſed alicuius altioris naturę,

Angeli in humano corpore apparentes, quo manifestè sit eos Angelos.

Et ideo cum Angeli assumunt talia corpora, si volunt cognosci, semper faciunt aliquid vltra humanum modum, vt ex hoc in cognitionem altioris naturæ manuducant astantes: cum ergo intendant facere aliquid vltra humanum modum, non assumunt corpus humanum verum, per quod est aptum natum fieri solum, quod est secundum humanum modum, sed assumunt corpus proportionatum ad opera, quæ volunt facere. quod licèt videatur esse corpus hominis, vel cuiuscunque alterius, quia non est propriè tale corpus, possunt per ipsum etiam faciliter, & prout res exigit, agere vltra modum rei, cuius esse videtur.

Tertiò corpus, quod assumũt, non est verè tale, quia non possent per tale corpus sic in stuporem, & admirationem adducere, quia si esset verè tale corpus, non ita citò posset dissolui, quod faciendo, vt cum statim disparent, maximè in admirationem ducũt. Rursus: Si esset verè tale corpus, non haberet nisi proprietates vsitatas, vel quas posset pati illud corpus, quæ nõ essent multum mirabiles, sed quia non est propriè tale corpus, possunt ipsum variare sicut volunt, & possunt ei facere proprietates valde mirabiles, vt φ habeat aspectum sicut fulgur, vel quòd habeat alas: licèt nullum verum corpus humanũ vnquã fuerit visum alatum.

Resp. ad 4. Ad primum dicendũ, φ non est ibi vera organizatio corporis humani, quia non sunt ibi verè oculi, nec verè aures, sed apparent tales. Sufficit. n. φ sic disponatur materia illa, corporalis, quòd ibi talia organa appareant: Non oportet autem, quòd sint verè talia. Si. n. essent vera humana organa: cêt, ibi vera humana complexio.

Angelorũ apparitiones quo nõ sint falsæ. Vide Sent. 2. d. 9. q. 2.

Ad secundum dicendum, φ Angelus est nuncius veritatis, & in tali apparitione: non est falsitas, nec mendacium, nec deceptio. Nam tales apparitiones sunt similes locutionibus figuratis, quas non oportet esse veras quãtum ad id, quod dicitur, sed sufficit, φ sit verè quantũ ad id, propter quod dicitur. vt sicut sufficit in lib. Iudi. φ arbores voluerunt constituere super se Regem, nec tamen in hoc est falsa scriptura facta, licèt hoc non competat arboribus, sed hominibus.

Arbores vellent constituere Regem ex lib. Iud. c. 1. quid sibi vela.

Nam ibi arbores figurant homines. Sic in proposito, si Angelus assumat speciem hominis, corpus illud assumptum non est propter indicandũ Angelum: ideo non oportet, quòd sit verè corpus humanum, & ducat in cognitionem proprietatum hominis, sed sufficit, φ sit tale corpus, & quòd habeat talem apparentiam, φ ex proprietatibus apparentibus sit aptum natum ducere in cognitionem proprietatum Angeli.

Ad tertium dicendum, quòd veræ proprietates huminis non sunt nisi in vero corpore humano, sed similitudines talium proprietatum esse possunt in eo, quod non est verè corpus humanum, sed apparet humanum. quod sufficit, vt cõmuniter ponitur, quantum ad finem intentum per cognitionem talũ, vt possimus aliqualiter manuduci in cognitionem angelicam.

Resolutio Dub. II.

Angelos in corporibus apparere congruum est. Id quod naturæ angelicæ præstantia: naturæ corporeæ multiplicatione: nostriq; intellectus imbecillitate probatur.

Dvbitabat autem, quod quærebatur: Vtrũ in eadem specie apparere possint, vel etiam sit congruum apparere superiores, & inferiores Angelos, dici potest, φ sic. Quod triplici via põt declarari. Primò ex excellẽtia naturæ angelicæ. Secũdo ex multiplicitate naturæ corporalis. Tertio ex imbecillitate intellectus nostri.

Prima via sic patet. Nam secundum Dion. 1. de diui. nom. intelligibilia suũt incomprehensibilia sensibilibus, & simplicia sunt incomprehensibilia his, quæ sunt in compositione, & infigurata formatis secundum figuram corporum, & incorporalia, quæ sunt formæ intangibiles, & infigurabiles sunt incomprehẽsibilia tangibilibus, & figurabilibus. Intelligentiæ ergo, quia non sunt figurabilia, nec sunt corporalia, sed sunt formæ simplices, sunt incomprehensibiles ab istis corporalibus rebus. Ideo valde à remotis representantur per ista. Propria ergo, & perfecta representatio, non potest esse vna, & eadem diuersorum, & potissimè inæqualium, sed valde incõpleta, & exilis, non est inconueniens, φ sit vna, & eadem valdè diuersorum, & inæqualium, quia valde diuersa, & inæqualia: in aliquo modico, & exili conuenire possunt.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex multiplicitate ipsorum corporum, & potissimè corporũ, in quibus aliquando apparent angeli, quæ videntur habere diuersa organa, vt oculos, dentes, manus, & pedes, & aures, vt ratione oculorum, & dentium tale corpus magis representabit superiores Angelos, qui magis oculati sunt, quia acutius intelliguut, & dicuntur magis habere dentes, quia eorum est magis frangere species. Dicuntur enim Angeli secundum Dio. vlti. de Angelica Hierar. habere & dentes, quia diuidũt species. Imaginabimur quidem, quòd sunt dentes in Angelis superioribus respectu inferiorum sicut dentes in nutricibus respectu puerorum. Sicut enim, quia pueri non possunt grossum bolũ conterere, nutrices masticant ipsum, vt sic diuisus bolus minutatim sit proportionatus pueto. sic quia Angeli superiores in vno conceptu intelliguut multa, quæ sic vnitiuè non possunt intelligere inferiores, dicuntur angeli habere dentes, diuidendo conceptus illos, & proponendo sub pluribus conceptibus angelis inferioribus, quæ ipsi vno conceptũ capiunt. Aures autem, & manus, & pedes magis signant angelos inferiores. Nam per aures instruimur ab alijs, sic

*Dentes in Angelis ponendi pulchrum exemplum.

&

& inferiores angeli per ſuperiores inſtruuntur. Per manus autē operamur, & miniſteria exercemus: ſic & inferiores ſunt in miniſterium miſſi. Pedes autem ſunt inferior pars corporis, ſic & Angeli inferiores ſecundum dignitatem naturę, ſunt infra ſuperiores. Poſſent autem & aliter forte iſtæ adaptationes fieri, ſed de hoc non ſit nobis curæ: ſufficiant autem ad præſens ſcire, quòd aliqua multiplicitas eſt in corporibus aſſumptis ab Angelis: ratione cuius corpora aſſumpta ſecūdum eandem ſpeciem, vtputa ſecūdum formam humanam, poterunt ſecundum vnum modum magis repreſentare inferiores, & ſecundum aliū ſuperiores, vt in eadem forma etiam congruè apparere valeant hi, & illi.

Tertia via ad hoc idem ſumitur ex imbecillitate intellectus noſtri, quia valde modicum eſt, qđ de Angelis ſcire poſſumus. Lōge.n. excellentiori modo ſunt ibi perfectiones, quàm poſſimus capere. & quia, vt dicebatur, non eſt inconueniens in aliquo modicn, & in aliquo exili quantumcunque ſuperiora cum inferioribus conuenire: Ideo ſecudum hunc exilem modum eſſe poterit eadem repreſentatio vtrorumque. Vel poſſumus dicere, quòd imbecillitas intellectus noſtri ſcit, vt de leui incidamus in errorem: ideo etiam excellentiores res, vt puta ſuperiores Angeli, & ipſe Deus, congruentius figurantur per viliores, vt ſi figuraremus Deū per Solem: fortè ad litteram crederemus ſolem eſſe Deum. ſed cum per iſta inferiora figuramus Deum, non ita decipi poſſumus, vt credamus iſta habere aliquid numinis, & eſſe Deos. Sic ſi per corpora ſuperiora repreſentarentur ſuperiores Angeli, & per inferiora inferiores poſsemus fortè de leui decipi, vt crederemur ſuperiores Angelos eſse animalia, & habere corpora cęleſtia: inferiores etiam eſse animalia, ſed habere terreſtria. at quando per res inferiores repreſentantur intelligentiæ ſuperiores, non ita decipimur, vt credamus ipſos naturaliter habere talia, ſed magis huiuſmodi corporalia tranſcendimus, vt poſſimus aliqua de ipſis intelligentijs cognoſcere. In eiſdem ergo corporibus formatis de hac inferiori ſubſtantia congruè apparere poterūt Angeli ſuperiores, & inferiores: inferiores quidem poterunt congruè ſic apparere ratione naturæ ſuæ, quia habent naturam inferiorē aliis: ſuperiores autem ratione deceptionis noſtræ cauendæ. vt ideo etiam in corporibus ſecundum eandem ſpeciem de hac inferiori ſubſtantia formaris appareant, ſicut inferiores, ne decipiamur. vt ſi apparerent inferiores ſecundum inferiora corpora, & ſuperiores ſecundum ſuperiora, crederemus ipſos naturaliter talia corpora habere conuncta.

Deus cur rebus vilibus figuretur.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendū, quòd quæ non ſunt ordinata ſecundum vnum modum ordinis: ſunt ordinata ſecundum aliū modum. vt licèt eſset aliquis motus ordinis, ſi ſicut Angeli ſunt ſuperiores, & inferiores, ſic apparerent in ſuperioribus, & inferioribus corporibus, tamen propter alium modum ordinis, quē deſcripſimus, & propter plures rationes, quas tetigimus, poſſunt in eadem ſpecie apparere ſuperiores, & inferiores.

Ad ſecundum dicendum, quòd vna, & eadem res habet diuerſas proprietates, ratione quarum poteſt repreſentare ſuperiores, & inferiores Angelos. licèt non ſint eędem proprietates horū, & illorum, vt etiam Dio. ſatis innuit: in vlti. c. de Angelica Hierarchia.

ARTIC. III.

An corpora ab Angelis aſſumpta, cœleſtia dici poſſint. Concluſio eſt negatiua.

D. Bon. d. 8. art. q. 2. Ric. d. 8. q. Biel. d. 8. q. 1. Alb. Magn. de motu, & locutione Ang. q. 9. art. 11. Borbel. d. 8. q. 3. Capr. d. 8. q. 1.

AD tertium ſic proceditur: Quæritur enim, vnde angeli aſſumāt talia corpora. Et videtur, quòd ea aſsumāt de cœleſti materia. Nam Dio. 2. de Angelica Hierar. Nō nos multis eodem modo, immōdè exiſtimemus, cęleſtes, & deformes animos, multipedes eſse, & multorum vultuum: & ad boum pecudalitatem, aut leonū beſtialem imaginationem formatos. Videtur ergo, quòd cum ſit immunditia, illas cęleſtes mentes tales exiſtimare non debeant in talibus corporibus formatis de hac inferiori ſubſtantia apparere. ſed ſi apparebunt, hoc erit in corporibus formatis de illo ſupercęleſti corpore.

Præterea ſecundum Philoſophum, finis impo nit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finem. ſed angelus aſsumit corpus ad ſuipſius oſtenſionem: cū ergo ipſi ſint lumina clara, debent aſsumere corpus de natura lucis. ſed huiuſmodi natura potiſſimè eſt natura cęleſtis: ergo, &c. Arſ. 3 Eth. cap. 11.

Præterea ſi aſsumerent corpus de hac natura elementari, vel aſsumerēt de natura graui, tunc difficiliter tenderet ſurſum: vel de natura leui, & tunc cum violentia deſcenderet deorſum: impediretur ergo in operationibus ſuis, ſi de natura elementari corpus aſsumerent. ſed præter naturam elementarem non eſt dare niſi naturam cęleſtem, quæ dicitur quinta eſsentia, quaſi ſeparata à naturis quatuor elementorum. Illa enim nec eſt grauis, neque leuis. Propter quod, vt videtur, non impediret operationem angeli: neq; ſecundum motum ſurſum, neque ſecundum deorſum. Cœlū cur dicat̄ quinta eſſentia.

IN CONTRARIVM eſt, quia ſi de natura cęleſti aſsumerent corpus, vel hoc eſset de illa, quæ nunc eſt, & tunc ſcinderetur orbis:

quod est ioconueniens, vel hoc esset de tali materia de nouo creata, & tunc semper fieret miraculum, quãdo Angeli corpus assumerẽt, quia crearetur aliquid de nouo.

Dub. I. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, ignea dici possint. Conclusio est negatiua.

D. Bon. d. 8. ar. 3. q. 2. Ric. d. 8. q. 3. Biel. d. 8. q. 1.

VLTERIVS autẽ potest quæri: Vtrũ huiusmodi corpus assumant de igne. Et videtur, q̃ sic, quia Dio. vlti. c. de Angelis Hierar. Innuit, quòd ignis maximè representat ꝓprietates spiritualium substantiarum: sed tale corpus decet angelos assumere, quod maximè representet eorum proprietates: ergo, &c.

Præterea: infra corpus cœleste nullum est corpus subtilius igne: cum ergo Angeli habeãt subtilem, & simplicem naturam, si non assumũt corpus de cœlo, t possimè decet eos assumere de igne.

Præterea: ignis est leuissimum corporum, sed decet Angelos tale corpus assumere, quod leuissimè moueri possit, ne in eorũ operationibus impediantur.

IN CONTRARIVM est, quia secundũ Aug. 15. de Ciu. Dei, Scriptura refertur Angelos apparuisse hominibus in corporibus, in quibus non solum videri, sed etiam tangi possent. at si habuissent corpus de igne, tangentes eos combussissent, & læsissent: ergo, &c.

Vere 3. cap. 25.

Dub. II. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, aerea dici possint. Conclusio est affirmatiua.

Alex. de Ales p. 2. q. 34. Barth. Syb. 3. Dec. cap. 2. q. 3. & alij supra citati.

VLTERIVS autem quærì potest: Vtrum huiusmodi corpus assumant de aere. Et videtur, q̃ non, quia aer est male terminabilis termino proprio: non ergo possent ex tali corpore formari organa, vt apparet Angelus in specie hnius, vel alterius animalis.

Præterea: aer de se non est sic visibilis, q̃ sit terminatiuus visus, sed est medium, per quod videmus. at corpus, in quo apparent Angeli, habet determinate visum ostrum. Aliter enim oõ dicerentur in tali corpore apparere: ergo, &c.

Præterea, vt patuit per Aug. Angeli in corporibus, in quibus apparuerunt, non solum videri, sed etiam tangi poterant, sed aer non est sic tangibilis, quòd resistat tactui, sicut corpora assumpta ab Angelis tactui resistebant: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est Iud. lib. 1. de summo bono. cap. 10. qui ait, q̃ Angeli corpora, in quibus hominibus apparent, de superno aere sumunt.

Dub. III. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, terrea dici possint. Conclusio est negatiua.

Vide Doct. supra citatos in ijsdem locis.

VLTERIVS autem quæri potest: Vtrum de terra, vel aqua, quæ sunt elementa grossa, tale corpus sumi possit, & t videtur, quòd sic, quia ista sunt elementa grossa, quæ & videri, & tangi possunt, sed talia corpora assumunt Angeli: ergo, &c.

Præterea, vel sumpsit corpus simplex, vel mixtum: si simplex, tunc si esset ignis, vel aer, vel aqua, non esset terminabilis termino proprio. Si autem esset terra, cum terra pura sit pulvis, non haberet corpus illud continuationem: ergo est corpus mixtum. sed in omni mixto dominantur elementa grauia, vt aqua, siue terra: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est, quia si corpus, quod assumit Angelus esset formatum de elemẽtis grauibus, vel esset corpus mixtum, in quo dominarentur elementa grauia; non sic subito dispareret, sicut compertum est, quòd statim disparent Angeli to corpore assumpto, cum volunt.

Resolutio Art. III.

Angelorum corpora assumpta, cœlestia dici non debent, secundum rei veritatem, sed tantum similitudine quadam, cum cœleste corpus, quantum ad substantiam, quantitatem, qualitatemq; peregrinas non suscipiat impressiones.

RESPONDEO ad quæstionem primam dicendum, quòd Angeli corpora, quæ assumunt, non assumunt de cœlo secundum veritatem: posset iñ dici tale corpus de cœlo secundum quandam similitudinem, vel ſm quandã appropriationem.

Quòd

Quòd autem tale corpus non ſit aſſumptum de cęlo, poteſt tripliciter declarari, ſecundum, ꝙ cęlum quantum ad præſens ſpectat, tripliciter non ſumit peregrinas impreſſiones. Primo quidem, quantum ad ſubſtantiam, vt cęlum dicatur hoc modo non ſuſcipere peregrinas impreſſiones, qa nó poteſt inde via naturæ corpus aliud generari. Secundo non ſuſcipit imó impreſſiones quantũ ad ſuam quantitatem, quia non poteſt ſcindi, vel diuidi. Ideo dicitur Iob: Tu forſitan fabricatus es cęlos, qui ſolidiſſimi quaſi ęre fuſi ſunt. Tertio non ſuſcipit cęlum peregrinas impreſſiones quãtum ad qualitatem, ꝙ poſſit rarefieri, vel condenſari, vltra, vel citra id, quod eſt, vt loquamur eo modo, quo Philoſophus loquitur in de cęlo, & mundo, ꝙ ſtella eſt ſpiſſior pars ſui orbis. Dicemus, & vltra ſpiſſitudiem, quam habet in quadam parte, vel etiam citra, non poteſt via naturæ peregrinam impreſſionem recipere. Sed ſi de cęlo aſſumeret corpus ſuum Angelus, omnia iſta tria inconuenientia ſequerentur.

Cęli quoad ſubſtantiã quantitatẽ, & qualitatẽ peregrinas impreſſiones non ſuſcipit.

Iob 27.

Primo quia illud corpus reciperet peregrinã impreſſionem quantum ad ſubſtantiam, quia formaretur inde aliud corpus. Quia ſi diceretur, ꝙ manens ſub forma cęli quãtum ad ſubſtantiam, fieret ibi figura, vel fierent ibi lineamenta, in quibus apparet Angelus, ſicut maoente eadem ſubſtantia, & natura ceræ, poſſunt varia lineamenta induci in cera. Sed contra ſic reſpondentes diceremus, ꝙ cęlum eſt ſuo ſitu, & ex ſuo motu arguitur eſſe de quinta eſſentia: vt ideo quintam eſſentiam conſtituit, quia eſt ſituatum extra totã ſphęram actiuorum, & paſſiuorum, vbi ſunt quatuor eſſentiæ, ideſt quatuor elementa, vel conſtituta ex quatuor elementis. Et quia ad nullam dictarum quatuor eſſentiarum, ſiue dictorum quatuor elementorum pertinet eſſentia cęli. Ideo dicta eſt & eſſentia quinta. Hoc autem arguitur, non ſolum ex ſuo ſitu, ſed ẽt ex ſuo motu, vt quia duo elemẽta mouentur a medio, ignis, & aer: & duo ad medium, vt aqua, & terra. cęlum, quod non mouetur à medio, nec ad medium, ſed circa medium, non dicitur pertinere ad aliquam dictarum quatuor eſſentiarum, vel ad aliquod dictorum quatuor elementorum, dicitur quintam eſſentiam cõſtituere. Si ergo ex ſuo ſitu, & ſuo motu concludimus, qualis ſit cęli ſubſtantia, & natura, quia dicimus ipſum ad quintam eſſentiam pertinere, ſi poſſet cęlum, vel aliqua pars eius quantum ad ſitum, vel quantum ad ſuum motũ ſituari in ſphæra actiuorum, vel paſſiuorum, vbi ſituantur elementa, vel poſſet moueri motu recto, ſicut mouẽtur elementa; conſequens eſſet, quòd in ſua ſubſtãtia peregrinã impreſſionem reciperet, quia nihil via naturæ ſituari poteſt in ſphæra elemẽtorum, vel moueri motu, quo mouentur elementa, niſi pertineat ad elementorum naturam. Angeli ergo, quia in ſphæra actiuorum, & paſſiuorum etiam in loco, vbi erant homines in aſſumptis corporibus apparuerunt hominibus: ſi illa corpora aſſumpſiſſent de cęlo, ſuſcepiſſet cęlum impreſſionem peregrinam quantum ad ſubſtantiam.

Cęlum eſſentiã quintam eſſentiam.

Cęlum eſt quinta eſſentia.

Secundo: ſi hoc fuiſſet, ſuſcepiſſet cęlum peregrinam impreſſionem quantum ad quantitatem. Nam non potuiſſet de toto cęlo formari corpus aſſumptum, quia tota ſphæra actiuorum, & paſſiuorum non fuiſſet ſufficiens capere tantum corpus. fuiſſet ergo formatum huiuſmodi corpus de aliqua parte cęli, quod non potuiſſet fieri, niſi aliqua pars cęli fuiſſet abſciſſa, & diuiſa à ſuo toto. Igitur ratione illius diuiſionis ſuſcepiſſet cęlum peregrinas impreſſiones quantum ad quantitatem.

Tertio: ſi de cęlo Angeli aſſumerent corpus, pateretur cęlum peregrinam impreſſionem, non ſolum quantum ad ſubſtãtiam, quia oportetet partem illam cęli, de qua formaretur tale corpus, cõſtitui intra elementa, & per conſequens pertinere ad naturam elementorum: nec etiam ſolum pateretur talem impreſſionem quantum ad quantitatem, quia aliqua pars cęli ſecundum diuiſionem quantitatiuam abſcinderetur à ſuo toto, ſed etiam pateretur peregrinam impreſſionem quantũ ad qualitatẽ. quia illa pars cęli, de qua formaretur tale corpus, rarefieret, & inſpiſſaretur, ſecundũ ꝙ requireret corpus formatũ. immo ſi aliqua pars cęli abſcinderetur a cęlo, ne remaneret vacuum: oporteret cęlum rarefieri, & ſuſcipere peregrinas impreſſiones quantum ad qualitatem. Et ideo non ſecundum veritatem aſſumunt Angeli corpora de cęlo. Et vt clarius appareat, quod dicitur, dicemus cum Aug. 3. de Trin. ꝙ tota corporalis ſubſtantia regitur per ſpiritualem. Propter quod ſecundum eundẽ lib. 20. c. 10. ✻ Illę apparitiones factæ antiquis patribus, quæ fuerunt apparitiones Angelorum, miniſterio Angelorum factę fuerunt, propter quod corpora illa, in quibus apparebant Angeli, miniſterio Angelorum formata fuerunt. Et quia in formatione corporum non poſſunt Angeli, niſi quod natura pót. quia quicquid faciunt, vt dicit Aug. 3. de Trin. faciunt adhibeodo ſemina, ſi via naturæ corpus cęleſte, nec quantum ad ſubſtantiam, ꝙ poſſit inde aliud generari, nec quantum ad quantitatẽ, ꝙ poſſit ſcindi vel diuidi, nec quantum ad qualitatem, ꝙ poſſit rarefieri, vel condenſari, peregrinam impreſſionẽ ſuſcipere poteſt. corpora aſſumpta ab Angelo, quia miniſterio Angelorum ſunt formata, de cęlo aſſumpta eſſe non poſſunt, cũ Angeli non poſſint aliquid formare, niſi via naturæ, & adhibẽdo ſemina. Quòd ſi diceretur, corpora illa aſſumpta facta eſſe de materia cęli: nõ cęli, qđ eſt nunc, ſed de materia tali de nouo creata, patet quòd cũ creare non competat Angelis, ſi miniſterio Angelorum talia fiunt, vt Sancti credũt, & vt congruũ eſt ponere, quòd nec de materia cęli, quod nunc eſt, nec de tali materia de nouo creata, pòterunt huiuſmodi corpora eſſe aſſumpta.

Tomo 3. Cap 4.

Angelorũ apparitiones factæ antiquis patribus.

Tomo 3. Cap 7.

Aduertendum tamen, quòd licet de materia cęli ſecundum veritatem non poſſint talia corpora formari, tamen ſecundum quandam ſimilitudinem, vel ſecundum quandam appropriationẽ poſſunt dici de cęlo formata. Primo ratione ipſius aeris ſecundum ſe. Secundo ratio partis aeris

de

de qua, vt apparebit, talia corpora formantur.

Tertio ratione ipsorum Angelorum formantium. Ratione aeris quidem, quia & ipse aer in sacra pagina cœlum nuncupatur. Vnde & in Euāgelio dicūtur volucres cœli, quia sunt in cœlo aereo.

Secundo hoc idem patet quantum ad partem illam aeris, de qua formantur talia corpora, quia secundum Isido. de supremo aere Angeli sua corpora assumunt, vt aer iste inferior dicatur quasi terrestris, ille aūt superior, quasi cœlestis. Volunt autem quidam, & dicunt hoc sensisse Isido. quòd Angeli boni assumūt corpora de aere superiore, malt autem de inferiori. Sed siue Isido. intelligat da omnibus Angelis, siue de bonis tantum, quòd assumant corpora de superiori aere, quia aer superior potest dici cœlestis, dicūtur corpora de cœlo assumere. Vnde & idem Isid. Primo de summo bono c. 10. Cū prius dixisset, ꝙ Angeli de supremo aere corpora assumunt, postea subdit, quòd solidam speciem ex cœlesti elemento inducunt, idem appellans supremum aerem, & cœleste elementum.

Tertio hoc idem patet ex parte ipsorum Angelorum, qui dicuntur cœlestes mentes. Nam sicut corpora, quę vtūtur animabus, dicuntur animata, sic quæ vniuntur cœlestibus mentibus aliquo modo possunt dici cœlestia. Possunt enim denominari corpora ab his, ꝙbus vniuntur, siue vtantur eis, vt perfectibilia suis perfectionibus, prout corpora animata vniuntur animabus, siue vniantur eis, vt mobilia suis motoribus, sicut corpora assumpta ab Angelis vniuntur Angelis. Immo quia talia corpora non sunt solum mota ab Angelis, sed sunt assumpta ab eis, & operationes angelicæ resplendent in ipsis. propter quod quilibet diceret ea esse corpora angelica, non quia sint eis naturaliter vnita, sed quia sunt ab eis voluntariè assumpta. igitur si talia corpora, quia sunt assumpta ab Angelis, possunt dici Angeli, cum & ipsi Angeli sint quędam cœlestes mentes, poterunt secundum hunc modum vocari cœlestia.

Corporum denominatio.

RESP. AD ARG. ARTIC. III.

AD primum dicendum, quòd verba illa Dionysius dicit propter animales homines, non valentes trāscendere sensum, & imaginationem, quibus si Angeli sic visibiles apparerent, crederent ipsos tales secundum suā naturam esse. Animales enim homines, quæ animalitatis sunt cogitantes crederent Angelos talia animalia esse secundum formam, in qua sibi apparerent, quod immundum, & bestiale esset cogitare. Nos ergo non debemus hoc existimare de Angelis, sed ex formis visibilibus, in quibus apparent, ad eorum inuisibiles proprietates debemus quantum possumus manuduci. Immundū est itaque cogitare Angelos esse talia animalia, vn decunque essent illa corpora assumpta. Dato etiā si fieri posset, ꝙ essent cœlestia.

Ad secundum dicendum, & Angelus assumit corpus non solum, vt se ostendat, sed propter ministerium aliquod, quod voluerit agere in tali corpore, ad quod ministerū agendum magis est apta natura elementaris, quæ suscipere potest peregrinas impressiones, & quæ potest moueri motu recto, & non recto, quàm natura cœlestis, quæ solum est apta nata moueri motu circulari. Vel possemus dicere, ꝙ congruentius est ad remouendū errores, quòd Angeli assumant corpora de natura vili. i. de elementari, quàm de natura tam nobili, i. de cœlesti, dato, ꝙ esset possibile, ꝙ possent de cœlesti substātia corpus assumere. quia si assumerent talia corpora de cœlo, duceremur forte in errorem, vt crederemus illa corpora esse eis naturaliter coniuncta, in quem errorem non sic ducimur, si de vili materia corpus assumant.

Ad tertium dicendum, ꝙ aer est valde habilis ad motum, ideo dicitur esse cum lenibus lenis, & cum grauibus grauis. quia siue fiat impulsus sursum, siue deorsum, leuiter mouetur in omnē partem, vt ex hoc faciliter consequatur opus intentū in huiusmodi assumpto corpore.

Aer cum lenibus cum lenibus, & grauis cum grauibus.

Resolutio Dub. I.

Angelorum corpora assumpta ignea haudquaquam dici queunt, cum ignis sit nimis actiuus, nimis purus, nimisq; rarus. terminantur tamen aliquo modo ad ignem, ratione lucis.

AD id autem, quod quærebatur. Vtrū huiusmodi corpora assumāt de igne, quasi respondere possumus, sicut respōdebamus ad quæstionem primā, ꝙ secūdum veritatem corpus assumptum ab Angelo non est simpliciter de igne: secūdum tamen quandam similitudinem, & secundū quandam appropriationem potest dici de igne. vel possumus dicere, & melius, quòd corpus assumptum ab Angelo, nō est sic immune à natura ignea, sicut est immune a natura cœlesti. ideo in tali corpore distinguemus, vt ēr communiter distinguit, assumptionis principium, & etiam terminum. Nam principium assumptionis quidem est aer, quia ex aere formant sibi illud corpus: terminus tamen assumptionis potest esse, & est quodammodo ignis. Nam per adhibitionem seminū, vel qualitercunq; aliter, aliquo modo facūt Angeli, quòd corpus tale assumptum aliquo modo participet naturam ignis. Nam cum lux elementaris sit hypostasis, & substantia coloris, & quia lux possibilimè reperitur in igne, ideo ad dandum illi corpori colorem fulgidum, & pulchrū, oportet, quòd corpus illud sapiat de natura ignis. Et leuiter potest fieri, quia poterant ibi aliquid de igne miscere, cum natura corporalis eis obediat ad nutum, vel potent hoc siue mistione fieri, cū per adhibitionem seminum, & ex coniunctione actiuorum, & passiuorum, ex quolibet elemento possit generari quodlibet. Nec propter hoc illud corpus comburet, cum & omnia corpora mixta aliquid

aliquid ſapiant de natura ignis, nec propter hoc comburunt, quia non eſt ibi ignis ſecundum propriam formam, ſed ſecundum ſaluationem virtutis, iuxta illud Philoſophi in de gñatione in ca. de miſtioone. Miſcibilia ſuot in mixto ſecundum virtutem, quia ſalnatur virtus eotum, nec etiam ſalnatur ibi veritas ignis in tanta excellentia, ꝙ comburat. Talia itaque corpora ſunt ex aere, non ex igne: licet aliquid poſſint participare de natura ignis: vt ex hoc ſecundum quandam adaptationem, vel ſimilitudinem, ignea dici poſſent. Quare autem non dicantur corpora ſumpta ab Angelo eſſe mixta, cum aliquid ſapere poſſint de natura ignis, & etiam de natura aliorum elementorum, in ſolutione cuiuſdam argumenti quartæ quæſtionis dicetur, vbi hæc difficultas ſpecialiter tangitur.

Ariſt. libr. 1. Cap. 7. 2. ſumme T. 44.

A

Ad præſens autem ſcire ſufficiat, ꝙ huiuſmodi corpora non ſunt ſimpliciter de igne, quòd tripliciter declarari poteſt, ſecũdum tria, quæ videmus in igne. Nam tale corpus eſt nimis actiuũ, nimis rarum, & nimis purum, quorũ vnum ſequitur ex alio. Nam quia eſt nimis actiuum, oportet, quòd ſecundum ſuam naturam, & ſecundũ propriam materiá ſit nimis rarum, quia quanto plus haberet de materia, minus haberet de formalis quanto minus de forma, tanto minus haberet de actiuitate. Ideo ignis qa eſt formalior, & actiuior alijs elementis per ſe, & in materia propria eſt rarior, es hoc etiã eſt puriot, quia propter ſui actiuitatem non patitur admixtionem contrariam. Hæc autem tria repugnãt corporibus, in quibus apparent Angeli. Nam illa corpora appatẽt ſine læſione, apparent viſibilia, & etiã præbent ſe aliquando palpabilia. Vt ergo poſſint apparere ſine læſione, oportet, quòd nou ſit ignea, nec multum actiua, quia tunc læderent, & comburerent, quæ eſſent circa ipſa, quia ſecundo apparent, viſibilia, oportet, ꝙ non ſint aſſumpta de nimis raro, quia non poſſet leniter inſpiſſari, & apparere viſibile, quia tertio aliquando exhibẽt ſe palpabilia: oportet, quod oon ſint de elemento nimis puro, quod non patiatur admixtionem groſſorum elementorum, vnde poſſit præbere ſa palpabile. Simpliciter ergo, & quantum ad ſuum principium, non ſunt talia corpora de igne. Sed ꝙ huiuſmodi aſſumptio facta de aere aliquo modo terminetur ad naturam ignis, & quòd ibi aliqua fiat participatio talis naturæ, & ꝙ illud corpꝰ poſſit ẽt dici igneũ, tripliciter poſſumus declarare, ſecundũ tria, quæ ſunt in igne, reſpondentia tribus, quæ ſunt in Angelo. Sunt enim in igne ſubſtantia, lux, etiã calor. Nam quamuis nõ luceat ignis in ſphæra ſua propter ſuam nimiam raritatem, eſt tamen ignis de natura lucis. Sic etiam tria ſunt in Angelo, ſubſtãtia, intellectus, & voluntas. Subſtantia quidem Angeli, rectè figuratur per ſubſtantiam ignis. Nã ſi ignis in ſphæra ſua non eſt viſibilis, ſed apparet viſibilis in effectu, vt cum aliqui vapores eleuantur a terra, & comburuntur ab igne, ſtatim apparent, & videntur eſſe quædã cadentes ſtellæ, ſic, & Angeli ſecundum ſe nou ſunt viſibiles, ſed poſſunt facere effectus viſibiles, ipſum ergo elementum ignis ſecũdum ſe inuiſibile, in effectu autem viſibile repreſentat ipſum Angelum ſecũdum ſe. Lux autem ignea repreſentat Angelum quantum ad intellectum, vbi multum eſt de intelligendi luce. Calor autẽ igms repreſentat Angelum, & potiſſime Angelum bonum, quantum ad affectum, ſecundum quem totus ardet cbatitate. vnde & Diu. vlti. de Angel. Hierar. multũ talibus adaptationibus inſiſtit. Et qnia ignis repreſentat Angelum, dignum eſt, ꝙ corpus aſſumptum ab Angelo aliquo modo terminetur, vt ſapiat de natura ignis, vt ibi calor pulcher, & fulgidus appareat, ratione cuius aliquid cognoſcatur participare de natura ignis, per quem ignem potiſſime repreſentantur ſpirituales ſubſtantiæ.

B

Ignis enim in ſua ſphæra non lucet, nec calefacit. id vero vide diffuſius Quol. 5. q. 17. & ſupra d. 2. q. art. 2.

Stellæ cadentes quæ.

C

D

Angelorum corpora cur aerea: ex tribus rationibus.

Resp. ad arg. dvb. 1.

AD primum dicẽdum, quòd p ignem, potiſſime repreſentãtur ſpirituales ſubſtantiæ, ſed non oportet propter hoc, ꝙ corpus aſſumptũ ab Angelo qnãtum ad ſnum principium ſit de igne, ſed ſufficit, ꝙ aliqualiter terminetur ad id, quod aliquid ſapiat de natura ignis, vt & hoc modo conuenienter repreſentet illam ſpiritualẽ ſubſtantiam, vt eſt per habita manifeſtum.

Ad ſecundum dicendum, quòd Angeli debẽt aſſumere tale corpus, quod ſit conueniens ad explendũ ſuũ miniſterũ, huiuſmodi autem nõ eſt corpus ignis, quod eſt ſic ſubtile, tum quia, vt diximus eſt nimis actiuus, & lædit aſtantes: tum qa eſt nimis ratus, & non poſſet leuiter inſpiſſari, & fieri inuiſibilis, tum quia eſt nimis purus, & non patitur admixtionem aliorum, vt poſſet aliqualiter indurari, & fieri palpabilis.

Ad tertium dicendum, ꝙ qnamuis ignis ſit leuiſſimum corpotum, & ex hoc magis ſit quid habile ad motum ſurſum, tamen ad omnem motũ, & ad omnem differentiam poſitionis, non eſt ſic habilis ſicut aer.

Reſolutio Dub. II.

Angelorum corpora ex aere aſſumpta ſunt. Id quod ex loco ipſo, ex ipſa formationis vicinitate, ex ꝙ depoſitionis patet facilitate.

AD id autem, quòd quærebatur: Vtrum de aere aſſumerent huiuſmodi corpus; Dici poteſt, ꝙ, vt patet per Iſido. lib. 1. de ſummo bono ca. 10. Angeli corpora, in quibus apparent hominibus, de ſupertori aere ſumunt. Ad qnod ponendum triplex ratio adduci poteſt, vt vna ſumatur ex ipſo loco, in qua apparent. alia ex facilitate formationis, tertia ex facilitate depoſitionis.

Prima via ſic patet. Nam cum in aere fiant, vt plurimum, tales appatitiones, dignum eſt, quòd ex ipſo aere huiuſmodi corpora aſſumant, vt & locatum

locatum sit competens loco. Nã si corpus assumptum esset terrestre, & graue; non esset sic agile, vt moueretur per aerea, & vt per assumptionem illius corporis impleretur ministerium, propter quod est assumptum.

Secundo hoc patet ex facilitate formationis. Nam aer cito potest subtiliari, & fieri ignis, cito ingrossari, & fieri aqua, vt ex hoc faciliatem habeant ad omnem formationem.

Tertio hoc idem patet ex facilitate depositionis, quia aer est sic passibilis, quòd sicut cito potest inde formari corpus, sic cito potest dissolui. Conueniens est emm talia debere esse corpora, in quibus appareat Angeli, quia compertum est, ꝙ statim apparent, & subito dispatẽt propter quod competens est, ꝙ talia corpora de tali materia assumantur, quæ sit habilis, vt cito dissoluatur, & vt quæcunque impressio ibi recipiatur de facili, huiusmodi autẽ inter elementa potissimc est materia aerea.

A tria, quæ debent habere huiusmodi corpora assumpta. Debet .n. in eis esse celeritas motionis, vt possint celeriter moueri, ad velocius complendum ministerium, propter quod assumuntur. Angelorum corpori cõditiones.

Secũdo debẽt esse in eis facilitas formationis, vt de facili formari possint talia corpora. Nam cum ideo assumant ea propter ministerium aliquod implendum, nisi possent talia corpora faciliter formari, non posset tale ministerium faciliter implere.

Tertio debet in illis corporibus esse agilitas depositionis, vt corpus assumptum agiliter possit deponi, agiliter dissolui, & agiliter dispsrere. Vñ & in littera dicitur, quòd assumunt Angeli corpora ad impletionẽ ministerij sui sibi a Deo iniuncti, & eadem corpora post expletionem deponunt. immo compertum est, quòd completo B ministerio dispatent, quia vt legitur Thob. cum dixisset Angelus, qui associauerat filium Thobiæ, quòd tempus erat, vt reuerteretor ad eũ, ꝙ ipsum miserat, ab eorũ aspectu ablatus est, & vltra eum videre non potuerunt. Et quia elementa terrestria, & grossa non sunt agilis motionis, nec sunt facilia ad formationem, nec facilia ad dissolutionem, ideo non sunt competentia, vt assumantur ab Angelis, ita, quòd corpora assumpta de tali grossa materia sint formata, & inde sumant principium suæ formationis. Thob 12.

Attamen, vt diximus, aliquo modo terminatur talis formatio admixtionem talium vaporũ grossorum, vt ex hoc corpus, aereum sumptum sit visibile, & etiam possit esse palpabile. ✻ Sed de visibilitate nullum est dubium, quia & nubes C sunt nobis visibiles, & videmus in eis colores varios, sic per admixtionem aliquorum vaporum, & per adhibitionem seminum corpus sumptum ab Angelo formatum ex aere potest apparere visibile, & coloratum. Sed quòd ✻ fiat palpabile, hoc est difficilius, cum illud corpus sit aereum, & vt videtur, non possit perfectè durum fieri, vel si fieret perfectè durum, non videtur facilis dissolutionis, sicut & crystallus, licet sit de materia pertia, tamen quia est durum, & resistens tactui, non potest faciliter dissolui. ✻ Visibilitas corporũ ab Angelis assumptorũ vnde. ✻ Palpabilitas eorũdem difficilior vnde.

Ad quod responderi posset, ꝙ quantum ad materiam, in qua loquimur, facilius forte esset Angelo facere de aere corpus palpabile, quã visibile, quia propter hoc corpus aliquod elementare non est palpabile, quia cedit, & non resistit tactui. sed cum materia corporalis obediat Angelo ad nutum, sicut ad nutum Angeli materia corporalis mouetur, ita ad suum nutum habet, quòd sit, & quòd etiam impulsa non cedat, quo facto fiet illud corpus palpabile, qa resistet tactui, & & non cedet. Vtrũq; ergo poterit facere Angelus de corpore suo aereo, & quòd sit palpabile, non permittendo ipsum cedere, & ꝙ sit visibile, admiscendo ibi aliquos vapores grossos, per quos poterit videri, & appatere visibilis. Materia eorporalis obedit Angelo ad nutũ, & quantũ ad motum. & statum, & vt tactui resistat.

Resolutio Dub. III.

Materia corporum, quæ ab Angelis assumuntur, quantum ad aliquam partem, ex grosso elemento, huiusmodi est terra, esse non potest. Idque celeritatis, formationis, agilitatis, depositionisq; ratione sit clarum: terminatur tamen aliqua ex parte ad grossitiem quandam aerei corporis, grossis quibusdam vaporibus mixti, vt visibile, & coloratũ corpus appareat. Vt autem, quod est difficilius, palpabile fiat, tactuique resistat, id ad nutum Angeli fieri (sicut ad ipsius nutum mouetur, & stat) affirmamus. D

Ad id autem, quod quærebatur: Vtrũ de grossis elementis fiat talis assumptio, dici debet, quòd corpus assumptum quãtum ad aliquam partem, esse de grossis elementis non est inconueniens, vt potest patere per habita, propter

Resp. ad arg. dvb. ii.

Ad primum dicendum, quòd cum dicemus corpus assumptum ab Angelo fieri de aere, intelligendum est quantum ad maiorem partem, vel quantum ad principium factionis. Non autem quantum ad aliquas partes immixtas, vel quantum ad factionis terminum. Non enim est inconueniens, ꝙ in illa parte aeris, vnde formatur tale corpus, fiat immixtio aliquorum grossorum vaporum, ratione cuius, illud corpus fit aliquo modo spissum, vt p talem immixtionem illud corpus assumptũ possit terminari termino proprio, & etiam possit apparere, quid visibile, & fieri etiã quid palpabile. Propter quod patet etiam solutio ad secundum, & tertium. Principium itaque factionis corporis assumpti est ex aere, terminatur tamen formatio talis corporis ad immixtionem aliquorum aliorum elementorum simul cum aere.

Resp.

RESP. AD ARG. DVB. III.

AD primum dicendum, quòd, vt potest patere per habita, ad hoc, quòd corpus assumptum ab Angelo fiat visibile, non oportet, quod sit de grossa materia, sed sufficit, q̃ sit de materia aerea, habente admixtionem aliquorum grossorum vaporum, sicut & de nubibus exemplum posuimus.

Ad secundum dicendum, q̃ Angeli apparuerunt in forma humana, non tamen vere habebãt talia corpora, sed solõ videbãtur ea habere, iõ nõ oportebat, q̃ essent illa corpora vere formata de tali materia, de quali formatur corpus humanũ, sed sufficiebat, quòd essent formata de aere, & haberent admixtionem aliquorum grossorum vaporum, ex quibus quasi ingrossata fierent visibilia, & haberent lineamenta humani corporis, sicut & in nubibus aliquando videntur resultare variæ formæ, & varia lineamenta. Nec tamen ex hoc dicimus, quòd corpus assumptum ab Angelo sit omnino sicut nubes, sed vt demus exemplum, quòd sicut in aere ex aliqua admixtione vaporum, potest ibi apparere aliquid visibile, & coloratum, sic potest Angelos de aere ibi aliquid admiscendo, & semina aliqua adhibendo, & activa passivis coniungendo, aliquod corpus formase, quod sit visibile, & coloratum.

In nubibus omnium elementorum natura relucet.

Ad tertiũ dicendũ, q̃ corpus, qd̃ assumunt Angeli, nec est omo simplex, nec est omo mixtũ, sed põt dici admixtum, sicut videmus, quòd & in nubibus aliqualiter relucet natura omnium elementorum. Nam ibi relucet natura aeris, quia sunt quasi aer inspissatus, per admixtionem grossorum vaporum. Ibi relucet natura terræ, quia multi vapores sicci attrahuntur per calorem Solis ad locum, vbi generantur nubes. Ibi relucet natura aquæ ratione vaporum humidorum, aliter enim nunquam ex nube fieret pluuia. quia & si vapores sicci ibi attrahantur per admixtionem, quã habet siccum cum humido, vapor tamen siccus non erit materia pluniæ, sed humidus. Ibi etiam relucet natura ignis, quia ex calore solis, & ex velocitate motus, aliquo modo igniuntur illi vapores, vnde & tonitrua, & coruscationes ibi generantur. Sicut ergo nubes non est simpliciter corpus mixtum, licet aliquam admixtionem habeat, sic & corpus assumptũ ab Angelo, non oportet, quòd sit simpliciter mixtum, sed poterit aliquam admixtionem habere, & ex hoc sapere aliquo modo naturam omnium elementorum, & cętera.

A QVÆSTIO II.

De Angelorũ operationibus in corporibus assumptis.

DEINDE quæritur de operationibus, quas habẽt Angeli in corporibus. De operationibus autẽ Angelorum circa corpora quæruntur quinque.

Primo: Vtrũ in corpore assumpto exerceant opera animæ vegetatiuæ.

Secundo vtrum exerceant opera animæ sensitiuæ.

Tertio vtrum in corpore, quod mouet Angelus inferior, dicatur apparere Angelus superior, vel etiam ipse Deus.

Quarto quæretur de corporibus nõ assumptis, & hoc tam de corporibus inanimatis, quàm animatis, tam brutorum, quàm hominum. Vtrum talia corpora Angeli, & specialiter Angeli mali, possint intrare, & vexare.

Quinto quæretur de huiusmodi Angelis non se spectu corporum, sed animarum, & specialiter rationalium, quomodo se habeant ad eas &c.

ARTIC. I.

An Angeli in corporibus assumptis exerceãt opera vegetatiua. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 51. art. 3. Et 2. sent. d. 8. artic. 4. Et in q. disp. de Pot. q. 6. art. 8. Et quol. 3. art. 5. D. Bonau. d. 8. artic. 3. q. 1. Holxoth. 2. sentrn. q. 4. Ric. d. 8. q. 5. 6. Sco. d. 8. q. 1. Biel d. 8. q. 1. Dur. d. 8. q. 2. Ant. And. d. 8. q. 2. Voril. d. 8. q. 2. Barth. Syb. 3. Dec. c. 4. q. 4.

AD primum sic proceditur: videtur, q̃ Angeli in corporibus assumptis exercẽant opera animæ vegetatiuæ. Nam operationes animæ vegetatiuę, quantum ad præsens spectat, sunt tres: Viuere, Nutrire, & Generare. Posset etiã assignari huiusmodi opus, augmẽtare, sed hoc haberet eandẽ difficultatem cum nutritione.

Videt enim primo, q̃ Angeli in corporibus assumptis exerceant opera vitæ. Nam viuere porissime conuenit Angelis, habent enim excellentiosem vitam, quàm habeant quæcunque aliæ creaturæ. sed vbi est excellentius agens, ibi est excellentior effectus. Cum ergo Angeli habeant excellentiorem vitam, quàm animæ, si corpora coniuncta animabus viuunt, multo magis coniuncta Angelis.

Præterea in operatione naturæ nihil est frustra, & multo magis in operatione intelligentiæ, cum natura ex hoc non agat frustra, sed propter finem,

Arist. lib 2. de cęlo 12. 32. lib. 2 c. 50. 59. 2 de anima 43. 41 & alibi.

finem, quia est nota ab intelligentia. Cum ergo corpora assumpta ab Angelis habeant oculos, aures, & huiusmodi organa, quæ non suot nisi corporum viuentium. Frustra ergo haberent ea, nisi viuerent.

Præterea corpora assumpta ab Angelis videntur viuentia, quia taliter se habent, ac si viuerent. Essent ergo, vt communiter arguitur, Angeli deceptores, si osteoderēt se habere corpora viuentia, & tamen illa corpora non viuerent.

IN CONTRARIVM est, quia viuere in corporibus non est nisi ab anima, propter quod nullum corpus inanimatum viuit. sed Angelus non animat, nec animare potest aliquod corpus, ergo non dat viuere, nec dat opera vitæ alicui corpori.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis exerceant opera nutritionis. Conclusio est negatiua.

Ric. d. 8. q. 5. Holzoth. 2. senten. q. 4. Et vide Doct. supra citatos in iisdem locis.

VLTERIVS autem, cum opera vitæ specialiter in corporibus animalium distinguātur ab operibus nutritionis, quia spiritus vitalis, cuius est exercere opera vitæ, dicitur esse in corde, spiritus naturalis, cuius est exercere opera nutritionis, dicitur esse in hepate, vt patet per Auic. in 9. de animalibus. quia ergo opera nutritionis distinguuntur ab operibus vitæ, dubitare posset aliquis: Vtrum Angeli in corporibus assumptis exerceant opera nutritionis. Et videtur, quòd sic, quia comedere ad opus nutritionis pertinet: sed Angeli in corporibus assumptis leguntur comedisse: iuxta illud Gen. 18. vbi dicitur de Angelis: Cumque comedissent &c.

Spūs vitalis & naturalis vbi sō fitæ.

Gen. 18.

Christi comestio post resurrectionem optime etiā explicatur à Gabr. Ariel d. 2. q. 1. ar. 4. dub. 2.

Præterea Christus post resurrectionem comedit, sed corpus illud iam erat spirituale, quia non indigebat cibo. Si ergo Christus post resurrectionem comedit, qui cibo non indigebat, possunt & Angeli in corporibus assumptis comedere, quāuis cibo non egeant.

Præterea videtur, quòd Angeli non solum comederint in corporibus assumptis, sed etiā, quòd post comestionem illam nutrimentum sumpserint. Dicitur enim Gen. 18. Abraham dixisse Angelis: Requiescite sine labore, ponamque buccellam panis, & cōfortetur cor vestrum. Qui respōderunt: Fac, vt locutus es. Sed comestio nunquā confortaret cor, nisi inde sumeret nutrimentum, ergo &c.

Gen. 18.

IN CONTRARIVM est, quia non est cibatio, nisi vbi est depditi restauratio. ad hoc enim ordinatum est alimentum, ad restaurandum deperditum, sed in corporibus assumptis non est dare huiusmodi deperditionem, sicut est dare in corporibus animatis, ergo &c.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis exerceant opera generationis. Conclusio est negatiua.

D. Bonau. d. 8. art. 3. q. 2. Ric. d. 8. q. 6. Holzoth. 2. sent. q. 4. in fine Dubitabis, & Inc. Bart. Syb. 3. Dec. c. 2. q. 2. Et vide Doct. supra citatos.

VLTERIVS autem, quia & generare pertinet ad animam vegetatiuam, posset quis dubitare: Vtrum Angeli in corporibus assumptis exerceāt opera generationis. Et videtur, q̄ sic. quia multi dicunt generari per artē Subcuborū, & Incuborū, sed Subcubi, & Incubi dicuntur Dæmones, ergo &c.

Præterea Gen. dicitur, quòd videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerunt. Sed Aug. ait 15. de Ciui. Vbi dicti sunt filij Dei dilexisse filias hominum, iidem dicti sunt etiā Angeli Dei. ibi ergo filij Dei accipiuntur pro Angelis Dei.

Gen. 6.

Tomo 5. Cap. 23.

Filij Dei q.

Præterea idem Aug. eodem lib. & c. ait, q̄ multi, de quorum fide dubitandū non est, audiuisse confirmant, Siluanus, & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos extitisse mulieribus, & earum appetijsse, ac peregisse coeubitū, ergo &c.

Præterea idem eodem lib. & ca. ait, Dæmones quosdam assiduè hanc immunditiam tentare, & efficere. Et ait, q̄ plures tales fuot, qui hoc asserunt, ita vt hoc negare, impudentiæ videat. Si ergo testimonium plurium tallum hoc asserit, vt negare istud sit impudētiæ, videtur, q̄ Angeli saltem mali se coniungant carnali copula cum mulieribus, & hoc modo generent.

IN CONTRARIVM est, quia semen est superfluum alimenti, quibus ergo non competit nutritio, nec seminis emissio, & per consequens, nec generatio.

Semen q.

Resolutio Artic. I.

Angeli in corporibus assumptis opera vitæ exercere non possunt, cū corpora huiusmodi corde careant. cui præsertim vitæ operationes adscribūtur: Adde etiam, quòd corporibus Angeli dare esse non queunt. nec eorundem prefectiones organorum dicuntur.

RESPONDEO dicēdum, ad quæstionem primam, quòd tria distinguuntur opera animæ vegetatiuę nutrire augmētare, & generare, vt idē alimentū virtute animæ vegetatiuæ nutrit in eo, quòd conuertitur, in

Vegetatiuæ opera tria.

in oatură aliti: augmẽat in eo, ꝙ extẽdit mẽbra, & est gñationis principiũ, vt est superfluũ vltimę digestionis. Sed hæc tria dicunt opera vegetatiuæ, quia sunt cõia bõtibus aĩam vegetatiuã, tam aĩalibus, q̃ plãtis, tñ in aĩaltibus vltra p̃dicta tria, distinguemus aliud opus aĩæ vegetatiuæ, qđ est dare ipsa opa vitæ, huiusmodi aũt opa vitæ ĩ aĩalibus fiunt p̃ spiritũ pulsatilẽ, siue p̃ cordas pulsatiles, & ıõ huiusmodi opera dicunt ꝓpria cordi, vt ait Auerroes ĩ 2. sui colliget. ĩ c. de inuamẽtis hepatis. vbi vult, ꝙ venæ hepatis nõ sint pulsatiles, & ꝙ virtutes pulsatiles sint ꝓprię in corde, &, ꝙ cor hẽat suã dñationẽ cũ hac virtute, &, ꝙ cor cũ huiusmodi virtute det, & partiat cõibus mẽbris virtutes suas. Ad aĩam ergo vegetatiuã ĩ aĩalib⁹, & potissimẽ aĩalibus in pfectis: pertinet pulsare, nutrire, augmẽtare, & gnare, q̃ licet quatuor sint, tñ circa angelos, quãtu ad corpora assũpta, nõ mouimus oĩti tres q̃stiones. qa non fecimus q̃stionẽ de augmẽto aliã à q̃stione de oatritione. qa si nõ outriunt corpora assũpta ab angelis, certũ est, ꝙ nõ augmẽtãtur, vt hic de augmẽto loquimur, videlicet, vt est opus aĩæ vegetatiuæ. Cũ ergo q̃rit. Vtrũ angeli ĩ corporib⁹ assũptis exerceãt opera vitæ, dici dẽt, ꝙ opera vitæ ap propriant cordi pp tria. Primo ꝓpt cor cõparat ad aĩam. Secũdo ꝓpt cõparat adtuã formationẽ: Tertio ꝓpt cõparatur ad alia organa. Prout qdẽ cõparat ad aĩam, cordi appropriatur vita. qa est pricipale organũ aĩæ. Oĩa. n. opera tua exercet anima pricipaliter p̃ cor, ita ꝙ cor est pricipaliter viuẽs: pricipaliter sentiẽs, pricipaliter nutriẽs, & pricipaliter gñans. Oĩa. n. huiusmodi opera, q̃ p se cõpetũt organis fiunt principaliter p̃ cor, & si inueniat aliqn, ꝙ sentire cõperat cerebro, nutrire hepati, gñare genitalib⁹ vatis, dicemus, ꝙ ĩ his huiusmodi organa deseruiũt cordi, vt cerebrũ ei deseruit à tentiẽdo. hepar ĩ nutriẽdo, vasa genitalia in gñando, oĩa tñ ilta pricipaliter cõpetũt cordi, & ĩ oibus his dãtur cor. Opera tñ vitæ, & q̃cũq; alia opera aĩæ, loquẽdo de organicis operibus, pricipaliter cõpetũt cordi, ꝓpt cor cõparat ad aĩam, qa aĩs principaliter operat omnia ilta.

Secũdo opera vitæ pricipaliter cõpetũt cordi, nõ solũ ꝓpt cor cõparat ad aĩam, sed ẽt ꝓpt cõparatur ad suã formationẽ, qa ✻ cor est illud, quod primo formatur, & ideo est illud, qđ primo viuit, & illud, qđ vltimo moritur, vt patet per Philosophũ in de aĩalibus. Habet. n. se cor in aĩali, sicut lignũ recuruũ ĩ naui, vel sicut fundamẽtũ ĩ domo, vt patet p̃ Philosophũ. Sicut. n. facto fundamẽto ĩ domo fiunt oĩa alia, ẽm ꝙ requirit fundamẽtũ, & sicut facto ligno curuo in naui cõpaginant tibi oĩa alia digna, secũdũ ꝙ requirit huiusmodi lignũ, sic formato corde ĩ aĩali formantur oĩa alia mẽbra, secũdũ ꝙ requirit cor. Vtrũ aũt tẽpore, vel simul natura primo fiat cor, quia quasi simul videntur fieri ilta tria mẽbra, cor, hepar, & cerebrũ, nõ est p̃sentis specula tionis. Sufficiat autẽ ad p̃sens scire, quòd cor est illud, quod primo formatur, & primo viuit, vnde ei appropriantur opera vitæ.

Tertio hoc idem patet, prout cor cõparatur ad omnia membra. Nã cor omnib⁹ alijs mẽbris largitur vitam. Vnde sicut Philosophus in Phy. Motũ cœli dicit esse vitam ĩ entibus, quia cœlũ cõtinuè mouetur, à quo habẽt oĩa alia, quòd mouẽtur, sic ĩ aĩali semp cõtinuè mouetur cor, vt ex hoc oĩa mẽbra participẽt motũ, & opera vitę. Siue ergo cõparetur cor ad aĩam, siue ad suã formationẽ, siue ad alia mẽbra, cor dr principaliter viuere. ıõ dr Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuũ, quia ex ipso vita ꝓcedit. Vel si volumus oĩa ista referre ad aĩam: dicemus, quòd aia est actus corporis organici: dependet. n. aĩa à corpore organico, & operatur p̃ potẽtias organicas. Inquãtũ ergo est actus corporis organici, si corpori cõicat esse, oportet, ꝙ ei cõicet & agere, quia natura ordinatè agit. Si aĩa dat esse corpori organico, & operatur p̃ corpus organicũ, oportet, ꝙ in aliqua parte corporis primo, & pricipaliter appareant opera aĩæ, huiusmodi autẽ pars est cor.

Rursus quia aia est actus corporis organici, & dependet à corpore habẽte organa, quia natura ordinate agit, oportet, ꝙ illa organa quodã ordine fiãt, vt prius fiat vnũ organũ, q̃ aliud organũ, huiusmodi autẽ organũ, qđ primo formatũ est, est cor. Amplius: quia aia operat̃ per virtutes organicas, quia oẽs ilłæ virtutes sunt vnius aĩæ, oportet, ꝙ se inuicẽ iuuent, &, ꝙ ibi sit aliquid dominans, dirigens virtutes illas. Huiusmodi autem dominans inter virtutes organicas, est virtus cordis. Cor ergo, cui appropriantur opera vitæ, hoc hẽt, vt cõparatur ad animam, vt est actus corporis organici, & vt operat̃ p̃ virtutes organicas. Nõ potest ergo angelus ĩ corpore assumpto exercere opera vitę, nisi hẽret huiusmodi corpus diuersa organa, inter q̃ vnũ esset pricipalius, cui primo conuenirent opera vitæ, & quod primo formaretur, & quod dominaretur omnibus alijs organis. Et quia angelus sic assumit corpus, quòd non dat esse illi, nec est perfectio corporis organici, nec agit p̃ virtutes organicas: ideo illi corpori assũpto nõ p̃t cõicare angelus opa vitæ.

Opus vitæ per ꝙ tũ pulsatilia dicto est ab anima vegetatiua.

Virtutes pulsatiles vbi.

Augmentũ ab quo augmentone est in non pot.

Vita opera appropriantur cordi.

Cor est animæ organũ principale.

Sentire, nutrire, & gnare quibus exerceant.

* Cor primo formatur, & vltimo mor i, & omne vt uis primũ, postremo mouetur ex Arist. 2. de gen. anim. 64 de somno, & vig.

Resp. ad arg. art. I.

Ad primũ dicẽdũ, quòd quia angelus hẽt sic excellentẽ vitã: ideo non potest corpus participare vitam sic excellentẽ. Nam inferiora in substantijs intellectualibus, cuiusmodi sunt animæ humanæ, quæ teneant infimum gradum in genere substantiarum intellectualium, sunt illa, quæ coniunguntur corporibus, vt formæ, & quæ cõmunicant eis opera vitæ. angeli autem propter suam excellentiam nou sic cõicant corporibus.

Ad secundum dicendum, quòd in operatione Angeli nihil est frustra, & quòd appareant ibi aures, & oculi, non est frustra. quia & si non sunt organa, vt per ea opera vitæ exerceant, sunt tamen, vt per ipsa suas proprietates exprimant, & vt hominibus, quibus apparent, consolationem tribuant, & vt ipsos in admirationem adducant. Frustra enim est, quod caret fine, cum ergo ad aliquem finẽ ordinetur corpus illud, quod videtur sic organizatum, quãuis non sit verè organizatum, apparentia illius

Cor membris omnibus tribuit vitã 8 Phy. t. c. 1.

Prou. 4.

Phys 8 t. c. 62. 64. 65.

organizationis non erit frustra.

Ad tertium dicendum, ꝙ, vt supra tetigimus, nō est decepti̇ua locutio, dato, ꝙ nō sit vera quantum ad id, quod dicitur, si est vera quantum ad id, propter quod dicitur, quia tunc omnes figuratiuæ locutiones essent falsæ. Sic corpus assumptum ab Angelo, si nō est ibi veritas organorū, quam ostendit, est ibi veritas quantum ad id, propter quod illa ostendit, quia natura per illa sensibilia manuducit nos in cognitionē intelligibiliū.

Resolutio Dub. I.

Angeli instrumentorum expertes, opera nutritionis non exercent, illorumque opera in corporibus assumptis vera non sunt, cum organa non nisi secundum apparentiam habeant. Hinc eorum corporum Motores, non forma dicuntur.

A DId autem, quod quærebatur: vtrū Angeli in corpotibus assumptus exerceāt opera nutritionis; Dicere possumus, ꝙ organa illa, quæ exterius apparent in corpore assumpto ab Angelis deservientia comestioni, siue nutritioni, cuiusmodi sunt os, dentes, & lingua; quadrupliciter considerari possunt. Vno modo prout comparātur ad apparentiam, & veritatem. Secundo prout comparantur ad organa intrinseca. Tertiò prout comparantur ad esse, & ad agere. Quarto prout comparātur ad ad motorē, & formam. Ex quibus possunt sumi quatuor rationes, ꝙ Angeli in assumptis corporibus non exercent opera nutritionis.

Prima via sumitur, prout os, & dentes, & lingua in hmōi in corpore assumpto cōparantur ad apparētiam, & veritatem. Nam ſm apparentiam Angelus videtur habere talia, non autem habet ea secundum veritatem, & existentiam. vnde os illud non est verè os, nec lingua vere lingua, nec dentes veri debentes. quia, vt diximus, non est ibi veritas quantum ad id, quod ostenditur, sed quantū ad id, pp quod ostenditur: sicut Angeli apparentes non sunt veri homines, sed apparent hoies, vt ex hmōi apparētia manuducamur in cognitionem proprietatum Angelorum: & sicut illa organa non sunt verè talia, sed apparent, sic comedere, qđ fit per talia organa, non est verè quid tale, sed apparet. vñ & Tobię dixit Angelus: Videbar, qdē vobis māducare, & bibere, sed ego cibo, & potu inuisibili vtor, q̄ ab hoīb⁹ videri nō pōt. Tobiæ 12.

Secundo apparet hoc idem, si hmōi organa exteriora cōparent ad interiora. nā princeps nutrimēti est cor. verūm in hac actione hepar defecit cordi, ita, vt Galenus crederet, prout Auicen. narrat ī 2. fui colligeret, ꝙ hepar esset princeps nutrimēti: non tn̄ sic est, sed hmōi princeps est cor, & sibi deservit hepar. Quidquid tn̄ sit, ī aīalibus perfectis non fit nutrimētū sine corde, & hepate, nec ēt in imperfectis fit nutrimētū siue corde, vel sine aliquo loco cordis, q̄ ſm Philosophū in de aīalibus, nō est inuētū aīal carens corde, vel non habens aliq̄d loco cordis. Cū ergo corpus assumptū ab Angelo tolū habeat organa quantū ad apparētiā, non oportet, ꝙ habeat organa interiora, vt ꝙ habeat cor, & hepar, q̄ illa frustra essent, cū nou appareāt: & si haberet ea, non essent vere talia, sed solū appareret. cū ergo sine talibus organis, & quæ sūt verè talia, nō possit vere fieri nutrimentum, non vere erunt opera nutritionis in corporibus assumptis ab Angelis. 2. de Hist. animalium. 15.

Tertia via ad hoc idē sumit, prout hmōi organa, p quæ q̄ vt Angeli comedere ī corpe assūpto, cōparant ad agere, & ad esse. q̄ respicit se hēt ad esse, ita se hēt ad agere. quia q̄q̄d agit, agit ſm ꝙ hēt esse, & ꝓut est in actu, iuxta illud Dio. 2. c. de eccl. Hierarchia, Existera conuenit primū ad operari. vbi ergo nō est vere esse aīatum, non sunt vera opera aīatorum. Igitur q̄ corpus assumptū ab Angelo, vt esse aīatum, sed non est comedere, & nutrire, & cætera, quæ sunt opera aiatotum, ſm apparentiā poterunt esse in hmōi corporibus assumptis, nō autem ſm veritatem, & existentiam.

Quarta via ad hoc idē sumitur, prout talia cōparantur ad Motorē, & formā. nam Angelus respectu corporis assumpti, vt cōiter ponitur, ibi in est, vt motor, sed non vt forma. vbi ergo motor conuenit cū forma, ibi poterunt verè talia existere in corpore assumpto. vbi autē differt, ibi non erunt talia ſm existentiam, sed forte ſm apparentiam, sicut & Angeli non sunt veræ formæ illorū corporū, sed possunt credi esse formæ. Diuidere ergo cibū, & trajcere interius, hoc potest facere Angelus, vt motor, quia & cultello pōt dividi cibus, & posset in aliquā partem impelli; sed, ꝙ inde sumatur nutrimentū, & ꝙ sit ibi virtus digestiua digerens, quia hoc est proprium aīæ, vt est forma, ideo in corporibus assumptis ab Angelo talia esse non possunt.

RESP. AD ARG. DVB. I.

AD primū dr̄, ꝙ Angeli dicuntur comedisse quantū ad aliqua, quæ sunt in comestione, vt quia poterant cibū dividere, & hmōi cibū sic divisum intra corpus suū trajcere. Non tn̄ erat ibi vera comestio, q̄a nō erat ibi virtus digestiua, quæ posset cibum sic in corpus traiectum digerere. Angeli comedisse quid, sed vide Argumenti contra hanc resp. non cō temnēdum in Gabr. Biel. d. 2. q. 1. art. 4. dub. 3.

Ad secundū dicendū, ꝙ non est simile de Christo post Resurrectionē, vel de quocunq; corpore glorificato, & de corpore assūpto ab Angelo. nam si corpus glorificatū non indiget cibo, hoc nō est per naturā, sed p gr̄am. omne. n. corpus animatū suæ naturæ derelictū bēr consumi a calore naturali, vt rōne cōsumptionis, & deperditionis, indiget alimento, & restauratione.

Rursus in hmōi corpore, quantuncunq; glorificato est ibi virtus digestiua, & aliæ virtutes animę, licet non oio ad illum vsum, ad quē erant in corpore non glorificato. sed Angelus in corpore assumpto non indiget cibo per naturam, nec aūt aliter. est aūt illud corpus dissolubile, sed nō indiget cibo, sicut nec indigēt nubes, vel quęcūq; corpora inanimata. Rursus in hmōi corpore assumpto non est virtus digestiua, nec sunt ibi virtutes aīę, & ideo licet tā cibus assumptus ab Angelo in corpe assumpto, q̄ cibus assumptus a Chro post resurrectionē nō fuerit cōuersus in alimentū corporis, sed fuerit resolutus in præiacentem materiam, vel qualitercunqua aliter dissolutus, nihilominus Christi corpus qualis.

men propter rationes prætactas, magis propriè concedere possumus, quòd comederit Christus post resurrectionem, quàm, quòd comederint angeli in corpore assumpto. Dicitur enim quis comedere, si diuidat cibum, & traijciat ipsum in stomachum, si haber verum stomachũ, & veram virtutem nutritiuam: dato, quòd impediat à nutrimento propter aliquod accidens superueniens. nam si non haberet verum stomachum, nec veram virtutem digestiuam, non verè diceretur comedere. pp qđ angeli in corpore assumpto verè comere dici nũ possũt, eũ nec verũ stomachum, nec verã virtutẽ digestiuũ habeãt.

Tomo 1. cap. 19 Vide q̃ hac difficultate Gabr. Biel. d. 8 q. 1. art. 2. dub 3

Ad tertium dicendum, quòd Abraham nescibuit illos tres viros esse angelos. Vode Aug. 16. de Ciui. Dei. hanc materiam pertractans ait, quòd Abrahã in tribus, & Loth in duobus viris, Dominum agnoscebant, cum eos etiam homines esse arbitrentur. Et subdit, q̃ neque ob aliã cãm eos susceperant, nisi vt tanquàm mortalibus humana refectione indigentibus ministrarent. crediderunt ergo Abraham, & Loth viros illos apparentes, esse quasi Prophetas, & quasi homines diuinos, in quibus reluceret diuina gratia: ideo credebant eos indigere refectionibus. Et propter hoc Abrahã dixit, q̃ valebat refocillare cor eorum. Huic etiam veritati applaudet, qđ dicitur. ad Hebreos vlt. Nam vbi nostra translatio habet, q̃ placuerunt quidam angelis, hospitio receptis, quædam translatio habet, quòd quidam nescientes hospitio receperũt angelos, quod Gl. exponit, & est sumpta ab Aug. 16. de Ciui. Dei. in c. præallega. de Abraham, & Loth, q̃ receperunt eos hospitio nescientes eos esse angelos. Patet autem sic solui controuersia, q̃ in principio nescierũt eos esse angelos, ideo loquebantur eis tanquàm hominibus indigentibus refectione, sed forte in fine, in recessu ipsi angeli manifestauerunt se eis, & ipsi cognouerunt angelos esse.

Abraham, & Loth receperunt Angelos hospitio, quos tamẽ nescierunt esse Angelos.

Resolutio Dub. II.

Angeli in corporibus assumptis generationis opera per semen ab eis derisum exercere non possunt: Idque patet naturæ, organi, fœtusque ratione. Possunt tamen aliunde procurare semen, vt ad generationẽ exercendã cooperentur: sicut terræ semina mãdari, ac ide plantas nasci videmus.

A D id, quod quærebatur: Vtrum angeli in corporibus assumptis possint exercere opera potentiæ generatiuæ, Dici potest, quòd angelos posse generare in corporibus assumptis, potest intelligi dupliciter, vt etiam communiter ponitur: vel, quòd ab illis corporibus semen decidatur: vel, quòd coadiuuantibus corporibus illis aliunde procurẽt semen, quo fiat generatio. Si intelligatur primo modo, sic est propositio falsa, q̃ angeli isto modo possint generare in corporibus assumptis, vt, q̃ possint assumere corpora, à quibus possit decidi verum semen. Quod quadruplici via potest declarari, secũdum, q̃ huiusmodi semẽ ad quatuor potest comparari, videlicet ad materiam, de qua exceditur: ad organa, per q̃ decidit: ad aiam, i cuius virtute agit: & ad ipsum fœtũ, quẽ efficit.

Semen est superfluum alimenti.

Prima via sic patet. Nam semen est superfluũ alimenti, est enim superfluum vltimæ digestionis. Præsupponit ergo decisio seminis virtutem digestiuam quantum ad materiam, de qua sumitur. quia superfluum vltimæ digestionis est materia decisi seminis. vnde, vt formentur omnia membra, congruum est, q̃ illud sit materia seminis, quod est in propinquissima dispositione ad hoc, quòd participet substantiam omniũ membrorũ: huiusmodi aũt est materia vltimæ digestionis. ergo eũ angeli in corporibus assumptis non verè comedant, nec habeant virtutem digestiuã, nõ poterit ibi esse opus vltimę digestionis, immo nullius digestiõis verè op⁹ ibi esse poterit, pp qđ nõ poterit ibi eẽ materia veri seminis vt à talibus corporibus decidi valeat verũ semẽ.

Cor. & hepar quomodo concurrant ad generationẽ.

Secunda via ad hoc idẽ sumitur ex parte organotũ, per q̃ tale semen deciditur. Nã sicut in nutrimento hepar deseruit cordi, sic in generatione vasa genitalia tãquàm propria organa cordi deseruiũt. propter qđ sicut arguebamus i nutritione, q̃ nõ põt ẽ illis corporibus esse vera nutritio. quia nõ est ibi verũ cor, nec verũ hepar, qđ in nutritione deseruit cordi, sic arguere poterimus, & de gñatione, q̃ nõ poterit à talibus corporibus decidi verũ semẽ, qđ sit verè generationis effectiuũ. quia in talibus corporibus non est verum cor, vbi principaliter est virtus gñatiua, nec vera organa deseruiẽtia cordi ad gñationẽ, immo i præfatis corporibus nõ sñlũ nõ oportet ibi esse cor verũ, sed etiã nõ oportet ibi esse cor apparẽs. Nã oĩa iudicãda sunt secundũ finẽ, vt patet p Philosophũ. Cũ ergo finis illorũ corporũ sit, q̃ appareãt humana: nõ aũt q̃ sint, ẽm finẽ erit, q̃ ibi appareãt organa exteriora, vt, q̃ videãt, habere aures nares, & ns, licet nihil horũ verè habeãt. ideo quãtũ ad organa interiora, vt quãtũ ad hepar, & cor, vel quãtũ ad q̃cũque organa, q̃ nõ videnẽ, nec ẽm esse nec ẽm apparere, oportebit in illis corporibus esse huiusmodi organa.

Generandi virtus principaliter in corde.

Lib. 3. de anima t. 60.

Tertia via ad hoc idẽ sumit ex parte aiæ, i cuius virtute agit huiusmodi semẽ. Nã ad virtutẽ huiusmodi seminis pertinet oĩa membra distinguere: & cũ membra leonis, & membra cerui non differãt, nisi quia & aiæ differunt, oportet virtutẽ seminis siue ipsum semẽ agere in virtute aiæ. Nisi ergo sit corpus aiatũ, nõ poterit ab eo decidi verũ semẽ. quia nõ esset ibi aia, i cuius virtute illud ageret. & qa corpora assũpta ab angelis nõ sunt aiata, tũ quia angeli nõ possunt aiare ea, quia nõ possunt esse formæ, & perfectiones corporũ: tũ ẽt qa huiusmodi corpora aiarent q̃ aliã aiam nõ ducerent in cognitionẽ naturæ angelicæ, sed naturæ ppriæ, & ẽm, q̃ haberẽt aiam talia aiata, sic ducerẽt in cognitionẽ illius naturæ. nullo ergo modo ab huiusmodi corporibus, qa aiata sunt, decidi poterit verum semen.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex parte fœtus, quem causat, & efficit tale semen. nam fœtus

causans per huiusmodi semen est similis in
specie cum eo, à quo decidit ur tale semen, quia
homo generat hoiem, & asinus asinum, nisi sit
inobedientia materiæ, sicut semen Asini ex men
struo equę pp inobedientiam materiæ non po-
test generare asinum, sed generat aliquid pro-
pinquum asino, vt mulum. Angeli ergo, si gene-
rarent in corporibus assumptis, generarent Ange
los, vel generarent aliquid supra homines, quod
non esset eiusdem speciei cum hominibus, sed
esset multum propinquum Angelis, quod stare
non potest, quia nec Angelos generare possunt,
nam Angeli non producuntur in esse per genera
tionem, sed per creationem: nec supra hominem
est dare speciem aliquam animalis, immo natura
humana est vltimus terminus, ad quem se ex-
tendit consideratio Philosophi naturalis, vt pa-
tet per Philosophum in 2. Physic. nunquam
enim Angeli facerent vnum secundum esse cum
corporibus assumptis, vt possent vere generare
in talibus corporibus.

Visio, qũ Angeli non possunt in corporibus
assumptis generare: sic, quòd ab illis corporibus
decidatur verum semẽ, volumus declarare, quo-
modo coadiuuantibus talibus corporibus pos-
sunt aliunde procurare semen, vt cooperentur
ad generationem. Nam secundum Aug. a tot di-
citur de Subcubis, & Incubis, & a talibus, quòd
omnino talia negare dementiæ, siue impudentię
esse videatur. Dicendum ergo, ꝙ Angeli, vel Dæ
mones possunt ĩ corporibus assumptis fieri Sub
cubi, vt illudant hominibus, vel in somnis, vel &
vigilantibus. Nam compertum est aliquando ali
quos copulam carnalem habuisse etiam vigilan-
tes, qui explero opere se delusos inuenerunt, vt
nihil circa se reperirent, disparente Dæmone in
effigie fœminæ, qui prius sibi in tali forma ap-
parebat. Illi etiam idem Dæmones, qui prius
fuerant Subcubi deludẽdo homines, possunt po
stea fieri Incubi, delusionem huiusmodi egendo
circa fœminas in somnis, vel etiã vigilãtes, quia,
vt supra diximus per Aug. compertũ est aliquos
Dæmones fuisse improbos mulieribus, sicque o-
pus cum eis peregisse. Possunt ergo Dæmones se-
mẽ, quod acceperunt, deludendo viros, transfun-
dere in vasa fœminea, vt inde fiat generatio. Sicut
enim in alijs rebus possunt grana seminum con-
iũgere terræ, vt inde nascantur plãtæ, sic possunt
semina virorum infundere matricibus fœmina-
rum, vt inde nascantur homines. Vnde & illud
Gen. 6. ✻ Videntes filij Dei, &c. aliqui exponunt
de Subcubis, & Incubis, qui ingredientes ad fi-
lias hominũ, ipsas generare fecerunt modo, quo
diximus: non, ꝙ semen ab eorum corporibus de-
cideret, sed semen aliunde procuratum, adiu-
uantibus suis corporibus assumptis illudendo
per ea viris, & fœminis transferendo huiusmodi
procuratum semẽ in matricem fœminę. Et huic
dicto consonat, quod dicitur in Gen. quòd isti
sunt viri famosi potentes a seculo. Possunt enim
cognoscere Dæmones, quòd semen cuique fœmi
næ competat, & in qua dispositione aeris, & sub

A quia constellatione meliot fiat generatio. nam
corpora nostra subdita sunt corporibus supercę-
lestibus, vt secundum hanc constellationem cor-
pus sit melius complexionatum, quam secundũ
illam. Liberum enim arbitrium non est directè
subditum cœlo, complexio tamen corporis cœlo
subijcitur. Homines ergo illo modo nati pote-
runt esse elegantis formæ, bene complexionati,
cordati, & audaces. Ideo poterant esse viri famo
si, & potentes a seculo. poterant etiam esse ma-
gnæ staturæ, vnde & Gen. dicitur, quòd Gi-
gantes in diebus illis erant super terram. Sed si-
ue de Incubis, & Subcubis exponantur verba il-
la de filijs Dei ingressis ad filias hominum, siue
non, certum est, quòd arte Subcuborum, & Incu
borum possunt modo, quo diximus, generatio-
nes fieri. Aug. tamen verba illa Gen. de filijs Dei
B exponit de filijs, Seth, & per filios hominum in-
telligit filias Caym. Et quia quædam transla-tio
vbi nos habemus filios Dei, habet Angelos Dei,
ideo dicit Augustinus, quòd Angeli Dei in scripturis
aliquando nuncupati sunt homines, nam & Ioan
nes dictus est Angelus, iuxta illud: Ecce ego mit Mat. 1.
to Angelum meum, &c. Et quod dicitur de Gi-
gantibus, dicit Augustinus, quòd propterea placuit
Creatori, vt tunc essent Gigantes, cum propin-
quus erat destruere genus humanum, vt osten-
deret, quòd Gigantes, qui ab initio nominati
fuerunt statura magna scientes bellum, non ele- Baruch. 3.
gît Dominus, vt habetur Baruch. Sic etiam di-
ci potest de viris famosis potentibus à seculo, ꝙ
tales fuerunt illo tempore, quando destrui debe-
bat genus humanum, vt ostenderetur, quòd nec il-
C los elegit Dominus, quæ omnia patere possunt Tomo 1.
per Aug. 15. de Ciuitate Dei. cap. 23.

RESP. AD ARG. DVB. 18.

AD primum dicendum, ꝙ multi genera-
ti potuerunt arte Subcuborum & Incu-
borũ, non quòd à corporibus assum
ptis decideret semen, sed quia arte Dę
monum, semen aliunde procuratum poterat ad
generationem ordinari. Dicimus autem arte Dæ
monum, quia vt Aug. tradit 15. de Ciui. c. præal- Tomo 3.
le, nullo modo credendum est per sanctos Angelos
talis fieri, sed per Dæmones.

Ad ſm dicendũ, ꝙ filij Dei dicti sunt Angeli
Dei & vbi nos habemus filij Dei, quędã trãslatio
D habet: Angeli Dei, quia & homines Angeli Dei
nuncupati sunt. vel ſi per filios Dei vellemus in-
telligere Dæmones modo, quo diximus, possent
ad generationem facere, non aliter.

Ad tertiom dicendum, quòd Dæmones po-
tuerũt aliq esse improbi mulieribus, & exercere
carnalẽ copulã per procuratũ semen, nõ per pro-
priũ. Nec valeret, ſi quis diceret, quòd nec per
procuratum semen possent Dæmones hoc face-
re, quia antequàm hoc modo semen procurare-
nt, & in mulieres transfunderent, infrigidare-
tur semen illud, & exalaret virtus eius, quia
Dæmones sunt velocissimi motus, ratione cuius
cito

Asinus ex mensmo equa generat mulum ex inobedi entia mate-riæ. 7. Meta. 98.

1 Phys 1. c. 26.

Subcubi, & In cubi, qui ſint vide Hoſkoth 2. ſent. inſine.

2 Filij Dei 1 lib 1. Gen. dicitur ſub cubi 2. Dæmones eo-rantes cum viris agẽtes partes Mu-lieris: coeũ-tes cum fœ minis Incu bi dicitur. Nec tãl' ſic genitus di-citur Dæ-monis, ſed ei', vnde ſe men fuit de ceitum. Dæ mon dicitur filius Dei ꝓ pter nat ipi ritualem, vt Iob c 1. Se than dicitur inter filios Dei. Vel ſi lii Dei intel ligantur fili Seth inſtructi ſpi ritu diuino. Hinc filij Dei quia fideles, qui ꝓhibiti con trahere ma trimonium cũ filiabus hominum, i. filiabũ ha bitantium charm. trãſ greſſi ſunt ꝓ ceptum, & acceperunt eas ſibi in vxores. Qñ quadrat vox ſequen ti.

cito possent tale semen transfundere. Posset etiã ratione velocitatis motus semen non solum cito transfundi, sed etiam calidum conseruari, qui motus habet calefacere. Rursus: Possunt Dæmones aliquas res adhibere, quarum naturam bene nouerunt, per quas poterit tale semen in sua virtute conseruari &c.

ARTIC. II.

An Angeli sentiãt in corporibus assũptis. Cõclusio est affirmatiua.

Brul. d. 8. q. 7.

SECVNDO quæritur de corporibus assumptis à Dæmonibus quantum ad opera animæ sẽsitiuæ, & specialiter quãtum ad ea, quæ videmus in corpore, quæ sunt sensus motus, & locutio. Primo ergo quæritur: Vtrũ angeli in corporibus assũptis sentiant. Et videtur quòd sic, quia secundum Aug. in fine Secundi super Gen. ad litteram: Dæmones quædã vera de temporalibus rebus nosse permittuntur, quia vigent acumine subtilioris sensus, quia vigent experientia temporum, & quia docentur à sanctis angelis: sed subtilitate sensus, non possunt vigere tẽ corporib⁹ ꝓprijs, q̃ illa nõ habẽt. vigẽt ergo tali subtilitate i corporib⁹ assũptis, ergo &c.

Præterea: Non vigent experientia temporũ, nec melius iudicant propter talem experientiã, nisi qui vigent sensu, cum experientia generetur ex memorijs, & sensibus, iuxta illud: Ex multis sensibilibus fit memoria, & ex multis memorijs fit experimentum. Sed Dæmones multa sciunt per experientiam temporum, ergo vigent sensu, non in corporibus proprijs, ergo in assumptis.

Præterea: Particulare est, dũ sentitur: vniuersale dum intelligitur secundum sententiam Philosophi. sed angeli assumendo corpora cognitiõnẽ habent de particularibus. ergo vigent sensu, sed hucnó põt esse in corporib⁹ ꝓprijs, ergo &c.

Præterea, vt dicebamus, angeli in corporibus assumptis habent oculos antea. frustra ergo illa haberent, nisi per talia sentirent, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, q̃ ens tire ꝓptiè est aĩatorũ, corpora illa non sunt aĩata, ergo &c.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis localiter moueri possint. Conclusio est affirmatiua.

Holzoth. 2. sentent. q. 4. arg. 5. princ. Alb. Mag. de motu. Ang. q. 3. Biel. d. 2. q. 3. Ockam Quol. q. 5.

VLTERIVS autẽ quæritur: Vtrum angeli in corporibus assũptis possint moueri localiter, & videtur, quòd nõ. quia ẽm Augu. 8. super Gen. Spiritualis substantia mouetur per tempora, non per loca. sed quòd non potest Ange. in se, non videtur, secundum, quòd ad propositum spectat, quòd possit in corpore assumpto, ergo &c.

Præterea secundum Philosophum in 2. Phy. quæ non amplius mota mouent, non sunt Physicæ considerationis, vbi per non mota mouere intelligit intelligẽtias. sicut ergo intelligẽtiæ mouentes cœlos ipsæ sunt immobiles, ergo à simili angeli mouentes corpora assumpta ipsi sunt immobiles. T.c. 70.

Præterea, quod ad solum nutum mouet, immobiliter mouet, sed ad solum nutum angeli mouetur corpus assumptum, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia motis nobis, vt dicitur in Top. mouentur omnia, quæ sunt in nobis, moto ergo corpore assumpto mouetur, & angelus, qui est in ipso. 2. Top. 5. loco 24.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis loquantur. Conclusio est negatiua.

D. Bonau. d. 10. art. 3. q. 1. 2. Biel. 8. q. 1. circa finẽ. Alb. Magn. de locut. Ang. q. 9. ar. 4. Barth. Syb. 2. Dec. c. 8. q. 4.

VLTERIVS autẽ quæritur: Vtrũ angeli in corpore assumpto loquãtur, & videtur, ꝙ sic. qa in multis locis Scripturę sacrę inuenimus angelos locutos fuisse, vt Gen. 19. dicitur, ꝙ dum angeli venerunt Sodomã, & locuti fuerunt cũ Loth. Et Matt. dicitur, ꝙ respondens angelus dixit mulierib⁹: Nolite timere. ergo &c. Matt. 28

Præterea, q̃ sunt in voce: sicut signa eorum, q̃ sunt in intellectu, cũ ergo angeli apparentes hominibus, verè cõceptiones, quas habent apud intellectũ manifestent p sonos extra ꝓlatos, illi soni erũt verè voces, & verè dicẽtur angeli loq. 1. Perihe. 1.

IN CONTRARIVM est, qa, vt dr in 2. de anima. Inanimatorum. n. nullum vocat. i. nihil inanimatum vocem facit: sed corpora illa assumpta sunt manimata, ergo &c. T.c

Resolutio Artic. II.

Angeli in corporibus assumptis sensuum sunt expertes, vt organa non nisi apparentia in ijsdem corporibus habeant: Idque patet comparatione ad virtutem sensitiuam, ad calorem, ad principalia organa sensus, & ad animæ essentiam.

RESPONDEO dicendum, ad quæstionem primam, quòd in corporibus assumptis angeli non sentiunt, & per organa illa, quæ apparẽt, nullus fit sensus. cum. n. angelus assumit corpus non

vider per illos oculos: nec audit per illas aures. Non enim sunt illa vera organa, sed apparenti nec sunt formata ab angelo, vt per illa sentiat, sed, vt per illa suas proprietates intellectuales ostendat. Sunt enim angeli quasi Dei formæ. Cum multum participent de simplicitate Dei, licet ad illam simplicitatem non attingant, sed respectu Dei, quasi corporei, ideſt sint valde à simplicitate Dei recedentes, vt potest haberi à Dam. lib. 2. cap. 3. Sed licet recedant angeli à simplicitate Dei, in hoc tamen imitantur simplicitatem illam, quòd sicut diuina natura est simplex, quia sicut intelligit, sentit: & sicut sentit, intelligit, idemque sensus, qui intellectus est illi, vt dicit Aug. 15. de Trini. cap. 5. sic & natura angelica vnico suo simplici intellectu cognoscit sensibilia, & intelligibilia particularia, & vniuersalia: materialia, & immaterialia: colores, & sonos &c. quæ diuersis particularibus sensibus sentiuntur. Angelus itaque in corpore assumpto notitiam habet visibilium, & audibilium, sed hoc non est per oculos, qui apparent esse in illo corpore, nec per aures, sed per sunm intellectum. Quod autem angelis in corpore assumpto non competat sentire, quadrupliciter possumus declarare, secundum quòd actus sentiendi potest ad quatuor comparari. Primo ad ipsam virtutem sine ad ipsam potentiam sensitiuam. Secundo ad calorem, qui est instrumentum eius. Tertio ad ea, quæ sunt principalia organa sensus. Quarto ad ipsam essentiam animæ, sine ad ipsam animam, quæ est primum sentiens, vt dicitur in 2. de anima.

Angeli relatione ad Deum corporei.

T. c. 34.

Prima via sic patet: Nam, vt dicitur in principio de somno, & vigilia: vbi probatur, quòd actio sensus est ipsius compositi, cuius est potētia, eius est actio. & quia potentia sensitiua fundatur in ipso coniuncto, ideo actus sentiendi erit ipsius coniuncti, non animæ tantum, nec corporis tantum. Sed quia plurium secundum essentiam non potest esse vna virtus, quia vna simplex forma in diuersis subiectis essentialiter differentibus esse non potest, si competeret sentire angelo in corpore assumpto, esset ibi potentia sensitiua. Illa ergo potentia sicut in subiecto non posset esse in composito ex angelo, & corpore, quia non fit vnum per essentiam ex vtriusque, esset ergo vel in angelo tantum, vel in corpore tantum, quorum vtrunque est impossibile. quia potentia sensitiua nec in corpore per se, nec in substantia spirituali, separata à corpore secundum esse fundari potest, ergo si non saluare possumus ibi esse potentiam sensitiuam, nec saluare poterimus, quòd sit ibi actus sentiendi.

Secunda via ad hoc idem sumitur, prout actus sensus comparatur ad ipsum calorem, qui est instrumentum potentiæ sensitiuæ. Ait enim Commen. in 2. sui colliget. in cap. de innamentis membrorum sensitiuorum, quòd calor, cum quo operatur virtus nutritiua, non est ille calor, cum quo operatur virtus sensibilis. Et hoc apparet, vt dicit in dormiente, & vigilante, quia operatio virtutis nutritiuæ est fortior, cum dormimus, & tamen tunc non sunt sensus in actu, loquendo de sensibus particularibus. Sed quicquid sit de hoc, & qualiter non sit idem calor, cum quo operatur virtus nutritiua, & virtus sensibilis, & etiam qualiter sit idem, non est præsentis speculationis. sufficiat autem ad præsens scire, quòd calor nimis elementaris non sufficiat ad sensum, sed oportet, quòd ille calor sit animalis, qui non est nisi in corpore animato: & quia corpora illa non sunt animata, non solum deficit eis potentia sensitiua, vt non possint sentire, sed etiam deficit eis calor ille, cum quo operatur huiusmodi potentia, ex quo etiam concluditur, quòd illa corpora sentire non possunt.

Tertia via ad hoc idem sumitur * ex parte organorum, quæ sunt principalia in sensu. Nam sicut in nutriēdo principalia organa sunt cor, & hepar, & in generādo * principalia organa sunt cor, & vasa genitalia, sic in * sentiendo principalia organa sunt cor, & cerebrum. A corde enim est pulsus, nutrimentum, sensus, & vis generatiua. Sed pulsum exercet cor per venas pulsatiles, vt hoc non communicet hepati, vel alicui tali organo, vt potest patere per Commen. in 2. sui colliget. in cap. de inuamentis hepatis. Nutritionem autem exercet cor per hepar, sensum autem per cerebrum, generationem per vasa genitalia. Ideo pulsare dicitur cor per seipsum, & quia in huiusmodi pulsu potissimè relucet opus vitæ, dicitur spiritus vitalis esse in corde, alia autem opera exercet cor per alia organa. Ideo spiritus, & calores deseruientes illis operibus, appropriantur alijs organis, vt spiritus, & calor naturalis, siue nutritiuus hepati; sensibilis, siue animalis cerebro, secundum quem modum posset assignari quartus calor, siue quartus spiritus, vt sicut ponitur vitalis in corde, naturalis, nutritiuus in hepate, animalis, i. sensibilis in cerebro, sic generatiuus, & formatiuus attribuantur vasis generationis. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd organa, quæ principantur in sentiendo, sunt cor, & cerebrum, licet cor in hoc magis principetur, quàm cerebrum, corpora itaque illa assumpta ab angelis, quia non est in eis verum cor, nec verum cerebrum, ideo sentire non poterant.

* Organa in nutriendo principalia.
* Organa in generando principalia.
* Organa in sentiendo principalia.

Spiritus vitalis est in corde. Spiritus animalis, animalis, & generatiuus vbi colliguntur.

Quarta, & vltima via sumitur, prout sentire comparatur ad animam. Nam, semper agere præsupponit esse, quæ ergo non habent esse animatum, non possunt habere actiones, & opera animatorum.

Resp. ad arg. Artic. II.

QUOD primum dicendum, quòd Augu. quasi nihil assertiuè loqui voluit de angelis, quòd ergo dixit Dæmones vigere subtilitate sensus, dicit secundum opinionem quorundam, quòd Dæmones sint animalia, vel si volumus loqui largè de sensu: Dæmones vigent subtilitate sensus, ideſt subtilitate cognitionis. Dato tamen, quòd concederetur, quod dictum

* Augustinus nil quasi si assertiuè dicit de Angelis. Idē sic pro frequenter, & infra, in fine 2. d. supra litteram.

pro-

propter argumentum nó haberetur intētū. ga si Dæmones sentirent, hoc esset per sua corpora subtilia eis propria, non autem per illa corpora grossa, quæ assumunt, qnibus inducrent sua corpora subtilia, si talia haberent corpora.

Angeli vigent experientia temporis supra Dist. 2.

Ad secundum dicendum, quòd vigere experientia temporum potest esse dupliciter, vel quia res imprimnt aliquid in potentiã cognitiuam, & sic nihil veget experientia temporum, nisi qđ habet sensum. quia res istę sensibiles non possunt aliquid immediatè imprimere in intellectu, nisi prius imprimãt in sensum. Alio modo potest aliqnis vigere experientia temporum, non quia cognitionem accipiat à rebus, vel quòd res agant in suam potentiam cognitiuam, sed quia progrediẽtibus rebus in esse, incipiunt eis aliqua esse nota, quæ prius non erant nota. Nam species in mentibus Angelorum representant res, vt habent esse determinatum in se, vel in suis causis: contingentia autem futura, quæ nec sunt determinata in suis causis, cum sint contingentia: nec in seipsis, cum sint futura, per species angelicas sufficienter repręsentari non possunt. Si ergo illa futura fiant præsentia, erunt nota Angelo, quæ prius nó erant nota, non qnia cognitionem à rebus accipiat, sed qnia iam præsentia facta erunt in seipsis determinata, quę prius, cum essent futura, determinata non erant. propter quod poterunt tũc simpliciter repręsentari per species angelicas, quę prius repręsentari non poterant, sic ergo vigere experientia temporum, non est habere cognitionem sensitiuam, sed intellectiuam tantum.

Ad tertium dicendum, quòd licet noster intellectus, quamdiu est coniunctus corpori, non possit cognoscere particulare, nisi coniungat se sensui; ideo dicatur à nobis particulare esse, quid sensibile, & vniuersale intelligentium. Intellectus tamen angelicus, qui cognoscit non per species abstractas à rebus, sed per species deriuatas ab ideis diuinis, à quibus producuntur res secundum se totas, cognoscit res secundum totum suũ esse, non solum secundum esse vniuersale, sed etiam particulare. quia ergo species illæ angelicæ deriuatæ ab ideis diuinis, sic sunt repręsentatiuæ rerum, habet Angelus cognitionem particularium non per sensum, sed per intellectum.

Ad quartum dicendum, quòd illi oculi, & illæ antes licet non sentiant, non sunt frustra, quia non carent fine. non enim sunt formatæ ad hunc finem, vt sentiant, sed, vt proprietates intelligibiles inuenient, & ostendant. Vnde & Dionysi. vlt. ca. de Angel. Hierarchia, ex omnibus membris corporis assignat proprietates Angelorum.

Resolutio Dub. I.

Angeli non mutant locum, nisi totum mutent ipsum: cum sint in loco, vel motu quantum ad situm.

QUid autem, quod quærebatur: Vtrum Angeli in corporibus assumptis moueantur, dicemus, qnòd quantum ad motum, sic est suo modo de Angelo in corpore, quod assumit, sicut est de anima de corpore, qnod informat. Nam si moueantur partes corporis informati ab anima, & totum corpus non mutet locum, non dicetur anima moueri nec per se, nec per accidens: sed si totum corpus, qnod informat anima, mutet locum, moto tali corpore per se, dicetur moueri anima per accidens. Sic & in proposito: si aliquę partes corporis assumpti ab Angelo moueantur, vt patebit, non dicetur propter hoc moueri Angelus, nec per se, nec per accidens: sed si totum illud corpus mutet locum, oportet, qnòd saltem per accidens dicatur Angelus moueri secundum locum. Quæ omnia, vt clarius videantur, oportet triplici distinctione vti. Vno modo ex parte alietatis loci. Aliomodo ex parte motus. Tertio ex parte eorum, quæ sunt in loco.

Propter primum sciendum, qnòd aliquando alietas loci est materialis tantum, aliquando autem est formalis, vt nauis existens ligata ad stipitem in aqua fluente, semper est in eodẽ loco formaliter, quia semper habet eundem ordinem ad vniuersum, sed non est in eodem loco materialiter. quia cum semper aqua fluat, semper habet aliam, & aliã aquam sub se. Sic etiam: si aliqnis existens in aere, venio flante, & remouente totũ aerem circa eum, erit in alio loco materialiter, quia habebit alium aerem circa se, sed non erit in alio loco formaliter, quia habet eundem ordinem ad vniuersum. Aliquando vero sumitur alietas loci formaliter, sine hoc sit per se, vt si quis incedat de loco ad locum, & ex hoc habeat alium ordinem ad vniuersum: siue hoc sit per accidens, vt si quis, nauis nauis, moueatur, & ipse existens in nauis, & ex hoc alium ordinem ad vniuersum habeat.

Locus materialis, & formalis.

Aduertendum tamen, qnod alietas loci materialiter, non est propriè alietas, sed impropriè, vel secundum quid. Si quis enim stet immobilis, quãcunque aer circa ipsum moueatur, non dicitur esse in alio loco: & nauis ad stipitem ligata quantuncunque aqua subter eam fluat, locum mutare non dicitur. Ideo Philosophus in 4. Physi. in ca. de loco dicit, magis totum fluuium habere rationem loci, quàm partem fluuij, quia licet partes fluuij fluant, & refluant, totus tamen fluuius est in eodem loco, & nauis ligata ad stipitem, licet non habeat eũdem ordinem ad partes fluuij, qnia nunc habet hanc aquam sub se, nunc illam, ad totum tamen fluuium habet eundem ordinem.

Text. 41.

Viso,

Loci mutatio triplex.

Viso, quomodo diuersimodè sumitur alietas loci, restat videre de alietate motûs; quia de motu alicuius possumus loqui tripliciter, vel secundum se, vel secundum partes aliquas, vel secundum partes omnes. Si ergo ipsum totum mouetur, ideſt, mutat locum secundum se, tunc etiam secundum substantiam mutat locum, & essentialiter alius est locus eius, nunc alius prius. Si vero totum non mutat locum secundum se, sed secundum suas partes, vel hoc est secundum partes aliquas, & tunc non solum totum non mutat locum, sed etiam totum non mouetur, & solum mouentur partes aliquę. sed si huiusmodi motus sit secundum omnes partes, sic, quòd omnes partes mutent locum, non autẽ sit secundum totum, quia totum non mutet locum, tunc totum corpus mouebitur. sed totum non mutabit locum secundum substantiam, sed solum secundum dispositionem, vt apparet in cœlo. ergo aliquando totum corpus mouetur, & totum mutat locum secundum substantiam, quando mutatio loci cõpetit toti corpori secundum se, vt apparet in corpore, quod mouetur motu recto. Aliquando totum corpus mouetur, sed totum non mutat locum secundum substantiam, sed solùm secundum dispositionem, quando mutatio loci competit corpori, secundum quamlibet sui partem, sicut apparet in corpore, quod mouetur circulariter. Aliquando quidem nec totum corpus mouetur, nec totum mutat locum secundum substantiam, vt si moueatur corpus solum secundum aliquas sui partes, vt apparet in animali non mouente se totum, sed mouẽte aliqua sua membra.

Habito, quomodo diuersimodè sumitur alietas loci, & quomodo diuersimodè aliquid mouetur, vel mutat locum, restat distinctionem facere de his, quæ sunt in loco. Primo modo aliqua sunt in loco circunscriptiuè, & situaliter, vt corpora, & quæcunque extenduntur modo quantitatiuo, quia sunt pars in parte, & totum in toto. Aliqua vero sunt in loco non situaliter, nec circunscriptiuè, sed diffinitiuè tantum, & hoc modo sunt in loco spirituales substantiæ. Vnde Dam. lib. 2. cap. 3. ait, quòd non circunterminãtur Angeli à parietibus, & ianuis, & claustris, & signaculis, indeterminabiles enim sunt, non enim determinantur Angeli sicut ipsa corpora, vt secundum hanc partem sint in hac parte loci, & secundum aliam in alia. Diffiniuntur tamen Angeli secundum locum, ideſt, sunt in diffinito, & determinato loco, vt cum sunt in vno loco nõ sunt in alio: cum sunt in cœlo, non sunt in terra, vt dicit Dam. lib. & c. prælega. Et hoc quidem appellat esse circunscriptiuè, vt dicatur aliquid circunscribi loco, quando non est extra locum illũ. secundum quem modum aliquid licet impropriè sit in loco circunscriptiuè propriè, tamen circunscribi loco, est situaliter esse in loco, vt locatũ adaptetur loco, pars parti, & totum toti. sed cum de re cõstat, de verbis minimè curare debemus. Tertio modo aliquid dicitur esse alicubi nec situaliter, quòd se coapter loco, nec diffinitiuè, quhil eius sit extra illum locum. sed si est alicubi magis est ibi conseruando ea, in quibus est, quàm quòd situetur, vel diffiniatur ibidem. Et hoc modo Deus est vbique. Vnde Aug. 1. Cõfes. ait: Au non opus habes, vt à quocunque contineatis, qui omnia contines? quoniam quæ implet, continuendo implet. Et Isid. lib. 1. de summo bo. c. 2. dicit Cœlum, & terram implet Deus, non ideo, vt contineant eum, sed vt ipsa potius contineantur ab eo. Nec particularim Deus implet omnia, sed est vnus, & idem vbique totus.

Esse i loco tribus cõtingit modis.

Angeli diffinitiuè qõ sunt i loco.

Deus est vbiq; continendo, & conseruando ea, in quibus est, nõ situaliter, nec diffinitiuè.

His itaque prælibatis cum quæritur: Vtrum moto aliquo, moueatur illud, quod est in eo, si huiusmodi motus localis sit materialis tantum, non dicetur moueri quod est in aliquo propter motum eius, in quo est: vt non mouetur nauis ligata ad stipitem, propter motum aquæ subter eam, nec oportet, quòd moueatur quia existens in aere, propter ventum flantem, & mouentem aerem, in quo erat. Sed si mutatio loci non sit materialis, sed formalis, aut huiusmodi mutatio est secundum partes tantum, quòd solæ partes mutent locum secundum substantiam, siue sit secũdum omnes, siue secundum aliquas, vel talis mutatio est totius secundum se. Distinguemus ergo de eo, quod est in tali toto. quia aut est situaliter, sicut corpus in corpore, vt aqua in vtre, aut diffinitiuè tantum, siue hoc sit sicut motor, vti Angelus est in corpore, quod mouet, siue sit forma, sicut anima rationalis est in corpore, quod perficit, aut est neutro horum modorum, sicut Deus vbique est, quia nec situaliter, nec diffinitiuè est ibidem.

Primo quidem modo, & ad motum partium, & ad motum totius potest moueri contentum sicut mouetur contiuens: vt si aqua esset in vtre, & moueretur vna pars vtris, & non alia, moueretur aqua, quæ esset in illa parte vtris, sicut moueretur ipsa pars viris, & si vter esset totus rotũdus, & moueretur circulariter, ita, quòd tunc nõ mutaret locum secundum substantiam, sed secundũ dispositionem: partes vero mutarent locum vtroque modo: aqua existens in vtre, sic moueretur, & sic mutaret locum, sicut & vter.

Anima qũ mouet ad motum corporis.

Sed si secundo modo sit aliquid in loco diffinitiuè, & non circunscriptiuè, siue situaliter, secũdum quem modum dicitur esse in loco Angelus, vel Anima, tunc nisi totum mutet locum secundum substantiam, quantuncunque partes mutent locum, siue omnes, siue aliquæ, non dicetur tale quid moueri, nec per se, nec per accidens, vt si homo moueat brachia vel crura, & moueatur totus, non dicetur anima moueri nec per se, nec per accidens, sic etiam si homo se totum posset sic vertere, quod non mutaret locum secundum substantiam, secundum talem motũ, etiam non moueretur anima, nec per se, nec per accidens. Simili etiam modo si Angelus est in aliquo corpore mouens ipsum, si partes illius corporis moueantur, non dicetur Angelus, nec per se, nec per accidens moueri, etiam si omnes

Angel' qõ mouet ad motum corporis.

huiusmodi

huiusmodi partes mutent locum secundum substantiam, dum tamen ipsum totum secundum substantiam locum non mutet, vt puta si Angelus esset in aliquo corpore rotundo, & illud moueretur circulariter: quantumcunque quælibet pars mutaret locum secũdum substantiam, quia tamen totum secundum substantiam locum non mutaret, nõ diceretur Angelus moueri secũdum huiusmodi motum, nec per se, nec per accidẽs. cuius ratio est, quia Angelus, & anima, cum non sint alicubi situaliter, & non coaptentur ei, in quo sunt partes; per se, & primo respicient ipsum totum. Si autem respiciunt partes, hoc est, secundum, quòd habent ordinem ad totum, vt anima per se, & primo est in toto corpore tota. si autem est etiam in qualibet parta tota, hoc est prout huiusmodi partes habẽt ordinem ad totũ, ideo abscissa manu, non abscinditur anima, quæ est in manu, sed simpliciter desinit anima esse in manu abscissa, qa desinit huiusmodi manus habere ordinem ad totum. Sic etiam & Angelus in corpore assumpto, vel in corpore, quod immediatè mouet per se, & primo, est totus in toto. Est etiam nihilominus in qualibet parte, non per se, & primo, sed prout tales partes habent ordinem ad totum. ideo abscissa quacũque parte, non abscindetur Angelus cum ea: & mota parte, nõ dicetur Angelus, vel anima moueri secundum eam.

Angelus & alia cur non mouentur ad motũ partium corporis.

Angelus ad motum partiũ non mouetur, nec per se, nec per accidens. si esset nec anima: sed ad motum totius mouentur.

Dicamus ergo, quòd quia Angelus, & anima respiciunt ipsum totum, in quo sunt per se, & primo, & non sunt ibi situaliter; ideo non mouetur nec Angelus, nec anima etiam per accidens ad motum partium, sed solum ad motum totius; nam cum per se, & primo respiciant ipsum totum, non monebuntur, nisi ad motũ totius. cum ergo propter mutare locum partes, totum non mutet locum, nisi secundum dispositionem, solum illud secundum talem motum mutabit locum, quod nõ secundum eandem dispositionem est in toto nunc, & prius. Propter quod sic se habet, quod situaliter est ibidem, vt quia situaliter applicatur toti, ideo sicut aliter disponitur totũ, sic aliter disponitur & ipsum: sed quod non situaliter est in toto, quòd aliter disponatur totũ, non aliter disponitur ipsum. Quantumcunque ergo secundum dispositionem totum aliquod mutet locum, nunquam Angelus, vel anima dicetur mutare locum secũdum talem motum, cum non sint in aliquo toto situaliter, nec disponantur dispositione totius. sed si totum mutat locũ secundum substantiam, quia Angelus, & anima licet non sint in aliquo toto situaliter, tamen qa sunt ibi diffinitiuè, & illud totum, in quo sunt, incipit esse, vbi non erat, consequens est, vt ipse Angelus, & anima per accidens ratione eius, in quo sunt, incipiant esse vbi non erant. Corpora ergo quia sunt vbi sunt situaliter, ideo in talibus contentum poterit mutare locum ad solum motum partium continentis, vt si partes continentis moueantur, quia continens mutabit locum secundũ dispositionem: contentum, quod dispo-

Angelus, & anima diffinitiuè sunt in loco, nõ situaliter. & non mutãt locum, nisi totum secũdum substã.

Deus nullo modo mouetur.

De cur moueri nõ possit.

nitur ad modum continentis, vt aqua, quæ disponitur ad modum vtris, ad solum motionem partium vtris mutabit locum, sicut & vter. Sed spirituales substantiæ, quia non sunt in loco situaliter, sed diffinitiuè, & non disponuntur dispositione eius, in quo sunt, propter motum partium, & propter motum mutantis locum secundum dispositionem non dicentur talia mutare locum, nisi ipsum totum mutet locum secundum substantiam. Deus autem, qui nec diffinitiuè, nec circumscriptiuè est in loco, nec propter motum totius, nec propter motum partium mutabit locum. Nam ideo Angelus in corpore assumpto mutat locum, vel anima in corpore, quod perficit, quia cum talia diffiniantur in suis corporibus, incipientibus talibus corporibus esse vbi nõ erant, qua hoc est moueri, incipere esse aliquid vbi non erat; dicuntur tales substantiæ moueri, quia incipiunt esse vbi non erant. Sed si tales substantiæ non diffinirentur in suis corporibus, quãcumcunque illa corpora inciperent esse, vbi non erant Angelus, vel Anima non dicerentur propter hoc esse, vbi non erant, cum non finiantur in tali corpore, sed etiam esse possent, vbi non est tale corpus. Deus ergo, quia non finitur, nec limitatur secundum aliquod corpus, non mouetur secundum motum alicuius corporis, immo cum infinitus, & vbique sit, non potest incipere esse, vbi non erat, sed solum qualiter non erat, nec potest mutare loci situm, vt sit vbi non erat. sed potest suarum creaturatum supplere defectum, vt agat aliquid in aliquo, quod non agebat. Si etiam totum vniuersum mutaret locum, vel si totum vniuersum de nouo fieret, non esset aliqua immutatio in Deo, nec per se, nec per accidens, quia nihil mutari potest, nisi quod est finitum, & limitatum. Si autem mutari est ire de vno in aliud, solùm illud mutari potest, quod prius determinatè respicit hoc, & postea finitè, & determinatè respicit aliud. Quod autem est infinitum, datu, quòd respiciat aliquid, qualiter non respiciebat, vel etiam, quod non respiciebat, vt puta si de nouo creetur illud, non erit hoc per mutationem eius, sed solum per mutationem alterius.

Et vt hoc clarius pateat, dicamus, quòd sicut Angelus, & anima per se, & primo sunt in toto aliquo: ideo si abscindãtur partes, non abscindũtur ipsa: vt abscissa manu, nõ abscinditur anima, sed simpliciter dicitur desinere esse in tali manu, non per mutationem animæ, sed per motionem manus. quia cum manus abscissa non habeat vlterius ordinem ad totum, non vlterius erit ibi anima. Et quod dicitur de manu abscissa, veritatem haberet de manu reintegrata. vt si manus abscindatur, desinit ibi esse anima, non per mutationem animæ, sed per solam mutationem manus. sic si manus abscissa per miraculum reintegraretur, inciperet ibi esse anima, non per mutationem aiæ, sed manus. Sic & in proposito Deus per se, & primo dicitur esse in seipso, si autem est in alijs, hoc est prout habent ordinem ad ipsum,

Diuinæ immobilitatis exemplum.

Si

Si aliquid ergo de nouo creetur, & incipiat ibi esse Deus vbi prius non erat, quia nihil erat, hoc non erit per mutationem Creatoris, sed per solam mutationem creaturæ, quæ incipit ad suum Creatorem habere ordinem, quem non habebat. Sic si aliquid annihilaretur, ibi non esset Deus, quia nihil esset, nō per mutationem Dei, sed per solam mutationem creaturæ, quæ desineret habere illum ordinem ad Deum, quem prius habebat. Corpus ergo potest moueri motu partium corporis, in quo est: Angelus autem motu totus, & etiam anima: Deus autem nullo modo mouetur, sed vel est qualiter nunc erat, & hoc per mutationem creaturæ: vel si est, vbi nō erat, vel desinit esse, hoc est per rem de nouo creatam, vel de nouo annihilatam.

A

B

Resp. ad arg. dub. I.

Angeli qõ dicitur moueri per tẽpora, nõ per loca.

AD primum dicendum, quòd Angeli, vel spirituales substantiæ dicuntur moueri per tempora, non per loca, non quia possint moueri de loco ad locum. cũ enim sunt in cælo, possunt deicendere ad terrã, sicut ex pluribus locis scripturæ sacræ haberi potest. dicuntur tamen moueri per tempora non per loca, quia nisi prius mouerentur per tempora, non mouerentur per loca. In motu enim corporum motus localis causat tempus, siue fluxum temporis, sed in motibus Angelorum motus tẽporum causat motum locorum, vt si Angelus manetur de loco ad locum, vt quia nunc descẽdit de cælo, & prius non descendebat, iste motus locorum præsuppo nit motum affectionum. Non enim sic est de Angelo, sicut de Deo: vt sicut Deus vnica voluntate æterna, & immutabili facit, quæcunque temporalia, & mutabilia, sic & Angelis: immo Angelus secundum affectiones mutatur, & secundum motum affectionum fiunt motus intellectionum, vt quòd nunc intelligat vnum, nunc aliud, & motus applicationum, vt, quòd nunc applicet virtutem suam ad vnum locum, nunc ad alium. Et quia varietas Angeli secundum affectiones, & intellectiones, facit ipsum Angelũ subiacere aliquo modo tempori, licet illud tempus non sit eiusdem rationis cum hoc tempore, ideo dicitur Angelus etiam secundum sua interiora moueri per tempora. Et quia motio secundum exteriora, vt moueri secundum loca, præsuppouit motionem secundum interiora, quæ est motio secũdum tempora; ideo, vt diximus, Angeli mouẽtur per tempora, non per loca, quia nisi possent moueri per tempora, ideſt, nisi possent moueri secũdum affectiones, & intellectiones interiores, qui potest dici motus per tempora, non posſent moueri secundum applicationes exteriores, qui potest dici motus per loca. Cuius enim natura est immutabilis secundum affectiones interiores, est immutabilis secũdum applicationes exteriores, vt non incipiat alicubi esse per mutationem sui. Ideo Deus dicitur in 8. Physic. omnio immobilis per se, & per accidens, & ab intra, quod intelligẽtijs non competit, quia secundum inferiores affectiones mutari possunt.

Arists Phy. Tex. 45. 46.

C

D

Ad secundum dicendum, quòd intelligentiæ non motæ mouent cœlos, quia non mutant locum secundum substantiam, sed solum secundum dispositionem. & quia motores orbium nõ sunt in cœlo situaliter, nec disponuntur dispositione cœli, ideo propter talem mutationem localem, nec per se, nec per accidens locum mutant.

Angeli nõ motæ mouent cœlu.

Aduertendum tamen, motores cœli secũdum quosdam mouere immobiliter, quia, vt aiunt, Angelus est in toto cælo, vt motor, sicut anima rationalis est in toto corpore, vt forma. & quia solæ partes cœli mutant locum secundum substantiam, ideo non mouetur Angelus propter talem motum, sicut non moueretur anima, si solũ hoc modo moueretur corpus eius.

Angeli Motores cœlorum in quæ parte cœli esse dicant.

Sed hoc non videtur benè dictum, quòd vna spiritualis substantia creata possit esse in toto cœlo. Nam fortè totum supremum cælum est plus, quàm omnes alij cœli, etiam cum sphæra actiuorum, & passiuorum. Credibile est enim, quòd partes vniuersi ordinatè se excedant, vt, quòd aqua sit decupla ad terram, aer ad aquam, & ignis ad aerem. Propter quod aer etiam est plus, quàm aqua, & terra, & ignis plus continet de spacio, quàm omnia alia elementa, & forte ita cœlestibus supremum cælum est plus, quàm totum aliud. Si ergo aliquis Angelus posset esse in toto vltimo mobili, posset aliquis Angelus esse in toto alio vniuerso, quod nimis esset dilatare virtutem, & potentiam creaturæ. Ideo possumus dicere cũ Philosopho in 8. Physic. quòd motor cœli est in parte orientali: dicemus tamen, quòd partem illam cœli in se, quæ nunc est in oriente, respicit motor cœli materialiter: sed, vt est orientalis, respicit eam formaliter, non formaliter, quòd sit forma eius, sed formaliter, quia sub hac ratione est motor eius. Hoc enim, qd est tale sub rãne talis, siue sit motor; siue quodcunque, formaliter dicitur esse tale. Quamuis ergo nunc vna pars cœli sit in oriente, nunc alia, tamen formaliter semper Angelus mouebit eandem partem, quia semper mouebit eam sub hac ratione formali, vt est in oriente. Sicut si aliquis existens in aliquo loco, & vento flante, nunc habeat huoc aerem iuxta se, nunc alium, semper erit in eodem loco formali, quia semper erit ibi, vt habet eundem ordinem ad vniuersum. Sic motor cœli non mutat locum, sed dicitur immobilis mouere, quantucunque moueat aliam, & aliam partem cœli, quia semper mouet sic aliam, & aliam, vt habet eundem ordinem ad orientem. Toto ergo cœlo non mutante locum secundum substantiam, partes cœli poterunt successiuè habere eundem ordinem ad vniuersum, vt intelligentia semper in oriente manens, possit mouere non mota. Sed non est simile de corpore assumpto ab Angelo, cum totum tale corpus sic mutet locum secundum substantiam, vt etiam secundum se totũ nõ habeat eundem ordinem ad vniuersum.

Intelligentia non est in toto cœlo.

Tex. c. 49. Motor cœli formaliter respicit partem non talem.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd quantuncunq; corporalis ſubſtantia obiediat Angelo ad nutũ, quãtum ad motum localem; nunquam tamẽ Angelus mouebit aliquod corpus, niſi ſit in corpore, quod mouet, & niſi applicet virtutem ſuam ad illud. & quia moto aliquo, mouetur omne illud, quod eſt in ipſo diffinitiuè, ideo ſi ſtem per accidens mouetur Angelus ad motum corporis aſſumpti.

Reſolutio Dub. II.

Angelorum vox in corporibus aſſumptis, locutio propriè dici non poteſt. Non eſt.n. ab Animale, nec eſt ueris inſtrumentis formata. Nec ſonus ille per imaginationem conceptus dici ualet, cum ibi virtus imaginatiua non ſit. Nec vox illa proprij intellectus interpretatiua eſt, cũ ex Angelo, illoque corpore per ſe vñ non ſit. ſed eſt ibi non nihil locutioni adſimile, ſicut inſtrumenta illa, ex quibus reddi vox debet, non naturalia, ſed naturalibus ſimilia eſſe dicuntur.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrũ Angeli in corpore aſſumpto loquantur, dici dẽt, ꝙ aliud eſt vox in ſe, & genera liter ſumpta, & aliud eſt vt eſt locutio, quod eſt proprium hominis, quia vt dr primo Politicorum. Huic ſoli. ſ. homini ſermonẽ natura dedit. Si enim vellemus & vocẽ diffinire generaliter diceremus: Eſt ſonus ab animali prolatus, naturalibus inſtrumentis formatus, ſuiipſius ſignificatiuus. Si hęc oĩa concurrant, ſufficũt ad rationẽ vocis. oportet enim primo, ꝙ voa ſit ſonus ab ore aĩalis prolatus, quia vt dicitur in 2. de anima: Nihil inanimatorum. i. nihil, quod nõ eſt animal vocat. i. vocem facit. non enim ſufficit, ꝙ ſit animatum quodcunque, qd vocem facit, ſed oportet, ꝙ ſit animatum anima ſenſibili, & ꝙ ſit animal. quia vox eſt ſonus reſpirati aeris, nihil autem reſpirat, quod nõ eſt animal. Nec a quacunque parte animalis profertur vox. nam multa animalia brãchijs ſonant, quorum ſonorum nihil eſt vox. Reſpiratio enim aeris, ex qua fit ſonus, ob ore animalis procedit, & ab aliis organis. Propter quod oportet, quòd huiuſmodi ſonus ſit naturalibus inſtrumentis formatus, vt per os, & per vocalem arteriam, & per alia organa, quæ concurrunt ad formationem vocis. Ideo dicitur in 2. de anima, quòd voa eſt ſonus reſpirati aeris, non in qualibet parte, ſed in parte determinatur, vt in vocali arteria, vbi formatur voa, & etiam in aliis organis, quæ concurrunt ad huiuſmodi formationem. Diffinitur tamen ab aliquibus voa, ꝙ eſt ſonus ab ore animalis prolatus naturalibus inſtrumentis formatus. ſed cum eos computetur inter naturalia inſtrumenta, per quæ formatur vox, melius eſt, vt dicamus, quòd ad hoc, quòd ſit vox, requiritur, quòd ſonus ab ore animalis prolatus ſit naturalibus inſtrumẽtis formatus. Requirit etiam, ꝙ vox ſit ſuiipſius ſignificatiua. i. ꝙ ſignificet ſeipſam imaginatam, vt, ꝙ talis proferatur in ſono, qualis concipitur in imaginatione. Ideo dicitur in 2. de anima, quòd ſignificatiuus ſonus eſt vox. Et inde eſt, vt ibidem innuitur, quòd tuſſis non eſt vox, licet enim tuſſis proferatur ab ore animalis, & licet ad tuſſim cooperentur organa, cum quibus formatur vox, tamẽ quia huiuſmodi ſonus non profertur cum imaginatione, non habet rationem vocis. Omnis enim vox ſignificat ſeipſam in imaginatione conceptam. quia ſi ſine imaginatione proferatur, eſt ſonus tantum, non vox.

Aduertendum tamen, quòd licet præfata ſufficiant ad rationem vocis, tamen quia noſtra q̃ſtio non eſt de voce quacunque, ſed de voce, quæ eſt locutio, oportet addere quartum ad rationem locutionis, vt dicamus: quia locutio eſt ſonus ab animali prolatus, naturalibus inſtrumentis formatis, ſuiipſius ſignificatiuus, ac proprij intellectus interpretabilis, vt diſtinguamus, ſicut diſtinguit Philoſophus in 2. de anima. inter ſignificationem, & interpretationem, volẽs, quòd ſignificatio ſit eſſentialis voci, ſed interpretatio eius ſit de bene eſſe eius. Poteſt enim vox comparari ad imaginationem, & intellectum, &, vt comparatur ad imaginationẽ, eſt ſuiipſius ſignificatiua. quia ſignificat ſeipſam in imaginatione conceptam. Quicunque enim vidẽs quodcunque animal vocem emittere, ſtatim poteſt cognoſcere, quòd talem ſonum imaginatum eſt, qualem exterius expreſſit. Et quia ille ſonus extra prolatus eſt ſignum ſuiipſius in imaginatione concepti, vel aliter ſonus ille non eſſet vox, ideo omnis voa dicitur eſſe ſignificatiua, neceſt talis ſignificatio ad placitũ, immo naturaliter ſicut eſt imaginata vox, ſic in voce prolata. animal enim emittens vocẽ, nõ imaginatur vnum ſonum, & emittit alium, ſed qualem imaginatur, talem emittit. Ideo determinato modo ſignificat voa, vt cõparatur ad imaginationẽ. Sed, vt comparatur ad intellectũ, ſignificat ad placitum. conceptiones enim in intellectu non habent, quòd ſignificent per has voces vel illas, niſi ex pacto per noſtrum beneplacitum ſint impoſitæ ad ſignificandum. Vtroque ergo modo ſignificat & vox naturaliter, vt cõparatur ad imaginationem: & ad placitum, vt comparatur ad intellectum. ſed prima ſignificatio retinuit ſibi nomen commune, & vocata eſt ſignificatio. Secunda vero habet ſpeciale nomen, & dicta eſt interpretatio. Et quia ſignificatio eſt voci naturalis, dicitur eſſe quid eſſentiale voci: interpretatio autem, quia eſt ſignificatio ad placitum, dicitur de bene eſſe eius: & Vox ergo, vt voa eſt, comparatur ad res, ad animal, à quo profertur: ad organa, per quæ formatur: & ad imaginationem, in qua concipitur. Et quia omnia iſta reperimus etiam in animalibus brutis, etiam bruta animalia poſſunt vocem emittere: ſed voa, vt eſt locutio, oportet, quòd habeat prædicta tria. & quòd ſuperaddat quartum, videlicet, ꝙ comparetur

Vox ſuiipſius ſignificatiua.

T. c. 90.

Tuſſis cur vox nõ ſit.

T. c 88.

Locutio quid.

Ariſto. 1. Pol ca 2. ꝙ Vox generaliter ſumpta quid.

T. c. 87.

T. c 88.

Vox quid.

ꝙ Vox aſſumpta ad 2. imaginationem naturaliter ſignificat: ad intellectũ autem. ad placitum.

ꝙ Vox, vt voa aut ſonus, eſt in Brutis: non autem vox, vt locutio ſed, in homine tantum eſſe dicitur.

paretur ad intellectum, ꝙ sit proprij intellectus interpretatiua, vel saltem interpretabilis. i. apta, nata interpretari. quia est possibilis, vt ordinetur ad interpretationem, & secundum hoc nullum animal irrationale propriè loquitur. quia sicut organa inanimata, cuiusmodi sunt organa musicalia, facinnt aliquid simile voci, tamē illa sonus propriè nō est vox, qa nō est propriè, ab aiali prolatus, nec formatus naturalibus organis, nec in imaginatione cōcept°: sic aialia irrationabilia, cu iusmodi sunt multæ aues, simulant locutionē hominis, nō tn propriè loquūtur, qnia cū nō hāant intellectum, voces illæ non sunt proptiè intellectus interpretatiuæ, nec loquuntur aues sic imitāes humanam vocem, ꝙ vtantur vocibus illis, vt locutiones sunt, &, vt ad significandum impositę sunt, sed solum per quandam assuetudinem aliqua possunt apprehendere ad voces illas, sicut & canes, licet voces similes humanis non possint emittere, tamen ad voces hominum nunc in sequuntur bestiam, nunc insequi cessant, secundō voces hominum emissas.

Bruti cur loqui non dicantur.

Reuertamur ergo ad propositū, & dicamus, ꝙ cum qnatuor concurrant ad locutionem, secūdum unllum illorum qnatuor sonus, qnem facit Angelus in corpore assumpto propriè locutio dici potest. Nam ille sonus non est ab animali factus, cum illud corpus, quod apparet, nō sit aial.

Vocis conditiones quatuor.

Non est etiam naturalibus instrumentis formatus, quia in illo corpore assumpto ab Angelo, quod extra appatet, non sunt naturalia organa vocis, ꝙ sit ibi os, dentes, palatum, lingua, vocalis arteria, pulmo, diaframma, & cętera talia. Nihil. n. horum ibi verè est, licèt sint aliqua similia istis.

Tertiò ille sonus non est per imaginationem conceptus, quia nec est ibi virtus imaginatiua.

Quartò ille sonus non est proprij intellectus interpretabilis, quia ex Angelo, & illo corpore, non fit vnum secundum esse, ꝙ vnum, & idem loquatur, & intelligat. Nam non est in homine, ꝙ anima itelligat, & corpus loqnatur, sed ex anima, & corpore fit vnum. i. homo, qui & loqnitur per organa corporis, & intelligit per potentiam intellectiuam ānimæ. Ideo talis intellectio dicitur esse proprij intellectus interpretatiua, quia vnum secundum esse fit ex anima, in qua est intellectus, & corpore, in quo sunt organa ad loquendum, vt ex hoc illud vnum, quod sic resultat, videlicet hoc dicatur proprium intellectum per propriā locutionem exprimere. & quia tale vnum nō fit ex Angelo, & corpore assumpto, non erit ibi propriè locutio. Erit autem ibi aliquid simile locutioni, qnia potest Angelus formare sonos similes locutionibus humanis, & erit ibi expressio intellectus alterius, quia corpus illud, per quod formatur sonus, quod non propriè facit vnum cum Angelo, per huiusmodi sonum aliquo modo exprimet conceptiones alterius, idest, conceptiones in intellectu Angeli, qui secundum esse non est quid vnum, sed est qnid alterum ab huiusmodi corpore.

RESP. AD ARG. DVB. II.

AD primum dicendum, quòd in scriptura sacra inuenimus Angelos locutos fuisse, quia formauerunt sonos similes locutionibus.

Ad secundum dicendum, quòd Angeli per sonos illos exprimunt conceptiones in suis intelligibilibus, sed propter hoc non est ibi propriè locutio, quia cum non fiat vnum, & idem ex Angelo intelligente, & corpore sonante, non erit ille sonus expressio intellectus proprij, ꝙ idem sit, in quo est sonus, & in quo est intellectus, vt est per habita manifestum.

ARTIC. III.

An in eodem corpore assumpto, Angelus inferior, & Deus, apparere dici possint. Conclusio est affirmatiua.

TERTIO qærituꝛ: Vtrum in corpore assumpto, quod mouet Angelus inferior, possit dici apparere Deus, vel Angelus superior. Et videtur primo, ꝙ in tali corpore, non appareat Deus, quia vt dicit Aug. 3. de Trini. Dei. tota illa natura corporea præsentata oculis antiquorū Patrum fiebat ministerio Angelorum, ergo Angeli apparebant in illis corporibus, & non Deus. Tomo 2. cap. 10.

Prętetea Angelus apparens visibiliter assumit corpus, in quo apparet, sed Deus nunquam assumpsit corpus nisi in vnitate personæ, ergo &c.

Ptæterea cum Angelus apparet in aliquo corpore, est vbi ptius non erat, hoc non potest competere Deo, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia, vt dicitur Exodi: Cum dixisset Moyses, ꝙ volebat videre visionem illam de rubo ardente, & non comburente, audiuit vocem de medio rubi dicentē: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, &c. Exodi 3.

Constat autem, quòd illud corpus administrabatur ministerio Angeli, quia tota corporalis substantia sic administratur, & tamē apparebat ibi Deus.

RESO-

Dub. I. Lateralis.

An in eodem Angelus inferior, & superior apparere dici possint. Conclusio est affirmatiua.

LITERIVS autem quæri potest: Vtrũ possit apparere superior Angelus, videtur, q̃ non. quia illi appareut, qui mittuntur, sed superiores Angeli secundũ Diony. non mittuntur, ergo tales Angeli non apparent.

Præterea ex hoc dicitur apparere Angelus, quia per ea, quæ appar̃t in corpore sensibiliter, exprimuntur proprietates intelligibiles Angeli; sed nõ sunt eędem proprietates superioris, & inferioris, vt supra diximus, cum ergo in illo corpore, quod mouet Angelus inferior, appareat ipse inferior, non apparebit ibi superior.

IN CONTRARIVM est, quia si in tali corpore apparet Angelus inferior, & Deus, poterit ibi apparere etiam Angelus inferior, & superior.

Resolutio Artic. III.

Deus, & Angelus in eodem corpore assumpto apparere dici possunt, vt patet ex ordine rerum, diuina natura altitudine, nec nõ ipsorum operum pluralitate.

RESPONDEO dicẽdum ad quæstionem primam, q̃ ex verbis Scripturæ sacræ sufficiẽter instruimur, q̃ in eodem corpore apparet Angelus, & Deus. Nam Exod. vbi dicitur, q̃ Moyses audiuit vocem de medio rubi dicẽtem: Ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham, &c. Act. dicitur, q̃ Angelus in igne flammæ rubi apparuit Moysi, vt ex hoc intelligamus, quòd in illo rubo Deus apparebat, & Angelus. Ad quod ponendũ adducere possumus triplicem rationem, vt prima sumatur ex ordine rerum. Secunda ex altitudine diuinæ naturæ. Tertia ex pluralitate operum.

Exod. 3.

Act. 7.

Prima quidem via sic patet. Nam ordo rerum hoc exigit, vt id, quod inferior facit, superior facere dicatur. Ideo in illo rubo, & loquebatur Deus, & loquebatur Angelus, quia loquebatur Deus per Angelũ. habebat enim se ille Angel⁹ ad Deũ, sicut præco ad iudicem: sicut Propheta sanctus, vel sicut nuncius sanctus ad dominum. Igitur sicut, cum præco loquitur, dicitur iudex loqui, & locutio iudicis non excludit præconem: & sicut cum Propheta sanctus loquitur, dicitur dominus sanctus loqui: sic, Angelo loquẽte, dicebatur dominus loqui. Haec autem rationem tangit Aug. 3. de Trin. dicens: Cum verba iudicis præco nunciat, non scribitur in gestis: ille præco dixit, sed iudex dixit. Sic etiam, vt ait, loquente Prophetã sancto, si dicamus: Propheta dixit, nihil aliud intelligi volumus, quàm dominum dixisse. Et si dicamus, vt ait: Dominus dixit; Prophetam non subtrahimus. Sicut ergo simul loqui dicitur Iudex, & Præco, Propheta, & Dominus, quia ordo rerum hoc exigit, vt superior per inferiorem loquator: Sic io rubo simul loquebatur, & apparebat Angelus, & Dominus.

Tomo 3. cap. 10.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex altitudine diuinæ naturę, quam viam tangit Aug. 8. super Gen. ad litteram, circa finem dicens, quòd certissimè credere debemus, Deum per suam substantiam loqui, aut per sibi subiectam creaturã. Nã, vt dicit, loquitur Deus, & ad creaturas creandas tam corporales, quàm intellectuales, quia ipse dixit, & facta sunt. quia suum dicere est suum facere: & ad creaturas illuminandas, quod non proptiè competit corporalibus, sed intellectualibus, quia intellectuales substantiæ sunt, quę illuminantur per locutionem diuinam. Cum ergo Deus loquitur ad creaturas creandas, loquitur per suam substantiam, ideſt, loquitur per suum verbum coæternum, quod gignit de substantia sua. Vnde Aug. super Gen. dicto li. & c. ait: Deus per suam substantiam loquitur ad creandas creaturas. Et idem. 9. Confes. dicit: Verbo tibi coæterno simul, & sempiterno, dicis omnia, quæ dicis, & fit quicquid dicis, vt fiat, nec aliter, quàm dicẽdo facis. Sic ergo Deus loquitur ad creaturas creãdas, quia in creatione non vtitur ministerio alicuius, cum nihil propriè cooperetur Deo in creatione rerum. Sed cum loquitur ad creaturas illuminandas, q̃ locutio fit intellectualibus creaturis, cum nõ omnes intellectuales creaturæ sint sic dispositæ, quòd possint illam locutionem capere, ideo loquitur eis per subiectam creaturã, vel spiritualem tantum, cum fiunt aliquæ reuelationes in somnis, vel in visione, vel per creaturam sensibilem, cum aliquid sensibiliter ostenditur, sicut in rubo, & in specioignis visibili locutus est Dominus Moysi. Vnde Aug. 8. super Gen. circa finem dicit, quòd per suam substantiam, & per suum verbum coæternum loquitur Deus illis intellectualibus creaturis ad eas illuminandas, quæ capere possunt locutionem eius, qualis est in verbo eius; In principio erat... apud Deũ. Illis autem intellectualibus creaturis, quæ talem locptionem capere non possunt, cum loquitur Deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritualem, vt in somnis, & in extasi, aut etiam per corporalem, dum sensibus corporis aliqua species apparet, vel insonant voces.

Tomo 7.

Deus ſeruone quomodo loquatur.

Tomo 3.

Tomo 1.

Deus illuminando creaturas quomodo loquatur.

Tomo 3.

Ioan. 1.

Aduertendum tamen, q̃ cũ Deus loquitur per subiectã creaturã corporalẽ, nõ excludit inde spiritualis, quia tota creatura corporalis administratur per spiritualem. Locutus itaq; fuit Deus in rubo, & in igne sensibili, sed nõ nisi per spiritualem, vt per Angelum, vt ex hoc Deus, & Angelus dicerẽtur loqui, & apparere. ergo quia inter nos, & Deum, qui est in tanta altitudine, est media

angelica natura, ipse, qui vult inferiora reducere per media propter sui altitudinem, vult eos illuminare per Angelos.

Deus, & Angel⁹ quo diuersimode operentur.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex pluralitate operum. nam in tali locutione, & apparitione aliquid operabatur Angelus exterius administrando, & aliquid Deus interius inspirando, & quia vterque ibi suum exercebat opus, ex hoc vterque loqui, & apparere dicebatur. Et hanc viam tangit, quædam Glo. marginalis Gregor. Exo. vbi de hac materia agitur, vbi dicitur, q̃ Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus modo dominus memoratur. Angelus, vt ait, quia exterius loquendo, seruit. dominus, q̃a interius præsidens loquendi efficaciam tribuit, & subdit, q̃ loquens per obsequium erat Angelus per inspirationem dominus.

Exod 3.

Resp. ad arg. art. III.

AD primum dicendum, quòd licet tota natura corporalis administretur p Angelos, tamen quia virtutem ministrandi habent a domino, ideo in huiusmodi administratione corporalium, cum apparet Angelus, potest apparere dominus, & cum loquitur Angelus dicitur loqui dominus.

Ad secundum dicendum, quòd licet illud corpus assumat Angelus, & moueat Angelus; dicitur tamen ibi apparere dominus, & Angelus, vel magis dominus, quàm Angelus, si per apparitionem talem magis instruatur quis de conditionibus domini, quàm de conditionibus Angeli.

Ad tertium dicendum, quòd Deus ex hoc nõ est vbi non erat, sed est qualis nõ erat, quia cum per talem creaturam, sic apparentem nouo modo instruamur de his, quæ sunt Dei, nouo modo dicitur ibi significari Deus.

Resolutio Dub.

Angelus superior, & inferior (vt ex opere operato, nec non operante, ac instructione patet) in eodem corpore assumpto apparere dici possunt.

AD id autem, quod quærebatur, vtrum in eorpore, quod mouet Angelus inferior, possit dici apparere Angelos superior, dici potest, quòd cum Angeli superiores non mittantur: sicut dicũtur aliquid facere superiores Angeli, qđ faciunt inferiores, sic possunt dici apparere superiores Angeli in corporibus, quæ mouent inferiores. Vnde Esa. dicitur, quòd volauit ad Esa. vnus de Seraphin, & mundauit labia eius calculo, quem forcipe tulerat de altari, quod immediatè non fecit ipse Seraphin cum sit supremus ordo, & non competit ei, quòd voleat, vel, quòd mittatur ad hæc inferiora. Possumus autem ad præsens triplicem rationem tangere, quare in eorpore, quod mouet Angelus inferior, dici possit apparere Angelus superior, vt prima ratio sumat ex ipso opere operato, secũda ex ipso opere operante. Tertia ex iustructione, quæ consurgit ex huiusmodi opere.

Esa. 6. Idem infra dist. 10. q. 2. dub. 2.

Primam viam tangit Dio. de Ang. Hierarchia, dicens, quòd cum a Theologis dicitur vnus de Seraphin missus fuisse ad Esa. vt forcipe de altari carbone sublato, labia Prophetæ purgaret, qa sicut scriptura loqt̃, necesse est vt ait Dio. vt hac quæstione inspiciamus, virũ p Seraphin debeat intelligi Angelus superior, vel inferior, dictus est tamen Angelus superior, & vocatus est Seraphin propter proprietatẽ administrationis. videbatur enim Esa. quòd veniret Angelus, & cum forcipe acciperet de altari calculũ, ideſt, lapillũ quẽdã calidum, & ignitum, ideo dicit Dio. quòd accepit carbonem, vnde littera. 70. vbi nos habemus calculum, habet carbunculum. ergo cum illo calculo sic ignito incendendo labia Esa. purgauit ea, & quia incẽdere viderut pertinere ad Seraphin, quia Seraphin interpretatur incendens, siue incendium, ideo ratione istius ministerij, siue rationе istius operis operati, qđ est propriũ ipsi Seraphin, quod fecit Angelus inferior, dr̃ fecisse Seraphin, & qua ratione factum appropriatur Seraphin, part ratione & apparitio, vt ex hoc dicatur apparere Seraphin.

Dion. 15.

Seraphin interpretatur incendens, idem infra dist. 10. q. 2. dub. 1.

Secunda via ad hoc idẽ sumitur ex opere operantis. nam ipse Angelos operans operatur in vitote Angeli superioris, a quo purgatur, pficitur, & illominatur, ratione cuius, quod facit Angelus inferior, competenter appropriari potest Angelo superiori, vt ex hoc superior Aogelus apparere dicatur.

Terria via ad hoc idem sumitur ex iostroctione, quę fit per huiusmodi opus. nam Angelus sic assumens corpus, vel sic mouens ipsum, per huiusmodi opus, quod facit, potest instruere nos de proprietatibus suis, & de proprietatibus superiorum Angelorum, & prout instruit nos de conditionibus, & de proprietatibus suis, potest dici apparere ipse, prout de superioribus potest dici apparere superior.

Resp. ad arg. dvb.

AD primum dicendum, quòd licet Angeli superiores non mittantur, tamen ex missione inferiorum, possunt dici apparere superiores, vt patet per habita.

Ad secundum dicendum, quòd argumentum magis arguit oppositum, quàm propositum. nã si eoo sunt eædem proprietates inferiorum, & superiorum Angelorum, quia de diuersis possunt dari diuersæ instructiones, ideo Angelus mouens immediatè illud corpus poterit instruere homines de conditionibus suis, & de conditioоibus superioris Angeli, vt ex hoc etiam ipse superior Angelus apparere dicatur. quantum tamen pertinet ad instructionem nostram,

nostram, valde à remotis procedimus ad cognoscendum, quæ sunt Angelorum, vt ex hoc modicum innotescat nobis differentia superiorum, & inferiorũ: tamen vt innotescit talis differentia, patet ex dictis, quu in corpore, quod mouet Angelus inferior, conuenienter dici potest apparere superior.

ARTIC. IIII.

An Dæmones ingrediãtur corpora inanimata, non assumentes sed tantum mouentes. Conclusio est affirmatiua.

D.Tho.1.q.110.artic.2. D.Tho.Arg. d.8. Ric. d. 8. q. 2.

QVARTO quæritur de Angelis, & specialiter de Angelis malis, prout comparantur ad corpora, quæ nun assumunt, sed quę sulũ mouent, vel vexãt. Et quia huiusmodi corpora, sunt in triplici gradu, quia quædam sunt inanimata: quædam animata anima vegetatiua, vel sensibili: quædam autem animata anima irrationali, ideo de omnibus his corpubus quęremus.

Primo quæritur de corporibus inanimatis: Vtrum angeli possint esse in talibus corporibus. Et videtur, quòd nun, quia aliqua inanimata corpura sunt solida, & spissa, vi minimè penetrari possint, in talibus ergu corporibus non poterunt esse Angeli.

Præterea dicitur, quòd per aries Magicas Dæmones possunt recludi in aliquibus vasis, vel in anulis sub aliquibus gemmis. sed quicquid potest aliquo corpore teneri ne recedat, potest ei per idem curpus resisti, ne subintret, ergo &c.

Abacuh. 2. Præterea quędã Glo. interlineatis Abacuch. super illu verbo: Omnis spiritus nun est in visceribus eorum, dicit, quòd spiritus immundus potest assistere simulacris, sed intrinsecus esse non potest

Præterea hoc idem videntur sonare verba tex. cum dicit, quòd umnis spiritus non est, &c. ergo nullus spiritus est in viscebus corum. i. simulacrorum. Si. n. possent spiritus subintrare simulacra, in viscebus simulacrorum. i. in interioribus eorum essent spiritus, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia Augustinus in de diuinatione Dæmonũ vult, quòd Dæmones subintrent curpora hominum, multo ergo magis possunt subintrare corpora alia.

Dub. I. Lateralis.

An Dæmones ingrediantur corpora animata anima vegetatiua. Conclusio est affirmatiua.

D.Th.Arg.d.8.Barth.Syb.3.Dec.cap.3.q.1.Brul.d.8.q.7.

VLTERIVS autem potest quęri: Vtrum Dæmones subintrare possint corpora animata anima vegetabili, vel sensibili. Et videtur, q nõ. quia si huiusmodi spiritus possent subintrare corpora animata, essent mutures interiotes ipsorũ corpotum, sed tales mutores sunt animæ proprię: ergu nun Dæmones.

Præterea spiritualiter videtur, q non possint Dęmones subintrare corpora animata anima sensibili, quicquid sit de anima vegetabili. Nam anima sensibilis dicitur spiritus iuxta illud Eccles. Quis nouit si Spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum, sed duu spiritus non possunt esse in eodem locu, ergu non poterit in eodẽ corpore animalis esse spiritus irrationalis, vt anima sensibilis, & spiritus angelicus, vt Angelus, sine Dæmun. Eccles. 3.

Præterea, videtur, q in nullo corpure possit subintrare Angelus, vel Dæmon. Nam sicut se habet quantitas ad quantitatem, sic se habet substãtia ad substantiam: sed quantitas sic se habet ad aliam quantitatem, q nun compatitur secũ quãtitatem aliam, ergu & substantia nou compatiesut secum substantiam aliam. Vbi ergu erit substantia cuiuscunque corporis, ibi nun poterit esse substantia Angeli, neq; Dæmunis.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Marc. q deprecabantur Iesum spiritus dicentes: Mitte nus in porcos. Cum ergu curpora porcurũ sint corpura animata anima sensibili, ergo non solum curpora quæcunq;, sed etiam animata anima sensibili possunt intrare Dæmones. Marci. 5.

Dub. II. Lateralis.

An Dæmones humana corpora ingredi, ac uexare possint. Conclusio est affirmatiua.

D.Tho.1.sen.d.8.arti.5.D.Bon.d.8.arti.1.q.1.p.1 Ric.d.8. q.7.Dur.d 8.q.3. Barth.Syb.3.Dec.c.3.q.1. Ric.d.8.q.2.

VLTERIVS autem quæri potest: Vtrum possint subintrare, & vexare corpora humana. Et videtur, q nun. quia nihil illabitur animæ, nisi sulus Deus, sed cum anima humana sit in qualibet parte corporis, si in corpure humano posset esse Dæmon, vel Angelus,

tunc in eodem loco, seu in eadem parte corporis A essent duo spiritus, videlicet angelicus, & humanus: sed sicut duo corpora nō possunt esse simul in eodem, nisi vnum illabatur alij, ergo, vt videtur, nec duo spiritus. sed cum vnus spiritus non possit illabi alij, ergo &c.

Præterea Magister in littera innitens auctoritati Bedæ, dicit, ꝙ impleuit Sathanas cor Iudæ nō intrando, sed malitiæ suæ vires inferendo. Sic ēt in littera dicit, ꝙ Sathanas cor alicuius impiet, non ingrediens, neque introiens aditum cordis, quia hæc est potestas solius Dei. Sed qua ratione Sathanas non potest intrare cor hominis, quod est membrum animatum anima rationali, pari ratione nō potest subintrare quancunque aliam partem corporis hominis, cum omnes tales partes sint etiam sic animatæ.

Præterea, quæ eodem modo compatantur ad B aliquid, non possunt esse simul in eodem aliquo: sed sicut anima rationalis est tota in toto, & tota in qualibet parte, ita Angelus vbi est, est totus in toto, & totus in qualibet parte. & ita vterq; ipiritus tam humanus, quàm angelicus vbicunque sunt, sic similiter sunt, quia sunt totus in toto, & totus in qualibet parte, ergo &c.

In contrarium est, quod dicitur Mar. Exi spiritus immunde ab homine. erat ergo ille spiritus in homine, postquam dicebat dominus, quòd exiret ab homine, sed non erat in anima, ergo erat in corpore. Marci 5.

Resolutio Artic. IIII.

Spiritus non prohibitus, & separatus, quodcunque C corpus ingredi potest, vt patet ex carentia terminationis, ex sui natura locum non occupante, nec replente; & ex ipsa operatione.

Respondeo dicendū ad quæstionē primam, quosdam propter verbū Prophetæ, quòd spiritus non est in visceribus idolorum, & propter verba Glos. ꝙ spiritus immundus potest assistere simulacris, sed intrinsecus esse non potest, opinatos fuisse Dæmones, sicut Angelos posse subintrare corpa aliqua, si sint cōcaua, & posse penetrare si sint porosa, sed si nō essent nec concaua nec porosa, sed continua, & solida, nullo modo ea subintrare possent. Sed hæc positio vera esset, si Angeli, vel Dæmones haberēt corpora naturaliter sibi vnita, super quæ haberēt coraliter dātium, vt ea transformare possent, vt vellent, sicut & Aug. in pluribus locis tangit, ſm quem modum, sicut & aer potest esse in corpore concauo, & subintrare corpus porosum, sic & Dæmon fortè ſm hunc modum dicendi posset. corpus autē omnino solidum sicut nec aer subintrare potest, sic nec Dæmon propter resistentiā sui corporis subintrare posset. sed cum dictum sit supra, Dæmones non habere corpora naturaliter sibi vnita, cum sint spiritus à corporibus separati, quia corpus non cedit spiritui. ideo quantum est de natura sui, nisi prohibeatur, poterit quilibet spiritus separatus esse in quolibet corpore, & intrare quodcunque corpus. Quod triplici via declarari potest.

Prima via sumitur ex carentia terminationis. Nam de ratione figuræ est, quòd termino, vel terminis contineatur: Dæmones autem, & oēs huiusmodi spiritus sunt interminabiles, & infigurabiles, quia nullā quantitatē, & nullam dimensionem habent. Secunda via sumitur ex non repletione, siue ex non occupatione, quia nullū locum occupant, & nullum locum replent occupando. Et si dicitur de cœlo Empyteo, ꝙ sanctis Angelis est repletum, intelligendū est, quantum ad ornatum, & quantum ad decorem. Tertia via sumitur ex ipsa operatione.

Prima via sic patet: Nā per se est, ꝙ dimensiones dimensionibus resistant, vt patet ex. 4. Physi. T. c. 17. 76. Ideo si essent dimensiones per se existētes separatæ, adhuc resisterent dimensionibus, & non compatarentur secum dimensiones alias. Res ergo terminata per dimensiones resistit alij rei terminatæ: sed rei interminabili, & nō habenti dimēsiones, res terminata, & dimensionata resistere non potest. Hanc aūt rōnem tangit Dam. 2. lib. c. 4. di. de spiritualibus creaturis, ꝙ nō circunterminant' à parietib', & ianuis, & claustris, & signaculis. Et subdit, ꝙ indeterminabiles sunt. Cum enim quis est in carcere, paries terminat' morum eius, vt vltra parietem non possit ire: & cū quis vult intrare domū clausam, parietes, & ianuæ termināt morū eius, vt vltra eas nō possit procedere, nec domū intrare: causa aūt, quare paries, & ianua possunt terminare motū alicuius, est, quia res illa terminabilis est, vt quia habet dimensiones, & terminos, quibus paries potest resistere. Sed si res esset non terminabilis, & dimensionibus careret paries, & alię res terminabiles nō possent terminare motū eius, quin posset subintrare parietē, & ingredi domū clausam, vel etiam exire per parietem, domo existente clausa, & non posset contineri, vel retineri parietibus, vel ianuis, vel quibuscunq; talibus. quodlibet ergo corpus sine resistentia potest subintrare spiritus. Secunda via ad hoc idē sumitur ex non repletione, siue ex non occupatione. Dicunt ergo aliqui, posse Dæmonem esse in corpore concauo, & posse subintrare corpus porosum, non autem solidū. constat enim, ꝙ cū nō sit dare vacuum, in concauitate corporis est aer, & ſpori corporis repleti sunt aere.

Quæremus ergo, cum Dæmon est in concauitate corporis, vel intrat per poros corporis: Vtrū cedat sibi aer, quæ est in cōcauitate illa, vel in poris illis. Quia si cedit, ergo locum occupat, cum cedat sibi corpus. qd est ridiculum dicere, quia si occuparet locum Angelus, multo magis occuparet anima, cum sit simplicior ea: & si anima occuparet locum, & non posset esse in corpore, nisi cederet sibi corpus, nunq̄ posset esse perfectio corporis. nā si suæ pfectioni cederet pfectibile, nunq̄ pficeret. ergo, si aia nō occupat locū, nec cedit, sibi corpus, multo magis, nec Angelus. Sed si subintrare potest Dæmon, vel Angelus corpus D Angelus, & Anima locum nō occupant.

porosum absque eo, quòd aer cedat, & esse in corpore concauo absque cessione aeris, poterit subsistere, & esse in corpore, quantuocunque solido cum tota causa. quare quis potest subsistere aerem, & esse in aere, & non in corpore solido sit, quia cedit aer, & non cedit corpus solidum.

Tertia via ad hoc idē sumitur ex spirituū operatione. Longe aotē aliter operatur species, & aliter corpus. nam corpus nō operatur vbi est, quia tunc operaretur in seipso cum non compatiatur aliud corpus secum, sed operatur vbi non est, calefacit enim ignis lignum, ignis tamen calefaciēs non est vbi est lignum, sed est iuxta lignum, sic fortè aliqui imaginantur de spiritu, ꝙ non est vbi agit, sed sit iuxta illud, in quod agit. imaginantur ergo spiritum esse per se localem, & habere aliquam superficiem, secundum quam possit esse iuxta rem, in quam agit. sed cum spiritus non sit per se localis, nec terminetur ad locum, nisi ratione operationis, non erit alicubi, nisi quia operatur ibidem. vnde Dam. libr. 1. loquens de loco incorporalium ait: Quia incorporea natura vbi nimirum est, & operatur. q. d: quòd non est alicubi, nisi quia operatur ibidem. Si ergo operatur in corpore, & illi operationi non cedit corpus, oportet, quòd ipse possit esse ī quolibet corpore, & ei non cedat aliquod corpus. Dicamus ergo, ꝙ spiritus non substituendo determinatur ad locum, & determinatur, ꝙ sit in corpore aliquo per operationem, non per operationem tantum secam non transeuntem, quia illa sic se non circumscribit aliquod corpus, vel non requirit prius locum in alicuius corporis, sed per operationē extrinsecam, & transeuntem. Et quia hmōi operatio est in ipso corpore passo, & vbi est operatio spiritus, ibi est & ipse spiritus, si huiusmodi operatio est in ipso corpore, & ei & non cedit corpus, quia nunquam subiectum cedit suo accidenti, immo est simul cum suo accidente, quia non potest esse accidēs, sine suo subiecto; consequens est, ꝙ corpus non cedat spiritui agenti in ipsum, sed sit simul spiritus agens cū corpore, in quod agit, quicquid sit illa actio, siue sit motus, siue quodcūq; aliud: vt si spiritus moueat corpus, vbicuoq; erit hmōi motus, qui est operatio spiritus in corpore, vbi erit, & ipse spiritus: & quia motus est in ipso corpore moto, erit etiam ibidem & ipse spiritus mouens. Quia si dicatur, ꝙ spiritus potest esse alicubi per solā applicationē virtutis, secūdū quēmodum essendi non oportet, ꝙ spiritus sit in corpore, sed iuxta corpus. Dicemus, ꝙ secundum vtm modum intelligendi, prius intelligimus speciem suam applicare virtutem, & postea operari. vbicunque ergo est operatio ipsius spiritus, ibi potest esse applicatio virtutis eius, & quia in ipso corpore est talis operatio, ideo spiritus potest esse in ipso corpore per operationem, sic etiam in ipso corpore potest esse hmōi applicatio virtutis, & sic poterit ibi esse spiritus per virtutis applicationem, non oportet ergo, ꝙ cedat corpus spiritui, sed poterit esse simul cū corpore, siue sit ibi per operationē, siue per virtutis applicationem.

Angeli per quam operationem sint loco idem infra d. 10. q. 2. arti. 2. d. 2.

RAD. AD ARG. ART. IIII.

AD primum dicendum, ꝙ aliquid non possit esse in corpore solido, hoc est, quia tale corpus propter sui duritiē non cedit. Si ergo aliquid sic esset alicubi, quòd non oporteret cedere ei corpus, sic posset esse in solido, sicut in non solido.

Ad secundum dicendum, quòd nunquam potest recludi spiritus, ꝙ teneatur a corpore, sed aliquando fingunt se teneri, vt nos decipiant, vel quia fortè Principi Dæmoniorum multum placent sacrificia, & multum desiderant, ꝙ honores diuini tribuantur illi ratione suæ elationis, & superbiæ. ideo fortè cogit inferiores spiritus, super quos potestatem habet, vt in vase, vel in anulo aliquo recludant, non quòd vas illud, aut anulus secundum se eos tenere possit.

Dæmones fingunt se recludi alicui quo corpore, vt nos decipiant.

Ad tertium dicēdum, ꝙ esse intus aliquid, potest esse dupliciter, vel ꝙ faciat cum eo vnum ens esse, & resultet vna essentia ex vtroq;, secundum quem modum anima est in corpore, quia facit vnum esse tam cum eo, & habet vnum esse cum ipso; & sic nunquam Dæmon, vel Angelus intrat idolum; sed sic pendicitur esse extra idolū, quia non est vnum per essentiam cum idolo, vt istud extra non dicat differentiam localem, sed essentialem, secūdum quem modum dicit Isido. de summo bono libr. 1. c. 2. ꝙ Deus est extra omnia, non exclusus. est enim Deus extra quodcunque, quia non facit vnam essentiam cum aliquo, sed non est exclusus a quocunque, quia est cuilibet rei intimus. Sic & spiritus, licet valde sit exile simile, est extra corpus per differentiam essentialem, & est in corpore per operationem, & per applicationem virtutis, & quasi per præsentiam localem. Ipsa itaque essentia spiritus est in ipso corpore, in quo operatur. dicitur tamen esse extra corpus & assistere corpori, quia non est perfectio corporis, nec facit vnā essentiam cū essentia corporis.

Dæmones quo erāt in idolo infra ad 2. argum. dub. 2.

Resolutio Dub. 1.

Spiritus non prohibitus, & separatus corpora animata vegetabili, ac sensibili ingredi potest: vt patet ex quantitate corporum, ex materialitate formarum, ac ex modo earundem quantitatiuo.

AD id autem, quod quærebatur, vtrū Dæmones possint subintrare, & vexare corpora animata anima vegetabili, & sensibili; Dicēdum, quòd huiusmodi corpora possunt intrare Dæmones, quod triplici via potest declarari. Prima quidem via sumitur ex ipsa quantitate corporū. Secunda ex ipsa materialitate formarū. Tertia ex modo quantitatiuo earū.

Prima via sic patet. nam secūdum naturalem cursum quantitas resilit quantitati nō substantiæ. potest enim esse simul substātia cum dimensionibus, sed non possunt esse simul dimensiones cum dimensionibus virtute naturæ, licet per miraculum, & per donū supernaturale possint, sicut corpora beatorum possunt esse simul cum alijs corporibus, pp dotem subtilitatis, quod est donū supernaturale eis a Deo collatū. Cū ergo tā ita ve-

Beatorū corpora quo do possint esse simul, & vide d. 2. q. 2 arti. 2 ad 2. arg. dub. 2.

getabilis, quàm sensibilis sint in loco per quantitatem, quia & ipsum corpus animatum per quantitatem est in loco, quia quantitas secundum, q̃ huiusmodi non resistit ipsi substantiæ f̃m se, sed resistit quantitati. Angelus, qui est substantia separata à quantitate, simul esse poterit cum quantitate corporis, & per consequens cum ipso corpore, quod est in loco, per huiusmodi quantitatem, & etiam cum omnibus alijs, q̃ sunt in hmõi corpore, siue sint formæ substantiales, siue accidentales, quia non alius locus respondet quantitati corporis, & oĩbus perfectionibus corporis. Ipsum.n. corpus est in loco per suam quantitatẽ & omnia, quæ sunt in corpore, sunt in eodem loco cũ corpore, & sunt in loco per ipsum corpus. vna enim substãtia corporalis non potest esse f̃m cursum naturæ in eodem loco cum alia corpora ĩ substantia, quia cum substantię corporales sint in loco per quãtates suas, & quantitates sibi inuicem obsistant, quia dimensiones vnius non cõpartiũtur secum dimensionibus alterius, illæ duæ substantiæ simul esse non poterunt: sed si altera illarum duarum substantiarum absolueretur à quantitate, vel ſ̃ posset esse in loco aliomodo, q̃ per quãtitatem, quia tunc ei non resisteret quantitas, posset simul esse cũ quantitate alterius substantiæ, & per consequens simul cum altera substãtia: & qa Angelus est substãtia absoluta à quantitate, & non est in loco per quantitatem, ideo potest esse simul cum quantitate, & cum substantia, quæ est in loco per quantitatem.

Secũda via ad hoc idem sumitur ex materialitate formarum, nam oĩa tam anima vegetatiua in plantis, quàm alia sensitiua in brutis, educũtur de potentia materię, ideo sunt formę simpliciter materiales Angelo, pp̃ suã simplicitatem, quia est forma immaterialis, nõ repugnat esse simul cum alia vegetatiua in plãtis, & sensitiua in brutis. vnde & Dam. vult, q̃ oĕ aliud a Deo comparatum ad ipsum sit aliquid grossum materiale, & corporeum. Solus aũt Deus est immaterialis, & incorporeus. Deus ergo quia immaterialis, & simplex est respectu cuiuscunque creaturæ, ideo potest esse, & est in qualibet creatura, Angelus aũt licet sit valde dissimilis, similitudo tñ, quantũ spectat ad propositũ, quia est simplex, & immaterialis respecto corporũ: & formarum eductarum de potẽtia corporũ, poterit simul esse cũ corporibus, & cum formis eductis de potentia corporũ. vtrũ autem simul possit esse cum anima rationali, quę non est sic educta, infra patebit.

Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex modo quantitatiuo ipsarum formarum, & ista via tertia est quasi cõplementum vię secũdę. Nam si Angelus, quia est substantia absoluta a quantitate, ideo potest esse simul cum quantitate, quia nõ est per se, q̃ quantitas resistat substãtię, non repugnabit ipsi Angelo esse simul cum omnibus his, quæ extendunt per quantitatem. nam oĩa talia possunt dici esse situalia, & quanta. Et quia omnes formę eductæ de potentia materiæ extenduntur, extensione materiæ, quia extenduntur extensione quantitatis, q̃ est in materia, & quæ extẽdit materiam, iõ poterit spiritualis substãtia simul esse cũ oĩbus talibus extensis per quãtitatẽ, sicut põt simul esse cum ipsa, quantitate. Quod ergo diximus de Angelo, quia cũ sit substãtia immaterialis, iõ põt esse simul cũ forma materiali educta de potentia materiæ, q̃ erat secũda via, veritatẽ hẽt ex ista tertia via, qa oĩs talis forma extendit extẽsione quãtitatis, vt possit cũ ea simul esse spiritualis substãtia, sicut potest esse simul cum ipsa quantitate.

RESP. AD ARG. OVÆ. I.

AD primũ dicẽdũ, q̃ Dæmones subiottãtos corpora aliqua aĩata, aliter sunt motores ipsorũ corporũ, q̃ aĩæ. qa aĩę mouent sua corpora p̃ virtutes organicas, Dæmones per nuũ organicas. Vel possumus dicere, q̃ argumentum posset arguere de ipsis perfectibilibus, q̃ proportionãtur suis perfectibilibus, & maximè de perfectionibus substãtialibus, vbi nec vna perfectio est plorium perfectibilium, nec plures perfectiones eiusdem perfectibilis, loquẽdo de perfectionibus eductis de potẽtia materię, sed non est sic de Motoribus, qa põt vnus motor mouere plura mobilia, & plures motores idem mobile. Possumus aũt tertio rñdere, & melius, quòd nec imperfectionibus f̃m eundem modũ, sunt plures vnius, vel vna plurium, cũ nec duæ aĩę, nec duę albedines ĩ eodẽ corpore, nec vna aĩa, nec vna albedo in pluribus sit f̃m eũdẽ modum, nec plures motores vnius mobilis, nec plura mobilia vnius motoris, loquẽdo de motoribus creatis. Et iudicatur, q̃ plures homines trahũt nauẽ, eõs ille sic habẽs, vt vnus motor, & si vnus homo simul traheret multos lapides, oĩa illa se haberẽt, vt vnum mobile, sed si perfectiones, & motores semper habent secundum vnum modum, non est inconueniens plura talia esse in eodem, vt in eodẽ corpore est perfectio substantialis, & accidentalis, & etiam sunt ibi, vel esse possunt plures perfectiones accidentales non eiusdem generis, vt in eodem puncto est color, & sapor: sic motores non eodem modo se habentes, non est inconueniens plures esse in eodem, & maximè quando vnum est sub alio & quia sub potentia substantiæ spiritualis collocatur anima, quæ est perfectio corporis, non est inconueniens simul cum anima esse spiritualem substantiam in eodem corpore tanquam motorem, sub motore. Quicquid ergo sit de perfectionibus, & de alijs dictis: quantum tamen ad hoc, quòd in eodem corpore possunt esse plures motores, si vnus sit sub alio, veritatem habet quod dicitur, & solutum est argumentum.

Ad secundum dicendum, q̃ si anima brutorũ dicitur spiritus, non tamen est spiritus absolutus a corpore, sed est perfectio corporis, & extenditur cum corpore, ideo cum tali spiritu poterit esse spiritus Angelicus sicut cum ipso corpore.

Ad tertium dicendum, q̃ si substantia aliqua p̃ se esset in loco, vel non esset in loco per quantitatem, esset probabile argumentum, vel esset ipsum difficile soluere, vel etiã concluderet veritatem, loquen-

Dæmon, & anima quo modo possint esse in eodem corpore.

Anima Brutorum, quo modo dicat̃ spiritus.

loquendo de ſubſtantijs creatis: ſed cum anima ſentitiua, & vegetatiua educantur de potẽtia corporis, & ſint in loco per quantitatem corporis, cum talibus ſubſtantijs poterit ſimul eſſe ſubſtãtia ſpiritualis, ſicut & cum quantitate corporis.

Reſolutio Dub. II.

Spiritus non prohibitus, & ſeparatus, corpora humana ingredi poteſt, ac vexare: vt anima ad quantitatem, ad corpus, & ad virtutes organicas comparatur.

AD id aũt, quod q̃tebatur, vtrum Dæmones, vel ſubſtantiæ ſpirituales q̃cunque poſſint ſubintrare corpora humana, & etiã vexare ipſa; Dici põt, q̃ niſi huiuſmodi ſubſtãtiæ virtute diuina prohibeantur quãtũ eſt de naturali eorũ potẽtia, oĩa huiuſmodi corpora, ſiue ſint inanimata, ſiue animata anima vegetabili, ſiue ſenſibili, ſiue rationali ſubintrare poſſunt. Propter quod corpora hominum ſubintraudo, & mouendo vexant, & perturbant, ſicut ex pluribus locis ſcripturæ ſacræ haberi poteſt, inxta illud Act. 5. Afferebant vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes. Poſſumus autem triplici via declarare propoſitũ: Vt prima via ſumatur, prout anima cõparatur ad quãtitatem, ſecundum quam determinatur ad locum. Secunda prout comparatur ad corpus, quod perficit. Tertia prout comparatur ad virtutes organicas, per quas mouet.

Act. 5.

Locus non capcrit materiæ, nec formæ, & quæ.

Prima via ſic paret: Nam nec materia eſt in loco, nec forma eſt in loco, ſed totum eſt illud, cui attribuitur locus. totum ergo eſt illud, quod per ſe dicitur eſſe in loco: partes autem, ſiue ũt eſſentiales ſicut eſt materia, & forma: ſiue quantitatiuę ſunt in loco. quia totũ eſt in loco. quæ n. nõ habent p ſe eſſe, eis per ſe nõ cõpetit locus.

Aduertendum tamen, quòd non oportet idẽ eſſe id, cui attribuitur aliquid: & id, quod eſt ratio eius. vt non eſt idem id, cui attribuitur agere, & id, quod eſt ratio agendi: nec id, cui attribuitur pati, & quod eſt ratio patiendi. Totum enim compoſitum eſt id, cui attribuitur agere, & pati, ſiue eſt id, quod agit, & quod patitur: rõ tñ agẽdi priucipaliter eſt forma, patiendi materia. Sic & in propoſito, non oportet idẽ eſſe, cui attribuitur locus, & id, quod eſt ratio eſſendi in loco, vt ipſi toti attribuitur locus, ſed attribuitur ei locus in eo, quod eſt quãtum, & ratio eſſendi in loco eſt quãtitas. Corpus ergo quodcũq; ſiue aĩatũ, ſiue aĩatũ eſt in loco p quãtitatem: ſic omnia, quæ ſunt in corpore, per quantitatem determinantur ad locum. Anima ergo humana quandiu eſt perfectio corporis, ibi eſt, vbi eſt ſuum corpus: & quia eſſe in loco competit corpori per quantitatem; conſequens eſt, quandiu huiuſmodi anima eſt perfectio corporis, vt per quantitatẽ ſui corporis determinetur ad locum. Quicquid ergo poteſt ſimul eſſe cum quantitate corporis humani, poteſt eſſe in ipſo corpore humano: & per conſequens erit ſimul cum anima humana, quia erit in eodẽ corpore, in quo eſt huiuſmodi anima. Et quia ſecũdum naturæ curſum non aliter obſiſtit naturæ ſpirituali quãtitas corporis humani, quàm quãtitas alterius corporis. ſicut ſpiritus poteſt eſſe in quocunque alio corpore, ſic poteſt eſſe in corpore humano: & ſicut exiſtẽs i corporibus alijs, eſt in eodem loco, vbi eſt forma, & vbi ſunt perfectiones illorum corporum, ſic exiſtens in corpore humano eſt in eodẽ loco, vbi eſt anima humana: & vbi ſunt perfectiones corporis humani, differenter tamen, quia formæ aliorum corporum ſunt extenſæ extenſione illorum corporum. propter quod ſi poſſent ſeparari à ſuis corporibus, & remanerent ſic extenſæ, ſimul cum talibus formis poſſent eſſe ſpirituales ſubſtãtiæ.

A

B

* Sed ſi aĩa humana eſſet ſeparata à corpore, ſimul cum ea non poſſet eſſe ſpiritus angelicus, eſſet enim tunc ſimile iudicium de anima, & de alijs ſpiritualibus ſubſtantijs: & quia * vna ſpiritualis ſubſtantia nõ poteſt eſſe vbi eſt alia, nec poterit eẽ vbi eſt anima ſeparata. Spiritualis itaque ſubſtantia poteſt eſſe ſimul cũ formis aliorũ corporũ materialiter: & quia huiuſmodi formæ determinãtur ad locũ per quantitatẽ, & quia extendũtur extenſione quantitatis, & quia educũtur de potẽtia materiæ extenſæ p quãtitatẽ: ſed aĩa humana licet determinetur ad locũ, dum eſt perfectio corporis p quãtitatẽ, tñ nõ extenditur extenſione quãtitatis, nec educit de potẽtia materiç extenſæ p quantitatẽ. & quia non determinatur ad locũ per quãritatẽ, niſi dũ eſt perfectio corporis, ideo non poteſt ſimul cũ aĩa humana eſſe angelus, vel Dæmõ, niſi dũ eſt perfectio corporis, ſed anima ſeparata, & quæcũque ſpiritualis ſubſtantia ſimul eſſe non poteſt.

C

* Ex hoc etiam manifeſtè apparet, qũo * quantitas corporis Chriſti, vt veritas catholica tenet, põt eſſe ſimul cũ dimenſionibus panis. Nã quia quãtitas illa in ſacramẽto eſt mediante ſubſtantia corporis Chriſti, licet quãtitati illi ſm ſe repugnaret eſſe ſimul cũ dimenſionibus panis, tñ quia huiuſmodi quãtitas eſt ſub ſacramẽto, mediãte ſubſtãtia corporis. (nã nõ repugnat ſubſtãtiç corporis Chriſti ratione cõuerſionis factę, eſſe cũ dimẽſionib⁹ panis) nõ repugnabit quãtitati eius eſſe cũ dimẽſionibus panis. * Sic & i propoſito licet aĩæ humanæ, ſm ſe, repugnaret eſſe ſimul cũ angelo, vel cũ Dæmone: tñ qa q̃diu eſt perfectio corporis determinat ad locũ p quãtitatẽ corporis, nõ ſicut nõ repugnat ſpiritui eẽ ſimul cũ quãritate corporis, ſic non repugnabit eſſe ſimul cũ aĩa humana, quãdiu eſt perfectio corporis. Poterit ergo ſpiritualis ſubſtãtia eſſe in corpore humano, nõ obſtãte, q̃ i qualibet parte corporis ſit aĩa humana, immo multæ ſpirituales ſubſtãtiæ in eodẽ corpore humano ſimul eſſe poterunt ita tñ, q̃ quælibet eritin alia, & alia parte corporis: ſicut legitur Marci 5. De homine obſeſſo, q̃ cum quærerer Dñs, qd nomẽ eſſet illius ſpiritus; Reſpõdit: Legio, qm multi ſum⁹.

D

Secunda

Locus, & locandi nõ differunt.

* Ratio eſſendi in loco eſt quantitas.

Opiniones diuerſas. * Spiritus duo ſimul eſſe non poſſunt. 2. ſent. d. 17. P. 2. q. 1. Huic aduer ſatur Scot⁹ 2 ſent. d 2. q. 1 & negat illam propoſitionẽ famoſa. q Aegidio vt dicitur: Ea q̃ ſunt eiuſdẽ rationis, plura in eodem loco eſſe nõ poſſũt, & affert in medium Auctoritatẽ Marci 5. vbi interrogatus Dæmon nomen, quo vocaretur, dixit: Legio mihi nomen eſt, quia ea ſumus. Sed reſpondetur pro Aegid. vnã operari in vna, & aliam in alia parte, & ſic totũ corpus erat locus vtriuſque. * Chriſti corporis quantitas. De hoc vide hanc reſp. paulo inferius. Marci 5 Quæ non eodẽ comparentur ad aliquid, & ſimul in aliquo eſſe poſſunt.

Secũda via ad hoc idem sumitur, prout anima humana comparatur ad corpus, quod perficit. Nam quæ non eodem modo comparantur ad aliquid, non est inconueniens simul esse in aliquo, & quia anima humana aliter comparatur ad corpus humanum, io quo est, & aliter spiritus, si subintret tale corpus, quia anima est ibi, vt forma, & vt perfectiui spiritus autẽ, vt motor, vel, vt vexator. ideo quandiu anima est perfectio corporis, simul potest esse cum spirituali substantia in eodem corpore. Sed si huiusmodi anima esset separata, quia eodem modo competeret ei locus, sicut alijs spiritualibus substantijs, separata a corpore non posset simul esse cum spiritualibus substantijs.

Tertia via ad hoc idem sumitur, prout anima humana comparatur ad virtutes organicas, per quas mouet. nam si dicatur: Si anima est in corpore humano, vt forma, est etiam ibi, vt motor, & ideo licet non repugnet animæ humanæ esse simul cum alia spirituali substãtia, vt forma, quia alia spiritualis substantia non potest ibi esse forma, repugnat tamen ei esse ibi, vt motor, quia spiritualis substantia est ẽt ibi, vt motor. Ideo dicemus, quòd nec, vt forma, nec, vt motor: est anima humana ĩ corpore, sicut angelus, vel Dæmon. de forma quidem patet, de motore etiam patere potest. Nam si angelus, vel Dæmõ mouet corpus aliquod, hoc erit immediate per voluntatem, & intellectũ, quæ sunt virtutes nõ organicæ, anima vero si mouet corpus, hoc non est immediatè per intellectum, & voluntatem, sed per virtutes corporeas, siue per virtutes organicas. anima enim quandiu est forma corporis, non potest immediatè mouere corpus, nisi per virtutes organicas, & quia non repugnat spirituali substantiæ esse simul cum virtuubus organicis. quis sunt extensæ extensione quantitatis, nõ repugnabit ei esse in corpore humano, vt motor, quantuncunque etiam anima sit motrix illius corporis, quia non erit eodem modo motor spiritus, & animæ.

Anima in corpore sed vt forma, & motor. vt mouet corp' p vtutes organicas spiritus vero e. pirantus per intellectum & voluntatem.

Resp. ad arg. dvb. II.

Spiritus nõ illabitur animæ humanæ. & quo intelligatur intrare cor humanum.

AD primum dicendum, quòd licet spiritualis substantia possit esse in eodẽ corpore, vbi est anima, nõ tamen propter hoc, vt patebit, illabit animæ. De hoc enim quæremus in illa quæstione, quomodo spiritus comparatur ad animam. Vtrum possit illabi animæ.

Ad secundum dicendum, quòd Diabolus potest intrare cor humanum, & etiã dicitur, quòd ibi intrare non possit, sicut superius dicebamus de idolo, quòd potest esse in idolo, & dicitur nõ posse esse in idolo, nam tamquam forma, & tanquàm faciens vnum per essentiam cum idolo, spiritus non est in idolo. ideo hoc modo magis dicitur assistere idolo, quia essẽtialiter est, quid distinctũ sb idolo, q̃ in idolo p applicationẽ aũt virtus: p̃t spiritus eẽ i idolo, & i corde humano, & i quocũq; corpore, nec sic est spiritus in corpore per applicationem virtutis, sicut vnũ corpus applicatur alteri, quia corpus applicatum alteri corpori est extra illud corpus, sed spiritus applicãs virtutẽ suã ad aliqd̃ corpus est in ipso corpore, quia spiritus vbi operatur, ibi est. corpus autem non est, vbi operatur, sed est iuxta illud, in quo operatur.

Demones quo esse in idolis supra ad 3. arg. art. 4.

Aduertendum tamen, quòd licet spiritus possit esse in ipso corpore, & io ipso corde humano non propter hoc propriè illabitur corpori, nec etiam cordi humano, quia hoc est proprium solius Dei, vt in sequenti quæstione patebit.

Illapsus Deo ob. proprius.

Ad tertiũ dicendum, q̃ licet anima sit in toto corpore, & tota in qualibet parte, nõ tñ est eodẽ mõ in corpore sicut Dæmon, vel Angelus, q̃a licet Dæmon, vel Angelus possit esse sic totus in corpore, & totus in parte, nõ tñ est sic totus, vt aĩa, q̃a nec vt forma, cũ non sit forma corporis, nec, vt motor, quia Angelus, vel Dæmon mouet corpus per potentias non organicas. Anima autem per organicas, & ideo etiam, vt motor aliter est in corpore Dæmon, vel Angelus, aliter anima, &c.

ARTIC. V.

An Angeli, vel Dæmones animæ rationali illabi possint. Conclusio est negatiua.

C D. Bonau. d. 8. p. 2. ar. 1. q. 3. Biel d. 8. q. 2. Th. Arg. d. 7. q. 2. ar. 1. Alex. de Ales p. 2. q. 112. Ric. d. 8. q. 2. Voril. d. 8. q. 3. Brul. d. 8. q. 9. Barth. syb. 3. Dec. c. 3. q. 4. Item Aug. de eccl. dogm. to. c. 46. Solus Deus illabitur animæ, & multo magis Angelo.

QVINTO quæritur de huiusmodi spiritibus, prout comparantur ad animam rationalem, & quia anima rationalis potest considerari quadrupliciter, secundum suam essentiam, secũdum tuos sensus, secundum intellectum, & secũdum appetitum. Iden primo quæritur de huiusmodi spiritibus prout comparantur ad essentiã animæ: Vtrum possint illabi ipsi animæ. Et videtur, quòd sic. quia Aug. 12. super Gen. ad litteram loquens de spiritu maligno dicit. Nescio, qua D mixtura occulta eiusdem spiritus sit, vt tanquã vnus sit patiẽtis, atque vexantis. Vult ergo, quòd cum spiritus malignus vexat hominem, immisceat se aĩæ humanę, vt tanq̃ fiat vnus spiritus vexantis, & patientis. sed spiritus malignus nõ posset se sic miscere, & sic fscere quasi vnum spiritũ cum anima humana, nisi illaberetur ei, ergo &c.

Præterea secundum eundem Aug. eo. 12. super Gen. vbi loquẽs de spiritibus malignis, vult, quòd etiam si nolimus, & nobis inuitis, scire possunt cogitationes nostras. sed hoc esse nõ posset,

set, nisi illaberentur animæ nostræ, quia vt dicitur
2. Cor. 2. 1. ad Corinth. Nullus scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. Solus ergo spiritus hominis, vel ille, qui pōt illabi huic spiritui, potest scire cogitationes hominis: Dæmon autem, nobis inuitis, scit huiusmodi cogitationes, ergo &c.

Præterea quædam Glo. Luce. 8. super illo verbo: Ecce homo habens Dæmonium &c. dicit, q intrauerat Diabolus, vnde exierat Christus. Sed Christus exierat de spiritu, ergo & Diabolus ipsum spiritum subintranit.

IN CONTRARIVM est, quia Aug. de fide ad Petrum loquens de Angelicis spiritibus dicit: Inest singulis terminus naturalis, quo à se inuicem distinguuntur, quia vnus eorum in altero non est.

Dub. I. Lateralis.

An Dæmones humanos sensus illudere possint. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 111. art. 4. Et lib. 3. contra Gent. cap. 71. possunt. Et in q. disp. de Ver. q. 11. art. 1. D. Bonau. d. 8. p. 2. art. 1. q. 3. Ric. d. 8. q. 9. Tho. Arg. d. 8. q. 1. art. 2. Biel d. 8. q. 1. art. 3. concl. 3. Dur. d. 8. q. 4. Capr. d. 8. q. 1. in fine Bartho. Syb. 3. Dec. cap. 5. q. 1.

VLTERIVS autem quæritur. Vtrum Dæmon possit illudere sensus humanos. Et videtur, quòd nō, quia huiusmodi sensus non sentiūr, nisi per impressionē formæ sensibilis. Si ergo angelus, vel Dæmon posset immutare sensum hominis, posset & imprimere formas sensibiles. sed natura corporalis non obedit Dæmoni, vel angelo secūdum motū ad formā, sed solū ad vbi, ergo &c.

Natura corporalis nō obedit Angelo.

Præterea si angelus, vel Dæmon potest facere aliquid apparere, hoc non erit nisi mouēdo spiritus, & humores, quia solo motu ad vbi obedit sibi natura corporalis. Quæremus ergo: Vtrū in illis humoribus, vel spiritibus sint formæ sensibiles in actu, vel in potentia: nō autem sunt ibi in actu, cum non actu sentiamus per eas, ergo sunt ibi in potentia. Sed, quod est in potētia, nō agit, quantuncunque ergo moueant spiritus, & humores, in quibus sunt formæ sensibiles in potentia tantum. Propter hoc non mouebunt sensus, nec poterunt eis facere aliquid apparere.

Tomo 3. Præterea secundum Aug. 9. super Gen. Id faciunt angeli in productione rerum, quod faciūt agricolæ in productione arborum. Et 3. de Tri. dicitur, quòd quicquid faciunt angeli, faciunt per semina adhibita. ergo nihil possunt facere nisi eo, modo, quo natura faceret, nec possūt sensus immutare, nisi eo modo quo naturaliter immutantur: sed naturalis immutatio sensuum est per obiecta exteriora, non ergo poterunt mutare sensus, nisi prout adhibent obiecta exteriora.

Tomo 3. cap. 7.

A sed hoc non est decipere sensus, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia Exo. 7. dicitur de maleficis, quòd p incātationes Aegyptiacas, & arcana quædam fecerunt similiter, sicut & Moyses, vbi dicit Glo. quòd Diabolicis figmentis spectantium oculos deludebant. Exo. 7.

Dub. II. Lateralis.

An Spiritus immutare possint partem intellectiuam. Conclusio est negatiua.

D. Bonau. d. 8. p. 2. art. 1. q. 4. Ric. d. 8. q. 11. Biel. d. 8. q. 2. Dub. 1. Th. Arg. d. 8. q. 1. art. 3. Capr. d. 8. q. 1.

B VLTERIVS autem quæritur: Vtrum huiusmodi spiritus possint immutare partem intellectiuam. Et videtur, q sic. quia sicut se habent colores ad sensum, sic se habent phantasmata ad intellectum: sed, qui pro libito posset facere colores exteriores, posset pro libito mutare sensum, ergo qui potest immutare phāntasmata, potest pro libito immutare intellectum.

Præterea: Vnus Angelus illuminat alium, ergo mutat intellectum eius. cum ergo intellectus hominis teneat infimum gradum in ordine intelligentiarū, à qualibet substantia separata immutari poterit huiusmodi intellectus.

IN CONTRARIVM est, quia, vt dicit Dam. lib. 1. cap. 16. Spiritualis natura vbi operatur, ibi est. Si ergo spiritus, siue bonus, siue malignus potest immutare intellectum, poterit esse in ipso intellectu, & p consequens illabi aīæ.

C Præterea, quod non tangit non agit. si ergo spiritus, siue bonus, siue malignus, agit in intellectu, attinget ipsum in actu. sed cum vtrunq; sit impartibile, non poterit ipsum attingere: nisi totum attingat totum. hoc autem esse nō poterit, nisi vnum sit intimum alteri, sed hoc est proprium solius Dei, quòd sit quid intimum in rebus, ergo &c.

Dub. III. Lateralis.

An Spiritus immutare possint partem affectiuam. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 111. art. 2. Et in q. disp. q. 11. de Verb. art. 3. Et de Malo q. 16. art. 11. D. Bonau. p. 2. d. 8. art. 1. q. 5. Henr. Gand. Quol. 3. q. 13. Gabriel. lect. 31. Can. 50. Dur. d. 8. q. 5. Ric. d. 8. q. vlt. Capr. d. 8. q. 1. Tho. Arg. d. 8. q. 1. art. 4.

D VLTERIVS autem quæritur: Vtrum Dæmon possit immutare partem affectiuam. Et videtur, quòd sic. quia dicit in Psalmo: Immissiones per angelos malos. sed immittere malas cogitationes, qđ Psal. 77.

videtur

videtur competere Angelis malis, est nos tentare & immittere malas affectiones, sed hoc est immutare vim appetitiuam, ergo &c.

Osee 7. Præterea super illo verbo Oseæ: Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus, dicit Glo. marginalis, Hæreticorum corda, igne Diaboli succenduntur, vt in eis coquatur numerus Antichristi: sed succedere, siue incendere pertinet ad vim appetitiuam, ergo &c.

Act. 5. Præterea Act. vbi nos habemus: Cur tentauit Sathanas cor tuum, Glo. marginalis dicit, q alia translatio habet: Quare impleuit Sathanas cor tuum. vbi Beda ait, q Sathanas implet cor alicuius callida, & fraudulenta deceptione, animam in affectus malitiæ trahens cogitationes in incentiua vitiorum, ergo &c.

In contrarium est, quia liberum arbitrium est potentissimum sub Deo, vt Sancti credunt, & voluntas potissimè est libera, nō ergo ab aliquo infra Deum potest opprimi, vel immutari.

Resolutio Art. V.

Deus sicut solus animæ intimus est, ac intimè operatur, ita solus ipse animæ illabi potest, quia illabi non solum est esse cum corpore, & in corpore, sed in essentia ipsius corporis est.

Respondeo dicendum ad quæstionem primam, vtrum Angelus, vel Dæmon possit illabi animæ, qa Aug. de Eccl. Dogm. planè dicit Dæmones per energicamā opetationē nō credimus mēti substātialiter illabi, vel aīę, sed applicatione, & cōuersatione vniri. Et subdit: Illabi aūt mēti, illi tātum possibile est, qui creauit ea, qui natura existens incorporeus, capiabilis est suæ facturæ. Solus ergo Deus potest illabi menti humanæ, siuè animæ rationali: sed cum spiritus malignus, & multo magis spiritus bonus possit esse simul, vbi est anima, quia potest esse in eodem corpore cum anima, & potest esse totus, vbi est anima tota, mitū est, quomodo non illabitur ei.

Tomo 3. cap. 32.

Sciendum ergo, q ista quatuor ad inuicē multum differunt, videlicet esse simul cum aliquo, & esse in essentia eius, & illabi ei, & afficere, siue p ficere ipsum. In rebus n. creatis, quæ eodem modo comparātur ad aliquid, sicut duo corpora eodem modo comparantur ad locum, duæ animæ eodem modo comparantur ad sua corpora, duo spiritus eodem modo comparātur ad id, in quo operantur, nullo modo talia simul esse possunt, vt secundum naturæ cursum nunquam duo corpora sint simul, nunquam duæ animæ in eodem corpore, nunquam duo spiritus in eodem loco, & si esset possibile esse duos Deos, vbi esset vn⁹, non esset alius, & vbi esset essentia vnius, non esset alterius. Quòd enim personæ sibi insint, hoc est ex vnitate essentiæ, vt quia filius est idem realiter, quod substantia Patris, & substantia Patris est in patre, ideo propter vnitatem substantiæ filius est in patre, & pater in filio, & spiritus

Esse simul non posse quæ sint.

Vide Doct. 2. sent. d. 37. p. 2. q. 1. 1. Et 4. Quol. q. 1. Et Sco. 2. sē ten. d. 2. q. 1.

*Filius est in Patre, & Pater in filio, & Spiritus sanctus in vtroque. Si au-

A sanctus in vtroque, & quælibet persona in qualibet. Sed si essent plures Dij essentialiter, vbi vnus esset, alter esse non posset. Sic ergo censendum est de his, quæ eodem modo comparantur ad locum, sed de his, quæ diuersimode, vt quia aliter comparantur ad locum, vel ad id, in quo sunt anima, & corpus, vel Angelus, & corpus, vel Angelus, & anima, ideo vbi est corpus, ibi est, & anima. sic etiam vbi est corpus ibi potest esse Angelus. immo quia Angelus potest operari in corpore, potest esse & in ipso corpore, hoc etiam modo vbi est anima, ibi potest esse Angelus, vel Dæmon, quia in eodem corpore potest esse anima, & huiusmodi spiritus.

si essēt plures Dij simul esse nō possent.

Spiritus, & corpus possunt esse simul.

Spiritus quomodo in anima.

Sed aduertēdum, quòd aliter Angelus est vbi est corpus, & aliter vbi est anima, quia sic potest

B esse Angelus vbi est corpus, quod etiam est in ipso corpore, sed sic est Angelus in eodem corpore vbi est anima, q tamen non est Angelus, siue bonus, siue malus in ipsa anima. Dicemus enim, q licet spiritus possit esse vbi est corpus, & in corpore, non tamen potest esse in anima, licet sit vbi est anima. nam, quia corpus est in loco per quantitatem, & spiritus potest esse vbi est quantitas corporis. ideo spiritus pōt esse vbi est corpus, sed dicit esse spiritus in corpore, quia corpus extēdit extensione suæ quantitatis. igitur si spiritus pōt esse vbi est quantitas corporis, & pōt esse intra q̄titatē corporis, cū corpus extendatur p extensionem suæ quantitatis, consequēs est, q possit esse intra corpus, & subintrare corpus, & esse in corpore. Sed si corpus esset in loco p quantitatē, &

C nō extenderetur extēsione quantitatis, posset esse spiritus vbi esset corpus, sed non posset esse in corpore. Et quia aia rationalis quamdio est coniuncta corpori, est in loco per suum corpus, & per quantitatem sui corporis, non tñ extenditur extensione corporis, ideo spiritus, qui potest esse simul cum quantitate corporis, & cum corpore, & io corpore, poterit esse simul cum anima, sed nō in anima. Sed si esset anima separata, & non esset in loco per quātitatem corporis, sed per applicationē suæ virtutis, sicut sunt aliæ spirituales substantiæ, tunc spiritus nec posset esse cum anima, nec in anima. Aliud est ergo esse simul cū aliquo, & in aliquo, ratione cuius diuersitatis aliter comparatur spiritus ad corpus, aliter ad animam rationalem coniunctam corpori, aliter ad animam rationalem separatam, & ad quemcunque spiritum creatum separatum. Nam spiritus, loquēdo

D de spiritu creato, potest esse simul cum corpore, & in corpore, & potest esse simul cum anima corpori coniūcta, sed non in anima. sed cum anima separata, & cum alio spiritu creato, non potest esse, nec simul cum ipso, nec in ipso. Et licet spiritus creatus possit esse simul cum corpore, & io corpore, non tamen propriè dicitur illabi corpori. nam ad hoc, q spiritus sit in corpore, sufficit, q sit intra quantitatē corporis, sed tunc propriè diceretur illabi corpori, quando esset intra essentiam corporis. Alia est. n. cō sideratio corporis, vt quędā essentia est: & alia, vt quid extensum

Illabi quo nam pacto aliquid possit corpori.

est,

eſt, & ſi hæc duo idem ſunt ſubiecto, quia ipſa ſubſtantia corporis extenditur extenſione quantitatis, propter quod quicquid poteſt eſſe intra quantitatem corporis, poteſt eſſe in ſubſtantia corporis, vt extenſa eſt, ſed non vt ſubſtantia eſt. Nam formaliter illa duo valde differunt, quare, & ſi poteſt eſſe ſpiritus intra ſubſtantiam corporis, non tamen poteſt ibi eſſe, vt ſubſtantia eſt, ſed, vt extenſa eſt. Propter quod ſi poſſet eſſe ſubſtantia corporis non extenſa, intra talem ſubſtantiam ſpiritus creatus eſſe non poſſet. Cum enim eſſentia dicatur ab eſſe, vt dicit Augu. 7. de Trinit. cap. 1. Illud propriè intrat eſſentiam rei, vt eſſentia eſt, quod facit ad eſſe rei, & quod rem in eſſe conſeruat, & ſine cuius præſentia, & intimitate eſſentia rei etiam ad momentum eſſe non poſſet, quod ſolius Dei eſt proprium. Et ſecundum hoc poteſt intelligi Glo. illa interlinearis ſuper illo verbo Abac. 2. * Dominus in templo ſancto ſuo. Tomo 1.

* Dominus in templo ſancto ſuo quid. Dicamus id ipſo quo etiam ſupra non ſemel.

Vbi dicit, quòd aſſiſtere poteſt ſimulacris ſpiritus immundus, ſed intrinſecus eſſe non poteſt. Spiritus enim immundus, vel quicunque ſpiritus creatus, qui non eſt forma corporis, & qui non facit vnum ſecundum eſſe cum corpore, dicitur aſſiſtere, & non intrinſecus eſſe cum corpore, quia non poteſt eſſe intra ſubſtantiam, vel eſſentiam corporis, vt eſſentia eſt, licet poſſit eſſe intra eam, vt extenſa eſt. Forma autem quia facit vnam eſſentiam compoſitam cum ſua materia, & quia perficit ipſam eſſentiam materiæ, ſecundum quòd huiuſmodi; ideo dicitur eſſe in eſſentia materiæ, vt eſſentia eſt. * Nihil autem eſt in eſſentia rei, vt eſſentia eſt, niſi ſit perfectio eſſentiæ rei, vel pars eſſentiæ, vel nihil plus faciat ad eſſe rei, quàm etiam ipſa eſſentia rei, vt ex hoc magis ſit intimus rei, quàm ipſa res ſibi. Angelus itaque poteſt eſſe ſimul cum corpore, & in corpore, ſed non poteſt eſſe in eſſentia corporis, vt eſſentia eſt, nec illabitur corpori. Anima autè eſt ſimul cum corpore, & in corpore, & in eſſentia corporis, vt eſſentia eſt, cũ ſit perfectio eius, ſed non propriè dicitur, quòd illabatur corpori, quia illud, quod illabitur, intelligitur eſſe differens per eſſentiam, & non facere vnam eſſentiã cum eo, cui illabitur, anima autem facit vnam eſſentiam cõpoſitam cum corpore. Sed * Deus eſt ſimul cum ſua creatura, & eſt in qualibet ſua creatura, & in eſſentia cuiuſlibet creaturæ, vt eſſentia eſt, & illabitur eſſentiæ cuiuſlibet creaturæ, quia differens eſſentialiter à qualibet re, & non faciens vnam eſſentiam cum aliqua re, eſt intimior cuilibet rei, quàm ſit res ipſa ſibi. Vnde Auguſtinus loquens de hac intimitate Dei in 3. Confeſſ. dicit: Tu autem eras intimior intimo meo. Patet ergo, quomodo differunt prædicta quatuor, quorum vnum ſcilicet eſſe in eſſentia alicuius duplicem habet intellectum. quia ſi illa eſſentia eſt extenſa, poterit aliquid eſſe in eſſentia alicuius, vel, vt extenſa eſt, vel, vt eſſentia eſt. Differunt ergo iſta. 5. eſſe ſimul cum aliquo, & eſſe in aliquo, vt extenſum eſt, & eſſe in eo, vt eſſentia eſt, & illabi ei, & perficere ipſum. Spiritus ergo, vt comparatur ad alterum ſpeciem, vel ad animam ſeparatam, nullum prædictorum habet. vt comparatur ad animam coniunctam, habet vnum de prædictis, quia poteſt eſſe ſimul cũ anima, ſed non in anima: vt compatatur ad corpus, habet duo de prædictis, quia poteſt eſſe ſimul cum corpore, & in corpore, ſed non in eſſentia corporis, vt eſſentia eſt. pp quod nec propriè illabitur corpori, nèc perficit corpus. Anima autem comparata ad corpus, habet quatuor de prædictis, quia eſt ſimul cum corpore, & in corpore, & in eſſentia corporis, vt eſſentia eſt, & eſt perfectio corporis. Deus autem habet quatuor de prædictis reſpectu cuiuſlibet creaturæ, quia eſt in ea, & cum ea, & in eſſentia eius, & illabitur ei. Quod ſi quæratur, quare omnia prædicta. 5. non poſſunt alicui competere? Dicemus, quòd illabi, & perficere modo, quo diximus, oppoſitionem habent ad inuicem, vt illud dicatur illabi, quod habet per ſe eſſentiam differentem, illud dicatur perficere, quod habet eſſentiam inhærentem, accipiendo inhærere largè, pronè, omnis forma dicitur eſſe in ſua materia, vel ſubiecto. A B C D Eſſe I alio, & cum alio multis modis contingit.

Rurſus ſi quæratur, quare nulli competunt tria de prædictis, niſi competat & quartum. Dicemus, quòd nihil poteſt eſſe in eſſentia rei, vt eſſentia eſt, niſi quia vel perficit ipſam, vel illabitur ei. nam ſi eſſentia, vt eſſentia reſpicit eſſe, nihil erit in eſſentia, ſecundum quòd huiuſmodi, niſi quod dat formaliter aliquod eſſe, vel quod illabitur ei, ipſam conſeruans in eſſe.

Resp. ad arg. art. v.

Ad primum dicendum, quòd malignus ſpiritus dicitur facere vnum ſpiritum cum eo, quod vexat: non quia ei illabatur, ſed quia ei applicatione, & oppreſſione vnitur, vt patuit per Auguſt. in de Eccle. Dogmatibus.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſpiritus malignus ſcit cogitationes noſtras, non, quòd illabatur menti noſtræ, nec quòd huiuſmodi cogitationes in ſe videat, ſed quia per aliquos effectus factos in corpore, huiuſmodi cogitationes ſibi innoteſcunt, nunquam enim, vel raro valde poteſt eſſe aliqua cogitatio in corde, quin vel exterius, vel ſaltem interius reluceat aliquod ſignum in corpore, pp quod Dæmonibus cogitationes hominũ inde innoteſcunt, vt in * quæſtionibus noſtris de cognitionibus Angelorum diffuſius diximus.

* Deus illabitur cuilibet ſuæ creaturæ.

Tomo 1.

Quæſt. de cognit. Angel. anim. 2. ſent.

Ad tertium dicendum, quòd illa Glo. non eſt intelligenda de ingreſſu ſecundum ſubſtantiam;

ſed

sed secundum effectum. Nam licet Dæmon per substantiam nõ possit esse in anima, potest tamen in ipsa causare culpam, qualitercunque hoc faciat, vel persuadendo, vel imaginationem commouendo, & ex hoc ad peccandum incitando, vel qualitercunque aliter agendo. ergo in anima potest esse gratia, quam efficit Deus, & culpa, ad quã primo mouet Diabolus: tunc ergo in anima intrat Diabolus, vnde erat Christus, qñ incipit esse culpa, vbi erat gratia.

Resolutio Dub. I.

Dæmon potest illudere sensus ex parte rei, medii, organi, & quantum ad figuram, colorem, & imaginationem.

QUid autem, quòd quærebatur: Vtrum Dæmon possit eludere sensus hominis, tam interiores, quàm exteriores; Dici debet, quòd de hac materia loquitur Augu. de Ciuitate Dei. in 10. libro. ponit huiusmodi illusionẽ esse in sensibus, & ipsos sensus Diabolũ sopiẽdo i 18. li. huiusmodi te. illusionẽ ponit posse eẽ fictis coloribus hoc faciẽdo dicẽs. Quod u. hoies faciunt coloribus corporalibus, & veris, hoc Dæmones, vt ait, figuris fictis facilimè possunt. in 12. ca. 16. & deinceps eandẽ rationem assignat cum eo, quod dixerat in 10. volens, quòd Dæmones sopiendo sensus, & immutando phantasticum organum, nos deludãt. Vel ergo talis erit ✠ delusio per fictionẽ colorũ, vel sopiendo sensus, vel erit tertiomodo per immutationem medij, quæ ad fictionem colorum reduci potest. Cum enim res sensata perueniat ad sensum per medium: adeo, quòd sensus videatur vnum pro alio, vel hoc erit ex parte rei sensatæ, vel ex parte medij, vel ex parte organi sensitiui. Ex parte quidem rei sensatæ, quia idẽ ✠ colum columbæ prout columba ipsum aliter, & aliter varrit: alium, & alium colorem præbet, & duæ incisuræ vnius, & eiusdem panni, vario modo ad inuicem coniunctæ, prout in vna incisura ibunt pili ad aliam partem, quàm in aliam, alium, & alium colorem videbuntur habere, vt si sint ambæ incisuræ coloris nigri, videbit vnus color nigrior, quàm alius; vel aliter niger, quàm alius. Et ad hunc fortè modum delusionis spiritus reduci posset, cum in speculis multum concauis facies videatur euerta. Et sicut fit delusio sensus, prout res sensata aliter, & aliter se offert sensui, sic potest fieri talis delusio ex parte ipsius medij, vt ✠ remus in aqua. quia videtur per duplex medium, potest sic se habere, quòd videatur fractus, vel plicatus, & Sol in suo ortu ratione vaporum se interponentium in medio, videtur aliquando tubeus, & Luna in suo ortu ratione vaporum, videtur maior, propter huiusmodi interpositionem, quàm sine interpositione apparet.

Tertio modo potest fieri delusio in sensibus, propter immutationem ipsorum sensuum, modica enim immutatio ī sensu ludificat sensum, vt appareat sensui, quod non est. Sicut videmus in freneticis, quòd propter ascensum fumositatum ad cerebrum, videtur eis videre, quæ non vident, sic videmus etiam in dormientibus, videlicet, quòd quia tunc calor, qui est instrumentum animæ in sentiendo, se retrahit ad interiora, ideo sensus exteriores manent sopiti, vt per eos sentire non possimus. Propter quod tunc potissimè viget imaginatio. Nam vimur tunc phantasmatibus tanquàm rebus, & quæcunque phantasiamur, vel imaginamor, credimus in re sic esse.

Ad hos tres modos autem illusionis possunt adaptari verba Aug. vt id, de coloribus fictis referatur ad obiectum, vel medium, vt ex diuersitate obiecti, vel ex variatione medij dicantur esse coloris ficti, vel figuræ fictæ: sopite autem sensus, vel immutare organum phantasticum refertur ad immutationem organorum sensuum. Et vt de singulis specialiter tractemus: dicemus, quòd sicut ex alia, & alia situatione videtur obiectum alterius, & alterius coloris, sic multis aliis modis, quos nouerunt Dæmones melius nobis, possunt hic Dæmones efficere, vel secundum Augu. 10. de Ciui. cap. 10. hoc faciunt Dæmones lapidibus, & herbis. Sicut ergo naturale est, quòd tale obiectum tale appareat. Sic virtute lapidum, vel herbarum fieri fortè poterit, quòd alterius coloris, & alterius figuræ appareat. Possunt etiam hoc facere non solum obiectum aliter situando, vel medicamenta aliqua adhibendo, sed etiam corpora exterius formando. Nam sicut in assumptione corporum facillimè corpora, & formant, & deponũt, sic etiam ex tali agilitate formationum, & dissolutionum corporum, quæ allumunt, varia, & inflicta possunt facere apparere. Et quod dictum est de obiecto, potest etiam adaptari ad medium, vt tales apparitiones faciant diuersificando medium. Nam diuersificatio medij facit diuersitatem in figura, sicut posuimus exemplum de aqua, quòd ✠ ligna rectum ibi videtur esse plicatum, & facit diuersitatem in magnitudine, sicut quod videtur per cristallum, apparet maius, facit diuersitatẽ in colore, sicut quæ videntur per vitrum rubeum, apparẽt rubea, quæ per croceum crocea. Dæmones ergo omnibus his modis, sicut optimè nouerunt, variare medium possunt, & oostros sensus ludere.

Est autem & tertius, vt dicebatur, illusionis modus immutando phantasticum organum, & sopiendo sensus. Si enim per ascensum fumositatum potest sic desiccari organum phantasticum, vel immutari, vt videatur oobus videre, quæ non videmus: Dæmon, qui adhibendo remoa, potest talem desiccationẽ facere, vel sic organum immutare, potest facere nobis apparere, quæ vult; nisi virtute diuina impediatur.

Et non

Tom. 3 cap. 18 & li. 12. c. 3. & 17.

* Illusio sensuum à Dæm. fit tribus modis.

* Columbæ collum varijs vndæ.

* Remus cur in aqua videatur fractus, aut duplex, nec propter hoc deficitur sensus circa proprium obiectum ex 2 de anima te 63. mo do fit in debita distantia, organis bene dispositis, nec non & medium. Nam si ipsum colorẽ per fumũ, omnis color est rubeus. Vide pro hac difficultate Theo. 120 Zamar. & Themistiũ. Et intelligit hæc quæstio quemlibet particulari per se, cui si sensus communis admittatur, fit phantasia, decipi potest: sensus vero particularis per accidẽs. De hoc idẽ infra d 10. q. 3. ar. 4. ad 3. Arg.

* Lignum in aqua cur videat plicatum.

* Sæpe quo à Dæmone deluditur.

Illusiones varię.

Diomedis socij in aues. Tomo 5. Cap. 16.

* Circes Vlixis socios dicitur mutasse in bestias.

* Moles in Asinos conuertit per esum caseꝰ.

Hæc, & id genus alia figmenta tanꝰ facta ait Aug. idè dꝯ de mulieribus nocte aquintantibus cũ Diana, & Herodiade can. 26. q. 5. Epi. Dæmon. a. transformatꝰ se in varias gñonũ species ob falsam credulitatem. pót tamen corpore & hominem decipere hũc, atque illuc. cum ei corpora quantum ad mortẽ obediũt, vt pater de Christo fuerat pinaculum templi portato. Potest & facere mira, & vera quidem, sed vires naturæ nõ excedẽtia, cuiusmodi sunt ea, quæ serpentes facti a Magis Pharaonis Exod. 7. 8. de suscitatione Samuelis in arte Phitonissæ. 1. Reg. 28. nõdũ constitutum est, qd credendum per can. 26. 9. 3. Nec mirum. Idque fusius videre est de Cometis Oiscurs. Fœcundatio itẽ in fœminã a Sole illegitima vena lis fit ob fortẽ imaginationem, & vehementẽ malevolentiam cerũ, quarũ aspectus venenosus sicut mulier mꝰ structa, teste Arist. li. de somno. & vigil. inficit speculum politum corpꝰ. teneris est porius. Vide D. Th. 1. contra Gen. c. 109. & 1. P. q. 117. art. 3. & de fato. Samuel in vide Th. 1. p. q. 110. & 1o. & Turrem. 26. q. 3. c. quidam loco.

Digitus vnꝰ quo multi videtur ex velocitate motus. pilula & cereus, vel plũbea, &c supra velum posita si circumferatur, aut rotetur ei velocitate super posita digitis, plures pilulæ sentiuntur.

Ernon solum hoc potest organum phãtasticum immutando, sed etiam ipsus sensus sopiendo. Nam si hoc modo sopiuntur sensus, quia calor ad interiora regreditur, & ex hoc remanent sensus sopiti, cum ad nutum Dæmonis obediat materia corporalis ad motum; potest Dæmon spiritus, & humores, vbi reseruatur talis calor, ad interiora reuocare, vt sic remaneant sensus sopiti, & vt sic fiat sensus, quemadmodum fit in somnis, vt similia ei appareant, quæ apparerent in somnis. Propter quod potest talibus apparere sic illusis, quòd sint aues, vel quòd sint Lupi, vel quòd sint asini, sicut homines multoties somniant se volare, & habere alas, vel habere effigiem animalis quadrupedis, vel volatilis: nec oportet, quòd sic illusus dormiat, sed sufficit, quòd sic habeat illusus sensus, quòd ei hoc appareat, sicut & dormientibus apparere consuenit.

De huiusmodi autem illusionibus loquitur Augustinus 18. de Ciuitate Dei, qui socios Diomedis dicit fuisse conuersos in aues: & in insula illa, vbi erant, eis, qui erant de stirpe Græcorum, quietæ erant aues illæ: & blandiebantur eisdem, alienis vero graues, & molestæ erant. Sic eodem lib. cap. 18. recitat de ✣ Circe illa maga famosa, quæ socios Vlixis mutauit in bestias. Et ibidem quasdam gentes transeuntes quoddam stagnum, dicit fuisse mutatos in Lupos. Et, vt ait, post lapsum quoddam tempus reformabantur in homines. Sic etiam eodem libr. cap. 18. recitat, de quibusdam mulieribus stabularijs, quæ ✣ arte Magica homines vertebant in asinos per esum casei, qui & onera portabant, & finito opere redibant, & fiebant homines. In quibus omnibus duplex posset esse dubium, videlicet quantum ad sic immutatos, & quantum ad eos, quibus sic immutati apparebant. Quantum autem ad sic immutatos poterat Dæmon sic immutare organum phantasticum, vel sic retrahere ad interiora calorem, vt sensus remanerent sic sopiti, quòd talia viderentur eis, qualia apparent in somnis. Quantum autem ad eos, quibus apparebant, dicit Augustinus in lib. præfato, corpora sic immutatorum in aliquo loco ab habitatione hominum remoto sopita teneri. Alijque Dæmones poterant corpora assumere, vel auium, vel bestiarum, & vt illi homines sopiti sibi tales viderentur esse, etiam & alijs propter Dæmones talia corpora assumentes, viderentur illi homines sic esse mutati, & tales existere. Credibile est autem hunc modum esse, quandiu durat talis illusio.

Et si quæreretur, quomodo possent illi per tanta tempora sic sopiti, viuere; dici posset, quòd fabule, & modicum est illud, quod naturam sustentat. Ideo posset Dæmon toto illo tempore, secundum quòd requirit natura, aliquod alimentum in corpus traijcere, vnde sustẽtaretur corpus. Sed si modicum durat talis illusio, non est conueniens, vt etiam illusus sibi talis videatur propter sopitos sensus, vel propter immutatum organum Phantasticum: & etiam vt assistentes ipsum talẽ esse credant, propter immutationem obiecti, vel medij, vel propter immutationem factam in sensibus eorum.

Aduertendum autem, quòd, vt præter sopire sensus, & immutare organum phãtasticum, demus tertium modum illudendi sensus; dicemus, quòd res visa, ideo talis apparet, quòd dextrum videtur dextrum, & sinistrum sinistrum: & res, videtur talis figuræ, qualis est, quia dextra pars rei visæ, videtur, & fit iudicium de ea in dextra parte oculi, & sinistra in sinistra, ita, vt tota figura rei extrinsecè exprimatur in similitudine recepta in oculo, qui oculus non statim cum simili tudinem recipit, eam dimittit: & ideo cum homo mouet digitum, vnus digitus videtur multi digiti, quia prius, quàm recedat similitudo digiti ab oculo, propter motum digiti velocem, recipitur alia similitudo digiti in oculo. Huiusmodi autem conseruationem speciei & si oculus habet ex sua natura modicã, potest Dæmon per adhibitionem seminum facere diuturnam. Et quia potest partes oculi variare, in quibus receptæ sunt tales similitudines, potest quamlibet figuram facere apparere: vt si quis singulas partes alicuius figuræ posset variare, vt vellet, posset quamlibet figuram in quamlibet transmutare, vt si quadratum diuidatur per medium, & coniungantur partes, fiet triangulus, sic & ille triangulus, diuisus per medium, reficiet quadratum, & sic ois figura, sic ois figura per tranimutationẽ partium. Et qd dictum est de figura superficiali, veritatem habet de figura corporea, vt ex eadem cera potest quælibet figura fieri, prout partes aliter, & aliter transmutantur. Dæmon ergo variando humorem oculi, potest facere, quòd quælibet figura appareat quæcunque figura, & sic variando situaliter illum humorem, potest omnem figuram cõuertere in quãcunque figuram. sic illum humorem alterando potest quemcunque colorem conuertere in quemcunque colorem. Nam quando sanguis rubeus commiscetur interiori humori oculi, omnia videntur rubea, & quamdiu quis aspicit aliquem colorem refulgentem, quidquid postea videt, quamdiu durat infectio illa, videt sub specie illius coloris: & sicut variando humorem illum, in quo recipitur similitudo rei visæ, vt partes humoris illius aliter situando illudit sensui, quantum ad figuram, & alterando illudit eos quantum ad colorem, sic Angelum, sub quo reciperetur res visa ampliando, vel stringendo, illudit quãtum ad magnitudinem, vt faciat parua apparere magna, vel econuerso. Meminimus enim eos audiuisse, quendam existentem in mare baculum quendam tenentem, atque incidentem

tem, & frustra eius in mare proijcientem, quòd arte Dæmonum quot frusta ligni proiecit in mare, tot fecit apparere naues. quod vtrum sic veritas se habuerit, nescimus: sed arte Dæmonum illud fuisse possibile, minime dubitamus. Nam variando humorem oculorum, in quo fit iudicium de re visa, vt patet per habita, potest illudere sensus quantum ad figuram, colorem, & magnitudinem, ex quibus illusionibus quasi quælibet potest facere quælibet apparere. A

RESP. AD ARG. DVB. I.

AD primum dicendum, quòd Dæmon non potest monere materiã corporalem quantum ad formã t sed quantum ad motum. quod faciendo, vt patuit, adhibendo semimina, vel immutando organum sensitiuum, & humores, & species, in quibus reseruantur similitudines sensibilium, potest sensus illudere. B

Ad secundum dicendum, quòd spiritus illi, & humores possunt habere species sensibiles in actu. Nec tamen propter hoc actu sentiemus, quia non sunt reductæ ad principium sensitiuum, & ad organum sentiendi, modo, & ordine, quo per talia habet fieri sensus. propter quod Dæmon commouendo illas species, & humores, & reducendo eos ad principium sensitiuum, facit nos sentire, quę non sentiebamus. Cæsar autem & alijs modis illusionem, vt est per habita manifestum

Ad tertium dicendum, quòd coniungẽdo actiua passiuis, fiunt multa per naturam adinuiam per artem, quæ per solam naturam non fierent. Nam in multis ars potest adinuare naturam. Dæmones ergo coniungendo actiua passiuis, vt variando humores, spiritus reducendo eos ad principium sensitiuum, & transmutando medium, & alia faciendo, facit nobis multa apparere. quæ non apparerẽt, in quibus omnibus actio, & passio est naturalis, sed coniunctio actiuorum, & passiuorum est ex arte Dæmonum. quod fit ex sola obedientia materiæ secundum localem motum. C

Resolutio Dub. II.

Angeli boni, & mali tribus modis nos instruere possunt. Intrinsecè, extrinsecè, & virtualiter. Hinc indirectè partem intellectiuam, & affectiuam immutare possunt, sensitiuam inflamãtes, voluntatemque incendentes. Idque solum incitando, persuadendique ratione. D

AD id autem, quòd tertio quærebatur, quomodo Dæmones immutare possint partem intellectiuam; Dici potest, q̃ August. 12. super Gen. ad litteram pertractans quomodo Dæmones possunt nos de aliquibus docere, narrat triplicem huiusmodi modum dicens, quòd vel hoc est, q̃ in corpore aliquid relaxetur, & reluceat, quo in illud veniat vt in seipsa videat anima significantes similitudines, quæ ibi iam erant, nec videbantur: sicut multa habemus in memoria, quæ non semper intuemur, vel illic, i. in anima fiant similitudines, quæ ante non fuerant: vel in aliquo spiritu sint huiusmodi similitudines, in quo anima videat eas. D. Th. 1. p. q 101.

Sed cum sint tres modi ab August. enumerati, quibus potest Dæmon, vel Angelus nostrum intellectum mouere, & nos de aliquibus docere, & quilibet dictorum modorum, vt patebit, habeant calumniam; potest tamen quilibet dictorum modorum ad veritatem reduci, vt sic omnibus illis tribus modis possit spiritualis substantia nos docere.

Est enim primus modus, vt similitudines, quę sunt in corpore, sed non apparent, virtute Dæmonis, vel Angeli incipiant apparere, & ex hoc doceamur, vt hoc modo sit ista apparitio, sicut quæ sunt in memoria, & non videntur, fiunt in actu cogitantis, & sic incipiunt apparere. Sed si non plus faceret Dæmon nos docendo, nisi species, quæ sunt in memoria, vel quę sunt in spiritibus, & humoribus reducendo ad principium sensitiuum, & ad organum phantasticum, & hoc quilibet posset facere in seipso, de his, quæ habet in memoria actu cogitando, in quibuscunque possemus doceri a Dæmone, vel ab Angelo possemus doceri a nobis ipsis.

Secunda via etiam non solum calumniam, sed etiam impossibilitatem habere videtur, quia Dæmones, vel Angeli nullam speciem de nouo possunt imprimere, sed solum quantum ad localem motum materiam transmutare.

Tertia etiã via plus omnibus videtur impossibilis esse. Nam videtur prætendere, quòd ignota fiant nobis cognita videndo ea in ipsa substantia separata, quod non posset esse, nisi videremus species intelligibiles in ea existentes, in quibus relucent illa, de quibus vult nos spiritualis substantia edocere. Cum ergo in statu præsentis vitæ sit impossibile nos videre substantias separatas, multo magis erit impossibile videre species intelligibiles, quas habent apud se, vt in illis possimus cognoscere, quæ sunt nobis ignota.

Angelus homus, vel malus quo nos docere possint mouendo species existentes in memoria.

Siendum ergo omnibus his modis, vt diximus, si bene intelligantur, spirituales substantias nos posse docere; Dicemus enim sic esse de substantia separata, quantum ad primum modum respectu nostri, secundum species, & similitudines, quæ sunt in nobis; sed non actu cogitamus de eis, est dicere de nobis respectu substantiæ separatæ, sicut est de illo, qui scit facere omnes litteras, nihil tamen nouit vlterius respectu alicuius Philosophi, qui scit quasi de omnibus veri-

veritatem. Scribit enim Philosophus veritatem aliquam, per quam doceri poterimus, quam veritatem scribendo nullam scribi litteram, quam ille scriptor nesciusset scribere: attamen scriptor illa nesciuisset ex litteris illis dictiones componere conuenientes proposito, nec sciusset ex dictionibus componere orationes. Philosophus itaque scribendo veritatem aliquam, non scribit litteras inusitatas, & aliàs noo visas, potest tamen nos docere veritatem aliquam inauditam, & aliàs non visam, quia potest litteras illas ordinare, & formare inde dictiones, & propositiones, per quas poterimus edoceri. Et Magister cum docet Discipulum, oõ oportet, quòd vtatur insuetis verbis, sed per illa eadem verba, quæ longe ante Discipulus nouerat, ea modo debito ordinando, potest ipsum multas veritates docere. Sic & in proposito: cum Dæmon, vel Angelus volunt nos docere, & immutare intellectum nostrum, non oportet eos fabricare nouas species, sed solum de speciebus, quas habemus in memoria, eas debitè ordinando, & ipsas debito modo, & ordina ad sensitiuum principiũ reducendo, poterunt nos multas veritates docere, quas forte nullus homo posset, quia nesciret eas sic debito ordine proponere.

Aduertendum tamen, quòd cum dicimus Dæmonem ea, quæ sunt in memoria, posse reducere, vt actu cogitemus de illis, non est intelligendum de memoria intelligibilium, sed de memoria sensibilium, vbi species sensibiles reseruantur in aliqua re corporali, vt io spiritibus, & humoribus. & qa corporalia quantũ ad motũ localem obediunt spiritui ad nutum, poterit illos humores, & spiritus pro libito reducere ad organum phantasticum, vt ibi fiant phantasmata actu, secundum quem modum immutare poterunt nostrum intellectum possibilem, & per consequens nos docere.

Ang bonus vel malus qõo nos docere possint nouis phantasmata causando.

Viso, quomodo veritatem habeat primus modus ab Augustin. traditus, volumus declarare secundum, videlicet, quòd fiant in nobis actu aliqua phantasmata, quæ non sunt in memoria nostra, nec in spiritibus, nec in humoribus, qui sunt in nobis: non, quòd corporalis substantia obediat spiritui quantum ad formam, sed quia potest Dæmon, vel Angelus formare exterius sensibilia verba, vel formare aliqua sensibilia corpora coniungendo actiua passiuis, sicut formant cum assumunt corpora aliqua, vel etiam corpora alibi formata, quæ nonnquam vidimus, poterunt ad conspectum nostrum adducere, ideo poterunt in nobis causare noua phantasmata, vel ex sensibilibus verbis, vel ex corporibus, per coniunctionem actiuorum, & passiuorum formatis, vel ex corporibus iam formatis ad conspectum nostrum de nouo adductis, quæ noua phantasmata causando poterunt de nouo nostrũ intellectum mouere, & hoc modo de aliquibus nos instruere.

Angel. qõo pos docere

His itaque declaratis, volumus declarare modum tertium. Nam cum dicimus, quòd in spiritu sunt illa, in quibus videmus ea, de quibus instruimur a spiritu, si intelligantur illa esse in spiritu, tanquam in eo, quod est obiectum intellectus nostri, sic est locutio falsa & impossibilis in statu præsenti, & ad hoc ibat obiectio facta. Nam impossibile est in statu viæ, nos videre, aut intelligere substantias separatas, & per consequens impossibile est nos videre species intelligibiles existentes in ipsis. Sed si intelligatur non de obiecto intellectionis, vel visionis, sed de eo, quod est ratio intelligendi, vel videndi, sic verum est quòd dicitur. Nam signum omnino scientis est posse docere, vt in primo Metaph. Nisi enim intelligentiæ per species intelligibiles, quas habent apud se, scirent veritatem eorum, de quibus nos volunt docere, nescirent phantasmata nostra sic ordinare, vt per ea doceremur. In speciebus ergo intelligibilibus existentibus in substantijs separatis, videmus ea, per quæ docemur ab eis, non tanquam in obiecto intelligibili, sed tanquàm in his, quæ sunt ratio intelligendi. Cum enim substantiæ separatæ secundam cognitionem, quam habent per illas species, modo, quo diximus, possint sic ordinare phantasmata nostra, quòd possimus intelligere per ea, in huiusmodi genere doctrinę erũt illę species, ratio erit, quare intelligamus, & instruamur.

Potest autem & aliter hoc declarari, vt dicamus, sicut & alibi diximus, quòd sicut organũ ageos in virtute artis, fortius agit, sic spiritus, & humores, in quibus reseruantur species, & phantasiæ sensibiles in virtute specierum intelligibilium Angelorum quasi in virtote artis, angelicæ motæ efficacius mouent intellectum nostrum.

Tacti ergo sunt tres modi instructionis, quibus possunt nos instruere Angeli tam boni, quã mali. Primus est intrinsecus: Secundus extrinsecus: Tertius virtualis.

Doctrinæ modus intrinsecus.

Intrinsecus quidem est, cum reducunt spiritus, & humores, io quibus reseruantur species sensibiles ad principium sensitiuum, siue ad phantasiam modo ordinato, quod faciendo nos docent. Nam & Magister non proponit Discipulo aliqua verba, quæ ignorat, sed ex verbis notis formando propositiones modo ordinato, & hoc modo proponendo eas Discipulo docet ipsum. Sic & Angelus intrinsecus monendo humores, & spiritus ad phantasiam, & mouendo hoc modo per phantasiam ordinate intellectum possibilem potest nos docere.

Doctrinæ modus extrinsecus.

Secundus modus extrinsecus sit, vt eo modo nos doceat spiritus, quo magister nos docet, vel formando corporalia verba, vel ostendendo corporalia signa. Quomodo autem potest nos spiritus docere formando corporalia verba, de se patet; sed quomodo ostendendo corporalia signa, declarabimus per quoddam exemplum.

* Mulier habens spiritũ familiare.

Dicitur enim de quadã muliere, q̃ cum hẽret spiritũ familiarẽ, & ille loqueret sibi p signa ostẽ-

sa in quodam speculo, & illa quæreret ab eo, quia A
moreret uxor, an ipsa, vel vir suus: spiritus ille secu apparere in illo speculo, ꝙ vir suus ferebatur in quodam lecto mortuus, vnde illa intellexit, ꝙ prius moreretur vir suus, quam ipsa. Quomodo autem potuerit hoc scire spiritus, non est præsentis speculationis, sed sufficiat scire, ꝙ potest nos spiritus instituere, vel docere.

Doctrina modus virtualis.

Tertius modus institutionis dicitur virtualis. Nam illa eadem verba scripta, vel dicta per vocē mortuam, multoties non intelliguntur, quæ prolata per vocē viuam, statim sunt intellecta, vt ex hoc dicat Hiero. in prologo galeato, quòd habet nescio, quid latentis energiæ vioæ vocis actus. Sicut ergo maioris virtutis est vox viua, quàm vox mortua, sic credendum est, quòd maioris virtutis sint phantasmata ordinate reducta per spiritū, q̄ ordinate reducta per vocem viuam Magistri, sicut phantasmata reducta per vocem viuam Magistri sunt efficaciora, quàm reducta per scripturam, siue per vocem scriptam. Verba enim sunt organa doctrinæ. Doctor autem potest esse, vel spiritus, vel homo, vel liber. & quia organum agens in virtute principalioris Doctoris, efficacius mouet, ideo illis tribus modis possunt nos docere spiritus, qui omnes, vt patet, tacti sunt per Augustinum.

Vox viua & mortua

B

Resp. ad arg. dvb. ii.

Spūs quomodo agit in humanū intellectū.

AD Primum autem in contrarium dicendum, quòd spiritualis substantia non agit in intellectum nostrum directè, sed indirectè modo quo diximus reducendo phantasmata ad principium sensitiuum, a quibus phantasmatibus mouetur noster possibilis intellectus. Sed qualiter Angeli se illuminēt, cum non habeant Phantasmata, in sequenti distinctione patebit.

C

Ad secundum dicendum, quòd non oportet spiritualem substantiam directè attingere, vel directè agere in intellectum nostrum: ad hoc, ꝙ illuminer ipsum, sed sufficit, ꝙ attingat, & agat in humores, & spiritus, vbi phantasmata reseruantur.

Resolutio Dub. III.

Huius Dubitationis Resolutio cum ex superiori pendere videatur, id non nisi indirectè a spiritibus fieri fatendum est.

D

AD id autem, quod vlterius quærebatur: Vtrum Dæmones immutare possint partem appetitiuā, vel affectiuam, dicit potest, ꝙ duplex est appetitus, sensitiuus, & intellectiuus. de appetitu autem sensitiuo cum sit virtus in corpore, non est dubiū, ꝙ potest immutari a substantia spirituali. Potest enim inflammari, & accēdi ad aliquid volēdum. nam sicut, sanguine accēso, homo est promptior ad ira, & corpore calefacto homo est ad veneres promptior, ita potest Dæmō adhibendo semina inflammare sanguinem circa cor, & ex hoc mouere appetitum sensitiuum, scilicet irascibilem ad iram, & potest calefacere, adhibendo semina, partes venereas, & ex hoc mouere, vel saltem incitare, vt moueatur appetitus sensitiuus, videlicet concupiscibilis ad inconstinentiā. Dicimus enim, quòd potest talia mouere, vel incitare, vt moueantur, quia irascibilis, & concupiscibilis quantuncunque sint partes appetitus sensitiui, sunt tamen rationales per participationem, vt quia sunt aptæ natæ obedire rationi. propter quod quantuncunque Dæmon sic incitet, & ex hoc quantum in se est, appetitum sensitiuum moueat, non tamen semper consequitur intentum, quia potest quis per rationem ab illa inclinatione dissentire. quantum tamen ad quæstionem, patet, quomodo spiritualis substantia partē appetitiuā, sensitiuam mouere potest.

Irascibilis, & cō cupiscibilis quomodo rationales.

Sed quomodo possit mouere partē appetitiuā intellectiuam merito dubitatur. Sciendum ergò, ꝙ appetitus intellectiuus triplici modo moueri potest. Vno modo ex naturali inclinatione. Alio modo ex volūtaria electione. Tertio modo quasi ex quadam impulsione. Primo modo mouetur a fine. Secundo modo ab his, quæ sunt ad finem, Tertio modo quasi ab extraneis. In primo modo se habet appetitus intellectiuus, vt motus tantum: In secundo quasi se habet, vt mouens, & motus, voluntariè tamē, & libere. Sed in tertio modo se habet quasi, vt impulsus, & quasi violentus: Dicemus enim, ꝙ appetitus intellectiuus in nobis tripliciter potest considerari. Primo vt appetitus est. Secūdo vt intellectiuus est. Tertio, vt est in nobis, & vt est coniunctus appetitui sensitiuo. Si enim consideratur, primo modo, sic habet, ꝙ tendat in bonum quodammodo naturaliter, ideo sic diffinitur bonum, vt dicitur in 1. Ethic. quod omnia appetunt, secundum quem modum appetitus intellectiuus tēdit in bonum, quod est finis. Est enim hoc naturale cuilibet appetitui: Vtrum naturaliter tendat in finem, vt grauia naturaliter appetunt esse deorsum, & leuia sursum, & homo naturaliter appetit suam felicitatem, & esse beatus; ideo dicitur in 3. Ethic. ꝙ finis præstituitur nobis a natura, id enim, quod apprehendimus, vt finem, non possumus non velle, sed quasi naturaliter ferimur in ipsum. ergo voluntas nostra, vt appetitus est, in bonū, quod est finis, fertur quadam inclinatione naturali. sed huiusmodi voluntas considerata nō solum, vt appetitus est, sed vt appetitus intellectiuus, sic fertur in ea, quæ sunt ad finem, non naturali inclinatione, sed magis quadam libera electione, & ex hoc vocata est liberum arbitriū, prout fertur in ea, quæ sunt ad finē, quæ liberè eligit: & si determinate vult in talibus liberum arbitrium alteram partem, hoc est quia ad eam seipsum determinauit, vel fuit a pitū natū se determinare. Voluntas ergo, vt est appetitus intellectiuus, & vt est liberū arbitrium, & vt cōparatur ad ea, quæ sunt ad finem, non se habet, vt mota tantum, sed vt mota & mouens, quia huiusmodi

Appetitus varia genera.

Cap. 1. In fronte.

Cap. 7.

Voluntas vt dicitur lib. arb.

Voluntas quo se moueat.

huiuſmodi voluntas mota per finem, & facta in actu per finem, mouet ſeipſam ad ea, quæ ſunt ad finem. Qualiter autem ſa moueat vtrum intellectum mouendo, nel per ſeipſam determinando, vel ſeipſam actuando, de leui patere poteſt. Nam nihil ſeipſum directè pōt actuare, vt ꝙ directè,& immediatè,& principaliter cauſet in ſeipſo actum,& perfectionem ſui ipſius. Hoc ergo modo voluntas non poteſt ſeipſam mouere, poteſt autem mouere ſe mouendo intellectum, vt poſtquā vult finem pōt mouere intellectum, vt cōſideret de his,quæ ſunt ad finē, per quæ poſſit adipiſci finem.& quia bonū apprehenſum pōt eſſe motiuum voluntatis, ſic mouendo intellectū poteſt mouere ſe ipſam. Poteſt ēt mouere ſeipſam determinaodo ſe, vt poſtquā intellectus oſtendit ſibi aliqua duo, vt oſtendit ſibi fornicationē eſſe quid inordinatum,& ex hoc fugiendā : & eſſe q̄d delectabile,& ex hoc,ꝙ poſſit eſſe quid appetibile,nunc in poteſtate voluntatis erit, vel ſiſtere in hac conſideratione, quia fornicatio eſt quid inordinatum,& tunc eam abhominabitur : vel vt eſt quid delectabile,& tunc poterit ad eam affici.ꝙ ut ergo ſe determinabit,ſic mouebitur. Poterit ergo mouere ſe determinando ſe, qui motus eſt ex quadam libera electione.

Appetitus intellectiuus, & humana uis quo mouetur.

Eſt autem & tertius motus voluntatis magis ex quadam impulſione, qui competit ei, nō vt appetitus eſt,quia tunc omni appetitui hoc competeret: nec vt intellectiuus eſt, quia tunc omni appetitui intellectuo conueniret. Sed magis hoc ei cōuenit, vt talia in nobis ait,& vt eſt appetitiui ſenſitiuo coniunctus,a quo impellitur ad aliquid, &

Pag. 55.

quaſi trahitur. Vnde & Philoſophus 10 3.de anima vult,ꝙ ſint in nobis appetitus contrarij, quorum vnus trahit aliom ſicut rota rotam . Cum enim duæ rotæ ſunt fixæ in eodem ſtipite,vna rota mota trahit aliā, ſic qa illi duo appetitus ſunt in eadem anima,ideo vnus appetitus motus, pōt trahere alium.qui motos, & qui tractus , poterit dici noo a fine,nec ab his,quæ ſunt ad finem , ſed ab extraneis. Nam ſi conſideretur appetitus intellectiuus ſecundum ſe, non tendet in iſta bona ſenſibilia,cuiuſmodi ſunt delectabilia guſtui, vel tactui,nec tanquam in finem,nec tanquam ea,quæ ſunt ad finem ſed tanquam in extranea, quia non ſunt ei ſecundum ſe competentia.

Quis quomodo mouere poſſint motiuum voluntatem.

Si ergo quæritur: Vtrum Dæmon,vel quæcūque ſpiritualis ſubſtantia, creata, poſſit mouere partem appetitiuam intellectiuam, ſine voluntate;aut erit huiuſmodi q̄æſtio de motu voluntatis, prout mouetur ab extraneis,& ab appetitu ſenſitiuo impulſā,ſiue attracta, aut prout mouet ab his,quæ ſunt ad finem per intellectionem perſuaſa,aut prout monetur ab ipſo fine quaſi iuclinata naturaliter. Si loquamur de primo modo motionis,certū eſt, ꝙ Angelus, vel Dæmō poteſt incitare appetitum ſenſitiuum, qui ſi per huiuſmodi incitationem moneatur , poteſt trahere ad aliquid volendum appetitum intellectiuum . Si vero loquamur de ſecūdo modo motionis,certum eſt etiam , quod Dæmon poteſt mouendo phantaſmata mouere intellectum, & formare rationes , per quas perſuadeatur voluntati ad aliquid volendum . Sed ſi loquamur de tertio modo motionis , prout voluntas mouetur in finem quadā inclinatione naturali,aut loquimur de tali inclinatione naturali ſimpliciter , vel de tali inclioatione perſuaſa, vel de tali inclinatione conſuetudine inducta. Si loquamur de tali inclinatione ſimpliciter,nunc eſt ſolus eius,i. ſolius Dei, ſic mouere voluntatem, qui ipſam voluntatem condidit,& qui ei talem inclinationem dedit. vt dicamus,quod ſicut grauia mouentur naturaliter deorſum a generante,ſic voluntas mouetur naturaliter in finem à Deo creante. Sed ſi loquamur de huiuſmodi naturali inclinatione non ſimpliciter,ſed perſuaſa , qa pōt quis perſuaderē quòd hoc ſe habeat,vt finis . Nam licet finis ſit in communi a voluntate naturaliter volitus, in ſpeciali tameo poteſt eſſe à ratione perſuaſus, & ideo aliqui poſuerunt ſuam felicitatem in honoribus, aliqoi in voluptatibus,& ſic de alijs. Si ergo perſuadeatur voluntati hoc ſe habere vt finem : tali apprehenſione ſtante, mouebitur io ipſum quaſi quadam motione naturali : & quia poſſibile eſt Dæmoni, vel angelo hoc perſuadere, ideo non impoſſibile erit ei voluntatem ſic mouere.

Tertio quidem modo poteſt moueri voluntas in finem,quadam naturali motione ex cōſuetudine inducta. Nam conſuetudo eſt altera natura,vt dicitur in li.de memoria, & qualis vnuſquiſque eſt:talis ſibi finis videtur, vt dicitur in 3. Ethi.Poſtquam ergo quis per conſuetudinem acquiſiuit habitum talem, quaſi naturaliter mouetur in ea,quæ ſunt ſecundum illum habitum . Si ergo de tali naturali motioue loquamur, ille,qui poteſt perſuadendo , vel aliter voluntarem inclinando,ipſam ad aliquid mouere ſemel poterit,& ſæpe.Propter quod poterit ex hoc aggenerari habitus , vt quaſi ad illud naturaliter inclinetur.

Deus, Angelus, & Dæmō quo ſecundū voluntatē mouere poſſint.

Deus ergo poteſt mouere voluntatem omnino efficaciter, quia ipſe ipſi voluntati propriam inclinationem indidit , propter quod eius eſt eam prohibito inclinare. Ad Angelum autem, & ad Dæmonem ſpectare poteſt , voluntatem mouere per intellectum , vel per rationem perſuadendo, vel appetitum ſenſitiuum incitando: aliter tamē, & aliter,quia Angelus hoc facit propter bonum Dæmon vero,vt inclinet ad malum . Et ſi videatur hoc propter bonum facere, hoc eſt, quia ſe transfigurat in Angelum lucis,ipſe tamen ſemper intendit inclinare ad malum. Et quod dictum eſt de voluntate reſpectu boni, veritatem habet de intellectu reſpectu veri.Nam Dæmon , & ſi videtur aliqua bona perſuadere,hoc facit intentione ad malum trahendi: ſic ex parte intellectus , & ſi videtur aliqua vera dicere, ſemper dicit intentione fallendi, vt dicit Aug. 3. de Trin. c. 17.

RESP. AD ARG. DVA. TRI.

AD primum dicendum, quòd Angeli possunt immittere malas cogitationes, & iclinare ad malas affectiones, non in ipsam voluntatẽ directe, agendo, sed per tationem persuadendo, vel appetitum sensitiuum incitando.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ cor Hæreticorum est clibanus succensus igne Diaboli, pront modo, quo diximus, Diabolus corda hæreticorum, & vitra, malorum potest ad malum incitare, videlicet persuadendo, vel appetitum sensitiuum incitando.

Propter quod patet solutio ad tertium, quia hoc modo corda malorum callida, & fraudulenta deceptione, in affectiones malitiæ trahit.

Dub. I. Litteralis.

Aer an sit Aqua actiua.

SVPER litteram dubitatur super illo verbo: Ad patiendum enim humor, & humus. Verba quidem sunt Augustini assumpta 3. super Gen. ad litteram, vbi vult ꝙ humor, & humus sint ele menta ad patiendum. Alia vero duo, ignis, & aer, ad agendum. Sed cõtra: Videtur esse aqua magis actiua, quàm aer, quia aer habet qualitates valde insensibiles, ideo sapientes illi, qui posuerunt aerem principium omnium corporum, propter insensibilitatem qualitatum a Philosopho commẽdatur. videtur enim ex hoc appropinquare ad naturam materiæ, quæ de se est pura potentia, nulla actualitate fulcita.

Agendi ratio quæ.

Dicendum, ꝙ ratio agendi est forma substantialis, & accidentalis: sed forma substantialis est ratio agendi principaliter, & prima: accidentalis vero proxima, & immediata. Actiuitas ergo rei, vt etiam communiter ponitur, potest considerari, vel ex forma substantiali, q̃ est agendi ratio principalis, & prima, vel ex accidentali, quæ est immediata, & proxima. Si ergo consideremus substantiales formas elementorum, aer, & ignis sunt magis actiua. quia quanto aliquid est magis subtile, tanto plus habet de forma, & minus de materia, & per consequens tanto est magis actiuum. Sed si consideremus qualitates ipsas aquę per accidẽs ratione spissitudinis materiæ potest habere magis actiuas qualitates.

Elementorũ aliqua sunt magis actiua secundũ formã substantialem aliqua vero secundũ accidẽtalem.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS dubitatur de illo verbo, quod habetur in littera, vbi dicitur: Deũ hominibus in corporalib⁹ imaginibus apparuisse. Et sunt verba sumpta ab Aug. 3. de Tri. c. 1. & 2. vel in prologo, & in c. 2. Nam quod primo ponit in illo libro, quidã non cõputant pro capitulo, sed ꝙ prologo. Vult enim ibi Aug. ꝙ Deus in Vet. Test. apparuerit in corporibus assumptis ab Angelis, ita, ꝙ in illis corporibus apparebat Deꝰ: & apparebant Angeli, vt in qnæstionibus præcedentibus diximus. Narrat autem Aug. vt habetur in littera, & sumptum est ab Aug. li. & c. præfati. ꝙ Angeli tripliciter apparere possunt, vel propria corpora trãsmutando, vel in illis corporibus alia corpora superuestiendo, vel noua corpora assumendo. Sed contra: Cũ angeli sint incorporei, nec propria corpora possunt transmutare, nec prija corporibus alia corpora superuestire.

Augustin⁹ ꝙ vt plurimũ de Ang. nõ loquitur asserendo, sed opiniones recitando vel dubitando, & modos ponẽdi assignãdo. Cũ ergo circa apparitiones Angelorũ nõ possit eẽt nisi triplex modus ponẽdi, ideo Aug. illum triplicem modum tangit. Nam Angeli vel habent corpora, vel non habẽt: si non habent, apparent in corporibus, quæ sibi formant. si habent, vel apparent, quia corpora sua proptia transmutant, & inspissant, & facinnt ea visibilia, vel quia illis corporibus alia corpora superuestiunt. Qualitercunque tamen appareant Angeli in illis eisdem corporibus, in quibus ipsi apparent, potest apparere Deus modo, quo superius dicebatur.

Dub. III. Litteralis.

Visibile omne an non mutabile.

VLTERIVS autem dubitatur super illo verbo: Visibile enim quicquam non est, quod nõ sit mutabile: Contra: Cęlũ Empyreũ est immutabile, & secundũ motum ad formam, & secundũ motum ad vbi: secundum quidem motum ad formam, quia & hoc competit inferioribus cœlis, multo ergo magis hoc competit cęlo Empyreo, quod est supremum cęlum. Secũdum motũ quidem ad vbi, quia cũ sit locus Beatorum, congruũ est, ꝙ sit quid stabile, & q̃d quietũ. Est ergo illud cęlum immutabile, & tamẽ est quid visibile, cum sit quid corporale, & quid splendidum.

Visus non fertur naturaliter nõ ferẽtur vltra octauã sphæram.

Dicendum, ꝙ dictum Magistri intelligi potest de rebus visibilibus ab oculis mortalium naturaliter. Cum enim visus noster naturaliter non ferat̃ vltra octauam sphæram, quæ dicitur firmamentum. quia dinidit inter superiora a nobis inuisibilia, & inferiora a nobis visibilia, & cum ipsa octaua sphęra, & quicquid est infra eam sit mutabile, vel motu ad formam, vel saltem motu ad vbi, benedictum est, quod Magister air, ꝙ visibile enim, sopplea nobis naturaliter, dum sumus in hac mortali vita, quicquam non est, quod non sit mutabile. Iuxta enim Apostoli sententiam: Quæcunque videtur remporalia, ideſt mutabilia sunt: quæ autem non videntur, sunt: æterna, ideſt immutabilia.

Paul. loc⁹. 2. Cor. 4.

Dub.

Dub. IIII. Litteralis.

LITERVS autem dubitatur de illo verbo: Dæmones per energicã operationẽ, &c. Dicendũ, ꝙ energia dicitur ab en, qđ est in: siue intra, & ier, quod est labor, & geos, quod est terra, vt dicantur * Energumeni illi, qui laborant intrinsecus terrestri, & melancolico humore. & quia talis labor tollit vsum rationis: ideo obsessi à Dęmonibus, quia ab vsu rationis deuiare videntur: dicũtur energumeni, vel dicũtur per energicam oppressi operationẽ. Terrestris, n. & melancolicus humor, quia generat fumos nimis grossos, ideo nimis impedit organum phantasticum, vt ibi phãtasmata appareãt valde turbida, & obscura: ita, vt impediant rationis vsum.

* Energumeni qui, & vnde dicantur, vide supra d. eadem.

DIST. IX.

De Angelorum Hierarchijs, de ordinibus, deq; eorundem reparatione ex homine facienda.

POST PRAEDICTA SVPEREST COGNOSCERE. Prout patuit ĩ principio, ſcdæ diſtictionis, Magiſter in hoc ſecundo quinq; intẽdebat determinare de Angelis. Primo, qnãdo creati ſunt. Secundo, vbi creati ſunt. Tertio quales creati ſunt in ipſo creationis initio. Quarto quales facti ſunt per conuerſionẽ, & auerſionem poſt creationis initium. Quinto, & vltimo de eorum excellentia, & de eorum ordinibus, & de differentijs alijs, quas poſtea ſunt ſortiti. Expeditis itaque quatuor partibus, hic incipit pars quinta, vbi agit de excelientia, de ordinibus, & de alijs differentijs Angelorum. Propter quod ſciendum, quòd excellẽtia includitur in ipſis ordinibus, & in ipſis Hierarchijs, quia ex hoc alij ſunt excellentiores alijs, nam ſunt de ſupetiori ordine, vel de ſuperioti Hierar. Ex ordine enim, & Hierar. differentia ſumitur inter Angelos, qnia ex hoc ab inuicem differunt, qoia ſunt de alio, & alio ordine, vel de alia, & alia Hierar. In toia ergo iſta quinta parte intendit agera de quibuſdam conditionibus, & differentijs bonorum Angelorum, qnas ſortiti ſnt poſt eorũ conuerſionem. Nam poſtquàm determinatum eſt da Angelis, quando creati ſunt, & vbi, & qua-

A les creati ſunt in ipſo creationis initio, & quales poſt creationis initium per cõuerſionem, & auerſionem ſunt effecti. Reſtat quinto, & vltimo declarare poſt ipſam conuerſionem, quas conditiones, & quas differẽtias ſunt ſortiti. Poſſumus autem circa Angelos poſt eorum conuerſionẽ tres conditiones, vel tres differentias aſſignare. Vt prima conditio, & prima differẽtia ſit, quia poſt conuerſionem ſunt diſtincti per ordines, & Hierar. Secunda ſit, quia diſtincti ſunt per aſſiſtentes, & miniſtrantes. Nam ſuperior Hierar. continet Angelos aſſiſtentes: infima miniſtrantes: media vtroſque. Tertia conditio, & differentia eſt: Quia diſtincti ſunt Angeli per cuſtodientes, & non cuſtodientes. Nã ſicut mitti eſt infimę Hierar. Vnde ſic cuſtodire ſingulares homines eſt
B propriè infimi ordinis in illã Hierar. De tribus ergo determinat Magiſter. Primo de Angelorũ ordinibus, & Hierarchijs. Secundo de eorum miſſione: in diſtinctione 10. ibi: {*Hoc etiam inueſtigandum.*} Tertio de Angelorum cuſtodia: in diſtinctione 11. {*Illud quoq; ſciendum.*} Diuiditur aũt hęc diſtinctio nona principaliter ĩ partes duas. Quia primo agit de ordinum diſtinctione. Secundo de reparatione, ibi: {*Notandum etiam, quod dicimus.*} Circa primum tria facit. Quia primo determinat de huiuſmodi diſtinctione. Secundo de diſtinctionis initio, quando ſcilicet inceperit talis diſtinctio. Tertio de diſtinctionis modo, & æqualitate. Secunda, ibi: {*Iam nunc inquirere.*} Tertia ibi: {*Præterea conſiderari.*} Circa primũ tria facit. Quia primo docet
C diſtinguere ordines: aſſignans nouẽ ordines Angelorũ. Secundo docet diſtinguere Hierarchias: aſſignãs in Angelis tria terna. i. tres Hierarchias, continens quælibet tres ordines, ibi: {*Et inueniuntur.*} Tertio aſſignat huiuſmodi diſtinctionis rationem, ibi: {*Hic conſideraudum.*} Circa quod tria facit. Quia primò ex diffinitione ordinis oſtendit quomodo rationabiliter huiuſmodi ordines ſunt diſtincti, vt Seraphin, quia conueniunt in ardore: Cherubin in ſcientia, & ſic de alijs. Secundo circa diſtinctos aſſignat nominationis cauſam, vt ſupremi. ſ. Seraphin nominati ſunt à ſupremo dono: ab incendio charitatis. Alij. ſ. Cherubin: ab alio dono poſt iſtud: videlicet à ſcientia: Throni à dono, quod eſt poſt ſciẽtiam. ſ. à iudicio, & ſic de alijs. Tertio circa
D huiuſmodi nominationem monet quandam quæſtionẽ, & ſoluit. Secũda ibi: {*Hæc nomina illis.*} Tertia ibi: {*Sed hic oritur quæſtio.*}

Tunc ſequitur illa pars: {*Iam nũc inquirere.*} vbi agit de huiuſmodi diſtinctionis initio. Circa quod quatuor facit. Quia primo quærit vtrũ ab ipſo initio creationis fuerint ſic diſtincti ordines, & arguit, quòd ſic. Secundo obijcit ad partem contrariam. Tertio circa quæſitum determinat veritatem. Quarto oſtendit, quòd has differentias Angelorum ille ſolus ponderare, & ordinare potuit, qui omnia conſtituit in pondere, numero, & menſura. Secunda ibi: {*Sed non videtur.*} Tertia ibi: {*Ad hoc dicimus.*} Quarta ibi

{*Has*

{*Has autem inuisibiles.*} Tũc sequitor illa pars: {*Præterea considerari.*} in qua agit de huiusmodi distinctionis modo, & æqualitate: Vtrum in eodem ordine omnes Angeli sint æquales. Circa quod tria facit. Quia primo quæstionem mouet. Secundo circa quæsitum veritatem determinat, quòd nõ omnes eiusdem ordinis sunt æquales. Tertio per quoddam simile declarat huiusmodi veritatem. Secunda ibi: {*Sicut enim.*} Tunc sequitur illa pars: {*Notandum etiam est,*} in qua agit de ordinũ restauratione. Et primo q̃rit quomodo dicitur decimus ordo restaurari, ostendens hoc non esse dictum, quòd omnes homines assumantur ad vnum ordinem, quòd faciant decimum ordinem, sed assumũtur omnes ad nouem ordines aliqui ad vnum ordinem, aliqui ad alium: dicitur tamen restaurari decimus ordo, quia restaurabitur per homines ruina Angelorum, de quibus tot ceciderunt nomero, q̃ fuit quasi decima pars, vnde dictus est decimus ordo restaurari. Secundo veritatem determinat circa numerum saluandorum, per quos restaurabitur ruina Angelica, ostendens, quòd saluabuntur de hominibus: non quot ceciderunt de Angelis, sed quot remanserunt. Tertio excludit circa hoc quorundam contrariam opinionem. Secũda ibi: {*Non.n.iusta.*} Tertia ibi: {*A quibusdam tamen.*} Et in hoc terminatur sentẽtia lectionis, & Distinctionis.

QVÆSTIO I.

De Angelorum Hierarchijs.

QVIA Magister in hac distinctione circa Angelos de tribus tractat, videlicet de Hierarchijs Angelorũ, de ordinibus eorum, & de restauratione Angelorum fienda per homines: ideo de his tribus quæremos. Circa primum quidem, videlicet circa Hierarchias Angelorum quæruntur. 5. Primo quidem quæretur de diffinitione Hierarchiæ. Secundo de diuisione. Tertio de connexione Hierarchiarum. Quarto de actibus Hierarchicis in se. Quinto de modo, & qualitate huiusmodi actuum.

A

ARTIC. I.

An Hierarchia à Dionysio sit bene data. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 2. sent. d. 9. ar. 1. Ric. d. 9. q. 1. Alb. Magn. de Hierarch. q. 7. ar. 1. Durd. d. 9. q. 1. Biel. d. 9. q. 1.

B

AD primum sic proceditur: Diffinitur quidã Hierarchia à Dionysio 3. de Angel. Hierarchia, quòd est ordo diuinus, scientia, & actio. Sed contra: Videtur, quòd inconuenienter dicatur Hierarchia esse ordo: cum ordo sit pars Hierarchiæ, & pars non prædicetur de toto. Hierarchia qd.

Præterea aliud est esse quid ordinatum, & aliud esse ordinem ipsum. Hierarchia quidem est quid ordinatum, quia est quidam sanctus, & ordinatus principatus. Hoc enim intelligimus nomine Hierar. vt sicut, si hic inferius esset aliqua ciuitas sancta, vbi omnia ordinatè fierent: diceretur in ciuitate illa esse sanctus, & ordinatus principatus. sic tota multitudo Angelorum est quædam ciuitas sancta, & est inter eos quidam sanctus, & ordinatus principatus. Hierarchia ergo, & principatus, qui ponitur in ipsis, cum sit quid ordinatum, non erit ipse ordo.

Præterea videtur, quòd inconuenienter dicatur esse scientia, quia scientia non cõtinetur sub ordine, nec ordo sub scientia. Nam ordo est in prædicamento Relationis secundum esse: scientia verò est relationum secundum dici, & est in prædicamẽto Qualitatis. Non ergo vnum est sub alio, nec pertinent ad idem genus. Propter quod ex talibus non vna potest diffinitio confici.

C

Præterea, sicut in Angelis est ordo secundum scientiam, sic in eis est etiam ordo secundum alia dona tam naturalia, quàm gratuita. quoniam omnia talia excellentiori modo suor in superioribus, quàm in inferioribus. Non ergo debet diffiniri Hierar. secundum ordinem scientiæ tãtũ, sed secundum ordinem omnium donorum.

Præterea: Magister in littera diffiniens ordinẽ, qui est pars Hierar. dicit, quòd ordo est multitudo cœlestium spirituũ, qui inter se in aliquo monere gratiæ similantur, sicut & in naturalium datorum participatione conueniuot. Si ergo in diffinitione ordinis ponuntur dona gratiarum, & dona naturalia, & non ponuntur ibi dona scientiarũ: videtur, quòd in diffinitione Hierar. quæ non est nisi quædam continentia aliquorum ordinum, similiter fieri debeat. Ordo qd.

D

Præterea: videtur, quòd inconuenienter dicatur Hierarchia esse actio, quia Hierarchia est qd commune ad assistentes, & ministrantes. Nullus est enim angelus, qui non sit in aliqua Hierar. Cum ergo actio respiciat ipsos ministrantes tantum: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est ipse Dio. qui, vt dictum est, sic Hierarchiam diffinit.

Dub. I. Lateralis.

An Hierarchia sit quid deiforme. Conclusio est affirmatiua.

Biel d. 9. q. 3.

VLTERIVS autē dubitatur, quia Dio. eodem lib. & c. cum primum dixisset, ꝙ Hierarchia est diuinus ordo, scientia, & actio: postea, quasi complēs prædictam diffinitionem primam, vel dans aliam diffinitionem secundam dicit, ꝙ Hierar. est quid Deiforme, quātum possibile est similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in Dei similitudinem afcēdens. Insuper eodem lib. & c. dans aliam diffinitionem tertiam de Hierar. dicit, quòd intentio Hierar. est ad Deum quantum possibile est similitudo, & vnitas: ipsum habēs omnis sanctæ scientiæ, & actionis ducem, & ad suum diuinissimum decorem immutabilitatis quidem diffinies. Amplius eo. c. dans quartam diffinitionem de Hierar. dicit ipsam esse sacram quandam vniuersaliter dispositionem imaginem diuinæ speciositatis in ordinibus, & scientijs restaurans Hierarchicis propriæ illuminationis sacrificantem mysteria, & ad proprium principium, vt libet, assimilatā.

Sed contra: In omnibus his diffinitionibus ponitur, quòd Hierar. sit quædā Deiformitas, vel quædam similitudo ad Deum. cum ergo in diuinis personis non sit ordo scientiæ, & actionis, quia non est ibi ordo, ꝙ vna persona sit dignior alia, vel prior alia, vel quòd sit potior in scientia, vel in actione, quàm alia. Non est. n. ibi inter diuinas personas ordo nisi naturæ. i. originis naturalis: prout vna est ex alia: non ergo est inter eas Hierar. Propter quod Hierarchia Angelorū nō debet diffiniri per similitudinem ad Deum, vel ad diuinas personas, inter quas non est Hierar.

Ordo originis naturalis in diuinis.

Præterea in tertia diffinitione dicitur Hierar. esse similitudo, & vnitas ad Deum, cum autem ipsa similitudo ad Deum sit quędam vnitas ad ipsum, superfluè ponitur ibi vtrunque.

Præterea in secunda diffinitione, quæ, vt patebit, potest esse per se diffinitio, & potest esse cōplementum diffinitionis primæ dicit, quòd Hierar. est quid Deiforme: quantum possibile est similans, & ꝙ cū proportionaliter in Dei similitudinem ascendens, vbi videtur, ꝙ non sit nisi repetitio vnius, & eiusdem.

Præterea in diffinitione quarta, cum dicitur: Imago est diuinæ speciositatis, & cum additur, ꝙ est assimilata ad proprium principium, nō videtur, nisi quædam inculcatio verborum, & quædam inutilis repetitio.

IN CONTRARIVM est Dio. qui oēs has diffinitiones assignat in 3. c. cęlestis Hierar.

Dub. II. Lateralis.

An Hierarchia sit ordinata potestas. Conclusio est affirmatiua.

Perbel. d. 9. q. Land. d. 9. q. 1.

VLTERIVS autē dubitatur de diffinitione, quę datur à Magistris, & à Doctoribus, ꝙ Hierar. est sacrarum rerum, & rationabilium ordinata potestas: in subditis debitum retinēs dominatum: hanc etiam diffinitionem quidam ascribunt Dio. quæ satis posset, & si non quantū ad verba: saltem quantum ad intellectum, haberi à Dionysio.

Sed contra: Dicit enim, quòd Hierar. est ordinata potestas: nullam mentionem faciens de scientia ex actione, sed cum Dio. diffiniat Hierarchiā per scientiam, & actionem: ergo, &c.

Præterea videtur, quòd inconuenienter dicatur Hierar. esse sacrarum rerum. Nam cum ponamus Hierar. Non solum Angelicam, sed etiā Ecclesiasticam, in qua contingit aliquando principari personas non sanctas: non videtur, quòd conuenienter ibi addatur sacrarum rerum, cum sine hoc possit ibi reseruari ratio Hierar.

Præterea videtur, quòd inconuenienter addatur: in subditis debitum retinens principatum. Nam secundum Dio. 3. de Angelica Hierar. ordo Hierar. est quosdam quidem purgari, quosdā verò purgare, & quosdā quidē illuminari, quosdam verò illuminare. Ad Hierar. ergo pertinet non solum lumen transfundere, quod fit in subditis, sed etiam lumen recipere, quod fit à superioribus. Non ergo debuit diffiniri Hierar. solum per dominatum in subditis, sed etiam per susceptionem à supremis.

Resolutio Art. I.

Gradus, Principatusq; inter creaturas, etiam superiores esse oportet, vt vnus ab alio illuminetur. Omnes. n. creaturæ, quasi quidam numeri ab vnitate, à Deo procedunt.

RESPONDEO dicendum, ꝙ cum omnes creaturæ procedāt à Deo, quasi quidam numeri ab vnitate, oportet inter ipsas creaturas esse quosdam gradus, & quosdam ordines sub vno Principe: videlicet sub Deo: propter quod totā cōgeries creaturarum,

Creaturæ à Deo, vt numeri ab vnitate.

turarum: est quasi quidam principatus huiusmodi principis, ideo concluditur in Metaph. quòd est vnius principatus, & vnus Princeps. Nam si plures mundos fecisset Deus: omnes posset dici vnus principatus, quia omnes essent vnius principis: & sicut vniuersa creatura dicitur esse quidam principatus sub Deo, sic & ioter ipsas creaturas oportet dare aliquas principari alijs. Sicut enim oumeri in quodam ordine se habét ad voitatem, sic & vnioersæ creaturæ in quodam ordine se habent ad Deum, vt ratione maioris perfectionis quędam dicantur esse propè Deum. Quædam autem ratione impersectionis longè à Deo, & prupè nihil. Secundum quem modum Aug. 12. Confess. loquens de Deo dicit: Tãto à te aliquid longius est, quanto dissimilius. Et ibidem ait, quòd duo fecit Deus: vnum propè se, scilicet Angelicam naturam: aliud propè nihil: informem scilicet materiam. Prout ergo inter creaturas aliquæ sunt Deo propinquiores, vel similiores: aliquæ à Deo remotiores, vel minus similes: possumus in ipsis creaturis pone re quendã principatum, vt quod superiora principentur inferioribus, & inferiora per superiora regentur, vt totum sic reducatur in Deum: tanquàm in summum principem. Vnde Aug. 3. de Trinit. dicit, quòd corpora grossiora, & inferiora: per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur, & ita omnia corpora per spiritum, & sic vniuersa creatura per creatorem. Sicut ergo in ipsis corporibus quædam sunt superiora, quædam inferiora, & quæ ordinata sunt propter hoc dicũtur superiora inferioribus principari, & inferiora per superiora dirigi. Sic multo magis in illa cœlesti militia in illis beatis spiritibus, vbi magis refulget bonum diuinum, secundum quendam ordinem dicemus ibi principatum esse. Et quia non est dignum, quòd ibi sit principatus quicunque, sed principatus sacer: ideo dicimus in eis esse Hierarchiã, vel Hierarchias, quod idem sonat, quòd principatus sacer, vel principatus sacri. Dicitur enim Hierarchia à Hier. quod est sacrum, & archos, quod est princeps: quasi principatus sacer, quam Hierarchiam Angelicam volens Dionysius diffinire dicit, quòd est ordo, scientia, & actio, quam diffinitionẽ, vt verbis planioribus exponamus, dicemus, quòd est ordinata potestas, secundum scientiam in actionem progrediens: cum ergo principatus in creaturis sit numen officij, & sit omen potentiæ: tripliciter poterit huiusmodi diffinitio declarari. Nam in Angelo non suot nisi duæ potentię: intellectus scilicet, & voluntas. Poterit ergo declarari prædicta descriptio: prout describitur per vtranque potentiam angelicam, per volũtatem scilicet, & intellectum, vel poterit secundò declarari: prout describitur per alteram tantum, vt per intellectum: vel etiam tertiò prout describitur tanquam quoddam officium à Deo institutum. Institute enim Deus, quòd superiores Angeli haberent principatum super inferiores: oportet ergo, quòd huiusmodi principatus attendatur secundum aliqua opera, & secundum aliquas actiones, quas habent superiores in inferiores ex institutione diuina, vt quia purgant, illuminant, & perficiunt illos. Omnis enim actio egreditur ab aliqua potentia. Propter quod talis principatus, vel describetur per ipsas potentias, à quibus egrediuntur actiones illæ, vel describetur, vt est quædam institutio diuina: idest quoddam officium à Deo institutum, secundum quod talia opera fiuot. Et quia actiones illæ Hierarchiæ sunt operationes intellectuales, prout Angeli se inuicem à nescientia purgant, se illumioant, & secundum scientiam se perficiuot, cum intellectus in talia opera exeat per imperium volũtatis, possunt hęc opera attribui ipsi intellectui tantum, & etiam possunt attribui tam intellectui, quàm voluntati: prout voluntas habet intellectui talia opera imperare. Si ergo consideremus vtranque potentiam: intellectum scilicet, & voluntatem: Hierarchia est diuinus ordo: idest ordinata potestas à Deo quantum ad voluotatem: prout Angeli habent ordinatum velle: & est scientia, idest ista ordinata potestas, & istud ordinatum velle est secundum scientiam: idest secundum scientificas res: cuiusmodi sunt posse purgare, &c. & est actio, idest in actionem progrediens. Angelus ergo prout à Deo habet hãc ordinatam potentiam, vt quia habet ordinatam voluntatem, & ordinatè vult, oon quæcunque, sed vult ea, quæ sunt secuodum scientiam, vt quia vult purgare, illuminare, & perficere inferiores, & quia illam ordinatam voluntatem secundum talia scientifica deducit in actum, quia sic purgat, & illumioat inferiores: in hoc stat totus principatus Angelorum. Erit ergo talis principatus ordinata potestas: quantum ad voloutatem: & scientia, quantum ad intellectum: & actio, prout talia opera complet. Ordo ergo, siue ordinata potestas, aut ordinata voluntas: erit ibi tanquã quid commune, & tanquam genus. Scientia, & actio eruot ibi tanquam differentiæ contrahentes. Nã ordinatè velle potest respicere, vel scientifica, vel alia. Principatus ergo Angelorum potissimè attenditur per ordinatè velle scientifica: prout vnus modo ordinato vult docere alium. Et oon solum attenditur talis principatus per ordinatè velle oon quæcunque, sed scientifica, & etiam per ordinatè huc opere adimplere, vt dicamus, quòd sicut Philosophus voluit, quòd Legislator principaliter debet intendere inducere hominem ad virtutem, vt secundum hoc principatus Legislatoris sit hominem inducere ad virtutem, cum virtus, vel opus virtutis in hoc potissimè consistat, vt habetur in secundo Ethicorum: tu velle, & scire, & incommutabiliter operari: dicemus, quòd principatus talis cõsistit, quòd opera virtutis princeps in se velit, sciat, & incommutabiliter operetur, & faciat alios velle scire, & incommutabiliter operari. Et quod dictum est de principatu hominum respectu virtutis, veritatem habet de principatu Angelorum, &

Aristot. c. 55. in calce.

Tomo 1.

Tomo 1. cap. 4.

Hierarchia vnde dicat, eiusq; diffinitio.

Angelorum duæ potentiæ.

Hierarchia officium à Deo institutum.

Principatus Angelorũ.

Principatus hominum.

2. Eth.

& respectu scientiæ, vt dicamus, quòd principatus angelorum in hoc potissimè cõsistit, quòd angeli superiores ordinatè velint causare scientiã in inferiores, & quòd actu ipsos illuminent, & in eis scientiam causent: & illi inferiores sic illuminati à superioribus & hæc eadem ordinatè causare velint, sciant, & agant in alios inferiores? & infimi postea angeli hoc agant in homines, vt nullus sit angelus ab istis Hierarchicis actibus exclusus, qui non illuminetur, & illuminet: purgetur, & purget: sed aliqui angeli sunt, qui illuminantur à Deo, & illuminant angelos, vt supremi; Aliqui qui illuminantur ab angelis, & illuminant homines, vt infimi, & sic omnia reducuntur in Deum: homines per angelos infimos: illi per medios: medij per supremos. quod quomodo sit, in sequentibus quæstionibus clarius apparebit. Ad præsens autem scire sufficiat, quomodo secundum voluntatem, & intellectum per opera Hierarchica, quæ sunt purgare, &c. attenditur Angelorum principatus.

Alio quidem modo potest exponi diffinitio dicta, vt ordo, siue ordinata potestas, & scientia non referantur nisi ad intellectum, vt dicamus, quòd ordo i. ordinata potestas, sine ordinatè posse, & tale ordinatè posse, quòd sit secundum scire: & tale ordinatè scire, quòd sit secundum agere. i. quòd sit opere adimpletum, & ad opus ordinatum: est id, in quo consistit Angelicus principatus, vt in hoc sibi inuicem principẽtur: prout superiores possunt ordinatè illuminata inferiores, & eos ordinatè illuminant.

Vt ergo hæc omnia clarè intelligantur et sciendum, quòd intellectus tripliciter potest considerari. Primò, vt potentia est. Secundò, vt talis potentia, quæ habet facere opera intellectualia: cuiusmodi sunt purgare à nescientia, & illuminare, & perficere per scientiã. Tertiò potest cõsiderari intellectus prout talia deducit in actũ. ergo in intellectu prout est quædam ordinata potentia: & prout est talis ordinata potentia, quod est illud, in quo recipitur scientia: & prout opera scientifica facit, dicitur consistere Angelicus principatus. Et quia non cõsistit Angelicus principatus in tali ordinato posse, quod est secundũ sic scire, & sic agere: nisi prout omnia ista sunt à Deo: ideo huiusmodi Hierar. dicitor esse, & diuinus ordo, a quo est tale ordinatum posse, & diuina scientia, quia ab ipso est tale scire, & diuina actio, quia ab ipso est tale agere. Si ergo quæratur, quod istorum se habeat, vt magis cõmune, & quasi genus secundum hunc modum exponendi: & quod sit minus commune, & quasi differentia; Dicemus, quòd potentia potest cõsiderari dupliciter, vel generaliter, vel secundũ, quod est perfecta. Si consideretur generaliter, sic est in plus, quàm intellectus, quia una omnis potentia est intellectus, sed econuerso. Si verò consideretur, vt perfecta, sic non est inconueniens intellectum esse in plus, quàm potentiam sic accepta, cum non omnis intellectus sit vsquequaque perfectus: vtroque autem modo potest verificari diffinitio, vel descriptio, quæ datur de Hierarchia: videlicet, quòd intellectus contrahat potentiam, & econuerso.

Primus quidem modus iam pertractatus est, vt dicamus, quòd habere ordinatum posse, & tale ordinatum posse, quòd sit secundum scire, & secundum tale scire, quod reducatur in actum: est id, in quo consistit Angelicus principatus. Alio modo potest exponi dicta descriptio, vt etiam ipsum posse contrahat, & determinet ipsum scire. Nam sicut videmus in illuminatione corporali, sic dicere possumus esse in intellectuali. Nam aliqua corpora solum possunt in se lumen recipere, sed non illuminant alia, & lumen receptum non possunt in alia transfundere. Aliqua verò lumen recipiunt, & receptum transfundunt, vt Luna, & Stellæ, & corpora terrea, & polita, & per consequens splendida. Sic, & in scientia, quidam sic lumen recipiunt, vt in se fiant scientes, & huiusmodi lumen scientificum in alijs non transfundunt qualitercunq; hoc contingat. vel quia deficit obiectum, vt quia nulli sunt inferiores, quos possint sic illuminare, vel quia non habent ita plenum dominium de his, quæ sciunt, quòd possint ea debitè tradere. Hierarchia ergo non consistit in scire, & in recipere lumen quocunque modo, sed consistit in tali scire, & in tali recipere lumen, quod possit ipsum etiam in alios transfundere. secundum hoc itaque ipsa acceptio diuinæ scientiæ, qua concomitatur ordinata potentia transfundendi illam in alios, & ad quam sequitur ipse actus transfusionis: est id, in quo consistit Hierarchia Angelica. Prout ergo Angeli sic illuminantur à Deo, & sic accipiunt à Deo scientiam, quòd possunt eam in alios transfundere, & actu eam transfundunt: est id, in quo consistit principatus Angelicus. Propter quod ibi concurrit scientia, & ordo. i. ordinatè posse scientiam communicare, & actio. i. hoc actu agere. Et quia vnumquodque perfectum est, cum potest sibi simile generare: ideo diximus, quòd potentia perfecta, secundum quam potest illuminatus illuminare alium & potest contrahere ipsum intellectum, qui non semper est sic perfectus.

Luna, & Stellæ recipiũt lumẽ, acceptoq; illuminãtur.

2. de anima 14.

Visu, quomodo descriptio Hierarchiæ potest accipi prout ordo. i. ordinata potẽtia referitur ad voluntatem, & scientia ad intellectum: & ostenso, quomodo vtraque hæc possunt referri ad potentiam intellectiuam; Volumus ostendere, quo modo tota descriptio, data de Hierarchia accipitur, vt Hierarchia, vel principatus est quoddam officium diuinitus institutum, vt dicamus, quòd prælatio debet esse sine præsumptione, sine reprehensione, & sine negligentia. Sine præsumptione, vt nullus assumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron, vt dicitor ad Hebreos. Requiritur ergo potentia in Prælato, vt habeant

Hebr. 5. Prælatorum tria necessaria.

habeant auctoritatem, vt sit sine præsumptione sua prælatio. Requiritur ibi scientia, vt sit sine reprehensione. quia quantumcunque haberet auctoritatem, & nesciret agere opera prælationis, reprehensibilis esset. Tertio requiritur ibi actio, vt sit sine negligentia. ergo ordo. i. ordinatè posse, & scire, & agere est id, in quo cõsistit quasi quilibet principatus, sed diuersificari poterunt principatus, prout in alio, & alio principatu alia, & alia sunt agenda. Ideo dicit Hugo in Commento super Angelica Hierarchia exponens præfatã diffinitionem, siue descriptionem, quòd in ordine attenditur officium: in scientia discretio: in actione ministerium, siue opus. Et subdit, quòd actio sine ordine, & sine officio est præsumptio. Nam qui vult agere opera prælationis, & non habet ordinem. i. ordinatam potestatem, siue nõ habet auctoritatẽ, & prælationis officium: illis præsumit, quia vltra suam auctoritate, & vltra suas vires vult agere. Sic etiam secundum eundem Hugonem: ordo sine actione est negligẽtia. Nam, qui habet ordinem. i. ordinatam potestatem, & prælationis officium, si non vult secundũ illam agere, negligit. Secundum ipsum etiã Hugonem; sine scientia actio, & ordo est reprehensibilis. Nam habere ordinem. i. ordinatam potestatem, & officium prælationis, & esse ignorantem, vel velle agere opera prælationis, & nescire, reprehensione non caret. Et quia in Hierarchia, siue principatu angelico nulla debet esse pʒsumptio, nulla negligẽtia: oportet, quòd Hierarchia illa sit ordo actio, & scientia. Hęc ergo diffinitio, siue descriptio data de Hierar. est declarata. Primo prout ordo. i. ordinata potestas, & scientia referuntur tam ad intellectum, quàm ad voluntatem Angelorum. Secundo prout hæc duo referuntur tantum ad intellectum angelicum: ita tamen, quòd ibi scientia contrahit ordinem. i. ordinatam potestatem. Tertio prout hæc duo referuntur ad intellectum tantum econuerso: videlicet quòd ordo. i. ordinata potestas cõtrahit scientiam. Quarto prout hæc refetũtur ad ipsum officium, quod dicitur esse Hierarchia, siue principatus, ad quem oportet concurrere scire, vt sit huiusmodi officium sine reprehensione: ordo. i. ordinatè posse, vt sit sine præsumptione, & agere, vt sit sine negligentia, secundum quem modum non solum Hierarchia, siue principatus in Angelis, sed in hominibus, si sit principatus bonus, & sanctus, sic diffiniri potest.

Hierarchiæ diffinitio, & epilog.

Aduertendum, quòd, vt diximus, huic diffinitioni datæ de Hierarchia, quod est ordo diuinus, scientia, & actio: adnectit Dio. Deiforme, quantum possibile est, similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes ꝓportionaliter in Dei similitudioem conscendens. quod totum potest accipi pro vna diffinitione, & etiam pro duabus diffinitionibus, vt quòd Hierarchia est ordo diuinus, scientia, & actio sit vna diffinitio. Quod postea sequit, ꝙ est qd Deiforme, &c. Sit alia diffinitio, quòd qualiter sit, in sequẽti qõne patebit.

A

RESP. AD ARG. ART. I.

AD primum dicendum, quod secundũ August. 19. de Ciuitate Dei: Ordo est parium, dispariumq; rerum, sua cuiq; loca tribuens dispositio. Omnis ergo congregatio, & omnis multitudo ordinata ad vnum aliquid: potest dici quidam ordo: &, si illa multitudo sit ordinata, diuidetur in plures multitudines ad inuicem ordinatas: tota huiusmodi multitudo poterit dici ordo, & etiam partes illius multitudinis: ordines quidam dici poterũt: non est ergo inconueniens, quòd tota vna Hierar. dicatur quidam ordo, & etiam partes illius: Hierarchiæ ordines quidam dici possint: immo totus exercitus Angelorum, cum totus sit quid ordinatum ad vnum aliquid, posset dici vnus ordo, non obstante, quòd in illa tanta multitudine non solum plures ordines, sed etiam plures Hierarchias dicimus ibi esse distinctas. Vel possumus dicere, quòd æquiuocatur ibi in ordine. Nam ordo, qui est pars Hierarchiæ sunt ipsi Angeli ad inuicem ordinati, & ad inuicem quandã specialem conuenientiam habentes. Ordo autẽ, qui ponitur in diffinitione Hier. r. est ipsa ordinata potestas, quam habent Angeli à Deo, secundum quam sibi inuicem principantur. Vel si volumus accipere ordinem pro ipsis, habentibus talem ordinatam potestatem, reperitur ordo in toto exercitu Angelorum, & in qualibet Hierarchia, & in qnolibet ordine, vt secundũ hoc possit cadere in diffinitione Hierarchiæ, & etiam possit esse pars eius: aliter tamen, & aliter. quia prout talis ordinata potestas reperit in tota Hierarchia, poterit pertinere ad diffinitionẽ totius: prout verò talis ordinata potestas reperietur etiam in parts Hierarchiæ, poterit pertinere ad partem.

Tomo 5. cap 12. Ordo quid sit.

Ad secundum dicendum, quòd Hierarchia potest diffiniri, siue describi, & in concreto, & in abstracto. Nam Hierarchia potest dicere Angelos sibi inuicem principantes: & sic Hierarchia est ordo. i. quid ordinatum, siue est quædã multitudo habens potentiam ordinatam, per quam personæ illius multitudinis sibi inuicem principantur: vel Hierarchia potest nominare principatum ipsum, qui attenditur in ordine habentiũ huiusmodi potestatem. Vel possumus dicere, ꝙ quilibet gradus potest dici quidam ordo, vt dicatur aliquid tot ordines continere, quot habet gradus sibi inuicem præeminentes, & etiam ordo potest dici ipsa ordinatio graduum. Hierarchia ergo contineus diuersos gradus Angelorũ: potest dici ordo in abstracto, quia est quædam ordinatio graduum.

Ad tertium dicendum, quòd substantia non habet diffinitionem per additamẽta: ideo quidquid ponitur in diffinitione substantiæ: oportet, quòd sit substantia. quia ex non substantijs non fit substantia. Et inde est, quòd si accidens ponitur

tur in diffinitione ſubſtantiæ, hoc eſt, quia ignoramus ſubſtantiarum differẽtiam, quam circumloquimur per illud accidens: ſemper tamen in diffinitione ſubſtantiæ fungun tur vice ſubſtantiæ, & ſtant pro ſubſtantia: ſed poteſtas, & principatus, & talia poſſunt habere diffinitionem per additamenta. Propter quod non eſt inconueniens, quòd poſita in talibus diffinitionibus pertineant ad diuerſa genera Vel poſſumus dicere, quòd ordo poſitus in diffinitione Hierarchiæ dicit ipſam ordinatam poteſtatem. quia poteſtas pertinet ad prædicamentum qualitatis. Ordo ſit ſumptus non erit in alio prædicamento, quàm ipſa ſcientia. Sic etiam actio quantum ad id, quod eſt, vel ad id, in quo fundatur huiuſmodi actio, ad qualitatem pertinere poteſt.

Ad quartum dicendum, quòd principatus in hominibus accipitur reſpectu virtutis, vt dicatur pertinere ad Principem, ſcie ad Legiſlatorem inducere homines ad virtutem. quod ideo conuenit, quia propter ſenſualitatem mouentem in contrarium: & propter hoc, quòd nondum ſumus confirmati in bono, nõ ſtatim cum ſcimus aliquid eſſe faciendum, illud facimus, ſed ſi ſic haberemus voluntatem ordinatam, quòd in nullo retraheremur ab eo, quod ſciremus eſſe bonum, tunc principatus potiſſimè eſſet reſpectu ſcientiæ. Et quia hoc eſt in Angelis, ideo, &c. Vel poſſumus dicere, vt communiter ponitur, quòd principatus angelicus eſt in executione diuinorum officiorum. Deus ergo immediatè agit in nobis vitam gratiæ, & gloriæ, ſed executionem diuinorum ſuorum officiorum, prout ordinantur per miniſteria Angelorum ſaluare electos, exercet ſecundũ quendam ordinem: vt prima Hierarchia dicitur doceri in talibus immediatè à Deo, & ſecundum ſcientiam diuinitus acceptam illa prima Hierarchia illuminat ſecundam: & ſecunda tertiam: tertia vero actiones ſuas exercet circa ipſos homines, vt ſic quodam ordine electi reducantur in Deum. In diffinitione itaque Hierarchiæ potius ponitur ſcienna, q̃ alia dona. quia ſecundum ſcientiam dirigentem actiones Angelorum in diuinis officijs accipitur angelicus principatus.

Ad quintũ dicendũ, q̃ angeli ſm, q̃ habuerũt meliora naturalia: ſic maiorẽ, & ampliorẽ adepti ſunt gratiam, & gloriam. Propter quod Angeli vnios ordinis aliquam conuenientiam habent in natura, & gratia: ſed principatus eorum licet hoc præſupponat: tamen ſecundum hoc non attenditur, immo attenditur ſecundum illuminare, & purgare, & perficere, prout talia pertinent ad ſcientiam. Quantumcunque ergo ordo diffiniatur per huiuſmodi dona: Hierarchia tamen, vel principatus, qui eſt in ordinibus Angelorum, vel inter ipſos angelos, qui ſunt in huiuſmodi ordinibus, ſecũdum ſcientiam debet attendi. Vel poſſumus

A dicere, quòd illa diffinitio, vel deſcriptio, data à Magiſtro: magis eſt ordinis, vt vnus eſt, quàm, vt ordo eſt: deſcriptio enim ordinis, vt ordo eſt, dicitur eſſe parium, vel diſparium rerum vnicuique ſua loca tribuens diſpoſitio. Sed ſi deſcribatur ordo, non, vt ordo eſt: ſed, vt vnus eſt, vt quare hi angeli faciunt hunc vnum ordinem, & illi alij vnum alium ordinem: dicemus hoc eſſe propter conuenientiam, quam habent inter ſe, ſecundum aliqua dona naturæ, & gratiæ: hoc etiam modo ſic diffiniretur Hierarchia, vel principatus, non, vt principatus eſt: ſed, vt vnus eſt, vt quare hi Angeli pertinent ad hanc vnam Hierarchiam, & alij ad aliam, poſſet ſecundum aliquam conuenientiam aſſignari. Sed ſi

B diffiniatur Hierarchia, vt principatus eſt, hoc erit per illuminare, & illuminari, & per alia, quæ ad ſcientiam pertinent.

Ad ſextum dicendum, quòd actio, quæ ponitur in diffinitione Hierarchiæ non eſt illa, quæ eſt propria miniſtrantium, quæ eſt immediatè circa nos exhibita, ſed eſt idem, quod transfundere participatum lumen in alium, quod eſt commune omnibus. Nam omnes participatum lumen in alios tranſfundunt, vt Angeli ſuperiores in medios, & medij in infimos, infimi in homines.

Reſolutio Dub. I.

C *Hierarchiam eſſe quid Deiforme minime dubitamus. Sicut enim Deus purgat, illuminat, & perficit Angelos ſuperiores; Angeli diuinos habitus recipientes in inferiores, vel in homines agunt: Itemque his illi præeſſe dicuntur. Quamuis enim in diuinis perſonis principatus non detur, ſecundum quem ſibi ipſi præſint; in iiſdem tamen eſt principatus, qualijs præſunt. Hierarchiæ autem à Dionyſio dantur per comparationem ad ſua eſſentialia, ad ſuam formam, ad ſuum finem, & ad ſuum ſubiectum.*

D Id autem, quod quærebatur de diffinitionibus alijs à Dionyſ. poſitis: dicemus, quod principatus eſt aliquid conueniens ipſis Angelis: de his autem, quæ conueniunt ipſis rebus, non eſt inconueniens plures diffinitiones dari: vt ſi ira conuenit ipſi irato, poterunt de ira dari multæ diffinitiones ſecundum diuerſa cauſarum genera, vt dabitur de ira diffinitio materialis, quòd eſt accenſio ſanguinis circa cor. quia ex hoc ſumitur materia iræ. Dabitur etiam de ira diffinitio per cauſam finalem, quòd eſt appetitus doloris in contrario. quia hoc finaliter intendit iratus, quod contrarius ſuus, ſiue inimicus ſuus doleat, & contriſtetur.

Sic etiam secundum alia genera causarum possunt de ita aliæ diffinitiones dari. Et sicut ita est aliquid, quod conuenit irato, vel est quædam passio, & quædam proprietas irati, sic principatus est aliquid, quod conuenit principantibus, & potest dici quædam proprietas principantium.

Hierarchiæ quot, & quæ diffinitiones.

Secundum ergo aliam, & aliam considerationem poterunt de ipso principatu, vel de ipsa Hierarchia aliæ, & aliæ diffinitiones dari. Quantum autem ad præsens spectat, Hierarchia quadruplici citer considerari potest. Vno modo secundum sua principia substantialia, & essentialia, quæ sunt quasi, quid Hierarchiæ. Alio modo considerari poterit secundum suam formalem perfectionem. Tertio modo poterit considerari secundum suam finalem, quantum ad id, quod in Hierarchia intenditur tanquam finis. Quarto quidem modo pront comparatur ad omnia, videlicet pront considetatur, secundum suum subiectum, secundum suam formalem perfectionem, secundum suum actum, & secũdum sunm finem. Secundum hoc ergo assignatę sunt a Dionysio quatnor diffinitiones Hierarchiæ. Vna est, quæ dicit solum quid Hierarchiæ, vel quasi tangens materiam Hierarchiæ, & hæc est illa, quæ fuit superius posita, quòd est diuinus ordo, scientia, & actio. nam niſi esset diuinus ordo ibi, ideſt, ordinata potestas diuinitus tradita, per quam esset in principatu potestas, & auctoritas, & uisi esset ibi scientia dirigens, & actio existens, non esset ibi propriè principatus.

Hierarchiæ diffinitio materialis.

Alia autem diffinitio adnexa huic diffinitioni quæ est quid Deiformæ, quantum possibile est similans, & cæt. data est per comparationem ad suam perfectionem formalem, quæ est lumen receptum in Angelo. Possumus enim dicere, quòd in illo principatu angelico, quasi tria ibi intendantur, videlicet Deiformitas, assimilatio, & ascensus in Deum, quæ tria in prædicta diffinitione tanguntur, cum dicitur, quòd Hierarchia est Deiformè, quantum possibile est, similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in Dei similitudinẽ ascendẽs. Angelus enim recipiendo diuinum lumen, quod est sua formalis perfectio, tripliciter similatur Deo. Primo ipsam formam, & ipsam speciem luminis recipiendo. Secundo per huiusmodi lumen receptum Deum feruenter, & actu contemplando. Tertio huiusmodi lumen receptum modo, quo possibile est, in alium trãsfundẽdo, vt prima similitudo sit in forma, vel in habitu. Secunda sit in actu, quem habet immediatè in Deum. Tertia sit in actu, qué habet in alios Angelos, in quos transfundit susceptum lumen, per quã luminis transfusionem operando secundum suam proportionem, ideſt, secundum virtutem, & regulam sibi datam, in Dei similitudinem ascendit. Propter quod & Philosophi communiter posuerunt intelligentias mouentes orbem similari Deo, quia mouendo orbes, sunt causæ rerum, quarum & Deus est causa. Et quia illuminare Angelos est plus, quàm mouere orbes: Angeli superiores illuminando inferiores, & inferiores illuminando homines secundum suam proportionem prout hoc est eis diuinitus datum, & concessum, ex tali actu dicuntur fieri Deo similes: vel, quod idem est, dicuntur in diuinam similitudinem ascendere. Erit itaque Hierarchia quid Deiforme, habitum, & formam luminis a Deo suscipiendo, & Deo, quantum possibile est, similans per huiusmodi formam, & habitum in Deum actu tendendo, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionabiliter in Dei similitudinem ascendens, lumen receptum proportionabiliter in alios transfundendo, & ex hoc in Dei similitudinem ascendendo, vt ipse assimiletur Deo, illuminando alios, sicut ipsi illuminantur à Deo.

Angeli mouẽtes orbes Deo assimilamur.

Sicut ergo prima diffinitio dicit quid Hierarchiæ: ita secunda dicit propter quid. propter quod prima diffinitio est demonstrationis conclusio, hæc autem est demonstrationis principium. Est enim hic ordo in causis, vt in posterioribus diffusius diximus, quòd finis impouit necessitatem efficienti, efficiens formæ, forma materiæ, propter quod finis dictus est causa causarum. Diffinitio itaque data per finem, est ratio, & principium ad concludendum omnes alias diffinitiones.

Posteriorũ liber edictus ante 2. sent. 2. Phyſ. 81. 2. Phyſ. 31.

Est autem diligenter notandum, non esse inconueniens eiusdem rei esse multos fines, & esse finem sub fine. Ipsa ergo Hierarchia ordinatur ad lumen diuinum, quod recipit tanquam ad finem, & per huiusmodi lumen ordinatur ad Deum tanquam ad vlteriorem finem, ita quòd diuinum lumen receptum in Angelis est perfectio formalis Angelorum, quia perficit ipsos Angelos, in quibus recipetur, & est finis, quia ordinatur ad huiusmodi lumen tanquam ad quendam finem. Et quia diffinitio secunda exprimit huiusmodi lumen, quod recipitur in Angelis, quod se habet quasi finis, ideo diffinitio illa est propter quid respectu diffinitionis primæ. Diffinitio etiam tertia, quia datur in comparatione ad Deum, est propter quid, respectu omnium aliarum diffinitionum. ideo diffinitio quarta, quæ continet omnes tres primas diffinitiones, vt etiam infra patebit, est diffinitio comprehendens omnia. Bene ergo dictum est, quia si dicatur de Hierarchia, quòd est ordo, scientia, & actio, erit diffinitio illa, quæ dicit, quid Hierarchiæ, & quasi oaturam, & est demonstrationis conclusio: sed si dicatur, quòd Hierarchia est quid Deiforme Deo, quantum possibile est, similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes, & cætera. Erit diffinitio illa, quæ dicit propter quid, & quæ est demonstrationis principium. Si autem totum istud congregetur simul, erit diffinitio illa, quæ est tota demonstratio positione differens. Dionysius ergo ambas illas diffinitiones congreganit simul, vt patet

Finis rerum eanis, & eiusdem plures fines.

Forma, et finis coincidunt. 2. Phyſic. t. c. 70.

Hierarchiæ diffinitiones duę qd differant.

patet ex 3.c. ſui libri, vt daret de Hierarchia diffinitionem illã, quæ eſt quaſi tota demonſtratio.

Hierarchiæ diffinitio tertia.

Viſo ergo, quomodo accipiuntur illæ duæ diffinitiones, quas diximus ſimul in vnum connecti; Videndum eſt de alijs duabus diffinitionibus, quas etiam ſupra tetigimus. Dicemus enim, quòd, Tertia diffinitio, videlicet, quòd Hierarchia eſt ad Deum, quãtum poſſibile eſt, ſimilitudo, & vnitas, & cæt. accipitur prout huiuſmodi Hierarchia diuerſimodè comparatur ad Deum, & prout pluribus modis eum reſpicit tanquam cauſam. Et ſi dicatur, quòd Deus ſit cauſa finalis Hierarchiæ, & ideo quantum ad hoc non differt hæc diffinitio tertia à diffinitione ſecũda, data p finem; Dicemus, quòd Deus eſt finis Angelorum, Finis ergo Hierarchiæ poterit eſſe ipſe Deus, & etiam perfectio illa, quam conſequuntur Angeli, ex eo, quòd cõiungontur Deo. Et quamuis vnum per aliud poſſit cognoſci, & determinari, diffinitio tamen illa, quòd Hierarchia eſt Deiforme, &c. poteſt accipi per cauſam finalem, prout finis eſt aliqua perfectio intra, in qua diffinitione ſi fiat mẽtio de Deo, vel de aliqua re exteriori, talia accidit eſſe ibi poſita ad declarandũ ea, quæ conſequuntur Angeli per reſpectum, quem habent ad Deum, vel prout renduut in Deum, vel prout ſuum lumen tranſfundunt in alios Angelos, quæ omnia faciendo in ſeipſis dicuntur habere quãdam deiformitatem, & quãdam aſſimilationem ad Deum. Hanc ergo aſſimilationem ad Deum, & hanc perfectionem interiorem, tanquam cauſam finalem poteſt reſpicere diffinitio ſecunda. Sed diffinitio hæc tertia poteſt ſumi per reſpectum ad ipſum Deum in ſe, prout ipſe Deus eſt cã Hierarchiæ. In hac ergo tertia diffinitione ſi fiat mẽtio aliqua d pfectione aliqua citra Deũ, hoc erit, prout per illã manuducimur in ipſum Deum. Deus autem eſt in triplici genere cauſæ i formalis, exemplatis, efficientis, & finalis, ad quæ tria aptari poſſunt omnia poſita in hac diffinitione. Dicitur ergo Hierarchia ad Deũ, quantũ poſſibile eſt, ſimilitudo, & vnitas, prout reſpicit Deum tãquam cauſam formalem exemplarem; ipſum habens omnis ſanctæ, & ſcientiæ, & actionis Ducem, prout Deum reſpicit tanquam cauſam efficientem, & ad ſuum diuiſiſſimum decorem immutabiliter quidem diffiniens, ideſt, finiens, ſiue finaliter intendens, prout Deum reſpicit tanquam finem.

Hierarchiæ diffinitio quarta.

Declaratis itaque tribus diffinitionibus, volumus declarare quartam, quæ, vt diximus, quodammodo ſumitur per comparationem ad omnia, videlicet prout comparatur Hierarchia, ſiue principatus ad ſuum ſubiectum, ſiue ad eos, in quibus eſt talis principatus tanquam in ſubiecto, & prout ſumitur ſecundum ſuam formalem perfectionem, & prout comparatur ad ſuum actum, & ad ſuum finẽ. Propter quod Hierarchia dicitur vniuerſaliter quædam ſacra diſpoſitio per comparationem ad ſuum ſubiectum, quia ipſi Angeli ſanctè ordinati, & diſpoſiti, in quibus habet eſſe talis principatus, pñt dici Hierarchia. Et ſequitur, quòd eſt imago diuinæ ſpecioſitatis, ideſt, diuinæ pulchritudinis, quantum ad ſuam formalem perfectionem, quia in hoc ſtat formalis perfectio Hierarchiæ, quòd ſit quædam imago, ideſt, quædam imitago, & quædam repreſentatio illius diuinæ pulchritudinis. Et ſubdit in ordinibus, & ſcientijs Hierarchicis propriæ illuminationis Hierarchiam, ſacrificantem, ideſt eſſe ſacra facientem myſteria, quod Hierarchiæ competit, prout comparatur ad ſuum actum. nam actus Hierarchiæ eſt ſacrificare, ideſt, ſacra facere myſteria propriæ illuminationis, ideſt, proprij in nimis ſuſcepti in ordinibus, ideſt, in ordinatis potentijs, & ſcientijs. nam ſecundum ordinatam potentiam, & ſecundum ordinatam auctoritatem, nec non, & ſecundum ſcientiam, quam accepimus a Deo, illuminationis myſteria in alios ſibi ſubiectos debent ſacrificare, ideſt, ſacra facere. Et ſubditur Et ad proprium principium, vt liber, ideſt, quantum poſſibile eſt, aſſimilatam, & hoc quantum ad finem, quia hoc ibi intenditur finaliter, quòd vt liber, ideſt quantum eſt poſſibile ſuo principio ſimiletur. Vniuerſaliter ergo, ideſt, ſecundum omnes conſiderationes, Hierarchiam dicimus eſſe ſacram diſpoſitionem ratione ſubiectorum Angelorum dicimus eam eſſe imaginem diuinæ ſpecioſitatis ratione ſuæ completæ perfectionis, & eſſe in ordinibus, & ſcientijs ſacrificantem myſteria propriæ illuminationis, quantum ad ſuum actum; & vt libet, ideſt, quantum liber, & quantum poteſt, quia non perfectè poteſt eſſe ſuo principio ſimilata, quãtum ad id, quod ibi intenditur tanquam finis.

Aduertendum ergo, quòd & ſi idem aliquomodo ſit eſſe imaginem diuinæ ſpecioſitatis, & aſſimilari ſuo principio; non tamen pro eodem ſumitur hoc, & illud, ſed vnum accipietur pro perfectione formali, aliud pro intentione finali. Et ſi dicatur, quòd ipſa formalis perfectio finaliter intenditur, dicemus, quòd formalis perfectio poteſt accipi dupliciter, vel inhærens, vel exemplar. Erit ergo Hierarchia imago diuinæ ſpecioſitatis, prout eſt adepta tãtam perfectionem in ſe, & erit aſſimilata ſuo principio, prout finaliter tẽdit in ipſum tanquam in ſuum exemplar. Ideo additur ibi, vt libet, ideſt, vtcunque, quia nullus eſt, qui poſſet perfectè ſequi Deum factorem ſuum. Quia ſi econuerſo aliqui vellent accipere, vt quòd per aſſimilationem ad ſuum principium vellent intelligere perfectionem in Angelis formaliter inhærentem, per imaginem diuinæ ſpecioſitatis, vellent intelligere formam exemplarem, quã imitantur velut illud, cuius ſunt imago, non multum curaremus de verbis, dum conſtaret de rebus.

Sanctè non agere vade.

Aduertendum etiam, quòd ſacrificare, vt exponebamus, pót accipi pro ſacra factione. Quòd aũt aliquis non ſanctè agat, & ſuam actionem nõ ſanctam faciat, ex cibus potaſt contingere, vel quia non inde ſurgit in Creatoris laudem, vel

quia modum suæ potentiæ, & suæ virtutis excedat: vel quia suum talentum non multiplicat, & remisse agit. Ideo quilibet talis, vel peccat contra ordinem, ideſt contra ordinatam, quam accepit, potentiam. quia excedit modum, & non agit secundum suam virtutem, & secundum legem sibi traditam, vel peccat contra scientiam, quia non surgit inde in laudem Creatoris, à quo scit se tale talentum accepisse: vel peccat contra reuelationem mysterij, quia non reuelat mysteria, & non docet ea alios, nec illuminat eos, sed magis abscondit talentum sibi traditum. Hierarchia ergo Angelorum, quantum ad suas actiones erit in ordinibus, ideſt secundum ordinatas potestates à Deo traditas, quas non excedunt, & erit in scientijs, per quas in diuinam laudem surgunt, & erit secúdum proprias illuminationes, per quas alios illuminant, & talentum sibi traditum non absconduut. & hoc erit per omnia hæc sacrificãst ideſt facta faciens sua mysteria, quæ omnia haberi possunt ex commento Hgonis diffinitionẽ traditam exponentis.

Hierarchiæ diffinitiones quot.

Aduertendum etiam, quia diffinitiones datæ à Dionysio sunt quatuor, & tres. Nam si accipiatur diffinitio, quæ est solum demonstrationis principium, dicens formam: vel quæ est solum demonstrationis conclusio dicens quasi materiã, sic sunt quatuor, quia prima duo dicta Dionysij sunt duæ diffinitiones: & talia dno sequẽtia sunt dnæ aliæ diffinitiones, quæ quomodo distinguantur, est per habita manifestum. Sed si accipiatur diffinitio, prout est tota demonstratio, sic omnes diffinitiones præfatæ non sunt nisi tres. quia prima duo dicta eius vnam totalem quandam faciunt diffinitionem.

Aduertendum etiam, quòd prima diffinitio dicit essentialia Hierarchiæ, videlicet, quòd est ordo, ideſt ordinata potestas, scientia, & actio. Secunda dicit perfectionem formalem. Tertia exprimit causam finalem. Quarta exprimit omnia, videlicet subiectum, formam, actũ, & finẽ: vt ex parte subiecti accipiatur potestas, & scientia, quæ sunt perfectiones subiecti, ideſt sunt perfectiones angelorum, in quibus tãquam in subiecto habet esse Hierarchia. Igitur diffinitio quarta prout cõtinet subiectum, ex parte cuius se tenent potestas, & scientia: & prout continet actum, continet diffinitionem primam, quæ est potestas, scientia, & actio: prout vero exprimit formam, siue perfectionem formalem, continet diffinitionem secundam: sed prout exprimit finem, continet tertiam, & ideo dicitur omnia continere.

A aliam, sed maximè est ibi Hierarchia respectu aliorum. Nam quamuis vna persona non principetur alij, nec diminuetur; tota tamen Trinitas omnibus alijs rebus principatur, & dominatur. Angeli ergo superiores illuminando inferiores assimilantur diuino principatui, à quo est omnis principaliter illuminatio.

Hierarchia an sit in vna tantum persona.

Distinguunt tamen quidam Hierarchiam, in supercælestem, quam dicunt diuinam: cœlestem, quam dicunt angelicam. & subcœlestem, quam dicunt humanam. quod verum est, si sic intelligatur, quòd in diuinis personis non sit proprie Hierarchia, siue principatus respectu suipsarum: vt, quòd vna proprie principetur alij, respectu tamen B aliorum per Autonomasiam sit ibi principaliter principatus. Nam productio creaturarum non solum manuducit nos in vnitatem essentiæ, sed etiam in Trinitatẽ personarum. quid autem sit de nostra manuductione, ipsa tamen emanatio personarum est ratio emanationis creaturarum, vt secundum hoc sit Hierarchia in Deo quantum ad vnitatem essentiæ, & Trinitatem personarum, prout effectus omnes ab vno Deo, præsuppositis personarum emanationibus, originem sumunt: vt ex hoc Trinitas vnus Deus, non solum omnibus angelis, sed omnibus suis effectibus principetur. Et quia sapientissimè principatur, cum Sapientis sit ordinare, vt dicitur 1. Metaphysic. consequens est, quòd ordinatissimè principetur, vt omnia quodam ordine gubernet, vt C corporales creaturas, mediante spirituali: spirituas infectiores, mediãnibus superioribus. Deus ergo purgat, illuminat, & perficit immediatè Hierarchiam primam, vt vult Dionysius 10. cælestis Hierarchiæ. Prima autem Hierarchia agit hoc in secundam: secunda in tertiam: tertia in homines, vt ex hoc quælibet Hierarchia, quantum possibile est, Deo similetur. qa sicut Deus illuminat, purgat, & perficit superiores angelos, sic ipsi angeli in se inuicem, vel in homines hoc agunt.

Ad formam ergo arguendi, cum dicitur, quòd in diuinis personis non est Hierarchia: patet, quòd licet in diuinis personis non sit propriè principatus, secundum quem præsint sibi; Est tamen ibi principatus, secundum quẽ D præsunt alijs. Vnde & Dionysius 1. cælestis Hierarchiæ dicit, quòd diuina pulchritudo, & simplas &, vt optima: &, vt consummatiua, distributiua est proprij luminis, secundum vnuscuiusque dignitatem. quod dictum secundum Expositores de Hierarchia supercœlesti, siue diuina intelligi debet.

Ad secundum dicendum, q enim diffinitur Hierarchia, q est similitudo, & vnitas ad Deũ, non est ibi verborũ inculcatio. quia vnũ istorũ potest referri ad Dei formitatem in habitu: &

aliud

Ressp. ad arg. dvb. 1.

AD primum dicendum, quòd in diuinis personis non est propriè Hierarchia respectu sui ipsarum, vt quòd vna persona purget, illuminet, vel perficiat

aliud in actu, vt dicatur Hierarchia angelica esse diuina similitudo participando sanctos habitus, & dicatur Deo esse vnita per illos habitus actualiter tendendo in Deum.

Ad tertium dicendum, ꝙ ibi, non est eiusdem repetitio. Nam Hierarchia Angelorum respectu Dei est quid deiforme diuinos habitus recipiendo: est Deo similis Deum actu contemplando, est in Dei similitudinem ascendens alios illuminando.

Ad quartum dicendum, quòd non pro eodē accipitur ibi imago diuinæ speciositatis, & assimilatio ad proprium principium, vt est per habita declaratum.

Resolutio Dub. II.

Hierarchia est ordinata potestas, & connexio secundum finem, perfectionem, actionemq; accepta, cuius diffinitio à Dionysio deprompta, non re, sed verbis, & superficie tenus ab aliorum Doctorum de Hierarchia diffinitione differt.

Hierarchia diffinitio data à Doc. an sit conueniens.

AD id autem, quod quærebatur de diffinitione data à Doctoribus, quòd Hierarchia est sacrarum, & rationalium personarum ordinata potestas in subditis debitum retinens Dominatum, dici potest, ꝙ hæc diffinitio, licet per alia verba, est eadem cū diffinitione Diony. ꝙ Hierarchia est ordo diuinus, scientia, & actio. Nam hæc quatuor ibi ponūtur, videlicet, ꝙ Hierarchia est quid diuinum, siue quid sacrū, & est ordo siue ordinata potestas, & scientia, & actio. Sic & in hac diffinitione hæc quatuor sunt expressa, vt ꝙ Diony. dicit Hierarchia, est quid diuinum, hæc diffinitio dicit eam esse, quid sacrum, vnde ait: sacrarum. Et ꝙ Dio. dicit Hierarchiā, esse scientiam, hæc diffinitio dicit eam esse rationalium, quod ad scientiam pertinet. Nam in solis rationalibus, & intellectualibus scientia hēt esse. Et, ꝙ Diony. dicit, ꝙ Hierarchia est ordo, hoc ait, ꝙ est ordinata potestas: & ꝙ Diou. dicit, ꝙ Hierarchia est actio, hæc dicit, ꝙ in subditis debitum est retinens principatum, quod sine actione fieri non potest.

Resp. ad arg. dub. II.

AD primum dicendum, ꝙ in diffinitione data, mentio sit de scientia; cum dicitur, ꝙ est rationalium rerum, siue personarum. Nam rationale, vt rationale est, cognitionem, & scientiam quodammodo exprimit.

Ad secundum dicendum, ꝙ esse rerum sacrarum dupliciter potest intelligi, vel obiectiuè, quia versatur circa res sacras, vel subiectiuè, quia hēt esse in rebus sacris. Hierarchia quidē, tā hominū q̄ Angelorum est rerum sacrarum, quia versatur circa res sacras, vel quia ordinata est ad communicationem rerum sacrarum, tamen Hierarchia hominum non semper est rerum sacrarum subiectiuè, quòd semper sit in rebus sacris. Contingit enim malos aliquando homines fieri Diaconos, vel sacerdotes, qui licet ipsi in se non sint sacri, suscipiunt tamen characterem, & ministerū circa res sacras. Si ergo diffiniatur Hierarchia, ꝙ est sacrarum personarum ordinata potestas, &c. poterit nō conuenire Hierarchiæ Ecclesiasticæ, vbi admittuntur aliquando personæ non sacræ. sed si diffiniatur, ꝙ est sacrarum rerum, etiam de Ecclesiastica Hierarchia verificari poterit. Vel possumus dicere, ꝙ Hierarchia idem est, quod sacer principatus, quæ quantum est de congruo semper est sacrarum personarum, quia tractare sancta non debent, nisi sancti. Iuxta illud: Mundamini qui fertis vasa Domini. Isa. 52.

Ad tertium dicendum, quòd si ēt Angeli existentes in Hierarchijs purgant, & purgantur: illuminant, & illuminantur: Principatus tamen non est in Angelis, secundum quòd purgantur, & illuminantur, sed secundum, quòd purgant, & illuminant. Nam secundum Hugonem Angeli in eo, quòd illuminantur fiunt participes gratiæ, in eo verò, quòd illuminant, efficiuntur consortes, siue participes potestatis. In illuminantibus ergo est principatus, in illuminatis subiectio.

ARTIC. II.

An Hierarchia in tres Hierarchias conuenienter diuidatur.

Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p q. 108. artic. 1. Et 2. sent. d. 9 q. ar. 3. Ric. d 9. q. 2. Alb. Magn de Hierarchia, q. 7. artic. 4. Biel. d. 9. q. 1. D. Th. Arg. d. 9. q. 1. artic. 1. Dorb. d. 9. q. 1. Land d. 9. q. 5. Brul. d. 9. q. 2.

SECVNDO quæritur de distinctione, siue de diuisione Hierarchię. Et videtur, quòd inconuenienter diuidatur Hierarchia in tres Hierarchias. Nam Hierarchia principaliter videtur esse quædam potestas. nam hic est principatus, ideſt quidam potentatus. Cum ergo in quolibet Angelo sint plures potentiæ, quilibet Angelus constituet plures Hierarchias. Cum enim intellectus moueat voluntatem ostendendo sibi finem, & voluntas moueat intellectum determinando ipsum ad actum, in quolibet Angelo erunt plures principatus, secundum quòd vna potentia principatur alteri, & ecōuerso. plures ergo erunt Hierarchiæ Angelorum, quàm Angeli.

Politiæ quot, & q̄ principatū tria genera bonorum, totidemq; malorum

Præterea in vna, & eadem specie, vt puta in hominib⁹, sunt multæ politiæ, & multi principatus. distinguit. n. Philosophus in politias. 6. genera principatnū: Tria bonorū, videlicet Regnū, cū

Aristocratia, Timocratia & Oligarchia 3. Politic 5 & Aegidius libr. 3. De reg. Princip. p. 2. cap. 2.

rõne dominatur vnus: Aristocratiam, cum dominãtur plures propter virtutem: & Timocratiam, cum dominatur totus populus. Et tria malorũ, Tyranoidem, cum peruersè dominatur vnus: Oligarchiam, cum non propter virtutes, sed propter diuitias, vel propter aliquid tale dominantur plures: & Timocraticam, cum peruersè dominatur non vnus, vel plures, sed totus populus. Si ergo in vna, & eadem specie sunt plures principatus, multo magis in diuersis speciebus erunt principatus plures: & quia, quot sunt Angeli, tot sunt species Angelorum, saltem tot erũt Hierarchiæ, quot Angeli.

Præterea si esset bona diuisio Hierarchiæ in tres, vel esset hæc diuisio generis in species, vel totius integralis in partes: ooo genetis in species, quia hæc est prædicati æqualis, & vniuoca: Hierarchia autem se habet secundum sub, & supra: neq; totius integralis in partes, quia integrale non prædicatur de aliqua sua parte, ergo &c.

Præterea, quanto aliquid est Deo propinquius, tanto est simplicius, & minus multiplicatum, cum Deus sit quid omnino simplex, & vetè vnum. sed Hierarchia Angelica est Deo propinquior, quàm Ecclesiastica, cum angelica Hierarchia dicatur esse memoria inter Deum, & Ecclesiam, & homines reducantur in Deum per Angelos, sed nòs non ponimus nisi vnam Ecclesiasticam Hierarchiã, multo ergo magis non erit nisi vna Angelica.

In contrarium est, Diony. 6. cœlestis Hierarchiæ, dicens, Has, ideſt, cœlestes essentias, inquit diuinus noster protector, ideſt, Hierotheus, vel magnus Paulus, in tres segregat ternas. Dicitur enim Paulum raptum ad supremum cœlum hæc dixisse, & Diony. docuisse. Sunt ergo ibi tres ternæ, ideſt, tres Hierarchiæ, quarum quælibet est terna, ideſt, habens tres ordines. Bona ergo est diuisio Hierarchiarũ, Angelicarum in tres Hierarchias.

Dub. I. Lateralis.

An ratio diuisionis Hierarchiæ sit diuersa.
Conclusio est affirmatiua.

Vide Doct. eosdem supra citatos.

Vlterius autem dubitatur oõ solum de distinctione, siue de diuisione Hierarchiarũ, sed de ratione distinctionis, & diuisionis earum, vtrum eodem modo, siue secundũ eidem rationem fiat distinctio Hierarchiarũ, & ordinum. Et videtur, q̃ sic, quia superius, & inferius in Angelis non est nisi secundum diuersam proportionem ad receptionem diuini luminis, sed ordines in Angelis se habent sicut superius, & inferius: Cum ergo hoc modo distinguuntur Hierarchiæ, eadem erit ratio distinctionis huiusmodi, & illius.

Præterea differentia Hierarchiæ sumitur secũdum ordinem potestatis. cum ergo potentiæ distinguantur per actus, & diuersitas ordinum sumatur secundum diuersitatem actuum, videtur, quòd eodem modo distinguantur Hierarchiæ, & ordines. 2. de anima. 33.

In contrarium est, Diony. 6. cœlestis Hierarchiæ, qui loquens de ordinibus Angelorum dicit, quòd omnis Theologia cœlestes essentias nonẽ vocauit. Si ergo ordines sunt 9. & Hierarchiæ sunt tres, non est eadem ratio distinctionis vtriusque.

Resolutio Artic. II.

Hierarchia in tres partes siue Hierarchias diuidi potest, nec iniuria quidem. Idq; constat ex ijs, quæ hic inueniuntur, rebus, in quibus eos ordines superiores imitari conantur.

Respondeo dicendum, quòd circa distinctionem Hierarchiarum multos, & varios inuenimus modos dicendi. Quidam enim distinxerunt Hierarchias ex modo recipiendi lumen. Quidam ex modo se habendi. Quidam ex diuersitate cognitionum. Quidam ex his, quæ sunt essentialia Hierarchiæ. Quidam ex diuersitate statuum. Nos etiam meminimus in his, quæ Scripsimus super Epistola ad Corinth. diuisse Hierarchias, prout inuenimus in rebus alium, & alium modum bonitatis. In quibusdam autem quæstionibus, quas fecimus de Angelis, distinxisse has, vel dedisse viam ad distinguendum secundum ea, quæ videmus in sensibilibus: vt sicut in sensibilibus inuenimus distinctionem secundũ genera remota, secundum propinqua, & secundũ species, sic & ipsos Angelos distinguere per Hierarchias, est quasi eos distinguere per genera remota, per ordines, quasi per genera propinqua: sed distinguere eos per personas eiusdem ordinis, est quasi eos distinguere per species supponẽdo, quòd quilibet Angelus suam speciem constituat, & quot sunt Angeli, tot sint species Angelorum. Scripsi super Epistolas Corint. & q. de Ange. ante 2. sent.

Prima via sic patet: Videmus enim, q̃ Hierarchia Ecclesiastica maximè distinguitur ab angelica plus, quàm angelica ab angelica. & quia malè nati sumus ad sciendum, ex his, quæ videmus, in hac differentia maiori, autumare aliquid potemus de illa differentia minori. Distinguitur autẽ Ecclesiastica Hierarchia ab Angelica ex modo recipiendi diuinum lumen, quia Ecclesiastica recipit modo velato. Iuxta illud Diony. ideſt, de Angel. Hierarchia. Non est possibile nobis super lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum

luminum circunuelatum. Angelica autem Hierar. huiusmodi lumen recipit modo claro. Et sicut Ecclesiastica aliter recipit lumen, quàm angelica, sic vna angelica aliter, quàm alia: non quòd vna Hierar. angelica recipiat huiusmodi lumẽ velatè, & alia clarè, sed quia in maiori plenitudine, & per consequẽs valde alio modo recipit vna, quam alia. Sed hæc quàmuis vera sint, tamẽ valde in generali est talis distinctio, vt modicam cognitionem det de distinctionne Hierar. Nam secundum maiorem, & minorem plenitudinem receptionis luminum, non solum distinguuntur Hierarchiæ Angelicæ, sed etiam ordines, & non solum ordines, sed etiam ipsę personę Angelicæ. Nam in vno, & eodem ordine sunt angeli superiores, & inferiores, magis, & minus participantes diuinum lumen.

Secundus modus sic patet: Nam cum angeli sint medij inter Deum, & homines, & omne medium sapiat quodammodo naturam medij, & etiam extremorum; consequens est, quòd, & ipsi angeli triplicem habeant modum: diuinũ, angelicum, & quasi humanum, vt quia superiores angeli cognoscunt in quadam vniuersalitate, & sunt quasi diuini: medij cognoscunt in minori vniuersalitate, & se habent, vt angeli: infimi cognoscunt quasi in particularitate, & sunt multũ propinqui hominibus. Secũdum hæc, vt dicũt, sumuntur tres Hierar. vt suprema sit quasi tota diuina: infima sit, quasi humana: media sit quasi angelica. Nsm, & si quælibet sit angelica, media tamen per Anthonomasiam dicitur angelica, quia sic angeli sunt medij inter Deum, & homines. Sic media Hierarch. est media inter Angelos superiores, qui sunt propinquiores Deo: & inferiores, qui sunt propinquiores hominibus. Sed hoc ẽt est tractare de huiusmodi distinctionne valde in generali. Nam non solum in diuersis Hierarchijs, sed etiam in vna, & eadẽ Hierarch. & vno & eodem ordine, sunt aliqui angeli superiores propinquiores Deo. Aliqui inferiores propinquiores hominibus. Aliqui modo medio se habentes &c.

Tertius modus sic ostenditur: Dicunt enim aliqui Hierar. esse distinctas ex alio, & alio cognoscendi actu. Nam quidam angeli ita clarè vident Deum, quòd in ipso respiciunt rationes, secundum quas Deus regit vniuersum mundum secundum leges communes, & etiam secundum leges dispensatiuas ex aliquo priuilegio speciali. Et in hoc consistit conditio primæ Hierarch. Quidam autem conspiciũt rationes in Deo, secundum quas regitur totus orbis secundum leges communes. non autem secundum leges dispensatiuas speciales, & in hoc stat conditio secundum Hierarch. Quidam autem sic deficiunt à cognitione aliorum, quòd rationes, secundum quas regitur totus orbis in Deo, non conspiciunt, siue rationes illæ innitantur legibus communibus, siue legibus dispensatiuis, & specialibus: ita, q rõnes regiminis totius vniuersi in Deo nõ conspiciunt, sed solũ rõnes regiminis partiũ vniuersi, & in hoc stat conditio infimæ Hierar.

Sed iste modus distinguendi videtur recedere a modo Dion. nsm modus distinctionis Hierarchiarum secundũ eum sumitur secundum actus Hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, & perficere: Vt illi constituunt secundum Dio. primam Hierarchiam, qui immediatè purgantur, illuminantur, & perficiuntur a Deo, & agunt in Angelos. Illi constituunt mediam, qui immediatè ab Angelis hoc recipiunt, & in Angelos hoc recipiunt, & in Angelos hoc agunt. Illi autem in fimam, qui ab Angelis hoc recipiunt, & in homines hoc faciunt: Vt suprema sit media inter Deum, & Angelos. Media autem sit media inter Angelos, & Angelus. Infima autem inter homines, & Angelos. Distinctio itaq; Hierarchiarum accipietur non secundum varios modos cognitionis in Deo, sed secundum modum illuminationis alium, & alium, & si aliqui aliquas rationes vident in Deo, quas non vident alij, & alij, quas non alij, Hierarchiæ tamen sumentur diuersæ, prout supremi immediatè illuminantur à Deo, & illuminant alios, & illi alios. secundum ergo vnam, & eandem rem reuelatam, inmi poterũt omnes Hierar. Vt illi, qui immediatè reuelationem talem accipiunt a Deo, cõstituunt Hierarchiam primam, illi, qui immediatè a superioribus Angelis mediam. Illi, qui illuminantur a medijs, constituũt infimam, immo si infima Hierarchia videret in Deo rationes regiminis partis vniuersi, cum operatio huiusmodi Hierarchiæ sit circa huiusmodi partes, non indigeret huiusmodi Hierarchia in sua operatione illuminari a superioribus Angelis, sed immediate aspiceret in Deo, quæ suis actionibus expedirent. Nisi forte aliquis diceret, quòd etiam infima Hierarchia non videt in Deo rationes regiminis partiũ vniuersi secundum dispensationem specialem, & in hoc illuminatur a superioribus Angelis, sicut nec media videt rationes regiminis totius secundum huiusmodi dispensationem, & in hoc illuminatur a prima. Sed nec sic potest stare huiusmodi distinctio. nam lex diuinitatis est secũdum Dio. reducere infima in suprema per media. vnde infima Hierar. reducetur in mediam, media in supremam, suprema in Deum. propter quod infima non reducitur in Deum, nisi mediante secunda, & prima. sed si sic essent ordinatę Hierarchiæ, quia prima videt totum regnum, & secundum leges dispensatiuas, & in hoc illuminat secundam. Secunda vero videt totum regnum secundum leges communes, sed non videt totum, secundum leges dispensatiuas. Attamen secundum huiusmodi leges videt ibi partes regiminis, & in hoc illuminat tertiam. cum ergo tertia non operetur, nisi circa partes vniuersi, reduceretur tertia Hierarchia immediatè in Deum per secundam. propter quod tolleretur ordo a Dionysio traditus, quia cum prima Hierarchia immediatè habeat ordinem ad Deum, non secunda, nõ poterit tertia Hierarchia reduci immediatè in Deũ, nisi reducatur in secundam, & secunda in primã,

Diuinitatis lex.

&

& illa in Deum. Qualiter autem in talibus est mediatio, & qualiter nō, in prosequēdo patebit.

Ad præsens autem scire sufficiat, quòd quantom ad regimen vniuersi, prima Hierar. immediatè illuminatur à Deo, & huiusmodi Hierar. prima de eo, quòd est sic illuminata facit participem, & illuminat secundam quantom expedit sibi. Secunda vero, quæ est illuminata à prima, illuminat tertiam quantum expedit tertiæ: ita, quòd tota distinctio Hierarchiarum est per illuminare, & illuminari, quia prima illuminatur à Deo, & illuminat Angelos. Secunda illuminat ab Angelis, & illuminat Angelos. Tertia illuminatur ab angelis, & illuminat homines. Potest autem contingere, quòd aliquas rationes videt ibi vnus angelus, quas non videt alius. Distinctio tamen Hierarchiarum accipitur secundum eandem illuminationem, prout vna, & eadem illuminatio deriuatur à Deo in Hierarchiā primā quantum potest de illa illuminatione capere, & à prima in secundam, & à secunda in tertiam. Si autem esset Hierarchiarū distinctio, quia quælibet videret in Deo, quod suum est, vt infima solū videret regimen partiū vniuersi, quia circa tales partes operatur: media autem videret regimen totius, quia circa totum operatur: suprema vero videret regimen totius, & secundum leges dispensatiuas. Quia secundū quosdam ex dispensatione est, quòd illi de superiori Hierarch. mittātur, quia ad hoc videtur ire talis distinctio, secundum hunc modum quælibet Hierarch. quantum ad id, quod habet agere de regimine vniuersi immediatè reduceret in Deū, qđ esset tollere Hierarchiarum ordinem.

Hierarchiarum essentialia.

Quartus autē modus sic declaratur: nā ✠ essentialia Hierar. sunt scientia, ordo. i. ordinata potestas, & actio, secūdum quæ tria, vt quidā aiūt, accipiuntur tres Hierar, vt secundum scire accipitur Hierar. prima: secundum posse secūda: secundū agere, tertia. Vnde prima Hierar. tota denominatur à scire, sed scire potest tripliciter cō siderari, vel in sua radice, vel in se, vel in suo effectu. Radix enim sciendi ea, quæ sunt in Deo, est charitas. Nam, quia sunt amici Dei, ideo reuelat eis Deus secreta sua, & seipsū. ideo ✠ dicebat Dominus: Ego autē dixi vos amicos, qa &c. Seraphin ergo, qui interpretantur incendiū dilectionis, & charitatis, denominantur à scientia in sua radice. ✠ Cherubin, qui interpretant plenitudo scientiæ, denominantur à scientia in se. ✠ Throni, in quibus dicitur Deus sedere, & iudicia exercere, denominātur à scientia in suo effectu, quia iudicium videtur esse quidam effectus ipsius scientiæ, & videtur esse, quid procedens à scientia, quia vt dicitur Eth. 1. Vouiquisque bene iudicat de his, quæ nouit. Tota itaque prima Hierar. denominatur à scientia, vel in sua radice, vel in se, vel in suo effectu. Et licet nos hoc dicentes hanc ✠ declarationē non inuenerimus, sed ex nobis ipsam cogitauerimus. potest tamen sic declarari hoc dictū de Hierar. prima. Hierar. autem secūda denominatur à posse.

* Seraphin incendium charitatis.

* Cherubin plenitudo scientiæ.

* Troni sedes Dei.

1 Eth. 1.

* Doctores inuentio de Hierarchiarum declaratione.

A Nam ibi sunt ✠ dñationes, virtutes, & potestates

* Dominationes. Virtutes. Potestates.

Dominari autem non est sine potentia, virtus etiam est vltimum de potentia, vt dicitur. 5. Met. & mū. potestates etiā nomioant potentiam. Hierarchia autem tertia consistit in agere. nam si agere est circa aliquam vnam prouinciam, sic sunt principatus, si circa aliquam vnam singularem personam, de his, quę spectant ad multitudinē, sic sunt Archangeli. sed si sumatur actio respectu vnius personę de spectantibus ad seipsam, sic sunt Angeli. Sed sic distinguere Hierar. per scire posse, & agere, quæ sunt essentialia Hierar. est dicere Hierarchiā nō esse Hierarchiam. nam si ista tria sunt essentialia Hierar. oportet omnia ista cō currere ad quamlibet Hierarchiam, aliter tamē, & aliter, quia cum prima sit media inter Deum & Angelos: secunda inter Angelos, & Angelos; tertia inter Angelos, & homines. Ideo prima hęc recipit a Deo, & exercet ea in Angelos. Secunda recipit ab Angelis, & exercet ea in alios Angelos. Tertia recipit ab Angelis, & exercet ea in homines. Quælibet enim Hierarch. potest, & scit, & agit, & si aliquo modo hæc dicta possent adaptari ad Hierar. vt dicatur prima Hierar. magis consistere in scire: Secunda in posse. Tertia in agere, oporteret hæc tria accipere nō propriè, prout sunt essentialia Hierarc. &, vt concurrunt ad qnālibet Hierar. sed magis oporteret ea accipere, prout p ipia distinguuntur Hierarchiæ.

B

Quintus autem modus distinguendi Hierarchias secundum status, sic pater. nam hęc Hierar. Ecclesiastica aliqualiter imitatur Hierar. angelicam. sunt autem in Hierar. Ecclesiast. tres status, contemplatiuorum, prælatorum, & actiuorum, prima ergo Hierarchia consistit in contemplatione. Secunda in ptælatione. Tertia in actione. Sed nec iste modus sufficit, quia prima Hierarchia præest secundæ, & secunda tertiæ: contemplatiui autē non præsunt prælatis, propter quod omnes tales distinctiones, & si aliquam veritatē habent, non sunt per se, quia non verè declarant quomodo sumitur Hierar. & quomodo vna ab alia est distincta, sed solum secundum quasdam aptationes incedunt.

C

Sextus autem modus, quem nos super Epistola ad Corinth. tradidimus, sic ostenditur. nam secundum Philosophum in Meta. Duplex est bonum, ducis, & ordinis. totum ergo vniuersum, & etiam quælibet pars vniuersi est quoddam bonū ordinis, ideſt, est quoddam bonum ordinatum ad aliud bonum. ipsum autem bonum diuinum est sicut bonum ducis, quia ipse est dux, & princeps vniuersi. Omnis ergo principatus, quia non est nisi propter bonum, oportet, quòd denominatione recipiat, secundum quòd habet immediatam operationē respectu alicuius boni. erunt igitur tres Hierarc. quia operatio aliqua, vel est immediate circa Deum, vel est circa totum vniuersum, vel circa partes vniuersi.

Bonum duplex lib. 12. t. c. 12.

D

Prima itaque Hierarchia tota est diuina, & tota denominatur ex actionibus, quas habent in Deum, vt Throni, quia suscipiunt Deum, & in

eis

eis ſedet Deus. Cherubin, quia plenitudinẽ ſcientiæ habẽt in Deo. Seraphin, quia incendio charitatis feruntur in Deum.

Secunda autem Hierarchia denominatur ex eo, ꝙ præfertur toti vniuerſo: vt Dominationes, quia dirigunt regimẽ vniuerſi. Virtutes, quia tollunt impedimenta à regimine vniuerſi. Poteſtates vero, quia amotis impedimentis, per virtutes, ſicut dominationes, dirigunt, ſic exequuntur regimen Vniuerſi. Dominationũ ergo eſt imperare toti vniuerſo. Virtutum eſt impedimenta tollere. Poteſtatum eſt, quæ dominationes imperant circa totum vniuerſum, executioni mandare.

Tertia autem Hierarchia denominationem ſuſcipit à partibus vniuerſi, partes autem vniuerſi poſſunt aſſignari tres, ſcilicet Principes, multitudines, & ſingulares perſonæ. Principatus ergo ſecundum quoſdam ſunt, quorum eſt intendere circa regimẽ Principum, & Regum, & Rectorũ populi. Archangeli vero, quorum eſt intendere circa aliquam totam Prouinciam, vel circa totã aliquam multitudinem, vt hic Archãgelus præeſt huic multitudini: & ille alij. Angeli vero ſunt, quorum eſt intendere circa ſingulares perſonas.

Vel poſſumus dicere, & melius, ꝙ Principes, & Rectores populorũ non habent appropriatũ ſibi aliquem ordinem Angelorũ, quia, vt Rectores populi conſiderantur tanquam ſingulares perſonę, ſic ſunt ſub Angelis. Si tanquam caput multitudinis, ſic ſunt ſub eis, quorum eſt multitudini præeſſe. Propter quod dicemus, quòd ſingularibus perſonis aliquando poſſunt reuelari maiora, aliquando minora, vel ſingularibus perſonis aliquando poteſt denunciari, quod eſt ad bonũ proprium, vel, quod eſt ad bonum commune, ſicut Beatæ Mariæ, annunciata fuit Conceptio Chriſti, & Natiuitas eius quod erat ad bonum totius humani generis. ergo ſi circa partes vniuerſi ſumatur regimen circa totam vnam multitudinem, vel circa totam vnam Prouinciam, ſic ſunt Principatus. Et hoc ſatis concordat cũ Scriptura ſacra, vt patet ex Dan. vbi Angelus præſidens Perſis dictus eſt princeps Perſarum. Si vero intendatur regimen ſingularium perſonarum, vel hoc eſt denunciando, & agendo maiora, & ſic ſunt Archangeli: vel minora, & ſic ſunt Angeli, ſicut ſonant verba Grego. Vel aliter, quia, quod agitur circa ſingularem perſonam, vel eſt propter bonum proprium, & hoc ſpectat ad Angelos: vel propter bonum totius alicuius multitudinis, & hoc ſpectat ad Archangelos. Hæc autem quamuis bene dicta ſint: non tamen totum pandunt, quod eſt circa diſtinctiones Hierarchiarũ pandendum.

Dan. 10.

Septimus autem modus ſic declaratur: Videmus enim in iſtis ſenſibilibus, quòd eſt ibi diſtinctio per genera remota, per propinqua, & per ſpecies ſpecialiſſimas. Vt videmus in genere animatorum, quòd aliqua habent valde paucas potentias, vt arbores, & plantæ: & iſta commune nomine vocantur vegetabilia. non enim habẽt niſi potentias animæ vegetatiuę, quia non habent niſi potentias, per quas viuunt, & continuant ſe in vita. Ideo habent generatiuam propter bonum ſpeciei, & vt continuetur ſpecies: Nutritiuã, vt cõſeruetur individuum. Augmẽtatiuam, vt ad ſuã perfectionem, & complementum perueniant. Aliqua vero animata, præter has potentias, habẽt ſenſum: Aliqua vero, præter hæc, mouentur ſecũdum locum. Præter ergo intellectiuum, & præter humanum genus erit triplex genus animatorum: Vegetatiuum, & ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum, & in quolibet tali genere ſunt multa genera, & ſub quolibet genere multæ ſpecies. Vegetatiuum ergo ab augmentatiua differt magis ſecundum genus propinquum: ſed à ſenſitiuo magis ſecundum genus remotum. In Angelus autem, & ſi non ſe excedunt, vel ſi non differunt per habere plures, & pauciores potentias, differunt tamen per habere plures, & pauciores ſpecies, aliter tamen, quàm animata. quia in rebus animatis habentia plures potentias, ſunt nobiliora: In Angelis vero, habentes pauciores ſpecies, ſunt nobiliores. in rebus ergo animatis, habentia valde paucas potentias, conſtituunt infimum genus, vt vegetatiuum. Habentia plures, conſtituunt genus alterius, vt ſenſitiuum. habentia adhuc plures, conſtituunt genus adhuc altius, vt ſecundum locum motiuum, in quorum quolibet genere ſunt etiam multa genera. Quia multa ſunt genera arborum, & plantarum: multa ſenſitiuorum: multa ſecundum locum motiuorum, & in quolibet genere multæ ſpecies. Sic econuerſo in Angelis, qui habent pauciſſimas ſpecies, tenent ſupremum locum. Qui plures, medium.

Sed habentes ſpecies valde multiplicatas, tenent gradum infimum. In quolibet tali poſſunt eſſe diuerſi ordines, & in quolibet ordine diuerſi Angeli. Secundum ergo hoc habetur via ex pluralitate, & paucitate ſpecierum ad diſtinctionem Hierarchiarum, ſicut ex pluralitate, & paucitate potentiarum. In rebus animatis habetur via ad diſtinctionem generum animatorum, de quibus omnibus, cum diſputabimus de diſtinctione ordinum Angelorum, clarius, & latius dicemus.

Sed per omnia hæc valde materialiter habetur diſtinctio Hierarchiarum. non enim plus habetur de huiuſmodi diſtinctione, niſi quatenus Angeli ſunt naturaliter diſtincti. nec tamen negamus, quin ſecundum diſtinctionem naturalium ſit etiam ibi diſtinctio gratuitorum, quia ſecundum, quòd habuerunt meliora naturalia, potiorem adepti ſunt gratiam. Non ergo reprobamus hoc dictum, cum nos ipſi hoc approbauerimus, ſed volumus in hac materia magis clarum ſermonem proferre.

Naturalis diſtinctio in Ang. dicit ordĩ gratuitorũ diſtinctionẽ.

His itaque omnibus prælibatis: dicemus, ꝙ in omni principatu intenditur aliquod opus, & aliquis finis: vt in principatu belli victoria: in politia pax ciuium. & ſicut in omni principatu intenditur aliquod opus, & aliquis finis; ſic in omni opere, quod reſpicit aliquam multitudinem,

vel

vel in opere, quòd efficitur à multitudine, ibi oportet aliquem principatum esse, & etiam aliquos principantes. quia vbicunque multitudo, ibi confusio, nisi sit ad inuicem ordinata, vt si fieri debeat aliquod ædificiũ, vt puta domus, oportet, quòd aliqui sint principantes, alijqui operantes. Hierarchias itaque, & principatus Angelorum, vel possumus sumere per ea, quæ videmus in aliqua magno principatu, vel per ea, q̃ videmus in aliquo magno opere. Nã & in magno principatu intẽdit magnũ opus, & nõ p̃t fieri magnũ opus, nisi sint ibi aliq principales, & aliq exequẽtes. Sicut.n. videmus in regimine imperiali, vel in regimine alicuius magni Regis, qa aliq sũt collaterales, & assistẽtes regi audiẽtes semper ex ore regis, quid agendum, & quid sic regi placitum. Aliqui vero intromittunt se de regimine regni, indicantes, & facientes iustitias in regno, & hi sunt in duplici genere. quia, vel intromittunt se de regimine totius regni, sicut sunt illi, qui semper sunt in curia Regis, vel intromittunt se de partibus regni, sicut sunt illi, qui sunt dispersi per regnum, quorum quidam faciunt iustitiã in hac parte, alij in alia parte. omnes ergo faciunt ad regimen regni, vt Primi vocentur assistentes: Secundi dirigentes: Tertij exequẽtes. Assistentes quidem scientes voluntatem Regis, enunciant hoc gubernantibus: gubernantes autem secundum illud beneplacitum dirigũt exequẽtes. Sic & in proposito, prima Hierarchia secundum Dionysium. 7. cœlestis Hierarchiæ, est veluti in uestibulis Dei, quasi assistentes lateraliter circa Deum. Secunda Hierarchia præest regimini totius orbis. Tertia partium orbis. Vnde Augu. 83. q. Vnaquæque res visibilis in hoc mundo, habet potestatem angelicam sibi præpositam: ita, quòd totum vniuersum, & partes vniuersi per angelos gubernãtur: ita, quòd hæc est ✠ rota in rota iuxta visionem Ezech. 1. vt rota Regiminis mundi in rota angelicæ Hierarch. Hierarchia itaque prima facit ad regnum orbis, prout per eam illuminantur, & ducent Hierarchiæ aliæ. Itaque Hierarchia prima conspicit in Deo, qualiter gubernandus sit orbis. Hierarchia autem secunda facit ad huiusmodi regimẽ, prout secundum rationes illas per eam gubernatur orbis totus. Vltima vero prout per eã gubernantur, & disponuntur partes.

Exemplũ.

Angeli assistẽtes, dirigentes, & exequẽtes.

Tomo 4. q 80.

Rota in rota quid. similitudinem hanc vide in d. 9 in Resol. Art. 1.

Hoc idẽ videri potest in aliquo magno opere fiendo, vt puta si debet fieri aliquod ædificium regium. non enim esset conueniens, quòd Rex immediatè loqueretur operarijs, sed loqueretur assistentibus ministris, per quos voluntas regis perueniret ad operarios. Ipsi etiam operarij oporteret, quòd haberent præpositos. Essent ergo ibi tria genera ministrorum. quia quidam essent assistentes ministri, qui semper audirent voluntatem regis: quidam essent præpositi operum: quidam essent operarij, & omnes isti operarentur ad constructionem ædificij. Assistẽtes aliter tñ, & aliter. Quia Assistẽtes hoc agerent volnotatem regis nunciando. Præpositi hoc agerent inferiores operarios ordinando. Operarij autem hoc agerent exequendo. Secundum hunc modum sunt tres Hierarchiæ. Nam prima Hierarchia continet assistentes. Secunda præpositos. Tertia operarios. Vult enim Deus Hierarchiam Ecclesiasticam, siue Hierarchiam hominum cõiungere Hierarchijs Angelorum: &, vt hoc bene, & ordinatè fiat, ordinauit Angelos tanquàm principes nostros ad hoc agendum: diuidens eos in tres Hierarchias, quæ distinguuntur modo, quo diximus. quandiu ergo durat mundus: donec completus sit numerus electorum, vt dicit Gin. 1. ad Corinth. 105. Et Angeli Angelis, & Homines Hominibus, & Dæmones Dæmonibus præsunt. Dæmones enim præsunt Dæmonibus, vt feruentius nos impugnent. Angeli autem præsunt Angelis, & Homines Hominibus, vt possimus huic pugnæ resistere.

Præpositi, Operarij.

Dæmones sunt dæmonibus præfiat.

Aduertendum tamen, quòd etiam hic inferius non omnes assistentes ministri sunt æquè intimi Regi, sic & in cœlestibus non omnes de prima Hierarchia sunt æquè nobiles, nec æquè simplices, propter quod sunt ibi plures ordines. Hic etiam inferius inter ipsos præpositos, & ipsos operarios, sunt multi gradus: sic & in cœlestibus. Propter quod, sicut in Hierarchia prima: sic in secunda, & tertia, sunt plures ordines, quæ omnia clarius apparebunt, cum de ipsa distinctione ordinum tractabimus: cum enim Hierarchia sit idem, quod sacer principatus, & huiusmodi principatus sit propter salutem electorum, secundum leges, & rõnes relucẽtes in Deo, oportet ibi esse tres huiusmodi principatus, vt est per habita manifestũ.

Resp. ad arg. art. 1.

AD primum dicendum, quòd hic accipitur potestas, prout vnus angelus præest alij. Nam prima Hierarchia præest secundæ rationes, & leges, quas videt in Deo de salute electorum, ipsam docendo. Secunda præest tertiæ ipsam dirigendo. Tertia præest hominibus circa eos operando. Si igitur vnus, & idem Angelus habet plures potentias: omnes illas potentias ordinat ad hoc opus, vt propter huiusmodi plures potentias non sint ibi plures principatus.

Ad secundum dicendum, quòd etiam in vna specie possunt esse plures principatus, & in pluribus speciebus potest esse principatus vnus. Nã si talis modus dominandi, siue sit in eadem specie, siue in diuersis speciebus, facit diuersum principatum: & inde est, quòd quamuis omnes angeli nobis principentur dirigendo nos in viã salutis, tamen aliter hoc agit Hierarchia prima: leges, & rationes de huiusmodi salute in Deo conspiciendo, & secũdũ Hierarchiã de hoc edocẽdo: & aliter hoc agit Hierarchia secũda, iuxta huiusmodi leges Hierarchiã tertiã dirigendo: & aliter hoc agit tertia fm huiusmodi leges circa nos

nus operãde: vt ex hoc ſit tibi alius & alius principatus. Sed ſi ſit tibi vnus principãdi modus: quãcunq; ſint diuerſæ ſpecies, poteſt dici principatus vnus. Videmus enim, quòd non ſolum vna cinitas, ſed etiam totum vnum regnum poteſt dici vnus principatus: & tamen regnum conſtat ex multis ciuibus: ciuitas ex multis vicis: vicus multis domibus: domus autem, vt dicitur, 1. Politicorum, conſtat ex viro, & moliere, & boue aratore: Pauperibus enim, vt in Politicis dicitur, eſt bos pro miniſtro. Bos enim, qui eſt alterius ſpeciei à viro, & muliere: non ſolum non diuerſificat principatum; ſed etiam pertinet, vel pertinere poteſt ad vnam, & eandem domum cum viro, & muliere. 1 Pol. 1.

Ad tertium dicendum, quòd omnes ſpecies ſub eodem genere non ſe habent æqualiter: Sed ſe habent ſecundùm ſub & ſupra: ſecundùm nobilitatem, & perfectionẽ. Vnde & Philoſophus in 8. Meta. formas, & ſpecies aſſimilat numeris. Vel poſſumus dicere, ꝙ non omnis diuiſio eſt generis in ſpecies, vel totius integralis in partes, nã & diuiſum poteſt eſſe anologum, vt nec ſit genus, nec totum integrale, ergo ſuſtineri poſſet, ꝙ Hierarchis anologicè diceretur de prima, ſecunda, & tertia. Nã Hierarchia ſecunda ex hoc principatur, & ex hoc eſt Hierarchia: Quia docetur, & illuminatur à prima: & tertia ex hoc principatur, quia dirigitur per ſecundam. quando autem ſic eſt, ꝙ aliqua plura diuidunt aliquid, quod de vno dicitur per aliud, tale diuiſum eſt anologũ, vt ſi ſubſtantia, & accidens diuidunt ens, & ens dicitur de accidente per ſubſtantiam, oportet illud diuiſum non eſſe genus, ſed anologum. 8. Met. 3.

Ad quartum dicendum, ꝙ creatura rationalis accipiendo rationale largè, prout homo, & Angelus dicuntur rationales, habet ſtatum in infimo, quia nihil poteſt eſſe rationale infra hominem. ſed non habet ſtatum in ſupremo, quia ſemper poſſet fieri Angelus nobilior, & ſemper nobilior. quod iode eſt, quia Angeli ſecundom ſpeciem differunt, homines autem tenentes infimom gradum in natura intellectuali, ſecundum ſpeciem differre non poſſunt. quia quod infimum eſt vni ſoli conuenit. Si enim pluriſicãtur homines, hoc erit ſecundum individua tantum, & quia homines ſunt vnius ſpeciei, receptio illuminationum diuinarum in eis quaſi ad vnum modum pertinet, vt niſi vnam ſolam Hierarchiam conſtituere poſſint. Angeli autem propter diuerſitatem ſpecierum repertam in eis, non eodem modo illuminationes diuinas recipiunt, vt ex hoc ſint in eis plures Hierarchiæ.

Ad formã autem arguendi dicitur, ꝙ in vno, & eodem Angelo eſt minor diuerſitas, quàm in vno, & eodem homine. Vnum ergo, & idem quãto Deo propinquius, tantò ſimplicius, & minorem diuerſitatem habet. ſed plura ex ipſis propinquitate ad Deum ſortiti poſſunt, ꝙ ſint magis diuerſa, quam magis remota. nam quæ ſunt formæ tantum, ſunt propinquiores Deo, quàm formæ in materia. & tamen formæ tantum ſecundum ordinem, quem videmus, nõ poſſunt pluriſicari, niſi differãt ſpecie: formæ vero in materia etiam in eadẽ ſpecie poſſunt pluralitatem ſuſcipere.

Reſolutio Dub. I.

Ratio diuiſionis Hierarchiarum eſt diuerſa. omnis autem diuerſitas, ſeu Hierarchiarum diſtinctio, ex intelligendi maiori, vel minori nobilitate dependet. Nobilitas enim intelligendi diſtinctionem ſpecificam, & perſonalem reddit. Hinc oritur operum, officiorum, ordinumque diuerſitas. Modus vero diuinas illuminationes recipiendi alius, ex maiori intelligendi nobilitate, Hierarchiarum efficit diuerſitatem.

AD id autem, quod vlterius quærebatur: Vtrum eadem ſit ratio diſtinguẽdi ordines, & Hierarchias; Dicendũ, ꝙ cum in vna Hierarchia ſint multi ordines, & in vno ordine ſint multi Angeli, oportet ponere triplicem diſtinctionem in Angelis. vnam ſecundam, quam diſtinguatur quilibet Angelus à quolibet Angelo: Aliam, ſecundũ quã diſtinguatur vnus ordo ab alio ordine: Et tertiã, ſecũdũ q̃ diſtinguatur Hierarchia à Hierarchia. Dixerunt itaque quidam, & magni, primam, ſecundam, & tertiam Hierarchiam ſic diſtingui, quòd prima diuinos effectus cognoſcit in prima cauſa vniuerſali. Secunda cognoſcit eos in vniuerſalibus rationibus rerum. Tertia in propriis rationibus, qui alibi hoc pertractantes, & exponẽtes dicunt, ꝙ rationes, de quibus illuminantur Angeli, vel ſumuntur, pronr dependent ab vniuerſali principio, quod competit Hierarchiæ primæ, vel ab vniuerſalibus cauſis creatis, quod competit ſecundæ, vel à ſingularibus rationibus rerum, quod competit Hierarchiæ tertiæ: ſed cum Angeli non accipiant cognitionem à cauſis creatis, ſiue à rebus, ſed doceantur, & illuminentur à ſe inuicem, quod ipſi dicunt de vniuerſalibus cauſis creatis, nos dicemus de vniuerſalibus conceptibus Angelorum. nam Angeli de prima Hierarchia, ita vniuerſales conceptus habent, quod Angeli de tertia Hierarchia nõ ſolum immediate in ipſo Deo, ſed etiam in illis vniuerſalibus cõceptibus nõ poſſunt rationes Regiminis mundi cõſpicere. pp quod inter primam, & tertiam Hierarchiã oportuit dare mediam, quæ quaſi particulariter doceret Hierarchiam tertiã. Imaginabimur ergo, ꝙ quidã Angeli reſpectu aliorũ ſunt, quaſi groſſi, & haberet, & qdã ſubtiles, & perſpicaces. Sicut ergo in ipſis hominibus aliq adeo ſunt ſubtiles, ꝙ in vno verbo intelligunt magnã ſententiã: aliqui aũt volunt plura verba: aliqui, niſi oſo maſticetur eis, nõ poſſunt illud capere. ſic & inter Angelos aliqui ſic perſpicaces ſunt, ꝙ in ipſo fonte, vt in ipſo Deo, qui eſt maximè vnus, & ſimplex proſpiciunt, & videt leges, & rationes gubernationis mũdi, & iſti pertinent ad Hierarchiã primã. ideo huiuſmodi Angeli dicũtur eſſe D. Thomas vbi ſupra.

in

in vestibulis Dei, & esse circa Deum, & immediatè se habere ad ipsum, vt patet per Dio. Aliqui vero sunt, qui in ipso fonte per seipsos ad videndū non sufficiunt, sed si proponantur eis in vniuersalibus verbis possunt illa capere, & isti pertinent ad Hierarchiam secundam. Sed sunt alij tertij, qui nec in ipso fonte per seipsos, nec in vniuersalibus verbis, sed quasi particulatim, & per multiplicatos conceptus hoc capiunt, & hi constituūt Hierarchiā tertiā Angelorū. Sunt autē, & quarti, qui nec in ipso fonte, nec in vniuersalibus verbis, nec p propriasrōnes clarè vident diuinas leges, sed solū sub quibusdā, velaminibus sensibilibus cum continuo tpe, & cum phantasmatibus intelligunt, & in hoc stat Hierarchia quarta, quæ est hominū. Sicut ergo ab eodem Magistro docentur Baccalaurei, vniuersaliter clerici, viri laici, & parvuli, aliter tamen, & aliter, quia Baccalaurei ab ipso ore Magistri statim capiunt, quæ proferuntur, aliter autem clerici nō nisi diluciderur eis. Viri autem, & laici nō intelligunt nisi ipsis, alijs valde manifestentur. Pueri autem, & parvuli adhuc magis imperfectè cognoscunt. Sic & in his Hierarchijs se habet, propter quod nos sumus, quasi parvuli; quia ex parte, id est, imperfectè cognoscimus, & imperfectè prophetamus. vnde & Apostolus ad Corinth. Nos, hic Hierarchiam nostram assimilat parvulis. vnde cū prius dixisset: Cum essem parvulus, loquebar, vt parvulus: qñ aūt factus sum vir, euacuaui, quæ erāt parvuli. postea subdit: Videmus nūc per speculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, manifestē, q̄ vitio nostra in via est ænigmatica, & est parvulorum, ad quam nos habemus sicut parvuli, & imperfecti: in patria autem erit clara, & aperta, ad quam nos habebimus sicut perfecti, & viri. Et ex hoc potest patere communis dictum, q̄ Hierarchiæ distinguuntur ex alio, & alio illuminationis modo, quia aliud est illuminari immediatè ex ipso fonte, aliud hoc habere per vniuersales cōceptus, & aliud per rationes proprias clarss, & aliud velatè, & ænigmaticè, licet ex eodem illuminationis modo possit quis adiriri ī diuersa opera: vt sicut videmus, q̄ quamuis tota tertia Hierarchia, quasi per rationes proprias videatur illuminari, vt quasi tota habeat eundem modum illūminandi, tñ per illas illuminationes non ad idē opus ordinantur principatus Archangeli, & Angeli. Nam principatus est præesse multitudini: Archangelorum est annunciare maiora: Angelorum minora. Per alium ergo, & alium modum cognoscendi distinguuntur Hierarchiæ. Sed prout eodem modo cognoscendi ordinantur ad diuersa opera, distinguuntur ordines prout idem opus perfectionis modo facit vnus, quàm alius, distinguuntur personæ angelicæ. Sed si sic dicimus, quod credimus benedictum, vt etiam satis communiter ponitur, non omnino imos ad radicem. nam Angeli secundum diuersitatem naturalium, adepti sunt dona gratiarum. Licet ergo sic illuminatio pertineat ad ea, quæ sunt gratiæ, & possit inter dona gratuita cōputari; opportet tamen, quòd ad ipsam naturam recurramus, ex cuius diuersitate hæc etiam diuersitas habet esse. In Angelis ergo est pluralitas, & paucitas specierum: est pluralitas, & paucitas conversionum: est maior, & minor perspicacitas actuum. Nā angeli superiores intelligūt p̄ species vniuersaliores: ita, q̄ habēt pauciores species, & p̄ cōs plus vniuersaliores, & ex hoc indigēt pauciorib⁹ cōuersionibus, & habēt p̄spicacitatē actuū. p̄ vnā. n. & eādē speciē habēt plures cōuersiones, vt si angelus intelligat p̄ speciē lapidis omnes lapides; si vult intelligere p̄ illā speciē; hoc genus lapidū specialiter, oportet, q̄ se cōuertat sup illā speciē, prout specialiter repræsentat istos lapides: & si vult intelligere lapides alios, prout specialiter repræsentat illos alios: & sicut vnus homo perspicax plus intelligit in vno verbo, quàm alius p̄ multa: sic angeli superiores per pauciores species, & pauciores conuersiones plura intelligent, & clarius, quàm inferiores per plures. Non sunt ergo duo angeli, qui æquè clarè intelligāt: sicut in istis sensibilibus non sunt duæ species æquè nobiles: tamen non propter quodlibet clarius intelligere; contingit habere pauciores species, vel pauciores conuersiones: sicut in istis sensibilibus, vt puta in rebus marinis, nō propter quodlibet nobilius, vel ignobilius conuenit habere plures, vel pauciores potētias. Nā vna planta est nobilior alia, non tñ propter hoc hēt plures potentias, quàm alia, in quibus etiā interdū plācē differē, etiā cōspicimus. Vna est per habere plures potētias in eodē genere. Alia differentia est per non habere aliquas potētias illius generis. Tertia est per habere esse nobilius, & ignobilius. * Quæcunque ergo habent esse nobilius, vel ignobilius secundum naturam formę, illa differunt specie: sed quæ habent à Deo esse nobilius, vel ignobilius, quòd habent plures, vel pauciores potētias in eodem genere, illa differūt saltem in genere propinquo: sic in genere motivorum secundū locum, aliqua non habent oēs sensus, vt * apes dicuntur non habere auditū, & talpa nō habere oculos, nisi fortè sub pelle. Aliqua vero adeo differunt per esse nobilius, & ignobilius, q̄ carēt omnibus potentijs illius generis, sicut plāntæ, quæ carent vniuersaliter sensu. Sic & angeli, semper n. vnus nobiliori modo intelligit, quàm alius, sed nō propter quodlibet nobilius intelligere, vnus habet pauciores species, vel indiget pauciorib⁹ cōuersionibus, q̄ alius: posset tamen quis adeo habere nobilius intelligere, q̄ dato, q̄ non haberet pauciores species, indigeret tamen pauciorib⁹ cōuersionibus in vna, & eadē specie. Et adeo posset habere naturā nobilē, q̄ ēt intelligeret p̄ pauciores species. Istę aūt tres diuersitates sic se habēt, q̄ paucitas specierū in cludit paucitatē cōuersionū, & nobilitatē intelligēdi. Quæcūq; n. intelligit p̄ pauciores species, indiget pauciorib⁹ cōuersionibus, sed nō ecōuerso. Quicūque ēt indiget pauciorib⁹ cōuersionibus, hēt nobilius intelligere, & nō ecōuerso. Vtrū aūt ex paucitate specierū sumatur differētia Hierarchiarū ex pluralitate,

* Esse nobilius, & ignobilius secundum naturā formæ differunt specie, non autem ea, quæ habent esse nobilius, & ignobilius à Deo.

* apes nā habēt auditū, nec Talpa oculos, nisi fortè sub pelle.

Angeli duo non æquè clarè intelligunt.

Plurarum nobilium.

ralitate,& paucitate cõuersionum differentia ordinum: ex nobilitate actuum differentia quorũcunq; Angelorum, quia non sunt duo Angeli habentes ęquè nobile intelligere: aut quo sit: illi notum est, qui nouit eorum naturam, & etiam ipsis Angelis hæc sunt nota: nobis aũt, vt dicit Dio. 6. de Angelica Hierarchia. Ignotę sunt virtutes angelicæ. ideo scire non possumus, quo sunt talia recipienda. Certum est nobis, ꝙ quęliber maior, & minor nobilitas naturæ, vel actus intelligẽdi: facit differentiam in Angelis, sed quando est tantò maior nobilitas, ꝙ dignum sit, quod cõstituatur super nobiliori opere, & faciat differentiam ordinis. quia alius, & alius ordo angelicus est super alio, & alio opere constitutus, & quando tanta est nobilitas, ꝙ habeant alium modum percipiendi illuminationes diuinas, vt quia fortè põt eas percipere in ipso fonte, vel in vniuersalibus rationibus, vel solum in rationibus proprijs, & quòd tunc faciat differentiam Hierarchiarum ne scimus.

Concludamus ergo, & dicamus, ꝙ tota natura sensibilis tam rerum animatarum, quàm rerũ inanimatarum, est inter animam rationalem, & materiam primam: & tota natura intellectualis, & angelica est inter huiusmodi aiam, & Deum. Cum ergo plus distet anima à Deo, quàm à materia prima: rationale est, ꝙ plures sint differentiæ, & plures sint species Angelorũ, quàm omnium aerum materialium, vt planè innuit Dion. 14. de Angelica Hierarchia. Credibile est ergo, quòd sicut hæc infenus inter animata aliqua habẽt plures, & pauciores potentias secundum diuersum genus: secundum quem modum sensitiuum superat vegetatiuum: aliqua habent sic plures, & pauciores secundum idem genus, sicut vnum sensitiuum, vel vnum animal superat aliud, quia aliquod habet omnes sensus: aliquod non omnes. Inter habentes etiam omnes sensus est differẽtia, quia vnum est nobilius alio. Sicà simili omnes hos modos differẽtiarum, & distributionũ, quos inuenimus in animatis secundum potentias, tõnale est esse in Angelis secundum species, & conuersiones. quia aliqui habent plures species, aliqui pauciores: aliqui verò secundum vnam, & eandem speciem indigent pluribus conuersionibus, aliqui paucioribus. Rationale est enim de Angelis, ꝙ possint sic se excedere secundum perspicacitatem, quòd vnus per eandem speciẽ vnica cõuersione, & vnico intuitu plura cognoscat, quàm alius per plures, sicut apparet in hominibus, qui propriè non se excedunt, ꝙ vnus intelligat per vniuersaliores species, quàm alius: subtiliores tamen vnico verbo, & vnico intuitu plura cognoscunt, & clarius, quàm grossiores per plures. est etiam, & tertia differentia inter angelos, ꝙ dato eos nõ differre pluralitate, & paucitate specierum, aut conuersionum: possunt tamen differre subtilitate, & nobilitate. quia per totidẽ species, & totidem conuersiones potest vnus subtiliori modo intelligere, quàm alius: sicut & in hominibus dato, ꝙ ad intelligẽdum aliquid totis verbis indigeret vnus, quot alius: posset tamen illud clariori modo intelligere vnus, quàm alius. Qualiter autem hæ tres differentię se habeant ad distinctionem Angelorum: dici potest, quòd per solum intelligere clarius, sumitur differentia specierum: per sic autem intelligere clarius, quòd indiget paucioribus cõuersionibus sumitur differentia generum proximorum. sed quãdo adeo intelligit clarius, quòd indiget paucioribus speciebus, & qnòd habet species simpliciores, & vniuersaliores: habet inde sumi differentia, & differre genere remotorum. Sed vtrum ex paucitate specierum, & differre per genera sic remota, faciat distinctionem Hierarchiarum: & vtrum ex paucitate cõuersionum sumatur distinctio ordinum: nobis notum certitudinaliter esse non potest, nisi esset nobis desuper reuelatum. Sufficiat tamen ad præsens scire, quòd quodlibet intelligere nobilius facit diuersitatem in angelis quantum ad speciem, & personalitatem. & per nobilius intelligere differunt quicunque Angeli. sed quando adeo est nobilius, quòd dignum est, vt diximus, quòd committatur sibi altius opus, & altius officium, faciet diuersitatem ordinum. quando autem adeo est nobile suum intelligere, quòd habet alium modum recipiendi illuminationes diuinas, diuersitatem facit in Hierarchijs, de quibus omnibus, cum disputabimus de ordinibus, aliqua vlterius intendimus declarare.

Angelorum differentia.

Contradictio. Angelorum distinctio specifica, & personalis à diuersitate intelligendi. Supra verò dixerat, aut indigeant se ipso Angeli. Sed modus dissoluitur. Primum, a distinctè intelligit à priori. Alterũ verò à posteriori, & à Deo.

Resp. ad arg. dvb. I.

AD primum dicendum, quòd diuersa proportio potest sumi adeo largè, quòd non sint duo Angeli, qui ẽm eandem proportionem recipiant diuinum lumen, cum semper vnus recipiat ipsum clariori modo, quàm alius. Sed si volumus loqui de diuersitate proportionis, & de diuersitate modi recipiendi diuinum lumen: prout aliqui immediatè ab ipso fonte diuino illuminantur, & ibi vident rationes, & leges gubernationis mundi. quidam verò nõ in ipso fonte, sed in quibusdam vniuersalibus conceptibus hoc possunt conspicere. quidam verò nec sic, nec sic: sed in quibusdam particularibus conceptibus hoc capiunt. talis diuersus recipiendi modus diuersas constituit Hierarchias. Diuersitas autem ordinum infra hunc modum reseruari potest, quia non oportet Angelos non differentes secundum Hierarchias, sed secundum ordines, differre secundum tales modos recipiendi: sed sufficit eos differre ex eo, quòd sunt ad alia, & ad alia opera ordinati.

Ad secundum dicendum, quòd diuersitas actuum, siue diuersitas operum, quæ facit distinctionem in ordinibus: reseruatur in distinctione Hierarchiarum. Differunt enim Hierarchiæ per diuersos actus, & per diuersa opera, quia ad alia opera ordinantur illi de-

vna Hierarchia: & ad alia illi de alia, & cum hoc etiam differunt ex diuersitate modi recipiendi diuinos radios.

ARTIC. III.

An Hierarchiæ omnes sint cõnexæ. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 2. sent. d. 9. q. 1. ar. 6. p. 2. Alb. Magn. de Hierarch. quæst. 7. artic. 34.

QUERITUR de connexione Hierarchiarum. Et videtur, quòd nõ sit connexio inter Hierarchias. Nam Angeli primò intelliguntur differre personaliter, & secundum speciem. Secundo differunt ſm genera propinqua, & per esse altetius, & altetius ordinis. Tertio differunt per genera remota, & per esse in alia, & alia Hierarchia: quæ ergo sic differunt: non videtur, ꝙ possint plus differre. quæ autem talia sunt: non videntur in aliquo connecti: ergo, &c.

Præterea, quod est ratio distinguendi, non est ratio vniendi, & connectendi: sed distinctio per Hierarchias maximè est ratio distinguendi. ergo non erit ratio vniendi, & connectendi.

Præterea quæ pertinent ad eundem principatum aliquam communicationem habẽt ad inuicem, sed quæ ad eundem principatum non pertinent, videntur per se facere quoddã vniuersum omnino aliud, & diuersum. Sed Hierarchia idẽ est, quod sacer principatus. Angeli ergo non pertinentes ad eandem Hierarchiam, non pertinent ad eundem principatum: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est Dion. 13. de diu. nom. di. ꝙ nihil est existentium, quod non participet secundum aliquid vno. Et ibidem dicitur, ꝙ omnibus omnia sunt vnita.

Dub. I. Lateralis.

An vna, & eadem Hierarchia sit connexa. Conclusio est affirmatiua.

Vide eosdem Doct. supra citatos.

VLTARIVS autem quæritur: Virum in eadẽ Hierarchia sit connexio. Et videtur, quòd nõ, quia sunt ibi diuersi ordines. Sed quæ pertinent ad alium, & alium ordinem, non videntur connecti ad inuicem, sed hoc reperitur in eadem Hierarchia: ergo, &c.

Præterea: si diuersi ordines connecterentur, vel hoc esset in naturalibus, vel in gratuitis: non in naturalibus, quia natura potissimè dicitur de forma, & specie. quæ ergo differũt forma, & spẽ; non conueniunt in natura: non solum ergo Angeli diuersorum ordinũ, sed etiam eiusdem ordinis non habent talem cõuenientiã, cũ omnes differant specie. Nec etiã hoc erit ſm gratuita, quia ſm Magistrũ in littera: ordo Angelorum dicitur multitudo cœlestium spirituũ, qui inter se in aliquo munere gratiæ similãtur: talis ergo cõnexio erit in eodem ordine: non in diuersis ordinibus.

Præterea: potissima connexio in rebus est, ſm actus, & opera, sed diuersi ordines ordinant ad diuersos actus, & ad diuersa opera: vna ergo, & eadem Hierarchia, quia cõtinet diuersos ordines, non dicetur esse connexa.

IN CONTRARIVM est, quia omnis vnio est aliqua connexio: non esset ergo Hierarchia vna, nisi esset connexa.

Præterea: omnes Hierarchiæ. vt patebit, habẽt aliquam connexionem ad inuicem. Multo ergo magis vna, & eadem.

Resolutio Art. III.

Cum in ipsis elementis, quibus separatæ substantiæ non sunt comparandæ, sit connexio, quæ est optima Vniuersi dispositio; eam à nobilissimis substãtijs, ac Hierarchys remouendam esse quisnam dicet? Id. n. ex principio, fine, perfectione, actioneq; ipsa fatendum est.

RESPONDEO dicendum, ꝙ secundum Dio. 13. de diu. nom. non est aliquid omnino priuatum vnitate, & Proclus ait, ꝙ omnis multitudo participat aliqualiter vno. Propter quod idem Dio. 10. de cœlesti Hierarchia de hac vnitate, & connexione tractans ait, ꝙ connexa itaq; sit ipsa quidem honorabilissima circa Deũ animorum dispositio perfectiua illuminationę ordinata. Et subdit, quòd ab ipsa Hierarchia prima proportionaliter secũda: & à secunda tertia: & ex tertia secũdum nos Hierarchia: vbi planè colligitur, quòd non solum omnes tres Hierarchiæ Angelicæ conneaę sunt, sed etiam quarta Hierarchia nostra connexa est eis. Cum enim illuminationes diuinę ab ipso fontali principio, mediantibus Hierarchijs angelicis, vsque ad Hierarchiam nostram perueniant: oportet omnes has Hierarchias connexas esse. Non enim posset tale lumen deriuari ab vna Hierarchia in aliam, nisi aliquam vnionem, & aliqnam connexionẽ haberet ad illã: & si in omnes sit talis deriuatio: in omnibus erit connexio.

Possumus autem, quãtum ad præsens spectat, quatuor connexiones dare inter Hierarchias, videlicet secundũ principiũ, ſm finẽ, ſm perfectiones, & secũdum actiones. Secundum principium quidem,

quidem, quia omnes Hierarchiæ habẽt vnum ex
pus, fluunt ab vno principio, sunt sub vno princi
Multitudo omnis participat vno. Vid. 1. sent. lib. d. 2. pe. Vnde, & Dio. 13. de di. nom. cũ prius dixisset, ꝙ non est multitudo nõ participans vno: subdit, ꝙ quæ sunt multa nõmero, aut virtutibus, aut
speciebus, aut genere, aut processionibus, sunt vnum principio. Quantumcunque ergo constituẽ
tes has Hierarchias habeant varias virtutes: differunt numero, & specie, & genere, ſm ꝙ, & Angeli differunt ad inuicem. quia si & iuset hæc materialia sunt diuersa genera, etiam inter Angelos, cum credantur esse plures species Angelorum, quàm rerum materialium. Quantumcũq; ergo sic differant Hierarchiæ Angelorum, & si differant processionibus, ſm ꝙ homines differũt ab Angelis; quia homines procedunt ex se inuicem, & homo generat hominem; licèt Angelus non generet angelum, sed omnes Immediatè processerint à Deo cum omnibus istis diuersitatibus, stat vnitas principij, quia omnes sunt ab vno principio. s. à Deo, qui est totius huiusmodi principatus Dux, Princeps, & principium. Propter qd dicitur cõiter, & benè, ꝙ quantum est ex
Valuerũt Monarchia. parte Principis, siue ex parte principij principãtis: omnes Hierarchiæ tam hominum, quàm Angelorum, & etiam totum vniuersum, non est nisi vnus principatus. Propter quod concludit
Ter. c 13. in calce. Philosophus in fine 12. Metaph. de toto vniuerso, qd est vnus principatus, cuius ast vnus Princeps Deus.

Secunda connexio Hierarchiarum est ex parte finis: nam quando in aliqua tota vna multitudine intenditur vnus finis rectus, ordo requirit, ꝙ oẽs se inuent ad consequendum finem illum. Finis autem Hierarchiarũ est, vt dicit Dion. 3. de eccle. Hierarchia, vnitas, & similitudo ad Deũ, vel finis est esse, qd Deiforme, quãtũ possibile est, similans, & ad inditas diuinitus illuminationes proportionaliter conscendens. Sicut ergo in to-
Exercitus connexio. to exercitu vbi intenditur victoria: inuicem se iuuant, vt hunc finem cõsequantur, sic in omnibus Hierarchijs, vbi per illuminationes intenditur similitudo ad Deum: oportet, ꝙ in hoc se inuicẽ iuuent, & se inuicem illuminent. Ideo nulla est Hierarchia, nec hominum, nec Angelorum, quę non illuminet, vel non illuminetur ab alia. Ideo dictum est, ꝙ Prima illuminat secundã: Secunda tertiam: & tertia quartam. i. nostram. Cum ergo quæcunque se inuant in cõsecutione alicuius finis, & illa sint ad inuicem connexa: oportet ex ratione vnius finis omnes Hierarchias connexas esse.

Tertia Hierarchiarum connexio sumi potest ex potestate actionum. Nam ſm Philosophum
Ter. c. 41. in 1. de generatione, in c. de tactu: agentia, & patientia potissimè se tangunt. Possumus. n. in his corporalibus distingnere duplicem tactũ superficialem, & profundum. Quæ. n. tanguntur ſm magnitudines tangunt se superficialiter: sed, quæ
Tactus duplex. agunt, & patiũtur, tãgũt se in profundo, & potissimè si fiat actio naturalis, qa ars agit i superficie; natura in ꝓfundo, vt in 12. Meta. recitat Cõmẽ.

A dixisse Themistium. Cũ ergo actus Hierarchici sint purgare, & purgari: illuminare, & illuminari: perficere, & perfici, à quibus actibus Hierarchicis nulla Hierarchia est exclusa: connectẽtur; & vniuntur omnes Hierarchiæ ad inuicem, & habebunt illam cõnexionem, quæ assimilatur tactui in profundo, cum cõnectantur, & vniãtur agendo in se inuicem, & illuminando se inuicẽ. qd quo fit, in sequentibus apparebit. Hæ ergo
Hierarchiarum connexio. ties connexiones assignatæ, sic sunt intelligẽdæ, ꝙ Hierarchiæ Angelorum connectuntur ſm actum illuminationis se inuicẽ illuminando, qui a Dº originaliter est ab vno principio, ꝙ est Deus, & terminatur ad vnum finẽ, qui est per hoc vniri, & assimilari Deo. Propter quod bene dictum
B est, Hierarchias cõnexionem habere ex actibus, ex principio, & ex fine. Vnde & Dion. tractans de hac connexione ait, quòd illuminatio descendit à Deo in omnes Hierarchias, & sic reducuntur in super principale principium, & consummationem. Ex eo ergo, quod sic descendit illuminatio gradatim in omnes: vniuntur Hierarchiæ secundum actum illuminationis. Ex eo vero, quod est ibi dare super principala principiũ, est ibi vnio ex parte principij. Quia verò ordinatè reducuntur in quandam consummationem: est ibi vltas ex parte finis.

Quarta autem connexio Hierarchiarũ potest sumi ſm perfectiones. Nã hoc modo & corpora inter se, & corporalia cum spiritualibus, & omnia cũ omnibus sunt connexa, vt in de causis traditur. Sic. n. sunt connexa elementa, vt inter
Valuerũt generaliss. nexio. terram, quæ est frigida, & sicca, & aerem, qui est
C calidus, & humidus: est media aqua connectens, quæ est frigida, & humida conueniens cũ aere in humiditate, & aer cũ igne in caliditate. Sic inter intelligentias, quæ sunt immobiles, & incorruptibiles, & hæc inferiora, quæ sunt mobilia, & corruptibilia, sunt media corpora supercœlestia, quæ sunt mobilia, & incorruptibilia. Inconuexũ enim esset vniuersum secundum Philosophorũ sententiam, si ab immobilibus, & incorruptibilibus ad mobilia, & corruptibilia procederetur; & ex his quasi connexionẽ habentibus fieret constitutio vniuersi, siue rebus medijs. Propter qd facta sunt supercœlestia corpora, quæ sunt mobilia, & in hoc conuenientia cum his inferioribus; & incorruptibilia, & in hoc conuenientia cum intelligẽtijs angelicis. Sic inter ipsas Hierarchias:
D Prima quidem Hierarchia non illuminatur ab Angelis, & illuminat Angelos. Tertia est omnino disiuncta, & quasi opposita, quia non illuminat Angelos, & illuminatur ab Angelis. Propter quod est Hierarchia media connectens, quæ illuminatur ab Angelis, & in hoc conuenit cum tertia: & illuminat Angelos, & in hoc cum prima. Et si bene sciremus proprietates talium rerum: videremus, quòd Deus se habet quasi vnitas: & omnes species se habent quasi numeri, secundum quendã ordinẽ quasi linealiter vnitatẽ respicientes: ita, ꝙ spẽs secũda connectit primã cũ tertia, habẽs cõueniẽtiã cũ vtrisque, sicut me-

dium cum extremis: & tertia connectit secundã cum quarta: & quarta tertiã cum quinta: & sic deinceps, & si fierent species ad hoc nonæ intermediæ, fm quandam conuenientiam fierent, vt vniuersum connexum esset. Si. n. cõnexio est bona dispositio vniuersi, & talem connexionẽ videmus apertè in elementis, quæ sunt quasi ignobilissima corpora: multo magis huiusmodi connexionẽ esse inter Angelos indicamus. Dicemus. n. non esse duos Angelos eque perfectos, sed secundum perfectiones quodam ordine se habent; vt semper media species, siue medius Angelus sit connectens extremos. Non solum ergo media Hierar. connectit primam cum tertia, sed quia quodam ordine prioritatis, & posteriorit atis secundum suas perfectiones sunt Angeli ordinati: semper fm conuenientiam quandã se habebit se cũdus cum primo, & tertio: & tertius cum secũdo, & quarto, & sic deinceps.

Angeli duo eque perfecti nõ sunt. idẽ fere in fra q 3. ar 2. & supra nõ semel.

Resp. ad arg. art. iii.

AD primum dicendum, quòd quãtumcunque differant secundum genera remota: oportet eos cõuenire in aliquo genere remotioti, quia oportet dare aliquod vnum genus omnium eorũ: dato tamã, q̃ non conuenirent in genere: cõueniret in analogo, quia secundum Philosophum in 3. Meta. quæ sunt diuersa genere sunt vnum proportione. i. analogia.

V. c. 16. 22.

Ad secundum dicendum, q̃ quæ est ratio distinguendi secundum vnum modum, potest esse ratio vniendi secundum alium modum: Hierar. ergo est ratio distinctionis, quia est rerum ordinatarum secundũ superius, & inferius ad vnum aliquid: propter quod licèt ratione superioritatis, & inferioritatis Hierarchia dicat distinctionẽ: ratione ordinis ad vnum aliquid, dicit connexionem: & si fiat vis in argumento, quòd Hierar. est maximè ratio distinctionis, quia maximè differunt, quæ differunt secundum aliam, & aliam Hierarchiam: tunc habebit eandem vim cum argumento primo, vt dicamus, q̃ nẽs Hierarchiæ conueniunt in aliquo genere multum remoto, & etiam habent connexiones, & conuenientias alias superius assignatas.

Ad tertium dicendum, q̃ Angeli, si considerẽtur in se, constituunt alium, & alium principatũ secundum alium, & alium modum recipiendi diuinos radios. Sed si comparentur ad suũ Principem: cum omnes sint sub vno principe. s. Deo: omnes ipsi: immo totum vniuersum, vt patuit, non est nisi vnus principatus, vt ex hoc possit dici connexum.

Resolutio Dub. I.

Connexiones superiori Articulo assignatæ, si ad vnitatem principij referantur; in vna, eademq; Hierarchia propriam connexionem ponendam esse censemus, ac vnitatem, quam quidem principij, receptionis operis, subiectiq; vnitatẽ nocitamus,

A AD id autem, q̃d vlterius quærebatur: Vtrũ in vna, & eadẽ Hierar. sit connexio; Dicendum, q̃ in Angelis est quatuor considerare, videlicet oẽs Hierarchias, quamlibet Hierarchiam, quẽlibet ordinẽ, & quẽlibet Angelũ. Sub ipsa. n. Hierarchia in sua cõitate sũt multę Hierarchię: i qualibet Hierarchia plures ordines: i qualibet ordine multi Angeli: in qualibet angelo multæ illuminationes. & omnia hæc se habent fm sub, & supra. Nã vna Hierarchia est altior alia. Vñ & Dio. to. de cęlesti Hierar. tractãs de cõnexione angelorũ. Primo assignat fm sub, & supra gradus in Hierarchijs: ostendens, q̃ diuina radij perueniunt à Deo in Hierar. primã, & ab illa in secũdã, & sic deinceps: postea assignat sub, & supra, siue gradus in eadẽ
B Hierarchia, vt q̃ in vna, & eadẽ Hierarchia vnus ordo est altior alio. Tertio assignat hoc in eodem ordine, vt sicut est quædã Hierar. superior, q̃dã infima, quædã media, & sicut in eadẽ Hierarchia vnus ordo se hẽt, vt superior talius, vt inferior: alius, vt medius; sic in eodẽ ordine, q̃dã sunt Angeli supiores, quidã inferiores, quidã medij. Simili modo in vno, & eodẽ angelo illuminationes q̃dã sunt primæ, q̃dã mediæ, q̃dã inferiores: Propter qđ ait, q̃ fm se vnusq; cęlestis, & humanꝰ animus spãles illuminationes hẽt, & primas, & medias: p quarũcũq; Hierarchiarũ illuminationes proptius i sed q̃ se hãt ordinatè fm sub, & supra cõnexionẽ aliquã hãt: ideo in omnibus Hierar. & in quolibet ordine; & in quolibet angelo ẽ aliqua cõnexio. Nã vbi multitudo ibi confusio: supple, nisi sit ordinata. Si aũt ordinata est, ipso
C ordine quandã vnitatẽ hẽt, vt si numeri ordinati sunt; hoc est, q̃a fm quẽdã ordinẽ respiciũt vnitatẽ: & si q̃dictorum de Angelis ordinatis sunt: hoc est, q̃a fm quẽdã ordinẽ ordinantur in vnũ Deũ, qđ sine cõnexione esse nõ põt. Quæcunque. n. ad vnũ aliqđ ordinantur, aliquomodo cõnexa sunt, & vnita. Quòd si vellemus de connexione oium istorũ tractare: dicemus cũ Dio. 13. de di. nom. q̃ quæ sunt multa partibus, sunt vnũ toto: & quæ sunt multa accidentibus sunt vnũ subiecto. Oẽs ergo Hierar. sunt multa partibus, sed sunt vnum toto, q̃a oẽs illi principatus rõne vnius principiãtis faciunt principatũ vnũ: & oẽs ordines i eadẽ Hierarchia sunt multa partibus, sed sunt vnũ toto, q̃a oẽs hmõi ordines, quasi partes cõstituunt vnã Hierarchiam, quasi quoddã totũ: & oẽs Angeli in eodẽ ordine sunt multa partibus,
D sed sunt vnũ toto: multæ ẽt illuminationes in eodẽ Angelo sunt multa accidẽtibus, sed sunt vnũ subiecto. Et si vellemus cuilibet istorum dare propriam cõnexionem, & vnitatem: dicemus, quòd oẽs illæ quatuor connexiones superius traditæ, videlicet secundum principium, finem, perfectionem, & actus, possumus reducere ad vnitatem principij. Nam ideo omnes Hierarchiæ vniuntur in actu illuminandi, quia omnes illæ illuminationes ab eodem principio fontali ordinatæ procedunt in primos: deinde in secũdos, & sic deinceps, vt Deus vnit sibi primos, in eos agendo,

endu,& eos illuminando, & primi hoc modo sibi vniunt secũdos,& sic deinceps ita, quòd vnitas secundum huiusmodi actum, reducetur in vnitatem secundum principiũ. Sic & vnitas fm perfectiones ad hanc vnitatẽ reducitur. Nã quia ab vno principio habent oẽs suas perfectiones: ideo habent eas modo vnito, & connexo. quia Deus, vt sit vna harmonia,& vna melodia in toto vniuersu: semper fines priorum coniungit principijs secundorum, vt dicitur 7. de diu. nom. Sic etiam vnitas secundum finem ad vnitatem fm principium pertinet. Nam quia omnia procedũt ab vno: ideo dignum est, ꝙ omnia reducantur in vnum. Omnibus itaque Hierarchijs est vnitas principij cuilibet Hierarchię. præter hanc vnitatem, est vnitas receptiuuis, quia tota vna Hierarchia dicitur habere eundem modum recipiendi diuinum lumen: cuilibet autem ordini, præter has vnitates, est vnitas operis, quia quilibet ordo dicitur ordinari ad aliquem vnum actum, siue ad vnum opus, vt dominationes ordinantur ad dirigendum, potestates ad resistendum, & sic de alijs. Omnes autem illuminatiunes in vno Angelo præter has vnitates habent vnitatem subiecti. Cum ergo quatuor vnitates sint assignatæ, subiecti, operis, receptionis, & principij: omnes præfatæ quatuor vnitates sunt in illuminationibus eiusdem angeli, quia omnes sunt in eodem subiecto: omnes ordinãtur ad aliquod vnum opus, quod commissum est illi angelo. omnes ẽt aliquo vno modo recipiunt. Nam si vnus modus receptiuus est aliquo modo in tota vna Hierarchia: multo magis erit vnus talis modus in vno, & eodẽ Angelo, & hoc modo possunt multiplicari verba pro libito.

Vnitates, quatuor.

A secundum actus, & opera: sed quòd habent differentiam, & conuenientiam. Vel possumus dicere, quòd etiam in vno, & eodem actu aliter, & aliter considerato, omnes Angeli conueniunt, & differunt: vt si consideratur illuminare, & illuminari secundum generalem rationem, sic omnes conueniunt, quia omnes illuminant, & illuminantur. Si secundum specialem: omnes differũt, quia non sunt duo Angeli, qui ęquè clarè illuminentur, & qui per omnem modum similiter se habeant ad actum illuminandi.

ARTIC. IIII.

An Angelus alium purget. Conclusio est affirmatiua.

B

D. Th. 1. sent. d. 9. art. 1. Et in q. disp. de cogn. Ang. q. 9. ar. 3. Alb. Magn. de Hierarch. q. 7. art. 23. Biel d. 9. q. 1. Land. d. d. 9. 10. q. 1.

QVARTO quæritũr de actibus Hierarchicis, qui sunt purgare, illuminare, & perficere. Videtur autem, quòd vnus Angelus alium nõ purget, quia purgatio est ab immunditia purgare. In Angelis autem nõ est aliqua immunditia, cum sint specula clara, & nitida.

Præterea: si Angeli indiget eut purgatione. potissimè hoc fieret per gratiam, sed solius Dei est infundere gratiam: ergo, &c.

C Præterea: Hierar. diffinitur à Diu. 3. de cęlest. Hierar. quod est imagu diuinæ speciositatis. sed quod est tale non indiget purgatione: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est idem Dio. eodẽ 3. c. ꝙ ordo Hierar. est quosdam quidem purgare, quosdam verò purgari.

Dub. I. Lateralis.

An Angelus alium illuminet. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. de cogn. Ang. q. 14. D. Th. 1. p. q. 106. art. 1. & 4. Et d. 12. ar. 2. Et in q. disp. de Ver. q. 9. ar. 1. Ric. d. 9. q. 4. Sco. d. 9. q. 1. Franc. Mayr. d. 12. q. 2. Th. Arg. d. 9. q. 1. ar. 3. Capr. d. 11. q. 2. ar. 2. Biel d. 9. q. 2. Dur. d. 12. q. 3. Ant. Andr. d. 9. quæst. 1.

D

VLTERIVS autem quęritur: Vtrũ vnus Angelus illuminet alium. Et vf, ꝙ nun. Aug. 83. q. videtur velle: nihil esse medium inter Deũ, & animam: propter quod ibidẽ ait, ꝙ nec qnicquàm est melius, quàm rationale animal: nisi Deus. Si ergo nihil est medium inter animã, & Deũ: multò magis nihil erit mediũ inter Angelum, & Deum: non ergo vnus Angelus illuminat aliũ, quia tunc Angelus illuminans esset medium inter Angelum illuminatum, & Deum. Quæst. 2.

RESP. AD ARG. DVB. I.

AD primum dicẽdum, quod & secundũ naturam, & secundum gratiam habẽt connexionem Angeli: ita, quòd & si differunt specie, cõueniunt gñe: & si differunt in genere propinquo, conueniunt in remoto: & si differunt in vno genere remoto, conueniunt in alio magis remoto. sic etiam & secundum dona gratuita conuenientiam habent. Nã licèt secundum talia dona magis conueniant Angeli vnius ordinis, quàm diuersorum: & magis vnius Hierarchiæ, quàm diuersarum: omnes tamen sunt aliquo modo connexi secundum talis doni, cum secundum ea ordinatè se habeant ad vnum finem, & ad vnum principium, quod sine connexione esse non potest.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliqui actus sunt, in quibus conueniunt Angeli, & aliqui, quibus differunt. Nã omnes illuminant, & illuminant. Vnde quantũ ad hunc actũ cõueniunt omnes ordines: sed quantũ ad opera, & quantum ad officia eis commissa, ratione quorum sunt ordines distincti, oportet diuersos ordines differre. Non ergo arguitur, quòd nullã habeant cõueniẽtiam

Lumen triplex.

Præterea: non est nisi triplex lumen: naturæ, gratiæ, & gloriæ. sed nullum tale lumen potest Angelus infundere in alium. Nam de lumine naturæ certum est, cum illud sit concreatum Angelo, & sit à creante productum: etiam de lumine gratiæ, & gloriæ planum est, cum talia per creationem habeant esse.

Præterea, si Angelus unus illuminat et alium, vel hoc esset naturaliter, vel supernaturaliter, nō naturaliter. Quia etiam Dæmonibus naturalia remanserunt integra, & splendidissima, nec supernaturaliter, quia eorum non est agere supra naturam.

IN CONTRARIVM est Dionysius 3. de cœlesti Hierarchia, volēs quòd sicut ordo Hierarchiæ est quosdam quidem purgari, quosdam verò purgare, sic ordo Hierarchiæ est quosdam quidem illuminari, quosdam verò illuminare.

Dub. II. Lateralis.

An Angelus alium perficiat. Conclusio est affirmatiua.

Vide Gabr. Biel, d.p. q.a. & alios Doct. supra citatos.

VLTERIVS autem quæritur: Vtrum unus Angelus perficiat alium. Et videtur, quod non, quia endelechia, pfectio actus, & forma, idem videntur dicere. sed Angelus non potest naturam corporalem, quæ magis est ex subiecta, perficere, & monere motu ad formam. ergo multo magis non poterit hoc de natura spirituali, siue de Angelo.

Præterea: illud, quod est plenum formis, non potest vlterius formari, & perfici, quia si posset magis formari, & perfici, non esset plenū formis. Lib. de caus. Sed, vt dicitur in lib. de causis, omnis intelligentia est plena formis: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est Dionysius 3. de cœlesti Hierarchia, dicens ordinem Hierarchiæ esse quosdam quidem perfici, quosdam verò perficere.

Resolutio Artic. IIII.

Angelus alium purgare dicitur, quantum ad aliquam imperfectionem, & reuelationem: non quantum ad naturæ maculam, nec ipsius culpā, nec velamen phantasiæ.

RESPONDEO dicendum, totū ordinem Hierarchicum accipi ex eo, q̄ à Deo tanquam à Patre luminum derivatur lumē in superiores Angelos, & ab illis in alios Angelos, sicut videmus in his A corporalibus, q̄ à Sole tanquàm à fonte luminis derivatur lumen in aliqua corpora splendida, & resulgentia, vtputa in Lunam, vel in Stellas, vel etiam in aliqua metalla: à quibus postea derivatur lumen in alia, sic suo modo se habet, & in Angelis: propter quod sicut in his corporalibus non refundunt lumen receptum in alia, nisi corpora munda clara, & tersa. Sic & in spiritualibus suo modo se habet, vt si ab auro, vel argento, vel à calibe repercussis à lumine Solis, fiat splendor, & fulgor in alia corpora: oportet illa purgata, & munda esse: igitur si spirituales substantiæ lumen in se receptum debent in alia transfundere: oportet illa esse purgata. Propter quod Dio. 3. de diu. nom. ait, quòd oportet purgatores magnæ purgationis, i. munditiæ: alijs tradere propriam castitatem, i. munditiam. Non. n. possent eos perfectè illuminare, nisi eos mundarent, & purgarent. Possumus autem cum Dio. 7. de Ecclesiastica Hierarchia dicere, quatuor esse genera purgationum: videlicet ab immundis maculis, & a corruptione, quæ potest rei competere per naturam: ab inquinationibus, quod potest rei competere per culpam: à materialibus phantasijs, quod competit creaturæ rationali propter cognitionem velatam, & ænigmaticam, & obscuram. Quarta purgatio est à diminutione. i. ab imperfectione, quia inferiores non sunt, ita perfecti, sicut superiores. In Angelis enim nō est immunditia macularum naturalium, q̄ possint infirmari, & pati, & sic corrumpi. Nec est in eis inquinatio culpæ, nec cognitio phantastica, quia omnes clarè, & apertè vident, quæ vident. C sed est in eis aliqua diminutio, quia non sunt omnino perfecti. Ideo ab aliqua imperfectione purgari possunt: hoc est ergo, quòd Dio. ait in c. præfat. existimandum esse eas. s. intelligentias non immundis maculis; supple q̄n ó ad naturam, quòd possint naturales maculas, vel corruptiones suscipere: nec inquinationibus liberatas, quo ad culpam, quòd possint culpam contrahere, à qua liberentur: neque vt materialium receptiuas phantasiarum, & habeāt, cognitionē per materiales, & tensibles phantasias velatam, sed vt à diminutione mundas. q.d. quòd non purgantur tribus præfatis modis: videlicet à maculis naturæ, nec ab inquinationibus culpæ, nec à velamine phantasiæ, sed mundantur hoc quatto modo à diminutione. i. ab aliqua imperfectione.

Lumen corporeū de numero rerū fiat.

Angeli quo pacto purgētur.

D

RESP. AD ARG. ART. IIII.

AD primum dicendum, quòd Angeli nō purgantur ab immunditia culpæ, vel etiam phantasię, sed purgantur ab aliqua imperfectione, siue ab aliqua nescientia, quia non omnia sciunt, sed aliqua reuelantur inferioribus per superiores.

Ad secundum dicendum, q̄ purgatio à culpa est per gratiam, quam solus Deus infundit: sed purgatio ab aliqua diminutione, vel ab aliqua imper-

imperfectione, siue ab aliqua oescientia, quia nõ omnes omnia sciunt, vt commonitee ponitur, potest esse per lumen doctrinæ, quod vnus Angelus alteri communicare potest. Dato ergo, quòd Angelus posset infundere gratiam, non purgaret vnus alium a culpa, quia in nullo Angelo est culpa. Potest ergo per lumen doctrinæ vnus purgare alium a nescientia, quæ in multis inferioribus respectu superiorum esse potest.

Ad tertium dicendum, quòd quælibet Hierarchia est imago diuinæ speciositatis secundum proportionem suam, eique possibilem: & quia huiusmodi proportio non reperitur æqualiter in omnibus, quia aliqui sunt ibi superiores; aliqui inferiores; ideo superiores possunt purgare inferiores, tanquam minus proportionatos ad recipiendum in illa plenitudine diuinum lumen.

Resolutio Dub. I.

Angelus alium illuminat Angelum. Idque ex parte Angeli illuminati, illuminantis, nec non ex diuini luminis virtute.

AD id autem, qd quærebatur: Vtrũ vnus Angelus illuminet alium; Dicendum, quòd tripliciter declarare possumus vnum Angelũ alĩ illuminare. Primo quidem ex parte ipsius Angeli illuminati. Secundo ex parte ipsius Angeli illuminãtis. Tertio ex parte ipsius diuini luminis, per quod illuminatur.

Prima via sic patet: Nam sicut videmus in hac visione sensibili, & corporali, sic suo modo se habet in visione intellectuali, & spirituali. sicut ergo nihil videmus corporaliter nisi in quadam luce corporali, sic nihil videmus spiritualiter nisi in quadam luce spirituali. Vnde August. 12. de Trinitate, Credendum est, mentis intellectualis naturam ita conditam esse, vt res intelligibiles naturali ordine, Conditore disponente, sic videat in quadam luce sui generis incorporea, quẽadmodum oculus carnis videt, quæ in hac corporali luce circum adiacent. Quidquid ergo intelle ctualiter cernitur, in quadam luce intellectuali videtur Ita quòd de hac luce intellectuali loquimur, sicut loquimur de ipsa intellectione, siue de ipsa actione intellectus. natura quidem illa, quæ est sua intellectualis actio, est sua intellectualis lux. Propter quod Deus sicut essẽtialiter est sua intellectualis actio, sic essentialiter est sua intellectualis lux. Nõ igit̃ participatiuè, sed sontaliter, & essentialiter Deus dicitur esse lux: eum nihil sit ibi de oppouto lucis. Iaxta illud Ioan. Deus lux est, & tenebr̃ in eo non sunt vll̃. Omnis autem alia intellectualis substãtia infra Deũ, sicut potentialiter se habet ad suum actum intelligendi, sic potentialiter se habet ad suum lumẽ intelligibile: vt sicut intelligit per actum intelligendi, qui non est sua substantia, sic potest percipere per aliquod lumen intellectuale, quod nõ est sua essentia. & quia participatiuè se habet ad tale lumen, conueniens est, quòd non habeat ipsum in omni plenitudine, vt possit secundum huiusmodi lumen aliquam perfectionem recipere.

Distinguemus ergo dupliciter potentialitatẽ: vnam materialem, quæ est causa receptionis trãsmutabilitas: & aliam intellectualem, quæ est causa receptionis intelligibilis. Ab hac autem potẽtialitate intellectuali nulla forma, abstracta est penitus liberata, nisi sola forma prima, natura scilicet diuina. omnes igitur aliæ spirituales substantiæ propter istam potentialitatem, quam habent intellectualem, quia intellectus in eis non nõ est omnino terminatus, & perfectus, & quia non habent omnem plenitudinem lucis intellectualis, sed eam cum quadam diminutione participant, large accipiẽdo diminutionem, possunt aliquam purificationem, & illuminationem suscipere. Vnde & Commẽtator in 3. de anima ait, Com. 5.14. non esse opinandum, quòd prima materia sit causa receptionis simpliciter, sed est causa receptionis tranſmutabilis. causa autem receptionis simpliciter, & vniuersaliter, vt ait, est ista natura, scilicet potentia intellectualis, vt subdit, & ex hoc modo est potentiale, vt intelligentiæ abstractæ purificent se ad inuicem. Et ait, quòd illud, quod est libertatum ab hac natura, videlicet quod nihil possit recipere, est primus intellectus, idest Deus.

Quidquid ergo sit de intelligere Angelorum omnino naturaliter, secundum quòd intelligunt res in proprio genere, ad quod sufficiunt species concreatę. Certum est tamen de intelligere ipsorum, prout intelligunt per illuminationes diuinas, quod sunt in potentia ad tales illuminationes, ratione enius potentialitatis de se quandam imperfectionem habent, ratione cuius imperfectionis, & diminutionis, possunt tales illuminationes recipere. Et quia secundum ordinem debitum fit talis receptio, iõ diuinæ illuminationes perueniunt ad inferiores Angelos per superiores. Quia lex diuinitatis est, & ordine diuino omnino est hoc diuinitus promulgatum, secunda, idest secundas intelligentias participare illuminationes per primas, vt dicit Dio. 8. de cęlesti Hierarchia. Diximus autem, quòd large loquimur de diminutione, & imperfectione, quia potest sumi diminutio, & imperfectio priuatiuè, cum quis diminuitur, & priuatur aliquo bono sibi debito per naturã, sic nec Dæmones sunt priuati, vel diminuti tali bono. qa, vt supra per Dio. diximus, naturalia eis remãserunt integra, & splẽdida. Alio modo potest accipi talis diminutio, & & imperfectio quasi negatiuè, quia nõ habet omnem perfectionem, & omne complementum, qd potest habere quocunque modo. Ex parte itaque Angeli illuminati, quia non habet omnem perfectionem, quam potest habere, & quia est in eo potentia ad recipiendum diuinas illuminationes, quia talia deueniunt in inferiores Angelos per superio-

Tomo 3. Cap. viii.

1. Ioan. 1.

superiores, consequens est, quòd superiores possint inferiores illuminare.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius Angeli illuminantis, quia nunquam agens expellit oppositum, nisi introducēdo propositū. Angelus ergo superior purgat inferiorem illuminando ipsum. Ipsa ergo potentialitas, & ipsa imperfectio inferiorum, loquendo de imperfectione large, & etiam modus agendi superiorum, in quo modo communicant cum omnibus agentibus, quòd non tollunt privationem, nisi inducēdo aliquid positivum, sufficienter ostendit superiores Angelos illuminare inferiores.

Dei, & talis analogia.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte divini luminis videmus enim hunc Solem corporalem per virtutem suam usque ad intima terræ penetrare: vt mineralia, & ea, quæ generantur in ventre terræ, virtute Solis, & stellarum generantur: sic, & multo magis ille Sol spiritualis, Deus suo lumine intellectuali, ad omnia intellectualia, siue ad omnes Angelos, & etiam usque ad rationalia, sine usque ad homines pertingit. Et quia hoc fit quodam ordine, quia lex divinitatis est vltima reducere in suprema per media, consequens est, quòd prima Hierarchia immediate illuminetur a Deo. secūda illuminetur mediante prima, infima mediante media, nostra autem Hierarchia mediante infima. Vnde Dio. 7. de di. no. ait, q mouas, & vnitas substantialiter: tres autem personaliter, idest Trinitas, & vnus Deus, à supercelestibus essentijs. i. ab Angelis usq; ad nouissima terræ. i. usq; ad nos extēdit bonitatē suam. Si ergo tanta est efficacia divini luminis, & hoc ordine huiusmodi efficacia in actum progreditur, quia infima pertingit per media, sicut omnes Angeli sunt medij inter Deum, & nos; ideo à Deo illuminamur per Angelos. sic superiores Angeli sunt medii inter Angelos inferiores, & Deum, ideo lumen divinum ad inferiores Angelos habet peruenire per superiores.

A bi proponit, vt finem. quia sicut in monendo voluntatem generaliter, non refert bonum; & apparens bonum: sic in mouendo eam, vt finis, nō refert finis, & apparens finis. sed non sic est in intellectu, quia aliquā, & vt plurimū, maxime intelligibilia sunt nobis minus nota, quā minus intelligibilia, vt quodā ordine per intellectū tendamus in maxime intelligibile. & sicut per intellectum sic gradatim ascendimus, sic divina illuminatio sm quosdam gradus in nos descendit, quamuis gratia & charitas, & huiusmodi dona, per quæ voluntas Deo coniungitur, & in Deum tanquā in finem, & inquid volitum tendimus, immediate sint in nobis a Deo.

Ad secundum dicendum, quòd vnus Angelus non illuminat alium causando in eo lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ: sed illuminat ipsum fortificando intellectū eius, quo fortificato, incipit aliqua scire, quę prius nesciebat.

Ad tertium dicēdum, quòd Angelus superior ipsum intellectum naturalem inferioris Angeli iuuat, & consortat, vt possit per huiusmodi intellectum intelligere aliqua etiam supernaturalia, quæ prius intelligere non poterat. intellectus ergo, qui fortificatur, est naturaliter inditus Angelo, per quem intellectum sic fortificatum, & per consequens illuminatum, potest etiam supernaturalia cognoscere Et si dicatur, q Angelus superior hoc faciendo agit supra naturam; Dicemus non esse inconueniens aliquid, vt organum, & in virtute alterius, agere vltra suā speciem. & quia Angelus superior recipiens illuminationem diuinam, & eam transfundens in Angelum se habet, vt organum; non est inconueniens ipsum secundum hunc modum agere vltra suam naturam, & illuminare inferiorem de diuinis mysterijs, ad quæ secundum suam naturalem cognitionem non posset pertingere.

Agere supra propriā naturam, quō fit possibile.

Resolutio Dub. II.

Angelus alium perficit Angelum, diuinam scientiā communicando, non nouam speciem, aut formam imprimendo, sed intellectum conformando. Emanat enim inferioris cognitio a notitia superioris, sicut riuuli a fonte prodeunt.

Perfectio quid.

Resp. ad arg. dvb. 1.

Ad primum dicendum, q licet secūdum voluntatem, & sm gratiā immediate se habeat quælibet creatura rationalis, & intellectualis ad Deū, quia solus Deus infundit gratiam animæ; tamen secundum intellectū, & secundum illuminationem Angeli sunt medij inter nos, & Deū, & superiores Angeli suot medij inter Deum, & inferiores: sic, vt semper secundum quendam ordinem deriuetur diuinum lumen in inferiora p media. Non enim habet omnino eundem ordinem volootas in volendo maxime volibilia: & intellectus intelligendo maxime intelligibilia. quia licet in executione ea, quæ suot ad finem, possint præcedere finē, in volitione tamē semper finis, & maxime volibile, vel id, quod apprehenditur, vt tale, præcedit id, quod est ad finem: & quod est minus volibile, vt secundum huoc modum semper voluntas habeat immediatum ordinem ad finem: vel ad id, quod simpliciter est primum volitum.

Medij inter Deū, & creaturā rationalē sm fit.

Volitas, & intellectus quid dif.

ipsa

ipſa acceptione diuinæ ſcientiæ, vel in ipſa cognitione diuinorum myſteriorum. ſecundum ergo quamlibet notitiam dicitur perfici intellectus. & ſicut accipit nouam notitiam, vel nouam ſcientiam, ſic dicitur accipere nouam perfectionem: poſſime tamen dicitur perfici ſecundum notitiam diuinorum, quia Deus eſt fons omniũ pfectionum, & ſcientiarũ, propter qđ ſignanter Dio. perfectionem vocauit aſſumptionẽ diuinæ ſcientiæ, vel notitiam, quam habet Angelus de rebus diuinis. Et licet ſecundum cognitionem diuinæ eſſentiæ, vel Trinitatis perſonarum, & ſecundũ omnem notitiam illam dẽ Deo, ſine qua non poteſt eſſe beatitudo noſtra, vnus Angelus non illuminet alium, tamen ſecundum cognitionem diuinorum myſteriorum, quia inferior Angelus non videt in Deo omnia myſteria, quæ videt ſuperior, poteſt vnus alium illuminare, & perficere, vt tota iſta perfectio ſit in ordine ad Deũ, qui eſt fons luminis, & perfectionis.

Angeli in quibus illuminent, & illuminentur, & in quibus non.

Poteſt autem huiuſmodi perfectio, & huiuſmodi notitia quadrupliciter ſumi in ordine ad Deum, vt dicatur vno mõ perfectio in ordine ad Deum, quia eſt omnino immediate a Deo. Secundo modo, quia eſt de rebus diuinis, ſiue de diuinis myſterijs. Tertio modo quia eſt in Deo. Quarto modo, quia eſt ſicut in Deo. Secũdum primũ modum perficiuntur illi de prima Hierarchia, qui immediate perficiuntur a Deo, & qui dicuntur eſſe in veſtibulis Dei, vt vult Dio. 7. de angelica Hierarchia. Alijs autem tribus modis perficiũtur omnes alij Angeli. Nam licet inferiores Angeli perficiantur, & notitiam accipiant a ſuperioribus Angelis, tamen illa notitia eſt de rebus diuinis, & in Deo, & hẽt aliquã ſimilitudinẽ cũ notitia ipſius Dei, ſiue cũ notitia, q̃ eſt in ipſo fonte, ſiue in ipſo Deo. Eſt enim talis notitia de rebus diuinis, quia de diuinis myſterijs, ſiue de diuinis legibus, ſiue diuinis rationibus. Nam ad hoc eſt principatus in Angelis, ſecundum quem principatum ſortiuntur alia, & alia officia, vt exercendo talia officia eis commiſſa, regnum noſtrum, ideſt Hierarchia noſtra humana aggregetur ordinibus Angelorum; propter quod Deus leges, & rationes, & myſteria, ſecundum quæ vult gubernare hunc mundum, & ſaluare electos, reuelat ſuperioribus Angelis, qui poſtea reuelant, & dant de eis notitiam inferioribus. ergo benedictũ eſt, quòd talis notitia eſt perfectio in ordine ad Deum, quia eſt de rebus diuinis. Secundo eſt in ordine ad Deum, quia eſt in ipſo Deo. Nam Angelus ſuperior illuminat, & cõfortat intellectũ Angeli inferioris, vt ſic illuminatus inferior cognoſcat diuina myſteria in ipſo Deo, qui prius cognoſcere ea non poterat, vt in ſequenti q̃ſtione patebit. Tertio talis notitia dicitur perfectio in ordine ad Deum, quia habet quandam ſimilitudinem cum notitia, quæ eſt in ipſo fonte, ſiue in in ipſo Deo. Non enim æquatur illi notitiæ, quia notitia Dei in infinitum excedit notitiam cuiuſlibet creaturæ, tamen imitatur eam. quia ſicut Deus in ſeipſo videt illa myſteria, & illas leges, ſecundum quas diſpoſuit gubernare mundum, & ſaluare electos, ſic & Angeli illuminati, illa myſteria, & illas leges in Deo vident. vel huiuſmodi notitia hẽt ſimilitudinẽ cum notitia, q̃ eſt in fonte, ſiue in ipſo Deo, qa ſicut ab illa notitia, quæ eſt in Deo velut a fonte deriuant riuuli, & fiunt notitiæ in angelis ſuperioribus. Sicut ipſi Angeli ſuperiores habẽt quandam notitiam, quaſi fontalem, a qua deriuantur notitiarum riuuli, & fiunt notitiæ in Angelis inferioribus. Ipſi inſuper Angeli, quantuncunque inferiores, habent notitiam quaſi fontalem, a qua deriuantur riuuli notitiarum, & fiunt notitiæ in hominibus.

A

B

C

D

Angeli inferiores nõ perficiunt.

Resp. ad arg. dvb. 51.

AD primum dicendum, quòd vnus Angelus non perficit alium imprimendo ei ſpeciem aliquam, vel formam, ſed hoc facit confortando intellectum eius, qui confortatus, & fortificatus, incipit aliqua videre in Deo, quæ prius non videbat. Angelus perficit.

Ad ſecundum dicendum, quòd quilibet Angelus eſt plenus formis, & ſpeciebus, quantum ad ea, quæ cognoſcit naturaliter, vt vnnqnam recipiat nouam ſpeciam. tamen quantum ad diuina myſteria, & quantum ad aliqua futura contingentia, quæ certam cognitionem habent in ſolo Deo, poteſt vnus alium illuminare, & perficere. non imprimendo ſibi nouum lumen, vel nouam ſpeciem, ſed fortificando intellectum eius, vt incipiat illa videre in Deo, quæ prius videre non poterat.

ARTIC. V.

An illuminatio fiat per veritatis propoſitionem. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegidius Quol. 6. q. 16.

VLTRÒ quæritur de modo, & qualitate iſtorum actuum. Quæritur enim cuiuſmodi, & qualis ſit iſta illuminatio. Et videtur, quòd fit per impreſſionem, & per actionem immutantem, non nouum lumen inducentem, ſed inductum augmentantem. Sic enim videmus in corporalibus: quia carbo minus ignitus, fortificatur ad præſentiam carbonis magis igniti, quæ fortificatio per immutationem fit, non per immutationem, quę de non calido faciat calidum: & quę inducat nouam caloris formam, ſed quæ de calido facit magis calidum, & quæ formã caloris inductam intendit, & augmẽtat. Immutatur enim nõ ſolum frigidum a calido, ſed minus calidum

a magis

a magis calido. Sic ergo a simili, & multò magis intellectus Angeli superioris, tanquam magis illuminatus, & accensus, ad sui præsentiam immutationem faciet in intellectu Angeli inferioris, per quam immutationem dicetur confortare, & fortificare intellectū eius, & dicetur ex hoc augmentare lumen ipsius.

Præterea, quod est situs in corporibus, hoc est ordo in spiritibus: sed corpora sic situata possunt se ad invicem confortare, & se invicem immutare, vt patet in carbonibus ignitis. ergo & in ipsis Angelis cum sunt ad invicem ordinati hoc idem fiet.

Præterea videt, ꝙ hoc fiat per luminis emissionē per exemplum, quod videmus in corporalibus, quia Sol hoc modo nos illuminat, emittendo suos radios, & multiplicando suum lumen vsque ad nos. ergo a simili vnus Angelus illuminabit alium, suum lumen præsens faciendo vsq; ad intellectum alterius Angeli, sicut Sol facit lumen suum præsens vsque ad nos.

Præterea potest Angelus suam essentiam facere præsentem in magno spatio, quia potest operari in valde magno spatio, & vbicunque operatur ibi est: non quòd extendatur extensione illius spatij, sed sicut anima rationalis est tota in toto corpore, quod informat, & tota in qualibet parte; sic Angelus est totus in toto spatio, in quo operatur, & totus in qualibet parte: ergo & Angelus potest suam essentiam facere sic præsentem alicui magno spatio potest facere præsens suum lumen. poterit ergo facere præsentiam sui luminis vsque ad intellectum alterius Angeli, & hoc modo illuminare ipsum.

Præterea illuminare est agere, sed quod non tangit, non agit. Si ergo vnus Angelus non attingit aliū per suū lumen, nō illuminabit ipsum.

In contrarium est, quia substantia spiritualis vbi operatur, ibi est, vt vult Dam. 1. lib. c. 16. Si ergo sic Angelus illuminaret alium agendo in ipsum, siue hoc esset, quia ipsum confortaret, siue quia ipsum lumen præsens faceret: esset ille Angelus to alio Angelo, & illaberetur ei, quod est inconueniens.

Dub. I. Lateralis.

An illuminatio sit idem, quod purgatio.
Conclusio est negatiua.

Alb. magn. de statu Ang. q. 6. artic. 7. Gabriel Biel d. 9. q. 2.

Literivs autē quæritur: Vtrū huiusmodi illuminatio sit idem, quod purgatio. Et videt, ꝙ sic. quia hoc est illuminare alium Angelum, facere ipsum aliqua intelligere: sed intellectus magis purus, eo ipso, ꝙ magis purus est, plura intelligit. Idem est ergo purgare, & illuminare.

Præterea, quæ vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: sed purgatio; & illuminatio vni, & eidem sunt eadem. quia sunt idem, quod diuinæ scientiæ assumptio, vt vult Diony. 2. de cęl. Hierarchia, ergo &c.

In contrarium est Dionysius de cęl. Hierarchia, qui distinguit purgare ab illuminare.

Dub. II. Lateralis.

An illuminare, & perficere sint idē.
Conclusio est negatiua.

Gabriel Biel d. 9. q. 2. &c.

Literivs quæritur: Vtrum sit idem illuminare, quod perficere. Et videtur, ꝙ sic. quia idem Dionysius eodem 7. c. non solum purgationem, & perfectionem, sed & ipsam illuminationem dicit esse diuinæ scientiæ assumptionem. omnia ergo ista tria sunt vnum, & idem.

Præterea idem est illuminare, quod manifestare: & idem est manifestare, quod notum facere, sed in hoc perficitur Angelus, quia ei notificatur, & manifestatur aliquid: & quia secundū hoc illuminatur ergo, &c.

Dub. III. Lateralis.

An actus Hierarchici diuersum ordinem habeant
Conclusio est affirmatiua.

Gabriel Biel d. 9. q. 1. Alb. q. 7. art. 7.

Literivs quæritur, secūdum quē ordinem se habeant ista tria. Et vt, ꝙ prius Angelus purgetur, quam illuminetur, quia nunquam materia induitur forma proposita, nisi prius expoliatur opposita. Cum ergo purgatio sit expoliatio a scientia, & sit expoliatio ab oppositio, illuminatio sit acceptio luminis, & sit quasi accipere formā positam, purgatio erit prior illuminatione.

In contrarium est, qa sicut Angelus inferior hoc patit, sic superior hoc agit, & econuerso: sed superior non purgat nisi quia illuminat, propter quod prius intelligitur illuminare, quàm purgare, ergo &c.

Præterea videtur, ꝙ perficere sit prius, quàm illuminare. Nam perfectio est acceptio scientiæ & hoc vt esse in nobis informatio intellectus per speciem: illuminatio autē est acceptio luminis,

vel

vel confortatio ſecundum lumen. & hoc videt in nobis eſſe vnio intellectus poſſibilis ad intellectum agentem. ſed intellectus poſſibilis prius videtur recipere ſpeciem, quàm lumen intellectus agentis, quia illud recepit recipiendo ſpeciem, ergo &c.

In contrarium eſt, quia cum lumen intellectuale ſit quaſi medium deueniendi in cognitionem, & in notitiam intellectualẽ, prius erit illuminatio, quàm huiuſmodi notitia, ergo &c.

Dub. IIII. Lateralis.

An prima, media, & vltima dentur illuminationes. Concluſio eſt affirmatiua.

Vlterius quæritur: Vtrum in illuminatione Angelorum ſit dare illuminationes primas, medias, & vltimas. Et videtur, ꝙ non, quia intelligens aliqua primò, aliqua ſecundo, aliqua tertio, intelligit cũ diſcurſu. Angeli non intelligunt cum diſcurſu, ergo &c.

Præterea Angeli exercentes ſua officia ſecũdũ huiuſmodi Hierarchias, efficiuntur deiformes, ſed in Deo non eſt date tales gradus, ergo &c.

Præterea omne, quod recipitur in aliquo recipitur ſecundum modum rei recipientis, ſed natura Angeli, vel eius intellectus non ſe habet, vt primus, & ſecundus, & tertius. Nam cum ſit vna natura Angeli, & intellectus eius ſit aliquid ſequẽs naturã; oportet, ꝙ ſe hẽat vno mõ. non ergo fient in eo illuminationes primæ, mediæ, & vltimæ.

Ariſto. 2. de anima 67. 3. de aia. T. c 4. & 2. eiũ. T. c. 67.

In contrarium eſt Dio. 10. de cęleſti Hierarchia dicẽs, ꝙ ſm ſe vnuſquiſq; & cęleſtis. i. angelicus, & humanus animus vltimas habet, & primas, & medias ordinationes, ſecundum vnumquemq; Hierarchiarũ illuminationũ. vbi ✻Cõmẽ. vult, ꝙ ſinguli ſpũs angelici in ſeipſis virtualiter diſcreti ſunt cõtinentes virtutes, ideſt illuminationes primas, medias, & vltimas.

✻Commen. vt Chartha ſianus, Ficinus, D. Th. & alij.

Reſolutio Art. V.

Angelus alium illuminat Angelum, non per directam actionem, aut excitationem; ſed per veritatis propoſitionem. Alius. n. alium illuminare ſuo modo dicitur, ſicut inter homines alius alium docet. Id vero maxima cum differentia dictum eſſe cenſemus.

Reſpondeo dicendum, ad qõnem primã, ꝙ de modo illuminationis Angelorum loquitur Dio. vlti. de angelica Hierarchia oſtẽdẽs, ꝙ hoc modo ſuperiores Angeli docent inferiores. quia ſuperiores habentes, per quos diuidunt ſpecies, & conceptus. Intelligunt. n. ſuperiores Angeli ꝑ vniuerſaliores ſpẽs, & hãt vniuerſaliores cõceptus, in q̃bus ſi-

Angeli ſuperiores dẽ mil.

A rintes non ſufficiunt ad intelligendũ, ſed ipſi ſuperiores diuidũt illos conceptus. i. particulatim proponendo eos inferioribus, vt poſſint illos capere. ſicut nutrix maſticat cibum, vt poſſit, de illo puer comedere: ſic ſubtiles, & induſtres, ſiue ſint homines reſpectu hominum, ſiue Angeli reſpectu Angelorum maſticant proponẽdo alijs. quia diuiſim, & particulatim proponunt ea, quę ipſi ſuccinctè, & compendioſe, & ſub pancis cõceptibus capiunt. vt ergo ſit ad vnum dicere, nihil eſt aliud vnum Angelum illuminare, & docere alium, quàm manifeſtare ſibi veritatem. Nomen enim luminis, ſiue in corporalibus, ſiue in ſpiritualibus à manifeſtatione impoſitum eſt ſic, & nomen doctrinæ a manifeſtatione impoſitum eſt. Hoc eſt enim alium docere, ſibi veritatem manifeſtare: & hoc eſt veritatem manifeſtare, eam neB ſcienti hoc modo proponere, ꝙ poſſit eã capere.

D. Tho. 1 p. q. 106. art. 1.

Diuerunt enim quidam, & magni, qnòd cum ad intelligendum concurrant duo, potentia intellectiua, & ſimilitudo rei intellectæ; vnus Angelus illuminat alium duplicitet. Primo potentiam intellectiuam confortando. quia vt aiunt, hoc eſt ordo in ſpiritibus, qđ eſt ſitus ĩ corporibus. propter ꝙ ſm eos ſicut carbones igniti ad inuicem ſituati, vnus confortat alium, & potiſſime magis ignitus, minus ignitũ: ſic quia Angeli ſunt ad inuicẽ ordinati, & huiuſmodi ordine ſe inuicem confortant: ita, ꝙ ſuperior tanqnam magis ignitus, & illuminatus confortat inferiorem.

Secundo vnus Angelus docet alium ſimilitudines rerũ, & conceptus ſuos ſibi proponẽdo eo modo, qno alter poteſt, vel poſſit capere. Sed huiuſmodi dictum propter tria, intellectum noſtrũ C non quietat.

Primo quia videtur velle, ꝙ Angelus ſuperior aliquid agat in intellectum inferioris, & qa ſubſtantia ſpiritualis vbi operatur ibi eſt, eſſet Angelus ſuperior in intellectu Angeli inferioris, & per conſequens illaberetur eius eſſentiæ.

Dubia in dicta D. Thomæ.

Secundo huiuſmodi dictum noſtrum intellectum non qnietat, quia vult Angelum ſuperiorẽ ſuos conceptus inferiori proponere, eo mõ, quo poſſit capere, & confortare eius intellectũ: ſed, vt patebit, non ideo aliter ſuperior intellectũ inferioris confortat, niſi & veritatẽ ei proponendo.

Tertio huiuſmodi dictũ noſtrum intellectum non quietat, qnia vult, ꝙ Angelus ſuperior prius confortet intellectũ inferioris, q̃ ei veritatẽ ꝓponat. qđ ſe hẽt econuerſo. quia primo ꝓponit, D q̃ confortet; concedimus ĩñ, ꝙ taliter pòt accipi huiuſmodi confortatio, ꝙ vnus Angelus confortet intellectũ alterius: & taliter, ꝙ nõ. concederet ẽt poſſumus ſimilitudinẽ de carbonibus ignitis. Nã taliter pòt accipi illa ſimilitudo, ꝙ vnus Angelus cõfortaret aliũ: & taliter, ꝙ hoc hẽret locũ in hoĩbus, & non in Angelis. & talitar, ꝙ nec in his, nec illis locum haberet. talia. n. exẽpla, qa nõ ſunt oĩno ſimilia, immo multũ diſſimilia, negari, & concedi pñt. Vnde & nos de ✻ talibus exẽplis ĩ diuerſis locis diuerſimode locuti ſumus, vt aliqñ ea negauerimus, aliqñ conceſſerimus. In eiſdẽ etiam

Carbonum ignitorum ſimilitudo.

✻ vide 4. quol. q. 16. & paulo infra q. 10.

etiam, vt puta in Angelis, vbi negamus nō valere ratione magnæ dissimilitudinis, possemus concedere valere rōne alicuius exilis similitudinis.

Sed circa hoc insistere ad modicum valet, propter qđ ad declarationem veritatis quæsitæ dicemus, ꝙ nullam actionē naturaliter habent Angeli directè i res corporales exteriores, nisi ſm motū ad sitū. Nā & in ipsis corporibus nō aliter naturaliter agunt. Angeli vero sunt ipsę formæ, & nihil agitur in eis nisi, qđ pertinet ad formā & pfectionē, ꝓpter qđ ad hoc, ꝙ angeli possint in Angelos, qui sunt q̄dā formæ, aliqđ directè operari, se non extendit Angelorū posse. Nec valet, si quis diceret, ꝙ Angeli superiores non inducunt directe in inferiores nouā pfectionē, vel nouū lumē, sed inductā confortant, quia cū huiusmodi confortatio ſm eos sit aliter, q̄ virtutē proponendo, immo ſm ipsos prius est talia confortatio, q̄ veritatis propositio, opottet, ꝙ hoc fit per aliquā actionē, quā præter veritatis propositionē hńt superiores in inferiores, qđ esse non posset, nisi illaberent eis. Est ergo vnus modus dicendi, ꝙ superiores illuminant inferiores per directam actionem, qui modus, vt patuit, stare non potest.

Alius dicendi modus est per excitationē. Imaginant aūt isti, ꝙ lumē Angeli possit esse pñs, vbi non est substantia Angeli, non, ꝙ illud lumē extēdat, nec, ꝙ protendat, sed ꝙ circunfundatur, vel vt magis proprie loquamur, ꝙ pręsens efficiatur: vt sicut essentia Angeli mō, quo atguendo tetigimus, potest esse pñs vni magno spatio, licet non extēdatur extensione spacij, sic lumen Angeli pōt esse pñs vni magno spatio, licet nō extēdatur extensione spatij, immo ſm istos, Angelus p maius spatiū pōt facere pñs suū lumē, quā suā essentiā. accipientes simile in rebus corporalibus, qa Sol facit pñs suū lumen, vbi non est prętens sua substantia: differenter tn erit hoc, & illud, qa sicut substantia: solis exhibet suā pñtiam dimensiue, qa extenditur extensione quātitatis, & est pars in parte, & tota in toto, sic lumē corporale, qđ radicatur in illa substantia, & qđ circūfunditur ei, multiplicatur multiplicatione spatij, vt non sit idē lumen in hac parte spatij, & in illa. Sed Angelus illud idē suū lumē indiuisibile pōt facere pñs vni magno spatio, ita, ꝙ erit vnū, & idē indiuisibile totū in toto spatio, & totū in qualibet parte, sicut & ipsa essentia Angeli tota esse potest in aliquo magno spatio. Dicunt ergo, ꝙ si essentia Angeli illuminantis attingeret intellectū, & p consequēs essentiā Angeli illuminati, vna essentia esset intra altā, quia simpliciter tangens simplex tangit ſm se totū. Ad hoc effugiēdum, ne vnus Angelus illabatur alij, ponunt, ꝙ essentia Angeli luminantis non se faciat pñtē vsq; ad Angelū, sed solū faciat lumen suum pñs, & quasi radios illius luminis pñtes vsq; ad Angelum illuminatū, a quo lumine illuminatus Angelus excitatus de suo potēciali formāt ī seipso ſimilitudinē aliquā, per quā intelligit, veritatem, quā vult eū docere superior Angelus, ita, ꝙ non per directā actionem, sed per quandam excitationem secundum istos, modo, quo dictum est, vnus Angelus illuminat alium.

Angelorū illuminatio per directā actionem.

Angelorū illuminatio per excitationem.

Sed huiusmodi lumen, ꝙ ponunt sic se facere pñs, vel est substantia, vel accidens, vel nihil. vt enim dicit Alpharabius in de ortu scientiarū, scitias nihil esse nisi substantiā, & accidens, & creatorē substantiæ, & accidentis benedictum in secula; Si ergo est substantia, & attingit tale lumen, siue talis substantia Angelum illuminatum, quia simplex attingens simplex attingit secundū totū, consequens erit, ꝙ aliqua substantia creata poterit illabi substantiæ angelicæ, qđ est incōueniēs. Si autem est accidens: nullum accidens pōt esse præsens alicubi, vbi nō est præsens subiectum proprium. Nec valeret, si quis diceret, vt ipsi dicunt, ꝙ isti radij spirituales, siue istud lumē angelicum, est minus depēdens; quàm lumen solare: & tamen lumen solare potest esse pñs, vbi non est præsens substantia solis. quia lumen illud solare, qđ est prętens vbi nō est pñs substantia Solis, nō est in substantia Solis sicut in subiecto, sed est in aere, vel in alio corpore. sed lumini intellectuali angelico non poterimus dare aliud subiectum, quàm substātiam propriam ipsius Angeli. Propter quod tale lumen esse præsens, vbi nō est præsens substantia Angeli, est inconueniens dicere. Nec oportet hanc potentiam, quam quidam visi sunt ponere, magis improbare. sufficit enim ostēdisse, quod non sit conueniens uostro propósito.

Angelorū illuminatio per excitationem.

Angeli in Angelos directe operari non possunt.

Angelorū illuminatio per directā actionem.

His itaque prælibatis, dicamus, ꝙ vnus Angelus non illuminat alium per directam actionem, vt videbatur dicere positio prima: nec per excitationē eo modo, quo ponit hęc positio secunda, sed per veritatis propositionē, sicut in alijs nris cōmbus diffinius diximus. suo enim modo vnus Angelus illuminat alitū, sicut & vnus homo docet alium. licet enim sit valde differēs istud, sicut: eo tn modo, quo exequimur, est valde proprium tale sicut. Nā scire non est credere Magistro, sed est cognoscere in illa eadem cā effectū aliquē, quē Magister cognoscit: hoc in nō obstāte, ꝙ nesciat Discipulus, nisi cognoscat effectū in cā, licet Magister: longe in difficilius est habere scientiam, per inuentionem, vel innenire causam, q̄ hēre scientiam per doctrinā, & doceri de cā. quia bńs scientiam per inuentionē, habet intellectū dispersum, & non fixū, cogitans nunc de hoc, nūc de illo: sed habens scientiā p doctrinā, habet intellectū vnitum, & ex hoc fortem, & confortatū. Magister ergo volens docere, eo modo, quo potest capere Discipulus, proponit sibi effectū, & cām: & quia secundū hāc propositionē, intellectus Discipuli nō spargitur, sed determinatè, & vnitè considerat duo hoc effectu, & de hac causa, propter quod videt, & cognoscit illum effectum in sua causa. Sic & in proposito Angelus superior videt aliquod mysterium, & aliquem effectum in Deo, qnē non videt inferior, sicut videt Magister aliqnem effectū in sua causa, quem nō videt Discipulus. propter quod Angelus superior proponit illum esse ctum Angelo inferiori, eo mō, quo ipse potest

Opinio Doctoris.

Angelorū illuminatio per veritatis propositionem.

Angelorū illuminatio quomodo fiat.

capere

capere, tunc Angelus inferior, quia semper vi causam, in qua reiucet talis effectus, & semper vi dei Deum, ideo determinatè considerans de ipso effectu sic sibi proposito, incipit videre in Deo il lū effectum, quem prius non videbat, & hoc mō dī illuminari, & reduci in Deum per superiorem Angelum. Nec vnus Angelus vnquam docebit alium Angelum rationes, & leges gubernationis mundi, vel mysteria, secundum quæ disposuit sal uare electos, vel quoslibet alios futuros effectus, qui non habent certitudinē, nisi in solo Deo: nisi illos effectus, vel illa sibi ꝓposita videat in Deo. Angeli enim inferiores nescirent ea, sed solum crederent de eis superioribus Angelis. Sic enim ponendo, possumus ponere, quòd vnus Angelus doceat alium, eius intellectum, & eius lumen intellectuale confortando, sed non eo modo, quo innuebat positio prima: & possumus dicere, ꝙ vnus Angelus docet alium, intellectum suum excitando, sed non eo modo, quo ponebat positio secunda: & possumus dicere, ꝙ cum duo concurrant ad notitiā rei, intellectus, siue potentia intellectiua, & similitudo rei cognitæ, qā vtroq; modo Angelus superior potest docere inferiorem, intellectum eius, s. confortando, & conceptus suos, per quos representantur res inferiori Angelo eo modo, quo potest capere proponendo. Sed hoc non est eo ordine, & eo modo, quo alij ponunt, ꝙ prius confortet: nec per aliam actionem cōfortat, quam proponat, vt ipsi innuunt, sed proponē do confortat. secundum hunc.o. ponendi modū, vnus Angelus docet alium eius intellectum confortando. nam cum superior determinatè propo nat inferiori talem effectum, cū virtus vnita fortior sit seipsa dispersa, quia determinatè inferior considerat de illo effectu, ideo vnitiuè fertur in Deum ſm cōsiderationem illius effectus. & ideo sic vnitus, & per consequens confortatus, vt dixi mus, incipit illum effectum videre in Deo, quem prius non videbat. hoc etiam modo vnus Angelus docet alium, ipsum excitando, quia proposito sibi aliquo effectu determinatè excitat ipsum, vt vnitiuè, & toto conatu ferātur in Deum, ſm consideratiouem illius effectus. quod faciendo incipit in ipso Deo videre effectum illum. Hoc etiam ponendo vtroque modo vnus Angelus docet, & illuminat alium, & intellectum eius confortando, & veritatem ei proponendo: non ꝙ ista duo sint ibi tanquam duo actus, vt alij visi sunt pone re: sed modo, quo dixim⁹. quia ista propositio determinati effectus, & determinatæ veritatis, facit, vt intellectus Angeli totus vnitur in se, & ꝙ vnitiuè de veritate illis, & de effectu sibi proposito consideret in Deo tanquam in causa, ex qua vnitiua cōsideratione confortatus, & vigoratus, incipit, vt diximus, in Deo cognoscere effectum illum. Ex hoc autem quamuis valde ex exili si mi litudine possemus concedere exemplum illud de carbone ignito, quia sicut carbo ignitus ad præsentiam alterius carbonis pōt in aliquem actum, in quem non posset sine præsentia eius: sic Angelus inferior, ſm ordinem, quem habet ad superiorem: vt quia proponit sibi aliquem determinatum effectum, & aliquam determinatam veri tatem, secūdum quam determinationem vnitur intellectus eius, & per consequens confortatur, & vigoratur, vt possit in hunc actum, qui est videre illum effectum in Deo, ad quem actum iuuatur modo, quo diximus, per ordinem, quem habet ad superiorem Angelum.

Carbonum ignitorū similitudo qualis.

Secundum hanc ēt positionem, nullam actionē damus Angelo superiori respectu inferioris, cui recta rō in aliquo contradicat, quia non plus damus superiori Angelo, nisi ꝙ loquitur inferio ri, & proponit sibi veritatem aliquā, vel effectum aliquem, & ex hoc excitat ipsum, vel confortat eum, vt consideret de illo effectu in Deo, in quo tanquam in causa hī scientia de illo effectu, vt ex hoc cōcordemus cum Dio. quòd hęc sit illumina tio, diuinæ scientię assumptio, vel acceptio, vt ex hoc inferior illuminetur à superiori, quia per eum accipit scientiam de mysterijs Dei, & de effe ctibus Dei in ipso Deo, & ēt ex hoc diuina scientia dicatur esse in eo. nam scientia, quę est de his, quæ sunt Dei, & in ipso Deo, diuina merito dici potest. Loquitur. n. Angelus inferior superiori, si cut & Discipulus loquitur Magistro, sed ex hoc non docet eum, nec illuminat ipsum. superior au tem loquitur inferiori, sicut Magister Discipulo, vt ex hoc dicatur eū docere, & illuminare, sed de hmōi locutionibus in sequēti Dist. tractabimus.

Angelorum loquutio.

RESP. AD ARG. ART. V.

AD primum dicendum, ꝙ exemplum de carbone ignito nō valet ad propositū, ꝙ Angelus superior aliq̄d directè agat in inferiorem: valet tamen modo, quo diximus.

Ad secundum dicendum, quòd actus actiuo rū sunt in patiente, & dispositio, vt dī in 2. de aia. Propter quod reprehendendi sunt illi, qui volūt determinate de aia, & nihil dicere de corpore, vel volunt determinare de actiuo, & nihil dicere de passiuo. ordo ergo in spiritibus, & situs in corpo ribus, nec ad conformationē, nec ad aliquid faciēt nisi ſm exigentiā passi, & ſm ꝙ passum est aptum natū recipere. & ideo Angeli superiores non pos sunt directè agere in inferiores, nec habere directam operationē in eis, sicut habet carbo magis ignitus in carbonem minus ignitum. quia tūc su periores Angeli illaberentur inferioribus, cū hoc sit cōmune omni spirituali substantiæ, ꝙ vbi ope ratur, ibi est. sed potest superior veritatem, quam nouit, inferiori Angelo proponere, & sic eum il luminare, & docere.

Actus actiuorum in patiente bene disposito. 2. de aia.

Ad tertium dicendum, quòd huiusmodi illuminatio nō potest fieri per luminis emissionem, vel quòd Angelus superior faciat præsens suum lumen, vbi non est præsens sua substantia, quia runc esset accidēs sine subiecto. nam illud lumen sic præsens factum, non esset sicut in subiecto in substantia Angeli illuminantis, cum ponatur talis substantia non esse ibi præsens, nec posset esse sicut in subiecto in substantia Angeli illuminati, quia tunc accidens mutaret subiectum suum: nec in spatio aliquo corporali. qa corpus

non potest esse subiectum talis luminis. cum lumen illud, nec sit corpus, nec virtus in corpore: propter quod modus ille stare non potest.

Ad quartũ dicendũ, ꝙ angelus põt suum lumen facere præsens alicui magno spatio: sicut põt facere præsentẽ suã substantiã, vt secundũ se totũ tam secundũ substantiã, quàm secundum suũ lumẽ, ẽt secundũ ꝙlibet sua sit totus in toto illo spatio, & totus in qualibet parte: sed tñ nõ pt suũ lumen facere præsens, vbi nõ est substãtia, vt hoc modo illumioet aliũ angelũ. quia tũc esset accidens sine subiecto: dato tñ, ꝙ posset facere sic lumen præsens, qđ attingetet aliũ angelum, oporteret, ꝙ illud lumẽ illaberet illi alij angelo. qa simpliciter attingẽs simplex, totũ attingit totũ, qđ esset magis incõueniẽs ponere de huiusmodi lumine, q̃ de ipsa substãtia. Nã huiusmodi accidẽs illabi alij angelo repugnat ei, & ratione, qua accidẽs, & rõne, qua qđ creatũ, sed ꝙ essentia angeli alicuius illabat alij angelo, nõ repugnat ei rõne, qua essẽtia, sed rõne, qua qđ creatũ.

Ad quintũ dicendõ, ꝙ id, qđ nõ attigit aliud, nõ agit directè in ipsum, sed huiusmodi actionẽ, q̃ est effectũ alicuius, vel veritatẽ aliquã ꝓponere: pót vnus angelus facere in aliũ absq; eo qđ ipsũ attingat mõ, quo volebat cõcludere argumẽtũ: ideo sufficit, ꝙ ei illã veritatẽ proponat, eo mõ, quo possit alius capere. Nõ. o. angelus hẽt cognitionẽ de rebus, ꝙ res agãt in ipsum, sed sufficit, ꝙ res sint tales, ꝙ sint ꝓportionatæ speciebus in mẽtibus angelorũ, ad hoc, ꝙ possit eas angelus cognoscere. Sic sufficit, ꝙ angelus superior de veritate, quã vult ostẽdere inferiori, formet in seipso particulares cõceptus ꝓportionatos speciebꝰ inferioris angeli. ad hoc ꝙ possit angelus apprehẽdere veritatẽ illã, & secũdũ illã ferri in Deũ, & so Deo tanq̃ ĩ causa excitatꝰ, & cõfortatꝰ à superiori, mõ, quo dixim⁹, possit videre veritatẽ illã.

Angelorum cognitio quo fiat.

Resolutio Dub. I.

Purgatio, & illuminatio sunt idem re: differunt tamen ob diuersos respectus.

AD id auiẽ, qđ ꝙrebatur, vtrũ sit idẽ purgatio, qđ illuminatio; Dicẽdũ, ꝙ est idẽ secũdũ rẽ: solũ differt prespectum ad aliud, & aliud. Diximus. n. ꝙ angelus superior illuminat inferiorẽ, ꝓponendo sibi determinatè veritatẽ aliquã, & qa secundũ illã determinatã proportionẽ vnit, & determinat intellectũ angeli inferioris, & vniẽdo, & determinãdo cõfortat ipsum, vt vnitiuè ferator in Deũ secundũ cõsiderationẽ illius veritatis, vbi hẽt illã veritatẽ cognoscere. illuminatio ergo ista quãtum est ex parte angeli superioris nihil est aliud, quàm vnio, & determinatio intellectus angeli inferioris: purgatio autem nihil erit aliud, quàm recessus ab opposito huiusmodi, & quia vnire, & determinate aliqđ est facere ipsum recedere ab oppositõ illius vnionis, & determinationis: iõ angelus superior illuminãdo inferiorẽ ipm purgat, & nõ aliter, q̃ illuminando purgat.

Angelus superior quo illuminet inferiorem.

A Possumus aũt dicere, ꝙ angelus inferior antequàm illuminet à superiori: quadrupliciter se pt habere, secundũ, ꝙ quadrupliciter pt dici purgari à superiori. Primò si nõ sit ei similis. Secũdo, si sit dissimilis. Tertiò si sit cõfusus. Quartò si sit confusus, & dissimilis. Primò quidẽ mõ pt ei esse oõ similis: vt quia nõ cogitat de illa veritate, quã vult sibi angelus superior ꝓponere: vel si cogitat, nõ cogitat sub isto respectu, ꝙ Deus ordinauit sic se facturũ: vel, ꝙ illa veritas, vel, ꝙ illa effectus tãquàm quid ordinatũ a Deo reluceat in Deo. tunc ergo angelus superior poterit purgare inferiorẽ ab hac nõ similitudine. quia proponet sibi veritatẽ illã tanquàm reluceniẽ ĩ Deo, & faciet illũ de hoc cogitare, vt vnitiuè ferat in Deũ, & aduertat ibi de veritate illa, de qua nõ aduertebat. Secundò angelus inferior antequàm illuminetur nõ solum pt esse nõ similis, sed etiã dissimilis. quia nõ solum non cogitat de illa veritate, sed forte cogitat de aliquo alio lõgè dissimili, & longè diuerso a veritate illa: tũc ergo pt superior roferiorẽ illuminare, vt propoonat sibi veritatẽ propositã, quam ꝓponẽdo faciat illũ recedere ab illa dissimilitudine. Tertiò angelus inferior antoq̃ illumioetur pt dici confusus, i. indeterminatus. quia, & si cogitat de illa veritate, quã sibi vult proponere superior angelus: cogitat cũ quadã confusione. i. cũ quadã indeterminatioooe. quia nescit quo mõ fieri debeat: vtrũ hoc mõ, vel illo. nec hoc est inconueniẽs ponere ĩ angelis, ꝙ velint doceri, & ꝙ nesciãt totũ regimẽ, qa cũ possit fieri pluribus modis, ꝙ desiderãdo cogitẽt sub quadã indeterminatione de illis modis. Mali. n. angeli possunt esse p̃sumptuosi, & dare iudicium suũ de aliqua re futura ante, q̃ sciant plenè veritatem: sed boni angeli in oĩbus Deo subiecti, nõ determinant, nec dãt iudicium suum, sed expectãt diuinam sniam, vel illuminationẽ superiorũ: qñ ergo sic se habẽt, ꝙ superiores ꝓponãt inferioribus aliquam veritatẽ determinare, dicũtur eos purgare a confusione. Quartò angelus inferior pót esse dissimilis, & cõfusus: dissimilis quidẽ. quia cogitat de veritate, q̃ est longè dissimilis, & diuersa ab ea, quã vult sibi proponere superior angelus. Confusus vero, quia de illa veritate nõ est certus, pp qđ cum angelus superior determinate sibi proponit veritatẽ, quã vult inferiorẽ docere: purgat eũ a cõfusione, & dissimilitudine. In hoc autẽ quarto mẽbro cõprehenduntur oĩa alia tria mẽbra, Nam comprehẽditur ibi tertium mẽbrum, qđ erat purgare a confusione, & secundũ qđ erat purgare a dissimilitudine. quia in hoc quarto mẽbro agit de purgatione vtriusque. comprehẽditur etiam ibi membrum primum, quod erat purgare a nõ similitudine. qa ĩ dissimilitudine includit nõ similitudo: sicut in cõtrario includit cõtradictio, vt in oigro includit non albũ. Sic in dissimili intelligit nõ simile. Indeest ergo, ꝙ Dio. 3. de cœlesti Hierarch. determinans de purgatione angelorum ait: Oportet itaq;, vt existimo, purgandos quidem puros perfici, liberari omni dissimilitudinis

Angelorum purgatio quadruplex.

Dissimiles & non simile quomodo differũt.

dinis confusione. Idem est ergo purgatio, & illuminatio, differt aũt p respectũ ad aliud, & aliud. Nam angelus superior proponens veritatem inferiori angelo, de qua vult eum docere, assimilat sibi intellectum inferioris angeli faciendo eum cogitare de eo, de quo ipse cogitat, & vnit, & determinat ipsum faciendo ipsum vnirè, & determinarè considerate de veritate illa: & quia semper agens agendo propositum tollit oppositum, ideo angelus superior assimilando sibi intellectum angeli inferioris, & vniendo ipsum: tollit ab eo opposita, videlicet dissimilitudinẽ, quę opponitur similitudini: & confusionem, id est indeterminationem, quæ opponitur vnioni, siue determinationi. Prout ergo intellectum angeli inferioris superior angelus sibi assimilat, & ipsum vnit, & determinat, dicitur ipsum illuminare. quia vniendo, & determinando intellectũ eius, & assimilando eum sibi, confortat eius lumen intellectuale, vt sit potentius ad agendum. sed prout tollit ab eo oppositа, videlicet dissimilitudinẽ, indeterminationem, siue confusionem, dicitur eum purgare.

Rssp. ad arg. dvb. i.

AD primum dicẽdũ, ꝙ licet intellectos magis purus sit magis illuminatus, & plura cognoscat; tñ non p respectum ad idem dicetur hoc, & illud. quia dicet purus, ꝙnt est liberatus ab appposito: dicetur aũt illuminatus: ꝙut est consecutus propositũ.

Ad secundum dicendum, quòd & purgare, & illuminare sunt idem, quod assumete diuinã scientiam. quia hæc duo ordinantur ad illud.

Resolutio Dub. II.

Illuminatio, & perfectio in Angelis sunt idem consequutiuè, quãtum ad actionem intentionemque agentis, & passi: sed quantum ad passionem passi: vel quantũ ad id, quod fit in passo, non itẽ.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrum sit idem illuminatio, quod perfectio: dicendum, ꝙ in acquisitione scientiæ est tria considerare; oppositum, à quo recedit: id, per quod scientia acquiritur: & ipsa scientia acquisita, oppositum, à quo recedit, est nescitia; id, per quod scientia acquiritur: est illuminatio: ipsa scientia acquisita est cognitio rei, quam habemus, mediante huiusmodi illuminatione. Omnia autem hæc tria facit angelus superior in inferiori. nam ipsum liberat à nescientia, tollẽdo ab eo confusionem, & dissimilitudinem. qa ex hoc inferior est nesciens, vel non est sciens sicut superior, quia est indeterminatus in se, & est dissimilis à superiori, & secundum hoc dicitur superior inferiorem purgare. Secundo superior angelus vnit, & determinat intellectum inferioris, & ex hoc dicitur eius lumen intellectuale confortare, & per consequens ipsum illuminare. Tertio angelus inferior sic illuminatus à superiori incipit aliqua scita, quæ prius nesciebat, & quãtum ad hoc dicitur perfici. Sic itaque ista tria se habẽt: & cum de re constet, de verbis modicum est curandum. Tamen quia quæstio quærit: Vtrum illuminatio, & perfectio sint idẽ; dicemus, ꝙ aliqua esse idem, quãtum ad prædicta spectat, potest intelligi quadrupliciter: vel ex cõsecutione, quia vnum consequitur ad aliud: vel ex actione agentis, quia vnica actione fit hoc, & illud: vel ex intentione tam agentis, quàm passi, vel ex passione patientis: siue ex eo, quod fit in passo. quia vnum solum aliquid fit in eo. Illuminatio quidem, & perfectio sunt idem consecutiuè. quia vnum consequitur ad aliud. Nam ad illuminationem, vt patet per habita, statim consequitur perfectio: ita, ꝙ sunt simũl tẽpore hoc, & illud, sicut ad illuminationem aeris statim sequitur visio. Secundò hæc duo sunt idem, quãtum ad actionem agentis. quia vnica actione fit hoc, & illud. Nam angelus superior hoc modo purgat, illuminat, & perficit inferiorem, proponendo sibi aliquam veritatem determinatã, qũ faciendo eũ liberat ab indeterminatione, & dr eum purgare. Confortat, & vnit intellectũ, & lumẽ intelligibile ipsius, & dr ipsum illuminare: Facit ipsum illã veritatẽ in sua causa. i. Deo cognoscere, & dr ipsum perficere. Et quia hæc oĩa vnica actione facit superior angelus ĩ inferiori: ideo hæc oĩa tria quãtũ ad actionẽ agẽtis idẽ esse dicunt. Tertiò illuminatio, & perfectio sunt idẽ, quãtũ ad intentionẽ agẽtis, & passi. Nã inter hæc oĩa tria, hoc est finaliter intẽtũ, videlicet perfectio, & diuinæ scientiæ assumptio. Quarto loq possumus de idẽtate illuminationis, & perfectionis quãtũ ad passionẽ passi, vel quãtũ ad id, qd fit in passo, & sic dicere possumus, ꝙ magis sunt duo aliqua, q̃ vnũ aliquid. Nã aliud est intellectũ vnire, & ex hoc lumẽ eius cõfortare, qd pertinet ad illuminationẽ, & aliud ex hoc facere ipsum aliquẽ effectũ in sua causa. i. in Deo cognoscere, qd pertinet ad perfectionẽ. Dicemus ergo, ꝙ quãuis angelus superior vnita actione purget illuminet, & perficiat: tñ illuminatio, & perfectio in ipso passo possunt dici duo aliqua: sicut si aperiens fenestrã, & ex hoc illuminãs domũ vnica actione hoc faciat: in ipsa tñ domo aliud est reseratio fenestræ, aliud illuminatio. Hoc aũt dicimus, quia aliqñ vnica actione agẽtis plura in passo fiunt. Possumus aũt dicere, ꝙ magis sunt duo aliqua in angelo, illuminatio, & pfectio, quàm illuminatio, & purgatio. quia tã illuminatio, quàm perfectio, dicunt aliquid positiuè, & ex hoc possint dici duo aliqua. sed purgatio dicit aliquid priuatiuè, secundum quẽ modum magis dicit non aliquid, quàm aliquid.

Actus Hierarchiæ de clamatur.

Angelorũ purgatio, & illuminatio quo differant.

Rssp. ad arg. dvb. ii.

AD primum dicẽdũ, ꝙ oĩa illa tria sunt idẽ, qd assumptio diuinæ scientiæ. quia hoc in eis finaliter intẽditur: differũt tñ à se inuicem modo, quo diximus.

Ad 2m dicendum, ꝙ respectu passi illuminare est manifestare causaliter, quia ex hoc fit nota, & manifesta veritas angelo inferiori. quia illu-

minatur à superiori. Sed veritatem scire, & eam notam, & manifestam habere, est idem quod manifestatio formaliter, propter quod differunt, & differre possunt hoc, & illud.

Resolutio Dub. III.

Actus Hierarchici, qui sunt illuminare, purgare, & perficere, non habent in se prioritatem æternitatis, nec temporis, sed naturalis intelligentiæ, perfectionis, & complementi. Purgatio. n. est prior illuminatione, quantum ad originem per cõparationẽ ad passũ: sed illuminatio, si ad agens conferatur, prior est alijs. Perfectio vero ad agẽs, & passũ cõparata, oẽs electione præcedit.

Tomo 1. prius quot modis dicatur.

AD id autem, quod quærebatur, quem ordinem habeãt ad invicem ista tria, & quòd istorum est prius alio, dicendum, quòd secundum August. 12. Confess: quadruplicitet dicitur aliud alio esse prius: Æternitate, vt Deus est prior omnib⁹: Tẽpore, vt flos fructu: Electione vt fructus flore: Origine, ideſt, natura, vt sonus cantu. Cum ergo quæritur, quòd istorum triũ est prius, & quem ordinem habent ad invicem, dicemus, quòd quantum ad prioritatem primam, secundum, quòd aliquid æternitate præcedit alia, nihil creatum est prius alio, quia nihil creatum fuit ab æterno. quantum autem ad prioritatem temporis nullum horum est prius alio. Nam in eodem instanti, & simul, cum angelus superior proponit inferiori aliquam determinatam veritatem: vnit, & confortat intellectum eius. vnde dicitur eum illuminare. Tollit ab eo indeterminationis confusionem, vnde dicitur ipsum purgare, & facit ipsum in sua causa cognoscere, vnde dicitur ipsum perficere. Nam in actionibus se concomitantibus simultas est temporis: non obstante, quòd vnum causatur ab alio: sicut simul illuminatur aer, multiplicatur color, & fit visio. Aliæ autem duæ prioritates, videlicet naturæ, siue naturali origine, & electione, ideſt perfectione, & complemento: locum habent in quæstione proposita. Sciendum tamen non esse inconueniens secundum altum, & alium respectum: * aliqua duo sic se habere, quòd vnum sit causa alterius, & econuerso. Non tamen in eodem genere causæ, sicut potio est causa sanitatis in genere causæ efficientis, & sanitas potionis in genere causæ finalis, & quia causa natura est prior effectu, non est inconueniens secundum aliam, & aliam acceptionem, sanitatem natura esse priorem potione, & econuerso: nec est alia, & alia sanitas, quæ præcedit, & sequitur potionem, sed est eadem aliter, & aliter accepta, & considerata. quia eadem sanitas secundum intentionem agentis est prior potione: secundum receptionem in passo est posterior. Illa ergo prioritas, quæ est natura, vel naturali origine, potest comparari ad agens, & ad patiens. prout ergo ad propositum spectat, & præsenti quæstioni congruit: erit triplex prioritas. Vna originis, prout spectat ad passum. Alia originis, prout spectat ad agens: & tertia, quæ est secundum electionem, ideſt secundum perfectionem, & complementum. Cum ergo quæritur, quod illorum trium est prius: dicemus, quòd quodlibet illorum est prius alijs, aliquo istorum triũ modorum. quia origine per comparationem ad passum, purgatio est prior illuminatione, & perfectione, sed origine per comparationem ad agens, illuminatio est prior alijs, sed electione, & complemento quantum ad agens, & etiam quantum ad passum, perfectio præcedit alia. Sicut enim videmus in materia, quòd semper expoliatio ab opposito natura, & origine præcedit introductionem præpositi. quia prius intelligitur materia expoliari à forma opposita, quàm indui proposita, quia non posset indui, nisi prius expoliaretur. sed quantum est ex parte agentis: prius est inductio, quàm expoliatio. quia agens non expoliat nisi quia inducit, & induit: sicut aliquando exemplum posuimus de duobus clauis, vt si agens per clauum, quem haberet in manu, vellet remouere * clauum infixum in ligno, licet tempore simul infigeret vnum, & remoueret alium: tamen prius infigeret, quàm remoueret, quia non remoueret nisi infigendo: ipsum tamen susceptibile, & ipsum lignum prius perderet clauum vnum, quàm reciperet alium. quia non posset suscipere vnum clauum, nisi perdendo altum. Et quia purgatio est remotio à confusione, & ab oppositio illuminatio est vnio, & confortatio intellectus, & est inductio propositi: quantum est ex parte passi, siue ex parte ipsius susceptibilis natura, & origine prius est purgatio, quàm illuminatio: ex parte autem agentis est econtrario. aliter ergo, & aliter origine, & natura purgatio præcedit illuminationem, & econuerso, sed hæc duo origine, & natura tam ex parte agentis, quàm ex parte passi, præcedũt perfectionem. quia natura, & origine ex parte passi prius est purgatio, postea illuminatio, & vltimo perfectio. ex parte aũt agentis prius est illuminatio, postea purgatio, & vltimo perfectio. sed licet origine, & natura tã ex parte agentis, q̃ passi perfectio sit posterior illis duobus: tũ electione, & cõplemẽto quantũ ad agens, & patiens est prior. quia patiens in seipso, & agens in patiente præelegit tanquam magis quid perfectum, & completũ, perfectionẽ illis duobus, cũ illa duo propter perfectionem agantur, & fiant;

* Causa sibi iuicẽ esse sed non in eodẽ genere cause 2. phys. c. 30.

Prioritates notande.

* Clauus ligno infixus.

Resp. ad arg. dvb. iii.

AD primum dicendum, quòd ex parte materiæ prius est purgatio, quàm illuminatio, vt argumentum obijciebat: sed ex parte agentis est econuerso.

Ad illud

Ad illud autem in contrarium patet, q̃ licet quantum ad ſuſceptionem formæ, & expoliationem oppoſiti, quantum ad id, quod hęc ſunt, ſic patiens patiatur, vt agens agit. quia paſſum non induitur alia forma, quam agens induat: nec expoliatur alia, quam agens expoliet: & licet ſic ſit de rebus habitis, & perditis; tamen quantum ad ordinem habendi, & perdendi, contrariũ eſt de patiente, & agente. quia patiens prius perdit, quàm recipiat: ſed agens prius inducit, quàm tollat.

Agẽs, & patiens, quid differant.

Ad id autem, quod obiiciebatur de intellectu noſtro; Dici poteſt, q̃ intellectus noſter recipiendo lumen, & ſpeciem per accidens, quaſi tenet modum retrogradum. nam cum deberet prius recipere lumẽ, quam ſpeciem ratione conditionis ſuæ, quia eſt malè natus ad ſciẽdum, quodammodo prius recipit ſpeciem, quàm lumen: & prius minus nota, quàm magis nota. nam anima ſicut prius cognoſcit alia, quàm ſe: ſic prius cognoſcit ea, quæ ſunt in alio, quàm ea, quę ſunt in ſe. vt ſicut cognoſcẽdo alia, cognoſcat ſe: ſic cognoſcendo obiectum, quod eſt extra ſe, cognoſcat actum, qui eſt in ſe. & quia illum ordinem, quem tenet in cognoſcendo, tenet in recipiendo, prout receptio cognitioni deſeruit; lumen intellectus agentis, quod eſt in eadem anima cum intellectu poſſibili, non recipitur in huiuſmodi intellectu, niſi mediantibus ſpeciebus, quæ ſunt ſpecies rerum extra animam, in quarum cognitionem ptimo progreditur anima. ſed licet ſic ſit in noſtro intellectu peruerſo, & malè nato ad ſciendum, non eſt tñ ſic in intellectu angelico. Vel poſſumus dicere, quòd & receptio ſpeciei, & illuminatio non eſt ipſa perfectio, ſiue ipſa cognitio veritatis, ſed tamen illud, quàm illud in his, quæ cognoſcimus per ſpeciem, præcedit cognitionem. ſiue ergo receptio ſpeciei ſit prior illuminatione, ſiue econuerſo, ipſa tamen illuminatio origine, & natura eſt prior cognitione, & perfectione.

Intellectus humanus per ſpecies recipit, quã lumen.

Ad illud in contrarium, quòd illuminatio eſt prior, quàm notitia, ſiue quàm ſcientia veritatis, quam vocamus perfectionem; patet, q̃ eſt prius origine, ſed non electione.

Reſolutio Dub. IIII.

Hierarchiarum primas, medias, infimaſque dari neceſſe eſt, tum cognitorum, tum etiam modi cognoſcendi ratione.

AD id autem, quod vlterius quærebatur: verũ in illuminationibus Angelorum ſit dare aliquas primas, aliquas medias, aliquas vltimas. Dicendum, quòd, vt patuit in arguendo, Diony. innuit ſic eſſe. quod dupliciter poſſumus declarare: ex parte cognitorum, & ex parte modi cognoſcendi. Ex parte quidem rerum cognitarum ratiõabiliter poni poteſt, quòd in omnibus Angelis, A ſunt aliquæ illuminationes primæ, aliquæ mediæ, aliquæ vltimæ. Nam aliquæ illuminationes ſunt de rationibus gubernationis mundi, & de myſteriis ſaluationis electorum, inter quæ eſt dare, aliqua maiora: aliqua minora: aliqua media. Propter quod, ſicut ipſæ res per illuminationem cognitæ quendam ordinem habent ad inuicem, ſic & ipſæ illuminationes, per quas talia cognoſcuntur, quendam ordinem habere debent, vt quædam ſint primæ, quædam infimæ, quædam mediæ: nec eſt inconueniens in talibus eſſe prioritatẽ, & originis, & perfectionis: vt quædam illuminationes ſint priores aliis origine, & quædã perfectione.

Secundo hoc idem poſſumus declarare ex parte modi cognoſcendi, vt ſaltem in Angelis inferioribus ſit dare illuminationes primas mediasB & infimas. nam, vt diximus, quidam Angeli cognoſcunt in ipſo fonte: quidam in vniuerſalibus conceptibus: quidam in particularibus rationibus. Cum ergo Angelus ſuperior proponat Angelo inferiori veritatem aliquam; oportet, quòd ipſe proponat ei eo modo, quo ipſe poteſt capere. ideo dicitur ſuperior habere dentes, quia diuidit illos conceptus ſuos, & ponit ei magis particulariter. ſed non eſt inconueniens, quòd ex propoſitione talis veritatis, intellectus Angeli inferioris confortatus poſſit illam veritatem videre in vniuerſalioribus rationibus, & conceptibus, quàm prius fuerit ſibi propoſita, ſicut accidit homini diſcenti, cui poſtquam propoſita eſt veritas per multa verba, intellectus eius aliqualiter illuminatus, in pancioribus verbis poteſt illam veritatem capere. Demum autem & Angelus inferior illam vetitatem cognoſcit in ipſo Deo, vt ſic ordinatè infima reducantur in Deum per media iuxta legem diuinitatis a Diony. 4. de Angeli Hierar. traditam. Dicemus. 0. vt etiã communiter dicitur, quòdquantum ad naturalem cognitionem pertinet, non eſt neceſſaria manifeſtatio veritatis, neque in Angelis, neq; in Dęmonibus. quia ſecundum hunc modum a principio ſuę cognitionis omnia cognouerunt, hoc enim modo Angeli ſunt intelligentiæ plenæ formis, & ſunt actu intelligentes, vel ſunt in potẽtia accidẽtali, vel actuali ad intelligendum: vt, q̃ ſolum velint ſe conuertere ſuper ſpecies, quas habent, poſſint omnia talia intelligere. Sed huiuſmodi illuminatio ſit de diuinis myſteriis, & de rationibus diuinis, ſecundũ quas poſſit ſaluari humanum genus, quas rationes, & quæ myſteria naturali cognitione non poſſunt cognoſcere Angeli, reſpectu cuius cognitionis non ſunt formis pleni, & in actu, ſed magis ſunt in potentia ad ſuſcipiendam talem cognitionem a ſuperioribus ſubſtantijs, ſiue ab ipſo Deo. Propter quod, adiuuante lumine gratiæ, non eſt inconueniens in huiuſmodi cognitione gratiæ datum procedere, vt primo inferiores Angeli ſuſcipiant huiuſmodi reuelationem modo magis particulati, & quaſi per multa verba: & poſtea ad huiuſmodi reuelationem ſe habere poſ-

Angelorũ illuminatio de quibus ſit.

sint magis vnitiuè, & demum veritatem illam in ipso fonte, & in ipso Deo cognoscant. Dicemus enim, quòd sicut veritas aliter proponitur Clericis, aliter Laicis, & si mediate proponeretur laicis, sicut proponitur Clericis, Laici non caperent: non tamen est inconueniens, quòd postquàm laici apprehenderint aliquam veritatem eo modo, quo proponitur laicis, quòd per talem apprehensionem conformati, possint illam veritatem apprehendere vniuersaliori modo, & quasi eo modo prout proponitur Clericis. Sic, & fortè multo magis, si eodem modo proponeretur veritas aliqua superioribus, & inferioribus angelis, inferiores non intelligerent veritatem illam: sed postquàm huiusmodi veritas est proposita, modo, quo debet proponi inferioribus, apprehendendo veritatem illam, & ex hoc confortati, non est inconueniens eis, posse intelligere veritatem illam eo modo, quo proponebatur superioribus: &, vt sic ascendendo veritatem illam cognoscant, eo modo, quo cognoscunt supremi, videlicet in ipso Deo: nunquam tamen sic inferiores attingunt modum superiorum, quòd ita clarè videant, sicut videns superiores, licet ad hoc deuenire possint, quòd videant veritatem illam in illo fonte, & in illa causa, in qua vident superiores: nec oportet in hoc dare diuturnitatem tẽporis ante, quàm reducantur infimi angeli per medios angelos, & per supremos in ipsum Deũ, quia sufficit, quòd natura, & origine, & causalitate seipsa præcedãt. Non oportet autem, quòd se præcedant duratione, & tẽpore, sicut origine, & causalitate prius est illuminatio aeris, postea multitudo colorũ, & vltimo visio: tempore tamen, & duratione se ista non præcedunt, quia in eodem instanti fiũt.

Angelorũ illuminatio nis modus, & ordo.

Sic Deus volens illuminare angelos, & volens eis reuelare sua mysteria, per quæ disposuit saluare electos, facit suum impetum in omnes angelos, sed ex isto impetu sine aliqua alia intermedia causa, soli superiores illuminantur, intelligentes illa mysteria in ipso fonte, & in ipso Deo. Ipsi vero superiores sic illuminati proponunt illa mysteria medijs, ex qua propositione non intelliguot illa mysteria infimi, sed medij magis particulariter illa mysteria proponunt infimis, vt sit alius illuminandi modus supremos, quia per solum diuinum impetum, & alius illuminandi modus, quia per propositionem vniuersalem, prout supremi proponũt medijs: & alius sit modus illuminandi infimos, quia ex propositione particulari, prout medij eis particulariter illa proponunt. Medij ergo reducuntur in diuinum impetum per supremos, vt ex propositione illa vniuersali supremorum sint capaces diuini impetus, & possint illa mysteria in ipso Deo cognoscere: infimi autem reducuntur in Deum per medios, & supremos, quia infimi immediatè non sunt capaces diuini impetus: sed etiam non sunt immediatè capaces vniuersalium propositionum, sed solum immediatè capiunt cum eis illa mysteria, q̃ particulariter ꝓponuntur: & ex illa particulari propositione manducuntur in vniuersalem, & ex vniuersali in diuinum imperum, vt sic omnia ibi ordinatè fiãt. Ex ipso ergo modo cognoscendi, vel ex ipso modo illuminandi, prout per tales illuminationes angeli reducuntur in Deum, possumus ibi dare primum, medium, & infimum: vt primum sit per diuinum impetum diuina mysteria patefacere: medium sit per vniuersaliter proponere, mysteria illa cognoscere: infimum sit per particulatiter ostẽdere, in cognitionem illorum mysteriorum deuenire. Aliqua sunt enim, quæ immediatè quilibet cognoscit in Deo: & aliqua sunt, quæ sic gradatim, & secundum præfatum ordinem perueniunt ad notitiam Angelorum.

A

Aduertendum autem, quòd posuimus similitudinem de Clericis, & Laicis: dicentes, quòd sic, & multo magis erat in angelis, quia si veritas talium mysteriorum proponeretur immediatè eo modo inferioribus, quo proponitur superioribus, non caperetur ab eis: sicut si aliqua veritas immediatè proponeretur eo modo laicis, quo proponitur Clericis, non caperetur, nec intelligeretur ab ipsis. Est enim hoc sic, & similiter, quia respectu cognitionis talium mysteriorum sunt angeli in potentia ad cognoscendum: sicut & respectu propositarum veritatum sunt homines ad cognoscẽdũ in potentia, qa, vt diximus, licet ad naturaliter cognita non sint angeli in potẽtia, nisi fortè valde accidẽtali, ad cognoscẽdũ in talia mysteria dici possunt esse in potẽtia. est etiam hoc fortè multo magis in angelis, quã in hominibus, quia multo magis se excedunt angeli, cum sint ad inuicem diuersarum specierum, & diuersorum generum, quàm se excedãt homines, qui omnes sunt eiusdem speciei.

B

C

D

RESP. AD ARG. DVB. IIII.

AD primum dicendum, quòd intelligere cum discursu non dicit solum intelligere aliqua primo; aliqua secundo. Nam & sensus prius dicitur ferri in lucem, quàm in colorem: & etiam lux est ratio, quare sensus feratur in colorem, nec tamen propter hoc dicimus tẽtire cũ discursu, qã nõ cadit tẽpus mediũ inter sentire lucẽ, & colorẽ. Sic, qa in talibus illuminationib⁹ nõ oportet cadere tẽpus mediũ, nõ oportet ex hoc, q̃ angeli intelligãt cũ discursu. Dato tamen, quòd & ibi caderet tempus mediũ, adhuc nõ oporteret, q̃ intelligerẽt cũ discursu. Nã intelligere cũ discursu nõ solũ est aliqua intelligere primo: aliqua secũdo; sed ẽt ponit, q̃ ibi intercidat tẽpus medium, & cũ hoc dicis, q̃ istud tempus medium intercidat arguendo, & ratiocinando, prout nos arguendo, & ratiocinãdo à principijs ad conclusiones discurrimus. Nã Angelus etiam secundum suam naturalem cognitionem non intelligit omnia simul: sed oportet, quòd primò conuertat se super istam speciẽ, & intelligat representata per illam speciem, & postea

Intelligere cum discursu quid.

Angeli nõ discurrunt, qãuis rõnes dicãtur intellectuales, intelligunt enim.

postea se conuertat super aliam speciem, & intelligat representata per illam speciem: & postea se conuertat super aliam speciem, si vult intelligere, representata per eam, & sic successiuè, & quodam ordine potest se conuertere super omnes suas species, & intelligere omnia representata per eas, nec tamen in huiusmodi successione, & in huiusmodi ordine est discursus. quia si cadit ibi successio, quòd aliqua intelligit primo, aliqua secundo, non agit hoc arguendo, & ratiocinando: quæ argutio, & ratiocinatio de necessitate requiritur ad intelligere cum discursu: sic & in proposito, & si non quantum ad modum reuelãdi, tamen quantum ad ipsa reuelata non omnia reuelantur simul ipsi Angelo. Si ergo aliqua reuelantur ei primo: aliqua secundo, quantumcunque intercidat ibi tempus medium, non dicitur propter hoc intelligere cum discursu, quia huiusmodi tempus medium non intercidit, quòd Angelus ratiocinetur, & arguat, vt sic arguendo, & ratiocinando seipsum ad veritatẽ ducat.

Ad secundum dicendum, quòd licet Angelus sit deiformis, & licet per huiusmodi illuminationes fiat deiformis, non tamen est Deus, nec habet per huiusmodi illuminationes, quòd fiat Deus. ideo non oportet, quòd æquetur Deo, & quod per huiusmodi illuminationes omnia intelligat simul, sicut intelligit Deus.

Ad tertium dicendum, quòd licet sit vnus intellectus angelicus, non tamen æqualiter est dispositus ad omnia æqualiter intelligẽdum. ideo secundum quòd exigit intellectus Angeli, & natura eius, aliqua possunt ei reuelari primo, aliqua secundo, & sic deinceps.

QVÆSTIO II.

De Angelorum ordinibus.

QVÆSTIO est de secundo principali: videlicet de ordinibus Angelorum. Quæritur enim de numero talium ordinum.

ARTIC. I.

An nouem sint ordines Angelorũ. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 108. Et 2. sen. d. 9. arti. 2. D. Bon. d. 9. artic. 1. q. 2. Land. d. 9. q. 5. Biel d. 9. q. 1.

Numerus Ternarius. Ter. c. 2.

ET videtur, quòd non debeant esse nisi tres ordines. Nam in numero ternario omnia reperiuntur, vt dicitur in 1. cæ. & mũdi. Quia in omnibus reperit principium medium, & finis. In omnibus enim est assignare supremũ, medium, & infimum. vnde in eodem primo cæli, & mundi dicitur, quòd hunc numerum, scilicet ternarium, extraximus ex natura rerum. Et ibidem dicitur, quòd secundum istum numerum habemus laudare Deum Creatorem præexistentem proprietatibus rerum, ergo ex proprietatibus rerum accipere debemus huiusmodi numerum. & quia ex proprietatibus Angelorum est, quòd sic distinguantur secundum ordines; quia Dionysius cuilibet ordini assignat suas proprietates, nõ erũt nisi tres ordines Angelorum: supremus, medius, & infimus.

Præterea videtur, quòd sint septem ordines: quia Magist. 2. Sententiarum, distinct. 9. dicit, ordinem Angelorum esse multitudinem cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo mouere gratiæ similantur. Secundum ergo numerum donorũ gratiarum sunt accipiendi ordines: sed dona gratuita, siue dona Spiritus sancti numerãtur esse septem, ergo, &c.

Præterea, videtur quòd debeant esse in numero denario: quia denarius est numerus perfectus, & ipsi potissimè sunt in numero perfecto.

Præterea in Euangelio assignatur parabola de decima dragma: Post resurrectionem ergo erunt decem ordines. Aliter enim homo non diceretur decima dragma, nisi pertineret ad decimum ordinem, sed genus humanum non faciet per se ordinem: quia homines assumentur ad ordines Angelorum: oportet ergo, quòd sint decem ordines Angelorum, & quòd homines assumantur ad illos decem ordines: vt hoc modo homines dicãtur decima dragma perdita: quia etiam pars decem ordinum.

Luc. 15.

Angelorũ ordines quot.

IN CONTRARIVM est Dio. 6. de Angel. Hierarchia dicens: Omnes cœlestes essentias Theologia vocauit nonem, intẽdens ex hoc 9. esse ordines illarum cœlestium essentiarum. Et idẽ eo. c. dicit, quòd has cœlestes essentias * Diuinus noster Sanctus Præceptor, videlicet Hierotheus, vel melius: Paulus, vt * Cõmẽt. dicit, 3 tres ternas dispones segregat. sunt ergo tres Ternæ, i. 9. dispositiones segregatæ, siue ordines Angelorũ.

* Paulus Hierothe. i. Deo tacet, vel teste Dionysio ibidem, secretorum initiator.

* Cõm. sunt Hugutio, Catholicon, Ficin. D. Tho. & alij.

Dub. I. Lateralis.

An ordines rectè ordinentur. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 108. arti. 6. Et 2. d. 9. arti. 7. Ric. d. 9. q. 2. Brul. d. 9. q. 7.

VLTERIVS post dubitationẽ de numero ordinum, dubitatur de ordinatione ordinũ. sunt.n. ibi, vt diximus, tres Terni, siue tres Ternarij. Primus enim Ternarius secundum Gregor. sunt Seraphin, Cherubin, & Throni. Secũs autem Dominationes: Principatus, & Potestates. Tertium autem Ternarium faciunt Virtutes, Archangeli, &

& Angeli, circa quam ordinationem Gregorij est triplex dubitatio, vna est de assignatione ternariorum, in qua discordat à Diony. Nam licet naturaliter in assignatione primi ternarij conueniat cum eo, in assignatione tamen secundi, & tertij differt. Vult enim Dionysi. 6. de angelica Hierarchia, quòd ad secundum ternarium, siue ad secundam Hierarchiam pertineãt Dominationes, Virtutes, & Potestates: Ad tertiam vero Principat⁹, Archãgeli, & Angeli, Gregori⁹ ergo ponit principatus esse in secundo ordine secundæ Hierarchiæ, & virtutes esse primum ordinem Hierarchiæ tertiæ. Dionysius autem econuerso.

Dionysij, & Gregorij cõtrouersia

Secunda autem dubitatio est de ordine ternariorum. Nam si ad secundum ternarium pertinẽt Dominationes, Principatus, & Potestates, cũ ista sint nomina prælationum, & ordo prælatorum sit ordo primus, & supremus; videtur, quòd secundus ternarius debeat poni primus, & primus secundus, vt prima sint Dominationes, Principatus, & Potestates, quàm Seraphin Cherubin, & Throni.

Tertia dubitatio esse posset de ordine partium ternarij. Et videtur, quòd Cherubin debeant esse super Seraphin. nam Cherubin dicitur à plenitudine scientiæ: Seraphin ab ardore charitatis: sed scientia, & sapientia videtur esse mater omnium bonorum, iuxta illud, quod dicitur de Sapientia: Ignorabam, quòd omnium bonorum mater est sapientia. Videtur etiam, quòd Throni debeant esse super Cherubin, & Seraphin. Nam Throni dicuntur, in quibus iedet Deus, sed sedes immediatè se habet ad sedentem, ergo Throni suot immediatiores Deo, q̃ alij: & per consequens suot superiores alijs. In ordinatione ergo horum trium ternariorũ ordinum, est inordinatio partium tetrarij inter se, quia Throni debeãt esse supra Cherubin: Cherubin supra Seraphin, & etiam est ibi inordinatio partium vnius ternarij ad alium ternarium, quia partes secundi ternarij, & tertij, aliter ordinat Dionysius, & aliter Gregorius: & tertio est ibi inordinatio ipsorũ ternariorum ad inuicem, quia secũdus ternarius, qui est Prælatorum, deberet poni supra primum ternarium, qui est contemplatiuorum, & supra tertium, qui est actiuorum.

Sapientia bonorũ omnium mater.

Sapien. 7.

Dub. II. Lateralis.

An ordines rectè nominentur.

Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 108. art. 5. Et 2. d. 9. art. 4. Item contra Gent. lib. 3. cap. 80. D. Bona. d. 9. art. 1. q. 4. Ric. d. 9. q. 2. Biel d. 9. q. 1. Brul. d. 9. q. 4. Voril. d. 9. q. 3.

VLTARIVS autem dubitatur de nominatione ordinum, & videtur, quòd inconuenienter supremos ordo ponatur esse Seraphin. Nam Seraphin dicũtur ab ardore charitatis, & secundum Aug. 15. de Trini. hoc donum, s. charitatis est, quod diuidit inter filios Regni æterni, & filios perditionis æternæ. ergo huiusmodi donum est commune omnibus bonis, & omnibus Angelis. non ergo est vnus ordo, sed omnes ordines.

Tomo 3. cap. 18.

Præterea videtur, q̃ secundus ordo nõ debeat dici Cherubin. Nam Cherubin dicitur a scientia; sed scientia, & sapientia est quid commune omnibus Angelis, cum omnes sint intelligentiæ, & omnes sint deiformes, & omnes polleant scientia, & sapientia.

Præterea videtur, quòd tertius ordo non debeat dici Throni. Nam Throni dicuntur illi, in quibus sedet Deus, & in quibus sedet diuina sapientia. sed anima iusti, & omnis substantia intellectualis bona sedes est diuinæ sapientiæ. erit ergo hoc commune omnibus Angelis.

Præterea videtur, quòd quartus ordo non debeat dici Dominationes. Nam hoc est maximè proprium Dei, videlicet Dominari; iuxta illud: Quoniam Dominus ipse est Deus. deberent ergo Dominationes dici primus ordo, non quartus.

1. Reg. 1.

Præterea videtur, quòd quintus ordo non debeant dici virtutes. Nam virtus est vltimum de potentia: cum ergo Dominatio competat rei, ratione potentiæ, prius intelligimus rem habere vltimatam, & completam potentiam, & postea intelligimus illam rem dominari. Erũt ergo virtutes supra Dominationes, & erũt virtutes saltem quartus ordo, non quintus.

Præterea omnes intelligentiæ dicuntur esse quædam virtutes. erit ergo hoc nomen commune, non proprium.

Præterea videtur, quòd sextus ordo nõ debeat dici Potestates, quia, secũdum quòd habetur in littera, Potestates nominantur, quæ hoc cæteris potentius in suo ordine acceperũt, vt virtutes aduersæ eis subiectę refrænentur. Erunt ergo Potestates supra virtutes, eũ potissimè ad eas spectet refrænare virtutes aduersas.

Præterea videtur, quòd septimus ordo nõ debeat poni Principatus, Nam Principatus, & Potestates, & Dominationes, & etiam virtutes etiã idem videntur dicere. Nam idem videtur esse potestas, & virtus. Nam pro eodem accipimus habere potestatem agendi aliquid, & habere virtutem faciendi illud. Idem est ergo potestas, quòd virtus: & idem est potestas, quod Dominatio iuxta illud ad Rom. Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit. Cum ergo subijci dicatur respectu alicuius dominantis: idem est esse potestatem, quod esse sublimiorem, & idem quod habere dominium. sic etiam idẽ est potestas, quod principatus. Nam cum ad Ro. Apostolus prius dixisset, q̃ principes non sunt timori boni operis, sed mali: postea subdit: Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: accipiens pro eodem esse principem, & potestatem.

Rom. 13.

Rom. 13.

Præterea videtur, q̃ octauus ordo non debeat dici Archangeli. Nam Archangeli sunt illi, qui principantur Angelis: Idem erunt ergo Archangeli, quod principatus: cum & principatus Angelis principentur.

Præ-

Præterea videtur, quòd uonus ordo non debeat dici Angeli. Nam Angeli dicuntor ouocij, vel mioistri: Omnes ergo eroot Angeli, quia vt dicitur ad Hebr. omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Hebr. 1.

Dub. III. Lateralis.

An ordines sint à natura, gratia, & officio. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1.p.q.108.artic.4. Et 2.d.9.artic.7. Biel d.9.q.1.

VLTERIVS autem dubitatur de ratioue, & causa istorum ordinum: Vtrum distinctio buiusmodi ordinum sit à natura, vel à gratia. Et videtur, quòd sit solum à gratia, quia huiusmodi ordines accipiunt secundũ actiones Hierarchias, quę sunt illuminare purgare, & perficere. sed hoc non competit Angelis nisi per gratiam.

Præterea quod competit toti Hierarchiæ, competit cuilibet ordini, cum ordines continentur in ipsis Hierarchiis, sed cuilibet Hierarchiæ cõpetit, q̃ fit quid deiforme, & quantom possibile est, similans: sed hoc competit Angelis potissime per gratiam, ergo &c.

Præterea Magister in littera dicit, q̃ otdo est similitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia supra distin. 3. dicitur de Angelis, quòd ab initio suæ conditioois aliqui fuerunt superiores: aliqui inferiores: ergo ab exordio suæ conditiouis, & per consequẽs ex ipsa natura eorũ, erat ibi distinctio graduum, & per consequens distinctio ordinum.

Præterea Magister io littera dicit, quòd ordo Angelorum est moltitodo cœlestium spirituum, qoi in naturalium datorum participatioue conueniuot.

Resolutio Artic. I.

Hierarchiarum distinctio ex Principe, ex opere, & ex ipso fine sumi potest. Quelibet autem tres complectitur gradus. Hinc nouem sunt ordines, in quibus est ordo & quantum ad Hierarchias in se, et quantum ad assignationem partium, nec non ad ordinem partium.

RESPONDEO dicendum ad quæstionem primam, q̃ quia Diony. 6. cœlestis Hierarchiæ hoc modo dicit esse. 9. ordines Angelorũ. Quia soot ibi tres Teruæ dispositiones, i. tres Hierarchiæ, quarũ quælibet est ternio, idest quælibet continet tres ordines: si volumus de oumero ordioum aliquid dicere, oportet denumero Hierarchiarum aliquid enarrare. Hierarchia enim idem est, quod facer Principatus: Omnes ergo Hierarchihię illæ, siue oẽs illi sacri Principatus ad tria possunt comparari, vel ad Principem, sub quo sunt: vel ad actiones, quas agunt: vel ad finẽ, quẽ iorẽdunt. distinctio itaq; Hierarchiarũ, vel erit ex ipso Principe, & ex ipso opere io cõi, vel ex ipso opeĩ spirituali, vel ex ipso fine. Hierarchia distinctio ad Principe.

Ex ipso Priucipe, & ex ipso operein generali accipitur distinctio Hierarchiarum, vt supra accipiebatur de quolibet magno Principe, & de quolibet magno opere, vbi est dare tria genera ministrorum, quia quidam sunt assistentes ministri, & hi faciunt Hierarchiam primam. Quidam propositi operarii, & bi secundam. Quidam executores nperum, & hi faciunt tertiam, nuo enim est conueniens, quòd magnus Princeps immediatè se hẽat ad oparios qualescunq; sint operarii, siue sint Prępositi, siue Executores. Sed sũt Assistẽtes ministri, q̃ volũtatẽ Regis denũciãt Prępositis, & suor Prępositi, q̃ operarios ordinãt & dirigunt: & tertio sunt, qoi exequuntur opos.

Hierarchia distinctio ab opere.

Secuuda aotem distinctio Hierarchiarum est ex ipso opere in speciali. Nam hoc est opus speciale Hierarchieum, communicatio scientiæ, nã in hoc stant opera Hierarchica, quòd vnus alium purget à uescientia, illumioet, & perficiat io scięntia: Eront ergo tres Hierarchiæ iuxta tres modos sciendi, in foute io vniueralibus rationibus, & in particularibus conceptibus. nam Prima Hierarchia, vt diximus, in ipso Deo tnoquam in ipso foute cognoscit diuina mysteria. Secuuda vero de buiusmodi mysterijs io quibusdam vniuersalibus raũnibus docetur a prima. Tertia vero de eisdem mysterijs secundom particulares conceptus docetur à secuoda. & quia uoo est dare plura genera mioistrorum, vt dicebat distinctio prima, nec prout ad propositum spectat est dare in Angelis plures modos sciẽdi, vt dicit hęc distinctio secunda: ideo vtroq; modo probatur, nou esse uisi tres Hierarchias.

Hierarchia distinctio à fine.

Tertiomodo pnt est assignari sufficientia Hierarchiarum ex ipso fine, & ex ipso opere in generali, vt differat hæc tertia acceptio à prima, quia illa accipiebat distinctionem Hierarchiarũ ex ipso Principe, & ex ipso opere in generali. hæc aotem ex ipso fine, & ex ipso opere in generali. Nam finis mouet agentem, & facit efficientem. finis enim in agibilibus, vt patet ex Physic. se habet sicut principia in speculabilibus, ideo dicitur 4. de di.no. Nullus enim ad malum respiciens, facit, quod facit. Quodlibet ergn agens io sua actione, non intendit malum, sed finem, & bonum, qnod potissimè veritatem habet in actione Hierarchica, quæ est actio sancta, & bona. In actione ergo illa primò est consideratio fiois: Secundo dispositio operum secundum illum finem. Tertiò executio nperis, secundum finem apprehensum, & iuxta dispositionem factam secundum talem finẽm. Diximus enim hanc distinctionem

Finis mouet agentem. 2. Phys. 81.

nem acceptam esse ex fine, & opere in generali: quia hoc est generale io omoi volente facere aliquod opus, quod primo apprehendit finem. Secuodo dispoait, quæ sunt agenda, fm illum finé. Tertio exequitur, & agit: & si sit opus asduum, quod spectet ad certá multitudinem, oportet ista tria diuersis committere, quia aliqui potissimè sunt inēti circa finem, sicut sunt illi, qui suot io timi, & secretarij, & familiares alicuius domini, qui considerant, & sciunt rationes, & causas ageo dorum, & dicuotur esse specialiter intenti circa finem, quia finis est ratio, & causa io ageōdis. Aliqui vero suot intenti circa dispositionem, & directionem operum, vt illi, qui operibus propo nuotur: aliqui vero circa executionem, vt illi, qui opera exequuntur, & aguut. Et quia finis omnis Hierarchiæ est ipse Deus, & impleno volontatis diuinæ, ideo primam Hierarchiam dicuotur illi constituere, qui sunt immediate circa Deum, & immediatè eis reuelatur voluntas diuioa, & immediatè eis reuelantur mysteria, ratiooes, & leges, secuodum quas Deus vult mundum regere, & electos saluare. Secuodam autem Hierarchiā constituuot, qui illis operibus præponuntur, secundum quę Deus dispoſuit saluare electos. Tertiam autem Hierarchiam constituunt, qui deputantur ad custodiam homioum, & qut exequuntur, & aguot opera illa, quæ ordinantur ad salutem electorum. ooo ergo suot nisi tres Hierarchiæ.

Hierarchiæ tres, quæ sint.

Sed cū quælibet Hierarchia cōuenienter diuidatur in tria, erunt ibi iuxta dictum Diooy. tres ternæ dispositiones, ideſt, tres dispositiones, siue tres Hierarchiæ, quarum quęlibet est terna, ideſt, diuisa in tria. cum enim sic est, quòd aliqua vna magna multitudo facit plures principatus, oportet quemlibet illorum principatuum habere plures gradus, & plures ordines: vt si tota multitudo homioum, siuè Christianorum continet io se plures principatus, vt puta Clericorum, & Laicorum, qui duo priocipatus accipiūtur iuxta duos gladios. quod figuratum fuit io Euangelio, vbi dicitur: Ecce duo gladij hic, qa principatus Clericorum vtitur magis gladio spirituali Laicorū magis gladio materiali, oportet in quolibet istorum principatuum dare plures gradus, qui gradus sufficieoter possuot sumi secundum ternarium, qui est generalis modus accipiendi in qualibet multitudine. quia aliqui sunt ibi supremi: aliqui medij: & aliqui infimi, vt puta si volumus priocipatum Clericorum accipere secundū scientiam, erit ibi dare gradum supremum medium, & infimum, quia gradum supremum tenent Doctores, & Magistri: infimum simplices Discipuli: medium, qui sunt inter hos, vt Baccalaurei, qui io se opera vtrorumqne Magistrorum, & Discipulorum continent. Sic in principatu Laicorum gradum supremum tenent Consiliatij, Iudices, & Doctores rempublicam dirigentes: medium Milites, & Barooes rempublicam defendentes: infimum mercannias, & mechanica opera facientes, & in omnibus his gradibus est dare multas differentias, quia non omoes doctores suot æquales, & sic de alijs gradibus.

Gladij duo, hæc ad quid significent.

Sic in proposito quamlibet Hierarchiam diuidemus in tres gradus. nam sic videmus in ipsis hominibus. Assistentes enim ministri alicui Regi, vel Principi, noo omnes tenent eundem gradom. nam quidam suut solum familiares, habentes liberum introitum ad Regem. Quidam cum hoc, quòd sunt familiares, sunt etiam secretarij scientes secreta Regis. Quidam cum hoc, q sunt familiares, & Secretarii, sunt valde intimi, & dilecti a Rege. Quāuis ergo omnes familiares primò sciant vota Regis, per aotonomasiam tamen dicūtur scire huiusmodi vota Secretarii, & per antonomasiam dicuntur esse propinqui Regi, qui sunt intimi sibi, & dilecti ab eo ita, quòd primus gradus erit dilectorum, & huoc gradum teneot Seraphio. Secundus erit secretorum, & hunc gradum tenent Cherubin. Tertius etiā familiarium, & hunc gradum tenent Throni. Et si secretarii sunt etiam dilecti, & si dilecti sunt secretarii, tamen plus est esse dilectum, quam secretarium, vel quàm scire secreta. quia ipsa dilectio est causa reuelationis secretorū, & quæ suot causatorum abuodantius sunt in causis. ideo Seraphin tanqnam superiores ab excellentiori dooo denominaotur, vt ab ardore charitatis. Cherubin denominātur ab excellētioti dono post dilectiooem, vt a plenitudine scientiæ, & sciuni secreta Dei. Throni verò ab eo, quòd est post scientiam, vt a iudicio, vt dicitur io eis sedere Deus, & dicitur ih eis iudicia facere. Vode & Gregor. secundum, quòd habetur in litteta, Throoi vocantur, qui tanta diuinitatis grana teplentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicia determine.

Throni vnde dicātur.

Aduertendū, quòd si bene sit ordinata cura alicuius Domini, per infimos familiares, debent vota Regis ad alios detiuari. quia intimi, & secretarij Regis semper debēt assistere Regi. Alij autem communes familiares vota Regis ad alios deferuot. ideo Throni dicūtur sedes Dei, quia sicut sedes defert sedentem, sic Throni, quasi infimi inter familiares deferunt Deum, & deferunt vota Dei ad alios. In eis ergo dicitur Deus sedere, & sua iudicia discernere, quia per ipsos manifestantur, & discernuntur iudicia Dei, vt quid Deus sententiauit de aliquo, & quid indicauit, & quæ sunt vota sua, per istos manifestantur alijs Hierarchis.

Hierarchia Assistentium.

Prima ergo Hierarchia, quæ est assistētium, & familiarium, & eorum, qui collocantur quasi in vestibulis Dei, sicut Dionysius, tres gradus habet: & in quolibet gradu sunt multæ differētiæ, quia illi, qui sunt intimi, & dilecti, non sunt æque intimi, & dilecti, ita quòd in ipso ordine Seraphin, aliqui sunt superiores, aliqui inferiores. Ipsi etiā secretarii, & qui denominantur a scire secreta Dei sunt aliqui magis, aliqui minus. Sic etiam in ipsis Thronis, qui communi nomine sunt quasi familiares Dei, & quasi sedes Dei deferentes alijs eius vota, & eius decreta, sicut mos est io simorū

fami-

familiarium facere, non sunt omnes æquè tales, sed aliqui suot superiores, aliqui inferiores. Propter quod Dionys. in quolibet ordine ponit etiam gradus, & differentias, sed illos gradus, & illas differentias in speciali scire non possumus, quia non plenè nota est nobis Angelorum natura.

Hierarchia Præpositorum.

Et quod dictum est de prima Hierarchia, q̃ continet tres gradus, qui dicuntur assistentes, ministri veritatem habet, & de secunda Hierarchia, quia dicuntur Præpositi. Nam illi dicuntur præpositi, qui intromittunt se de toto opere, executores cuius operum intromittunt se de partibus operis, siue de partibus principalibus, qa intromittunt se de tecto, vel de pariete: vel de partibus secundarijs, quia intromittunt se de dolatione lapidum, vel de dolatione lignorum: non autem de constructione, vel de compositione eorum. Illi autem, qui intromittunt se de toto opere, possunt esse in triplici gradu, quia aliqui sunt, qui solum imperant, & dirigunt dicentes, quid agendum. Alij vero sunt, qui remouent impedimenta, ne impediatur, quod imperatum est. Tertij sunt, qui ordinant operarios, vt fiat, quod imperatum est. Secundum hoc ergo secunda Hierarchia tres ordines continet. Et primo continet Dominationes, quorum est indicare, quid agendũ, & imperare, vt fiat. Secundo continet virtutes, quarum est impedimenta remouere, ne impediatur, quod imperatum est. ideo dicuntur virtutes cõsillere legibus naturæ. Tertio continet potestates, ad quas spectat operarios ordinare, vt fiat, quod imperatum est. Omnes enim hi sunt Præpositi operum, & qui imperant, & qui impedimenta remouent, & qui operarios ordinant.

Tertia autem Hierarchia tres gradus continet, diximus enim, quòd in opere aliquo quædam sunt partes principales: quædam secundariæ. vt in domo partes principales sunt tectum, & parietes, & huiusmodi: partes autem secundariæ: sunt particularia ligna, ex quibus componitur pars, scilicet tectum, vel particulares lapides, ex quibus componitur paries: & inter has partes secundarias, quædam sunt principaliores aliis. Lapides enim, ex quibus fiunt arcus, vel pilaria, sunt principaliores, quàm alij lapides, qui constituunt communiter parietem. Ipsũ ergo operarij in triplici genere se habebunt. quia quidam erũt cõstructores, habentes operationes circa principales partes. Quidam dolatores, habentes operationem circa secundarias, & particulares partes. Ipsis etiam dolatoribus quibusdam committuntur majora, vt dolatio lapidum facientium arcus, vel pilaria. Quibusdam committuntur minora, vt dolatio aliorum lapidum. Sic in toto genere humano, aliquę unt partes principales, vt ipsę Respublicæ, siue ipsę multitudines: aliquæ sunt partes secundariæ, vt ipsę particulares personæ, circa quas particulares personas aliquando communis exercere maiora, aliquando minora.

Hierarchia spiritualis.

Tertia itaque Hierarchia, quæ continet quasi

A ministros operatios, tres ordines in se habet, qa huiusmodi operarij, vel operantur circa totam multitudinem, & illi dicuntur Principatus quasi Principes alicuius totius multitudinis, sicut habemus in Dan. Michaelem dixisse, quòd Princeps Persarũ restiterat sibi. 21. die. Intelligimus enim per Principem Persarum Angelum aliquem, cui commissa erat cura illius totius multitudinis. Vel huiusmodi operarii operantur circa particulares personas, quod duplici modo esse potest. quia vel operantur maiora, & isti dicuntur Archangeli: vel operantur minora, & isti communi nomine vocati sunt angeli. ideo ait Gregorius, quòd Archangelorum est denunciare maiora, Angelorum minora. dicuntur enim Archangeli quasi principales Angeli, quia faciũt illud, quod B est principale, & præcipuum in opere Angelorũ, & nunciorum, quia eorum est enunciare maiora, & principaliora: vel dicti sunt Archangeli, qa medium sapit naturam extremorũ. cum autem supremus ordo infimæ Hierarchiæ sit Principatus medius Archangeli, infimus Angeli. Archangeli, qui sunt in medio, nomen recipiunt ab vtrisque à Principatibus, & ab Angelis, & dicti sunt Archangeli, quasi Principes Angelorum.

Dan. 10.

Archangeli vnde dicantur.

Resp. ad arg. artic. 1.

AD primum dicendum, quòd numerus ternarius, quia est numerus communis, oportet, quòd reperiatur in quolibet Principatu Angelorum: & quia triplex est huiusmodi Principatus iusta triplicem Hierarchiam, oportet, quòd sint ibi tres ternarij ordinum. C

Ad secundum dicendum, quòd duna, secundum quæ distinguuntur ordines, sunt dona perficientia in actibus Hierarchicis, prout aliquibus collatum est hoc donum, quòd imperent aliis, & q̃ impedimenta remoueant: & sic de singulis, prout in quæstione de nominatione ordinum per singula declarabitur.

Ad tertium dicendum, quòd de perfectione numerorum multipliciter contingit loqui. nam aliquando dicitur numerus perfectus secundum quandam generalitatem, & sic ternarius dicitur numerus perfectus, quia quodam modo generaliter reperitur in omnibus: & hoc modo Angelorum ordines sunt in numero perfecto, quia sunt in ternario triplicato; vt secundum hoc sit ibi deformitas, & similitudo ad diuinitatem. quia sicut in diuinitate sunt tres personæ, sic Angeli diuidunt in tres gradus, siue in tres Hierarchias, quarum quælibet diuiditur in ordines, vt sint ibi tres ternarij ordinum. Alio modo accipitur perfectio in numeris secundum æqualitatem ad partes, quando omnes partes aliquotæ simul sumptæ reddont suum totum, & sic senarius est numerus perfectus. Tertio modo potest accipi perfectio in numeris secundum ascensum, & multiplicationem: vt dicatur ille numerus perfectus, vltra quem non est ascensus, nec multiplicatio: D

Numerorũ perfectio prima.

Numerorũ perfectio secunda.

Numerorũ perfectio tertia.

&

& sic denarius est numerus perfectus, quia vltra denarium non procedunt numeri. nam cum in numeratione procedimus vltra denarium, dicimus undecim, duodecim. i. vnũ, & decem: duo, & decem, propter quod vltra denarium non est in numeris simpliciter nouum numerum sumere, sed est replicare, quod iam est dictum.

Ad formam ergo arguendi cum dicitur, quòd ordines debẽt esse in numero perfecto, dicemus, quòd si non est ibi perfectio numeralis, eo modo, quo est in denario, est ibi perfectio, eo modo, quo est in ternario. quia est ibi ternarius triplicatus, vt ex hoc secundum numerum sit ibi perfectio perfecta. sed ex huiusmodi Metbaphoria arguere modicam vim habet.

Dragma decima cur dicat homo. Luce 15. Quid signi ficet.

Ad quartum dicendum, q̃ homines dicũtur decima dragma, non, quòd post resurrectionem faciant decimum ordinem: nec, quòd assumantur ad decem ordines Angelorum, sed dicuntur decima dragma, quia restaurabunt ruinam angelicam, de quibus quasi cecidit decima pars, vt cõmunitet dicitur.

Pro Resolutione Dub. I.

Vide Resolutionem Artic. superioris. Ordines rectè nominantur, vt ex officiorum donis patere potest.

ADd autem quod viterius quærebatur de nominatione ordinum, dicendum, quòd cum tres ponantur Hierarchiæ, & in qualibet Hierarchia tres ordines, vt de nominibus omnium huius modi ordinum singulariter exequamur. Primo exequemur de nominibus ordinum primæ Hierarchiæ, vbi frequendum Diony. 6. de angelica Hierarchia sunt Seraphin, Cherubin, & Throni.

Hierarchiæ primæ ordines tres.

Propter quod sciendum, quòd omnis Principatus sub aliquo Principe est ordinatus ad aliquod opus, & propter aliquem finem, est secundum aliquas gratias, vel secundum aliqua dona. vt, quòd his conferatur talis gratia, vel tale bonum, quòd sic præsint: & alijs talis gratia, & tale donum, quòd hoc modo præsint, habet etiam differentiam quilibet Principatus ad Principatus alios. Ordines ergo in prima Hierarchia quantum ad præsens spectat, quinq; modis sumi possunt. Primo modo, prout ordines illius Hierarchiæ differunt ab ordinibus aliarum Hierarchiarum. Secundo, prout comparantur ad dona gratiarum, secundum quæ sunt in talibus gradibus constituti. Tertio prout comparantur ad suum Principem. Quarto, prout comparantur ad suam operationem. Quinto, prout comparantur ad suum finem.

Hierarchiæ primæ quo pacto ab ordinib⁹ aliarũ Hierarchiarum differant.

Propter primum sciendum, q̃ ordines primæ Hierarchiæ differunt ab ordinibus aliarum Hierarchiarum, quia huiusmodi ordines immediatè collocantur circa Deum. Vnde dicuntur esse secundum Dion. in vestibulis Dei. propter quod, si ordines differũt ab alijs ordinibus, ex eo, q̃ sunt circa Deum, oportet, quòd sumantur secundum actiones, quas habere possunt Angeli circa Deũ. Huiusmodi autem dicitur esse triplex, videlicet tenere Deum, & habere ipsum in seipso, quod respondet spei. Quod enim nunc speramus, tunc tenebimus, & habebimus. Secundum est cognoscere ipsum apertè, & clarè, quod respondet fidei. Quod enim nunc credimus, tunc clarè cognoscemus. Tertium est ipsum perfectè diligere, quod innititur perfectè charitati, quæ est in Patria. Vel possumus ista tria adaptare ad tres vires animæ, quia tenere, & habere competit memoriæ: & cognoscere, & scire competit intelligentiæ, sed diligere competit voluntati. nec ista tria ita se habẽt, q̃ diligens non cognoscat: vel, quòd cognoscens non habeat, & teneat. sed quia perfectius est diligere, quàm cognoscere. & quia perfectius est cognoscere, quàm habere, & tenere; ideo secundum hæc tria sumuntur illi tres ordines: vt supremus ordo, qui est Seraphin, sumatur ab ardore dilectionis. Secundus, qui est Cherubin, à plenitudine cognitionis. Tertius, qui est Throni, ab habere, & tenere. Nam sicut ipse Thronus, & ipsa sedes habet in se, & tenet in se sedentem, sic Throni habent, & tenent in se Deum.

Secundo modo possunt accipi tres ordines p comparationem ad dona gratiarum, secundum quæ sunt in talibus gradibus constituti. Vnde & Gregorius, vt habetur in littera, dicit, quòd in illa summa ciuitate quilibet ordo eius censetur rei nomine, quam plenius accepit in munere. Dẽt enim ista plenitudo attendi per comparationem ad ipsa dona, & per comparationem ad ipsos Angelos. habent enim superiores Angeli pleniori modo omnia dona, vt Seraphin habent pleniorem dilectionem, & pleniorem cognitionem, & pleniori modo habent, & tenent in se Deum, quàm Cherubin. Si ergo Seraphin denominarentur a plenitudine scientiæ, fieret huiusmodi denominatio à plenitudine muneris respectu Angelorum, quia habent pleniorem scientiam, quàm omnes Angeli, sed non fieret huiusmodi denominatio à plenitudine muneris respectu donorum, quia scientia non est plenius munus, q̃ habent Seraphin: immo dilectio est munus plenius, & perfectius. Scdm hoc ergo supremus ordo denominabitur à pleniori munere simpliciter. Secũdus ordo denominabit̃ à secundo pleniori munere. Et quia perfecta munera sunt illa, secundum quæ habemus actiones circa Deum, & inter hæc charitas est omnino quid perfectius; & post hanc est scientia, & post hoc est habere, & tenere Deum. ideo Seraphin tanquam ordo primus denominatur ab ardore charitatis: Cherubin tanquam secundus à plenitudine scientiæ: Throni ab habere, & tenere Deum. Sunt enim hæc tria in omnibus bis. Nam & Throni Deum tenẽt, cognoscunt, & diliguor. sed si denominaremus eos ab ardore dilectiõis, nimis daremus eis, quia cum dilectio sit, quid supremum, debet ab

Seraphin. Cherubin. & Throni. vnde dicantur.

hoc

hoc denominari ſupremus ordo, ſic ſi denominaremus eos a plenitudine ſcientiæ, adhuc nimis datemus eis, quia cum donum ſcientiæ ſit ſecundum donum, poſt donum dilectionis, ab hoc duno debet denominari ſecundus ordo. Vt ergo ſingulos ordines ſecundum quandam æquiparantiam nominemus, oportet eos eo modo nominare, quo diximus.

Aduertendum tamen, quòd cum dicimus Seraphin denominari ab hoc dono, quod eſt ardenter diligere: Cherubin ab hoc, quòd eſt plene cognoſcere, Thronos ab hoc, quod eſt perfectè tenere, tamen prout per hæc conſtituitur Hierarchia, non ſunt hæc accipienda ſimpliciter, & abſolutè in ſe, quia hoc modo omnes Angeli immediatè ſe habent ad Deum, omnes enim in ſeipſis Deum tenent, cognoſcunt, & diligunt non tamen ex hoc omnes ſimpliciter ſciunt, & cognoſcunt in Deo omnes rationes, & leges, & omnia myſteria, ſecundum quæ Deus diſpoſuit gubernare mundum, & ſaluare electos, ſed hoc potiſſimè habent illi de prima Hierarchia. ideo illi denominantur ab actionibus, quæ ſunt circa Deũ, quæ ſunt diligere, ſcire, & tenere Deum, ex quibus actionibus ipſi ſignãter, & potiſſimè vident præfata myſteria, vt ex hoc poſſint alios illuminare. Ipſa enim illuminatio non eſt de ipſo Deo in ſe, quòd ſit vnus in eſſentia, trinus in perſonis, nec eſt de quibuſcunque alijs, ſiue quorum cognitione non poteſt eſſe beatitudo noſtra. nam quantum ad talem notitiam, cum Angeli ſint cõ preheuſores, etiam nunc verificatur de eis, quod in patria verificabitur de nobis, prout dicitur Hieremiæ 31. Non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum dicens: Cognoſcite Dominum, omnes enim cognoſcent me: ait Dominus, a minimo vſque ad maximum. Sed eſt, vt diximus, talis illuminatio quantum ad leges rationes, & myſteria, ſecundum quæ Deus diſpoſuit gubernare mũdum, & ſaluare electos, quæ nõ omnes æquè immediatè poſſunt in Deo conſpicere. ideo quantum ad talia non omnes ſimpliciter, & abſolutè dicuntur ſe immediatè habere ad Deum, ſed ſolum illi de prima Hierarchia.

Tertio modo, poſſunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad ſuum principem, eo modo, quo comparatur principatus alij ad Principem ſuum. Dicuntur enim illi de prima Hierarchia, vt dicebamus, eo mõ ſe habere ad Deum & ad ſuum principem, ſicut aſſiſtentes miniſtri, & familiares ſe habent ad aliquem principem, vt puta ad Regem: Qui ſunt in triplici gradu, quia quidam ſunt ſolũ familiares, non tamen ſunt ſecretarii. Quidam autem ſunt familiares ſecretarii, ſed non ſunt omnino intimi: quidam autem ſunt familiares, & ſecretarii, & intimi. Intimos ergo quaſi ſupremos denominabimus a dilectione, quia hoc eſt, quod facit aliquem alij intimũ, quia ardenter diligit eum. Secundos autem ſecretarios denominabimus à ſcientia, & à cognitione, quia hoc eſt, eſſe ſecretarium alterius, quòd ſciat facta, & negotia eius. Tertios autẽ, vt alios, communiter familiares, denominabimus ab habere Regem, quia omnes familiares eo, quòd familiariter intrant ad dominum, & aſſiſtunt ſibi: dicuntur quaſi habere ipſum. Sic & in propoſito Seraphin quaſi ſupremos, & intimos denominamus ab ardore dilectionis. Cherubin vero, quaſi Dei ſecretarios, & cognoſcentes diuina myſteria denominamus a plenitudine ſcientiæ, & cognitionis. Thronos vero quaſi communiter familiares denominamus ab habere, & tenere Deum, vnde per quandam ſimilitudinem dicũtur Throni, & ſedes Dei, ſicut Throni, & ſedes habent, & tenent Throniaatum, & Sedentem.

Quarto modo poſſunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad ſuam operationem. huiuſmodi autem operatio eſt ſecundum actiones Hierarchicas, quæ poſſimè ſunt ſecundũ ſcientiam. Sunt enim, vt diximus, actiones Hierarchicæ, purgare a neſcientia, illuminare, & perfectè re ſecundum ſcientiam. ſed ſcientia, & quælibet res quaſi tripliciter poteſt conſiderari: vel in ſe, vel in ſua cauſa, vel in ſuo effectu. In ſe eſt ſecundum æqualitatem: In ſua cauſa eſt ſecundum excellentiam: In ſuo effectu eſt ſecundum participationem. nam, vt dicit Dio. 2. de diu. no. quæ ſunt cauſatorum, abundanter præexiſtunt cauſis. Excellentiori ergo modo eſt res in ſua cauſa, quàm in ſeipſa, & per conſequens inferiori modo, & quaſi participatiuè eſt in ſuo effectu, quàm in ſeipſa. Omnes ergo hi tres ordines aliquo modo denominantur a ſcientia. nam cum denominationes debeant fieri ſecundum actus Hierarchicos: & hi, vt diximus, accipiunt ſecundum ſcientiam; oportet has denominationes aliquo modo ſecundum ſcientiam eſſe, ſed ſcientia poteſt accipi tripliciter: vel in ſua cauſa, vbi eſt ſecundum excellentiam: vel ſecundum ſe, vbi eſt per æqualitatem: vel in ſuo effectu, vbi eſt per participationem. Seraphin ergo, & ordo ſupremus denominatur a ſcientia ſecundum excellentiam, quia denominantur ab ardore dilectionis, quæ eſt cauſa ſcientiæ, & communicationis ſecretorum. nam ex eo, quòd eſt aliquis alij dilectus, & intimus, ex hoc communicantur ei ſecreta eius. Iuxta illud Euangelij: Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui a Patre meo, nota vobis feci. Cherubin autem, qui ſunt ſecundus ordo, denominantur a ſcientia ſecundum ſe, interpretantur enim plenitudo ſcientiæ. Throni vero denominantur a ſcientia ſecundum ſuum effectum, quia denominantur a iudicio. dicitur enim in eis ſedere Deus, & ſua iudicia decernere. Iudicium autẽ videtur eſſe effectus ſcientiæ iuxta illud Eccleſiaſtici primo: Vniuſquiſque iudicat bene, quę cognoſcit, & horum eſt bona iudex.

Quinto modo poſſunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad ſuum finem. oportet enim, quod in actibus Hierarchicis intendatur aliquis finis. Intenditur enim ibi iſte finis, vt electi coniungantur Deo, qui eſt finis omnium. & quia finis

est ratio agendi: oportet, ꝙ ipse Deus tanquã ꝑcipuus finis, sit ratio, & causa huiusmodi actionis, ꝙ angeli velint sic se habere, quòd cooperentur ad hoc, quòd electi coniungantur Deo.

Finis quomodò sit causa.

Sed finis respectu actionum tripliciter potest esse causa, videlicet, vt ipsum diligimus, vt ipsum cognoscimus, & vt ipsum diligendo, & cognoscendo secundum eius exigẽtiam de actionibus iudicamus, quę tria se habent per ordinem. quia potissime in agendo causa est dilectio finis. ſ. n. homo cognosceret finem, & non diligeret ipsũ: nunquàm secũdum ipsum ageret. vnde Dionys. 4. de diui nom. amorẽ in Deo dixit esse causam, & rationem productionis rerum. Vode ait: Ipse n. amor existentium bonum operans in bono. i. in Deo secundum excellsum præexistens, non dimisit ipsum sine germine in seipso manere. Mouit autem ipsum ad operãdum, & ad germinãdum, & ad faciendum bona opera. Est etiam ratio, & causa agendi cognitio finis. nam licet amor finis sit principalior ratio ad agendũ; oportet tamen, quòd cogoltio finis sit huiusmodi ratio. quia nõ possemus finẽ diligere, nisi ipsum cognoscendo. Nam si natura, & origine cognitio finis ꝓcedit dilectionem; perfectione tñ, & complemento, & quantũ ad principalẽ rationẽ agẽdi, amor finis est potior cognitione. Ideo intellectus speculatiuus oon dr esse ratio agẽdi: nisi sicut causa sine, qoa nõ: ideo oportet, ꝙ huiusmodi ratio, & causa sit intellectus practicus, qui nõ est practicus nisi extensione, vt extendit se ad affectum, & ad voluntatem ideo dr in 6. Meta. ꝙ artificiatum est volitũ, & ꝙ in diffinitione artificialium ponitur voluntas, & Augu. 3. de Trini. ait, ꝙ volunias Dei est prima, & summa causa omniom. Ipsum ergo velle finem, & ipsum finẽ diligere: est summa, & principalis causa agendi. Post hoc autem huiusmodi caoia est cognoscere finem, eo. ꝙ non possit esse dilectio sine cognitione.

Intellectus practicus, & speculatiuus.

T. c. 2.

Tomo 3. cap. 4.

Tertiò, est etiam causa agendi iudicare de agibilibus secundum dilectionem, & cognitionem habitam de fine. Tota ergo prima Hierarchia diligendo, & cognoscendo finem, & iudicãdo de agendis secundum dilectionem, & cognitioom, quam habent de fine: prout secondum hoc comparantur ad gubernationem mondi, & ad salutem electorum: suum principatum constituunt, & in hoc stat ille principatus, prout per hæc, q̃ dicta sunt comparantur ad salutẽ nostrã. Sicut. o. in hoc stat principatus hominũ, vt Legislator inducat homines ad virtutes, vt potest patere ex Politicis, ideo sunt diuersi gradus in huiusmodi principatibus, prout aliqui diuersimodè comparantur ad hoc, ꝙ fiant homines virtuosi. Sic io hoc stat tota prælatio, & totus principatus Angelorum: prout ipsi angeli cooperantur ad salutem nostram: ideo sunt ibi diuersæ Hierarchiæ, prout ad huiusmodi salutem est ibi alius, & alius modus cooperandi: & in qualibet Hierarchia suot diuersi gradus, & diuersi ordines, prout aliter, & aliter se habent ad huiusmodi cooperandi modum. Prima itaque Hierarchia hoc modo habet huiusmodi principatum, & hoc modo cooperatur ad salutẽ nostram, prout semper assistentes Deo, & intẽti circa Deum, diuina mysteria reuelant aliis; q̃ sunt agenda pro tali salute. Secunda autẽ Hierarchia habet suum principatum, & cooperatur ad talẽ salutem: prout sunt præpositi operum aliorum, per quæ saluantur.

Angelorum prima Hierarchia.

Tertia autem Hierarchia hoc facit, & prout agit, & exequitur alia opera, per quæ mouentur ad salutem. Sic ergo in hoc stat principatus primæ Hierarchiæ: prout reuelat aliis, quæ sunt agenda, cum hoc possint facere, & faciant; qui diligunt, & cognoscunt finem, & sciont iudicare de agendis secuodum huiusmodi dilectionem, & cognitionẽ: ex his tribus possunt sumi tres ordines illi, qui ponuntur in illa Hierarchia, vt Seraphin sumantur ex dilectionẽ finis: Cherubin ex cognitione: Throni ex iudicio agibilium secuodum huiusmodi dilectionẽ, & cognitionem: non, quòd cuilibet istorum nõ competant ista tria. Nam Seraphio diligunt, & cognoscunt huiusmodi finem, ſ. Deum, & iudicant de agendis pro salute nostra secundum huiusmodi finem: sic & Cheruhin, & Throni omoia hæc tria habent. sed quia in omnibus agendis potior ratio est dilectio finis, & iuxta hoc cognitio: & ex his otrum habet iudicium de agendis, quod est ratio agendorum: ideo Seraphin tãquàm suprems attribuitur huiusmodi principatus secundum dilectionem finis: Cherubin secundum cognitionem: Thronis verò secundũ iudicium de agendis secundum cognitioonem, & dilectionem. ad huiusmodi enim iudicium non solum facit cognitio finis, sed etiam dilectio. Nã si quis cognosceret finem, & non diligeret: noo sollicitaretur ad iudicandum de agendis secundum exigentiam illius finis.

Angelorum prima & Hierarchia Principatus.

Viso, quomodo accipiontur ordines primæ Hierar. vbi se habent angeli sicut assistentes ministri, & sicut cognoscẽtes mysteria diuina, & ea aliis reuelaotes volumus ostendere, quo modo accipiantur ordines secundæ Hierarchiæ, vbi se habent angeli sicut præpositi operum: iuxta mysteria eis à superioribus angelis reuelata. Ponuntur autem in secunda Hierarchia tres ordines: Dominationes Virtutes, & Potestates. Nam præpositi operum in triplici gradu se habent. Nam quidam sunt ita excellentes, quòd eorum tolũ est describere, & imperare, quæ sunt agenda. Isti enim Architectores solennes, nihil manu propria operantur. sed solum imperant aliis, quæ sunt agenda. Summi ergo præpositi sunt agenda imperantes: post hos etiam sunt impedimenta remouentes. Nam postquam descripta sunt, quæ sunt agenda, & iniunctum, & imperatum est, quòd debeant illa fieri, oportet remouere impedimẽta, vt, quæ imperata sunt, possint effectui demandari.

Angelorum secunda Hierarchiæ ordines.

Dominationes imperant

Tertiò ad ꝓpositos operũ spectat ordinare operarios, q̃ illa faciãt, & potissimè operarios principales,

Potestates operarios ordinant.

Dominationes, virtutes, potestates qd operentur.

cipales, vt, quòd hi faciant hoc opus: alij aliud. Secundum hæc tria sumuntur tres præfati ordines. Nam dominationum est agẽda imperare: virtutum autem impedimenta remouere: potestatum verò operarios ordinate, vt, quæ imperata sunt exequantur, & faciant. Inde est, quod dominationes omnibus alijs præponuntur: ideo dicitur 10 littera, quòd dominationes vocantur, qui principatus, & potestates transcẽdunt, & etiam virtutes superant, vt potest patere ex littera. Ad virtutes verò spectat impedimenta remouere. Præsunt enim virtutes corporalibus rebus, ideo, vt patet per Gregor. in littera, eis attribuitur, miracula facere, & quia miracula sunt præter solitũ cursum naturæ, ideo eis attribuitur obuiare legibus naturæ, vbi huiusmodi leges possent esse impedimentum ad salutem nostram, vel vbi talis obuiatio est expediens saluti nostræ. ideo virtutibus potest attribui impedimeota remouere. Est enim virtus secundũ Philosophum in de Cœl. & Mun. vltimum de potentia. boc est vltimum in operandis, & supremũ, quòd possint angeli legibus naturæ obuiare: non, quòd propter boc virtutes fiot supra dominationes. quia dominationes nihil operãtur, sed solum imperant: sunt aotem virtutes super omnes alios, qui operãtur. Quoddam enim operari est resistere legibus naturæ: secnndũ n. Philosophum in Politicis, quæ opottet seruũ scire facere, hæc oportet dominum scire præcipere. quia ergo præcipere, & imperare spectat ad domnos, ideo angeli, quorum est agenda imperare, spectat ad dominos. ideo angeli, quorum est agenda imperare, vocantur dominationes. Illi verò, quorum est legibus naturæ obuiare, & impedimenta remouere, vocantur virtutes. Sed illi, quorũ est ministros, & operarius ad sua opera ordinare, vocantur potestates. Et cõgruè post virtutes sequuntur potestates. quia si virtus est vltimum de potentia, & nihil est aliud virtus, quàm quædam potentia vltimata, & quasi perfecta, conlequens est, quòd potentia sit cognata virtuti. propter quud vltimus ordo secũdæ Hierarchiæ vocatur potestates. Est autẽ & alia causa quare huiusmodi ordo vocatur potestates, qa ad eos spectat potestates aduersas remonere, & nequitijs Diaboli obuiare. inde est, quòd aliqui d nos ordines, videlicet virtutes, & potestates aliter assignant. Nam virtutibus tribonot præbere facultatem ad agendum, potestatibus verò habere potestatem ad impedimenta remouendum. sed cum de re constet, de verbis non curetur. Nam dominationes solum habent agenda imperare: virtutes autem præsunt corporalibus, potestates autem spiritualibus. virtutibus ergo possunt duo attribui, præbere iouamenta, siue præbere facultatem ad agendum, & remouere impedimenta. Nam ptout præsidendo corporalibus obuiant legibus naturæ, temouent impedimenta, ptout verò per ipsis corporalia aliqua faciant expedientia saluti nostræ, præbent iuuamenta. Sic & potestatibus, qot præ-

Virtutũ est miracula facere.

Virtus quid ex Arist. lib. de cœlo & aliter diffinitur virtus moralis lib. 2. Eth. c. 6.

3. vol. 7.

Virtutes, & potestates cur se consequantur.

Potestates vnde dicantur.

Virtutum, & potestatum alioquas quæ.

A sunt spiritualibus, vtrunque potest attribui. Nam ad potestates duo pertinent, videlicet ordinare inferiores angelos, vt operentur, & agãt, & resistere malis angelis, & potestatibus aduersis, ne contra nos vltra debitum modom sæuiãt. Ordinando ergo bonos angelos iuuamenta præbeott resistendo malis, impedimenta remonent. Vtrisque ergo potest attribui vtrumque: aliter tamen, & aliter. quia virtutibus attribunutur illa duo respectu corporalium: potestatibus respectu spiritualium Sed licet sic sit, volumus tamen virtotibus attribuere, remouere impedimenta: potestatibus autem præbere iouamenta. quia plus est legibus naturæ obuiare, quàm secundum naturalia iuuare. Nam non solum boni angeli, sed & demones boc faciunt iuuantes se. Rursus: maius quid est ordinare angelos bonos, quàm resistere angelis maltis: ideo potestatibus potius volnimus tribuere, præbere iuuamẽta, & virtutibus remouere impedimenta, quamuis, vt diximus, vtrumque vtrique conueniat.

B Quare autem virtutes ponantur supra potestates, cum virtutibus collata sit auctoritas super corporalia, potestatibus super spiritualia, cum spiritualia sint potiora corporalibus, in sequenti quæstione patebit. Habetur tamen ex hoc via, vt in sequenti quæstione declarabitur, ad soluendum controuersiam inter Grego. & Dionys. quia Dionys. posuit virtutes supra potestates: Gregor. autem econuerso. Dicuntur autem hi tres ordines secundæ Hierarchiæ se habere sicut præpositi operum. quia illi simpliciter sunt huiusmodi præpositi, qui se intromittunt de toto opere. Commissa enim sunt

Angeli 2dæ cundæ Hierarchiæ cur præpositi.

C hæc tria officia his tribus ordinibus circa totum opus, vt dominationes circa totum opus agenda imperent: virtutes præsint corporalibus, potestates spiritualibus.

Aduertendum tamen, quòd officium potest esse voluersalius, quàm actus: vt is, cui commissa est vna tota prouincis, potest aliquid agere circa vnam personam: & is, cui commissum est totum regnum, potest videre aliquid pertinens ad vnam prouinciam. Cũ ergo dicimus, quòd hi tres ordines se intromittant de toto opete, & de gubernatione totios, & non de sliqua prouincia, vel de aliqua persona io speciali: intelligendum est, quantum ad commissum officium. quia à Deo talia sunt eis officia commissa. Quantum tamen ad executionem operum, potest cõtingere, quòd virtutes nunc cooperãtur aliquod

D miraculum in hac pronincia, nunc in illa. Sic & dominationes possuot imperare agenda, nũc in hac prouincia, nũc in illa: & potestates possunt otdioare operarios bonos, & resistere malis: nũc in hac prouintia: nunc in illa.

Angelorum 3. Hierarch. ordines, & munitsi.

Ostenso, quomodo accipiũtur ordines in prima Hierarchia, & in secunda; restat hoc idẽ ossẽdere de tertia. Differt aũt tertia Hierarchia à secunda. quia secũda se intromittit de toto opere, sine de toto vniuersso: ideo illi de secunda Hierarchia dicuntr p̃positi: sed illi de tertia Hierarchia

se intromittunt de partibus operis, sioe de partibus vniuersi. ideo dicti sunt operarij, & executores operũ. Non ergo talia dicta sunt, qoòd nulli de secunda Hierarchia aliquid operentur. Nã iuuare se secundum oaturalia, quæ reperiuntur in corporibus, & obniate legibus oaturæ corporalis, qnod competit virtutibus: aliqoid operari est, sic ordinare angelos buoos ad agẽdum, & resistere malis, quod competit potestatibus, est etiam aliquid operari, sed tamẽ hi vocãtur præpositi. qa se de 1010 opere intromittũt. Sic ecuntrario in tertia Hierarchia Principatus præsunt Archangelis, & Archangeli angelis. hi tamẽ magis vocant operatij, q̃ ꝓpositi. quia nun se intromittuot de toto opere, sed de partibus vniuersi. Partes autem vniuersi possuot dupliciter accipi, vel ptincipales, vel secundartæ. Principales autem partes vniuersi sunt ipsę multitudines, siue ipsi populi, ex quibus vniuersum constituitur: secondariæ autem partes sunt singulares psonæ, ex quibus aliqoa moltitudo conficitor. Illi ergo de infima Hierarchia, qui ministri operarij vocari possunt, vel præsunt toti alicui moltitudini, & isti vocantur principatus, qui præsunt Geniti, & Prouincijs, vel exercẽt opera soa circa aliquas singulares personas: & hoc dopliciter, vel agendo maiora, & isti vocantur. Archangeli, quia aliqoa magna exercent circa aliqnam singularem persoñ, vt puta ille, qoi nũciauit Virgini oatiuitatẽ Chtisti: & ille, qui Zachariæ natiuitatem Ioãnis: vel hoc faciunt agendo minora, & isti vocãtur angeli: ideo vult Gregorios, & habetur in littera, quòd Archãgeli sunt, qui maiora nonciaot: Angeli, qui minora. Foerunt aotem, quidam volentes rationem horum trium ordioum assignare, qui dixerunt, qoòd principatus sooi, qui præsunt priocipibos, & prælatis. Archangeli, qui præsuot multitudioibus, geotibus, & prouincijs: Angeli, qoi singularibus personis. Sed quæremus à sic dicentibus, qualiter ptincipatus præsunt principibus, & prælatis, virom hoc sit secundom se, & vt sunt quædam singulares personæ, & tunc secuodum eotum dictom oon different ab angelis: aũt præsunt eis prout tales personæ exercent actiones soas circa totam moltitudinem: & tunc angeli, qui sic præsuot circa totam multitudinem habebunt actiones suas. econdum hunc ergo modum oon different ab Archangelis. Melius est ergo dicere, vt supra diximus, quod concordat cum dicto Gregorij, & cum Magistro in littera, quòd principatus præsunt multitudinibus, & prouincijs: Archangeli, & angeli singularibos personis aliter, & aliter. quia Archãgeli agendo maiora: Angeli minora.

Hierarchiæ intimq; quæ nam sint.

Ministri operarij nun tiantes.

Ea dictis autem patere potest: quomodo accipiuntur dona, secundum qnæ ordines ouminantur. Nam hnioſmodi dona non sont illa duna Spiritus sancti, secũdum quæ procedimus in actiones personales: sed sunt dona commissionis officiorum: secundum qoæ proceduni angeli in actiones Hierarchichas, vt illis de prima

A Hierarchia collata sunt hæc duna, & commissa sunt eis hæc officia, vt ipsi assistaoi Deo, & diuina vota de regimine mundi, & de salute electorum alijs nuncieot: aliter ramen hoc faciunt Seraphio: aliter Cherubin: aliter Thruni. vel aliter attribuũtur hæc eis, quia Seraphin hoc attribuitur ex dilectiuoe: Cherubin ex cognitione: Thronis quantum ad iodicia agendorum. Quod quomodo verum sit, potest esse per habita manifestom, & etiam infra ad maiorem declarationem aliqua narrabontur. Illis autem de secunda Hierarchia collata snot hæc dona, & commissa sunt eis hæc officia, vt ipsi sint propositi operum, vt gnbernetur mundus, & saluentur electi: & hæc, vel huioſmodi opera imperando. quod competit Domioationibus: vel habendo aoctoritatem super corporalibus, quod commissum est Virtutibus: vel habendo aoctoritatem soper spiritualibos, qđ cõmissum est Potestatibus. Ea officio est, n. & ea cõmissione diuina, quòd tales habeant talem potestatem, & tales talem. Ideo dicitur Apoch. quòd angelus clamauit voce magna qoatuor angelis, qnibus datum erat nocere terræ, & mari. Ex dato ergo, & ex iniuncto officio hoc eis competebat. Illis autem de tertia Hierarchia collata sunt hæc dona, & cummissa sunt hæc officia, quòd ipsi in regimine mondi, & in procuranda salute electorum se habeant sicut operatij, vel qoia operantur circa ipsas gentes, & circa ipsas prouincias: vt principatus: vel quia operantur circa singulares personas, & hoc, vel agendo maiora, vt Archangeli: vel agendu minora, vt Angeli.

Apoc. 7.

B

C

Resp. ad arg. dvb. ii.

AD primum dicendum, qoòd Seraphin non denominantur à charitate simpliciter, sed à charitate in excessu. Ideo dicuntur incendẽres. Est enim in eis tantus charitatis excessus, & sont ita intimi Deo, qoòd vident immediatè ſo eo illa se creta interiora, per quæ illuminant alios. quod non est omnibus commune.

Seraphin, Cherubin, & Throni vade dicũtur.

Et p hoc patet solutio ad secundũ. qa Cherubin nõ denominantur à scientia quocunq; mõ, sed à plenitudine scientię. Tanta. n. plenitudine scientiæ repleotur, q̃ in Deo immediatè vident illa diuioa mysteria gobernatiunis mundi, & salutis electorum, de quibus illuminaot alios: huiusmodi aotem scientiam habere, oon est commune omnibus.

D

Ad tertiom dicendum, quòd Thruni dicũntur sedes Dei. quia sicut sedes defert locatum: ita Throni ea, quæ Dei. suot, deferunt alijs: eos ducendo, & illuminando. Licet ergo omnes habeant in seipsis Deum: tamen, hoc modo esse sedem Dei, non cõoenit omnibus. Vel possumus dicere, q̃ oẽs habent Dei dilectioẽ, & cognitioñ, & tenẽt, & habẽt ĩ seipsis Deũ: put Deos est obiectũ beatitudinis: sed put hæc tria referunt

ad

ad actus Hierarchicos, qui cooſtituunt in communicatione ſcientiæ, quantum ad ea, quæ ſpectant ad gubernationem mundi, & ſalutem electorum, non eſt ſic commune omnibus. quia, vt diximus, quidam huiuſmodi ſcientiam habet in ipſo fonte, & in ipſo Deo immediatè: quidam autem oſ, ſed de hoc illuminantur ab alijs. cum ergo dilectio, cognitio, & tentatio dicant actionē immediatam circa Deum, quātum ad huiuſmodi actus Hierarchicos, & quantum ad huiuſmodi ſcientiam, ſolum illi dicuntur tales, qui immediatè in ipſo fonte hauriunt diuinorum myſteriorum notitiam gubernationis mundi, & ſalutis electorum. huiuſmodi autem ſunt ſolum illi de prima Hierarchia, ideo ſecundum hunc modum, tenere Deum, quod competit Thronis, cognoſcere, & diligere, prout competit Cherubin, & Seraphin, non eſt commune omnibus.

Dominationes vnde dicantur.

Ad quartum dicendum, quòd nomen Dominationum non ſumitur à Dominio ſimpliciter, quòd ipſi dominentur omnibus Angelis, ſed a dominio operatiorum. Dominantur enim huiuſmodi Dominationes omnibus operarijs, ſiue ſint operarij præpoſiti operum, ſiue executores. propter quod non oportet, quòd huiuſmodi ordo ſit primus ordo ſimpliciter: ſed ſufficit, quòd ſit primus ordo poſt ordines primæ Hierarchiæ, qui non ſunt operarii, nec præpoſiti, ſed ſunt collaterales Dei, & aſſiſtentes miniſtri.

Ad quintum dicendum, quòd virtutes ſic habent vltimatam potētiam, quòd & ipſæ ſunt quodammodo operarii, habentes operationes circa corporalia. Dominationes autem per vltimatam potentiam, quam habent, non ſunt operarii, ſed ſolum Imperatores operum. propter quod ſuam vltimatam potentiam habent nobilioti modo, quàm virtutes, propter quod non ſunt infra virtutes, ſed ſupra.

Ad ſextum autem arguendi, quòd dominationes per potentiam dominantur, patet, quòd non dominantur per potentiam quocunque modo, ſed per potētiam nobilioti modo acceptam, quam ſit in virtutibus.

Virtus quot modis dicatur.

Ad ſextum dicendum, quòd virtus vno modo accipitur, vt eſt quid medium inter ſubſtātiam, & operationem, & ſic in omnibus rebus ſecundū Dam. & Diony. ſunt ſubſtantia, virtus, & operatio. hoc ergo modo per antonomaſiam ſubſtantiæ ſeparatæ dicuntur virtutes, quia non habent virtutem contractam, & organicam, ſed a materia ſeparata. Alio modo poteſt ſumi virtus, prout dicit quendam exceſſum fortitudinis, ſecundum Diony. 8. quem modum loquitur Diony. de angelica Hierarchia vocans ipſam ſanctarum virtutum quandam fortem, & incommotabilem viriditatem in omnes, ſecundum eorum Deiformitatem operationes. prout ergo virtutes dicunt huiuſmodi exceſſum viriditatis, & maximè in officio ſibi cōmiſſo, quod conſiſtit circa gubernationem corporalium, prout expedit ſaluti electorum, non eſt commune omnibus, ſed eſt proprium illi ordini.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſi poteſtates ſunt ſupra virtutes aduerſas, non tamen propter hoc ſunt ſupra virtutes, de quibus locuti ſumus. nam virtutes aduerſæ ſunt mali Angeli, ſed virtutes, de quibus locuti ſumus, ſunt ordo bonorum Angelorum.

Ad octauum dicēdum, quòd Dominationes, Virtutes, Poteſtates, Principatus differunt modo, quo diximus. tamen quia omnia iſta habent quādam conuenientiam; eo, quòd omnia videntur importare quandam ſuperioritatem ſuper alios: non eſt inconueniens vnum aliquando ſumi pro alio, & in his inferioribus tatione huiuſmodi conuenientiæ poſſumus aliquando omnia hæc pro eōdem ſumere. tamen ſi virtus dicit immediatam comparationem ad agendum aliqua opera, plus eſt dominatio, quàm ſit virtus. quia poteſt eſſe Dominatio ſo tanta excellentia, quòd ſolum habeat opera imperare abſque eo, quòd ſe intromittat de actione.

Rurſus: Si virtus dicit potētiam vltimatam, plus dicit virtus, quàm poteſtas cōmuniter ſumpta, cum huiuſmodi poteſtas reſeruari poſſit in poteſtate non vltimata. Amplius, quia principatus non videtur importare poteſtatem ſimpliciter, ſed poteſtatem determinatam ad aliquam ſpecialem gubernationem, vt ad Gentem aliquā, & ad regnum aliquod, cui principatur. ideo poteſtas, quæ dicit potentiam abſolutè, eſt quid generalius, & per conſequēs, quid maius, quàm ſit principatus, vt ſic intelligamus poteſtates a principatibus differre, quòd poteſtates habeant potentiam abſolutam, & generalem, ordinatam ad gubernationem mūdi, & ſalutem electorum: ſub quibus poteſtatibus ſunt multa regna, & multæ Gentes, & per conſequens multi principatus. ideo ſub poteſtatibus immediatè ſunt principatus. Nam principatus ſunt Angeli, qui præſunt Gentibus, & Regnis, propter quod ad huiuſmodi poteſtates ſpectat ordinare huiuſmodi Angelos in ſuis principatibus, & in regimine ſuorum regnorum: & etiam ſpectat ad eos coercere virtutes aduerſas, & poteſtates aduerſas, ideſt, Dæmones, ne impediant ipſos Angelos inſtitutos, & ordinatos per huiuſmodi poteſtates in ſuis principatibus, & regulis. pp quod tales Angeli ſic inſtituti merito vocati ſunt principatus.

Archangeli vnde dicantur.

Ad nonum dicendum, quòd nomen principatus nō cōpetit vni perſonæ ſingulari, ſed competit Gēti, & Regno. ideo illi Angeli dicti ſunt principatus, quia præſunt gentibus, & regnis. Archāgeli autem, quorum operatio eſt circa ſingulares perſonas non merentur dici principatus. Et ſi dicuntur Archangeli ab archos, quod eſt princeps, hoc ideo verum eſt, quia ſunt principales Angeli, ideſt, principales nuncij annunciantes maiora, & principaliora: vel ſi dicuntur Archangeli, quia præſunt Angelis, hoc eſt ſolum, quia præſunt illis Angelis, qui etiam deputati ſunt ad gubernationem ſpiritualium perſonarum. ſed quia principaliora committuntur Archangelis, quàm huiuſmodi Angelis; ideo merito dicuntur habere principalitatem ſuper eis: vt &

ipsi tanquàm executores minorum operum, & tanquàm inferiores ministri eis obediant. sed cum propter huiusmodi præesse non habeant Archàgeli generalem curam alicuius totius Gẽtis, vel alicuius totius regni, non merentur dici principatus. Non enim quodlibet principium, vel quodlibet præesse facit aliquem esse Principem.

Angeli omnes sunt spiritus & omnes cœlestes.

Ad decimum dicendum, quòd omnes cœlestes spiritus sunt angeli, ideſt nuncij: saltem quantum ad anteriorem missionem. Nam, & ipsi superiores spiritus, vt puta Seraphin, hoc modo sunt angeli. quia annunciant inferioribus diuinam voluntatem: speciali tamen modo infimus ordo cœlestium spirituum dicuntur angeli. quia huiusmodi infimi cœlestes spiritus communiter ad nos immediatè mittũtur.

Pro Resolutione Dub. II.

Vide Resolutionem Artic. superioris: Cum verò diuersis modis à Dionysio, & à Gregorio ordinentur, ij à Doctore conciliantur.

AD id autem, qd vlterius quærebatur de ordinatione istorum ordinum, dicendum, q vt in argneodo tangebatur: circa ordinationem ordinum triplex posset esse dubitatio. Nam cum ordines sint partes Hierarchiæ, quia vna, & eadem Hierarchia continet in se plures ordines: ipsa alia, & alia ordinatio Hierarchiarum dicit aliam, & alism ordiationem ordinum. Quantum ergo ad huiusmodi ordinationes posset esse dubitatio de ipsis Hierarchijs in se, quæ esset prima, & qnæ secunda. Alia autũ dubitatio posset esse de partibus Hierarchiarũ, & hæc posset esse duplex: vna de assignatiooe partium: alia de ordine partium: vt puta, si aliqnod animal constat ex multis partibus: triplex posset esse ioordinatio, primò si poneretur animal nobile, vbi debet esse ignobile, vel econuerso; sic est inordinario in Hierarchijs, si ponitur esse Hierarchia prima, quæ deberet esse secunda, vel econuerso. Secunda inordinatio posset esse in animalibus, non quantum ad ipsa animalia in se, sed quantum ad assignationem partium, vt puta si assignarentur partes vni animali, quæ essent alterius animalis, vt si equo coniungerentur pedes asinini, vel asino equini. Inordinatus enim esset equus, si haberet pedes asininos, vel caprinos. Sic & in Hierarchijs esset inordinatio, si aliqui ordines, & partes aliquæ vnius Hierarchiæ assignarentur alij. Tertia inordinatio pollet esse in animalibus quantum ad ordinem partium, vt si equus non haberet membra, nisi equina: esset tamen inordinatus equus, si pedes haberet superius, quos debet habere toserius. Sic in Hierarchijs esset inordioatio: si ordo, qui deberet esse primus in aliqua Hierarchia poneretur esse secundos, vel tertius. Hoc ergo ordine procedemus in hac quæstione. quia primo ostendemus, quòd secundo modum Dionys. est ibi ordinatio quantum ad Hierarchias in se. Secundò, quòd est ibi ordinatio quantum ad assignationem partium. Tertio, quòd est ibi ordioatio quantum ad ordinem partium. Quartò soluemus controuersiam, quæ videtur esse inter Gregor. & Dionys.

Animalium inordinatio triplex.

Proptee primum sciendum, quòd tota perfectio rerum est ex propioquitate ad illum, in quo sunt omnes perfectiones. Cum ergo distinguantur tres Hierarchiæ, in quarũ vna sunt angeli, qui sunt quasi collaterales Dei, & assistentes ministri: in alia sunt præpositi operarij: In tertia, in qua sunt executores operum: constat propinquiorem esse Hierarchiã illam, in qua sunt angeli, quasi collaterales Dei, & assistentes ministri. Propter quod iuxta traditam doctrinam à Dionysio, merito illa ponitur esse prima. Post hanc propinquior est Deo Hierarchia illa, quæ continet Præpositos operarios, quàm illa, quæ continet Executores operum. semper enim Prælati secundum, quòd huiusmodi, suot medij inter eos, quibus præferuntur, & Deum. & quia Præpositi operum præferuntur his, qui exequuotur opera: iõ merito huiusmodi Hierarchia ponitur esse secunda, & reliqua merito ponitur esse tertia. Secunda ordinatio Hierarchiarum est ex assignatione partium. Nam cum prima contineat angelos collaterales Dei, & assistentes ministros: Secunda præpositos operarios: Tertia executores operum: tunc bene assignãtur ordines, & partes harum Hierarchiarum: quando nullus ponitur ordo in prima Hierarchia, qui secundum actus Hierarchicos non sit assistens Deo, & collateralis sibi, & in vestibulis eius; & nullus ponitur esse ordo in Hierarchia secunda, qui non contineat præpositos operarios; & nullus in tertia, qui non contineat executores operum. secundum enim, quòd Deus est obiectum beatitudinis, quilibet angelus assistit Deo, & videt faciem eius, iuxta illud euangelij: Angeli eorum semper vident faciem patris: Sed quantum ad huiusmodi actus Hierarchicos: illi soli dicunt Deo assistere, qui nõ mittunt ad nos, & q immediatè vidẽt in Deo decretũ Dei, secundũ qđ decreuit gubernare mũdum, & saluare electos: & quia hi sunt illi, qui per antonomasiam sunt intimi Dei, vt Seraphin: vel secretarij Dei, vt Cherubin: vel familiares Dei, vt Throni: ideo merito hi tres ordines assignãtur primę Hierarchiæ. Sic etiam illi sunt præpositi operum, qui se intromittunt de toto opere, quod non potest esse nisi tripliciter, vel, quæ sunt agenda imperando, quod competit dominationibus: vel corporalia gubernãdo, quod competit virtutibus: vel spiritualibus principando, quod competit potestatibus: iõ hi tres ordines assignant secũdæ Hierarchiæ. Hoc etiam modo possunt dici executores operũ illi,

Deus qõ immediatè videtur ab eius angelis: & quomodo non.

illi, qui non se intromittunt de toto opere, sed de partibus: vel, quod idem est, non intromittunt se de gubernatione totius mũdi, sed de partibus. Vel hoc ergo erit de partibus principalibus: vede gubernatione totius totius Gentis, quod competit principatibus: vel de gubernatione singularũ personarum, exercendo inter eos maiora. quod competit Archangelis: vel operando minora, qđ competit Angelis. ideo merito hi tres ordines assignati sunt terriæ Hierarchiæ.

Hæc aũt, & si superius dicta sunt, breuiter tñ reassignamus, & reassumimus ea, vt ostendamus partes Hierarchiarũ à nõ assignatas esse. Tertius ordinatio Hierarchiarũ, est ea ordine partium. Ad cuius euidẽtiam sciendum, qđ omnes familiares alicuius Regis communiter audiunt verba ex ore Regis: Attamen Rex habet quosdam consiliarios, & secretarios, quibus communicat aliqua, quæ non communicat familiaribus omnibus: & etiam inter ipsos consiliarios habet aliquos speciales, & intimos, quibus immediate reuelat aliqua, quæ non reuelat consiliarijs omnibus: omnes tñ familiares dicuntur Regi assistere, & audire immediate verba Regis. Specialiter tñ consiliarij sciunt secreta. Cum ergo Dio. ait. 7. de angelica Hierarchia, qđ prima cęlestium Hierarchiarum immediate collocatur circa Deũ, & qđ immediate illuminatur à Deo, non est sic intelligendum, qđ aliqua immediate nõ reuelentur Cherubin, & Seraphin, quæ non reuelantur immediate Thronis. Sic etiam non est sic intelligendum, qđ aliqua non reuelentur immediate ipsis Seraphin, quæ non reuelantur ipsis Cherubin. Nam, & inter ipsos Seraphin sunt gradus, quia aliquid reuelatur immediate vni Seraphin, quod non reuelatur alteri. Vnde & Dio. 2. de Angelica Hierarchia dicit, quòd ipsos dignissimos Seraphin, ipsi Theologi ainnt alterum ad alterum clamare, vt habetur Isa. In quo, vt Dio. ait declaratur, quomodo sanctas Theorias, i. sanctas illuminationes diuinas ipsi primi Seraphin tradũt secundis Seraphin. omnia ergo ista sic sunt intelligenda, qđ Deus per sapientiam suam, sic voluit ordinare ad lam suam cęlestem curiam, qđ aliqui non intromitterent se immediate de operibus gubernationis mundi, sed solum essent sicut ministri assistentes. ideo omnes tales communiter, quasi familiares Dei, immediate illuminantur à Deo, sicut omnes familiares Regis immediate audiũt verba eius. Sed vltra hoc, vt diximꝰ, sunt ibi aliqui, quibus reuelantur aliqua immediate, quæ non reuelantur omnibus huiusmodi ministris assistentibus, & etiam vltra hæc sunt ibi aliqui, quibus immediatè reuelantur aliqua secretissima, quæ non reuelantur alijs. Cum ergo verba Dei, & ipsum Deum, & decreta eius quilibet assistentium ministrorum percipiat in ipso: ideo merito omnes assistentes ministri, non solũ, quantum ad obiectum beatitudinis, sed etiam quantum ad ipsos actus Hierarchicos, secũdum quos Deus disposuit gubernare mũdum, possũt dici habitacula Dei, & sedes Dei, quia omnes tales ministri in ipso habent Deum, vbi decreta huiusmodi gubernationis legunt. sed vltra hoc illi, quibus reuelantur vlteriora secreta Dei, non solum possunt dici sedes, & habitacula Dei, sed etiam possunt dici secretarij Dei, quasi scientes secretiora Dei. Sed illi, quibus etiam ipsa secretissima immediate reuelantur, non solum possunt dici sedes, & scientiarij Dei, sed etiam merentur vocari transformati in Deum, & quia amor est, qui transformat, & maximè cum est amor excedens: ideo isti supremi ab excessu amoris denominati specialissimum nomen sibi assumpserunt, & vocati sunt Seraphin. Secundi vero nomen minus speciale, & magis commune sibi assumpserunt, & vocati sunt secretarij Dei. Vnde à plenitudine scientiæ nomẽ assumentes, vocati sunt Cherubin. Tertij quidem ordo assistentium ministrorum nomen communissimum retinentes, dicti sunt sedes Dei, & Throni eius.

Aduertendũ tñ, qđ licet commune, vt cõmune est, competat oĩbus: Cõmune tñ cum quadã præcisione potest esse aliquibus speciale. Deus autẽ non vt ab aliquo, nec auditur, vt absens, sed præsens. Quilibet ergo audiens verba Dei, & legens in Deo decreta eius, habet Deum præsentẽ in ipso, & ex hoc ipse est sedes, & habitaculum eius, propter quod quantum ad obiectum beatitudinis omnes Angeli sunt sedes Dei, & templa eius, & habitacula ipsius: immo & nos, dũ sumus in vita ista, in qua peregrinamur à Dño, prout gratiæ eius possumus esse participes, possumus dici sedes Dei, & templum, & habitacula eius. Ideo aia iusti dicta est sedes Sapientiæ. & Apostolus dicit de hominibus rustis: Templum Dei Sanctũ est, quod estis vos. tñ quantum ad actus Hierarchicos, vt diximus, illi sunt huiusmodi sedes, & habitacula Dei, qui immediate in Deo legunt decreta gubernationis mundi. Si ergo accipiatur hoc cum quadam præcisione, qđ non admittantur ad quędam, quę inter huiusmodi decreta sunt secretiora, sic esse diuinas sedes, vel diuina habitacula, quantum ad actus Hierarchicos, est proprium solum Thronis: Et esse sic diuina habitacula, quòd etiam admittantur ad secretiora, sed non admittantur immediatè ad secretissima, est proprium ipsis scientiarijs Dei, qui sunt quasi secretarij eius, quos cõmuni nomine vocamus Cherubin. Sed esse sic diuina habitacula, quòd in his, quæ spectant ad gubernationem mũdi, & salutem electorum, immediate admittantur ad secretiora, & etiam secretissima, est proprium ipsis Seraphin: vt circa gubernationem mundi sic videantur differre Throni, Cherubin, & Seraphin, sicut immediate scientes secreta, secretiora & secretissima.

Diximus autem tres ordines supremæ Hierarchiæ differre per scire circa gubernationem mũdi diuina secreta, secretiora, & secretissima. Quæ qualiter differant, non est nostrum determinare, nam de his, quæ spectant ad gubernationem vniuersi, possumus loqui sicut de his, quæ videmus fieri in istis sensibilibus. Nam aliqua ibi fiũt secũdum rationes seminales. Aliquando aliqua visa

sunt

Ifa. 6.

Esse qđo est posse speciale.

Sedes Dei quæ.

Angeli qđo sedes Dei.

Aia iusti sedes Dei. & templum. 2. Corinth. 6.

Secreta Dei non est homini nolle.

Rõnes seminales.

Rationes obedientiales.

sunt fieri prętet rationes seminales, vt, ꝙ cęcus videat, ꝙ mortui resurgant, quæ dñr fieri ſm rationes obedientiales. inter ea etiam, quæ fiunt naturaliter, & ſecundū rationes ſeminales, quædam ſunt magis clara, & nota, quædā magis latentia, & occulta. Sic & in gubernatione mundi, & in ꝓcuranda ſalute electorū, ſuo modo ſe hēt. nam tota mundi gubernatio ad hmōi ſalutem ordinatur. Cū enim completus erit numerus electorū, ceſſabit motus cœli, & ceſſabit iſte modus gubernationis mundi. certum eſt tn, ꝙ in huiuſmodi gubernatione aliqua fiunt, ſm quæ Deus regit mundū, quaſi de legn cōi: & inter hæc quædam poſſunt eſſe magis nota, quædā minus: vel quædam ſunt quaſi ſecreta, aliqua quaſi ſecretiora: aliqua vero ſunt, ſecundū quæ Deus regit mundum ſecundum leges, quas diſpenſat ex priuilegio ſpeciali: & iſta poſsūt dici quaſi ſecretiſſima, vtrum autē per ſcire talia ſecreta, ſecretiora, & ſecretiſſima, differant Hierarchię, vt, ꝙ infima Hierarchia videat in Deo prædicta ſecreta: media quidem videat in Deo ſecretiora: ſuprema ſecretiſſima: vel per hoc differant ordines ſuptemæ Hierarchiæ, vt, ꝙ infima, & media non videāt immediate in Deo huiuſmodi leges, ſecundū quas gubernatur mundus: ſed ſola ſuprema eas videat; vbi tres ordines differunt ſecundum videre prædicta ſecreta, ſecretiora, & ſecretiſſima; niſi nobis fuerit diuinitus reuelatū, per humanas rationes non poſſumus iudicare. Nā in quolibet iſtorum poſſunt aſſignari multi gradus, quia in his, quæ fiunt ex diſpēſatione ſpeciali, poſſunt eſſe aliqua ſecretiora alijs, & ibi poſſumus repetire ſecreta, ſecretiora, & ſecretiſſima. Satis eſt enim rationi conſonum, ꝙ ita ſit in illa ordinatiſſima cœleſti curia, ſicut in his, quæ videmus ordinate fieri ab aliquo magno Rege. Nam Soli familiares Regis ſemper aſſiſtunt Regi, & ſemper audiunt immediate verba ex ore eius. Nihilominus aliqua proponit Rex toti populo, & inter ipſos familiares ſunt aliqui ſecretiores, inter quos ēt ſunt aliq; ſecretiſſimi, & intimi. Cōiter ergo loquendo, familiares dicuntur immediate aſſiſtere Regi, & immediate ſcire vota eius: hoc tn non obſtante, aliqū totus populus immediate ſuſtinetur ab ore Regis, & inter ipſos familiares, vt diximus, ſunt multi gradus. Sic & in propoſito ſoli de prima Hierarchia, quantum ad actus Hierarchicos, & quantum ad gubernationem mundi, immediate dicuntur Regi aſſiſtere; non tamen eſt inconueniens, aliqua ſpectantia ad huiuſmodi gubernationem totā Angelorum multitudinē immediate in Deo conſpicere. tamen, quia vt plurimum talia immediate conſpiciunt illi de prima Hierarchia, ideo dicuntur illi aſſiſtētes, inter quos ſunt multi gradus, vt eſt ex habitis manifeſtum. Indē eſt, ꝙ ea, quæ dicit Diony. in 7. c. cœleſtis Hierarchiæ repugnare videntur his, quæ dicit in 5. Nam in 7. vult, quòd tota prima Hierarchia immediate illuminetur à Deo, ita quòd vnus non illuminet alios. In quinto vero vult, quòd etiam non omnes Seraphin immediate illuminentur à

Motus cœli ceſſabit, cū completus fuerit numerus electorum.

Hierarchiarum diſtinctio ſecta ſcin cognoſcitur.

A Deo, ſed ibi ſit date gradus, & diuinæ illuminationes primi ſecundis tradant.

Dicemus ergo, quòd communiter ſola, & tota Hierarchia prima immediate illuminatur à Deo, ſed licet hoc ſit communiter, & vt plurimū; Aliqua tamen ſunt ſibi ſpecialia, & ſpecialiora, quæ latent Thronos, & patent ipſis Cherubin; Aliqua autem ſunt ſibi ſpecialiſſima, quæ immediate cognoſcunt ſolī Seraphin, inter quæ etiam ſpecialiſſima ſunt gradus. quia aliqua ſunt magis ſpecialiſſima, aliqua minus, propter aliqua, quæ cognoſcunt omnes Seraphin: Aliquæ vero primi ſecundis tradunt. Communiter ergo tota prima Hierarchia immediate aſſiſtit Deo, & quā cum ad hoc vnus non illuminat alium. Quantū autem ad ſpecialia, & ſpecialiſſima, non eſt inconueniens ſe inuicem illuminare, & etiam in vno; & eodem ordine: immo non eſt inconueniēs aliqua eſſe ibi ita communiſſima etiam circa gubernationem mundi, quę omnes immediate videant, & ſecundum quæ nullus illuminat alium, ſed qn hoc non eſt ſæpe, vel hoc non eſt communiter, vel quia plura ſunt illa, quæ videt immediate ſola, & tota prima Hierarchia, reſpectu quorum pauca ſunt, quæ immediate videt tota multitudo Angelorum, & etiam pauca ſunt, quæ immediate vident non omnes de prima Hierarchia, ſed ſoli ſuperiores; ideo communiter ſola, & tota prima Hierarchia dicitur immediate aſſiſtere, & immediate à Deo illuminari. Determinare autem, quę ſunt illa communiſſima, quę videt tota multitudo Angelorum, & quæ ſunt illa communia, quæ vidēt ſola prima Hierarchia, & quæ ſunt illa ſpecialiora, q̄ ſoli Cherubin, & quæ ſpecialiſſima, quæ ſoli Seraphin, & inter ſpecialiſſima, quæ ſunt illa, quæ non vident omnes Seraphin, ſed ſoli ſupremi; ſic & inter ſpecialiora, & inter communia, quomodo ſe habeāt omnia iſta velle ſufficienter ſcire; eſt velle non eſſe in via, & eſt velle habere beatitudinē ſuam, antequam ſimus in Patria. Ex his autem omnibus ſufficienter patere poteſt ordo partium primæ Hierarchiæ. Nam hoc eſt eſſe ſuperius in rebus, eſſe propinquius ſupremo. Cum ergo omnes Angeli primæ Hierarchiæ ſint quaſi miniſtri familiares aſſiſtentes Deo. quia inter huiuſmodi familiares illi immediatius ſe habent ad Deum, qui ſunt quaſi ſecretarij, & quaſi ſcientiarij ſecretorū eius. & inter huiuſmodi ſecretarios illi ſunt ad hoc magis immediati, qui ſunt intimi Domino, qui nouerunt non ſolum ſecretiora, ſed etiam ſecretiſſima; conſequens eſt, quòd Seraphin ſint ſupra Cherubin, & Cherubin ſupra Thronos.

Secreta Dei cōiſſima, cōmunia, ſpecialiora, & ſpecialiſſima.

Viſo de ordine partium primæ Hierarchiæ: nunc eſt videre de ordine partium ſecundæ. Nam ſi ad Dominationes ſpectat agenda imperare: Ad Virtutes corporalibus præeſſe, & legibus naturæ obuiare: Ad poteſtates ſpiritualibus præeſſe, ordinando operantes bonos, & reſiſtendo poteſtatibus malis, conſequens eſt, quòd Dominationes ſint primus ordo ſecundæ Hierarchiæ. Nam hoc eſt eſſe propinquius Deo, imperare alijs: dictæ. n.

Angeli omnes q̄ndq; à Deo illuminantur.

ſunt

sunt Dominationes, non, quòd imperent omnibus: quia tunc essent simpliciter supremus ordo: sed ex eo, quòd imperãt præpositis operum, iam Dominationes non sunt supremus ordo simpliciter, sed sunt supremus ordo secũdę Hieratchię, in qua, vt diximus, continentur præpositi operũ. Post Dominationes vero sunt virtutes. Nam licet Virtutes præsint corporalibus, & Potestates spiritualibus, & spiritualia sint excellentiora corporalibus: præesse tamen sic corporalibus, vt ptę sunt virtutes, est maius, & est esse Deo propinquius, quàm præesse spiritualibus, vt præsunt potestates. propter quod Virtutes ponuntur esse secundus ordo secundæ Hierarchiæ: & Potestates tertius. Præsunt enim virtutes corporalibus, vt etiam possint obuiare legibus naturæ, in quo valde participãt qd diuinũ eius, qui indidit leges illas. In his enim, quę naturæ sunt, naturale est Angelis iuuare se per naturalia, coniungendo actiua passiuis, & adhibendo semina, vt patet per August. 9. super Gen. & 3. de Trinit. sed posse obuiare legibus naturæ, est valde magnum. Magnum enim donum Deus fecit virtutibus, & magnum officium contulit eis, quando voluit eos habere istud officium, & istam potestatem, quòd possent legibus naturæ obuiare, sed potestates præsunt spiritibus bonis inferiotibus se, quod eis quasi competit ex natura. naturale est enim, quòd superiora præsint inferioribus. perfectiuè enim, & conseruatiuè competit potestatibus præesse spiritibus bonis, vt præesse principatibus, ordinando eos ad sua opera ex institutione diuina, & ex officio eis commisso. Hoc enim donum collatum est eis, & hoc officium est eis commissum, vt sic præsint: ad huiusmodi tamen præesse, & ad huiusmodi officium magnam congruẽtiam habent ex natura.

Tomo 1. Tomo 3.

Rursus si huiusmodi potestates præsunt spiritibus malis, etiam superioribus secundum naturam. quia spiritus mali quantumcunque sint nobiles secundum naturam, ratione culpæ facti sunt inferiores quibuscunque spiritibus bonis, propter quod non est magnum talibus præesse, sed valde magnum, & valde arduum est, quod collatum est virtutibus, quia hoc omnino excedit naturam Angelorum, nec potest Angelis cõpetere ex sola gratia gratum faciente, sed ex aliquo valde spirituali dono, quòd possint legibus naturæ obuiare. valde est ergo nobile officium id, quod commissum est virtutibus, & infra dominationes, quæ etiam ipsis virtutibus imperant, non est ita nobilis ordo, sicut ordo virtutũ. cõgruè ergo, vt dicebamos i secũda Hierarchia, Dominationes constituunt primũ ordinem: Virtutes secundum: Potestates tertium.

Dicto de ordine partium primæ, & secundæ Hierarchiæ, facile expedire nos possumus de ordine partium tertiæ, quæ continet Principatus. Archangelos, & Angelos. nam immediatè post eos, qui se intromittunt de toto vniuerso, cuiusmodi sunt præpositi operum: & illi de secunda Hierarchia sunt illi, qui se intromittunt de principalibus partibus operum. Principales autem partes vniuersi, vel totius humani genetis (quia quicqoid dicimus de vniuerso, dicimos propter humanum genus, & propter salutem electorum) sunt populi, & gentes. Secundariè autem partes sunt singulates personæ. Angeli ergo, qui præsunt populis, & Gẽtibus sunt superiores his, qui p̃sunt singularibus pſonis: vel, qui deputati sunt ad aliqoa opera circa singulares personas, & quia nomine principatuum intelligimus Angelos deputatus ad opera circa gentes, & populos, ideo huiusmodi Angeli immediatè se habent ad secundã Hierarchiam, & constituunt primum, & supremum, secundum ordinem tertiæ Hierarchiæ. Archangeli autem constituunt ordinem secũdum: Angeli tertium. nam Archangeli, & Angeli deputati sunt ad opera circa singulates personas, & sunt nuncij, differenter tamen, quia Archangeli habent nunciate maiora, Angeli minora. ideo, & si vtique nuncij, Archangeli tamen sunt principaliores nuncii. vnde Hugo. 5. c. super angelica Hierarchia ait, quòd cum sint. 9. ordines Angelorum, duo tantum, ideſt, Angeli, & Archangeli specialiter ex officii sui distributione cognominationem susceperunt, Angeli videlicet nuncii, Archangeli principales nuncii Dei. quoniam illi minora, isti vero maiora ex ministerii dignitate annunciant.

Dona. ex quibus ordines Angelorum sumuntur.

Ex hoc autem patere potest, ex quibus donis sumuntur ordines Angelorum. nam quia Seraphin collatum est hoc donum, & commissum est hoc officium, quòd ipsi immediatè videant secretissima Dei, & de hoc illumineut alios, ideo vocati sunt intimi Dei, & dilecti Dei, & ex incendio dilectionis vocati sunt Seraphin: Sequentibus vero, quia collatum est hoc donum, quod etiam si non illa secretissima, tamẽ quædam multum secreta circa Regnum mundi immediatè in Deo videant, & de hoc illuminent alios; ideo vocati sunt secretarii secretorum Dei, & a plenitodine scientię dicti sunt Cherubin: Tertiis autem, quia collatum est donum, quòd sint familiares, & assistentes ministri, & habeant Deum in seipsis, in quo tanquam familiares Dei multa secreta da regimine mundi immediatè vident, & legunt in ipso. ideo dici possunt habitacula Dei, & propter huiusmodi inhabitationem dicti sunt Throni Dei. Sic etiam cuilibet ordini, vt patet per habita, collatum est aliquod donum, & commissum est aliquod officiũ circa gubernationem mundi, & salutẽ electorũ, & a talibus donis, & a talibus officiis sumpti sunt ordines Angelorũ.

His omnibus itaque prælibatis, volumus soluere controuersiam inter Dionys. & Grego. nam Dio. vult virtutes esse secundum ordinem secundæ Hieratchiæ, & principatus primum ordinem ternę: Gregorius econuerio. Dicem⁹ ergo duplicitet posse verificari dictum Grego. primo, vt idẽ sit dictũ eius cum dicto Dio. vt ꝙ Dio. appellat virtutes, ipse appellet principatus, & econoerso.

gregorii, & Dionysii cõtrouersia. idẽ infra q. 2. ar.) dub. 3.

Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ 9. ordines Angelorum, vt Isid. dicit primo de summo bono,

Scripturæ

Ezech. 28. Scripturæ sanctæ testantur. Nam Ezech. vbi loquitur de Lucifero dicit, ꝙ omnis lapis præciosus erat cooperimentum eius, & narrat. 9. genera lapidum. vbi secundum Isido. intelligunt. 9. ordines Angelorum, qui omnes lapides operimentum erant Luciferi, quia omnibus alijs clarior existebat. Nouē ergo sunt hmōi ordines, & præfatis. 9. oominibus oominantur, quia de oībus illis. 9. nominibus fit mentio in Scriptura sacra. quia de Seraphin pluries fit mentio, in Isa. Nam dicitur Esa. Seraphio stabant subter illud. Et ibi dem dicitur de Seraphin: Clamabant alter ad alterum. Et io eo. c. subditur: Volauit ad me vnus de Seraphio. De Cherubin vero, qui sunt secundus ordo, fit mentio valde in multis locis in Vete. testam. De omoibus autē aliis ordinibus mentionem facit Paulus, qnia ad Colossenses. 1. nominat Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates. Ad Ephesios facit mentiooem de virtutibus. Ad Thessalonicenses facit mentionē de Archangelo, licet dubitetur, pro quo accipiatur ibi Archangelus. In Epistola Iudæ fit mentio de Archaogelo Michaele. De Angelis autem fit mentio, quasi in rota Scriptura sacra. Et quia his nominibus Scriptura sacra nominat ordines Angelorum, ideo oportet talibus nominibus vti.

Angelorum ordinū nomina.

Esa 6.

Eph. 1.

Thess 4.

Angelorum ordines, & officia.

Rursus etiam, oporter ordinibus non solum assignare oomina, sed etiam officia, vt, ꝙ Primus ordo habeat tale officiū, quod assistit Deo, & nouit secretissima eius circa gubernationem mūdi. Secundus etiam assistit, & cognoscit immediatè in Deo minus secreta: Tertius etiā assistit, & admittitur etiam ad immediate cognitionē aliquorum secretorum. Quartus autem ordo habet imperare agenda. Quintus habet præesse corporalibus. Sextus spiritibus. Septimus ordo præest populis, & gentibus. Octauus præest specialibus psonis agēdo circa eos maiora. Nonus, & vltimus ordo etiam præest spiritualibus personis agendo circa eos minora. Omoia enim ista officia, vel ista dona, quia donum Dei est habere tale officium. se habent per ordinem. quia primum officium, vel primum donum est maius secundo, & secundum tertio, & sic deinceps. In hoc ergo oon potest esse dubium, sed quo nomine nominetur illud, qnod habet tale officium, vel illud, quod habet tale, io hoc potest esse diuersitas: Et quātum ad quintum ordinem, & septimum videtur esse diuersitas inter Dio. & Gregoriū. quia Gregorius quinrum ordinē dicit esse Principatus, & 7. Virtutes Diony. econuerso. Cum ergo dictum sit, ꝙ officium quinti ordinis est præesse corporalibus, & obuiare legibus naturæ. Officium autem septimum est præesse gentibus, & populis, fortè Gregorius appellat principatus eos, qui præsunt corporalibus: & virtutes, eos, qui præsunt gentibus, & populis. Dionysius autem econuerso, vt hoc modo sit discordia, oon in sententia, sed in verbis. Hoc tantum magis proprie secundū hunc modum diceodi loquitur Dionysius, quàm Gregorius. Noo enim propriè dicitur habere Principatum, nisi, qui præest populis, vel gentibus. Nō antem, qui præest rebus corporalibus. Largo tamen modo etiam huiusmodi præesse potest dici Principatus.

Gregorii. & Dionysii eō cordiam.

Sed sic dicendo, quamuis multi hoc modo velint concordare Dionysiū cū Gregorio, non videmur in re admittere Gregorium, qui virtutibus tribuit miracula facere. secundum ipsum ergo virtutes præsunt corporalibus, & ad eas spectat obuiare legibus naturæ. Pro eodem ergo accipit Gregorius virtutes, pro quo accipit Diony. sic & Principatus oportet, ꝙ accipiat pro eodem.

Dionisij. & Gregorii eō cordia ostēsa.

Possumus ergo aliter concordare. Dicemus enim, ꝙ vtrumque dictum potest habere fulcimentum ex Scriptura sacra. Nam Apostolus ad Eph. ordinat ordines Angelorum, sicut ordinat Dionysius diceos, Christum constitutum esse supra omnem Principatum, & Potestatē, & Virtutem, & Dominationem, vbi procedit in ordinibus ascendendo. Nam cum vltimo loquatur de Dominationibus, quæ sunt super omnes ordines, quos nominauit, oportet intelligi dictum eius, ꝙ supra Principatus sunt Potestates. supra has Potestates, virtutes. Supra, Dnationes: ita, ꝙ virtutes collocant inter Dnationes, & Pnātes, & sunt qntus ordo, sicut Diony. ponit. Sed ad Colloss. ait Omoia sunt condita in Deo, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, sine Potestates. hic autem loquitur de ordinibus descendendo, & ponit Principatus inter Dominatiōes, & Potestates, vbi prius posuerat virtutes. Erit ergo secū dum hoc Principatus qintus ordo, quem modum poneodi posuit Gregorius.

Stulti in ordinum Angelorū enumeratione controuersia explicatur. Eph. 1.

Sciendum ergo non esse incōueniens aliquid esse superius simpliciter, quod tamen est inferius aliquomodo. Simpliciter enim loquendo, tribuendo virtutibus officium, quod sibi tribuimus, ꝙ possit obuiare legibus naturæ, oportet virtutes, simpliciter loquēdo, esse supra Potestates, & Principatus, non tamen est inconueniens secundum aliquem modū Principatus esse supra potestates, & pnātes supra Virtutes, sicut Gregorius ordinat. Nam dimissa prima Hierarchia, quæ est assistentium, quam esse super alias omnes concordant: & dimissis Dominationibus, quarum est imperare agenda, & quas immediate se habere ad primam Hierarchiam omues conueniuot: & dimissis Archangelis, & Angelis, qui præsunt singularibus personis, quos esse iofimos ordines oēs ponunt; erit quæstio de his tribus ordinibus, de Virtutibus, Potestatibus, & Principatibus, qui, simpliciter loquendo, ordinandi sunt secundum ordinem Dionysij. quia, vt supra ostendimus, maius officium est virtutum, quàm potestatum; & potestatum, quàm principatnum: tamen secundum aliquem modum est econuerso. Nam licet Potestates præsint boois spiritibus, quia præsunt principatibus ordinaodo eos sup gentes, & populos, habent tamen potestates aliquod speciale Dominium, à quo etiam possunt denominari, quia præsunt potestatibus aduersis, resistendo eis, ne nos tentent supra id, quod possumus.

Superius simpliciter potest esse inferius aliquo modo.

Præsse

Præeſſe ergo bonis ſpiritibus, licet ſit propriũ Potestatibus, cum hac determinatione, videlicet præeſſe, quòd ordinent principales operarios, q̃ præſunt Gentibus, & populis, proprium eſt potestatibus. Communiter tamen loquendo de præeſſe bonis ſpiritibus, excepto infimo ordine, hoc eſt commune omnibus ordinibus, quia ſemper ordo ſupetior præeſt inferioti. Si ergo cuilibet iſtorum trium ordinum volomus dare aliquid ſpeciale, dicemus, ꝙ virtutes præſunt corporalibus, quia hoc ſpecialiter eſt eis commiſſum. potestates preſunt malis Angelis, quia hoc eſt eis omiſſum ſpecialiter. quia & ſi præſunt bonis, hoc non eſt eis ſimpliciter ſpeciale: immo ſi ſimpliciter vellemus loqui de tali præeſſe, vel de tali præpoſitura, magis attribueremus hoc Dominationibus. Nam huiuſmodi prepoſituram non poſſumus ſimpliciter, & abſolutè attribuere ordinibus primæ Hierarchiæ, quia illi ſunt miniſtri aſſiſtentes, & non ſe intromittunt immediate de operibus, vt præſint aliquibus opera præcipiendo, vel impedimenta removendo, vel operatios ordinando, vel qœcunque talia faciendo. Huiuſmodi ergo præeſſe potiſſimè attribuere poſſumus eius, qui ſic ſunt prepoſiti, quòd ſunt ſuper omnes, qui immediate ſe intromittũt de operibus, huiuſmodi autem ſunt Dominationes. Eis ergo poſſumus attribuere præeſſe bonis Angelis: Principatibus autem poſſumus attribuere præeſſe bonis hominibus. Nã illi præſunt gentibus, & populis, inter quos ſunt, vel eſſe poſſunt multi boni. Cum ergo plus ſit præeſſe bonis Angelis, quàm bonis hominibus: & bonis hominibus plus, q̃ malis Angelis; & multis Angelis, q̃ corporalibus; erũt Dominationes ſupra Principatus, & Principatus ſupra Poteſtates, & Poteſtates ſupra virtutes, ſicut ordinauit Gregorius. Licet ergo, ſimpliciter loquendo, Poteſtates ſint ſupra Principatus, & ad Poteſtates ſpectet ipſos Principatus ordinare ad ſua opera; quatorum tñ ad hanc conditionem, ꝙ Poteſtates præſunt malis Angelis, & Principatus bonis hominibus: habent aliquam prærogatiuam Principatus ſupra Poteſtates. Sic etiam licet hoc modo præeſſe corporalibus, quòd poſſint obuiare legibus naturæ, ſit longè maius, quàm preeſſe malis ſpiritibus, vel etiam bonis operarijs: tamen quia corporalia abſolute loquendo, ſecundum naturam ſunt infra ſpirituales ſubſtantias, ſiue ſint bonæ, ſiuè malę. ideo, quantum ad hoc, aliquam prærogatiuam habent Poteſtates ſupra Virtutes. ſecundum ergo huiuſmodi prærogatiuam poteſt eſſe rationale dictum Gregorij, ꝙ Principatus ſint ſupra Poteſtates, & Poteſtates ſint ſupra Virtutes. Simpliciter tamen, & abſolutè loquendo, tenendum eſt cum Diony. quia à diuino, & ſancto Proſeſſore. 6. de angelica Hierarchia, dixit ſe habere, qđ de Angelis enarrauit. Per illum enim diuinum ſanctum Proſeſſorem, Doctorem Beati Dionyſij quidam intelligunt Hierotheum, ſed vt Hugo in Commento ſuper dicto paſſu ait, melius intelligitur, fuiſſe Apoſtolum Paulum, a quo Beatus Dionyſius fuit Baptizatus, & in fide Catholica eruditus, ipſe enim Paulus raptus vſq; ad tertiũ cœlum, audiens illa arcana, & videns illa ſecreta, cognoſcens Dionyſium eſſe tantæ litteraturæ, modo, quo fuit poſſibile, inſtruxit eum de his, quæ viderat, & auditerat, vel de his, quę fuerunt ei reuelata. Aliqua enim veſtigia, ſecundum ꝙ eſt poſſibile viatori, potuerunt remanere Paulo de his, quæ viderat, licet ipſam diuinam eſſentiam, quam clarè, & aperiè creditur vidiſſe raptus, & à ſenſibus abſtractus, ad ſuos ſenſus rediēs videre deſiſteret, valde ergo in hac materia credēdum eſt Dionyſio, in qua tantum, & talem Doctorem habuit. Quòd ergo Apoſtolus Paulus in diuerſis locis ſuarum Epiſtolarum aliter, & aliter videtur loqui de ordinatione ordinum Angelorum dici poteſt, ꝙ non intendit Paulus ibi exequi de ordinatione ordinum, vnde nec ibi omnes ordines ordinat, ſed ſolum nominat aliquos, innuens per illos omnes ordines Angelorum eſſe tales, ꝙ ſuper omnes ipſos eſt Chriſtus conſtitutus, & ꝙ oēs huiuſmodi ordines ſunt à Deo, & in Deo coguiti. Sioc ergo enumeret eos ſecundum ordinem, quem habent, ſiue non; poteſt dici non eſſe curandum, quia non verſatur circa hoc eius intentio. Vel poſſumos dicere, quòd in locis aſſignatis tetigit vtranqe ordinationem Angelorum, videlicet, & ordinationem, quam habent ſimpliciter, & ordinationem, qoam habent ſecundum quaſdam prærogatiuas, ſecundũ quem modum concordamur dicta Dionyſij, & Gregorij.

Paulo, q vidit in raptu diuinam eſſentiam & vide Docto infra d. 10. q. 2.

Dionyſij præceptor, & Pauli diſcipulus ea explicauit.

Dionyſius fuit Baptizatus ab Apo.

Resp. ad arg. qvæ. 1.

AD primum dicendum, quòd vt patet per habita, vtraque poſitio Dionyſij & Gregorij, aliter, & aliter conſiderata, poteſt rationabiliter tolerari.

Ad ſecundum dicendum, quòd in Angelis maior eſt nobilitas, & maior eſt perfectio ex eo, ꝙ ſubſunt Deo, à quo habent ſuas perfectiones, quàm ex eo, quòd præſunt aliis, quibus ſuas perfectiones communicant. Ideo in Angelis ordines prælatorum, vel præpoſitorum, qui conſtituunt ſecundam Hierarchiam: non ſunt ſuperiores, immo ſunt inferiores, quàm aſſiſtentes Angeli, qui ſunt collocati circa Deum, & qui cõſtituunt Hierarchiam primam.

Ad tertium dicendum, quòd ſapientia diuina ſumi, vel ſapere ea, quæ Dei ſunt, eſt Mater, & Genitrix omnium bonorum, prout in tali ſapiẽtia diuinorum concluditur diuinus amor. Qui enim ſic diuina ſaperet, ꝙ ea non amaret, & non delectaretur in eis, non eſſet ſapiens, neque prudens, quia non eſſet bonus. & impoſſibile eſt prudentem eſſe non entem bonum, vt dicitur in 6. Eth. Scientia ergo diuinorum, vt includit diuinũ amorem, cap. 12.

amorem, est mater omnium bonorum. Sed si loquamur de scientia & amore, non, vt scientia includat, sed vt à se inuicem distinguantur, tunc quicquid sit de scientia, & amore quantum ad inferiora, siue quantum ad terrena, tamen quantum ad superiora, & potissime quantum ad diuina, longè amor præeminet scientiæ, quia res sunt scitæ, vt sunt in scientes: sed sunt amatæ, vt sunt in seipsis. Scientia facit scitum esse in sciente, vel per essentiam, vel per similitudinem, iuxta illud Philosophi in 3. de anima, oportet in anima esse vel res, vel earum species, sed amor facit amatum esse in amante, vt vult Dionysi. 4. de diuin. nomin. Cum ergo superiora nobiliori modo sint in seipsis, quàm in ipso sciente, amor superiorum, & potissimè diuinorum præeminet scientiæ. Seraphin ergo sunt supra Cherubin.

Aristot. 2. de anim. Sed res, vt supra, nō est in anima, ergo species.

Quod autem dicebatur de Thronis, quòd habent in ipsis Deum, & sunt propinqui Deo; Dicendum, quòd illud habere Deum in seipsis, & illa propinquitas circa Deum, excellentiori modo competit Cherubin, & Seraphin, quàm Thronis.

Pro Resolutione Dub. III.

Vide Resolutionē Articuli superioris. Adde verò: Ordinum distinctionem inchoatiuè esse à natura: Congruè ab excellentia maioris, & minoris gratiæ, ac gloriæ: Completiuè tandem ab officiorum sibi commissorum excellentia nasci.

DIcit, quod quærebatur de causa, & ratione istorum ordinum: Vtrum distinctio eorum sit a gratia, vel à natura; Dicendum, quòd ordines Angelorum sunt partes alicuius Hierarchiæ, vel alicuius Principatus: Hoc ergo modo loquimur de distinctione ordinum, sicut loquimur de distinctione graduum secundum aliquem Principatum. Omnis autem Principatus ordinatur ad aliquam actionem, & ad aliquem finem, secundum aliquas perfectiones, vel secundum aliqua dona. quælibet enim perfectio, siue sit naturalis, siue sit gratis data, siue gratum faciens, potest dici quoddam donum, quia nihil habemus secundum sententiam Apostoli, quod non acceperimus. Principatus ergo Angelorum, vel possunt accipi secundum actiones naturales, & secundum hunc finem, qui est tendere in Deū secundum facultates naturæ: & sic, vt communiter ponitur, in Angelis sunt ordines, & distinctiones, & gradus, secundum dona naturalia eis concessa, vel secundum naturas eis datas, quas si benè cognosceremus, & scire mus: sciremus ibi assignare gradus, & ordines; sicut scimus in istis inferioribus, vel in illis corporalibus, vbi possumus assignare multos gradus, secundum quendā ordinem se habentes ad inuicem, sicut sunt elementa, admixta, mixta, vegetatiua, sensitiua, secundum locum motiuum, & intellectiua, & ea, quæ sunt de quinta essentia, sicut cœlestia. Vocamus enim admixta, per quæ fiunt impressiones in aëre, sicut sunt nubes, & ratis, quæ non sunt simpliciter mixta. Si ergo benè sciremus naturas angelicas, videremus multos gradus, & multos ordines ibi esse, secundum quos gradus, & ordines iuxta facultatem suæ naturæ ordinatè possent tendere in suas actiones, & in suum finem.

A

Corporum ordo.

Admixta quæ.

Alio modo possunt accipi ordines, & gradus in Angelis, prout tenduntur in Deum tanquam in obiectum beatitudinis supernaturalis, quod fit per gratiam gratum facientem, & potissime, prout huiusmodi gratia est consummata, & est idem cum gloria: & sic quia gratia non tollit naturam, oportet secundum vtrumque esse huiusmodi ordines in Angelis. Possumus enim de huiusmodi Principatu loqui de Angelis quantum ad naturam, & gratiam, quod ait Philosophus. 2. Ethico. de Virtutibus in hominibus, quātum ad naturam, & consuetudinem. Quærit enim ipse ibidem: Vtrum virtutes insint nobis à natura, vel non? & ait, quòd neque natura, neque præter naturam sunt virtutes, sed innatum quidem nobis suscipere eas: perfici autem per assuetudinem. Virtutes ergo insunt nobis à natura quantum ad aptitudinem, vel quantum ad dispositionem, vel insunt nobis secundum naturam materialiter, & subiectiuè, inquantum habemus naturam aptam, & dispositam ad suscipiendum virtutes, vel inquantum habemus naturam aptam, quæ potest subijci ipsis virtutibus, vel potest perfici per eas, sicut perficitur materia per suas perfectiones: Consummatiuè tamen, & perfectiuè sunt in nobis virtutes secundum sententiam Philosophi per assuetudinem. Sic possumus dicere in Angelis, quòd in eis sunt gradus, & ordines secundum æternam beatitudinem, siue secundum fruitionem æterni boni, quod fit per gratiam gratum facientem. quia non omnes æqualiter fruuntur: immo non sunt ibi duo, qui æqualiter fruantur.

B

cap. 1. & fere fin. in toto libro.

C

Si ergo quæratur de huiusmodi gradibus: Vtrū sint à natura, vel à gratia, dicemus, quòd inchoatiuè, & secundum aptitudinem, huiusmodi gradus sunt à natura. Nam eo ipso, quòd Angeli sunt imago, & signaculum similitudinis Dei, possunt esse capaces Dei, & ad hoc sunt naturaliter facti, vt fruantur Deo: perfectio tamen, & complementum est eis per gratiam, quia natura illorum quantumcunque sit nobilis, & alta, sibi derelicta, & non adiuta per gratiam, non posset in apertam visionem Dei, nec posset esse perfectè Beata. Illa ergo duo, quæ tangit Philosophus de natura, & assuetudine, possumus adaptare in Angelis quantum ad naturam, & gratiam. Possemus ibi & adaptare tertium,

D

1. Cor. 4.

vide-

videlicet ſecñdum proportionem, & conatum, vt dicamus, ꝙ huiuſmodi * gradus beatitudinis, & fruitionis, ſunt in Angelis ſecundnm aptitudinem, & ꝓportionẽ, & conatum a natura: ſecundum perfectionem, & conſummationem a gratia. Dicimus autem ſecundum proportionem & conatnm, quia qui meljora habuerunt naturalia maiori conatu ferebantur in gratiam, & ſortiti ſunt maiorem gratiam. quod in hominibus, nec de gratia, nec de virtutibus veritatem habet. Poſſunt enim eſſe duo virtuoſi, & duo habentes gratiam: & tamen habens meliora naturalia minus habet de gratia, & nõ habet ita perfectas virtutes, ſicut alius. quia non tantum conatur ad habendum virtutes, & gratiam vnus, ſicut alius.

* Gradꝰ beatitudinis in Angelis.

Tertio modo poſſunt accipi gradus, & ordines in Angelis ſecundum officia eis commiſſa reſpectu gubernationis mundi, & ſalutis electorum. Omnes enim Angeli aliquid cooperantur ad huiuſmodi gubernationem, & ſalutem, vel quia vident in Deo leges, & rationes huiuſmodi gubernationis, & ſalutis eas alijs reuelantes: vel qa imperant, vel agunt ad huiuſmodi gubernationem, & ſalutem. Hi autem tres modi accipiendi ordines, & gradus in Angelis ſecundum aliquem modum ſibi inuicẽ correſpondet. qa qui habent altiora officia reſpectu gubernationis mundi, habẽt excellentiorem gloriam, & excellentiorem naturam. Sed licet omnibus his modis poſſint accipi gradus, & ordines in Angelis, & licet omnes iſti modi aliqualiter ſibi correſpondeant: Potiſſime tamen auctoritates Sãctorum, & verba ſuperius tacta de huiuſmodi ordinibus, referenda ſunt ad officia gubernationis mũdi: vt illa tria ſe habeãt per ordinem, videlicet excellentior natura, quæ requiritur ad excellentiorem gloriam: & excellẽtior gloria, cui congruit commiſſio excellentioris officij, quæ officia commiſſa ſunt qnædam dona gratis collata Angelis.

Angelorum gradus, & ordines ex officijs vndè ſumuntur.

Angelorum officia quædam dona.

Si ergo quæratur de diſtinctione huiuſmodi ſecundum diuerſa officia gubernationis mundi, patet, ꝙ inchoatiue, & ſecundum aptitudinem, qnandam temotam, eſt talis diſtinctio ſecundnm maiorem, & minorem excellentiã naturarũ: ſed ſecnndum congruitatem, & idoneitatem proximam, eſt ſecundum maiorem, & minorem excellentiam beatitudinis, & gloriæ, & gratiæ gratum facientis; ſed conſummatioẽ eſt ſecundũ excellentiam officiorum commiſſorum circa gubernationem mundi, quæ poſſunt dici quædam dona gratis collata Angelis. Nam cum in huiuſmodi gubernatione intendatur ſalus, & beatitudo electorum; illi, qui excellentiorem beatitudinem habent, circa hoc excellentios officium ſunt ſortiti.

A

B

C

D

Resp. ad arg. dvb. 1 (1.

D primum dicendum, ꝙ illuminare, & illuminari licet competat Angelis conſummatiuè per gratiã inchoatiuè tamen ſecundum quãdam aptitudinem competit eis per naturam. quia illi, qui habẽt excellentiora naturalia, habẽt ex hoc aptitudinem ad excellentiorem gratiam.

Aduertendũ tamen, ꝙ hæc aptitudo eſt ſolũ materialis, non autem eſt illa, quæ quaſi eſt eiuſdem rationis cum forma: & quo magis, & magis facta ſufficienter habilitat, vel etiam neceſſitat rem ad ſuceptionem formæ. qnia nunquam poſſet eſſe ita nobilis natura creata, quæ ſibi deberetur ſibi gratia, ſecnndum ſe deberetur ſibi gratia, quia tũc illa gratia non eſſet gratia, ſed natura.

Adnertendum etiam, ꝙ cum dicimus, ꝙ excellentior natura dicit aptitudinẽ ad excellẽtiorem gloriam: & ambo hęc. excellentior natura, & gloria; habent congruitatem ad commiſſionem excellentioris officij, ſecnndũ quam excellẽtiam ſit diſtinctio ordinum: non ſic intelligendum eſt, ꝙ quælibet excellentia naturæ, vel gloriæ, requirat commiſſionem excellẽtioris officij, nec, ꝙ quælibet talis excellentia conſtituat alium, & alium ordinem in Angelis. qnia tunc non eſſent nonem ordines tantũ, ſed eſſent tot ordines, quot eſſent Angeli. qa non ſunt duo * Angeli æquales in naturalibus, & per conſeqnens nec æquales in gloria: ſed ſicut videmus in iſtis ſenſibilibus, ꝙ ſenſitiuum eſt quid nobilius, quàm vegetatinum: non tamen quælibet nobilitas ſuper qnodcunque vegetatiuum conſtitnit rem in ordinem ſenſitiuorum, ſed põt eſſe vnũ vegetatiuum nobilius alio. Sic non quælibet excellentia naturæ, vel gloriæ: ponit Angelum in alio ordine, vel conſtituit ipſum in executione alterius officij; ſed in vno, & eodem ordine, & in executione vnius, & eiuſdẽ officij eſt vnus Angelus nobilior alio in natura, & excellentior in gloria: vt in hoc officio, quod eſt imperare agẽda, quod competit Dominationibus. ſunt quidam Angeli excellentiores aliis.

* Angeli duo æquales eſſe non poſſunt in naturalibus, neq; in gloria. Idẽ infra ſequenti artic.

Adnertendum etiam, quòd licet nõ quælibet excellentia naturæ, vel gloriæ conſtituat Angelũ in alio ordine, vel in executione alterius officij: quælibet tamen huiuſmodi excellentia, vel conſtituit Angelum in alio ordine, vel etiam in alia Hierarchia: vel ſi non ſit tanta talis excellentia, ꝙ conſtituat Angelum in alia Hierachia, vel in alio ordine, ſaltem conſtituit ipſum in excellentiori executione officij ſecundum illum ordinẽ. Nam, & ſi omnibus Dominationibus competit hoc officium, quod eſt imperare, qnæ ſunt agenda ad gnbernationem mundi: qui tamen ſunt ſuperiores in illo ordine, hoc eis iniunctum officiũ excellentius exequuntur: ſicut & ſi omnes Sacerdotes in eccleſiaſtica Hierarchia conſtituunt vnũ ordinem: in executione tamen officij ſecundum illum ordinem, quidam ſunt prudentiores, & excellentiores alijs.

Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ qnilibet ordo eſt qd deiformem, non ſolũ ſm gratiam, ſed ẽt ſm naturã. Nam conſummatio deiformitatis per gratiam, præſupponit inchoationẽ deiformitatis ſm imaginẽ, qnod competit Angelis ſecundũ naturam.

Ad tertium dicendum, quòd Magiſter in littera in diffiniendo ordinem Angelorum, vtrãque conuenientiam tangit, videlicet in munere gratię, & in participatione naturalium datorum.

Ad argumenta autem in contrarium dicendum, quòd ad distinctionem ordinum requiritur distinctio naturæ: cōsummatur tamen distinctio in datione gratiæ, & potissime in commissione officiorum gubernationis mundi, quæ modo, quo diximus, quædam dona gratiæ dici possunt.

QVÆST. III.

De Angelorum restauratione.

VLTIMO quæritur de tertio principali, videlicet de restauratione Angelorum fienda per homines: vtrum homines assumantur ad ordines Angelorum, vel faciant per se decimum ordinem.

ARTIC. I.

An Homines ad ordines Angelorū assumantur. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 108. artic. 7. Et 2. scr. 2. senten. d. 9. art. 8.
D. Bona. d. 9. art. q. 5. Ric. d. 9. q. 7. Biel. d. 9. q. 1.
Dur. d. 9. q. 2. Tho. Arg. d. 9. q. 1. art. 2.
Bart. 1. Syb. Dec. c. 10. q. 1.

ET videtur, quòd non. Nam cum nostra cognitio incipiat a sensu, nihil debemos iudicare, nisi secundū ea, quæ videmus in sensibilibus: sed quæ sunt in vno ordine sensibilium, nunquam assumuntur ad aliom ordinem, vt vegetabilia manentia talia non possunt esse sensibilia. homines ergo manentes homines, non poterunt assumi ad ordines Angelorum.

Præterea plus differt homo ab Angelo, quàm Angelus ab Angelo. sed Angelus, qui est natura inferior alio, nunquam obtinebit illum gradum in gratia, quem habet Angelus superior. sed homines natura sunt inferiores omnibus Angelis, ergo nunquam æquabuntur in gratia alicui Angelo. facient ergo homines in gloria per se suum ordinem.

Præterea homo significatus est per decimam dragmam perditam. quod non esset, nisi faceret decimum ordinem.

Præterea si competeret hominibus assumi ad ordines Angelorum, competeret eis exercere officia, secundum illos ordines. animæ ergo beatæ deputarentur ad custodiam hominum, vel ad faciendum miracula, vel ad alia officia commissa Angelis.

A IN CONTRARIVM est Grego. & habetur in littera, qui ait, homines assumendos esse in ordine Angelorum, quorum, vt ait, alij assumuntur in ordine superiorum: alij in ordine inferiorum.

Præterea Matth. 22. dicitur: Erunt homines in resurrectione, sicut Angeli in cœlo. Mat. 22. Luca 20.

Dub. I. Lateralis.

An ordines Angelorum post iudicium sint remansuri. Conclusio est affirmatiua.

B D. Tho. 1. p. q. 108. art. 7. D. Bonau. d. 9. q. 6. Alber. de Hierarch. q. 7. art. 32. Biel d. 9. q. 2. Brul. dist. 9. quæstio. 6.

VLTERIVS autem dubitatur de euacuatione huiusmodi ordinū. Et videtur, quòd post diem iudicij non remanebunt huiusmodi ordines, quia super illo verbo 1. ad Corint. Deinde finis cū tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnē principatū. vult Glo. quòd quandiu durat mundus, Angeli Angelis, homines hominibus, & Dæmones dæmonibus præsunt. Post diem ergo iudicij omnia talia euacuabuntur. 1. Cori. 15.

C Præterea Apostolus specialem mentionem facit ibi de euacuatione ordinum, cum ait: Cū euacuauerit omnem Principatum, & Potestatem, & virtutem, quæ omnia, vt patuit, sunt nomina ordinum. 1. Cori. 15.

Præterea, cessante fine, cessant ea, quæ sunt ad finem: sed huiusmodi ordines Angelorum constituti sunt propter gubernationem mundi, & salutem electorum: Quando ergo iā salui facti erūt electi, tollentur omnia huiusmodi officia ordinata ad huiusmodi finem.

Præterea secundum Dio. 3. de diui. no. In hoc stat ordo. Hierarchiæ, quosdam quidem purgari, quosdam vero purgare: quosdā illuminari, quosdam vero illuminare. sed post diem iudicij vnus non illuminabit alium, ergo non remanebit ordo Hierarchiarum. sed si euacuabitur ordo Hierarchiarum, euacuabuntur ipsi ordines, qui sunt partes Hierarchiæ, ergo &c.

D IN CONTRARIVM est, quis semper inter Angelos remanebit secundum sub, & supra distinctio naturæ, & gloriæ. quia semper aliqui habebunt excellentiorem naturam, & gloriam: aliqui autem minus excellentem. semp ergo erūt ibi gradus, quia semper aliqui erunt superiores, aliqui inferiores, & per consequens semper erūt ibi ordines.

Præterea, vt patebit, homines assumentur ad ordines Angelorum, ergo &c.

Dub.

Dub. II. Lateralis.

An inter Dæmones sint ordines. Conclusio est affirmatiua.

Aegid.d. 6. q. 2 ar. 1. D. Th. 1. p. q. 109. art. 1. Et 2. sent. d. 6. artic. 4. Alex. de Ales 2. p. q. 3 . Alber. de Dæm. quæstio. 10. artic. 17.

Tomo 5. Cap. 12.

Ordo quid.

VLTERIVS autem dubitatur de ordinibus quantum ad Dæmones. Vtrũ inter eos sint ordines. Et videtur, quòd non. quia vt dicitur. 19. de Ciui. Dei, ordo est parium, dispariumq; rerum, sua cuique loca tribnẽs dispositio. sed quacunque parte diffinitionis dẽpta, tollitur diffinitum. Com ergo in diffinitione ordinum ponantur paria, & disparia; si inter Dæmones essent ordines, oporteret inter Dæmones aliquos esse pares, aliquos dispares. sed nulli sunt ibi pares, quia huiusmodi æqualitas non esset in gratia, cum ea careant. ergo vel esset in natura, vel in culpa. non in natura, quia cum quilibet constituat suam speciem, non sunt ibi duo Dæmones æquales in naturalibus, nec in culpa. quia sicut boni, qui habuerunt meliora naturalia, maiori conatu ferebantur in gratiam, sic & mali maiori conatu ferebantur in culpam, ergo &c.

Præterea si ordo est dispositio sua loca tribuẽs vnicuique. ergo ad vnum, & eundem locum nõ possunt pertinere diuersi ordines, sed in hoc aere caliginoso vbi sunt Dæmones, per quos impugnamur, ponuntur esse Principes, & Potestates, iuxta illud ad Ephesios: Non est nobis colluctatio &c. Omnia ergo talia numerata cum tribuantur vni loco, non constituent diuersos ordines.

Eph. vi.

Præterea Iob 10. dicitur de terra tenebrosa, siue de inferno, quia ibi nullus ordo, ergo &c.

IN CONTRARIVM est quia inter bonos Angelos sunt ordines ad hoc, q̃ magis ordinatè possint iuuare electos. & quia sicut boni desiderant iuuare, sic mali desiderant impugnare. ergo & mali Angeli seipsos ordinãt: vt fortius impugnent.

Dub. III. Lateralis.

An inter Dæmones sit prælatio. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. d. 6. q. 2. art. 3. D. Th. 2. p. q. 109. ar. 2. Et q. 63. art. 6. Ioã. 2. sent. dist. 2 d. 6. art. 4. Nic. de Nisse tract. 2. p. 2. de Hierarchia q. 1. Dur. d. 6. q. 3. Voril. d. 9. q. 2.

Vide supra d. 6.

VLTERIVS autem dubitatur de prælatione Dæmonum. Et videtur, q̃ inter eos non sit prælatio. Nam ratio, quare inter Angelos est principatus, & p̃latio, & quare vnus p̃est alij est, quia vnus illuminat alium, purgat, & perficit, vt patet per Dio. de angelica Hierarchia: sed ista inter Dæmones saluare non possumus, ergo &c.

Præterea dicitur Prouerb. Inter superbos semper sunt iurgia. sed vbi sunt iurgia, non est obedientia, ergo nec prælatio. Prouerb. Cap. 10.

Præterea secundum Aug. 19. de Ciui. Dei Prima causa seruitutis peccatum est. Si ergo inter Dæmones esset prælatio, vel seruitus, tunc vel qui magis peccauerunt, præcellent alijs, & tunc ex sua culpa reportarent commodum, & excellentiam: vel qui minus peccauerunt, præsellent, & tunc habentes ignobiliora naturalia præferentur superioribus, quorum vtrunque est inconueniens. Tomo 5. Cap. 11.

Præterea secundum Aug. 19. de Ciui. Dei vbi de seruitute tractat ait: Humilitas p̃deest seruientibus, sicut superbia nocet dominantibus. Si ergo Dæmones sibi inuicem obedirent, cum hoc sit humilitatis, tunc hoc eis proficeret, & mererentur. Tomo 5. Cap. 15.

IN CONTRARIVM est, qđ dr Iob 41. de Lucifero, quòd ipse est Rex sup omnes filios superbiæ. sed potissime filij superbiæ sunt Dæmones, ergo &c. Iob 41.

Præterea 1. ad Corint. super illo verbo: Cum euacuauerit, dicit Glo. q̃ cum durat mũdus, Angeli Angelis, Dæmones Dæmonibus, & homines hominibus præsunt. 1. Corin.

Resolutio Artic. I.

Homines non solum virgines, aut perfecti, sed omnes ad omnes ordines assumentur.

RESPONDEO dicendum ad quæstionem primam, q̃ de hoc fuerunt diuersi modi dicẽdi. Quidam enim considerantes naturam Angelorũ, & videtes intellectum nostrum esse quasi materiam primam in genere intelligibilũ, & tenere infimum gradum in ordine substantiarum separatarum, dixerunt, q̃ nunquam homines assumentur ad ordines Angelorum, sed semper erũt infra Angelos, vt videtur sentire Eustratius Cõmen. Græcus super 6. Ethic. Eustratiopli nio.

Sed hoc repugnat dictis Euangelij dicentis, Matt. 22. Luce 20. q̃ homines erunt sicut Angeli Dei in cęlis: & dictis Sanctorum, quia vt Greg. ait, & habetur in litteris: Hoies assumuntur ad ordines Angelorũ, quorum alij assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent charitate. alij in ordine inferiorum. qui scilicet minus perfecti sunt. est etiam hæc positio contra veritatem. Vult enim q̃ nullus in tantum possit esse perfectus, q̃ attingere possit ad æqualitatem Angelorum, cum de Beata Virgine cantet Ecclesia, q̃ nõ solũ ad æqualitatem Angelorum, sed super eorum choros sit exaltata.

Ideo dicerunt alij, quòd homines assumunt ad ordines Angelorum, vt Sãcti communiter tenent: tamen, vt aiunt, ad hoc, vt saluetur dictum Euangelij de 10. dragma, oportet aliquos ad nullos ordines Angelorũ assumi, sed cõstituere decimum

cimum ordinem secundum, q; figurati sunt homines per decimam dragmam.

Circa quod est triplex modus dicendi. Nam quidam dixerunt, quòd quia Angelis est cognata virginitas, soli Virgines assumuntur ad ordinem Angelorum: reliqui vero decimum facient ordinẽ infra Angelos. sed istud stare non põt, vt communiter improbatur, quia Petrus, & Magdalena, qui nõ fuerunt Virgines, essent sub alijs, & minoris meriti.

Propter quod dixerunt alij, quòd soli perfecti assumunt ad huiusmodi ordines. Sed nec istud stare potest, quia cum pauci sint perfecti respectu imperfectorum, valde pauci essent, qui assumerentur ad huiusmodi ordines. Cum ergo Euãgelistũ de hominibus electis absolute dicat, quòd erunt sicut Angeli Dei in cœlis: & cum Sancti cõmuniter ponant homines electos sic assumẽdos esse, propter valde paucos assumendos Scriptura sacra, & Sancti hoc nõ sic absolute protulissent.

Mat. 22. Luc. 20.

Propter hoc est tertius dicendi modus, innitens illi fundamẽto, quòd aliqui homines faciãt 10. ordinem iuxta parabolam 10. dragmæ. dicũt tñ, q; sicut valde pauci sunt illi, qui sunt, vel erũt supra omnes ordines Angelorũ, sicut Beata Virgo: vel aliqui valde excellentes, sicut valde pauci erunt illi, qui erunt infra omnes ordines, & illi constituent decimum ordinem.

Sed isti volendo saluare parabolam. de decima dragma, destruunt illam parabolam. Nam si sunt aliqui valde pauci infra ordines omnes, & alij valde pauci supra omnes, sicut illi infra omnes constituunt decimum ordinem ita & illi supra constituent vodecimum. Saluant ergo parabolam de vndecima dragma, quæ non est in Euãgelio posita, non de decima.

Luce 15.

Sciendum est ergo, quòd vnius capitis est vnũ corpus. Cum ergo Christus sit caput Angelorũ, & hominum, ideo tam homines, quàm Angeli non facient nisi vnam societatem, & vnum corpus. Vnde Apostolus ad Colos. 2. ait q; Christus est caput omnis Principatus, & Potestatis, vbi Glosa ait, q; Christus est caput non solum hominum, sed etiam principatus, & potestatis angelicæ, i. Angelorum. Cõsuetudo est enim Scripturæ sacræ, q; quando loquitur de ordinibus Angelorum, causa breuitatis nominat ordines aliquos intelligens per illos oẽs ordines. Omnium enim hominum, & omnium Angelorum, Christus est caput. ideo omnes homines, & omnes Angeli vnam societatem constituunt. ideo Aug. 12. de Ciui. Dei. circa principium ait, q; hominum, & Angelorum non societates quatuor erunt, sed potius duæ ciuitates, vel societates: vna ĩ bonis: altera in malis, non solum Angelis, sed etiã hominibus constitutæ. Duæ ergo erũt ibi ciuitates, & societates constitutæ, secundum August. vna ex Angelis, & hominibus bonis: alia ex malis. non ergo homines facient per se aliquem ordinem, sed commixti Angelis, & vnam societatẽ facientes, cum eis assumẽtur ad eorum ordines:

Coloss. 2.

Declaratio dictorum.

Tom. 3.

aliqui ad superiores, aliqui ad inferiores, vt magis, nec minus ardebunt charitate,

Propter argumenta tamen sciendum, quòd, vt supra retigimus ordines, Angelorum tripliciter sumi possunt, vel secundum dona naturalia, vel secundum gratiam gratum facientem, & secundum gloriam: vel secundum officia eis cõmissa, q; tria licet in bonis Angelis sese cõcomitentur, quia habentes meliora naturalia sortuti sunt excellentiorem gratiam, & gloriam, & non sunt commissa excellentiora officia nisi habentibus virunque: in hominibus tamen non sic est, nec quantum ad naturalia respectu gratiæ, & gloriæ: nec quantum ad officia respectu vtriusque. Nam si volumus loqui de natura speciei, secundum, quòd excellentiora in specie habent excellentiorem naturam, vel excellentiora naturalia: sic cum omnes homines sint eiusdem speciei, inter eos talis excellentia esse non potest. si vero de excellentia naturalium loquamur, quantum ad naturam individui, sic non semper habentes excellentiora naturalia excellentiori modo conant, nec excellentiorem adipiscuntur gratiam, vel gloriam, vt non semper in hominibus sese concomitentur excellentiora naturalia, & excellẽtior gratia, vel gloria: nec secundum hæc duo in hominibus, vel in animabus hominum sumuntur illa officia, secũdũ quæ accipiuntur ordines Angelorum, quia nunc animabus beatis non committuntur illa officia, quòd custodiant homines, vel quòd faciant illa officia, quę nunc faciunt Angeli, nec post diem iudicij, resumptis corporibus, habebunt homines talia officia, quia post illum diẽ nec ipsa officia remanebuot. Solum ergo ratione gratiæ consummatæ, seu ratione gloriæ, dicentur homines assumi ad ordines Angelorum. Nam illi, quibus Deus conferet tantam gloriam, quantam habet Seraphin, dicentur assumi ad illum ordinem: & qui quantam Cherubin, ad illum ordinem, & sic de sequentibus alijs ordinibus, vt semper sint homines Angelis sociati, & non nisi nouem ordines constituant, vt similitudo Trinitatis in eis resulgeat distinctis per tres ternarios, non nisi nouem ordines statuentibus. Et quod dicitur de decima dragma amissa, vt propter hoc arguatur decimus ordo hominum, para ratione quia Luce 15. vbi homo figuratur per centesimã ouem perditam, sicut & per decimam dragmam arguuntur opponentes, q; ex hominibus fiet centesimus ordo. Volunt ergo sic ponentes solui sibi quasdam difficultates, vt quid sibi volt parabola de decima dragma, & centesima ouc: & etiam quia aliqui erunt exaltati super omnes Angelorum choros, probabile est, q;, & aliqui erũt infra omnes. quomodo ergo poterunt omnes ad nouã ordines pertinere? videtur ergo, quòd facient 10. ordines.

Luce 15.

Sciendum itaque, q; exempla ponimus; vt sentiat, qui discit, & parabolæ nobis proponunt, vt instruamur p illas, tñ nõ propter hoc iuxta dictũ Dio. Mystica Theologia est argumẽtatiua, & iuxta

Aristot. 2.2. Hinc Zimara monet Alexandrum dicensé, animam rationalem mortalem, cui opus est Aristotelé metaphoricè interpretari. eũ Arist. dicat intellectum iniunctum, simpl. & seorsum. ideò limitat sententia, nisi adsit magnat indigẽtia ex Alex & Themistio in li. de mem. & reminiscentia.

ta dictum Philosophi in 2. Poste. non contingit in metaphoris disputare, vt si mystícè, & metaphoricè, Deus dicitur Sol: non poterimus argue te, si Sol est rotundus, quòd Deus est rotundus, sufficit, quòd aliqua similitudo sit inter Deũ, & Solem, & si homo respectu Angelorum figuratus est per decimam dragmam, vel per centesimam ouem, non propter hoc poterimus argueré, ꝙ electi constituent decimum, vel centesimum ordinẽ, sed sufficit aliquá similitudinẽ esse inter hoíes, & Angelos ꝙtũ ad numerũ decimũ, & centesimũ. consideruti enim possunt homines, vel quantum ad suppositа, vel quantum ad speciem. Primo modo possunt assimilari numero decimo. Secundo modo centesimo. Nam ex electis reparabitur ruina Angelorum, de quibus dicitur tot cecidisse, quòd quasi sunt decimus ordo: non, ꝙ si fuissent decimum ordinem, fecissent; quia si omnes fuissent, non propter hoc fuissent, nisi nouem ordines. sed quia de omnibus ordinibus dicuntur aliqui cecidisse, & tanta multitudo de his cecidit, quanta est quasi in vno nouem ordinum. Sicut ergo si Angeli cadentes fuissent, ad quemlibet ordinẽ aliqui de his pertinerent, nec propter hoc constitũissent decimum ordinem, sed dicti sunt decimus ordo ratione multitudinis cadentis, quasi vni nouem ordinum. sic & homines electi restaurantes ruinam illam, non faciunt decimum ordinem, sed ad omnes ordines aliqui ex eis assumuntur: dicuntur tamen electi decimus ordo, quia restaurabunt ruinam Angelorum malorum, qui modo, quo dictum est, ordo decimus nuncupatur. Quot autem saluabuntur de hominibus: Vtrum quot ceciderint, vel quòd remanserint, Augustin. in Enchyridion aliquid asserit, & aliquid sub dubio relinquit. Nam quòd non pauciores saluabuntur homines, quàm ceciderint Angeli simpliciter asserit. sed quòd non plures sub forte, & sub dubio tangit dicens, quòd super Hierusalem mater nostra ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, ideſt non pauciores saluabuntur, quam ceciderint. Et subdit, quòd nec vberiore etiam copia fortasse regnabit, quasi dicat, quòd forte sub dubio est ponendum. Vtrum plures saluabuntur homines, quam ceciderint Angeli. Gregorius tamen, & habetur in litera, simpliciter ponitur, quòd plures saluabũtur homines, quàm ceciderint Angeli asserens, ꝙ tot saluabuntur homines, quot remanserunt Angeli, qui vt communiter ponitur, sunt multo plures, quàm ceciderint, eum dicatur quasi pars decima cecidisse. Quidquid tamen sit de numero saluandorum, quantum tamen ad suppositа, figurati sunt homines per decimam dragmam, quia electi ex eis restaurabunt ruinam Angelicam, de quibus dicitur quasi pars decima cecidisse. sed quantum ad speciem figurati sunt per centesimam, quia omnes electi, qui associabuntur Angelis remanentibus, & restaurabunt ruinam cadentium, non pertinebunt nisi ad vnam, & eandem speciem. Angeli tamen, siue cadentes, siue

Tomo 1. Cap. 18.

Gal. 4.

Apoc. 21.

Homo per centenarium centesimũ figuratus.

A remanentes, siue vtrique, cum quilibet constituat suam speciem, multo plures species constituunt. Ideo ad hoc designandum dicti sunt homines: vna, & Angeli non ginta nouẽ, ſtio, quia longe plures sint species Angelorum, quam 99. non solum remanentium, sed etiam cadentium. sed cum sit Mysticus, & Metaphoricus numerus, sufficit secundum aliquam similitudinem, hoc esse dictum: vt sicut ille numerus valdè excedit vnitatem, sic numerus specierum Angelorum, quæ sint tot, quot sunt Angeli, valde excedunt homines, qui non nisi ad vnam speciem pertinent.

Psalm. 12.

Quod autem dicebatur, quia sicut aliqui ex hominibus exaltabuntur supra omnes choros Angelorum, quod de Domina nostra Beata Virgine nullus dẽs aliqualiter dubitare, ꝙ sic illi B erant infra omnes ordines, vt ex hoc velint arguere non omnes homines ad nouem ordines pertinere, nullam difficultatem habet, quod dicitur. Nam si, excepto homine, non est dare nisi tres gradus in rebus animatis: vegetatiuum, sensitiuum, & secundum locum motuum, dato, ꝙ fieret aliquod animatum infra omnia animata, quæ nunc sunt, nunquid illud animatum non pertineret nec ad vegetatiuum, nec ad sensitiuum, nec ad 3m locũ motuum. Ridiculũ esset hoc ponere. constat enim, quòd illud animatum vegetatiuum esset, sed teneret infimum locum inter ea. Nam inter ipsa vegetatiua, sunt multi gradus. sic, & si fieret aliquod animatum infra hominem, & supra omnia alia animata, illud ad secundum locum motuum pertineret, sed teneret altiorem locum inter ea. quod non est inconueniens, cum & ibi sit dare multos gradus. sic & in proposito, de Christo quidem non loquimur, quia ipse est, & in æternum erit caput omnium Beatorum tam hominum, quàm Angelorum: omnes autem alij erunt membra eius, & pertinebunt ad aliquem ordinem. Virgo ergo Beata super omnes Angelorum choros est exaltata, & iuxta dictum Anselmi in de conceptu Virginali, inter eos pàritur, qui maior sub Deo nequit intelligi. nec sequitur propter hoc, quòd nõ pertineat ad aliquem ordinem. Est enim in ordine ipsorum Seraphin, quia tota est a charitate incensa, vt ex hoc Seraphin, ideſt amore incensa dici possit. Tamen in huiusmodi incendio charitatis tenet omnino supremum locum, vt nulla pura creatura ei æquetur, nec de cætero debeat sibi æquari, quia nec similem vsa est, nec habere sequentẽ: sic & si aliqui nõ tanti meriti, sicut sunt Angeli infimi, beatificabuntur, ad aliquem ordinem pertinebunt, quia erunt in ordine infimo Angelorum, sed tenebunt infimum gradum in illo ordine, quia & in illo, & in quolibet Angelorum ordine, sunt multi gradus. Nam in quolibet Angelorũ ordine poterũt esse aliqui electi, q erũt super oẽs illius ordinis: & aliqui erunt infra omnes. Non enim hoc actioni repugnat, quin possit sic esse: Vtrum antè sic erit, vel qualiter erit, ille nouit, qui omnia nouit. Diximus

Virgo ꝙ sup. choros Angelorum ſt exaltata.

Maria Virgo cur Seraphin.

autem de gloriosa Virgine Maria, ꝙ Seraphin dici potest, quia est nimio ardore charitatis incensa, vt & tota charitate ardeat. Si quis autem in honorem eius ad oullum ordinem eam pertinere dicat, quidquid potest in honorem eius dici, est eum omni reuetentia acceptandum: non tamen propter hoc fatendum est, eam non esse membrum Christi, vt & hoc modo ad illã sanctam, & vnam ciuitatem pertineat, cuius est vnum caput Christus, singuli autem alter alterius membra, iuxta sententiam Pauli ad Romanos. 1. ad Rom. 12.

RESP. AD ARG. ART. 1.

AD primum dicẽdum, quòd homines assumentur ad ordines Angelorum & erũt æquales Angelis, quantum ad gratiam, non quantum ad naturam. Nũquam enim natura hominis æquabitur naturæ angelicæ, sed semper tenebit infimũ gradum in ordine substantiarum separatarum. Cũ ergo arguitur, ꝙ vegetabilia manentia vegetabilia non fient sensibilia, non arguitur de æquatione per gratiam, sed per naturam. Res enim inferior manens talis siue manens in eadem specie, non potest æquari superiori, quantum ad naturam, potest autem quantum ad gratiam. Homines angelis quo erunt æquales.

Ad secundũ dicẽdum, ꝙ Angelis collatafuit gratia secundum excellentiam naturæ, ideo secũdum modum collationis gratiæ factæ Angelis, non posset Angelus inferior æquari superiori Angelo in gratia, nisi æquaretur & in natura. hoc autem non est in hominibus, vbi cum æqualitate naturæ stat inæqualitas gratiæ.

Ad tertium patet solutio per iam dicta, quia vt patuit, potest homo significari per decimam dragmam, & per centesimam ouem, nec tamen propter hoc in illa cœlesti patria facient homines decimum ordinem, nec centesimum, sed erit vna societas Angelorum, & hominum diuisa in nouem ordines, ex Angelis, & hominibus constitutos.

Ad quartum dicendum, quòd officia illa cõmissa Angelis non solum ministrantur gratiæ, sed etiam naturæ. Nam naturale est, cæteris paribus, ꝙ natura superior præsit inferiori: & quia homines non æquabuntur Angelis, quantum ad naturam, ideo animabus sanctis, & beatificatis, & assumptis ad ordines Angelorum non communicantur Angelorum officia quantum ad gubernationem voluerit, vel quantum ad salutem electorum: vt, quòd custodiant homines, vel quòd aliqua annunciẽt illis, & quòd illuminent eos, sed de Dei dispensatione speciali nihil prohibet talia fieri per animas Sanctorum, sicut ad beatam Agatham, vt dicit Aug. in lib. de cura agenda pro mortuis, & vt inuenimus in legendis Sanctorum, quòd beatus Petrus missus fuit ad beatam Agatham.

Resolutio Dub. I.

Ordines Angelorum post iudicij diem quantum ad naturæ, gratiæ, & gloriæ excellentiam remanebunt, sed quantum ad officia cessabunt.

AD id autem, quòd quærebatur: Verum post diẽ iudicij remanebuot ordines Angelorum; Dicẽdum, quòd, vt supra patuit, Angelorum ordines tripliciter sumi possunt. Primo ex differentia naturæ, quia secundum, ꝙ aliqui habent excellentiora naturalia, sic constituunt excellentiorem ordinem. Secundo ex excellentia gratiæ, vel gloriæ, quia prout aliqui habent excellentiotem gratiam, vel gloriam, sic pertinent ad excellentiorem ordinẽ. Tertia ex differentia commissorum officiorum, quantum ad gubernationem mundi, & salutem electorum. quia, vt patuit, quantum ad hoc quilibet ordo habet suum officium proprium.

Aduertendum tamen, ꝙ ista triplex acceptio ordinum, secundum naturam, secundum gratiã, vel gloriam, & secundum commissa officia habet magnam latitudinem secundum quancunq; acceptionem. Nam sicut sanitas habet magnam latitudinem, quia non secundum quemcunque recessum a sanitate dicitur homo infirmus: sed tunc infirmus dicitur, quando tantus est a sanitate recessus, ꝙ non potest facere opera sani: sic nõ quælibet excellentia secundum commissum officium, nec quælibet excellentia naturę, & gratiæ, siue gloriæ, vt hic de ordinibus loquimur, facit alium, & alium ordinem. quia secundum hunc modum, quot erunt Angeli, tot erunt ordines. Non enim sunt duo Angeli, qui omnino æqualiter se habeant, nec quantum ad commissum officium, nec quantum ad naturam, nec etiã quantum ad gratiam, siue ad gloriam. quoniã, & si multis Angelis competit idem officium, semper, qui sunt excellentiores in natura, illud officium excellentius exequuntur. Non ergo quælibet excellentia officij facit alium ordinem. sed quando est tanta excellentia, ꝙ non solum excellentiori modo exequitur idem officium, sed etiã habet officium aliud excellentius sibi commissum, dicitur pertinere ad alium ordinem. sic etiã quando tanta est excellẽtia naturæ, vel gratiæ, siue gloriæ, ꝙ dignum vel congruum est, vt sibi aliquid excellentius officium committatur, dicetur ille Angelus ad alium ordinem pertinere. Angeli duo æquales nõ sunt idẽ superiori nec sub eodem.

Cum ergo quæritur: Vtrum post diem iudicij remanebit distinctio ordinum; si quæritur de huiusmodi distinctione, quantum ad excellentiã naturæ, patet, ꝙ sic. quia semper excellentiores in natura remanebũt in illa excellentia naturali, in qua prius erant. Sic etiam, si quæratur quantum ad excellentiam gratiæ, & gloriæ, semper remanebũt i huiusmodi excellẽtia, in qua sunt modo. Sed si quæratur quãtum ad commissa officia, eũ huiusmodi officia sumãtur quantũ ad gubernationem

nationem mundi,& ad ſalutem electorum, quæ ordinantur ad aliud.quia gubernatio mundi ordinatur ad ſalutem electorum,quoniã poſt diem iudicij non ſupererunt aliqui vlterius ſaluandi. Ideo non exequentur Angeli vlterius huiuſmodi officia, & quantum ad hoc ceſſabunt, & euacuabuntur ordines Angelorum,vt prima ad Corinth. dicitur: Deinde finis cũ tradiderit regnũ Deo,& Patri, cum euacuauerit omnem principatum, &c. Cum ergo Chriſtus tradet regnum Deo,& Patri.i. perducet fideles, vt fruantur Deo Patre, tunc erit finis: tunc ceſſabunt ordines Angelorum, tunc euacuabuntur principatus, poteſtates, & virtutes. i. Angelorum ordines, non quantum ad quæcunque, ſed quantum ad commiſſa officia.

1.Cor.c.15.

Aduertendum autem, quòd officia Angelorum,quantum ad gubernationem mundi,& ſalutem electorum: conſiſtunt in illuminatione,purgatione, & perfectione: prout ſuperiores illuminant inferiores, & purgant, & perficiunt eos,dãdo eis cognitionem,& ſcientiam de agendis,quãtum ad gubernationem mundi,& electorum ſalutem: huiuſmodi ergo illuminatio poteſt conſiderari quadrupliciter, vel quantum ad factionẽ nouorum, vel quantum ad conſeruationem factorum, vel quantum ad finem, vel quantum ad cognitionem,& ſcientiam Beatorum. Si ergo cõſiderẽtur officia Angelorum, vel illuminationes illæ, in quibus fundantur huiuſmodi officia quãtum ad factionem nouorum,patens eſt,quòd nõ remanebunt, quia de cætero non fiet aliqua noua illuminatio de ſalute electorum, vel de gubernatione mundi ſecundum talem ſalutem, quia tunc finem habebit illud negotium. omnes. n. ſaluandi erunt ſaluati. Sed ſi conſiderentur illa officia, vel huiuſmodi illuminationes,quãtum ad conſeruationem factorum: dicunt aliqui, q̃ ſemper remanebuut talia officia,& ſemper ſuperiores Angeli,quantum ad hoc habebuut actiones, & operationes ſuas in inferiores:ooo, quòd nouas illuminationes in eos faciant, ſed quia illuminationes factas conſeruabunt.Imaginantur enim ſic eſſe in angelis de illuminationibus,quãtum ad cognitionem alicuius rei, ſicut eſt in nobis de cauſis, & de medijs quantum ad cognitionem alicuius concluſionis. Si enim in cognoſcendo concluſionem aliquã,requiruntur plures cauſæ, vel plura media:cognitis illis cauſis, vel illis medijs,quoniam illius ſunt cauſæ, & quòd non contingit aliter ſe habere, ſtatim ſcimus concluſionem illam. ſed ſi poſt notitiam illius concluſionis,obliuiſceremur aliquam illarum cauſarũ, vel aliquod illorum mediorum: perderemus notitiam concluſionis illius: cauſæ ergo, & media requiruntur non ſolum ad concluſionem cauſandam, ſed etiam ad cognitionem cauſatam cõſeruandam. Sic aiunt, & in propoſito actiones Angelorum ſuperiorum in inferiores requirontur: non ſolum ad illuminationes nouas faciendas, ſed etiam ad factas conſeruandas.

Angelorum officia poſt diẽ iudicij quo ad quid euacuabuntur.

2.Poſt.44.

Sed iſti imaginantur, quòd vnus Angelus illuminet alium directè agendo in ipſum,quo poſito,vnus alteri illaberetur, cum ſubſtantia ſpiritualis,vbi operatur,ibi ſit. attamen, vt ſupra dicebatur,vnus Angelus illuminat alium ſibi veritatem aliquam proponendo,& ex hoc intellectũ eius vniendo,& determinando, & per conſequẽs confortando, cuius intellectus determinatus, & confortatus incipit illam veritatẽ videre in Deo, quam prius nõ videbat.Ideo per Dio. ſupra probabamus,quòd in angelis illuminatio,purgatio, & perfectio eſt diuinæ ſcientiæ acceptio, quia per huiuſmodi illuminationes incipiũt ſcire in Deo, quæ prius neſciebant. Mediũ ergo,& cauſa principalis cognoſcẽdi tales veritates, eſt ipſa Deus, in quo Angelus illas videt, & cognoſcit; immo poſtquam per propoſitionem alicuius veritatis ab Angelo ſuperiori incipit inferior videre,& cognoſcere in Deo veritatem aliquam: non magis cognoſcit eã in Deo, & in ipſa propoſitione Angelus, quàm in Deo ſolum:propter quod ſi aduj hilaretur Angelus ſuperior, vel ſi omninò ceſſaret à proponendo huiuſmodi veritatẽ:nihil ſubtraheretur ab Angelo inferiori de cognitione veritatis illius:ergo nec in factione nouorum, neq; in conſeruatione factorum remanebunt illa officia,& illæ illuminationes Angelorum,de quibus locuti ſumus. Multæ.n. ſunt cauſæ fiendi, quæ non ſunt cauſæ conſeruandi.vt ſi gladius eſt cauſa vulneris, amoto gladio, non eſt ſanatum vulnus. Si ergo operationes ſuperiorum ſunt cauſę illuminationis inferiorum: amotis huius operationibus,non oportet, quòd tollantur illuminationes illæ,vel cognitiones illę,quas ex hoc habent in Deo, cum Deus ſit quid immutabile.

Angelus ſi directè ageret in aliũ, illaberetur ei.

Tertio modo poſſunt conſiderari huiuſmodi illuminationes,non quantum ad factionem nouorum,nec quantum ad conſeruationem factorum,ſed quantum ad finem adeptum, & ſic certum eſt,quòd remanebunt huiuſmodi illuminationes,& officia. Vnde, & commanitet exemplũ ponitur, quòd ſic remanebunt officia huiuſmodi ordinum Angelorum poſt omnium electorũ ſalutem, ſicut remanent officia militarium ordinum poſt finem belli. quia non remanent quantum ad pugnam, quia non vlterius exercent illa officia, quantum ad pugnam: ſed remanent quãtum ad triumphum: prout huiuſmodi milites ſic operati ſunt ad huiuſmodi triumphum,& illi alij ſic etiam operati fuerunt: vel, vt clarius loquamur, poſt pugnam officia militarium ordinum non remanent in ſe, ſed remanẽt in ſuo effectu, & in ſuo fine. Sic & officia Angelorũ poſt diem iudicij non remanebunt in ſe, ſed remanebunt quantum ad ſuum effectum, vel quantum ad ſuum finem,quia remanebunt quantum ad ſalutem electorum,ad quã Angeli cooperati ſunt per huiuſmodi officia.

Exemplum probans officia Angelorũ remanſura poſt iudicium.

Quarto modo loqui poſſumus de huiuſmodi officijs,vel de ceſſatione eorum,quantum ad cognitionem,& notitiam Beatorum, & ſic omnia huiuſmodi officia poſt diem iudicij non ceſſabunt:immo ſtabunt, & remanebunt. Nam ſicut

dicimus

dicimus de re corrupta, quòd potest remanere in memoria hominum: sic possumus dicere de huiusmodi officijs, quòd remanebuot in scientia, & in notitia Beatorum, quia omnes beati tam homines, quàm Angeli clarè cognoscent, & clarè scient, qui nã Aogeli, & ad quod officium deputati fuerint.

Aduertendum insoper, quòd licèt ordioes Angelorum possiot accipi quohbet illorum triũ modorum: potissimè tamen accipiuotur secundum commissa officia: loquẽdo de huiusmodi ordinibus, secundum quòd locuti sunt Sancti, & potissimè Dio. Sed si accipiantur tales ordines, secundum excelleotiam naturæ, vel secundom excellentiam gratiæ, siue gloriæ: hoc erit per cõparationem ad commissa ufficia: prout aliqui habẽt talem naturam, & sic sunt perfecti in gratia, quod idoneum, & congruum est, quòd eis committatur tale officium, & alij, quòd tale, & sic de reliqois. Dicere ergo, quòd remanebunt ordines Angelorum quantum ad excellentiam naturæ, & gratiæ, & gloriæ: est dicere, ꝙ remaoebũt huiusmodi ordines prout de eis locuti sunt Sancti, quantum ad quandam idoneitatem, quia remaneboot angeli in illa excellentia naturæ, & gloriæ, quatenus idonei essent ad talia officia exeqoenda: igitur secũdum hunc modũ Augelorũ ordines, vel totũ officia, & illuminationes possunt intelligi remanere. 5. modis, de quibus. 5. modis non remanebuot dupliciter: remanebont quidem tripliciter. Non remanebunt autẽ quantum ad factionem oouorum, quòd de cętero de salute electorum soperiores Angeli illuminẽt inferiores, nec quantom ad conseruationem factorum, ꝙ per operationes superiorum conseruentur inferiores in illominationibus tã factis: sed conseruabuntor in talibus illuminationibus inferiores per notitiam, quam habent in Deo: non, ꝙ ad illas illuminationes conseruãdas post diem iudicij, aliquid cooperentur superiores aogeli, vt patuit per rationem iam factã. His itaque doobus modis talia non remauebunt, sed remanebuot tribos alijs modis, videlicet quantũ ad idoneitatem, propter excellentiam naturę, & gratiæ, sioe gloriæ: & quantom ad finem adeptum, & etiam quantum ad cogbitionem, & notitiam Beatorũ.

Aduertendum etiam, quòd quia potissimè sumendi sunt huiosmodi ordines quantum ad officia commissa: ideo si aliqui ordines denominẽtur ab aliqua excellentia naturæ, & gratiæ, siue gloriæ, sicut Seraphin à charitate, quæ semper cõnexa est gratiæ: Cherubin à plena, & clara cognitioue Dei, quæ oon potest esse sine gratia cõsummata. Throni ab iohabitatione Dei, quod etiam sine gratia esse oon potest: omnia talia prout cõstituunt ordines Angelorum: referenda sunt ad commissa officia: prout secundum ea cooperantur ad gubernationem mundi, & salutem electorum, vt Throni dicti sunt ab inhabitatione Dei: prout in eis sic habitat Deus, ꝙ eis reuelantur secreta Dei, secuodum quam reuelationem commissum est eis istud officium, quòd de illis secretis illuminent inferiores, prout ad salutem electorum spectat. Cherubin verò dicti sunt à plenitudine scientiæ, quia eis propter talem plenitudinem, de salute electorum non solùm secreta, sed etiam secretiora reuelantur: propter quòd commissum est eis istud officium, quòd de illis secretioribus ioferiores illominent. Seraphin verò dicti ab ardore charitatis, quia sic sunt dilecti, & iotimi Deo, quòd etiam secretissima reuelantur eis, quibus commissum est hoc officium, ꝙ pro salote electorom de illis secretissimis inferiores doceant.

Aduertẽdum etiam, quòd, vt patet ex habitis, ordines Angelorum: accipi possunt quãtum ad excelleotiam gloriæ, & gratiæ, & per consequens secundum idoneitatem ad tale officia exequẽda, vel secundum commissa officia, & quia hoc modo, & illo possunt accipi tales ordines, ideo denominatio ordinum fit tripliciter, quia aliquando denominantur ab ipsis cõmissis officijs: aliquãdo ab ipsa excellentia gratiæ: aliquando medio modo. Ab excellentia quidem gratiæ denominantur Seraphin, Cherubin, & Throni. Nam & hi ista referendi sunt modo, quo diximus ad commissa officia: ipsa tamen in se dicunt excellentiam gratiæ, vt Seraphin, quia sic excelluot in gratia, quòd totí ardent charitate. Cherubin, quia pleni sont diuina scientia. Throoi autem sic in gratia excellont, quòd in eis feder, & habitat Deus. Potestates autẽ Principatus, & Virtutes: potissimè nominantur à commissis officijs: vt Virtutes: quia habẽt obuiare legibus naturæ, & facere miracula, & præesse corporalibus, & hoc est earum officium. Potestates autem, quia habent resistere potestatibus aduersis, & habent ordinare bonos Angelos, q̃ presont regnis, & potestatibus. Principatus autem, quia iplis regois, & principatibos præsunt. Hi ergo tres ordines potissimè sumuntur à coomissis officijs. Sed Dominationes, Archangeli, & Angeli videntur medio modo sumi. Possunt.o. sumi & à gratia, & à cõmisso officio: oam si sumatur dominatio. q. negatiuè, vt dicat, quid oun subiectum, & qoid liberum, & qd non tyrannicum, quia tyrannizare non est proprie dominari, sed magis est dominationem pervertere: sic nomen dominationis sumptum est à grata. quia id, quod potest nos liberare, ne timus ferui, & ne tyrannizemur, est diuina gratia. Vnde & Dio. hoc potissimè dominationibus tribuit. 8. de Angelica Hierarchia dicens. Sanctarum Dominationum nominationem existimo declarare: absolutam quandam ab omni pedestri mmoratione liberam: ousiarumque tyrannicarum dissimilitodinum inclinationi, vel seruituti suppositã. Alio modo potest accipi oomen Dominationum quasi positiuè: prout eis competit inferioribus imperare, & sic est oomen officij. sic etiã Archangeli, & Angeli ab vtroque pussunt nominationem accipere. nam Angelus idem sonat, qd ouncius. Vode Isido. de sum. bon. c. 11. ait, ꝙ ex ipsa annunciatione Angeli nominantur

Seraphin, Cherubin, & Throni, vnde denominantur.

Potestates, Principatus, & Virtutes vnde.

Dominationes, Archangeli, & Angeli vnde.

Nuocius

Nuncius ergo ad duo potest referri, vel ad mittentem, cuius voluntati subditur: vel ad id, pro quo mittitur. circa quod suum officium exercet. Si ergo Angelus compararetur ad Deum, cuius voluntati subditur, sic sumitur à gratia: quia, qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: & qui voluntatè diuinæ voluntati subduntur, sunt Deo grati, & habent diuinam gratiam. Esse enim nuncium Dei, & esse Angelum eius, & voluntariè ac bona intentione subdi voluntati ipsius: non est sine diuina gratia, quia qui inuoluntariè, vel intentione peruersa exercet diuinum iussum: non meretur propriè, & simpliciter dici diuinus nuncius, sicut nec malus denarius simpliciter denarius dici debet. Potest enim Deus bene uti malis: vnde & per malos Angelos multa bona exequitur: nõ tamen propter hoc mali Angeli absolutè, & simpliciter debent Angeli, vel etiam diuini nuncij nuncupari. Alio modo potest comparari Angelus ad rem, pro qua mittitur, & sic erit nomẽ officij. Et quod dictum est de Angelis: veritatem habet de Archangelis, quia sicut inter ipsos nuncios, quidam sunt principaliores, & possunt dici Archinũcij, quidam verò minus principales, qui absolutè vocantur nuncij, sic ipsi Archãgeli sunt quasi Archiuũcij, & sunt principaliores nuncij. Angeli autem sunt similiter nuncij, vel sunt minus principales nuncij. Angelus ✻ ergo non est nomen naturæ, sed est nomen officij, vt Isidorus dicit libro, & capitulo præassignato: nihilominus Angelus potest esse nomen gratiæ, vt est per habita manifestum.

✻ Angelus est nomen officij, non naturæ.

Cum ergo quæritur: vtrum post diem iudicij remanebunt ordines Angelorum: vt patet, nõ remanebunt quantum ad commissa officia secundum se, quia vlterius commissa eis officia, propter salutem electorum non exercebant: remanebũt tamen quantum ad excellentiã gratiæ, & gloriæ, & naturæ. Illi ergo ordines, qui imponuntur ab excellentia gratiæ: non inuenimus, quòd euacuẽtur. Vnde non inuenimus, quòd aliquando euacuabũtur Seraphin, & Cherubin, & Throni. Sed illi, qui imponuntur à commissis officijs specialiter inuenimus, quòd euacuabuntur, cuiusmodi sunt Principatus, Potestates, & Virtutes: reliqui verò tres ordines, quia ab vtroq; nominari possunt: ideo fortè subticuit Apostolus, quòd euacuarentur: oe fortè crederemus, ꝙ quantum ad excellentiam gratiæ post diem iudicij ooo remanebunt Angelorum ordines.

Pauli Apostoli locus.

A sant alia. i. cessant actiones, per quas acquiritur finis: vt adepto triumpho, cessat pugna: sic & officia Angelorum cessabant quãtum ad actiones, remanebunt tamen quantum ad adeptionem finis, & quantum ad alia, secundum quòd dictum est.

Ad quartum dicendum, quòd illuminare, & purgare dicuntur opera commissorum officiorũ, secundum quæ opera non remanebunt ordines.

Argumenta autem in contrarium soluta sunt per iam dicta, quia loquuntur de ordinibus secundum excellentiam naturæ, & gloriæ, secundum quem modum Angelorum ordines remanebunt.

B

Resolutio Dub. II.

In Dæmonibus est ordo, non quantum ad naturę, nec gratiæ, nec gloriæ excellentiam, sed quantum ad aptitudinem tantum. Nec tamen cogitandum, omnes ordines, ꝙ quatuor tantum in eis esse.

D Th. 1. p. q. 109.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrum inter Dæmones sint ordines; Dicẽdum, ꝙ, vt pstuit, ordines in Angelis sumuntur tripliciter, secundum excellentiam naturæ, gratiæ, & gloriæ, & secundum commissa officia. Si loquamur ergo de ordinibus quantum ad excellentiam naturæ, quia ipsis ✻ Dæmonibus naturalia remanserunt integra, & splẽdida, vt dicit Diou. 4. de diuin. oomin, opoetet Dæmones inter ipsos esse huiusmodi gradus, & ordines. Alio modo loqui possumus de ordinibus quantum ad excellentiam gratiæ, quæ potest considerari dupliciter, vt cõmunitur ponitur, secundum esse initiatum, & consummatũ, nam gratia secundum esse initiatum, communi nomine dicitur gratia: secundum esse suum consummatũ, vocatur gloria: Si ergo loquamur de ordinibus quantum ad excellentiam gratiæ, quia secundum quosdam Angeli fuerũt creati in gratia; sic secundum eos Dæmones fuerunt in ordinibus, sed ooo suot. quia fuerunt aliquando in gratia, sed ceciderunt ab ipsa. Sed si loquamur de ordinibus, quantum ad excellentiam gloriæ, sic Dæmones secũdum se, nec sunt in ordinibus, nec fuerunt: tamen dicere possumus, quòd & hoc modo fuerunt in ordinibus: non secundum ista in se, sed secundum aptitudinem ad illa. Fuerunt enim creati in quadam puritate, & innocentia, secundum quam habebant quandam idoneitatem, & aptitudinem ad gratiam, & ad gloriam. sed illa idoneitas, & aptitudo per culpam est in eis impedita, & deprauata. Si autem loquamur de ordinibus quãtum ad commissa officia, sic inter ipsos Dæmones possumus saluare ordines, quia sicut Deus ordinat suos Angelos, & committit eis varia officia, vt possimus per eos iuuari ad salutem. Sic dicere possumus, quòd ille

✻ Dæmonibus integra remanserunt naturalia.

Angeli, an creati in gratia. supra d. 4.

C

D

le Draco Serpẽs antiquus cum ſuis Angelis apoſtaticis: contra nos per tuuidiam moti: inter ſe cõſtituunt diuerſos ordines, & diuerſa conſtituunt inter ſe officia, vt poſſint uos fortius impugnare, & à noſtra ſalute impedire. Poſſumus autem dicere, quòd quantum ad huiuſmodi commiſſa officia: prout ſe ipſos ad talia officia ordinant: inter Dæmones ſunt quatuor ordines: correſpõdentes quatuor iuferiotibus ordinibus Angelorum. Non enim poſſunt ibi eſſe Seraphin, quia nun eſt ibi ardor charitatis, nec Cherubin, quia non eſt ibi plenitudo ſciẽtiæ, de qua loquimur, quæ innititur gratiæ, licèt poſſit ibi eſſe aliqua pleuitudo ſcientiæ, quæ innititur naturæ, ſecundum quem modum loquitur Ezechiel. 28. de Lucifero. Tu Cherub extentus, & protegens. Sed ſic nou eſt accipere ordines ſecundum commiſſa officia, ſed iolum ſecundum excellentiam naturæ: ſecundum quidem comiſſa officia, nou ſunt ibi nec Seraphin, nec Cherubin, nec Throni, iu quibus habitat Deus: nec Dominatioues, quæ ſunt liberę ab omni tyrannide. Nam ibi nõ eſt uiſi tyrannides, & elatio ſuperbiæ. luxia illud Iob: Ipſe enim eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Nec etiam ibi ſunt virtutes, ad quas ſpectat obuiare legibus naturæ, quia ipſi Dęmones legibus naturæ obuiare non poſſuut: immo quic quid faciunt aguut adhibẽdo naturalia ſemina. Virtutes ergo, vel ordo virtutum non eſt in Dæmonibus, niſi acciperentur pro eodem Virtutes, & Poteſtates, ſecuudum quem modõ loquitur Grego. & habetur iu littera dicens, quòd Poteſtates uominantur, quibus Virtutes aduerſę ſubiectę ſunt. Vocat enim Virtutes aduerſas: Puteſtates aduerſas. Quinque itaque ſupetiores ordines non ponemus tu Dæmonibus, ſed reliquos quatuor iuferiores ordines aliquo modo ad inſtar illorum qnatuor poſſumus aliqualiter aſſignare in Dæmonibus, vt ſicut iu ipſis Angelis ſunt Poteſtates, Priucipatus, Archangeli, & Angeli, ſic in ipſis Dæmonibus ſunt Poteſtates: Principatus, Archidæmones, & Dæmones: vt ſicut præfati quatuor ordines iu Angelis habeut commiſſa officia ad iuuandum uos, vt ſaluemur: ſic in Dæmonibus præfati quatuor ordines habent commiſſa officia, vt per eos, quantum iu eis eſt, à ſalute impediamur. Hos autem quatuor ordines in Dæmonibus voientibus nos impedire: contra quos debemus colluctari, & pugnare, ne à uoſtra ſalute impediamur: expreſsè videtur inuuere Apoſtolus ad Epheſ. cum ait: Nun eſt uobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Per Rectores enim mundi tenebrarum harum: poſſumus intelligere Atchidæmones: per ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus poſſumus iutellige re communiter Dæmones. Nam tota natura angelica poteſt intelligi per cœlum. Vude Auguſtinus iu principio ſuper Geneſ. exponens illud: In principio creauit Deus cœlum, & terram; ait:

Dæmonum ordines quot, & qui.

Ioan. 28. quo dicatur Cherub.

Iob 18.

Ephe. vi.

Tomo 3.

A In principio creauit Deus cęlum incorporeum, quod eſt ſuper omne corpus: intelligens per cœlum naturam angelicam, quæ aduerſa dicitur eſſe nequitia. contra ergo has nequitias cęleſtes, ideſt angelicas, quæ comuuni nomine dicuntur Dæmones, colluctari debemus. Dicemus autem, quòd ſicut iunt ordinati Angeli, quia quidam præſunt multitudini, ſicut dictus eſt Princeps Perſarum ille, qui præerat illi Genti, vel Princeps alius, qui præerat alij genti, vel alij Regno. Et ſicut inter ipſos Angelos quidam exercent opera circa particulares perſonas, quorum quibuſdam committuntur maiora, ſicut ſunt Archangeli: quibuſdam minora, cuiuſmodi ſunt Angeli, & hoc ad procurãdam ſalutem noſtram, ſic ècontrario Dæmones ad B impediẽdum huiuimodi ſalutem ſe iuuicem ordinant. Quia quidam ſua opera nequitiæ exercent circa aliquam multitudiuem, ſiue circa aliquod regnum, & iſti vocantur Priucipes, ſiue Ptincipatus. Quidam autem exercent huiuſmodi opera circa aliquas perſonas: & iſti vel tentant, & impellunt ad maiora mala, tanquam potentiores, & ſubtilioris naturæ, & iſti poſſunt dici Archidæmones: vel tanquàm minus potentes impelluut uos ad minora mala, & iſti communi nomine poſſuut vocari Dæmones.

Aduertendum tamen, quòd & iu Angelis bonis ad procurandam ſalutem uoſtram, & in Angelis malis ad impediendam eam; ponimus ibi eos, qui ſunt præpoſiti, & qui ordinant alios t aſſignando cuilibet, ac deceruendo, circa quæ C quilibet debeat operari: & iſti, qui ſunt ſic præpoſiti operum: & qui ſic osdinant alios iu ſuis operibus, vocantur poteſtates. Ordo ergo Poteſtatum in Dæmouibus ſunt illi Dæmones, qui vt uobis magis nocere poſſint, ceteros alios malignos ſpiritus ad ſua opera præficiunt. Principatus autem, ſiue Principes in Dæmonibus ſuut, qui ſub Poteſtatibus ordinati: circa multitudiuem aliquam, vel circa aliquod regnum exercent ſua opera nefaria. Archidæmones autem ſunt, qui ſub Poteſtatibus, & Principibus ordinati per eos, circa aliquas ſingulares perſonas maioribus nequitijs daut operam: ſed commuuiter illi vocantur Dæmoues, qui ſub Poteſtatibus, & Priucipibus, & Archidæmouibus exiſtentes, & ordinati per eos: tanquàm iu potentiores eis, ſe de minoribus nequitijs intro- D mittuut.

Resp. ad arg. dvb. ii.

D primum dicendum, quòd ordo poteſt dicere aliquem vnum gradũ, & ſic eſt parium. quia vnus, & idem gradus, ſecũdum quòd huiu ſmodi, paritatem haber. Alio modo poteſt accipi ordo, vt dicat habitudinem diuerſorum graduum: & ſic ordo dicitur eſſe diſpariũ, quia diuerſi gradus, ſecundum quòd huiuſmodi, diuerſitatem Ordo quid.

uersitatem habent. Non ergo eodem modo accipitur ordo, vt est partium, & disparium. August. Itaque volens describere vtrûque ordinem vtrumque posuit, quòd erat partium, & disparium. Ad formam tamen arguendi, quòd in Dæmonibus, non est paritas, sed solum disparitas, dici potest, quòd est ibi paritas, & disparitas. Est enim paritas aliqua: inquantum plures deputantur ad vnum, & idem officium. quia multi sunt ibi præpositi, & ordinatores aliorum: propter quod multi sunt, qui sunt de ordine Potestatum, & multi sunt, qui suas nequitias exercẽt circa diuersas multitudines, quia multi sunt ibi de ordine Principatuũ: & multi sunt, qui circa singulares personas exercent nequitias maiores: & multi, qui minores: ita, quòd multi sunt ibi de ordine Archidæmonum, & multi de ordine Dæmonum: vt sicut in Angelis infimus ordo tenet nomen commune, & vocantur Angeli, sic in Dæmonibus vltimus ordo tenet nomen cómune, & vocantur Dæmones. Hoc ergo modo est ibi paritas. Est autem ibi imparitas, vel quia deputantur ad diuersa officia, vel quia vnum, & idem officium vnus exercet efficacius alio: quamuis ergo non sint duo Dæmones æquè subtilis naturæ, sicut nec duo Angeli: tamen aliqualis paritas est inter eos ratione vnitatis officij, quod multis potest esse attributum.

Ad secundum dicendum, quòd cum dicimus, quòd ordo est dispositio tribuens coelibet suo loco: non accipitur ibi locus pro loco corporali, sed pro gradu, in quo quis constituitur per huiusmodi ordinem: eodem ergo loco corporali possunt esse sarij gradus: sicut & iuxta Regẽ potest stare balius, & præpositus.

Ad tertium dicendum, quòd in inferno dicitur esse nullus ordo, quantum ad solatium, quia vt ait Augustinus 12. super Genes. ad litteram, Tomo 1. Origo ✻ nominis in græca lingua ex eo dictum est, quòd nihil suaue habeat. Non est ergo ibi ordo quantum ad pœnam, vel non est ibi ordo ad exercendum operationes bonas, sed bene est in Dæmonibus ordo ad exercendum nefandas nequitias: quia, & si bona faciunt Dæmones: agunt ea intentione fallendi. ✻ tetrum nominis origo.

Resolutio Dub. III.

In Dæmonibus est prælatio. Idq; ex ordine diuinæ sapientiæ, ac diuinæ iustitiæ constat: ex ipsorum nequitiæ peruersitate, eorundemq; desiderio, quo nobis nocere student.

Quid autem, quod quærebatur: Vtrum inter Dæmones sit prælatio: Dicẽdum, quòd sic. Qđ quadrupliciter pòtest declarari. Primò ex ordine naturæ. Secundò ex ordine diuinæ sapientiæ. Tertiò ex ordine diuinæ iustitiæ. Quarto ex peruersitate nequitiæ ipsorum, & ex desiderio, quod habent ad nobis nocendum.

Primum sic patet: Nam vbicunque est assignare naturam superiorem: & inferiorem, siue hoc sit ex diuersitate formæ, siue ex diuersitate materiæ, siue ex diuersitate temporis: semper natura superioris præest inferiori, vt homo præest bestijs, qui habet quantum ad speciem naturam superiorem eis: & in hominibus mares præsunt fœminis, quia habent secundum corpus naturam superiorem, & complexionem meliorem, quàm habeant fœminæ. vbi autem esset èconuerso, quòd ✻ fœminæ haberent meliorem, & perfectiorem complexionem communiter, quàm mares: ibi communiter fœminæ præessent maribus, sicut apparet in auibus viuentibus ex rapina, vbi ✻ fœminæ sunt longè meliores, quàm masculi. Sunt enim huiusmodi aues calidæ ex natura speciei, quia ex quo de rapina viuunt: oportet, quòd sint audaces, & calidæ. sunt etiã calidæ ex natura loci, quia aer, & si per accidens fiat frigidus: per se tamen, & naturaliter est calidus. Si ergo his caliditatibus superaddatur caliditas complexionis, sicut masculi communiter sunt calidiores fœminis: erit tanta caliditas, quòd vitiabit complexionem, & reddet eam imbecillem. Sed fœminæ, quia sunt complexionis frigidæ: contemperatur in eis illa caliditas: habentque corpus magis tractum ad temperamentum: suntque magis vitosæ, & potentiores masculis. Perfectio ergo naturæ: siue sit ex natura speciei, siue ex complexione: facit, quòd nobiliores præsint ignobilibus. sic etiam perfectio naturæ ex complemento temporis: hoc idem facit, sicut viri præsunt pueris. Habemus ergo ex hoc statim intentum, quia cum Dæmones sint quędam formæ per se existẽtes; si differunt, differunt formaliter. & quia idem est forma, & species: quot sunt Dæmones, tot sunt ibi differentiæ specificæ, vt non sint ✻ duo Dæmones æquè nobiles, & æquè subtilis naturæ. Cum ergo excessus naturalis magis attendatur in perfectione secundum formam, quàm in perfectione secundum complexionem, vel secundum complementum temporis: oportet, quòd Dæmones sibi inuicem præsint. Possumus tamen specialiter arguere de Dæmonibus, & de omnibus habentibus rationem, & intellectum, quòd si se inuicem excedunt secundum naturam, quòd sibi inuicem præsunt. Nam præesse potissimè competit ex habere intellectum, & rationem. Inuenimus autem ex excessu naturali, quòd inferiora per superiora gubernantur, vt elementa hæc inferiora gubernantur, & regũntur per cœlestia corpora, sed potissimè habet fieri tale regnum, & gubernatio per excessum secundum intellectum: quia, vt dicitur in Prouerb. Intelligens gubernacula possidebat. Inde est, quòd si homines præsunt bestijs, & mares fœminis, & viri pueris: hoc est, quia homi-

Dæmonum ordo tenet naturæ.

✻ Fœminæ vbi natura melior, sunt meliores.

✻ Fœminæ viuentibus ex rapina, sunt masculis meliores.

Dæmonum prælatio.

✻ Dæmones duo æquales esse non possunt neque in nobilitate, neque in natura.

nes

nes intellectu præsunt bestijs: & mares intellectu præeminent fœminis, & viri pueris. Cum ergo in Dæmonibus ex excessu nobilitatis naturæ sequatur excessus nobilitatis secundum intellectum: consequens est, quòd Dæmones superiores inferioribus præsint.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ordine diuinæ sapientiæ. Tanta est enim diuina sapientia, quòd scit malis benè uti. Licèt ergo Dæmones sibi inuicem præsint, vt nos à salute impediant: Deus ex isto malo elicit bonũ, quia ex hoc exercitantur electi, & est hoc in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. Ne ergo aliquod in vniuerso relinquatur inordinatum, & vt ex ipsa mala intẽtione Dæmonum eliciatur bonum: ordinauit diuina sapientia, quòd Dæmones Dæmonibus præessent.

Tertiò hoc exigit ordo diuinæ iustitiæ. Nam hoc est eis ad pœnam, quòd sic præsint. Nam secundum August. in lib. Confes. omnis inordinatus animus sibi ipsi pœna existit. Eo enim ipso, quòd quis furit, vel, quòd vult inordinatè aliquid, ipsa inordinatio habet sibi annexam pœnam. Et quia istud præesse secundum inordinatum animum, quia Dæmones sibi inuicem sic præsunt, & sic se inuicem ordinant, & sic sibi inuicem officia distribuunt, vt nos fortius impugnent, & à salute nos impediant, cum inordinatus sit animus volens alium à salute impedire: tale præesse non est sine annexa pœna. Et quia simile fuit de culpa Dæmonum, & de gloria Angelorum, quia sicut superiores Angeli adepti sunt excellentiorem gloriam, sic superiores Dæmones cornerunt vehementius in culpam: relucet in hoc quidam ordo diuinæ iustitiæ, quòd Dæmones superiores præsint inferioribus, quia cum superiores excesserint alios in culpa, dignum est, quòd eos excedant in tolleratione pœnæ, quia istud præesse pœnam annexam habet, quia quanto superior est Dæmõ, magis dolet, & affligitur, & magis per invidiam cruciatur, quia non potest electos à sua salute impedire.

Quartò possumus arguere, quòd Dæmones Dæmonibus præsunt ex peruersitate nequitiæ ipsorum, & ex desidetio, quod habent ad nocendũ nobis. Nam sicut homines mali se inuicem ordinant, & coniungunt se potentioribus, vt possint suam nequitiam exercere, sic & Dæmones se inuicem ordinant, & subsunt superioribus Dæmonibus, vt seruentius in homines sœuire possint.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd licèt inter Angelos bonos sit illuminatio, quia est ibi manifestatio veritatis secundum ordinem ad Deum: in Dæmonibus tamen non est illuminatio, quia nõ ordinant se ad Deum, nec ad diuinam gratiam: sed magis se ordinant ad exequendam suam nequitiam. Est tamen inter Dæmones locutio, prout vnus suum conceptum manifestat alteri. & hoc sufficit ad hoc, vt inter eos possit esse prælatio, quia superiores manifestando suum conceptum inferioribus exequentibus, & agentibus superiorum vota: dicuntur inferioribus præesse.

Ad secundum dicendum, quòd inter superbos semper sunt iurgia, quia inter eos, secundũ quòd huiusmodi, non est concordia, nec amicitia: non tamen propter hoc sequitur, quòd Dæmones inferiores non subsint superioribus, quia inferiores non subsunt nec obediunt superioribus propter amicitiam, quam habent ad eos, sed propter virus nequitiæ, quod volunt exercere in nos.

Ad tertium dicendum, quòd Dæmones superiores præsunt inferioribus, nec propter hoc ex sua culpa reportant commodum: immo magis afflictionem, & pœnam. quia istud præesse, vt patuit, est ad eorum pœnam, & ad eorum cruciatũ, & afflictionem.

Ad quartum dicendum, quòd obedire est ad meritum, & ad coronam si fiat ex humilitate, sed est ad detrimentum, & ad pœnam, si velint ex hoc suam nequitiam exercere, secundum quem modum obediunt Dæmones, vt est per habita manifestum.

Obedientia non semper meretur.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram dubitatur. Et primo super illo verbo: Vnde Dio. tres ordines Angelorũ, &c. vbi Magister assignat auctoritatem Dio. de numero ordinum Angelorum: in numerando autem illos ordines, in media Hierarchia collocat Dominationes, Principatus, & Potestates: In vltima Virtutes, Archangelos, & Angelos.

Sed contra: Dio. in media Hierarchia non posuit Principatus, sed Virtutes: in infima autem è conuerso.

Dicendum, quòd Magister iam assignãdo auctoritatẽ Diony. admittit sententiam Greg. Ita, quòd pars auctoritatis adductæ referenda est ad Dionysium: & pars ad sententiam Gregor. Quod ergo alt, quòd tres terni sunt ordines Angelorum, & quòd tres sunt superiores ordines: tres inferiores, & tres medij, & q. superiores sunt Seraphin, Cherubin, & Throni: totum est de intentione Dio. & etiam Greg. Quia in hoc non discordant: sed, quòd postea subditur, quòd medij sunt Dominationes, Principatus, & Potestates: infimi Virtutes, Archãgeli, & Angeli: referendum est ad dictum Gregorij non Dionysij.

Dub.

Dub. II. Litteralis.

VLTARIVS dubitatur: Quia diffiniendo, quid est ordo Angelorum: ait, ꝙ est multitudo spirituum, qui intet se in aliqno munere gratiæ similantur, & in naturalium datorum participatione conueniunt. Sed contra: quia infra postea dicit, non esse probabile, ꝙ omnes Angeli, qui sunt eiusdem ordinis, sint æquales. Si ergo Angeli, eiusdem ordinis sint inæqnales, oportet, ꝙ ista inæqualitas sit in natura, & in gratia, cum fuerit eis collata gratia secundum proportionem naturalium. quia habentes excellentiorem naturã adepti sunt excellentiorem gratiam. ergo & in natura, & in gratia sunt dissimiles Angeli eiusdem ordinis.

Angeli eiusdẽ ordinis non sunt ꝙquales.

Dicendum, ꝙ similitudo non arguit æqualitatem. Cum enim dicitur: Dilige proximum tuum sicut teipsum, non propter hoc arguitur, ꝙ debes eum diligere quantum teipsum. Aliquam enim conuenientiam, & aliam similitudinem in naturalibus, & in donis gratiæ habẽt omnes, qui sunt eiusdem ordinis: non tamen in huiusmodi naturalibus, & in huiusmodi donis gratiæ sunt æquales. Et si omnes species, quæ sunt in eodem genere, habent aliquam conuenientiam ad inuicem: aliter enim non essent, nec pertinerent ad idem genus. Non tamen propter hoc sunt æquales sibi inuicem, immo non sunt duæ species, neque duæ formæ æquè nobiles, cum formę sint sicut numeri, vt dicitur in Meta, nec sint duo numeri specie differentes, qui æquales, & totidem contineant vnitates: sic, & ipsi Angeli, quia sunt formæ ieparatę, & specie differunt, non iunt duo Angeli æquè nobiles, & æquè potentes: hoc tamen non obstante: quotquot pertinent ad vnum ordinem, oportet aliqnam conuenientiam ad inuicem habere secundum illum ordinem: sicut quæ sunt in vno genere, conueniunt secundum illud genus.

Matth. 22.

Arist. 8. Met. t. c. 10.

DIST. X.

De Angelis assistentibus, & ministrantibus, deque eorundem locutione.

HOC ETIAM INVESTIGANDVM, &c. Postquàm Magister in Distinctione, 9. determinauit de differentijs, & de distinctionibus Angelorum, prout distinguũtur per Hierarchias, & ordines. In hac distinctione, x. vt dicebatur, determinat de differẽtijs, & de distinctionibus Angelorum, prout distinguũtur, & differunt per assistentes, & ministrantes.

Circa quod tria facit, quia primo, quo ad huiusmodi assistentiam, & ministrationem Angelorum mouet quandam quæstionem: Vtrum aliqui ita assistant, quòd non ministrent, vel omnes sint in ministerium missi. Et tangit circa hoc opiniones diuersas. Secundo ex huiusmodi quæstionibus motis, & opinionibus tactis, tangit varios modos dicẽdi circa nomina Angelorum. Tertio soluit obiectiones contra vtranque opinionem de assistentia, & ministratione Angelorum. Secunda ibi: ⁊ *Et putant illi.* ⁊ Tertia ibi: ⁊ *Qui autem omnes.*

Assistentes, & ministrãtes Angeli.

Circa primũ sex facit. quia primo mouet quæstionem: Vtrum omnes ad exteriora mittantur, vel aliqui tupplè sint ita assistentes, quòd nõ mittantur. Secundo tangit vnum modum dicendi, & vnam opinionem circa quæstionem propositam, quòd aliqui ita assistunt, qnòd non mittuntur, sicut scriptum est Dan. 7. qnòd millia millium ministrabant, &c. Et sicut patet per Diony. volentem, qnòd superiora agmina, siue illi superiores Angeli nnnquam ab intimis recedant, sed semper assistant. Tertio obijcit contra hanc opinionem, qnod superiores ita assistant, quod non mittantur: cum ad Esaiam, vt hẽ Esa. missus sit vnus Seraphin, qui est omnino ordo superior, & excellentior: & cum Apostolus dicat ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorij Spiritus inministerium missi.

Esa. 6.

Hebr. 1.

Quartò ponit opinionem aliam, qnòd nulli ita assistunt, quod non mittãtur: sed omnes sunt in ministerium missi, qnod nec inconueniens videri debet, si superiores Angeli mittantur, cum, & ipse Dei filius Creator omnium ad nos descenderit, & ad nos fuerit missus.

Quinto obijcit contra hanc opinionem secundam. quia si omnes mitterentur, & omnes essent nuncij, non videretur esse ratio, & causa, quare vnus tantum inter 9. ordines Angelorum nomine censeatur.

Sexto soluit huiusmodi obiectionem, quia licet omnes mittantur, intimi tamẽ dicuntur Angeli Dei nuncij, quia ipsi ex officio, & sæpe mittũtur: superiores vero non sæpe, sed raro: & non ex officio, sed ex aliqua cõne, & causa suborta mittuntur, & fiunt nuncij: & cum mittuntur, dicuntur esse Angeli, siuè nuncij. Inxta illud Psal. Qui facit Angelos suos spiritus. Illi enim, qui ex natura sua sunt spiritus, & ex officio non habent, ꝙ sint Angeli. i. nuncij, ex aliqua ratione suborta Deus facit eos esse Angelos, siue nuncios. Secunda pars incipit ibi ⁊ *Quidam putant.* ⁊ Tertia ibi: ⁊ *Quibus obijcitur.* ⁊ Quarta ibi: ⁊ *His testimonijs.* ⁊ Quinta ibi: ⁊ *Hic oritur quæstio.* ⁊ Sexta ibi: ⁊ *Ad quod quidam dicunt.* ⁊ Tunc sequitur illa pars: ⁊ *Et putant illi.* ⁊ In qua ex quæstione mota, & opinionibus tactis, tangit varios modos dicendi circa nomina Angelorum. Circa quod tria facit, qnia primo ait, ꝙ illi, qui dicunt, ꝙ omnes mittũtur, putãt, ꝙ Michael, Gabriel, & Raphael sunt

Psalm. 103.

de superiori ordine, & sunt noïa spirituũ, nõ ordinũ, ita ꝙ singulariter aliqs supior spiritus vocatur Michael, aliqnis Raphael, &c. Secundo circa hæc noïa ponit opinionem aliã, ꝙ talia non sunt nomina spirituum singulariter, sed officiorũ, ita quòd nunc iste spiritus, nunc alius, dicitur Michael vel Raphael, secundum officiũ, qđ exercet. Tertio ait, ꝙ & circa Dęmones sunt multa nomina, quæ possunt esse propria, vel communia. Secunda pars incipit ibi: § *Alij verò.* § Tertia ibi: {*Sicut & Dæmon.*} Tunc sequitur illa pars: {*Qui autem omnes Angelos.*} In qua docet substinere vtranque opinionem, vel docet soluere obiectiones contra vtranque opinionem. Circa quod duo facit, quia primo docet sustinere, ꝙ mittuntur, & quòd Dan. & Dio. dicunt de superioribus Angelis, air, quòd illi dicuntur assistere, & ab intimis nunquam recedere, quia valde raro mittuntur: & cum mittuntur non recedunt ab intimis, quia non recedunt à Dei contemplatione. quia nec illi, qui sæpè mittuntur ab huiusmodi contemplatione, recedunt. Secundo resumit opinionem aliam, quòd non omnes mittuntur, quia tres superiores ordines semper assistũt: tres inferiores ad exteriora mittuntur: tres medij mittuntur non ad exteriora, sed ad inferiores Angelos, ita, quòd tres supremi nunciant diuinum mandatum medijs: medij autem infimis: infimi nobis. Et soluit adhuc dictum Apostuli, quòd omnes sunt in ministerium missi, quia omnes sunt nuncij, & omnes mittuntur, vel ad Angelos, vel ad nos: vel vt ait Apostolus: Non intelligit, quòd omnes mittantur de omnibus simpliciter, sed de inferioribus tantum. Soluit etiam per dictum Diony. Auctoritatem Esaiæ, quòd Angelus missus ad eum fuit de inferioribus Angelis, sed dictus est Seraphin ratione operis, quia igne purgauit Isbia Esaiæ. & Seraphin dicuntur igniti, & ardentes. Secunda ibi {*Alij verò dicunt.*} Et in hoc terminatur sententia Lectionis, & Distinctionis.

Hebr. 1.

Seraphin vnde.

QVÆST. I.

De Angelorum assistentia.

QVIA Magister in littera agit de assistentia, & ministerio Angelorum, prout Angeli Deo assistũt, & ad nos mittuntur, & enunciãt nobis, quæ nunciãda sunt, cũ nunciare aliquid potissimè fiat per locutionem. quia nuncij loquendo nunciant, quæ sunt eis ad annunciandum imposita: ideo de tribus Principaliter quæremus.

Primò de Angelorum assistentia. Secundò de eorum ministerio, & missione. Tertiò de eorum locutione.

ARTIC. I.

An mali Angeli Deo assistant. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 2. Sen. a. sent. d. 10. artic. 1. arg. 4.

CIRCA assistentiam autem Angelorum primo quæritur: Vtrum etiam mali Angeli assistant Deo. Et videtur, ꝙ sic, quia vt dicitur Iob. 1. Cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino; affuit inter eos etiam Sathan. ergo adfuit inter assistentes, & per consequens assistebat.

Præterea Iob eod. ca. dicitur: Egressusque est Sathan à facie Domini: sed ille, qui egreditur à facie Domini, astitit coram faciem eius, & per consequens assistebat ei.

Præterea secundum Aug. super Gen. ad litterã Angeli à sui conditione viderunt res in verbo. sed quod competebat Angelis à sui conditione, competebat eis naturaliter. ergo ex natura habuerunt Angeli, ꝙ viderent res in verbo. sed naturalia etiã ipsis Dæmonibus remanserunt integra, & splendida, vt vult Diony. 4. de diu. nom. sed videre res in verbo est Deum intimè contemplari, cum ipsum verbum diuinum sit quid intimũ ipsi Deo. quia quodlibet verbum intellectuale est quid intimum ipsi intellectui, sed cum hoc sit assistere Deo, ipsum Deum intimè contemplari: ergo &c.

Dæmonibus naturalia integra sunt.

Præterea, quia intellectus noster nascit sicut tabula rasa, est male natus ad sciendum, & non sunt eadem nota naturæ, & sibi, immo manifestissima in natura sunt occulta sibi, & habet se ad ea sicut oculus noctuæ ad lucem diei, vt potest patere ex Meta. Sed intellectus angelicus etiam à sui primordio, & ex sui natura, non est sicut tabula rasa, sed est plenus formis, vt potest patere ex libro de causis. ergo intellectus angelicus non est male natus, sed bene natus ad sciendum, & per cõsequens: eadem sunt nota naturæ, & sibi: & quæ sunt manifestissima in natura, sunt manifestissima sibi, sed Deus est manifestissimus in natura, ergo est naturaliter manifestissimus omnibus Angelis. Ipsis ergo malis Angelis, quibus naturalia remanserunt integra, Deus est manifestissimus: ergo ipsum intimè vident, & per consequens ei assistunt.

3. de anima. 14. 1. Physi. 2. Meta. 1.

IN CONTRARIVM est, quia non omnes Beati Angeli dicuntur assistere, vt infra patebit. sed perfectio, quæ non competit omnibus bonis, non potest competere Angelis malis: ergo &c.

Præterea assistere præsupponit fruitionem, & actum gloriæ, sicut minus commune præsupponit magis. quia communius est frui, quàm assistere. sed Angeli mali non fruuntur, nec habent actũ gloriæ, ergo &c.

Dub.

Dub. I. Lateralis.

An boni Angeli omnes assistant. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 112. artic. 3. Et 2. senten. d. 10. artic. 1. Alb. Magn. de virtute assistr. q. 8. artic. 4. Dur. d. 10. q. 2. Voti. d. 10. q. 4.

VLTERIVS quæritur: Vtrũ omnes Angeli boni assistant. Et videtur, ꝙ sic. quia vt communiter ponitur, sicut ad similitudinem Regis, vel alicuius magni Domini, aliqui ministrorũ dicuntur assistere, sicut illi, qui semper intuentur faciem Domini. aliqui autem dicuntur ministrare, vt illi, qui egrediuntur à facie eius. sic est ex parte ipsius Dei, quia illi dicuntur assistere, qui semper sunt ante Deum: sed oēs Angeli boni sunt semper ante Deum, quia semp
Matth. 18. vident faciem Dei. Iuxta illud Matth. Angeli eorum semper vident faciem Patris. Si ergo Angeli deputati ad custodiam puerorum, qui sunt de inferioribus Angeli, semper vident faciem Dei, & per cõsequens sunt ante Deũ, multo magis & ipsi superiores Angeli hoc habebunt. omnes ergo assistunt.

Præterea hoc est assistere, intimè contemplari: sed omnes Angeli intimè contemplantur. quia, qui non intimè contemplantur, vel hoc est, quia eos retardat corpus, vel quia impedit culpa; vel quia retrahit sensus, qđ nullis Angelis conuenit.

Præterea, vt dictum est, assistere Deo, est esse ante faciem eius. sed plus est habere aliquid in se, & esse in illo, quàm esse ante illud: Cum ergo omnes Angeli, quia sunt pleni charitate, habeant Deum in se, & sint in Deo. quia qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo; omnes possunt dici esse ante Deum, & assistere sibi.

IN CONTRARIVM est, quia dicitur
Dan. 7. Dan. qnod millia millium ministrabant ei, & decies cẽtena millia assistebant ei. Cum ergo ibi loquatur de Angelis bonis, non omnes huiusmodi Angeli assistunt: sed quidam assistunt, quidam ministrant.

Assistere quid. Præterea Dio. de Angel. Hierarchia specialiter de prima Hierarchia ait, ꝙ immediatè circa Deũ collocarur. sed hoc videtur esse, assistere, immediatè circa, Deum collocari. hoc autem non competit omnibus Hierarchiis ergo, &c.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli omnes secundæ Hierarchiæ assistant. Conclusio est negatiua.

D. Th. 1. p. q. 112. arti. 4. Et 2. sent. d. 10. arti. 3.

VLTERIVS autem quæritur: Vtrum illi de secunda Hierarchia assistant. Et videtur, ꝙ sic, quia hoc est assistere, ad exteriora nõ mitti. nam illi dicuntur assistere Regi, qui semper sunt coram Rege, & ad exteriora non mittuntur. sed illi de secũda Hierarchia, vt videtur, non mittuntur ad exteriora, quia vt dicitur, 4. de Angel. Hierarchia, Diuina lege, & diuino ordine promulgatum est, secunda reduci in Deum per prima. Secunda ergo Hierarchia reducitur in Deum per primam, & terria per secundam, & Hierarchia quarta. s. nostra per tertiam. Soli ergo illi de Hierarchia tertia mittuntur ad exteriora. i. ad nos.

Præterea plures sunt assistentes, quàm ministrantes, quia, vt habet correcta littera Dan. Millia millium ministrabant ei, & decies cẽtena millia assistebant ei. Cum ergo illi de infima Hierarchia mittantur, si mitterentur etiam illi de secunda, esset duæ Hierarchiæ ministrantium, & vna esset assistẽtium. Plures ergo essent ministrantes, quàm assistentes, quod est inconueniens. Dan 7.

Præterea omnes de vna, & eadem Hierarchia habent eundem modum recipiendi lumen. quia ex modis recipiendi diuinum lumen accipitur distinctio Hierarchiarum, sicut ex officijs distinctio ordinum, sed tota causa, quare aliqui dicuntur assistere, & aliqui ministrare, vt videtur, sumitur ex modo recipiendi diuinum lumen. quia illi, qui excellentiori modo recipiunt diuinum lumen, dicuntur assistere, reliqui vero ministrare. Cum ergo tota media Hierarchia habeat eundem modum recipiendi diuinum lumen; vel tota assistit, vel tota ministrat. sed tota non ministrat, cum Dominationes nunquam ad exteriora mittantur, quia, vt Dio. ait de Ang. Hierarchia, Dominationes sunt ab omni pedestri ministratione liberę, & absolutę. quod non esset, si ad exteriora mitterentur: ergo &c. Hierarchiarum, ex ordine distinctio vade.

IN CONTRARIVM est, quia videtur, ꝙ nulli de secunda Hierarchia assistant. quia cum proprium sit primæ Hierarchiæ immediate collocari circa Deum, vt patuit per Dio. de Angel. Hierarchia, Sola prima Hierarchia assistit.

Præterea Virtutes de necessitate ad exteriora mittuntur, quia eis attribuitur miracula facere; vt patuit supra. ergo cõ miracula fiant hic inferius: quia Beati in patria nõ indigent miraculis, sed nos: & cum substantia spiritualis ubi sit, ibi operatur, vt dicit Dan. lib. 2. oportet, quòd Virtutes operentur hic inferius, & per consequens, ꝙ ad exteriora mittantur. sed virtutes secũdũ Dio. pertinẽt ad secundam Hierarchiam: ergo &c. Dan. c. 10

Præterea Potestates pertinent ad secundã Hierarchiam, & suot iusta virtutes secuodum Dioo. sed virtutes, vt probatum est, mittuoc ad exteriora, multo ergo fortius, & Potestates. Nõ ergo omnes de secunda Hierarchia assistunt.

Resolutio Artic.

Dæmon Deo assistit non propriè, & per se. assistit. n. per accidens obsequendo Deo, quatenus ab ipso cognoscitur, ipsique subest puniendi, si autem aliquando obsequium in bonum feratur, id præter Dæmonis intentionem esse dicimus.

Assisto, vnde ex Hugutione Grammatico dicatur.

RESPONDEO dicendum, ad quæstionem primam cum quæritur Vtrũ mali Angeli Deo assistant, & assistere componitur cum ad, & sisto, & secundum Hugutionẽ idem est, quod iuxta, vel circum ad seruitium sistere, causa tamen euphoniæ scribitur assistere p duplex. ſ. compositio tamen sua est ex ad, & sistere, sicut compositio de subsistere est ex ab, & sistere, vt sieut ille dicitur absistere, qui longe sistit: sic ille assistere, qui circum, vel iuxta ad seruitium sistit. nam assistẽtia in obsequiũ sonat, vt ex Hugutione patere potest, cum ergo sistere vuo modo idem sit, quod præsentare: vt Hugutio ait: Iuxta illud Euangelij: Vt sisterent eum Domino. i. præsentarent. Idem erit assistere, & præsentialiter alicui seruire. erit enim assistere, quasi ad seruitiũ alicuius sistere. i. ad seruitium eius se præsentare, vel præsens esse. Sed illa dicuntur esse præsentia alicui, quæ sunt oota sibi. Vude in præsentia alicuius dicuntur fieri, quæcunque eo inspiciente fiunt. Præsentare se ergo ad seruitium Dei, vel esse aliquid præsens ad seruitiũ eius dupliciter potest intelligi, vel quia à Deo inspicitur in huiusmodi seruitio, vel quia ipse Deum inspicit, cum ei seruit, & hoc modo præsentialiter sibi seruit.

Euphonica græcè: latinè consonantia.

Luce 2.

Assistere duplex.

Primò quidem modo omnis creatura assistit coram Deo, quia omnis creatura est ordinata in obsequium Dei, & omnino subest Deo, etiam ipsæ malæ voluntates subsunt Deo. & si non subsunt Deo præmianti, & gratiam largiẽti: subsunt ei punienti, & pœnam inferenti: sed si accipimus præsentialiter esse ad seruitium Dei, non solum quia à Deo immediate inspicitur, sed etiam, quia ipsum immediatè inspicit; vt ille dicatur Deo assistere, qui Deo seruit, ipsum immediata inspiciẽdo, oportet, quòd multis modis accipiatur assistere, secuodum q̃ multis modis Deus dicitur immediatè videri. Nam quoties multiplicatur vnum oppositorum, toties multiplicatur & reliquum: vt quot modis Deus videtur mediate, & per medium, tot potest intelligi, videri immediate, & sine medio.

Deum videre mediate quot modis.

Potest autem aliquid dici nõ immediate videre Deum, quia caret intellectu, per quem potest apprehendi Deus. Cum enim Deus relucear in omnibus, quicunque videt aliquid, quecunq; visione videat illud, dicitur videre illud, in quo relucet Deus: non tamẽ propter hoc dicitur immediate videre Deum: immo dicitur non habere secundum notitiam præsentem Deum, quia non habet intellectum, per quem apprehendit Deus.

Secundo modo dicitur aliquid non immediate videre Deum, quia & si habet intellectum, per quem potest videri Deus, habet tamen corpus mortale, per quod retardatur à visione Dei, iuxta illud Exodi: Nõ videbit me homo, & viuet. i. q̃diu viuit in hac vita mortali. nullus enim purus homo, q̃nàm diu viuit in hac vita mortali, põt immediate videre Deum, nisi esset sic à sensibus abstractus, & captus, q̃ nesciret vtrũ esset in corpore, vel extra corpus, sicut Paulus raptus ad tertiumcœlum, etiã in hac vita mortali vidit Deũ.

Exodi 33.

2. Cor 12.

Tertiò modo dicitur aliquid non immediate videre Deũ: quia vtitur sensibus corporalibus, per quos distrahitur à consideratione Dei. quia vt dicitur Sapiẽtię: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena dubitatio deprimit sensum multa cogitantem. In hac enim vita mortali aggrauatur anima per corpus, ne tendat in Deum, & deprimitur per sensum multa cogitantem, ne feratur in ipsum. Dicimus autem hoc esse in vita mortali, quia in resurrectione, vt Aug. ait circa finem super Gen. ad litteram. Corpus tunc erit animæ gloriæ, quod nunc est sarcinæ.

Sapien. 9.

Tomo 5.

Quartò modo dicitur aliquid non immediate videre Deum, quia impeditur per culpã, sicut dictum est per Prophetam, q̃ iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.

Isa. 59.

Quintò modo dicitur aliquis non immediate videre Deum, quia si non impeditur per culpam, non tamen perficitur per consummatam gratiã. Nam soli illi immediatè, & clarè, & facie ad faciẽ dicuntur videre Deum, qui non solum carent culpa, sed etiam sunt in gloria, & habent cõsummatam gratiam.

Quinque ergo sunt causæ non immediatæ videndi Deum, prout ad præsentem quæstionem spectat, videlicet carentia intellectus, grauitas corporis, distractio sensus, infectio culpæ, & imperfectio gratiæ. Et sicut propter hæc quinque dicitur aliquis non immediatè videre Deum, sic quodcunque aliquid istorum subtrahitur ab aliquo, ille aliquam immediatam visionem hẽt ad Deum, vt ille, qui habet intellectum, immediatam cognitionem habet ad Deum respectu eius, qui intellectu carat, quia potest tanquam immediatum obiectum habere ipsum, siue habeat ipsum immediatum obiectum cognoscendo, quia est, siue aliter, sic etiam magis immediatã cognitionem habet ille, qui non solum intellectum habet cognoscentem, sed etiam, qui caret corpore aggranante, etiam caret sensu distrahente: & adhuc magis immediatè videt, qui non habet culpam impedientem: & ille potissimè immediatè, qui habet gloriam, & gratiam consummatam.

Cũ ergo quæritur, vtrũ Angeli mali Deo assistãt, vel vtrũ Deo p̃sentialiter seruiant, vel dicant Deo præsentialiter seruire, q̃ à Deo p̃aliter,

Dæmones quomodo Deo assistãt.

&

& immediatè cognoſcuntur, cum ſeruiunt: vel quia eum immediatè, & præſentialiter cognoſcunt. Si primo modo, enm duplicitet ſit Dei cognitio: vna ſimplicis notitiæ, & alia approbationis. Iuſuper cum notitia approbationis poſſit dupleeſſe, vna quantum ad genus operis, & alia quantum ad intentionem facientis, trihus modis poteſt ſecundum primum modum intelligi, quod Diabolus Deo aſſiſtat, vel quia eum ei ſeruit, à Deo ſimplici notitia cognoſcitur, & ſic qñcunque Deo obſequitur, ſibi aſſiſtit, quia quandocunq; ei obſequitur, ſaltem iſta notitia a Deo cognoſcitur. Vel poteſt hoc ſecundo intelligi, ꝙ Deo aſſiſtit, quia cum ei obſequitur, approbatur eius opus, quãtum ad genus facti, ſm quem modum etiam Diabolus poteſt dici, quòd Deo aſſiſtat, quia multa de genere bonorum fiũt per malos Angelos, ſicut exercitatio electorum, & punitio malorum, ſed ſi hoc intelligatur tertio modo, ꝙ Diabolus Deo aſſiſtat, quia cum ei obſequitur, eius intentio approbatur; ſic nunquam Diabolus Deo aſſiſtit, quia & ſi facit aliquid de genere bonorum, ſemper facit illud mala intentione, ſecundum quem modum, & Auguſtinus ait. 4. de Tri. quòd ſi aliqua vera Diabolus dicit, dicit ea intentione fallẽdi. Ideo & dominus Iob. j. non interrogauit a Sathan, quando affuit inter filios Dei, quid feciſti? ſed vnde venis? Tũe enim ꝛ Sathan dicitur adeſſe inter filios Dei, quando facit aliquid de genere bonorum, & tunc notum eſt, quid faciat: ſed notitia approbationis nõ eſt notum Deo vnde Sathan venit, ideſt, qua intentione illud fecit, & quid mouit ipſum ad faciendum.

Dei cognitio duplex.

Tomo 1. cap. 1.

Sathan quo modo dicatur eſſe inter filios Dei. Iob 1.

Aduertendum tamen, quod cum Diabolus facit aliqua de genere bonorum, dicitur adeſſe, quaſi accidentaliter eſſe inter filios Dei, quia & ſi bonum facit, hoc eſt per accidens, cum ſemper intẽdat nocere, & malum facere.

Viſo quomodo Diabolus poteſt dici aſſiſtere Deo, prout ſic ei obſequitur, ꝙ ab ipſo immediatè, & præſentialiter cognoſcitur, & quantum ad genus operis approbatur.

Reſtat videre, quomodo poſſit dici Deo aſſiſtere, quia ei obſequendo, ipſum immediatè, & principaliter cognoſcit. propter quod ſciendum quòd Diabolus non agit, vt obſequatur Deo, ſed multoties in agendo deluditur, cognoſcens quæ egit, fuiſſe in obſequium Dei, eum facit aliquod bonum inſtotũ, quod fecerat in eorum detrimentum. Vnde Aug. 11. ſuper Gen. dicit, ꝙ Diabolus eſt initium figmenti Dei, quia præſciens eum propria voluntate malum, fecit ipſum vtilem bonis. Et eo. lib. ait, quòd Diabolus illuditur, & eſt ille Draco, qui creatus eſt, vt illudatur ei, & tunc ꝛ illuditur Diabolo, quando de ſua malnolentia conſulitur Eccleſiæ Dei, licet ergo Diabolus non intendat ſeruire, & obſequi. Multoties tamen videt ſe ſeruiuiſſe, & obſequium præſtaſſe, & hoc præſentialiter, & immediatè cognoſcens poteſt dici, licet per accidens aſtitiſſe Deo: qui tot modis poteſt intelligi aſſiſtere, quot modis illuſus præſtans obſequium Deo poteſt ſurgere in immediatam cognitionem Dei, quod multis modis vetitatem habet.

Dæmõ Deo ſeruiens illuditur.

Diabol' initium figmẽti Dei Vide varium lect. d. 1 p. 2. in fronte.

Diabolo qñ illudatur.

Primò quia habet intellectum, per quem poteſt habere aliqualiter immediatum obiectum Deum, ſiue ; quia eſt ; ſiue qualitercunque aliter.

Dæmõ quo modis Deũ cognoſcat.

Secundo, quia non habet corpus, per quod aggrauetur in cognoſcendo Deum.

Tertio, quia non habet ſenſum, per quem diſtrahatur a tali cognitione, ſed nũ aſſiſtit Deo, ꝙ non habeat culpam, per quam impeditur ab huiuſmodi cognitione, quilibet enim Diabolus non aſſiſtit hoc modo Deo: in ſtatu tamen innocentiæ hoc modo aſſiſtebat illi. Sed quinto modo, ꝙ aſſiſtat Deo, quia habeat gratiam conſummatam, per quam immediatè feratur in ipſum, nec nunc aſſiſtit, nec vnquam aſtitit. quia nunquam habuit huiuſmodi gratiã conſummatam. nam & ſi aliqui ponant, quòd fuit in gratia, intelligunt de gratia initiata, non conſummata.

B

Dæmon qñ Deo aſſiſtat.

Aduertendum tamen, quòd omnes iſti modi aſſiſtendi, qui poſſunt competere Diabolo, ſunt ſecundum quid, quia ſunt ſecundum aliquem modum, non ſimpliciter, & ſunt per accidens, quia ſunt prætet intentionem Diaboli: cum aſſiſtere, vt patuit per Hugutionem, dicat præſentiam, non quameunque, ſed præſentiam obſequioſam, quod eſt contra intentionem Diaboli. quia licet, vt diximus multoties, Diabolo illudatur, in tantum, quòd ipſe multoties ſe cognoſcat obſequium præſtaſſe bonis, nunquam tamẽ ipſe egit, quod fecit, vt obſequeretur, & in bonũ iuſtorum, ſed ſemper machinabatur ad malum.

Aſſiſtere qñ ſit quid.

C

Et quia quæ ſunt per accidens, & ſecundum quid, magis poſſunt dici non eſſe, quàm eſſe: & ſi dicuntur talia eſſe cũ determinatione, ſunt concedenda. ideo magis dicẽdum eſt, Diabolum non aſſiſtere, quam aſſiſtere. Et ſi dicatur aſſiſtere, cũ determinatione eſt concedendum, ſicut conceditur in Iob, quòd Sathan affuit inter filios Dei, vel, quòd ſtetit ante Deum, cum hac tamen conditione adiecta, ꝙ Deus quæ fiunt ab eo: vnde venis? quia notitia approbationis non erat Deo notum, qua intentione Diabolus agebat, vel vnde veniebat, ideſt, qua intẽtione mouebatur ad ſua opera facienda.

Sathan inter filios Dei. Iob. 1.

Hũc locum perpende.

RESP. AD ARG. ART.

D

AD primum patet ſolutio per iam dicta, quia expoſitũ eſt, quomodo Diabolus fuit inter filios Dei, & aſtitit coram Deo. quia hoc fuit per accidens, & ſecundum quid, prout aliqua fecerat de genere bonorum. ipſe tamen ea agebat mala intentione, vt ſic diceretur aſtitiſſe, prout ex eius malis operibus eliciebat aliquod bonum, quod per accidens eſt. Accidit enim, ꝙ mala ordinentur in bonum.

Et per hoc patet ſolutio ad ſecũdũ. qa hoc modo dicitur Diabolus egredi a facie Dei, quia & ſi

Dæmõ qñ egreſſus a facie Dei.

est eorum Deo, faciendo ea, quæ vult Deus: ipse tamen, quantum est de se, egreditur a facie Dei, quia non facit ea illa intentione, qua vult Deus propter quod, & si hoc modo dicatur assistere Deo, erit secundum quid, & per accidens.

Angeli in sua creatione quomodo viderunt res in verbo.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli a sui conditione viderunt res in verbo, quia a sui conditione cognouerunt verbũ diuinum esse causam rerũ. nam agere per intellectum est verbo agere, cum semper intellectus intelligendo formet verbum. Vtrum autem huiusmodi verbum sit persona realiter distincta est supra rationem, & intellectum creatum, quia ductu naturalis rationis Trinitas sufficienter sciri non potest: sed, quòd Deus intelligit se, & est dare verbum diuinum: & quòd Deus diligit se, & est dare diuinum amorem: & quòd Deus intelligendo, & volendo se intelligit, & vult alia: & quòd diuinum intelligere, & eius verbum, & velle diuinum, & eius amor sunt causa productionis rerum, solo ductu rationis sciri potest. nec tamen propter hoc ductu rationis scitur Trinitas personarũ, quia diceret aliquis Gentilis, siue Philosophus, quòd huiusmodi diuinum verbum, vel diuinus amor, nullo modo differunt realiter a Deo, se diligente, & concipiente verbum, & se volente, & producente amorem. quod quamuis falsum sit, & vere in hoc consistat Trinitas personarum, quòd Deus pater se intelligendo concipit verbum, & quod pater, & verbum se diligendo spirant amorem: & quòd ex hoc sunt ibi tres personæ realiter differentes. Ista tamen veritas, & huiusmodi realis differentia insufficienter per rationes probari non potest.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quòd Angeli naturaliter a principio, ex quo fuerunt conditi, potuerunt cognoscere diuinum verbum esse causam omnium rerum, quamuis ipsum diuinum verbum, secundum suam essentiam non viderent. & quia res cognoscitur in sua causa, & potissimè cum scitur, quòd eius est causa, poterant Angeli a sui conditione hoc modo cognoscere res in verbo. Cum ergo arguitur, quòd videre res in verbo, est Deum intimè contemplari; patet, quòd videre sic res in verbo, sicut Angeli naturaliter a sui principio videre poterant, non est Deum videre per essentiam, nec est ipsum intimè contemplari.

Vel possumus dicere, quòd Angeli a sui conditione, idest, parum post suam conditionem, viderunt res in verbo, quia modica fuit morula inter creationẽ omnium Angelorum, & lapsum malorum, & confirmationem bonorum. Sed ex hoc non habetur, quòd Angeli mali viderint res in verbo. loquẽdo de visione verbi per essentiam, sed solum, quòd boni.

Angeli bene nati ad sciendum.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli sunt bene nati ad sciendum, & eadem sunt magis nota eis, & naturæ, loquendo de his, quæ possunt intelligere naturaliter: nos autem sumus malè nati ad sciendum. quia etiam de his, de quibus possumus naturaliter scire, non solum, quia sunt, sed

Nõ malè natus ad sciendum.

A quid sunt, prius cognoscimus minus nota naturæ, quam magis nota: vt prius cognoscimus effectus, quam causas: immo ipsa accidentia, quæ sunt causata a principijs subiecti, conferunt magnam partem ad cognoscendum, quod quid est ipsius subiecti, vt dicitur in primo de anima. 1. de anima. t. c. 11.

Angeli pleni formis.

Sed ex hoc non sequitur, quòd Angeli Deum, q̃ est manifestissimus in natura, potuissent per essentiam cognoscere cognitione naturali: cum hæc cognitio sit supra naturam cuiuscunq; intellectus creati. sunt. n. Angeli pleni formis, & sunt quasi in actu respectu eorum, quæ possunt cognoscere naturaliter, non autem respectu eorum, quæ supernaturaliter tantum possunt intelligi. Dæmones ergo quantumcunque eis remanserint naturalia integra, & splendidissima; non B tamen propter hoc intimè contemplantur Deũ, nec vident eum per essentiam, nec vnquam viderunt. nam Diabolus propter suam quidem superbiam de cœlo corruit, & amotus est impius, ne videret gloriam Dei.

Resolutio Dub. I.

Omnes Angeli boni Deo assistunt, quatenus assistere dicit contemplari, & ad exteriora non mitti, idque non propriè.

C AD id autem, quod quærebatur, vtrum omnes assistant. Dicendum, quod dupliciter possumus solvere hanc quæstionem. Primo distinguendo de assistere, secundum, quod potest sumi positivè, & negativè. Secundo possumus hoc solvere distinguendo de ipso assistere, prout sumitur positive tantum.

Propter quod sciendum, quòd sicut primum habet duplicem acceptionem, vnam positivam, vt dicatur primum. post quod sunt alia, secundum quem modum loquitur Philosophus in 2. Metaphys. quòd primum in quolibet genere est causa omnium aliorum. Alia autem acceptionem habet negativam, vt dicatur primum, ante quod nihil sit: sic & assistere potest accipi positivè, vt dicatur assistere idem esse, quod intima contemplari. Alio modo potest accipi negativè, vt dicatur assistere idem esse, quod ad exteriora non mitti, quæ duæ acceptiones licet se concomitentur in hoc nomine primum, quia nihil D est ante ipsum, secundum quòd huiusmodi est, & oportet, quòd ab ipso, & post ipsum sint alia: non tamen se concomitantur absolutè, in eo, quod est assistere, vt semper acceptio positiva concomiteretur negativam, vel econuerso, nam aliqui intimè contemplantur, qui ad exteriora non mittuntur: & aliqui ad hæc exteriora mittuntur, qui intimè non contemplantur. Nam Apostoli, qui latino sermone dicuntur missi ad explenda hæc exteriora ministeria pro salute electorum, missi fuerunt, nec tamẽ ex hoc intimè contemplabantur.

Cum

Cum ergo quæritur: Vtrum omnes angeli boni assistant: si loquimur de assistere, prout dicitur positiuè tantum, & prout idem est, quod intimè contemplari, & videre Deum per essentiã: sic omnes assistunt, sed hoc modo de assistere nõ loquimur. Alio modo potest sumi assistere: aput vtrumque complectitur, & prout dicit quid positiuè, & quid negatiuè, & prout idem est, quòd intimè contemplari, & ad exteriora non mitti: & sic non omnes angeli assistunt. quia non omnibus competunt ista duo, quòd intimè contemplentur, & ad exteriora non mittantur, sed solũ hæc competunt superioribus angelis, & hoc modo loquimur de assistere, prout diuiditur contra ministrare, quòd est ad exteriora mitti.

Verum quia intellectus hominis non quiescit, oportet de ipso assistere, vt sumit positiuè, distinctionem facere. quia, vt dicitur circa finẽ secundi Elẽchorũ, semper in non facere intelligitur facere, & omnino in negatione dictio. i. affirmatio. Nam nulla est negatio, quæ non fundetur super aliqua affirmatione. Ideo semper intellectus negationis habet in se intellectum affirmationis. Si ergo hæc duo importat assistere, intimè contemplari, & ad exteriora nõ mitti: istud ad exteriora non mitti, alicui positiuo innititur, vel alicui positiuo opponitur, ratione cuius hoc negatur. Nam loquendo de huiusmodi locutionibus, cum cõstantia subiecti, nihil ab aliquo negatur, nisi quia de ipso aliquid affirmatur, ratione cuius illud negatur ab eo. Dicemus ergo, quòd cõuenit, aliquem intimè contemplari, cui secundum ordinem diuinitus promulgatum, repugnat, ad exteriora mitti.

Negatio semper fundatur super affirmatione. Elenchorum 2.

Propter quod sciendum, quòd omnes angeli faciunt vnam quandam societatem, & vnã quãdam ciuitatem, & constituunt tres Hierarchias & 9. ordines. Nam non solum omnes boni angeli, sed etiam omnes homines electi, vna cũ bonis angelis, facient vnam ciuitatem, & vnam societatem, vt vult Aug. 12. de Ciu. Dei. circa principium. Assistere itaque, & intimè contemplari, vel potest sumi quantum ad statum beatitudinis, qui competit toti societati Angelorum, vel quãtum ad conditionem Hierarchiarum, vel quãtum ad distinctionem ordinum. Primò modo assistere, & intimè contemplari, idem est positiuè loquendo, quòd Deum per essentiam videre. Nã hæc est beatitudo nostra, & hæc erit vita æterna, vt cognoscamus Deum verum clarè, & apertè. Et quem misit Iesum Christum, vt dicitur Io. 16. ita tamen, q̃ istud videre clarè est vita æterna, prout includit diligere. quia si esset visio clara sine dilectione, si esset possibile, non essemus ex hoc felices, sed miseri. Nam videre & cognoscere esse in altissimo statu, quem non diligimus, non adgenerat in nobis gaudiũ, sed dolorem: sic ergo tumendo assistere positiuè, quod est idem, quod videre Deum per essentiam, habet suum negatiuum oppositum, quod est nõ videre per essentiam, sed videre solum Deum per speculum in ænigmate, vel in effectibus, & in alio quo simili, & sic assistere competit omnibus angelis bonis. quia omnibus competit prædictũ positiuum, & ab omnibus remouetur suum oppositum negatiuum. Secundo modo potest accipi assistere secundum conditionem Hierarchiarum. Dicebatur enim, quòd Hierarchiæ distinguuntur secundum modum accipiendi illuminationes, secundũ quòd ibi illuminationes recipiuntur in ipso fonte, siue in ipso Deo, & hæc est Hierarchia prima, quæ immediatè illuminatur à Deo, & quæ sic intimè contẽplatur. quia non solum videt Deum per essentiam, quod cõpetit omnibus beatis, sed & in ipso Deo cernit, & videt leges, & rationes, secundum quas Deus disposuit vniuersum gubernare, & saluare electos. Aliqui autem non possunt has leges, & rationes immediatè videre in ipso Deo, sed vident ea in quibusdam vniuersalibus conceptibus, & rationibus, & hic est modus Hierarchiæ secundæ, quæ à prima Hierarchia per quosdam vniuersales conceptus docetur, & illuminatur. Aliqui autem nec in ipso Deo immediatè: nec in illis vniuersalibus conceptibus sufficiunt ad videndũ illas leges, & rationes: sed oportet, quòd eis talia magis particulariter proponantur. Et iste est modus Hierarchiæ tertiæ, quæ hoc modo illuminationes recipit à secunda. ergo quantum ad receptiones illuminationum, per quas distinguuntur Hierarchiæ: possumus dicere, quòd positiuè loquendo, idem est assistere, quòd immediatè illuminari à Deo de gubernatione mundi, & salute electorum, quòd positiuum habet suũ oppositum negatiuum, quod est non illuminari hoc modo immediatè à Deo. & sic assistere non competit omnibus angelis. sed soli Hierarchiæ primæ. quia sola illa hoc modo immediatè illuminatur à Deo: ideo Dionys. de illa Hierarchia loquens. 7. de Ange. Hierarch. ait, quòd immediatè collocatur circa Deum. Et in eodem c. infra dicitur, quòd huiusmodi angeli primæ Hierarchiæ sunt collocati velut in vestibulis ipsius Dei. Tertio modo potest accipi assistere secundum distinctionem ordinum. Ordines autem, vt supra diximus, distinguuntur penes officia. quia quilibet ordo habet suum officium. Secundum hoc ergo assistere, idem est, quod habere officiũ pro gubernatione mundi, & salute electorum, ad interiora tantum positiuè loquendo. quod positiuum habet oppositum negatiuum, quod est non habere officiũ ad exteriora, vel non mitti ad exteriora, & sic propriè loquimur de assistere: vt illi dicantur assistere, qui secundum suum officium ad exteriora non mittuntur. Hoc modo assistere competit non solum Hierarchiæ primæ, sed etiam omnibus ordinibus, qui nõ mittuntur ad exteriora. Potest enim contingere, q̃ aliqui angeli circa gubernationem mundi, & salutem electorum non immediatè illuminentur à Deo: nec mittãtur ad exteriora, id est huc inferius ad nos: sed solum secũdum illuminationes, quas recipiunt à superioribus angelis dirigant inferiores Angelos: ita, quòd nunquam ad exte-

Assistere quid.

Io. 16.

riora

riora mittantor, sed solum secundum hunc modum cooperantur ad salutem nostram: & tales Angeli dicuntur assistere non secuudum conditionem Hierarchiarum, quòd immediatè illuminentur à Deo, sed secundum distinctionem ordinum. quia exteriora officia oou exercent.

RESP. AD ARG. DVB. I.

Angeli omnes quomodo semper assistant.

AD primum dicẽdum, quòd omnes angeli semper sunt aote faciem Dei. quia hoc modo semper assistũt sibi, prout assistere sumitur secundum statũ beatitudiuis, non autem secundum conditionem Hierarchiarum: nec, vt sumitur secundum distiactionem ordinum. Ad formam autem argnendi dicendum, quòd nõ est simile de Rege aliquo temporali, & de Deo. quia huiusmodi rex temporalis corporali sensu ceroitur, & vbique esse oõ potest: ideo ministri eius cum ad exteriora mittuntur, non amplius vident faciem Regis. quia cognitio sensitiua ex distantia tollitur: & huiusmodi Rex vbique esse oon potest, vt eum sui ministri semper valeant comtemplari. Deus autem intellectuali cognitione cognoscitur: qui per localem distantiam non tollitur: Dato tamen, ꝙ per localem distantiam tolleretur, nõ tamẽ tolleretur quin esset ipse Deus vbique, vt angeli ad exterius destinati, & inferius missi semper Deũ in seipsis habeant, & semper Deum facie ad faciem videant. Sic ergo angeli ad exteriora mittuntur, quòd tamen ab intimis non recedunt. qa semper Deum præsentialiter videot.

Ad secondum dicendum, quòd assistere, vt hic de assistere loquimur, est Deum sic intimè contemplari, quòd ad exteriora nou mittãtur. licet ergo omnes iotimè contemplentur, quia nõ retardantur per corpus, nec impediũtur per culpam, nec distrahũtur per sensus, ideo ipsum clarè, & p essentiã cernũt; non tamen omnes sic intimè contemplantur, quòd ad exteriora officia minimè deputentur.

Assistere quid sit.

Ad tertium dicendum, quòd assistere, vt hic de eo loquimur, est non solum esse ante faciem Dei, & ipsum Deum in se habere: sed, vt sæpius diximus, est ad exteriora ooo mitti.

Resolutio Dub. II.

Angeli ex secunda Hierarchia non assistunt omnes. Idque patere potest, si assistere eo modo capiatur, quo hic sumi debet.

AD id autẽ, quod quærebatur, vtrum omnes de secunda Hierarchia assistant: dicendum, ꝙ, vt patuit, hic de assistere loquimur, ono vt sumitur respectu beatitudinis, quòd est Deũ immediatè, & per essentiam videre, quod omnibus competit, nec quantum ad conditionem Hierarchiarum, secundum quem modum idem est assistere, ꝙ à Deo immediatè illuminari, sed loquimur de assistere quantum ad officia Angelorum, secundum quæ ordines distinguuntur, secuodum quem modum idem est assistere, quod ad exteriora officia minimè deputari. Propter quod ex ipsis officijs Angelorum clarè sciri potest, qui assistunt, & qui ministrant. Nam quatuor ordines, videlicet Seraphio, Cherubin, Throni, & Dominationes assistunt, & ad exteriora officia non mittuntur: Reliqui verò quinque ordines ministrant, & huc ad nos descenduot, & sunt ad exteriora officia deputati. Omnes enim sunt nuncij ministerio interiori, vel exteriori, & omnes operaotur ad salutem electorum, & in boc Deo ministrant, & obsequuntur, iuuando electos. sed aliqui iuuant eos exequendo ministeria interiora, & isti dicũtur assistentes: aliqui exequuntur exteriora, & isti commom oomine dicuntur ministrantes. cum ergo Throni immediate videant in ipso Deo secretas leges, & rationes circa gubernationem mundi, & salutem electorum, & hoc modo iuuent nos ad salutem nostram illa secreta alijs reuelando: & cum Cherubin non solum secreta, sed etiam secretiora concernant, & Seraphin oon solum huiusmodi secreta, & secretiora, sed etiam secretissima videãt, & hoc modo cooperentur ad salutem nostram, talia secreta, secretiora, & secretissima inferiores angelos edocendo: patet, ꝙ huiusmodi tres ordines, & per consequens tota suprema Hierarchia, & immediatè illuminatur à Deo de spectãtibus ad electorum salutem, & non deputatur pro huiusmodi salute ad exteriora officia. propter quod tota talis Hierarchia: ommib⁹ tribus præfatis modis dicitur assistere. quia, & Deum immediatè videt, & ab ipso iommediatè illuminatur, & noo est ad exteriora officia deputata. Dominationes verò, quæ sunt supremus ordo secũdæ Hierarchiæ, sic iuuant oos ad salutem, quòd non habent officium ad exteriora deputatum. Nã hoc est eorum officium, ꝙ suot Architectores operum, & solum præcipiunt, & imperaot inferioribus angelis, quæ sunt agenda pto gubernatione mundi, & salute electorum. Hoc autẽ possunt facere absque eo, ꝙ ad nos descendant, & ad exteriora mittãtur. oam cognitiooem intellectualem uon impedit localis distantia. Existentes enim in cœlo, possunt hoc præcipere, & imperare angelis, qui sunt in terra. Propter qđ patere potest, quòd vnus Angelus non illuminat alium aliquid in ipso directè agendo. quia Dominationes fortè oõ assisterent, sed mitterẽtur, & solum hoc faciuut veritatem aliquã cognitam aliorum intellectui proponendo. Nam licet proponere veritatem intelligibilitet eo modo, quo proponunt angeli; & licet cognitionem speculatiuam noo impediat, vt commooiter ponitur, localis distantia, propter quod angeli hic io terris speculari possunt veritatem, quam proponunt aogeli in cœlis superius assistẽtes, actiooem tamen practicam localis distantia impedit, quia, vt patet per Dam. lib. 1. 16. substantia spiri-

Assistentes proprie ad hoc.

tualis

tualis vbi operatur, ibi est. Si ergo angeli superiores illuminarent inferiores directè aliquid in eos agendo, non possent angeli existentes in cœlis illuminare alios existentes in terris. Diximus autem supra, quòd si Angeli se illuminãdo in se directè agerent, & si localis distantia illuminationem Angelorum impediret, quòd fortè Dominationes dicerentur mitti. vbi ideo addimus fortè, quia etiam dato, quòd localis distantia, huiusmodi illuminationem impediret, adhuc non oporteret Dominationes ad hæc inferiora destinari: sed sufficeret, ꝙ huiusmodi dominationes imperarẽt angelis existentibus in cœlis, quæ essent agenda pro salute electorum, qui postea ad terram descendentes, mancipatent effectui, quæ essent eis à dominationibus imperata: Rationabile tamẽ est ponere, & videtur textui Euãgelij consonare, quòd localis distantia illuminationem angelicam nõ impediat. Ita, quòd angeli ad custodiam puerorum, & ad custodiam hominum deputati in terris, vident faciem Dei in cœlis, & illuminari possunt ab angelis, qui sunt in cœlis. Quilibet enim beatus, vel quilibet angelus bonus videt Deum in seipso, & videt Deũ in alijs. & cum Angeli mittuntur de cœlo ad terram, adhuc vident Deum in seipsis, & vident Deum in angelis, qui sunt in cœlis: ita, ꝙ Deus, qui est in cœlis, & vt est in angelis, qui sunt in cœlis, videtur ab angelis, qui sunt in terra: & sicut Angeli existentes in terra vident Deũ in se ipsis, & vident ipsum in angelis existentibus in cœlis: sic possunt quamcũque veritatem propositam ab huiusmodi angelis in cœlis cognoscere, vt nullo modo oporteat dominationes ad hæc inferiora mitti, sed in cœlis existentes possunt illuminare angelos existentes in terris, & possunt quæcunque agẽda sunt imperare, & veritatẽ quorũcunq; imperandorũ ꝓponere.

Qualitercunque autem ista fiant: communiter tamen ponitur. Dominationes ad hæc inferiora non mitti, reliqui autem quinq; ordines, vt clarè patet ex eorum officijs, ad hæc inferiora destinantur. Nam si ad virtutes spectat & miracula facere, & legibus naturæ obuiare, & corporalibus præesse; oportet, quòd hæc fiant prout hic infertus aliqua insolita agũtur. & quia substantia spiritualis vbi operatur, ibi est; oportet virtutes ad hæc inferiora destinari. Sic etiam, & si potestates præsunt Potestatibus aduersis, impediendo eos, ne nobis noceant: oportet, quòd in nos aliquas operationes habeant, & per consequens, quòd ad hæc inferiora mittantur. Sic & principatus, qui præsunt populis, & regnis: & Archangeli, quibus committuntur nuncianda maiora: & angeli, qb' minora: oportet, ꝙ operationes habeant aliquas hic infertus, & ꝙ ad hæc inferiora mittantur.

A modo in Deũ per secundã. sed hoc nõ obstante, ꝙ angeli secũdæ Hierarchiç habẽt actiones suas in angelos tertiæ: habẽt ẽt aliq̃ de secunda Hierarchia, & virtutes, & potestates actiones aliquas hic inferius, ratiõe quarũ ad exteriora mittũtur. Sic ẽt, & principatus, qui sunt supremus ordo tertiæ Hierarchiæ, habent actiones suas in Archangelos, & Angelos, sed hoc nõ obstante: habẽt etiam actiones suas hic inferius; vnde eis competit ad exteriora transmitti.

Ad secundũ dicendũ, ꝙ sustinere possumus, ꝙ plures sint assistentes, quàm ministrantes, & tamen plures ordines ministrent, quàm assistãt. Nã sicut hic infertus semp superiora corpora sũt maioris continẽtiæ, quàm inferiora: vt aqua decupla creditur esse ad terrã: aer ad aquã, & ignis ad aerem, & cœlum incõparabiliter excedit hæc inferiora: sic possumus rationabiliter ponere, ꝙ longè plures angelos contineant ordines superiores, quàm inferiores, propter quod & si plures sint ordines ministrantes, quàm assistentes: hoc non obstante: longè plures possunt esse, & sunt angeli assistentes, quàm ministrantes. Angeli assistentes in sint plures ministrantibus.

Ad tertium dicendum, ꝙ modus recipiendi diuinum lumẽ in vna, & eadem Hierarchia, habet valde magnam latitudinem. Nam, & si forte secunda Hierarchia recipit diuinum lumen in quibusdam vniuersalibus conceptibus, ipsi tamẽ vniuersales conceptus possunt esse magis, & minus vniuersales: ita, ꝙ Dominationes vniuersaliori modo recipiant diuinum lumen, quàm virtutes, & potestates: ratione cuius cõpetet eis aliius officium, vt ad eas solum spectet esse Architectores, & imperare, q̃ sunt agẽda: & quia hoc fieri potest absque eo, ꝙ ad exteriora mittant: ideo Dominationes non ponuntur esse ministrantes, sed assistentes: quàmuis virtutes, & potestates ministrantes esse ponantur.

RESP. AD ARG. DVB. II.

AD primum dicẽdum, quòd illi de tertia Hierarchia quantũ ad gubernationẽ mundi, & salutẽ electorum illuminantur a Hierarchia secunda, & reducunt hoc

QVÆSTIO II.

De Angelorum missione.

CIRCA secundum principale: vt citra missionem Angelorum primò quæritur: Vtrum Angeli mittantur.

ARTIC. I.

An Angeli mittantur. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 112. art. 1. Et ad Hebr. 1. lect. 6. D. Bonau. d. 10. art. 1. q. 1. Ric. d. 10. q. 1. Th. arg. d. 10. q. 1. art. 1. Biel. d. 10. q. 1. Anto. Andr. d. 10. q. 1. Nic. de Ni se. 1. 2. p. 2. q. 1.

ET videtur, quòd non. Quia frustra mittitur nuncius, vbi præsẽs est Dominus. sed Deus est vbique præsens, ergo nusquàm suos angelos destinat.

Præterea modus actionis sequitur modum naturæ: cum ergo angelus sit naturæ

turæ intellectualis; oportet, quòd intellectualiter agar. sed actio intellectualis est abstracta ab hic, & nunc, & non respicit determinatum locum. ille autem, qui mittitur, pergit ad determinatum locum, mitti ergo repugnat Angelis.

Præterea missio diuinæ personæ sufficit ad quæcunque agenda. Cum ergo semper fuerit missio diuinarum personarum, saltem missio inuisibilis, secundum, quòd Pater mittit in mentem nostram Filium: & Pater, & Filius Spiritum sanctum: & secondum, quòd tota Trinitas dicitur ad nos venire. quo posito, superflua quæcunque missio Angelorum.

Præterea cœlum Empyreum, vbi assistunt Angeli, est locus pertineus ad dignitatem. sed secundum Dam. lib. 2. c. 3. Cum Angeli sunt in terra, & eorum ad terram à Deo mittuntur, non remanẽt in cœlo. derogatur ergo dignitati eorum, si cœlum deserentes ad terram mittantur, ergo &c.

Præterea ministrare est infetioris naturæ: sed Angeli sunt superiores nobis, ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

IN CONTRARIVM est, quia dicitur Thob. 12. Thob. Angelum dixisse Thobiæ: Misit me dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui. Et Exod. 23. Exo. scribitur: Ecce ego mittam Angelũ meum, qui præcedat te, & custodiat in via.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli omnes mittantur. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 111. articul. 2. Et 2. sentent. d. 10. articul. 1. D. Bonau. d. 10 articul. 2. q. 2. Ric. d. 10. q. 2. Scot. d. 10. q. 1. Durd. 10. q. 1. Biel. d. 10. q. 1. & vide Doct. supra citatos.

VLTARIVS quæritur: Vtrum omnes Angeli mittantur. Nec est ista quæstio eadem cum præcedẽti, qua quæritum est: Vtrũ omnes assistant. possunt enim diuidi Angeli in assistentes, & ministrantes: vt dicantur illi ministrantes qui ex officio habent quòd ministrent: & illi assistentes, qui ex officio habent, quòd assistant: Attamen ex aliqua subor ta causa, potest contingere, quòd supremi, & assistentes mittantur, sicut huiusmodi temporales Regis, licet aliquos habeant ex officio deputatos ad mittendum: attamen pro aliquo arduo negocio aliquos maiores de sua curia mittunt, & etiam ipsimet aliquando ad aliqua agenda pergunt.

Quæritur ergo, & si nun ex officio, tamen ex aliqua suborta causa, an omnes, quantuncunque superiores Angelos, contingat mitti.

Esa. 6. Et videtur, quòd sic. quia dicitur Esa. Volauit ad me vnus de Seraphin, sed Seraphin est omnino supremus ordo, ergo &c.

Hebræ. 1. Præterea ad Hebræ. dicitur, quòd omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, ergo & cætera.

Præterea plus est mitti diuinas personas, quã quoscunque Angelos superiores. sed ipsę diuinę personæ ad nos mittũtur, ergo multomagis quãcunque superiores Angeli.

Præterea Angelus idem est, quòd nuncius: sed omnes communi nomine dicuntur Angeli, ergo omnes sunt nuncij, & omnes mittuntur.

IN CONTRARIVM est, Dio. 4. de Angelica Hierarchia, dicens, q̃ lex diuinitatis est inferiora reducere in suprema per media. non ergo omnes Angeli mittuntur, sed Angeli, qui sunt medij inter nos, & superiores Angelos, ad nos mittuntur, & per illos in Deum reducimur.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli missi à contemplatione retardentur. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 2. senten. d. 10. art. 4.

VLTARIVS autem quæritur. vtrum Angeli cum mittuntur, a contemplatione retardentur.

Et videtur, quòd sic. quia secundum Philosophum possumus plura scire, intelligere vnum tantum. cum ergo Angeli ministrantes, intenti sunt circa illud, circa quod suum ministerium exercent, retrahuntur ergo ab omni alio intellectu, & per consequens retrahuntur à contemplatione Dei. Top. 4. loco 33.

Præterea potentia finita habet operationem finitam, & limitatam, & non potest simul in plures operationes exire. sed Angelus cum sit creatora est potentiæ finitæ, non ergo simul poterit ministrare, & contemplari, cum ista sint opera varia, & diuersa.

Præterea nos, cum actioni insistimus, quod fit per potẽtias sensitiuas, impedimur à contemplatione, quæ fit per potentiam intellectiuam. sed magis videtur, quòd ministratio debeat impedire cõtemplationem Angeli, cum hoc fiat per vnã & eandẽ potentiam, scilicet, per intellectum, quã nostra, cum hoc fiat per aliam, & aliam potentiam. sicut agens per vnam manum magis impediretur, ne ageret actiones plures, quàm agens per duas manus. ergo si in nobis impeditur contemplatio per ministrationem, multo ergo fortius in Angelis.

IN CONTRARIVM est, quia habetur in littera, quòd cũ Angeli ad exteriora prodeuor, ab intimis non recedunt, sed Dei præsentiæ, & cõtemplationi semper assistunt.

Præterea in Euangelio scribitur, quòd Angeli eorum semper vident faciem patris. Angeli ergo ad nostram custodiam deputati, a visione faciei Patris, & a contemplatione, faciei Dei non impediuntur. Matth. 18

RESO-

Resolutio Artic.

Angeli mittuntur, & quidem congruè. Idque verò patet considerantibus Angelorum, reliquarum creaturarum, totiusque Vniuersi naturam: nec non Patris, Filij, ac Spiritus Sancti appropriatum.

RESPONDEO dicendum, ad quæstionem illam, cum quæritur: Vtrum angeli mittantur, q̃ primo videdũ est, qd est missio. quo viso apparere poterit: Vtrum angelis competat mitti, vel repugnet eis, quòd mittant. Secundo assignandæ sunt rationes, & causæ, quare dignũ, & congruum sit, quòd angeli mittantur. quia dato, quòd mitti non repugnaret angelis, & q̃ posset eis hoc competere; si tamen nulla esset ratio, vel causa, quare mitterentur, frustra esset eorum missio.

Mittere qd sit.

Propter primũ sciendum, q̃ hoc est mittere: operari, & agere per alium: eo enim ipso, quòd quis operatur per alium, & maximè si ille, per quem operatur, est intellectualis naturæ, dicitur illum mittere, nullus ergo mittitur, nisi habeat virtutẽ ab alio. quia qui à nullo alio virtutẽ habet, nullus alius per ipsum operari potest. Ideo Augu. 2. de Tri. ca. 12. ait, quòd Pater nusquàm scripturarum nobis occurrit, quòd fuerit missus, eo. n. ipso, quòd Pater non habet virtutẽ ab alio, nullus per ipsum operari potest, & per consequens non potest intelligi, quòd mittatur.

Pater cur nusqã missus.

Missio dupliciter.

Dupliciter ergo potest intelligi, quòd aliquis mittatur, sicut dupliciter potest tutelligi, quòd altus per altum operet. quia, vel operatur per ipsum, quia incipit esse, vbi prius non erat, quod non potest esse sine mutatione sui: & hoc modo mitti non pòt eõpetere nisi creaturis: vel nperatur per eum, quia incipit esse qualiter non erat, & sic mitti potest competere, & creaturis, & personis diuinis. eo enim ipso, quòd Pater dat virtutem filio, ex hoc nperatur per filium, & eo ipso, quòd Pater, & Filius dant virtutes Spiritui Sancto, dicuntur operari per Spiritum sanctum. Illud ergo opus, qd est à Spiritu sancto, vt est ab eo, est etiam à Patre, & Filio, cum virtutem operãdi habeat Spiritꝰ sanctus ab eis: & illud opus, quod est à filio, vt est à filio immediatè, est à patre mediante filio, eum virtutem operandi dederit pater filio. Est ergo quodlibet opus à tota Trinitate, & à qualibet persona in Trinitate. quia indiuisa sunt opera Trinitatis, sicut indiuisa est eorum virtus, substantia, & natura. quę enim habent indiuisam virtutem, & substantiam: oportet, quòd habeant indiuisam operationem, vt pater ex Dion. & Dam. sed licet quodlibet opus sit à Trinitate, & à qualibet persona, nõ tamẽ est eodem modo à qualibet huiusmodi persona. Nam sicut est vna, & eadem virtus, & substantia totius Trinitatis, & cuiuslibet personæ, non tamen huiusmodi virtus, & substantia est eodem modo in qualibet huiusmodi persona: vel quod idem est, non eodem modo habet huiusmodi virtutem, & substantiam quælibet persona. quia pater habet eam à nullo, filius habet eã à patre, spiritus sanctus ab vtroque. Sic & ipsum operari habet filius à patre, & spiritus sanctus ab vtroque.

Trinitatis opera indiuisa: sed nõ eodem modo sunt à qualibet p̃sona.

Quotiescunque ergo in creatura fit opus appropriatum filio, potest ex hoc dici mitti filius. quia illud opus operatur pater per filium: & si fiat opus appropriatum spiritui sancto, posset ex hoc dici mitti spiritus sanctus. sed si fieret opus appropriatum patri non diceretur ex hoc mitti pater. quia nullus operatur per patrem, quia nullus dedit patri substantiam nec virtutem, & per consequens nullus dedit sibi, quòd operetur, vel agat. eo ergo ipso, q̃nòd Deus operatur per Angelos, dicitur mittere Angelos, sed, vt diximus, in personis diuinis potest esse missio vno modo tãtum, vt dicatur persona diuina mitti, nõ vbi nõ erat, eũ quælibet persona diuina sit Deus, & sit vbique, sed qualiter non erat: non per mutationem sui, sed per mutationem nostram: sed angeli vtroque modo mittuntur, & vbi non erant, & qualiter non erant, & per mutationẽ sui, & per mutationem eorum, ad quos mittuntur. Mittunt. n. angeli, vbi non erant, cũ mittunt ad nos, vt cum ministrant nobis, & custodiunt nos: mittuntur qualiter non erant, cum mittuntur ad alios Angelos, & cum illuminant eos. Nam secundum Dam. lib. 1. cap. 16. Substantia spiritualis vbi operatur, ibi est. Et secundum eundem lib. 2. cap. 3. Angeli cum sunt in cœlo, non sunt in terra. ergo cum ministrant nobis, & operantur circa nos, desinunt esse in cœlo, & incipiunt esse vbi non erant. sed cum operantur circa seipsos, vt eum vnus illuminat alium, quia hoc localis distantia impedire non potest, non dicitur mitti vbi non erat, sed qualiter non erat. quia non erat ibi, vt illuminans alium, & incipit ibi tunc esse, vt illuminans ipsum. Cum ergo illam illuminationem operetur Deus in inferiori Angelo per superiorem, dicitur Deus ad inferiorem Angelum mittere superiorem. Nec est inconueniens, quòd huiusmodi missio superioris angeli, non solum cum mittitur, vbi non erat, sed etiam cum mittitur qualiter non erat, fiat per mutationem ipsius angeli missi. Incipit enim tunc Angelus sic missus, formare aliqua in intellectu suo, & proponere aliqua intellectualiter inferiori Angelo, quæ prius non proponebat.

Filij, & Spiritus Sancti missio.

Viso quid est mitti, & quòd potest competere angelis, quod mittantur; volumus assignare rationes, & causas, quare dignum, & congruum est, quòd Angeli mittantur. Possumus autem circa hoc assignare. 7. breues rationes, vt Prima sumatur ex parte nostra. Secunda ex parte Angelorum. Tertia ex parte creaturarum, quæ sunt in vniuerso. Quarta ex parte ipsius totius vniuersi. Quinta ex parte Dei, quantum ad appropriatum

Angelorũ missiones rationes quę.

propriatum Patris. Sexta ex parte Dei quantum ad appropriatum Filij. Septima, & vltima ex parte Dei quantum ad appropriatum Spiritus sancti.

Prima via sic patet: Nam ex parte nostra, vt quia nobis valde est necessaria ministratio Angelorum, & eorum custodia; ideo dignum, & congruum est, vt Deus, qui diligit omnia, quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit, quòd ipse subueniat nobis creaturis suis, secundum, quòd vident nos deficere, & necessitatem habere: & quia ipse videt nos habere bellum, & colluctationem aduersus principes, & potestates, & aduersus rectores tenebrarum harum, & aduersus spirituales nequitias, quæ sunt nobis inuisibiles, quibus non possemus resistere, nisi boni Angeli nos iuuarent: ideo dignum est, quod ad nos mittantur, & quòd ad nostram custodiam deputentur.

Secunda via sumitur ex parte ipsorum Angelorum. eum enim debeamus esse ciues vnius, & eiusdem ciuitatis; dignum est, ꝙ nos inuicem diligamus: & ꝙ nos inuicē iuuemus. Propter ipsos ergo Angelos, vt manifestetur eorum dilectio ad nos, & etiam propter eorum meritum. quia in hoc saltem merentur accidentale præmium; dignum est, quòd angeli nobis ministrēt, & ꝙ deputentur ad nostram custodiam.

Tertia via sumitur ex parte creaturarum, quę sunt in vniuerso. Posset enim Deus omnia per se agere, sed, vt non sint superuacua opera sapiētiæ suæ, & vt creaturæ suæ nō sint ociosæ: vult dignitatem suam cōmunicare creaturis, & vult infima reducere in suprema per media, & vult nos reducere per Angelos. Ex parte ergo ipsarū creaturarum ne sint ociosæ, infima reducuntur in Deum per media, & homines per Angelos.

Vniuersi connexio.

Quarta via sumitur ex parte totius vniuersi. Ipsum.n. vniuersum est quoddam totū. opottet ergo ipsum esse connexum. aliter enim huiusmodi totum nō esset quid vnum, & per consequēs nec esset totum. omne enim totum dicit aliquā vnionem, & connexionem partium, huiusmodi autem connexio potissimè est ex eo, quòd partes huiusmodi totius agunt, & patiuntur ad inuicem. connectio enim superficialis, quæ est per contactum exteriorem, modica est. sed connexio virtualis, quæ est etiam in profunda, est maior hoc. n. modo coniungantur actiua passiuis, prout per actionem profundat se agens in passo, siue profundet se directè, quando directè agit in ipsum: siue indirectè, quando non directè agit in ipsum, sed facit aliquid, quo facto fit aliquid in passo. & quia ista est potissima connexio: ideo vniuersum, vt sit bene ordinatum, oportet, vt sit hoc modo connexum, quòd semper superiora agant in media, media in infima.

Superiores ergo Angeli agunt in inferiores, inferiores in nos, ideo 7. de Diuo. scribitur, quòd Deus omnia indissolubiliter concordās semper fines priorum coniunxit principijs secundorum. Fines ergo, & vltimos Angelos, qui carent corporibus, faciens eos operari circa nos, coniungit eos nobis, qui inter corporalia primatum tenemus.

Quinta via sumitur ex parte Dei, quātum ad appropriatum Patris. dignum est enim, quòd Angeli sic operentur circa nos, qui in hoc manifestatur diuina auctoritas, & diuina potentia, quæ operatur per tam excellentes creaturas. quæ potē tia appropriatur Patri.

Sexta via sumitur ex parte Dei, quantum ad appropriatum Filij. nam in huiusmodi ministratione, & missione, non solum relucet diuina potentia, quæ potest operari per tā excellentes creaturas, sed etiam relucet ibi diuina sapientia, qua tam ordinatè gubernat mundum, quòd semper inferiora reducit in superiora per media, & vult nos reducere in seipsum per Angelos.

Septima, & vltima via sumitur ex parte Dei, quātum ad appropriatum, Spiritus sancti. Relucet enim in hoc diuina bonitas, & diuina dilectio erga nos, quæ appropriatur, Spiritui sancto, quando tam excellentes creaturas deputat ad obsequium nostrum.

Resp. ad arg. art.

AD primum dicendum, quòd Deus est vbique præsens, & omnia posset per se ipsum facere. sed vt non sint superuacua opera sapientiæ suæ, vult dignitatem suam communicare creaturis: & vult, quòd creaturę suæ sint causæ, & agant actiones suas, & hoc modo inferiora corpora gubernētur per superiora: & homines rationē vtentes tanquam inferiores gubernentur, & custodiantur per Angelos.

Deus p Angelos cuncta gubernat.

Ad secundum dicendum, quòd Angelus agit intellectualiter, idest, agit per intellectum. sed actio intellectualis est duplex, vna: quæ est in ipso intellectu, & hoc non determinat sibi locum, immo magis abstrahit a loco, & a mundo. quia, vt dicit Augustinus 4. de Trinitate, inquantum aliquid æternum mente capimus, non in hoc mundo sumus.

Alia est autem intellectu alis operatio, quæ extendit se ad exteriorem naturam, prout Angeli agunt aliqua circa nos, vel circa phantasmata nostra, vel circa aliquod corpus mouēdo ipsum: & talis operatio Angeli licet sit ab intellectu ea, oportet, ꝙ determiner sibi locum, sicut determinat sibi res illa, circa quam agit.

Ad tertium dicendū, quòd missio diuinæ personę potest sufficere ad quęcunque agenda, sicut & ipse Deus potest sic sufficere, quia persona diuina missa Deus est. Propter quod sicut Deus posset per se immediatè facere, tamen vt non sint superuacua opera sapientiæ suæ, vult communicare suis creaturis, quòd agant. sic licet persona diuina missa posset omnia facere, non tamen per talem missionem vult Deus actionem, & dignitatē tollere à creaturis suis: sed aliqua facit

Deus,

Deus, & diuina persona missa per se ipsam: aliqua per ministros suos, & per creaturas suas.

Ad quartum dicendum, quòd cœlum Empyreum locus est pertinens ad dignitatem Angeli secundum congruitatem: non, quòd aliquid recipiat Angelus ab huiusmodi cœlo, propter quod quando non est in huiusmodi cœlo Angelus, nihil deperit sibi. Congruum est enim, quòd superiores spiritus, sicut sunt Angeli beati, sint in supremo corpore: cuiusmodi est cœlum Empyreum: propter tamen aliquas rationabiles causas aliquando tactas aliqui de illis angelis mittuntur ad nos, vt ministrent nobis. quod cum sit, nihil deperit ipsis Angelis, quia non sunt minoris potentiæ, nec debilioris contemplationis, cum sunt hic nobiscum, quàm cum sunt in cœlo. Sicut ponitur familiare exemplum de Magistro in cathedra, quia congruum est ipsum esse in tali loco: tamen cum est extra cathedram nihil deperit ipsi Magistro, quia cathedra nihil conferebat sibi.

Ad quintum dicendum, quòd Angeli in suo ministerio principaliter ministrant Deo, quia in hoc exequuntur diuinum mandatum: nobis autem non ministrant principaliter, sed secundario: ex qua ministratione non sunt propriè inferiores omnibus, quibus ministrant in aula regis, quia hoc non faciunt ad imperium eorum, sed ad imperium regis.

RESOLVTIO.

Missione interiori Angeli mittuntur omnes: exteriori autem inferiores tantum.

Angeli an omnes mittantur.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrum omnes Angeli mittantur: potest distingui de missione: quia, vt dicebatur, duplex est missio angeli. Vna cum mittitur vbi non erat. Alia, qua mittitur qualiter non erat, vel quod idem est, vna est missio angeli, qua mittitur exterius ad nos: alia quæ mittitur ad alios angelos. Cum enim mittitur exterius ad nos: mittitur vbi non erat, sed cum mittitur ad alios angelos: mittitur qualiter non erat: non est autem dubium, quòd cum à cœlo veniunt angeli in terram, & operantur aliqua circa nos, vbi prius non operabantur, nec erant, quòd talis aduentus Angelorum ad imperium diuinum factus potest dici missio. Nam quicquid mutat locum, vel quicunque pergit de loco ad locum ad imperium alterius, ille potest dici missus ab eo, sed cum vnus angelus illuminat alium, vbi non oportet esse aliquam mutationem loci, dubium esse posset: Vtrum tale quid posset dici missio: sed, vt patuit, eo ipso, quòd illam illuminationem operatur Deus in angelo inferiori per superiorem, dicitur mittere angelum superiorem ad inferiorem: non quòd mittat eum

A vbi non erat, sed qualiter non erat; quia cum prius non esset illuminans inferiorem: incipit postea sic esse illuminans. Cum ergo quæritur: Vtrum omnes Angeli mittãtur, dici debet, quòd nullus est, qui non mittatur altero istorum duorum modorum. Nullus est enim, qui non mittatur, vel ad nos, & vbi non erat: vel ad alios angelos, & qualiter non erat. Propter quod illud verbum Apostoli ad Hebr. Omnes sunt ad- Hebr. 1.
ministratorij spiritus in ministerium missi: propter eos, qui capiunt hæreditatem salutis: vno modo posset exponi de vtroque modo missionis, quia nullus est, qui non mittatur aliquo istorum duorum modorum. & hoc propter salutem nostram, quia quòd superiores illuminent inferiores de gubernatione mundi: hoc est propter salutem electorum. Sed licèt hæc sit quædã
B veritas: non tamen hoc quærit proposita quæstio. Non enim quærit de missione illa, quæ fit ad angelos, sed de missione exteriori, quæ fit ad nos. Vtrum secundum huiusmodi missionẽ exteriorem omnes mittantur.

Et quia videntur in hoc esse contrariæ sententiæ, quia in Daniele scribitur, quòd aliqui ministrant, aliqui assistunt. Ad Hebr. dicitur: Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Ideo, vt habetur in littera, quidam has controuersias concordare volentes, distinxerunt inter assistere, & mitti: ex officio, & ex suborta causa. Ex officio enim quidam sunt assistentes, quidam ministrantes, secundum q̃ dicitur in Dan. Sed ex suborta causa, vt aiunt, nullus est, qui non ministret: nullus est, qui non
C mittatur huc inferius, quantumcunque sit de supremo ordine. Nam ad Esai. vt habetur Esai. 6.
Esai. legitur missus vnus de Seraphin, cum tamen ille sit ordo supremus. Et hoc modo secundum sic dicentes loquitur Apostolus: Omnes sunt in ministerium missi: non ex officio, sed ex suborta causa. Sicut videmus hic inferius, quòd Reges, & Principes habent aliquos, quorum officiũ est discurrere, & voluntatem Regis aliis annunciare: nihilominus tamen ex aliqua causa suborta contingit aliquando, quòd maiores de curia mittantur, & destinentur: immo etiam contingit aliquando ipsos Reges, & Principes ire ad locũ aliquem: si sit negotium valde arduum. Sic, vt aiunt, est in proposito, quòd ex officio mittuntur inferiores: ex suborta causa mittuntur ali-
D quando quantumcunque superiores, propter valde ardnum negotiom mittuntur etiam ipsæ diuinæ personæ.

Sed hæc positio non videtur rationabilis. Nã de missione Angelorum, quòd mittantur ad aliquod negotium hi, vel illi: non nisi triplex causa esse potest: videlicet ordo Angelorum: ipsi angeli, & nos, ad quos fit talis missio; Vel hoc ergo fit propter ordinem Angelorum missorum, vel propter ipsos angelos missos, vel propter nos, ad quos fit talis missio. Angeli supremi cur à hominibus non mittantur.

Propter ordinem quidem Angelorum missorum

rum, non poteſt hoc contingere, quòd ipſi ſupremi Angeli ad nos mittantur, quia hoc non eſt ordinem Angelorum ſtatuere, ſed magis eſt huiuſmodi ordinem tollere. Nam lex, & ordo diuinitatis eſt, vt ſupra diximus, reducere infima in ſuprema per media. Cum ergo inferiores Angeli ſint medij inter nos, & Angelos ſupremos, quòd homines electi reducantur ad illam ſocietatem Angelicam: hoc fiet non per ſuperiores, ſed per inferiores Angelos ad nos miſſos. In ipſis enim miſſionibus, quòd mittantur iſti, vel illi Angeli, cauſa eſt ordo, vt quòd ad annunciandum minora mittantur angeli, ad annunciãdum maiora Archangeli. Congruum enim eſt, quòd ſicut eſt ordo in negocijs: ita ſit ordo in nuncijs, vt annunciationes, & negociationes minores fiant per Angelos, maiores per Archangelos: ſed, quòd ipſi ſupremi mittantur ad nos, & quòd nos ſint aliqui ita ſupremi, qui ad nos non deſcendant, non eſt Hierarchias, & ordines Angelorum ſtatuere, ſed magis eſt huiuſmodi ordines confundere. non ergo huiuſmodi cauſa, quòd ſic mittantur Angeli ſupremi, poterit eſſe ordo Angelorum miſſorum.

Nec etiam eſſe poterant tali cauſa ipſi Angeli miſſi, vt dicatur, quòd ideo mittantur ſuperiores, quia per inferiores tale quid fieri non poteſt. quia omnia hæc agẽda per Angelos fieri poſſunt per inferiores. Poſſunt enim aliqua fieri per diuinas perſonas, quæ non poſſunt fieri per Angelos, ſed de his, quæ poſſunt fieri per Angelos: nõ oportet, quòd mittantur ſuperiores. Videmus enim, quod vnus Angelus mouet totam octauã ſphætam, vbi ſunt tot ſtellæ: quarum ✻ quælibet dicitur eſſe maior tota terra. Cum ergo non fiant miſſiones Angelorum niſi propter electos, & cum non ✻ inhabitetur de terra, niſi quarta pars, nec illa etiam habitetur tota: modicum eſt illud: conſiderata Angelorum potentia, per quos fit talis miſſio. Rationale eſt enim, quòd motores cœlorum ſint inferiores angeli, qa ſemper infima ſuprem orũ attingunt ſuprema infimorũ. Inferiores ergo Angeli attingunt ſuperiora corpora, i. cœlos. Si ergo inferiores Angeli mouent ipſos cœlos: non oportet, conſiderata Angelorum potentia, quòd ad agendum tam modicum quid, ſicut id quod agitur circa nos, qui tam modicam de terra occupamus: quòd mittantur ſuperiores Angeli. Probabile eſt enim, quòd excellentiores ſint angeli, qui mittuntur ad nos, quàm qui ſunt motores cœlorum. Nam motionem cœlorum poterimus reducere in ordinem naturæ, vt quòd ſubſtantiæ ſpirituales tanquàm excellentes creaturæ: moueant corpora ſupercęleſtia tanquàm excellentia corpora. Vnde & Philoſophi nihil conſiderantes de ordine gratiæ, poſuerunt Intelligẽtias motrices orbium. Sed miſſio Angelorum ad nos reducitur in ordinem gratiæ, qui eſt excellẽtior, quàm ordo naturæ. Ideo non eſt inconueniens, quòd excellentiores ſint Angeli, qui mittuntur ad nos, quàm motores cœlorum: non tamẽ oportet, quòd illi ſint omnino ſupremi, quia hoc eſſet illorum ordinem gratiæ pernertere, cum potiſſimè ordo gratię debeat ordinatè fieri, vt de his, quæ ſpectant ad ordinem gratiæ, & ad ſalutem electorum: ſuperiores immediatè illuminentur à Deo. & hoc patefaciãt inferioribus modij, & medij miſſi ad nos, iuuent nos ad huiuſmodi ſalutem conſeqnendam. Ex parte ergo ordinis, vt dicebamus, non arguitur propoſitum, quòd omnino ſuperiores Angeli ad nos mittantur, nec etiam ex parte ipſorum Angelorum, vt quòd ideo hoc fiat, quia non niſi per omnino ſuperiores talia fieri poſſint, quia ſi quaſi per omnino infimos Angelos etiam ipſi cœli mouẽtur: non oportet, quòd ſint omnino ſupremi, qui ad nos mittuntur Angeli, ſed non de ordinibus omnino ſupremis. De quibus autem ordinibus omnino mittantur, & de quibus non: eſt per ſuperius habita declaratum.

Sed ſicut, nec ex parte ordinis, nec ex parte Angelorum miſſorum: poteſt accipi cauſa, quòd omnino ſupremi angeli ad nos mittantur. Sic etiã non poteſt accipi talis cauſa ex parte noſtra, vt dicamus hæc ſic fieri, quia ſic nobis expedit, vt ſicut communiter ponitur, quòd fiunt miracula propter nos, & ſic multoties præter conſuetum curſum naturæ, vt nos ducamur in admirationem, & ſtuporem, & ſic dncti facilius cõuertamur, quia ordo naturæ eſt nobis notus, & ideo cum prætermittitur talis ordo ſtatim obſtupeſcimus, & obſtupefacti admiramur, & admiranies facilius conuertimur. Sed ſi miſſio Angelorum inniti tur ordini gratiæ, vt propter electos, & propter conſequendam gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, & vt iuuemur, & manuducamur ad hęc babẽda, fit ad nos miſſio Angelorum, ſi ordo debitus in talibus hoc requirit, quòd mittantur ad nos inferiores, non ſuperiores: non oportet, quòd propter nos mutetur huiuſmodi ordo, vt quòd mittantur ad nos eriã ipſi ſuperiores, ex qua miſſione admirantes, & obſtupefacti facilius conuertamur. quia non eſt nobis ſic nota miſſio Angelorum, ſicut eſt nobis notus ordo naturæ. Immutatio ergo ordinis naturæ, ſicut fit in miraculis, propter nos, vt admiremur, multoties facta eſt: ſed cum nobis non ſit nota miſſio Angelorum, non oportet, q propter admirationem noſtram ordo huiuſmodi immutetur.

* Stella quælibet eſt alia ſphæra eſt maior tota terra idem latè ſupra d. 2. q. 2. ar. 2. d. 10. q. 1. & d. 14. q. 3. ar. 1.

* Terra habitatio quarta pars, & minima. idẽ in prologo. idem infra dist. 14.

RESP. AD ARG. DVB. I.

AD primum dicendum, quòd Angelus miſſus ad Eſai. ſecundum Dio. fuit de inferioribus Angelis, ſed ratione officij dictus eſt Seraphin, quia miſſus fuit ad incendenda labia Eſai. & Seraphin interpretatur incendens: ideo ratione operis, quod agebat, dictus eſt Seraphin, idest incendens. Vel poſſumus dicere, q inferiores Idem ſupra.

riores Angeli agunt, quæ ſpectant ad ſalutẽ electorum: pront de illis illuminantur à ſuperioribus. & quia hoc agunt in virtute ſuperiorum: ideo, quæ inferiores agunt, poſſunt ſuperioribus attribui. Angelus ergo, qui volauit ad Eſai. fuit de inferioribus Angelis. Dicitur tamen ad Eſai. volaſſe Seraphin, & opus quod fecit ille Angelus inferior attributum eſt ipſi Seraphin, quia ea, quæ ſunt inferiorum, vt diximus, attribui poſſunt ſuperioribus, in quorum virtutu agunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi: loquendo de miſſione exteriori, & interiori, ſiue de miſſione, quæ fit ad Angelos, & ad nos. Nam nulli ſunt Angeli, qui non mittantur: quia, vel mittuntur qualiter non erant, eum illuminant inferiores Angelos, quos prius non illuminabant: vel mittuntur, vbi non erant, cum mittuntur huc inferius ad nos, vt nos iuuent ad eou ſequendam ſalutem noſtram. Vel poſſumus dicere, quòd cum dicit Apoſtolus: Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus: non loquitur de omnibus Angelis ſimpliciter, ſed de omnibus, qui mittuntur huc ad nos, qui iuuant nos ad conſequendam hæreditatem ſalutis noſtræ, inter quos Angelos computant Angeli, per quos data eſt lex vetus. Vult enim Apoſtolus, vt communiter ponitur, per illud verbum aſſignare excellentiam legis nouæ, quæ data eſt per filium, ad legem veterem, quæ data eſt non per Angelos aſſiſtentes, ſed per Angelos, qui mittuntur huc ad nos, qui omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus.

Ad tertium dicendum, quòd diuinæ perſonę mittuntur non eodem modo ſicut mittuntur Angeli, quia non mittuntur vbi non erant, ſed ſolum qualiter non erant: non mittuntur per aliquam mutationem ſui, ſed ſolum per mutationem eorum, ad quos mittuntur: ita, quòd nihil minoritatis, vel indignitatis eſt in perſona miſſa reſpectu non miſſæ: ita, quòd filius in eo, quòd Deus, & etiam Spiritus ſanctus, qui mittuntur à Patre: in nullo ſunt minores; vel indigniores eo. Sed non ſic eſt dn Angelis, quia & mittuntur, vbi non ſunt. quod non eſt ſine mutatione eorum: & etiam cum mittuntur qualiter non ſunt, fit per aliquam mutationem facta in eis: immo, cum nos loquamur de Angelis miniſtrantibus, qui mittuntur, vbi non ſunt; hoc non fit ſine mutatione facta in ipſis. & qui tales ſunt, non ſunt tantæ dignitatis, ſicut ſunt aſſiſtentes. Data eſt ergo differentia inter perſonas diuinas, & Angelos. quia perſonæ diuinæ non incipiunt eſſe vbi non erant, ſed ſolum qualiter non erant, non per mutationem ſui, ſed per mutationem aliorum. Angeli verò incipiunt etiam eſſe, vbi non erant: non ſolum per mutationem aliorum, ſed etiam per mutationem ſui.

Deus non incipit eſſe vbi nõ erat, ſed qualiter non erat.

Sed ſi quæratur: Vtrum perſonæ diuinæ poſſint incipere eſſe etiam, vbi non erant; Dici poteſt, quòd perſonæ diuinæ, quantum ad res creatas cum ſint vbique: non poſſunt incipere eſſe, vbi non erant, ſed ſolum qualiter non erant. Sed quantum ad res creandas, vt ſi de nouo fieret aliquid ex nihilo: & potiſſimè, ſi crearetur aliquid de nouo per ſe exiſtens: Hoc poſito: inciperent diuinæ perſonæ eſſe etiam vbi nou erãt, quia in nihilo Deus eſſe non poteſt, cum ipſum nihil non ſit ſuſceptiuum alicuius influentiæ. ſed tamen ſi hoc eſſet, non fierer per mutationem Dei, ſed ſolum per mutationem creaturæ de nouo creatæ: in quo ſemper diuinæ perſonæ differunt ab Angelis, & ab omnibus creaturis, quæ ſecundum, quòd huiuſmodi: poſſunt incipere eſse etiam, vbi nou erant per mutationẽ ſui, ſed de hoc in Prologo, quem faciemus ſuper tertio aliquid dicemus.

Poſſicetur ſe ſcripturã ſuper 3 lib. ſent. & ſcripſit, ſed liber integer non inuenitur.

Ad quartum dicendum, quòd omnes dicuntur Angeli, & omnes dicuntur nuncij, quia omnes nonciant diuinam voluntatem: quia, vel eã nunciant ipſis Angelis, quod faciunt ſuperiores, & aſſiſtentes: vel eam nunciant nobis, quod faciunt Angeli inferiores, & miniſtrantes.

RESOLVTIO.

Angeli miniſtrantes à diuina contemplatione non retardantur, cum contemplatio ipſa ſit cauſa, & ratio miniſteriorum, quæ cum exercent, in arte illa diuina contemplantur.

AD id autem, quod quærebatur: Vtrum Angeli miniſtrantes retardentur à contemplatione Dei: Dicendum, quòd, vt communiter ponitur, adminiſtrantes in nullo retardantur à cõtemplatione Dei. quia quando aliquid eſt ratio, & cauſa alicuius operis, vel alicuius actus: illud non impedit illum actum, immo ſimul ſtat cum illo actu: vt ſi viſio lucis eſt ratio viſionis coloris, viſio lucis non impedit viſionem coloris: immo ſimul ſtat viſio huiuſmodi cũ viſione illius: immo niſi eſſet lux perfuſa coloribus: nullo modo viderentur colores. Sic & in propoſito: contemplatio Dei eſt ratio, & cauſa miniſteriorum, quæ exercent Angeli hic inferius, quia ſecundum, quòd contemplantur in Deo, & ſicut vident in illa arte diuina, ſic agunt hic inferius. Sed ſi in omnibus actionibus, vel in omnibus, quæ hic inferius agunt, dirigerentur Angeli: ſolum per ea, quæ contemplantur in Deo, & non per ea, quæ cognoſcunt in proprio genere, ſufficiens eſſet hæc communis reſpõſio. Nam ſi quis ad hoc opus, quod eſt ſcribere, dirigitur per viſum: nullo modo bene argueret, qui diceret, quòd non poſſumus ſimul videre, & ſcribere: immo cum ſcribimus, oportet, quòd ſimul, & videamus, cum nõ ſcribamus, niſi videndo. Sic & ſi in cantu dirigimur p auditum diſcernẽdo notas: oportet, p & canẽdo vtamur auditu, quo iu dicemus de notis. Ita & in propoſito: ſi nõ diri-

guntur Angeli in ſuis miniſterijs niſi per ea, quę cernuntur in diuina arte: oportet, quòd ſimul videant artem illam, cum miniſtrant. Sed, vt iam tetigimus, multa agunt Angeli circa cuſtodiam noſtram, ad quæ diriguntur per ea, quæ cernunt in proprio genere. Nam vt infra patebit: inter Angelos ipſos eſt pugna, quia vt habetur in Dan. Princeps Perſarum teſtitit Angelo Gabrieli, qui volebat liberationem Iudæorum 21. diebus, ꝙ ſi ea, quæ volebat Gabriel Princeps Iudæorum, & alius Angelus Princeps Perſarum: fuiſſent viſa in vna, & eadem arte: non obuiaſſent ſibi inuicem, nec vnus reſtitiſſet alteri: & ideo, vt infra patebit, dicere poſſumus, quòd quilibet Angelus bonus vult adimplere voluntatem Dei, ſed non ſemper eſt eis nota diuina voluntas, nec ſemper vident in illa diuina arte, quid Deus velit. ideo cum rationabiliter per ea, quæ vident in Deo, vel per ea, quæ vident in proprio genere, poſſunt aliqua coniecturari de diuina voluntate, ſic exercent opera ſua, vt Princeps Perſarum impediebat liberationem Iudæorum, quia fortè tunc multi erant mali inter Iudæos, & ex hoc dictabat intellectus eius, quòd non eſſent digni liberatione. Vel fortè, quia videbat, quòd per moram Iudæorum inter gentes Perſarum, Gens Perſarum incitabatur ad bonum, nolebat liberationem Iudæorum. Econtra autem, quia Gabriel videbat inter Iudæos, multos eſſe bonos, & quia videbat, quòd dignum erat, orationes Danielis exaudiri, qui orabat pro tali liberatione, volebat liberationem ipſorum. Vterque ergo in his, quę agebat, aliqualiter dirigebatur proprio motu: ideo poterant eſſe diſcordes, & fuerunt diſcordes: donec in ipſa arte diuina viderunt, quid eſſet agendum, & donec Deus reuelauit eis voluntatem ſuam de liberatione Iudæorum. Si ergo in his, quæ agunt circa noſtram cuſtodiam aliquando diriguntur angeli proprio motu: non eſt ſufficiens communis ratio, quòd ideo angeli à contemplatione Dei non tetardantur cum miniſtrant nobis. quia illa contemplatio eſt cauſa, ratio, & exemplar miniſteriorum, quæ agunt. quia, vt patet in multis eorum actionibus, aliquando diriguntur proprio motu. Ideo ſi plenè volumus videre: Vtrum miniſtrando retardentur à diuina contemplatione, videndum eſt: Vtrum cum diriguntur proprio motu, & cum agunt per ea, quæ cognoſcunt in proprio genere, retardentur à diuina contemplatione. Quod Auguſtinus 4. ſuper Geneſ. ad litteram planè determinat, volens quòd angeli ſimul contemplentur æternitatem Creatoris, & ſimul in proprio genera cognoſcant creaturas, & ſimul ex hoc ſurgant in laudem Creatoris. Vnde ait, quod ſimul hoc totum faciunt, ſimul habent diem. i. meridiem, ſimul habent veſperam, & manę. Simul enim habent Angeli cognitionem Meridianam, ſiue Diurnam: prout cognoſcunt res in verbo: & cognitionem Veſpertinam, prout cognoſcunt res in proprio genere: & Matutinam, prout ex hoc ſurgunt in laudem Creatoris. In nullo enim vnum impedit aliud: ſymo vnum iuuat ad aliud. Niſi enim cognoſcerent res in proprio genere, & non haberet intellectũ plenum formis: nunquàm cognoſcerent res in verbo: & per ea, quæ cognoſcunt in verbo, in nullo impediuntur à cognitione eorum, quæ cognoſcunt in proprio genere; immo talia clarius vident in verbo, quia vt Auguſtinus ait 12. de Ciuitate Dei. Angeli ipſam creaturam, ac etiam ſeipſos melius vident in ſapientia Dei, tanquàm in arte, qua facta eſt, quàm in ipſa creatura, vel in ſeipſis, i. quàm in proprio genere. Dato ergo, ꝙ per ea, quæ vident in proprio genere: mouentur ad agendum aliquid: non tamen propter hoc eorum actiones, & miniſteria impediũt contemplationem Dei, quia ſimul ſtat viſio in proprio genere: prout ea, quæ vident in proprio genere, clarius vident in ipſo Deo.

Aduertendum tamen, quòd ratio facta non ſufficienter concludit, quòd in omnibus ſuis miniſterijs non regulentur Angeli per contemplationem Dei. Nam ſi mouentur proprio motu ad aliquid agendum: ille proprius motus innititur alicui viſioni. Nam ideo mouentur ad ſic agendum, quia aliquid vident, ſeu aliquid contemplantur: vnde rationabiliter coniecturant, quòd ſit voluntas Dei, quòd ita debeant agere. Sed ſi dicatur, quòd cum mouentur proprio motu: hoc fit per ea, quæ vident in proprio genere. Dicemus, quòd illa eadem, quæ vident in proprio genere, clarius & apertius vident in Deo. Si ergo ad ſic agendum regulantur per ea, quæ vident in proprio genere: multo magis regulantur per ea, quæ vident in Deo: & quia vtroque modo vident, & vtroque modo aliqualiter mouentur ad operandum, & ad agendum: ideo non eſt inperuacuum videre: Vtrum miniſtrando retardentur à tali contemplatione, prout in eorum miniſterijs aliqualiter dirigũtur, vel prout eorum miniſteria vident, & cernunt per ea, quæ cognoſcunt in proprio genere. quod eſt quęrere: vtrum viſio in proprio genere in aliquo retardet, vel impediat contemplationem in verbo.

Poſſumus autem tripliciter declarare, has viſiones in nullo ſe inuicem impedire: prout huiuſmodi viſiones ad tria comparari poſſunt: vel ad ipſum ſubiectum, in quo ſunt, vt ad angelũ: vel ad ſeipſas, vel ad ſuas radices, & ad ea, quibus innituntur: vt quia vna innititur naturæ, altera gratiæ.

Primum autem ſic patet: Nam Angelus in vtraque viſione non ſimiliter ſe habet, quia in viſione in proprio genere ſe habet, vt agens: ſed in viſione in verbo magis ſe habet, vt quid patiens. in viſione etiam in proprio genere ſe habet intentio Angeli, vt præueniens, ſaltem naturaliter: in viſione in verbo magis, vt cõcomitans. Imaginabimur enim, quòd in viſione in proprio genere Angelus habet ſpecies apud ſe. Et ſm intentionem voluntatis nunc ſe conuertit ſuper hanc ſpeciem, nũc ſuper illã: & ſicut ſe cõuertit, ſic intelligit.

Angelorum pugna ſemper eſt ad voluntatem Dei adimplendi. Vide Oxoch. 2. ſent. q. 4. ad arg. idẽ ſalius infra d. 45. art. vlt.

Tomo 1.

Angelorum cognitio Matutina, Meridiana, & Veſpertina.

Tomo 3. cap 29.

Angelus nõ eodem modo res in proprio genere, & in verbo cognoſcit.

telligit, habet se ergo Angelus in tali intellectione, vt agens, prout per intentionem voluntatis nunc ic cõnectit super hanc spẽm, nunc super illã: & sicut se conuertit, sic intelligit. Ipsa etiã intentio voluntatis in tali intellectione se habet, vt præueniens saltem natura: prout intelligitur Angelus prius per intentionem voluntatis se conuertere super speciem aliquam, quàm, q̃ intelligat per illam. Sic ergo intelligit Angelus res in proprio genere. Sed cum intelligit res in Deo, vel cum intelligit ipsum Deum, non se habet sicut agens, sed magis sicut patiens: & sua intentio non se habet, vt præueniens: sed magis, vt concomitans. Imaginabimur enim, quòd ipsa essentia diuina existens in Angelo: causat visionẽ sui ipsius in intellectu eius. Non enim est, quòd Angelus per intentionem voluntatis tribuat aliquã actualitatem essentiæ diuinæ, & quòd sic per intentionem voluntatis se conuertat super essentiã diuinam, vt intelligat eam, sicut se conuertit super speciem, vt intelligat per ipsam. Sed Deus ab initio creationis Angelorũ semper fuit innitus Angelis, nõ tamen ab initio Angeli viderunt Deum per essentiam, quia non habuerunt intellectum sufficienter dispositum, quod posset suscipere actionem illam diuinæ essentiæ, quæ est eius visio, sed Deus in Angelis bonis disposuit, & præparauit eorum intellectum ad suscipiendã huiusmodi actionem: & causauit, & continuè causat intellectionem, & visionem sui ipsius in intellectu eorum. quia ergo visio Dei innititur actioni Dei: prout Deus causat visionem sui ipsius in intellectu Angeli: visio autem in proprio genere innititur actioni ipsius Angeli: prout Angelus nunc se conuertit super hanc speciem, nũc super illam: ideo tales actiones se non impediũt. quia cum Angelus agit actionem suam, non impeditur Deus, quin possit agere suam: vel cũ Angelus agit actionem suam, vel cum est ageus respectu sui, non impeditur, quin possit esse patiens respectu Dei. In actione ergo Angeli, vt dicebamus: prout intelligit res in proprio genere: intentio voluntatis eius se habet, vt præuentẽs. sed in visione Dei magis se habet, vt concomitans, & vt consequens: prout Deo imprimente visionem sui ipsius in intellectu Angeli, Angelus est intentus, & attentus ad visionem illam, & complacet sibi in ea. Si benè ergo consideretur, secundum quem modum sunt in Angelo istæ visiones: patet eas non habere repugnantiam ad inuicem: immo aliquid simile vtrique visioni inuenimus in cognitione secundum proprium genus. Nam Angelus aliter cognoscit se, aliter cognoscit alia, quamuis eam cognitio sui, quàm aliorum dicatur esse secundum proprũ genus. Nam & se cognoscit, prout essentia sua est præsens intellectui suo, & causat intellectionem sui ipsius in eo. Ideo ab ipso intelligere nũquàm cessat, quia semper sua essentia est sic præsens suo intellectui, & semper est sic causans huiusmodi actionem. Sed alia à se cognoscit, prout se conuertit supra species eorum. Ab huiusmodi autem intelligere aliquando cessat Angelus, quia prout intelligit aliqua per aliquam speciem: potest cessare ab illa intellectione, conuertendo se super aliam speciem. In intelligere ergo per speciem aliquam, intentio Angeli est præueniens: intelligere se per essentiam, intentio Angeli est quasi concomitans, & quasi causans, prout essentia Angeli causat intellectionem sui ipsius in intellectu eius. Angelus n. est attẽtus, & intẽtus ad intellectionem illam, & complacet sibi in ea. Sicut ergo hæ duæ intellectiones se compatiuntur, quia simul intelligit Angelus se per essentiam, & alia per speciem, sic illæ duæ visiones simul stantes in nullo se impediunt, quia simul intelligit Angelus res in verbo, & in proprio genere.

Angelus quo se, & alia simul cognoscat.

Sed dicet aliquis, quòd simul potest stare visio rerum in verbo, & visio rerũ per spẽs. quia vna est per essentiã verbi, alia est per species rerũ. Sed visio rerum in verbo, vel visio ipsius Dei, & visio Angeli, prout videt, & cognoscit se, simul stare nõ potest. quia vtraq; est per essentiã rei in se: nam Angelus videt Deum per essentiam Dei, & cognoscit se per essentiã sui: & quia illæ visiones eodẽ modo se habere videntur: vna erit impeditiua alterius. Obiectio.

Sed dicemus has actiones esse à diuersis agentibus, & esse alias, & alias: nec est inconueniens, vnum, & idẽ patiens ab alio, & alio agente simul pati aliam, & aliam actionem: vt aer simul calefit ab igne, & illuminatur à Sole: & si de ipsa illuminatione vellemus loqui: vnus, & idem aer à diuersis luminibus simul aliam, & aliam illuminationem suscipit. Sic & essentia Dei imprimit intellectionem suam in intellectu angeli, & essentia angeli simul imprimit intellectionẽ suã in eodem intellectu: & etiam intentio voluntatis mediante specie, supra quam se conuertit: intellectionem rerum imprimit in tali intellectu: & hæ intellectiones, quia sunt variæ, & diuersæ, & sunt causatæ à diuersis agentibus, ideo repugnantiam ad inuicem non habent. Soluio.

Secundo huiusmodi intellectiones possunt comparari ad seipsas, secundum quam comparationem magnã diuersitatẽ habẽt: & quia in vno, & eodem subiecto nõ possunt esse plura eiusdem rõnis. Sed nõ est inconueniens esse ibi plura diuersarũ rationũ: iõ hmõi intellectiones, & visiones, nec nubiant sibi, nec habent repugnantiã ratione intentionis voluntatis: cum intentio voluntatis non se habeat ibi eodem modo, nec ratione agẽtium, cum fiant à pluribus agentibus, nec etiam habent repugnãtiam ad inuicẽ ratione sui, quin possint esse simul in eodem subiecto. quia cũ sint diuersarum rationum, simul in eodem subiecto esse possunt.

Tertio possunt hmõi visiones cõparari ad suas radices, & ad ea, quibus innituntur. quia visio rerũ in verbo innititur gratiæ: visio in proprio genere innititur naturæ. Sicut ergo gratia non repugnat naturæ, sed stat simul cum natura, & perficit naturam: sic visio rerum in verbo non repugnat visioni in proprio genere,

ſed conſtat ſimul cum tali viſione, & poteſt dici perfectio huiuſmodi viſionis: prout illas eaſdē res, quas vident Angeli in proprio genere: perfectiori modo videnr in verbo. Angeli ergo in mioiſtrando nobis, & io agendo circa oos opera, ſi regulantur circa talia opera per contemplationem, quam babent in verbo: non impediuntur à tali contemplatiooe: ſicut miniſtrando non impedinntur à tali contemplatione: immo nō poſſent mioiſtrare, niſi contemplarentur, ſicut ponebatur exemplum. quia non poſſumus ſcribere niſi regulemur per viſum: ideo cum ſcribimus, oportet nos continnè videre. Si verò qnis dicat, quòd in talibos actiooibus regulātur Angeli per ea, qnę vident io proprio genere, ex boc nō oportet Angelos ſic agendo, & mioiſtrando impediri à cootemplatiooe Dei, qnia viſio in proprio genere in nullo impedit cootemplatiooem Dei.

A

B

Resp. ad arg. dvb. ii.

AD prim om dicendum, quòd ooo eſt ſimile de Angelis, & de nobis. quia nos non totelligimus, oiſi voo modo: conuertendo oos ad phātaſmata, ſed Angelus aliter intelligit creaturas, quia intelligit eas per ſpeciem: aliter ſe, quia per eſſentiam proptiam: aliter Deum, quia per eſſentiam Dei: Ideo in Angelis vna huiuſmodi intellectio non impedit aliam. ſed ſimul intelligit Deū per eſſentiam Dei, & ſe per eſſeotiam propriam, & alia per ſpeciem. Dato ergo, quòd in mioiſtrādo regularetur per ea, quæ cognoſcit io proprio genere: non propter hoc retraheretur à contemplatione Dei. Vel poſſumus dicere, quòd omnia, quæ videt Angelus in proprio genere, clarius videt in divina Sapiētia: ideo in omnibos ſuis agēdis potiſſimè regulatur per diuinam Sapientiā. Sicut ergo cum homines per artē aliquid agunt, ſimul contemplantur in arte regulas agendorū, & per illas agunt, vel ſimul contemplantur huiuſmodi regulas, & opus, quod faciunt per ipſas. cum vnum ſit ratio alterius. Sic multo magis: & Angeli, ſimul contemplabuntur regulas agendo ſum in divina Sapientia, & cognoſcent ea, quæ ſunt ab eis agenda, & operabuntur illa.

Ad ſecuodom dicendum, quòd, vt diximus, Angelus in cognitione Dei, & in contemplatione eius magis ſe habet per modum teceptionis, quàm actionis. Sicut enim Luna ſimul recipit lumen Solis, & ex huiuſmodi lumine recepto illuminat alia, & agit in alia: ſic & Angeli ſimul poſſunt contemplari Deum, & recipere lumen diuinum, & poſſunt illuminare oos, & agere circa nos.

Ad tertiū dicendū, q̄ Angelus agēdo, & miniſtrando, nō impedītur à contēplatione. quia contemplatio eſt ratio agēdi, & miniſtrādi: ſed intendere per ſenſum circa agibilia non eſt in oobis rō contemplandi: immo eſt magis ratio à contēplatione diſtrahendi. Vbi autem vnum eſſet ratio alterius, ſimul ſtaret vnum cum alio.

C

D

QVÆSTIO III.

De Angelorum locutione.

Ierca tertiam autem, i. circa locutionem Angelorum primo qǫeritur Vtrum idem ſit locutio Angeli, & cogitatio.

ARTIC. I.

An Angelorum locutio, & cogitatio ſint idem: Concluſio eſt negatiua.

Aegid. de cogn. Ang. q. 12. D. Bon. d. 10. art. 3. q. 1. Brul d. 10. q. 5. Holz oth. 2. ſent. q. 4.

IT videtur, qnòd ſic, qoia hoc eſt loqui: verba formare, & exprimere. Sicut ergo nos corporaliter loquimur per verba corporalia: ita Angeli intellectoa liter loqūntur per verba intellectualia, Sed tūc Angeli verba intellectualia formant, cum actu cogitant. Ipſa ergo eorum cogitatio eſt eorum locutio.

Prætereà Auguſtinus 15. de Trin. ait, quòd nos dicimus locutiones cordis eſſe cogitationes. Tomo 1. cap 10. Locutio cordis, quæ.

Prætereà idem eodem libro, & capitulo expoōēs illud Euāgelij: Cogitabat iotra ſe, dicēs. cōcludit ex hoc, quòd cogitationes cordis locutiones ſuot. Si ergo ſecundum intellectum noſtrum locutiones intellectuales ſunt ipſæ cogitationes: Angelus qui intellectualiter loquitur: locutiones eius erunt ipſæ cogitatiooes.

Prætereà Aug. 15. de Trin. ait, q̄ verbum ooſtrum internum, qood ooo habet ſoonm, & qđ non eſt alicuius linguæ: poſſimè eſt ſimile verbo dinioo. ſed Deus intellectualiter loquēs ſuo verbo dicit, quicquid dicit: ergo & nos cum intellectualiter loqnimur verbis noſtris in intellectu formatis dicimus, quicquid dicimus: pari ratiōne & Angeli, qui intellectualiter loquūtur hoc modo dicunt, quicquid dicuot: ſed, vt tactum eſt, huiuſmodi verba formare eſt idem, quod cogitare: ergo, &c. Tomo 1. cap. 14.

In contrarivm eſt, quia cū vnus Aogelus oon videat cogitationes alterius percipiat autem eius locutiooes: ergo, &c.

Prętereà locutiones ooſtrę ſunt manifeſtationes, & expreſſiones cogitationum: ergo & in Angelis locutiooes non erunt ipſæ cogitationes, ſed erunt expreſſiooes, & manifeſtationes cogitatiooum.

Dub.

Dub. I. Lateralis.

An Angelorum locutio, & illuminatio sint idem. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 107. artic. 2. Tho. Arg. dist. 9. quæst. 1. artic. 4.

VLTERIVS autem quæritur circa locutionem spiritualem, siue circa locutionem spiritũ: Vtrum huiusmodi locutio sit idem, quòd illuminatio. Et vt quòd sic: quia Grego. 2. Mor. dicit, ꝙ loquitur Deus ad Angelos Sanctos, eo, ꝙ eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit, & quid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis legunt. sed sic loqui est Angelos illuminare. Ergo diuina locutio est quædam illuminatio. Pari ergo mõ hoc erit in Angelis, ꝙ locutio vnius angeli ad alios erit aliorũ illuminatio.

Locutio dei ad Angelos quid.

Angeli ad Angelũ clamare quid.

Præterea Dio. 10. c. de cœlesti Hierarchia. ait, ꝙ clamare Angelum ad Angelum est, quoniam sanctas Theorgias, ideſt sanctas illuminationes primi secundis tradunt. Ipsum ergo clamare, & ipsum loqui Angelorum, vt patet per Dio. ad illuminationem referri debet.

Angelorum lingua.

Præterea Glo. super illo verbo 1. ad Corint. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, ait ꝙ linguæ Angelorum sunt, quibus Angeli præpositi signant minoribus, qđ de Dei voluntate sentiũt, sed hoc est illuminare eos, ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia non solum superiores Angeli loquuntur inferioribus, sed & inferiores loquuntur superioribus. Vnde quod dictum est in Esai. Quis est iste, qui venit de Edom. secundum Dio. 7. de ange. Hierar: fuit vox inferiorum Angelorum ad superiores Angelos. Si ergo inferiores loquuntur superioribus: cum non illuminent superiores, non erit idem locutio, quod illuminatio.

Esa 63.

Præterea põt quis loqui alteri, quæ nota sunt ei, sed sic loquendo, nõ illuminabit eum, ergo &c.

Dub. II. Lateralis.

An Angelus alteri loqui possit, alijs non percipientibus. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 107. art. 5. Et 2. sent. d. 11. art. 3. Et de Ver. q. 9. ar. 4. 5. & 7. Ric. d. 9. q. 3.

VLTERIVS autem quæritur circa locutionem: Vtrum vnus Angelus possit loqui alteri, absque eo, ꝙ omnes alij sciant, & intelligant locutionem illam. Et videtur, ꝙ non, quia secundum Grego. 2. Mora. differentia est inter locutionem nostrã, & locutionẽ spirituum, quia non habemus obstaculum corpus, & ideo secretum nostræ mentis alienis oculis, quasi post parietem corporis stat. nisi ergo esset obstaculũ corporis, vt videtur ibi innuere Grego. quilibet in alterius mente legeret, qđ ibi esset: & quia tale obstaculum non habent Angeli, quilibet Angelus potest legere locutiones, quæ format alius. Non ergo potest vnus Angelus loqui alij Angelo, nisi loquatur omnibus Angelis.

Præterea secunda causa, quare homo potest loqui vni homini, quòd non solum loquitur alij, est non solum quia obstaculum corporis impedit, ne alius videat locutiones mentis, nisi quatenus vult ei reuelare, sed etiam est huiusmodi causa localis distantia. Vnde sicut homo loquit vni, & non alij, quia reuelat secretum suum vni, & nõ alij. Sic potest loqui vni, & non alij. quia non sic localiter distat ab vno sicut ab alio. sed cũ locutiones Angelorum sint abstractæ ab hic, & nunc, localis distantia non poterit locutiones illas impedire. Non ergo poterit vnus Angelus loqui alij, nisi loquatur omnibus Angelis.

Præterea tertia causa, ꝙ homo loquitur vni homini, & non alij, potest sumi ex ipsa attentione. quia ad locutionem suam est attentus, & intẽtus vnus, & nõ alius, sed Angeli semper sunt attẽti, & intẽti ad omnia, quæ fiunt. Omnes ergo angeli percipient locutionem cuiuslibet Angeli.

IN CONTRARIVM est, quia nõ est potentior homo, quàm Angelus. sed potest homo loqui alteri homini absque eo, ꝙ percipiat homo alius. ergo multo magis hoc poterit Angelus.

Dub. III. Lateralis.

An Angelus loquatur Deo. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 4. p. q. 107. art. 3. Et Iob. 4. Alber. magn. de locut. Aug. dist. 9. art. 9.

VLTERIVS quæritur de eis, quibus loqtur Angelus, & primo quæritur: Vtrũ Angelus loquatur Deo. Et videtur, quòd non. quia loqui est alicui alteri manifestare; sed Deo omnia sunt manifesta: ita, ꝙ nihil põt sibi aliquis manifestare: & per consequens nullus sibi loquitur.

IN CONTRARIVM est, quia dicemus de Deo, ꝙ ei omne cor patet, & sibi omnis voluntas loquitur. Et Iob 1. scribitur, ꝙ Sathan respondit Deo, & p consequens locutus est Deo: Si ergo omnis voluntas loquitur Deo: consequens est, ꝙ Angeli loquantur Deo: & si malus Angelus loquitur Deo, multo magis loquitur ei bonus.

Iob 1.

Dub.

Dub. IIII. Lateralis.

An Angelus loquatur sibi ipsi. Conclusio est affirmatiua.

Alber. de locut. Ang q. 9. art. 9. Brul. d. 10. q. 5. Land. d. 9. q. 9. & 10.

VLTERIVS quæritur: Vtrum Angelus loquatur sibi ipsi. Et videtur ꝙ nõ, quia probat Philosophus in 1. Politi. ꝙ homo ẽ magis animal sociale, quàm aliquod aliud animal: quod patet, vt ait, ex sermone siue, et locutione, quæ est ad alterum, sermo ergo, & locutio sunt ad alterũ: nullus ergo loquitur sibi. 1. Pol. 1.

IN CONTRARIVM est Augustin. 15. de Trinit. qui multipliciter probat, ꝙ homo loquitur sibi iuxta illud Sap. 2. Diserunt impij cogitãtes apud se non recte. Et cum Dominus in Euangelio dixisset Paralitico: Cõfide fili, dimittuntur tibi peccata tua. Scribę hoc audientes dixerunt intra se: Hic blasphemat. Homo ergo loquitur ſtra ſe, & loqtur ſibi ipſi. Pari ergo ratione, & multo magis hoc faciet Angelus. Tomo 3. Cap. 10. Sap. 2. Matt. 9.

Dub. V. Lateralis.

An Angelus loquatur alteri. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. a cog. Ang. q. 22. D. Thom. 1. p. q. 107. art. 1. Et de Ver. q. 9. ar. 4. 5. D. Bonau. d. 10. ar. 3. q. 2. Ric. d. 9. q. 3. Sco. d. 9. q. 2. Holcoth. 2. sent. q. 4. Greg. Ar. d. 9. q. 2. Franc. Mayr. d. 9. q. 1. Cap. d. 11. q. 3. Bart. Syb. 2. Dec. c. 8. q. 3.

VLTERIVS quæritꝰ: Vtrũ vnus Angelus loquat alteri: Et videt, ꝙ non. quia duplex est locutio: interior, & exterior. Interior quidẽ locutio, quæ fit in mente, est idẽ quod cogitatio: exterior autem est idem, quod vocis prolatio. Posset autem distingui & tertia locutio, quę esset idem, quod imaginationis formatio, secundum quòd Aug. 15. de Trin. c. 11. videt distinguere triplex verbum, videlicet verbũ in mente formatum, verbum imaginatum, & in voce prolatũ. Ergo vnus Angelus loqtur alii, non erit per verbum in mente formatum. quia sic formare verbum est idem, quod cogitare. essent ergo cogitationes vnius Angeli notæ alteri. qd est inconueniens. nec hoc erit per verbũ imaginatum, quia Angeli phantasiam, & imaginationem non habent, cum sint virtutes organicæ: nec etiam hoc erit per verbum in voce prolatũ: quia Angelus linguam corporalem, & organa corporalis, quibus formatur verbum in voce prolatum non habet, cum sit incorporeus. Tomo 2. Cap. 11.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Esai. 6. ꝙ Seraphin clamabant alter ad alterum, quod esse non poterat, nisi alter alteri loqueretur. Esa. 6.

Dub. VI. Lateralis.

An Angelus loquatur homini. Conclusio est affirmatiua.

Tho. Arg. d. 10. q. 1. art. 2. Henr. de Assia super Gen. Barth. Syb. 2. Dec. c. 8. q. 4.

VLTERIVS quæritur: Vtrum Angelus loquatur homini. Et videtur quòd nõ. quia cadẽ ratio vt esse de loquente, & de locutione, quia cũ non possit esse nutus loquens; non videt, quòd possit esse nota locutio. vt quia cor vnius hominis non est notum alteri, locutio hominis, dum est in corde, non potest esse nota alteri. Cum ergo Angeli non sint noti nobis, quia respectu substãtiarum separatarum, intellectus noster ic habet sicut oculus noctuæ ad lucem dicit: locutiones Angelorum nõ possunt nobis esse notæ. sed cum locutio sit ad notitiam, & manifestationem faciendam: Angeli non potetunt nobis loqui.

IN CONTRARIVM est, quia vt habetur Lucæ 1. Angelus locutus est Zachariæ. Et ibi eodem capitulo dicitur, ꝙ locutus est beatæ Mariæ.

Resolutio Artic.

Angelorum locutio, & cogitatio differunt. Locutio enim supra verbum addit respectum ad alterum, signa intelligibilia formans: cum autem sibi, vel Deo loquuntur, non item.

RESPONDEO dicendum, ꝙ secundum quosdam, voluntas mouet intellectum nostrum triplicitꝛ, videlicet habitualiter, actualiter, & vt ordinatur ad aliud: habitualiter quidẽ mouet voluntas intellectum, inquantum ex voluntate nostra est, quòd in intellectu nostro generetur aliquis habitus. Generantur enim habitus ex operibus, quæ opera non possunt dici nostra, nisi quatenus procedunt a voluntate, & a libero arbitrio. propter quod voluntas dicitur facere ad generationẽ ipsius habitus, siue sit in intellectu, siue in potentijs alijs. Ad ipsum ergo habitum dicitur voluntas mouere intellectum, prout voluntas cooperatur ad generationem huiusmodi habitus. Secundo voluntas mouet intellectum ad actum, prout intellectus per habitum, & per scientiam, quam habet, procedit in actum: actu considerando de aliqua natura. Nam cum habitus sit, Voluntas quo modo mouet intellectũ ex D. Tho.

quo

quo quis potest; agere cum vult; ex impio voluntatis fit, ꝙ ex habitu procedamus in actum.

Tertio voluntas mouet intellectum, prout ordinatur ad aliud: inquantum ex impio voluntatis fit, ꝙ ea, quæ sunt in intellectu, aliis fiant nota.

Locutio angelica.

Secundum hunc ergo triplicem modum motionis possumus distinguere triplicem loquelam, vt dicamus, quod quis potest loqui in intellectu suo habitualiter, cum scit. sed non considerat de re scita, & actualiter, cum actu considerat de eo, quod scit. Et potest loqui, prout locutio sua ordinatur ad alios, cum considerationes suas notificat. In Angelis vero licet voluntas hoc triplici modo non moueat intellectum, quia non ad generatur in eis habitus scientiæ ex actibus, qa nō intelliguot per species acquisitas, sed per innatas. Possumus tamen istum triplicem modum loquendi adaptare ad Angelos, vt dicamus, ꝙ Angeli loquuntur quasi habitualiter, quando habent species apud se: sed nō actu se cōuertunt, super eas, nec formant verba in eorum intelligentia ex huiusmodi speciebus. Loquūtur autem actualiter: quando actu se conuertunt super aliqua specie, & actu formant verba ex eis: sed tunc loquuntur in ordine ad alios, quādo illa verba formata aliis patefaciunt. Dicunt ergo aliqui, ꝙ illa eadē verba, quæ formant in mente, loquunt Angeli aliis, prout per imperium voluntatis ordinantur ad alios. Secundum istos ergo, nihil est aliud locutio Angelorum, prout vnus Angelus loquitur alij, nisi ipsa cogitatio angeli, vel ipsum verbum formatum in mente Angeli, cum per imperium voluntatis ipsius Angeli ordinantur ad alios.

Locutio angelorū simplex.

Sed hoc non vī sufficienter dictū. Nam ordo voluntatis vnius Angeli est ignotus alteri Angelo. Intellectuales enim, & rationales creaturæ aliquæ sunt mediæ, aliquæ sunt intimæ, ita, ꝙ Angeli superiores sunt medij inter angelos inferiores, & Deū, & angeli inferiores sunt medij inter nos, & Deum quantum ad intellectum, non propriè quantum ad voluntatem. Illuminationes enim diuinæ, quæ respiciunt intellectum, per nenninnt ad nos per angelos, & per nenlunt ad Angelos inferiores per superiores. Dona gratuarum, & ea, q̄ se tenent ex parte voluntatis, immediate fiuot in nobis a Deo. Vnde secundum ordinem voluntatis non subsumus Angelis, nec angeli inferiores subsunt superioribus. Ordo enim voluntatis vnius angeli ignotus est alteri: & ordo voluntatis nostræ naturaliter, & per se loquendo, ignotus est cuilibet angelo. Dicimus autem naturaliter, quia in Deo, vel ex reuelatione diuina hutusmodi ordo posset angelis esse notus: & dicimus per se, qa per signa, & per aliquos effectus posset talis ordo esse notus: immo ista est tota causa, quare cogitationes nostræ per se non sunt notæ angelis, & cogitationes vnius Angeli, quantuncúque inferioris, per se, & naturaliter non sunt notæ alteri angelo, quantuncunque superiori. quia ordo voluntatis vnius creaturæ rationalis, vel intellectualis, ignotus est alteri. Videntur enim angeli verba, q̄ formamus in intellectu nostro, & videt angelus superior verba, q̄ format in suo intellectu inferior. Sed propter hoc nescit, quid cogiter, nisi forte in generali. quia nescit ad quid vtatur illis verbis formatis. Hoc enim dependet ex solo ordine voluntatis, qui alteri angelo est ignotus. Per eadem enim verba formata intelligitur propositio affirmatiua, & negatiua, sicut per eandem speciē intelligitur rectum, & non rectum, siue rectum, & obliquum. Iuxta illud Philosophi in 1. de anima. Rectum est iudex sui, & obliqui. Potest etiā angelus, quantuncunque infimus, in vno verbo multa intelligere, sicut per eandem speciem possunt sibi multa repræsentari: sed ex intentione voluntatis est, ꝙ conuertat se super hoc, vel super illud. angelus ergo superior videns verbum formatum in mente angeli inferioris, scit qua specie vtatur ille angelus ad intelligendum, quia vtatur illa specie, ex qua nascitur tale verbum, & scit in generali, de quibus cogitat, quia cogitat de his, quæ habent exprimi per tale verbum. sed cum ex solo ordine voluntatis possit cogitare nunc de hoc, quod habet exprimi per tale verbū, & nunc de alio, quod habet exprimi per idem verbum: & cum possit de talibus cogitare affirmatiuè, vel negatiuè, nescit angelus quātuncunque superior vniuersaliter, & p se loquēdo de angelo quantūcunque inferiori, de quo specialiter cogitet, & verum cogitet de illo affirmatiuè, vel negatiuè. Vt enim in quæstionibus de cognitione angelorum diffusius diximus, Angeli per species vniuersales cognoscunt particularia, & quod Angelus per speciem vniuersalem nunc, cogitet de hoc particulari, nunc de illo, hoc est prout per imperium voluntatis conuertit se nunc super illā speciem, prout est repræsentatiua huius: nuoc, vt est repræsentatiua illius. sic etiam ad solum imperiū voluntatis pertinet, quòd de illo, de quo cogitat, nunc cogitet affirmatiue, nunc negatiue. Et quia, vt diximus ordo voluntatis vnius Angeli, naturaliter, & per se loquendo, non est notus alteri Angelo, ideo ex solo ordine voluntatis, nō loquitur vnus Angelus alteri, nec patefacit suas cogitationes alteri. Dicemus ergo, ꝙ sicut in nobis sunt verba in mente, & expressiones verborum per voces, vel per signa aliqua nota, & manifesta; sic & in Angelis sunt verba in mēte, & per aliqua signa nota fiunt expressiones illorum verborū. Et rursus: Sicut in nobis, quod est in mēte vno mō, exprimit̄ p signa multipliciter, sic & in Angelis, differenter tamē, quia signa, per quæ exprimimus, quod habemus in mente, sunt sensibilia. Sed in Angelis & verba in mente, & expressiones verborum, siue signa, intellectualia sunt. Potest enim vnus Angelus loqui alteri solum intellectualiter, absque eo, quod aliquid sensibiliter formet. Sicut ergo in nobis per idem in mente possumus intelligere plura, sed illa plura non per idem exprimuntur in voce: vt in mente quidem non differt oratio affirmatiua, à negatiua, nec differt illud per quod intelligitur rectum, & per quod obliquum. ideo quantūcunque Angelus videat, quòd intellectus se conuertit

Tex. c. 31.

Quæstio. de cogn. Angelor. a. lib. lent.

Locutio angelorū quæstio.

nertit supra speciem recti. nescit tamen, vtrum cogiter de recto, vel de obliquo: & nescit vtrum cogitet affirmatiuè, vel negatiuè. Sed licet sic sit in mente, non est sic in voce, quia non eodem vocabulo exprimitur rectum, & obliquum: & in voce differt propositio affirmatiua, & negatiua.

Sic & in Angelis, licet per idē verbum possint multa cogitare, possunt formare in mente sua aliqua signa intellectualia exprimentia, quid cogitent per huiusmodi verbum, & erunt vnius vtrubi multa signa, & multæ expressiones. quia tot signa intellectualia possunt formare in mente, & tot expressiones verborum respectu alicuius verbi, vel respectu alicuius speciei, quor possunt intelligere, vel possunt cogitare per illam, vel per illud verbum: vt quælibet cogitatio habeat suum signum, & suam expressionem.

Species in Angelis.

Verba in angelis.

Dicemus ergo quòd in intellectu Angeli sunt & multæ species. quia omnis intelligentia est plena formis, vt dicit in lib. de Causis. Angelus ergo convertendo se per voluntatem nūc super hanc speciem, nunc super illā, nunc intelligit per hanc speciem, nunc per illam, & cum intelligit per hanc speciem, in mente sua format verbum de illa specie: cum intelligit per aliā, formatverbū de alia. Et ista est tota doctrina Augusti. in multis locis in lib. de Trinit. ꝙ a specie, quę est in memoria, formatur, & gignitur species in intelligentia. Gignitur enim notitia de notitia: gignitur verbum de specie. Nam de specie, quæ est in memoria & gignitur, verbum, & notitia in intelligentia, ita ꝙ nō possumus, nec Angeli possunt actu cogitare, vel intelligere: per aliquā speciem, nisi formetur in intelligētia verbum de illa specie. Si igitur nihil formaretur actu in intelligentia de aliqua specie, cū actu intelligit Angelus per illā speciē, sed sufficeret solus notus voluntatis ad hoc faciendum; Angelus quantuncunque superior, nec in generali, nec in speciali sciret, quid cogitat Angelus quantuncunque inferior: sed quia semper formatur ibi aliquod verbum, Angelus superior scit in generali, quid cogitat inferior, quia videt verbū formatum, cui speciei sit simile. Iō scit in generali, ꝙ cogitat de his, quæ habent exprimi, & representari per illam speciem. Sed cum per huiusmodi speciem habeant exprimi, & representati multa, nescit vtrum cogitet de hoc, vel de illo, quod habet sic exprimi, & representari: & nescit vtrum cogitet de illo affirmatiuè, vel negatiuè. Ideo si vnus angelus vult loqui alteri Angelo, & vult ei specificare, & specialiter notam facere cogitationem suam; oportet, ꝙ sicut per volūtatem se convertit supra speciem, & format verbū, & ex hoc actu cogitat, & intelligit, sic per voluntatem se convertat super verbum formatum, & formet expressionem verbi. Est enim Angelo collata diuinitus ista virtus, ꝙ pōt se convertere supra speciem, & formare in mente sua aliquem intellectualem cōceptum, qui dicitur verbum. Collatum est etiam sibi diuinitus, quòd possit se convertere super huiusmodi verbum, & formare in mente sua aliquod intelligibile signum, quod dicitur expressio verbi. & tot signa talia intelligibilia respectu alicuius verbi, vel respectu alicuius speciei formare potest, quor potest intelligere per illā speciem, vel per illud verbum. Locutio itaque Angeli, prout vnus angelus loquitur alteri, non est ipsa cogitatio, prout cōuertens se supra speciem formar verbum: nec est sola voluntatis ordinario, prout solum per voluntatem ordinat huiusmodi verbū ad alium. quia ordo voluntatis in vno angelo, nō est not⁹ alteri angelo. sed huiusmodi locutio est, prout angelus conuertit se super huiusmodi verbum, vel super huiusmodi suam cogitationē. & formar in mente sua aliquod signum intelligibile, quod est expressio, & manifestatio verbi sui, & cogitationis suæ. Quod enim nos possumus per intellectum, imaginationem, & vocem: potest hoc, & amplius Angelus per intellectum tantum. Ideo sicut nos postquam in mente formauimus verbum, aliquid actu intelligendo, & cogitando; possumus in imaginatione formare aliquod signū, & in voce proferre aliquē sonū, q̄ est expressio, & manifestatio illius verbi in mente concepti: sic Angelus suo modo, postquam in mēte sua formauit aliquod verbum, aliquid actu intelligendo, & cogitando; potest in eadem mente formare aliquod signū intelligibile, quod per illud verbum intelligit, & cogitat, alteri Angelo manifestando, & exprimendo, & sic ei loqui. Talis ergo signi intelligibilis formatio, & per tale signum intelligibile suæ intellectionis, & suæ cogitationis expressio, est Angelorum locutio, put vnus Angelus loquit alteri. quia prout Angelus loquitur sibi, vel prout loquitur Deo, non oportet, ꝙ huiusmodi signa intelligibilia formet. Nā cum Deo sit notus ordo voluntatis angelicæ, & cum huiusmodi ordinem voluntatis notum habeat angelus in se ipso ad hoc, ꝙ angelus loquatur sibi ipsi, sufficit, ꝙ per voluntatem se convertat super alterquam speciem, & ꝙ verbum formatum ex huiusmodi specie per volūtatem ordinet ad intelligēdū, & ad cogitādum aliquid, absque eo, ꝙ formet aliqd aliud signū intelligibile, per quod vltetius exprimat, & manifesterur huiusmodi verbum. Et si hoc sufficit, vt Angelus loquatur sibi, multo magis sufficit, vt patebit, vt loquatur Deo. Sic ergo de locutione Angelorum per signa intelligibilia, put vnus Angelus loquitur alteri, exponit Glo. illud Apostoli 1. ad Corin. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, dicēs, ꝙ angeli loquūtur nutibus aliquibus, aut signis. Et enim per quæ loquuntur angeli, & per quæ sibi innicem suas cogitationes exprimunt: nutus intelligibiles, & signa intelligibilia dici possunt: qualia autem sint huiusmodi signa, vtrum possint dici naturalia, vel solum voluntaria, in

Locutio Angeli.

Angelus sibi, & Deo non ita loquitur, vt alteri Angelo.

Cocin. 13.

Locutio Angelorū per nutus, & signa. Quæstio. de cog Ang ante hunc libū edita.

quæstionibus nostris disputatis de cognitionibus, de illuminationibus, & locutionibus angelorum est diffusius pertractatum.

Resp.

RESP. AD ARG. ART.

AD primum dicẽdum, quòd loqui est verba formare, per quæ intelliguntur ipsę intellectiones, & ipsę cogitationes loquentis. & quia Angelus suas cogitationes intelligit in seipsis; Ideo cogitando sibi ipsi loquitur. Sed quia vnus Angelus in alio Angelo non potest cogitationes intelligere in seipsis, nec sufficit solus ordo volũtatis ad hoc, ꝙ illas cogitationes intelligat, quia ordo voluntatis in vno Angelo non est notus alteri Angelo; Ideo ad hoc, ꝙ vnus Angelus loquatur alteri, non sufficit solum cogitare, nec sufficit per solam voluntatem cogitationem illã, vt quidam aiunt, ad alium ordinare, sed oportet per aliqua signa intelligibilia illam cogitationẽ exprimere.

Et per hoc patet solutio ad secundum, ꝙ cogitationes cordis sunt locutiones: verum est, prout homo vel Angelus loquit̃ sibi, vel ,put loquitur Deo, sed prout homo loqnitur alteri homini, vel ,put angelus loqtur alteri angelo, vel ,put homo loquitur angelo, bmõi locutio non est sola cogitatio, quia nisi per aliquod signum manifesterur, & exprimat̃, cum ipsas cogitationes, etiam nostras Angelus in se non videat, multo magis cogitationes alterius Angeli in speciali per se non cognoscit, cum plura possit cogitare Angelus per vnicũ suum verbum intelligibile, quàm nos possimus.

Et per hoc patet solutio ad tertium, quia cogitationes cordis sunt locutiones, prout homo, vel Angelus loquitur sibi, vel prout loquitur Deo, non autem prout loqnitur alteri.

Et per hoc patet solutio ad quartum, quia sola productio verbi diuini est locutio Dei, prout loquitur sibi, vel prout loquitur in seipso. sed prout loquitur Angelis, vel prout loquitur nobis, oportet, quòd Deus per suum verbũ aliquid efficiat in Angelus, & aliquid efficiat in nobis, ad hoc ꝙ loquatur angelis, vel ad hoc, ꝙ loquatur nobis. Sic & Angelus sibi loquitur per verbum, quod formar in se ipso: & homo etiam hoc modo loquit̃ sibi ipsi; sed nisi per aliquod signũ exprimatur huiusmodi verbũ; nec homo, nec Angelus ex hoc loqur alteri homini, vel alteri angelo.

Resolutio Dub. I.

Cum Deus loquitur Angelo, vel nobis, locutio est illuminatio, quamuis ratione differant. cum vero Angelus loquitur sibi, non item. Contra autem, si alteri loquatur, & doceat, si autem non doceat, locutionem illam illuminationem esse non ducimus.

Locutio, & illuminatio Angelorum an idem.

AD id autem, quod quærebatur; Vtrum locutio spiritualis, vel locutio spirituũ sit idem, quod illuminatio; Dicendũ ꝙ locutio spirituũ potest intelligi, ,put Deus loqtur angelo, uel prout loquitur nobis. quia ipse Deus spiritus est: uel potest intelligi, prout Angelus loquitur sibi, uel prout loquitur alteri angelo. Si ergo loquamur de locutione spiritualis, ,put Deus loquit̃ Angelo, vel prout Deus loquit̃ nobis, semper locutio est illuminatio, licet secundum rationem differat hoc, & illud. Si vero loquamur de locutione, prout Angelus loquitur sibi, nunquam locutio est illuminatio. Sed prout loquitur alteri, potest esse illuminatio, & non illuminatio, vt in prosequendo patebit.

Propter primum sciendum, ꝙ locutio tripliciter potest considerari. Primo secundum se. Secundo, vt refertur ad suum finem. Tertio, vt refertur ad ordinem voluntatis. Est enim locutio patefactio voluntatis loquentis, secundum quidem hæc tria differt locutio Dei, prout loquitur Angelis, vel nobis; a locutione Angeli: prout loquitur sibi, vel alteri Angelo. Nam si consideretur locutio Angeli secundum se, sit per mutationem factam in ipso loquente, ita quòd huiusmodi locutio est quædam mutatio loquentis. Nam prout Angelus se conuertit supra speciem, & format inde verbum, vel prout se cõuertit super huiusmodi verbum, & format in mente sua aliquod signũ intelligibile, per quod exprimit tale verbum, nõ est sine mutatione ipsius Angeli sic se conuertentis, & sic formantis. Sed Deus non loquitur Angelis, vel nobis per aliqnã mutationem factam in se, sed per aliquam mutationem factam in eis, vel in nobis.

Locutio ꝙd.

Secundo differt locutio Dei a locutione Angeli, prout huiusmodi locutio comparatur ad suum finem, quia non est huiusmodi locutio ad hunc finem, vt Deus aliquid patiatur, sed solum, vt aliquid agat. Angelus tamen loquitur alteri Angelo, vt aliquid patiatur, & aliquid doceatur per ipsum, sicut duo Seraphin clamabant alter, ad alterum, quia alter perebat doceri per alterũ.

Tertio differt locutio Dei a locutione Angelorum prout comparatur ad ordinem voluntatis. Est enim locutio Dei ad manifestandum ordinẽ voluntatis diuinæ, & ad manifestandum quid Deus velit, & quid per Angelos acturus sit Deus. Vnde Grego. 2. Mora. dicit, quòd loquitur Deus ad Angelos Sanctos, eo ipso, ꝙ eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostẽdit, & quid agere debeant, in ipsa contemplatione veritatis leguut. Et idem eodem lib. ait, ꝙ Deus Angelis loquitur, cum eis voluntas eius intima in Deo manifestat̃. Sed Angelus loquitur, cum suam voluntatẽ aliis manifestat. Et quia longe alia est voluntas Dei, & voluntas Angeli etiam, vt locutio refertur ad voluntatem, differt locutio Dei a locutione Angeli.

Locutio dei illuminatio est.

His tribus vijs possumus ostendere, quòd cum Deus loquitur Angelis, vel nobis, semper illuminat eos, vel nos: & semper aliquam illuminationem facit in eis, vel in nobis. Nam cum Deus nõ loquatur angelis, vel nobis per mutationem factam in se, sed per mutationem factam in eis, vel in nobis, cum Dei perfecta sint opera: oportet ꝙ ex ista mutatione per locutionem factam in angelis, vel in nobis, aliqua perfectio fiat, & quia cum per solutionem alicuius intellectus noster

perficitur

perficitur, dicimur ex hoc illuminari: hoc dictũ est, ꝙ locutio Dei ad Angelos, vel ad nos, est illuminatio Angelorum, & nostra.

Secundo hoc idem patet ex secunda differentia. Nam, vt dicebatur, Deus non loquitur angelis, vel nobis, vt aliquid patiatur, sed vt aliquid agat in ipsos Angelos, vel in nos, & tunc idem qđ prius. Nam actio Dei in creatura, & actio Dei in intellectu angelico, vel nostro, est aliqua pfectio intellectus angelici, & nostri, & per consequens Dei locutio est huiusmodi intellectualis perfectio, & est quædam illuminatio.

Tertio hoc idem patet ex tertia differentia. Nam locutio Dei est manifestatio volũtatis Dei, locutio Angeli manifestatio voluntatis Angeli. cum ergo voluntas Dei sit causa omnium rerum, vt dicit Augustin. 3. de Trinitate. Voluntas autem Angeli non sit causa rerum, manifestatio voluntatis Angeli, quæ fit per locutionem Angeli, non oportet, quòd sit manifestatio causæ rerum, sicut est manifestatio voluntatis Dei, quòd fit per locutionem Dei. Et quia hoc est illuminari, cognoscere causas rerum; quotiescunque loquitur nobis, vel Angelis Deus suam voluntatem manifestando, illuminat nos, & Angelos. quia ex hoc innotescit nobis causa rerum, quas acturus est Deus. Diuina ergo locutio, cum Deus loquitur nobis, vel angelis, semper est quædam illuminatio. sed cum Angelus loquitur sibi, nunquam, propriè loquendo, est illuminatio, quia Angelus respectu sui ipsius est plenus formis, vt nunquam seipsum moueat essentialiter ad scientiam. Potest enim se mouere ad considerandum, quæ non considerabat, sed non propriè ad sciendum, quod nesciebat. Cum enim homo in seipso per intellectum suum considerando inuenit aliquas vias, & seipsum ducit in scientiam, est ibi aliqua illuminatio, sed hoc non erit in Angelo, qui non intelligit cum discursu, & seipsum non inducit in scientiam.

Tomo 11

Locutio Angeli ad semetipsum.

Restat ergo videre de tertio, cum vnus Angelus loquitur alteri: Vtrum talis locutio sit illuminatio. Dicebatur enim, quòd aliquando talis locutio est illuminatio, aliquando non. Nam sicut in nobis Discipulus loquitur Magistro, vt doceatur ab eo, & Magister discipulo docendo ipsum: sic Angelus inferior loquitur superiori, vt docetur ab ipso. superior inferioti docendo ipsum. Cum ergo quæritur: Vtrum, cum vnus Angelus loquitur alteri, talis locutio sit illuminatio; plana est responsio, quia si per talem locutionem docetur alius Angelus, est ibi locutio, & illuminatio, si non docetur, est ibi locutio, sed non illuminatio. Discipulus ergo loquendo Magistro sic loquitur, ꝙ eũ non illuminat. sed Magister, vt Magister est, loquendo discipulo, ipsum illuminat. Sic & in Angelis inferior loquens superiori nõ illuminat ipsum, qa nõ docet ipsum, sed superior & loqnens inferiori põt ipsum illuminare, quia sic loquendo potest ipsum docere. Omnis ergo illuminatio facta Angelo per alterum Angelum, est quædam locutio, quia per locutionem vous Angelus alium docet, & illuminat, sed non econuerso. Nam non semper cum vnus loquitur alteri, illuminat, & docet ipsum.

Possumus autem, quãtum ad prẽsens spectat, triplicem differentiam assignare inter locutionẽ & illuminationem secundũ quòd locutio, quantum ad id, de quo est, triplicem differentiam contrahere potest, vt sit vna differentia, quia aliqua locutio est de vero, & aliqua de falso. Secunda differentia sit, quia locutio, quæ est de vero, & de re ignota, potest esse de pertinentibus ad perfectionem intellectus, & de non pertinentibus. Nam quantumcunque Discipulus diceret Magistro rem veram, & forte rem, quam nesciret, vt quia forte mouit pedem, vel spuit, quia hoc non pertinet ad perfectionem intellectus non diceretur ex hoc illuminare Magistrum, vel docere ipsum, nisi forte secundum quid. Potest esse ergo locutio de re falsa: quia vt Augustin. dicit 15. de Trinitate: Verbum nostrum non semper gignitur de scientia, sed aliquãdo gignitur de ignorantiã. Multa enim dicimus, quæ ignoramus, & per consequens multa dicimus, quæ possuot esse falsa. Sic etiam potest esse locutio de re vera, quia potest quis enarrare alteri, quæ melius nouit audiens, quàm narrans.

Locutio, & illuminatio qõ differunt.

Tomo 1. Cap 15.

Tertio potest esse locutio de his, quæ non pertinent ad perfectionem intellectus. Cum ergo nullus illuminetur per falsa, nec dicatur illuminari audiendo, quæ iam nouit: nec audiẽdo, quæ non pertinent ad perfectionem intellectus, cum quis sic loquitur alteri, qood loqoitur vera, & quæ non sunt ei nota, & loqnitur talia, quæ pertinent ad perfectionem intellectus; si audiens, vel ille, cui loqnitur, locutionem illam percipiat, loqueos dicitur docere: & ille, cui loquitur, dicitur doceri. Quando autem sic loquitur, quòd deficit ibi aliqua prædictarum quatuor conditionum, vt quia vel loquitur non vera, vel loquitur iam nota, vel quæ oõ pertinent ad perfectionem intellectus: vel loqnitur taliter, ꝙ ille, cui loquitur, non percipit quid loquatur: & si est ibi locutio, non est ibi illuminatio.

Resp. ad arg. dvb. 1.

Ad primum dicendum, quòd non sequitur, quòd si diuina locutio prout loquitur Angelis, vel nobis est eorum illumioatio, vel oostra illuminatio, ꝙ omnis locutio angelorum ad alios Angelos sit illluminatio.

Ad secundum dicendum, quòd Angeli inferiores clamant ad superiores, & petunt doceri ab eis. sed ex hoc non sequitur, quòd omnis Angelorum locutio sit illuminatio, qoia locutio inferiorum ad superiores non est illuminatio. Et si dicatur, quòd illa locutio ad illuminatiooem pertineat: Dicemus, ꝙ locutio inferiorũ ad superiores, potest pertinere ad illuminationem; inquan-

Angelorum clamor qd.

quantum per huiusmodi locutionem petunt illuminari ab eis. Sed nunquam talis locutio ad illuminationem pertinet, quòd sit ipsa illuminatio, immo potest esse talis locutio, quòd nec est illuminatio, nec propriè ad illuminationem pertinet. Possunt enim talis loqui per quæ non illuminant se invicem, nec petunt, vt illuminentur ab invicem, sed solum per huiusmodi locutionem, suas cogitationes sibi invicem patefacinnt, quòd sufficit ad hoc, quòd sit ibi vera locutio, vt bic de locutione loquimur.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli præpositi sine Angeli superiores, cum inferioribus loquuntur, nunciando eis, quod sentiunt de voluntate Dei, & ex hoc docendo eos diuinam voluntatem, illa locutio est illuminatio, sed non omnis locutio Angelorum est talis, vt potest esse per habita manifestum.

Resolutio Dub. II.

Angelus superior si superiori, vel inferiori loquatur, inferior locutionem illam, nullo reuelante, haud quaquam sciet. sed inferior superiori, vel inferiori loqui non potest, superiore nesciente.

AD id autem, quòd quærebatur, vtrum vnus Angelus possit loqui alteri absque eo, & omnes alij sciant, & intelligant locutionē iliā; Dicendū, & oportet nos dicere, & vnus Angelus possit loqui alteri absque eo, quod loquatur omnibus; Nam, vt diximus, Angeli non se invicem illuminant, nisi prout sibi invicem loquuntur. nam Angelus superior, vt supra diffusius diximus, loquendo inferiori, & proponendo sibi aliquam veritatem illi ignotam, determinat intellectum eius, & lumen intellectuale ipsius, & per consequens huiusmodi lumen confortat. quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa, quod faciendo dicitur ipsum illuminare. talis ergo locutio est illuminatio. Cum ergo Angeli quodam ordine se illuminent, quia supremi immediatè illuminant medios, vel eos, qui sunt proximi sibi, & illi immediatè illuminant alios; sicut damus ordinem in illuminationibus, quia vnus Angelus illuminando aliquem Angelum non ex hoc immediatè illuminat omnes alios: sic oportet dare ordinem in locutionibus, quia ex eo, quod vnus Angelus loquitur alteri Angelo, non oportet ex hoc, quòd illam locutionem percipiat quilibet Angelus.

Sed quomodo est hoc, quòd locutionem alicuius angeli non possint percipere omnes Angeli, sed solum aliqui angeli, si consideremus ea, quæ sunt in nobis, quādam difficultatem habet, quod quæritur: sunt enim, vt dicebatur, tria in nobis, propter quæ locutionem factam vni nō percipit alius: videlicet, obstaculū carnis, distantia localis, & attentio ad id, quod quis loquitur. Quia ergo caro interposita est inter mentem vnius, & mentem alterius, non potest videre vnus, quod alius habet in mēte, nisi per aliqua signa exteriora manifestetur. & quia illa potest dirigere ad vnum, & non ad alium, potest quis loqui vni, & non alij. Et maximè, quia illa exteriora signa non possunt fieri in quantacunque distātia. & ideo cum quis appropinquat localiter vni, & elongat se localiter ab alio, potest suam locutionem patefacere vni, celando eam ab alio. Hoc idem etiam contingit, vt dicebatur, si ad locutionem attendat vnus, & non alius.

Sed talia non possumus ponere in Angelis, quia inter eos non est obstaculum carnis: ipsi inter se loquuntur intelligibiliter, vbi est abstractio ab hic, & nunc: vbi non potest esse impedimentum per localem distantiam. Ipsi etiam Angeli semper in quadam generalitate habent cognitionem de omnibus, quæ representantur per ea, quæ habent in se. ex qua generali cognitione possunt esse attenti ad omnia, quæ possunt pertinere ad ipsos, licet de illis omnibus specialiter non considerent, sicut vbi aliquis respiceret librum apertum in generali, videret omnes litteras, quæ sunt in pagina aperta illius libri, tamen non posset illam paginam legere, nisi specialiter esset attentus ad aliquam lineam, & aliquam dictionem illius lineæ.

Huiusmodi ergo generalis aspectus ad totam paginam alicuius libri, licet non sufficiat ad posse distinctè discernere, & distincte legere, quæ sunt in illa pagina; sufficit tamen, vt nulla nouitas possit fieri in illa pagina, quæ nos lateat: & sufficit ad cognoscendum, vbi habet esse in illa pagina, si qua sit facta nouitas: & vt possimus nos aduertere statim, quæ, & qualis sit illa nouitas. Sic & Angeli ex illa generali cognitione, quam habent de rebus, a qua nunquam cadunt, habent quod non causaliter considerent de rebus: & quòd nulla nouitas possit fieri in rebus, de qua non habeant quandam generalem cognitionem, quòd nouitas quædam facta est. Ilia ergo generalis cognitio facit eos semper esse attentos, vt nulla nouitas fiat, quæ eos lateat, ita, quod ex non attentione, non poterit vnus Angelus ita latenter loqui vni, quòd non alij.

Angeli cur intelligēdo causas intelligant effectus.

Vel possumus dicere, quòd Angeli non intelligunt componendo, & diuidendo, nec enim discursu: ideo intelligendo causas, intelligunt effectus, intelligendo subiectum. intelligunt ea, quæ possunt pertinere ad subiectum. ideo cum custodiunt aliquem hominem, & cum operantur circa ipsum, & specialem considerationem dirigunt ad eum, non solum intelligunt, & cognoscunt substātiam illius hominis, sed etiam intelligunt, & cognoscunt, quæ ille homo agit, & quæ patitur, & quæ sunt circa ipsum, & omnia pertinentia ad eum. intelligendo enim substantiam eius, intelligunt omnia sic pertinentia ad eum, quod totum contingit ex vniacitate, & efficacia intellectus angelici, vt non oporteat eum componere pertinentia ad subiectum eum

subiecto, vt intelligat ea, sed intelligendo subiectum, intelligit huiusmodi pertinentia. Et si hoc cognoscit angelus intelligendo alia, multo magis cognoscit intelligendo se. cum ergo intelligat se semper, semper intelligit, quæ pertinent ad se. Locutiones ergo aliorum Angelorum, prout ad se pertinent, vel pertinere possunt, quã tuto patitur capacitas eius; semper intelligit, & cognoscit, ita vt ex non attentione, non possit vnum Angelum latere locutio alterius. Vel possumus dicere, quòd in Angelis bonis nũquàm potest esse latentia locutionis ex noo attentione, ex qua latentia aliquis angelus loquatur vni angelo, & noo alij. Nam tuoc aliquid nos lateret ex non attentione, quãdo possemus propria virtute illud cognoscere in proprio genere, ad qđ non attẽdẽdo, ignoratemus illud. sed angeli boni oihil actu possunt cognoscere io proprio genere, quod non actu videant in Deo. Nam secundum Augu. 11. de Ciuit. Dei. Angeli ipsam creaturam, & seipsos melius vident in Dei sapientia, tanquàm in arte, per quam facta sunt, quàm in proprio genere. quia in proprio genere distinctè, & apertè cognoscuot talia successiuè, licet in quadam generalitate cognoscant etiã in proprio genere omnia simul: Deo autem nõ solum in quadam generalitate, & in quodam modo quasi confuso, sed etiam specialiter, & apertè, & distinctè cognoscunt simul omnia, quæ possunt actu considerare, & cognoscere io proprio genere, ita quòd quantum ad Angelos bonos ex sola non attentione nulla potest esse latentia. quia per cognitionem, quam habent in verbo de rebus, ad omnia talia sunt attenti, quia ibi omnino clarè, & distinctè vident. Ex hoc enim oritur, & surgit non attentio, inquantum ex cognitione vnius, & ex consideratione eius, retrahitur à consideratione alterius, quod circa cognitionem rerum, quam habent in verbo, oõ potest contingere. Oportet ergo dare causam, quare vnus angelus potest loqui alteri Angelo, quod lateat alium Angelum, aliam à prædictis tribus. Nam nec obstaculum carnis, nec localẽ distantiam, nec oon attentionem, possumus tbi pooere esse huiusmodi causã, & potissimè oportet hoc pooere io angelis bonis, in quibus boc esse ponimus: videlicet, quòd boni angeli sic possunt loqui voi Angelo, quòd noo loquuntur omnibus. Sciendum ergo quosdam dixisse, in angelis boois, & malis hoc contingere ex ordine volnotatis. Cum ergo vnus angelus, siue bonus siue malus vult loqui alicui Angelo, & oon alteri, dicunt isti, quòd per voluntatem ordinant locutionem suam ad illum Angelum, & non ad alium, & hoc modo loquntur illi, & non alij. Sed, vt est per habita manifestum, ordo voluntatis vnius angeli non est notus alteri Angelo, immo oportet, quòd aliquid, idest aliquod intellectuale signum fiat in intellectu alterius angeli, cum vult loqui intelligibiliter alij Angelo, & non sufficit ad hoc solus voluntatis ordo.

Angeli qiõ t ve bo omnia cognoscunt.

Tomo 3. cap. 29.

D. Thomas.

A Dicemus ergo, vt aliqualiter iam est tactum, quòd sic loqui debemus quantum ad præsens spectat de locutionibus Angelorum sicut de eorum illuminationibus. Sicut enim superiores angeli ab ipso Deo immediatè illuminantur, & in ipso vniuersali fonte percipiunt huiusmodi illuminationes: ita quòd Deus secundum hunc modum immediatè loquitur superioribus angelis, & non inferiotibus; sic angeli medij, in quibusdam vniuersalibus conceptibus à superioribus illominantur, quos vniuersales conceptus inferiores noo possunt capere: ita quòd secundum hnoc modum superiores angeli loqnuntur angelis medijs, quòd lucuriooem illam noo percipiunt angeli inferiores, nisi quatenus angeli medij locutionem illam inferioribus reuelant: sicut & Deus loquitur Aogelis supetioribus, quod locutionem illam non perciptunt angeli medij, nisi quatenus superiotes medios docent. Hoc ergo modo vnus angelos potest loqui alteri, quod non percipit alius, siue bonus, sine malus: sicut vnus homo subtilis potest loqui vni alteri homini subtili, quòd locutionem illsm non intelligit homo grossus: ita quòd latebit hominem bebetem, & grossum, quod non dicitur de subtili. nam vnus homo subtilis in pancis verbis magnam sententiam comprehendit. grossus autem illam sententiam non capiet, nisi ei valde masticetur quod dicitor, & nisi ei dicatur illa sentenţia per multa verba. Vnde sic se babent subtiles ad grossos, sicut se habent nutrices ad pueros, quæ cum dentibus masticant, & remasticant cibum, & cum dentibus diuidunt, & rediuidunt bolum, ad hoc quòd bolus ille sic tritus, & masticatus, & diuisus, sit proportionatus puero. secundum quem modum tnuit Dionys. vltimo de Angelica Hierarchia, superiores Aogelos habere dentes respectu inferiorum, quia diuidunt eis conceptus suos, & quòd ipsi intelligunt vnitiue, & sub vno conceptu, vt possint illud inferiores capere, proponunt eis diuisim, & sub conceptibus multis.

Exemplum de nutrice & puero.

Quanto ergo Angeli sunt superiotes: tanto sub voiuersaliotibus conceptibus cognoscunt quæ cognoscunt. Hoc ergo modo aliqui angeli possunt loqui aliquibus alijs angelis, quòd tamen locutionem illam non intelligunt omnes, quia superiores angeli per sic vniuersales conceptus possunt loqui medijs, quòd sic locutionẽ illam non percipient infimi. Superior ergo Angelus poterit loqui alij superiori, quod non percipiet inferior, sed inferior non poterit loqui inferiori, quod non percipiat superior: vel inferior non potest loqui alij superiori, vel etiam ioferiori, quòd locutionem illam nõ percipiat quicunque superior. quia nullã concepti potest formare inferior, qui sit tã vniuersalis, q à superiori capi nõ possit. qa tũc ageret vltra suã speciẽ. Et si dicatur, q hoc pt homo, ergo multo magis põt hoc angelus: quia põt grossus loqui subtili,

ſubtili, vel etiam groſſo, quod latebit alium quã tumcunque ſubtilem, vel groſſum. Dicemus quòd hoc non eſt dignitatis in homine, ſed eſt indignitatis. quia cum loquatur per ſenſibilia ſigna, intercedente locali diſtantia, poteſt quilibet homo loqui cuilibet alteri abſque eo, quòd percipiat aliquis alius homo, locutio autem Angelorum, quæ ratione dignitatis eorum non impeditur ex locali diſtantia, hoc modo fieri non poteſt.

A

Resp. ad arg. dvb. ii.

IN per hoc patet ſolutio ad obiecta. Nam quòd arguebatur, quòd nullo modo poſſet ioq aliquis Angelus, quin percipetet quilibet alius angelus. quia cognitio illius locutionis non impeditur, nec ex obſtaculo carnis, vt dicebat argumentum primum: nec ex locali diſtãtia, vt dicebat ſecundum: nec ex non attentione, vt dicebat tertium. Patet quòd præter has cauſas eſt dare aliam cauſam, videlicet, quia angelus ſuperior, ſive bonus, ſive malus poteſt loqui alteri Angelo ſuperiori, quòd conceptus illos nó cognoſcet inferior. Quod autem dicebatur in contrarium, quòd homo poteſt loqui alteri homini, quod latebit alium, ex quo videbatur argui, quòd non ſolum ſuperior angelus alteri ſuperiori, ſed etiam inferior inferiori poteſt latenter loqui, abſque eo, quòd percipiat alius angelus: ſicut non ſolum homo ſubtilis ſubtili, ſed groſſus groſſo, & ſubtili, poteſt ſic latenter loqui. patet ſolutio per iam dicta. quia non eſt ſimila de hominibus, & de Angelis.

B

C

Reſolutio Dub. III.

Angelus Deo ſex loquitur modis: patefactione cordis, & amoris: admiratione maieſtatis: formatione verbi, & expreſſione verbi formati, & ſuæ virtutis applicatione.

AD alias autem quatuor quæſtiones, quæ fiebant circa eos, quibus loquitur angelus, vt Vtrum angelus poſſit loqui Deo, Vtrum ſibi, Vtrum alteri Angelo, & Vtrũ nobis. Dicere poſſumus, quòd angeli ſex modis loqui poſſunt, quibus omnibus modis loquuntur Deo. ſibi autem loquuntur quatuor modis, vel etiam 5. modis. Alijs autem angelis loquuntur duobus modis, nobis autem loquuntur vno modo: Vel cum angeli ad inuicem loquantur duobus modis: vt tu proſequendo patebit, vnus illorum modorum diuiditur in plures modos, de quibus modis ſecundum aliquos modos loquuntur nobis.

Angeli ſex modis loqui poſſit.

Locutio Angelorum ſex modis.

Propter primum ſciendum, quòd 6. modis, quibus loquuntur angeli ſuos hi: Loquuntur enim per ſuarum affectionum, & ſuorum deſideriorum patefactionem. Nam eo ipſo, quòd aliquis deſiderat aliquid, deſiderium illud fit notum alteri, & ex hoc illud deſiderium eſt quædam locutio ad illum, ſecundum quem modum loquitur Gregor. 2. Mora. dicens: Magnus quippe clamor, magnum eſt deſideriũ. tanto enim quiſque minus clamat, quanto minus deſiderat. Et ſubdit, quòd tanto maiorem vocem quis in aures Dei exprimit, quãto ie in eius deſiderium plenius fundit. Et ait, quòd ſi deſiderium non eſſet ſermo, Propheta non diceret: Deſiderium cordis exaudiuit auris tua. Ipſum ergo deſiderium, vel Angelorum, vel animatum, quoddam loqui eſt, & quidam ſermo eſt, vt ſecundum tale deſiderium angelus, vel anima loquatur ei, cui notum, & patefactum eſt tale deſiderium. Pſal 9.

Secundo loquuntur angeli per diuinæ maieſtatis admirationem. Nam admirari, & venerari diuinam maieſtatem, eſt quaſi quadam voce in laudem eius prorumpere, ſecundum quem modum loquitur Gregor. 2. Mora. dicens: Vox uanque Angelorum eſt in laudem conditoris ipſa admiratio intimæ contemplationis. Et idem ibidem ait: Angeli autem loquuntur Deo, cum per hoc, quòd ſuper ſemetipſos reſpiciunt, in modum admirationis ſurgunt. Hoc ergo modo Seraphin, & omnes Angeli non ceſſant clamare, dicẽtes: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, plena eſt omnis terra gloria eius .. Nam dum tantam ſanctitatem, & diuinam gloriam admirantur, ex hoc quaſi in eius laudem clamant, & prorumpunt, quòd Dominus Deus Sabaoth, ideſt exercituum: Sanctus, & Sanctus eſt, & replet ſua gloria & totam terram, ideſt vniuerſam creaturam.

& Tota terra. i. vniuerſa creatura.

Tertio modo loquuntur Angeli, non ſolum per patefactionem ſuorum deſideriorum, & ſuæ voluntatis, & non ſolum per admirationem diuinæ maieſtatis, ſed etiam per patefactionem cordis ſui, & ſuæ mentis. Nam dominus in Angelis, & in omnibus creaturis rationalibus non ſolum eſt ſcrutans reues, cognoſcens eorum affectiones, ſed etiam eſt cognoſcens corda, intuens eorum mentem, & intellectum, ſecundum quem modum loquitur Grego. 2. Mora. dicens, quòd reſpondere omni poteuti, eſt maieſtati eius nihil celare poſſe. Et licet Gregor. hoc inducat ratione Diaboli, qui hoc modo loquitur Deo, quia ei nihil celare poteſt, nihilominus tamen, & ipſi boni Angeli ſic loquuntur Deo. quia ei nihil celare poſſunt, licet differenter ſit hoc, & illud. quia boni Angeli nec noluut, nec poſſunt aliquid celare Deo: Mali verò libenter mala vellent ei fortè celare, ſi poſſent.

D

Quarto modo loquitur Angelus per verbi formationem. Nam cum Angelus ſe conuertit ſuper ſpeciem, quæ eſt in memoria, exinde format verbum in intelligentia, quæ verbi formatio eſt quædam locutio, vt

Tom.1.c.m. Aug.ait 15.de Trinitate Dei.

Aduertendum tamen, quòd cum habeamus plures potentias sensitiuas deseruientes cognitioni, per quas cognoscimus sensibiliter; non tamen habemus, nisi vnam potentiam intellectiuam, per quam cognoscimus intelligibiliter, videlicet intellectum possibilem. Nam intellectus agens non intelligit, sed est quædam vis animæ, in cuius virtute phantasmata monent intellectum possibilem. licet nec lux videt, sed est quædam vis corporalis, in cuius virtute colores monent visum. Et quia ex parte intellectus habemus vnam potentiam cognitiuam, opottet, ꝙ illa potentia, virtute contineat omnes sensus. Si cut ergo verbum conceptum in mente interius, sensibiliter indicamus per verba exterius prolata (quia verbum, quod foris sonat, signum est verbi, quod intus latet, vt dicit Augustinus. 15. de de Trinitate, & etiam per nutus, vel per aliqua signa manualia, vel aliter facta, quia non solum audiendo, sed etiam videndo, potest nobis innotescere voluntas alterius) Sic ipsum verbum interius formatum, & locutio, & visio dici potest. Inquantum enim intellectus plenius percipit, quam faciat auditus, ipsa formatio verbi interius quædam auditio, & quędam locutio dici potest. Formando enim in nobis tale verbum, dicimur loqui. Cognoscendo autem verbum formatum, dicimur illam locutionem audire. Sed quia intellectus non solum plenius percipit, quàm faciat auditus, sed etiam plenius percipit, quàm faciat visus, ita quòd quicquid potest visus, & auditus, & cæteri sensus, totum per amplius potest intellectus, ita quòd perceptio verbi interius, visio, & auditio dici potest, vt Augustinus probat. Cap 10. 15. de Trinitat. ait enim, quòd cum illi dixissent de Christo intra se, quòd blasphemabat, sequitur in Euangelio, quòd cum vidisset Iesus cogitationes eorum. Illi enim non dixissent intra se, nisi formatio verbi interioris esset, quædam locutio: & Iesus non vidisset cogitationes eorum, nisi in illa locutione esset quædam visio. Locutio ergo exterior, non videtur, sed auditur: interior autem locutio & videtur, & auditur. Formatio ergo verbi interioris, locutio, & visio dici potest. Et quia sic formare verbum interius, non solum competit nobis, sed etiam Angelis, benè dictum est, quòd Angeli loquuntur per verbi formationem.

Intellectus agens non intelligit, sed intellectio est per intellectum possibilem.

Quintò modo loquuntur Angeli per verbi formati expressionem. nam cum vnus Angelus nõ possit videre cogitationes alterius in se; oportet quòd cogitationes illas sibi inuicem exprimat p aliquos nutus, & per aliqua signa. Sicut ergo nos verba, quæ formamus interius, exprimimus per aliquos nutus, & per aliqua signa sensibilia, quia alias vnus non posset cognoscere cogitationes alterius; sic Angeli sibi inuicem exprimunt cogitationes suas per nutus, & per signa intelligibilia: ita quòd sicut nos loquimur interius cogitando, & per nutus, & per signa sensibilia cogitationes illas exprimendo; sic & Angeli vtroque modo loquuntur, & interius cogitando cum formant verbum, & per nutus, & per signa intelligibilia cogitationes illas manifestando, & verba illa exprimendo: secundum quem modum loquitur Gio. prima ad Corinth. quòd Angeli loquuntur Corinth.13. nutibus, & signis, vt nutus referantur ad visum, signa ad auditum. Signum enim est, aut corde, aut corpore, aut ore expressiuum alicuius. sed nutus propriè videntur esse signa visibilia. Si ergo dicimus de hominibus, quòd loquuntur per nutus, vel per signa, quia nutus propriè dicuntur signa visibilia; oporet quòd signa, vt dividuntur contra nutus, dicant signa audibilia. In nobis ergo signa audibilia, & nutus non sunt idem, quia non est idem locutio, & visio: & non est idem videre sensibiliter, & audire. Sed quando ista referuntur ad intellectum; vnum, & idem dicunt. Sicut ergo formatio verbi interioris est locutio, & visio. Sic illa, per quæ Angeli intelligibiliter exprimunt suas cogitationes, & paretaciunt sua verba concepta, sunt signa, & sunt nutus; sed sunt signa prout formatiu verbi interius est quędam locutio, sunt autem nutus prout formatio huiusmodi verbi est quædam visio.

Sexto modo loquitur Angelus per suæ virtutis ad corporalia, & ad maiorem corporalem applicationem. quod tripliciter fieri contingit, vel prout format aliquos sensibiles sonos in aere, vel prout reducit humores, & spiritus, in quibus reseruantur phantasmata, ad ipsum organum phãtasticum, quorum vtrunque fit cum aliquali materiæ transmutatione, vel prout virtutem suam applicat ad cœlum Emphyreum, vel ad quodcũque corpus sine aliqua transmutatione. omnibus enim his modis per applicationem virtutis suæ ad corporalia Angelus loqui potest. potest enim sonos in aere formare, vel aliquas sensibiles species ibi facere apparere: ex qua formatione, vel ex qua apparitione, potest nobis patefacere voluntatem suam, quæ patefactio quædam locutio dici potest.

Secundo hoc potest facere, non solum in aere exteriori, sed etiam in ipso organo phantastico nostro, vbi similitudines, quas vult, põt ibi facere apparere, reducendo ad organum phantasticum spiritus, & humores, in quibus reseruantur similitudines illæ. Sicut ergo in aere potest formare sonos, & sic loqui nobis; quia quantum ad motum localem natura corporalis obedit angelo ad nutum: ideo potest sic scindere aerem, & sic eum mouere, quòd formentur ibi soni secundum voluntatem suam, quod faciendo per huiusmodi sonos, & per huiusmodi verba in aere formata, potest loqui nobis: sic potest spiritus, & humores, vbi reseruantur similitudines illorũ verborum, vel illorum sonorum, reducere ad organum phantasticum, & ad principium sensitiuum, quod faciendo in ipsa imaginatione nostra loquetur nobis. Sicut & in somnis apparet nobis, ꝙ verba aliqua audiamus, quia similitudines illorum verborum fiunt in organo phantastico nostro, & in imaginatione nostra. Verba somnis audire quomodo videamur.

Vtimur

Vtimur.n. iuſomnis phantaſmatibus tanquàm rebus.ideo qualis fiunt iu imaginatiue uoſtra in ſomuis,talia videntur nobis exterioribus ſenſibus percipere, quòd ſi per alia ſigna ſenſibilia formata in aere loqueret nobis angelus, vel indicaret nobis voluntatem ſuam, ſimilitudines ét illorũ ſignorum poſſet facere in imaginatiue, reducendo bumores,& ſpiritus ad organũ phantaſticũ, iu quibus tales ſimilitudines reſeruant. Poteſt & per applicationem virtutis ſuæ ad corporalia loqui angelus tertio modo, quando ſic applicat virtutem ſuam, ꝙ nulla ſit tranſmutatio in corpore ad qđ ipſam applicat. Sicut enim Angelus poteſt applicare virtutem ſuam ad ſpacium diuerſarum quantitatum, vt puta ad ſpatium magnum,vel paruum: ſic poteſt applicare huiuſmodi virtutem ad ſpacium diuerſarum figurarum,vt pura ad ſpaciũ triangulare, vel quadrangulare,nulla ſciſſura nec aliqua tranſmutatione facta in ipſo corpore. Sicut ergo ſecũdum varias litteras,quæ ſunt variarum figurarũ, paſſumus alijs patefacere mentem noſtram, ſic ſecundum diuerſas applicatiunes,quæ poſſunt eſſe diuerſarũ figurarum iu ipſis corporibus, poteſt vnus angelus alteri ſuam patefacere mentẽ.

Angelus quot modis Deo loquatur.

Cũ ergo quæritur qualiter angelus loquatur Deo,qualiter ſibi, qualiter alteri Angelo, qualiter nobis,dicere poſſumus, ꝙ omnibus præfatis modis loquitur Deo.loquitur enim Deo p cordis manifeſtationem. quia omne cor ſibi patet, loquitur etiam angelus Deo per diuinæ maieſtatis admirationem. quia talis admiratio nou latet Deum.loquitur etiam per ſuæ voluntatis, & per ſuorum deſideriorum patefactionem,& directionem. quia, vt dicebamus,nou ſolum Deo cor patet, ſed etiam omnis voluntas loquitur. Loquitur etiam ei per verbi formationem, qđ idem eſt, quod ipſa cogitatio. Nã ſicut angelus cogitando, & verba ſua iu corde formando loquitur ſibi, ſic per huiuſmodi verba formata loquitur Deo. Loquitur inſuper Deo p verbi formati expreſſionem.quia ſi hoc modo vnus Angelus loquitur alij angelo verba formata per ſigna aliqua intelligibilia exprimẽdo, & cogitationes ſuas hoc modo ei patefaciẽdo (quia illa ſigna intelligibilia nou latent Deum) illo etiam modo loquitur Deo. Loquitur etiã angelus Deo per ſuæ virtutis applicationem, ſiue fiat talis applicatio cum tranſmutatione materiæ, ſicut formãdo ſnuos,vel alia ſigna intelligibilia faciendo in aere, vel etiam reducendo bumores, & ſpiritus, iu quibus reſeruantur ſimilitudines rerum ad organum phantaſticum,& ad principium ſenſitiuum: ſine hoc fiat ſina tranſmutatione materiæ,qnod fieri poteſt ſecundum varias figuras, virtutem ſuam applicãdo ad aliquod corpus. quia huiuſmodi applicationes non latent Deum; omnibus præfatis modis loquitur Angelus Deo.

Reſolutio Dub. IV.

Angelus ſibi ipſi quatuor,ſeu quinque modis loquí poteſt: cordis pateſactione;& quatuor alijs ſupra recenſitis, vt legenti patebit.

Angelus ſibi ipſi quot modis loquatur.

ANGELVS ſibi ipſi loquitur quatuor, vel quinque modis. Nam primo modo, qui eſt per cordis patefactionem, abſque aliqua alia formatione verbi, poteſt dici Angelus loq̃ Deo, ſed non ſibi. Scit enim Deus ita cor ipſius angeli,quòd ante,quàm formet verba,ſcit omnia verba formanda.ſecundum quem modum,naturaliter loquẽdo,niſi ex reuelatione diuina habeat, ignorat cor ſuum. Nam huiuſmodi verba formanda dependẽt ex libero arbitrio,& ſunt quædam futura contingẽtia,quæ,naturaliter loquẽdo,non ſunt nota Angelo. Secundum hoc ergo poteſt exponi illud Dionyſ.7.de Ange. Hierar. quòd angeli ignorant virtutes proprias, & ſola diuina ſapientia eos perfectè cõprehẽdit. Ignorant enim angeli virtutes proptiss.quia,naturaliter loquendo, neſciũt omnia, quæ facturi ſunt per ſuas virtutes. Alio etiam modo prour angelus loquitur per ſuæ voluntatis,& ſuorum deſideriorũ patefactionem, aliquo modo Angelus loquitur ſibi,& aliquo modo non. Nam ita ſe haber voluntas ad ſua deſideria,quæ procedunt ex ea,ſicut ſuo modo ſe habet mens ad ſua verba,quæ generantur, & concipiuntur in ipſa. Sicut ergo angelus,naturaliter loquẽdo,nouit omnia verba, quæ ſunt iam in actu in ſua mẽte formata,nou tamen nouit naturaliter omnia verba formãda: ſic angelus nouit omnia deſideria ſuæ voluntatis iam facta, ſed non nouit naturaliter omnia fiẽda. Si ergo huiuſmodi locutio per ſuæ voluntatis,& ſuorum deſideriorum patefactionem intelligitur de ipſa voluntate in ſe, quòd ſit omnino naturaliter nota Angelo ante,quàm prorumpat in ſua deſideria, vel intelligitur de omnibus deſiderijs angeli, nõ ſolum formatis, & factis,ſed etiam formandis,& fiendis;Hoc vtique modo,ſicut angelus ignorat ſuam virtutem intellectiuam (quia naturaliter neſcit omnis, q̃ formanda ſunt ex ea) ſic naturaliter ignorat ſuã virtutẽ volitiuam.quia ignorat omnia deſideria, q̃ oriuntur ex illa. Hoc ergo modo angelus non loquitur ſibi, nec eſt notus naturaliter ſibi, ſed Deo. Sed ſi intelligatur talis locutio,quantũ ad deſideria iã facta, vel iã formata, vel iã actu perpetrata, vel iã actu ab angelo ordinata, ſecundũ hunc modũ per deſideriorũ patefactionẽ loquit̃ angelus ſibi.quia omnia talia deſideris nota ſũt Angelo. Alijs autẽ quatuor mudis videlicet per diuinæ maieſtatis admirationẽ, per verborũ formationẽ,p verborũ formatorũ expreſſionẽ, per ſuæ virtutis ad corporalia applicationẽ, loquit̃ angelus nõ ſnlũ Deo,ſed ſibi. quia oĩa hæc nota ſunt ipſi angelo:ideo dicebamus,ꝙ loquitur ſibi quatuor,vel qnq; modis. Nã oĩbus his quatuor mudis ſibi ipſi loquit̃, & ctiã ſecundũ illum aliũ

Angeli ignorãt virtutes proprias.

modū, qui sumit secundū suæ voluntatis, & desideriorū suorū patefactionē, q̄ Angelus loquat sibi, vt patet: est, vt sic: & est, vt non. Si ergo iste modus cōputet cū illis quatuor modis, angelus loquetur sibi quinque modis, sed si non computetur, dicetur loqui sibi quatuor modis. Bene itaque Dictum est, quòd Angelus loquitur Deo omnibus sex præfatis modis: sed sibi ipsi loquitur quatuor modis, vel quinque.

Resolutio Dub. V.

Angelus alteri Angelo duobus modis loqui potest. Hoc est, cogitationum, verborumque formatorū expressione, suaque virtutis ad corporalia applicatione, sine illius corporis transmutatione.

Angelus alteri quot modis loquatur.

NVnc Angelus loquitur alteri duobus modis. Nam per solam cordis patefactionem absque formatione verborū vnus Angelus non loquitur alteri, quia hoc modo etiam naturaliter non loquitur Angelus sibi. Sic etiam per verborum formationem nisi vlterius illa verba exprimantur, cum huiusmodi verborum formatio sit idem, quod cogitatio, vnus Angelus non loquitur alteri, quia naturaliter loquendo, cogitationes vnius Angeli non sunt notæ alteri. Et si vnus Angelus non loquitur alteri per cordis patefactionem, nec per solam verborum formationem, consequens est, quòd nō loquatur vnus alteri per diuinæ maiestatis admirationem, & per suorum desideriorum patefactionem. quia Angelus cogitando, & verba in se formando, absque eo, quòd illa verba aliter exprimat, potest diuinam maiestatem admirari, & potest in sua desideria prorumpere. Si ergo cogitationes Angeli sunt notæ sibi, & non sunt notæ alij Angelo: consequens est, quòd Angelus cogitando, & ex cogitatione diuinam maiestatem admirando, & ex tali cogitatione, & admiratione in sua desideria prorumpendo, potest Angelus loqui sibi, sed non dicitur hoc modo loqui alij Angelo, nisi illa desideria, & illas cogitationes, & admirationes per aliqua alia signa alij Angelo patefaciat, loquetur itaque vnus Angelus alij duobus modis, videlicet per suarum cogitationum, & suorum verborum formatorum expressionē: & per suæ virtutis ad corporalia applicationē. Postquàm enim Angelus cogitando in se verba formauit, potest huiusmodi verba per aliqua signa intelligibilia alij Angelo patefacere, & exprimere, quod faciendo dī loqui illi, & sicut potest vnus Angelus alteri exprimere suas cogitationes, sic potest ei exprimere sua desideria, & suas admirationes. Loquitur itaque vnus Angelus alij per signa intelligibilia suas cogitationes exprimendo. Potest etiam ei loqui per suam virtutem ad corporalia applicando: siue ūat hoc aerē immutando: siue humores, & spiritus, vbi reseruantur similitudines sonorum, & rerum ad organum phantasticum reducendo, siue hoc fiat per solam suam virtutem absque transmutatione alia ad corpus aliquod applicando. Nouit enim Angelus sonos, & quascunque species format in aere alius Angelus: & nouit etiam, quos humores, & quos spiritus reducit ad aliquod organum phantasticum, & nouit etiam, quæ similitudines reseruantur in illis spiritibus, & humoribus. Si ergo Angelus potest loqui homini, vel aerem exterius commouendo, vel organum suum phantasticum immutando, quia talis cōmotio facta in aere, vel talis immutatio facta in organo phantastico cuiuslibet hominis, non latet alium Angelum: ideo & sic serem commouēdo, & sic organum phāntasticum alicuius hominis immutando, potest non solum loqui homini, sed etiam potest loqui alij angelo. virtutem tamen suam ad corpus aliquod absque transmutatione ipsius corporis applicando, potest loqui angelus Angelo, sed non homini. Videt. n. vnus angelus, ad quod corpus, & qualiter ad corpus applicat virtutē suam alius Angelus: sed homo non potest hoc cognoscere, nec etiam percipere, quando facit, & qualiter facit: cum ipse angelus in sui natura non possit ab homine conspici, nec videri. Loquitur ergo vnus angelus alij duobus modis, videlicet verba in suo corde formata, & cogitationes suas per signa intelligibilia exprimendo, & virtutem suam ad corporalia applicando.

Resolutio Dub. VI.

Angelus homini vno tantum modo loqui potest, hoc est, suæ virtutis ad corporalia applicatione. Id autem duobus modis. Id est, vel organum phantasticum immutando, vel aerem commouēdo, sed nō absque illius corporis transmutatione.

NOn loquitur Angelus homini nisi vno modo. quia illa signa intelligibilia, per quæ vnus angelus loquitur alij, nō potest homo videre, nec p̄spicere. Solū ergo loquit angel⁹ homini, virtutē suā ad corporalia applicādo. Sed, vt dicebamus, eū iste modus locutionis, q̄ fit p applicationē virtutis, fieri habeat tribus modis, videlicet p aeris commotionē, per immutationē organi phantastici, & per solam applicationem virtutis ad aliquod corpus: absque aliqua transmutatione illius corporis; de his tribus modis angelus potest loqui homini duobus modis tantū. s. vel aerem commouendo, vel suum organum phantasticum immutando: non autem potest ei loqui tertio modo. s. virtutem eius ad corpus aliquod absque transmutatione aliqua applicando. quia tunc oportet, quòd homo angelum in sui natura videret, & virtutem eius secundum seipsam conspiceret,

¶ Angelus vno tantum modo loquitur homini.

RESP. AD ARG. DVB. III.

QVod ergo arguebatur, quòd Angelus non loquitur Deo, quia loqui est aliquid alteri manifestare. Deo autē nihil manifestare possumus, quia oīa sunt sibi nota; Dicendum, quòd eo ipso, quòd omnia sunt manifesta Deo, quamuis, nobis etiam ignotis, ita se habeat ipsa notitia, quam habet Deus de corde nostro, & de omnibus, quæ sunt in nobis, dicitur quædam locutio ad Deum. vnde non argoit argumentum, quòd Angelus non loquatur Deo, sed concludit, quòd non loquitur Deo eo modo, quo loquitur alij Angelo. quia alius Angelus, eo inoito nō potest scire cor eius, nisi sibi per locutionem patefaciat. sed Deo, etiam Angelo inoito, vel etiam dato, quòd Angelus nollet, patefit sibi cor, & voluntas Angeli, quæ patefactio, quædam locutio dici potest.

RESP. AD ARG. DVB. IIII.

QVòd autem arguebatur ad aliam quæstionem, quòd Angelus non loquitur sibi; quia secundum Philosophum sermo, & locutio sunt ad alterum; Dicendum, quòd suot ad alterum, & sunt ad seipsum, vt est per habita manifestum.

Arist. 1. Pol. c. 2.

RESP. AD ARG. DVB. V.

QVòd autem arguebatur ad quæstionem aliā, quòd Angelos non loquitur alij, nec per verbum formatum in imaginatione, quia imaginatione carer: nec per verbum formatum in aere, quia caret organis corporalibus, quorum est aerem mouere, & ibi verba formare; Dicendum, quòd vnus Angelus potest loqui alij, & per ea, quæ formantur in mente, & per ea, quę formantur in aere, & per ea, quę formantur in imaginatione. Formantur enim in meute Angeli duo genera verborum: vnum genus pertinet ad Angeli cogitationem: aliud autem pertinet ad suæ cogitationis expressionē. Cum enim Angelus conuertit se super speciem, quam habet in memoria, & formatinde verbō in sua intelligentia, talis verbi formatio est ipsa Angeli cogitatio: nec differt cogitatio a verbo, p̄ priè loquēdo, in angelo, licet in nobis secundum Augustinum differat. vult enim 15. de Trinitate, quòd cogitatio sit verbū informe. propter quod eo. libr. vult, quod cogitatio præcedat verbum nostrum sicut informe præcedit formatum. Cū ergo conuertimur super speciem, quæ est in memoria, & aliquid inde gignitur in intelligentia, quia nostrum intelligere est cum cōtinuo, & tempore, & cum discursu: & prius est imperfectum, quàm perfectum; oportet, quòd id, quod gignitur in intelligentia ex specie, quę est in memoria, prius sit informe, quàm formatum: & dum est informe, dicitur cogitatio secundum Aug. dum est formatum, dicitur verbum. dum enim imperfectè comprehendimus aliquid, dicimur de illo cogitare. Cum autem perfectam notitiam habemus de eo, dicimur de ipso formare verbum. Et quia Angelus in iotelligendo non procedit sic de imperfecto ad perfectum, sicut nos: vel non est in eo cogitatio eo modo, quo loquitur Aug. sed verbum; vel si ponimus ibi esse cogitationē, dicemus eam esse idem, quod verbum. Bene dictum est, quòd prouæ Angelus conuertit se super speciem intelligibilem, quam habet apud se, formatinde verbum, quod est idē quod cogitatio: & tale verbum in vno Angelo noo est notum alteri Angelo, quia nec cogitationes vnius natura liter sunt notæ alteri, oiſi forte in generali, vt superius dicebatur. Sed vlterius postquam Angelus conuertit se super speciem intelligibilem, & formauit inde verbum, quod est cogitatio; rursus potest se conuertere super huiusmodi verbū, & formare aliquod signum iotelligibile, quod etiam potest dici verbū, quia est illius verbi formati expressio. Loquitur ergo vnus Angelus alteri per verba formata in mēte, non quidem per verba, quæ sunt ipsæ cogitationes, sed per verba, quæ sunt quædā signa intelligibilia, & quæ sunt talium verborum, & talū cogitationum expressiones. Propter quod pater, quòd vnus Angelus potest loqui alij per huiusmodi verba, quæ sont signa quædam intelligibilia formata in mente. Potest etiam loqui per verba, quæ sunt signa sensibilia formata io aere. nam & de ipsis sensibilibus, & de ipsis rebus materialibus Angeli cognitionem habent: & licet Angeli non habeant linguam, & organa huiusmodi corporalia, tamen quia materia corporalis quantum ad motum localem obedit eis ad nutū. ideo possunt sic frangere, & reuerberare aerem, quòd fiāt ibi soni quicunque secundum voluntatem soam, secundum quem modom potest Angelus loqoi homini. Et si talem locutionem factam ab Angelo percipit homo, multo magis percipiunt eam quicunqoe alij Angeli. Potest etiam tertio modo loqui Angelus Angelo noo solum per signa intelligibilia, formata in meote, & per signa sensibilia, formata in aere, sed etiam per signa imaginabilia, formata in imaginatione. oon qood ipse Angelus habeat imaginationem, vel organum phantasticū: sed sicut Angelus in aere aliquo, qui non pertinet ad suam substantiam, potest formare signa sensibilia, per quæ loquitur homini, & per consequens Angelis. sic in imaginatione, & in organo phantastico alicuius hominis potest facere, quod fiant aliqua signa imaginabilia, & aliquæ similitudines imagioabiles, deducendo humores, & spiritus ad principium sensitiuum, & ad organum phantasticum, in quibus habent esse tales similitudines. qood faciendo, potest loqoi homini, in cuius imaginatione talia formar, vel facit, quòd talia formentur.

Et qnia illæ similitudines, & illa signa ima-

A

B

Angelorum verbum dis plex.

C

Materia cor por. obedit semper Angelis ad nutum quantū ad motum.

D

Tomo 3. cap 15. 16.

imaginabilia non sunt ignota alteri Angelo, ideo hoc etiam tertio modo potest vnus Angelus loqui alij. Potest etiam & quarto modo loqui, applicando virtutem suam ad aliquod corpus sine transmutatione illius corporis. quia, vt dicebatur, sine scissura corporis potest virtutem suam applicare ad aliquam partem illius corporis, quæ sit triãgularis, & quadrangularis, & quæ sit pentagona, & quæ habeat quancunque figuram. Et quia potest tot modis talem applicationem variare, potest per talem applicationem omnem conceptionem suam exprimere: secundum quem modum loquendi non potest Angelus loqui hominibus, sed alijs Angelis.

Dicebamus autem supra, quòd vnus Angelus loquitur alij duobus modis. hic autem assignauimus quatuor locutionis modos, sed vnus illorũ modorum dividitur in tres. Dicebatur enim, q Angelus loquitur alij, vel per verborũ formatorum expressionem, quod fit per signa intelligibilia, quæ Angelus formar in sua mente: vel per suæ virtutis applicationem, quod tripliciter fieri contingit, vt est per habita manifestum.

A

B

C

D

RESP. AD ARG. DVB. VI.

SVBD autem argnebatur ad quæstionem vltimam, quòd Angelus non loquitur homini. quia ex quo non est notus homini Angelus loquens, non potest ei esse nota eius locutio; Dicendum, quòd licèt Angelus non sit notus homini secundum suam substantiam, est tamen ei notus, vel potest esse ei notus sm suos effectus. Potest ergo in ipso aere aliquos sensibiles effectus facere, vel in ipso organo phantastico aliquã immutationem causare, ratione cuius potest loqui Angelus homini.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram dubitatur: Et primò super illo verbo Diony. de cœlesti Hierarchia, vbi ait, q illa superiora agmina quantum ad ea, quibus præeminẽt, vsum exterioris officij nunquam habent. Contra: Non inuenitur in Dionysi. talis textus.

RESPONDEO dicendum, quòd non sunt Diony. verba, sed est sententia. Loquitur enim in pluribus locis de cœlesti Hierarchia verba, p quæ potest haberi talis sententia. Auctoritas autem inducta à Magistro, est Gregorij alleganis Dionysi. non secundum verba, sed secundum sententiam.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS autem dubitatur super illo verbo: Et putauit illi, Michael, &c. quo se habeant hęc tria nomina Angelorum, videlicet: Michael, Gabriel, & Raphael.

Dicendum, quòd Michael videtur esse de ordine Principatuũ, qđ patet p Dan. Ecce Michael vnus de Principatibus primis venit in adiutorium meum. Et ibidem in eodem cap. dixit Angelus, qui loquebatur Danieli: Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester. Michael ergo pertinet ad ordinem Principatuum. Et si aliquando inueniatur, quòd pertineat ad ordinem Archangelorum, iuxta illud, quod habetur in canonica Iudæ, quòd Michael Archãgelus altercabatur cũ Diabolo de corpore Moysi, cum archos idem sit, quod Princeps, ibi Archangelus referendus est ad ordinem Principatuum, non ad illum ordinem, quẽ communi nomine Archangelos nominamus. * Gabriel autem pertinet ad ordinem Archangelorum. Nam denunciare aliqua est dnorum ordinum, videlicet Angelorum, quorum est denunciare minora, & Archangelorum, quorum maiora. Et quia Gabriel missus est, vt nunciaret Mariæ Natiuitatem Domini, & vt nunciaret Zachariæ Natiuitatẽ Beati Ioannis Baptistæ, vt habetur Lucæ. quia ista erant ardua, & magna, de ordine Archangelorũ dicendus est esse Gabriel. Et si in scriptura ille Gabriel dicatur Angelus, quia Lucæ, vbi ista ranguntur, dicitur Angelus apparuisse Zachariæ, & Mariæ, hoc est, quia nomine Angelorum intelligntur omnes Angeli cuiuscunque ordinis sint. ipse tamen Gabriel ad Archangelorum ordinem dicitur pertinere. * Raphael autem secundum quosdam pertinet ad ordinem Angelorum. Nam Raphael fuit ille, qui associauit Filium Thobię. Iuxta illud Thob. Ego enim sum Raphael Angelus. Illi enim, qui deputantur ad talia partienlaria negotia, probabiliter ponuntur ad Angelorũ ordinem pertinere. Per illa ergo tria nomina: Michael, Gabriel, & Raphael, exprimuntur tres ordines primæ Hierarchiæ, videlicet Principatus, Angeli, & Archangeli. interpretationes autem horum nominum habentur in littera.

Michael de ordine Principatuum. Dan. 10.

Altercatio Michaelis cum Diabolo.

*Gabriel de ordine Archangelorum.

Lucæ 1.

Lucæ 1.

* Raphael de ordine Angelorũ.

Thob. 12.

Dub. III. Litteralis.

VLTERIVS autem dubitatur super illo verbo: Sic & Dæmonum quædam nomina sunt. Nam in scriptura plura nomina habentur de malis Angelis, quàm hic ponantur. Nã in Iob malus angelus vocat Beemoth. Thobiæ: vocatur Asmodeus. Apocal. Abbadon.

* Dæmonum nomina varia.

Iob. 40.

Thobiæ 3.

Apocal. 9.

In

In Euãgelio autem vocatur Beelzebub. Alibi autẽ vocatur Beelphegor, de quo hĩ numeri. 25.

Dicendum, quòd non curauit Magister pooere omnia nomina, quibus malus Angelus in Canone nominatur, sed sufficit, quòd de illis posuerit aliqua. Vode & in littera dicitur, quòd pluribus alijs nominibus nominatur. Omnibus tamẽ præfatis nominibus, tam in littera positis, quàm etiam ounc superadditis, competẽter malus Angelus nuncupatur: ✻ Dicitur enim Diabolus, i. criminator, Sathã, i. aduersarius. Belial, i. apostata & absq; iugo. Leuiathã, i. additamentum: ratione malorum, quæ continuè satagit superaddere. Dicit Beemoth, i. bestialis, Asmodeus, i. plasmatio iudicaotis. Nam ab eo plasmatus erat, à quo indicatus est: Dicitur Abbadon, i. exterminans: Dicitur Beelzebub, i. Deus muscarum. Nã in illo idolo, qd vocabatur Beelzebub, potissimè dabat respoosum Diabolus, quod idolum ratione effusionis sanguinis in sacrificijs ei oblatis, vbi ad iaoguiuem, & immundicias concurrebant multæ muscę, derisiuè à Iudęis appellat' est Belzebub, i. Deus mascarum. nam Zebub idem est, quod musca. Dictus est ét ille malus Aogelus Beelphegor, qnia in illo idolo, quod vocatur Beelphegor, simulacrum ignominiæ respousum dabat.

• Dæmoñ nominum declaratio. Sathan. Belial Leuiathan. Beemoth. Asmodeus.

Abbadon. Beelzebub. Alij legũt: Abeddon. Apo. 9. Hay moni tamẽ vt legendũ Labaddon ex Hebr. in peruersatione literarum.

DIST. XI.

De Angelorũ custodia, custodientiumque profectu.

Lvd qvoqve scivndvm est. Hęc est vltima Distinctio, in qua Magister tractat de Angelis. Tractat eoim de custodia Angelorum, quam exercent circa homines. Circa qd duo facit. qa primò agit de huiusmodi Angelorum custodia. Secundò agit de profectu, quem eonsequuntur Angeli ex hniosmodi custodia. Secunda ibi: ⁋ *Præterea illud considerari.* ⁋ Circa primum tria facit, quia primo ostendit, quòd Angeli deputati suot ad custodiam hominum. quod probat per Euangelium, vbi dicitur. Angeli eorum, ideſt qui sunt deputati ad custodiam eorum. Et per Hieronymum dicentem: Magna est dignitas animatum, vt vnaquæque habeat ad suam custodiam Angelum delegatum. Et per Gregorĩ volentem, quòd vuusquisque habeat vnum Angelũ bonum ad sui custodiam deputatum, & vnum malom ad exercitium. Secundo specialiter agit de effectibus huiusmodi custodiæ, qnia Angelus nos custodiens ad hunc effectum potissimè conatur, vt horretur nos ad bonum, sicut malus Angelus potissimè ad hoc conatur, vt excitet nos ad malum. Tertio circa huiusmodi Angelorum custodiam mouet quandam qoęstionem: Vtrum singuli homines habeant singulos Angelos ad custodiam deputatos. Secunda ibi: ⁋ *Cum enim omnes Angeli.* ⁋ Tertia ibi: ⁋ *Solet autem quæri.* ⁋

Pars autem illa, in qua mouet huiusmodi quęstionem, diuiditur in partes quatuor, qoia primo mouet qnæstionem præfatam: Vtrum singuli homines habeant singulos Angelos custodes. Secũdò dicit, vel ostendit, quòd oportet vnum, & eũdem Angelum esse custodem plurium hominũ. Nam cum communiter ponatur, quòd tot saluabuntur electi, quot Angeli remanserunt, & quia non tot ceciderunt, quot remanserunt, & cum mali homines, & damnandi ponantur etiam habere Angelos custodes, qui sunt multo plures, quàm saluandi; nullo modo sunt tot Angeli, quot erant homines. sed cum pauci non possint esse custodes multorum: oisi vni custodi deputentur multi custodiendi: oportet vnum, & eundem Angelum esse custodem multorum. Tertiò dat duplicem intellectum huiusmodi dicti, quòd vnus Angelus sit custos multorum: videlicet, ꝙ ille, qui fuit custos alicuius hominis post mortem eius: fiat custos alterius. quod ideo addidit hic de diuersis temporibus: vt possit magis apparenter saluari, qnomodo quilibet homo potest habere suum Aogelum custodem: quia licet omnes homines tam præteriti, quàm præsentes, quã etiam futuri, sint plures, quàm omnes Angeli: tamen soli præsentes, & soli illi, qui viuoi: fortè sunt multo pauciores, quàm Angeli ita, vt vnusquisque possit habere Angelum custodem suũ. Quartò ad pleoiorem solutioaem quęstionis ꝓpositę, quomodo vnusquisque habeat Angelum custodem suum, ait, quòd sine in diuersis temporibus, sive in eodem tempore, vnus Angelus sit custos plurium hominum, oullatenus iamen dubitãdum est, qoio quilibet homo habeat Angelum custodem suum. Nam & quilibet Monachus habet Abbatem Prælatum sunm, quamuis simul, & eodem tempote idem Abbas sit prælatus plurium Monachorũ. Secunda ibi: ⁋ *Sed cũ electi tot sint.* ⁋ Tertia ibi: ⁋ *Ideoque dici oportet.* ⁋ Quarta ibi: ⁋ *Caterum verò, sive itafit.* ⁋ Tunc tequitur illa pars: ⁋ *Præterea illud considerari.* ⁋ In qua agit de profectu Angelorum ex huiusmodi custodia. Circa quod tria facit, quia primo mouet quæstionem: Vtrum Angeli in merito, & in præmio proficiant ex huiusmodi custodia. Secundo circa hoc tangit opinionem vnam, quòd proficiunt. Tertio tangit opinioaem aliam, quòd nõ proficiant in merito, vel in præmio, quòd meretur ex hoc amplius præmium, & amplirem cognitiunem Dei, sed sọlum proficiaot in scientia rerum exteriorum: Secuoda ibi: ⁋ *Quòd in meritis proficiant.* ⁋ Tertia ibi: ⁋ *Alij autem dicunt.* ⁋ Pars autem illa, in qua ponit opinionem, quòd Aogeli proficiant in merito, & pręmio; diuiditur in partes quatoor. quia primo probat hoc per rationem, quòd sic proficiant, cum coutinuè hominibus

Matth. 18.

Angeli custodes cuiuslibet hominis quot.

Saluandi quot fiat.

nibus seruiant, & ex hoc in dilectione augmententur. quæ dilectio, & est meritum inquantum per eam merentur: & est præmium inquantum per eam beati fiunt. Secundo probat hoc per auctoritates tam Canonis, quàm Sãctorum, tam noui, quàm veteris testamenti. Tertio obijcit in contrarium per August. dicentem, quòd Angelis à seculis fuerunt talia mysteria nota, propter quod non profecerunt in cognitione, & per consequẽs, vt videtur nec in dilectione nec in præmio. Quarto soluit dictum Aug. videlicet, quòd superiores Angeli à seculis sciuerunt aliqua mysteria circa salutem hominum, quæ inferiores ignorauerũt: Nulli tamen sciuerunt omnia huiusmodi mysteria, sed per processum temporis omnes Angeli in cognitione huiusmodi mysteriorum profecerũt: Secunda ibi: {*Et quòd Angeli proficiant.*} Tertia ibi: {*His autẽ contradicere.*} Quarta ibi: {*Ideoq; vt omnis repugnantia.*} Tunc sequitur illa pars: § *Alij autem dicunt.* § In qua ponit opinionem contrariam, quòd Angeli nec in dilectione nec in cognitione post adeptam beatitũdinem profecerunt, sed solum profecerunt in scientia rerum exteriorum. Circa quod tria facit. Quia primo ponit huiusmodi opinionem. Secũdò subdit, quòd prima opinio, quòd proficiant, est probabiliot. Tertiò contra huiusmodi opinionem, quòd Angeli in merito & in præmio proficiant, adducit auctoritates Isidori, & Gregorij, & soluit eas. Secunda ibi: {*Illud verò, quod ait.*} Tertia ibi: {*Quibus tamen videntur obuiare.*} Et in hoc terminatur sententia præsentis Lectionis: & Distinctionis.

QVÆST. I.

De Angelorum custodia.

QVIA Magister in præsenti Dist. agit principaliter de duobus, videlicet de custodia Angelorũ, quam exercent circa homines: & de profectu, si quem consequũtur ex huiusmodi custodia: ideo de his duobus quæremus. Circa primum quidem videlicet circa Angelorum custodiam quæremus quatuor. Primò de ipsa Angelorum custodia. Secundò de hominibus custoditis. Tertiò de Angelis custodientibus. Quartò de tempore custodiæ.

ARTIC. I.

An Angeli ad hominum custodiã deputentur. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 113. arti. 1. Et 2. senten. d. 11. q. 2. arti. 1. D. Bon. d. 11. artic. 1 q. 1. Biel. d. 11 q. 1. Alrisiod. 2. senten. tr. 4. c. 4. Holcoth. d. 10. q. 4 Aber. de virtu. assistr. q. 9. arti. 5. Barth. Sybi. 2. Decret. c. 3. q.

AD primum sic proceditur: videt, q Angeli non deputẽtur ad custodiam hominum. Nam illi, qui æquabuntur Angelis in cõtemplatione diuinitatis, nõ debent Angelos habere custodes, quia videntur æquè esse digni, sicut & Angeli. homines sunt huiusmodi: ergo &c.

Præterea virtus creata est quasi punctus, & quasi nihil respectu virtutis increatæ: Vbi est ergo ipse Deus custos, nõ indigemus custodia Angelorum, sed ipse Deus est custos hominum, iuxta illud Iob: Quid faciam tibi ò custos hominũ? ergo, &c. Iob. 7.

Præterea in libro de spiritu, & anima dicitur, q anima facta est ad imaginem Dei, vt nulla interposita natura a prima veritate formaretur. Si ergo nulla interposita est natura inter Deum, & animam, non erunt Angeli custodes nostri, quia tunc essent medij inter nos, & Deum.

Præterea custodia Angelorum est ad præseruandum nos in gratia, sed ipse Deus immediatè per seipsum infundit nobis gratiam: ergo per seipsum immediatè nos custodit in præseruatione diuinæ gratiæ.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur in psalmo: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te, quod non esset nisi Angeli ad nostram custodiam essent deputati. Psal. 90.

Præterea pronior est Deus ad miserendum, quàm ad condemnandum, sed dedit Deus nobis Angelos malos ad nostrum exercitium, qui continuè nos ad malum incitant, iuxta illud Apostoli. Non est nobis colluctatio, &c. ergo multo magis dedit nobis bonos Angelos ad custodiendũ, per quos resistatur nequitiæ spirituũ peruersorũ. Eph. 6.

RESOLVTIO.

Angelus ad hominem custodiendũ constitutus fuit. Idq; ex parte Dei præsertim: hoc est, ex ipsius diuinæ bonitatis communicatione, sapiẽtiæ, dilectionisq; declaratione, nec non vniuersi connexione. Ex parte in super hominis id factum esse censemus. Intellectus enim, voluntatis, sensualitatis, corporisq; decentia id postulare videtur.

RESPONDEO dicendum, q ex parte Dei, & ex parte nostra possunt sumi rationes, quòd Angeli

Angeli sunt nobis ad custodiam deputati. Hoc ergo ordine procedemus in quæstione proposita, quia ad concludendum intentum ex parte Dei adducemus quatuor rationes. Secundo ad hoc idem enarrabimus alias quatuor rationes ex parte nostra. Tertio adducemus auctoritates ad propositum.

Ordo procedendi. Quæst.

Propter primum sciendum, quòd non est ex insufficientia Dei, quòd Angeli sint deputati ad custodiam nostram; sicut non est ex insufficientia eius, quòd ipse gubernet mundum mediantibus secundis causis, & producat effectus mediantibus secundis agentibus. posset enim, si vellet, totum per seipsum facere, quia posset calefacere sine igne, infrigidare sine aqua, & alios effectus facere sine quibuscunque alijs agentibus. sed vt non essent res otiosæ, & ne essent destitutæ propijs operationibus, vult, quòd coadiutores eius simus: & vult, quòd creaturæ suæ cooperentur sibi in productione suorum effectuũ: & vult hoc modo inferiora per superiora reducere. secundũ quem modum loquitur Dion. 4. de Angel. Hierarchia, quòd est in ordine diuino legaliter promulgatum secunda per prima in Deum reduci, quasi dicat, quòd hæc est lex diuinitatis, & hic est ordo legis diuinæ, vt secunda reducantur per prima, idest, inferiora reducantur per superiora: & hoc modo, vt ipse ibidem innuit, nos reducimur in Deum per Angelos. quod sic esse, vt prædiximus, ex parte Dei quatuor vijs possumus declarare. vt Prima sumatur ex diuinæ bonitatis cõmunicatione. Secunda ex eius sapientiæ ostensione. Tertia ex suæ dilectionis manifestatione. Quarta ex vniuersi connexione.

Angeli ad custodiã hominũ deputati quoad causã.

Prima quidem via est multum generalis, quia concludit generaliter de omnibus. quia, vt prædiximus, posset Deus sine secundis agentibus omnes effectus facere; tamen vult dignitatem suã communicare creaturis, & quia non vult, quòd creaturæ suæ otiosæ sint: nec vult, quod sint superuacua opera sapientiæ suæ, non patitur, quod res sint destitutæ propijs operationib', sed vult, quod superiora agant in inferiora, & vult, quod inferiora reducantur in ipsum per superiora. Et quia Angeli sunt superiores nobis: & sunt medij inter nos, & Deum, vult, quòd nos reducamur in ipsum per Angelos, & hoc modo sunt Angeli ad nostram custodiã deputati. Hæc enim via de omnibus agentibus generaliter tangitur Sapien. 14. cum dicitur sic: Tu autem Pater omnia gubernas prouidentia. Et subditur: Ostendens, quoniam potens es ex omnibus saluare, etiam si sine rate, quis adeat mare: sed vt non essent vacua opera sapientiæ tuæ, propter hæc etiã exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Posset enim Deus facere, quòd homo sine rate transiret mare, & quòd combureretur sine igne, & quòd saluaretur sine custodia Angelorum. sed, vt non sint vacua opera sapientiæ tuæ, vult, quòd rates, & naues habeãt proprium effectum, & quòd iuuent nos in transeundo mare, ideo homines credunt, & committunt animam suam nauibus, & liberant' in transitu maris per nanes: sic etiã vult, quòd & aliæ res habeãt suos effectus. Hoc etiam modo vult, quòd Angeli habeant suos effectus in nos, & quòd custodiant nos tanquam superiores nobis, & quòd hoc modo homines reducãtur in Deum per Angelos, velut inferiores per superiores.

Sapien. 14.

Secunda via ex parte Dei ad hoc idem sumitur ex ostensione sapientiæ suæ, quia vt dicitur in 1. Metaphy. Sapientis est ordinare, potissimè quidem in ordine resulget sapientia sapientis. Ideo Augustinus in Ench. exponens illud Gene. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona: ait, quòd vnumquodque in se bonum est, sed omnia sunt valde bona, ratione ordinis, qui ibi resulget. Sic ergo in hoc potissimè declaratur sapienua sapientis, quòd omnia opera sua ordinata sint, & quòd omnia secundum ordinem fiant, vt, quòd inferiora subsint superioribus, & gubernentur per superiora. Hoc ergo modo Angeli deputati sunt ad custodiam hominum tanquam eorum rectores, & gubernatores. Posset enim Deus sine Angelis homines saluos facere, sed, vt ostendantur opera sapientiæ suæ ordinata esse, voluit homines tanquam inferiores reducere in ipsum per Angelos tanquam per superiores.

In Prooemio.

Tertia via sumitur ex diuinæ dilectionis declaratione. nam sicut in hoc manifestatur multum diuina dilectio erga homines, quia suum Filium dedit in redemptionem pro nobis, iuxta illud: In tantum Deus dilexit mundum, vt suum Filium daret. Sic etiam multum manifestatur diuina dilectio, quòd & Angelos bonos, qui & secundum naturam, & secundũ gratiam sunt propè ipsum, deputat ad nostram custodiam. Ideo dicitur ad Roma. 8. quod sic Deus dilexit mundum, quod Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Deus ergo, vt suam dilectionem manifestaret erga nos, tradidit filiũ suum pro omnibus, & simul cum ipso filio suo dedit nobis omnia. Multo magis possumus arguere, quod dat nobis Angelos ad nostram custodiam, & ad nostræ salutis consecutionem.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Quarta via ex parte Dei ad hoc idem sumitur ex vniuersi connexione. Videmus quidem ista corporalia, quia habent duplicem quantitatem, molis, & virtutis, & ideo vtroque modo sunt cõnexa. connectũntur quidem secundum quantitatem molis, prout superficies vnius corporis cõiũgitur superficiei alterius: sicut superficies ignis coniũgitur superficiei aeris: & superficies aeris superficiei aquæ, vt nullo modo sit dare vacuũ. Nã non esse vacuũ est tantum bonum, quod annotauerunt sapientes Philosophi, vt patet per Auicen. quod tractum a vacuo dixerunt esse fortissimum. Tractus enim à vacuo, idest, tractus, vt nõ sit vacuũ, est fortissimus, quia natura nullo modo patitur va-

Tractus vacuo fortissimus.

vacuum. Corporalia ergo sunt coniuncta, & cõnexa, secundum quantitatem molis, quia inter ea nullo modo est dare vacuum, sed superficies superioris attingit superficiem inferioris.

Alia quidem est coniunctio, & connexio rerũ secundum quantitatem virtutis, & hæc connexio est secundum actionem, & passionem: & hoc modo non solum cõiunguntur corpora corporibus, sed spiritus corporalibus, & spiritus spiritibus. Nam secundum actionem, & passionem corpora coniunguntur corporibus, quia corpora superiora agunt in inferiora, & spiritus coniunguntur spiritibus, quia spiritus agunt in seipsos, licet non omnino propriè, quia vnus spiritus agit in aliũ, prout illuminat alium, vel aliqua exercet circa alium. Igitur propter connexionem vniuersi, voluit Deus Angelus deputare ad custodiam hominum, vt essent connexi Angeli, & homines, & aliquas actiones haberent Angeli circa homines.

Angeli deputati ad hominũ custodiam.

Adductis quatuor ratiõibus ex parte Dei, quo modo congruum fuit, ꝙ Deus deputaret Angelos ad custodiam hominum, volumus adducere quatuor alias rationes ex parte ipsorũ hominũ: ostendentes hoc esse congruum. Homo enim primò diuiditur in animam, & corpus. In anima vero respectu actionum suarum, prout actiones nostræ sunt morales, & sunt aliqua modo meritorię, vel demeritoriæ, est assignare tria genera potẽtiarum, videlicet sensualitatem, intellectum, & voluntatem. ꝙ ergo congruum sit, Angelos deputari ad custodiam nostram, ne decipiamur, & ne lędamur à Dæmonibus, quatuor congruitates assignare possumus, vt vna congruitas sumatur ex parte intellectus nostri. Alia ex parte voluntatis. Tertia ex parte sensualitatis. Quarta ex parte corporis.

Angeli intellectio quoad hc.

Prima congruitas sic patet. Nam Angelus habens intellectum, quasi deiformem, quia non intelligit componendo, & diuidendo, sed statim intellecto subiecto intelligit prædicatum: nec intelligit discurrẽdo à principijs ad conclusiones, vel a causa ad effectum, sed statim intellectis principijs intelligit conclusiones, prout spectat ad illũ actum intelligendi, secundum quem perficitur intellectus angelicus: & hoc modo intellecta causa, intelligit effectum. Homo ergo habens intellectum sic imperfectum, & in potentia, & habens aduersarium Dæmonem habentem intellectum sic perfectum, & in actu, & tantę efficaciæ; de leui posset decipi à malo Angelo, siue a Diabolo, nisi haberet bonum Angelum custodientem, & instruentem ipsum, ne decipiatur ab aduersario suo.

Secunda congruitas ad hoc idem potest sumi ex parte voluntatis nostræ, quæ de leui est flexibilis ad malum. Congruum ergo fuit, ꝙ Deus deputaret Angelos bonos ad custodiam nostram, ne Angeli mali inclinarent voluntatem nostram in malum, quod leuius facerent, nisi assisterent nobis boni Angeli, quantum est de se semper nos A monentes, & inclinantes in bonum, sicut mali Angeli semper sunt circa nos: & quantum est de se semper nos mouent, & inclinant ad malum.

Tertia congruitas potest sumi ex parte sensualitatis, quæ de se post peccatum primi hominis semper est prona ad malum. Iuxta illud Gen. 8. Sensus enim, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gen. 8.

Quarta autem congruitas potest sumi ex parte corporis nostri. Nam non est potestas super terrã, quæ ei possit coęquari. Posset enim Diabolus, si Deus ei permitteret, omnia corpora nostra destruere in modico tempore, & hoc modo impedire numerum electorum. Bonum ergo fuit dare Angelus ad custodiam hominum, non solum ad præseruandas animas à morte spirituali, sed etiam ad præseruandum corpora à morte carnali, quia Diabolus cum videret hominem in malo statu, vel carentem gratia, posset destruere eum, nisi haberet Angelum bonum, custodientem ipsum, propter quam custodiam multi saluantur, qui non saluarentur. secundum quem modum impletur etiam numerus electorum à Deo præuisus, qui non sic implerentur.

Adductis rationibus tam ex parte Dei, quàm ex parte hominum, congruum fuisse Angelos deputari ad custodiam hominum, volumus adducere auctoritates hoc confirmantes: Dicitur enim Matth. Videte ne contemnatis vnum ex pusillis his: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident, &c. vbi dicit Gloss. quòd pusilli non sunt contemnendi, quia adeo cari sunt Deo, quòd Angeli sunt eis ad custodiam deputati. Matth. 18.

Rursus Eccles. dicitur, quòd in vnaquaque Gente Dens præposuit Rectorem, quod Glossa exponens ait, quod præposuit Angelos; quibus commisit Deus custodiam singularum gentium. Ad quod probandum adducit Glossa auctoritatem Deuter. secundum aliam litteram. Nam vbi nos habemus: Constituit terminos populorum iuxta numerum Filiorum Israel; littera, quam allegat ibi Glossa dicit: Statuit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei; quod Glossa illa vult intelligi de Angelis ad custodiam gentium deputatis. quia si non est tantus numerus Angelorum custodientium, quantus est numerus gentium custoditarum, siue hominum custodiorum: quilibet tamen homo dicitur habere suum Angelum custodem, vt patebit in quæstionibus litteralibus. Nam vnus semper est custos plurium, saltem successiuè. Eccles. 18. Deut. 32.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd Angeli non erunt custodes nostri in Patria, sed tunc æquabimur eis, & assumemur ad ordines ipsorum. sed sunt nostri custodes in via, secundum quem modum sunt superiores nobis, tam in gratia, quia habent gratiam perfectam, & consummatam: quàm etiam in

natura

natura. quia intellectus noster naturaliter est potentia pura in genere intelligibilium, & tenet infimum gradum in genere substantiarum separatarum, & nascitur in vmbra intelligentiæ, quia ex coniunctione ad carnem est quædam intelligentia obumbrata, & oritur in Orizonte æternitatis. quia sicut Orizon diuidit in hemisphęrium superius, & inferius: sic intellectus noster diuidit inter intellectualia, quæ se habent, vt hemisphæriũ superius, & sensibilia, quæ se habent, vt inferius. & quia Angeli, qui sunt comprehensores, sunt superiores nobis, vt sumus viatores; ideo dignum est, vt hoc modo deputentur ad custodiam nostram.

Ad secundum dicendum, quòd Deus est custos noster, & Angelus est custos noster: quia, vt supra diximus, posset Deus totum, & totaliter per ipsum facere: sed, vt non sint superuacua opera sapientiæ suæ, vult dignitatem suam communicare creaturis, & vult effectus suos agere, mediantibus secundis agentibus, reducendo in seipsum tanquam in supremum infima per media. & quia Angeli secundum aliquem modum accipiendi sunt medij inter nos, & Deum: ideo Deus reducit nos in seipsum per Angelos, tanquam per custodes medios.

Ad tertium dicendum, quòd diuersimodè loqui possumus de Angelo, & anima nostra: & aliquo modo accipiendo Angelum, vel aliquo modo loquẽdo de Angelo, est medius inter Deũ, & animam nostram, & aliquo modo non. sed de hoc in sequenti quæstione dicetur.

Ad quartum dicendum, quòd licet Deus immediate infundat nobis gratiam, tamen Angeli possunt nos disponere, & præparare ad susceptionem gratiæ. Nam & vnus homo potest alteri persuadere, & inducere ipsum ad bonum. quod faciẽdo, aliquid operatur in eo, quo disponit ipsum ad gratiam. Angelus ergo deputatus ad custodiam hominis, semper assistit sibi, retrahendo ipsum à malo, vel inclinando ipsum ad bonum. quod faciẽdo, dicitur, quantum est de se, disponere eum ad gratiam, vel præseruare ipsum in gratia.

ARTIC. II.

An omnis homo habeat suum Angelum custodem. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 113 arti. 2. & 4. Et 2. senten. d. 11. p. 1. artic. 3. Alber. Magn. de virt. assistr. q. 8. artic. 8 Biel. d. 11. q. 1. Ric. d. 11. q. 1. Th. Arg. d. 10. q. 1. arti. 3. Dur. d. 11. q. 1.

SECVNDO quæritur de custodia Angelorum quantum ad ipsos homines custoditos. Vtrum omnis homo habeat suum Angelum custodem. Et videtur, quòd non. quia custodia non adhibetur aliquibus, nisi propter impugnantes. sed homo in statu innocentiæ non habebat aliquam pugnam: ergo non indigebat aliqua custodia.

Præterea ad hoc adhibetur custodia alicui, ad promouendum ipsum ad bonum. sed Antichristus non poterit promoueri ad bonum, ergo saltem ille non habebit aliquem Angelum custodẽ. Antichristus non habebit Angeli custodem.

Præterea si adhibentur Angeli ad custodiam nostrã, hoc est, ne labamur in peccatũ. sed pueri ante liberum arbitrium non possunt labi in peccatum, ergo non habent Angelum custodem.

Præterea non potest Angelus esse custos hominis vsq; dum permittat aliquando eum malefacere. sed custos, permittens custoditum malefacere, est dignus reprehensione: Angeli nõ possunt esse digni reprehensione: ergo &c.

IN CONTRARIVM est, quia non solum omnes alij homines, sed eũ ipse Christus, vt videtur, habuit Angelum custodem. quia videtur velle Dionys. 4. de angelica Hierarchia, q̃ ipse Christus subdebatur paternis dispositionibus, mediantibus Angelis.

Præterea Lucæ dicitur, q̃ apparuit Angelus confortans eum. Luc. 22.

RESOLVTIO.

Angelus non necessitate simpliciter, sed secundum quid, homini dandus erat custodiendo. Id quod diuinæ prouidentiæ adscribẽdum est, sicut de Angelorum custodia Sancti viri, nec non Philosophi locuti sunt. Angelus enim ab animæ infusione datur, ne erret in intellectu, ne deuiet in voluntate, ne in passionibus sensualibus peruertatur, & ne corporeas lasiones indebitè patiatur. Adam igitur, & omnis homo suum habuit Angelum custodem: Christus autem non item; quia huiusmodi custodia non indigebat, sed habuit Angelum solùm quantum ad ministerium.

RESPONDEO dicendum, q̃ in hac qõue sic procedemus, quia primo ostendemus, quæ fuit necessitas, quòd deputarentur Angeli ad custodiam hominum. Ordo procedendi in quæst.

Secundo declarabimus, vtrum aliqui sapientes Gentiles, vel aliqui gentilium Philosophi, locuti fuerint de huiusmodi custodia. Tertio patefiet, quod quæstio quærit, videlicet, quòd quilibet purus viator habet Angelum bonum deputatum ad custodiam, & malum ad exercitium.

Angelorũ custodis ne cessaria secũdũ quid.

Propter primum sciendum, quòd non possumus assignare necessitatem simpliciter, quare deputati sunt Angeli ad custodiam cuiuslibet puri hominis, sed secundum istum ordinem, quem videmus, & quantum ad modum, secundum quem Sancti Dei homines asserunt Deum gubernare mundum, quia principia infimorum coniungit infimis supremorum, vt dicit Diony. 7. de di. no. & quia reducit infima in suprema per media, vt vult Idem Dionysius in de angelica Hierarchia, quantum est ex parte Dei assignabimus necessitatem, diuinam prouidentiam, per quam sic disposuit regere, & gubernare mundum, vt mediantibus superioribus regetur inferiora, vt dicit Augustinus 3. de Trinit. c. 4. vbi probat diuinam bonitatem esse primam, & supremam causam rerum, secundum quam semper inferiora gubernantur per superiora, vt eorporalia per spiritualia, & corpora inferiora per superiora. Deus enim sic ab æterno disposuit, & ordinauit de gubernatione mundi, & regnorum, vt quãtum ad ipsum Deũ, nihil casuale, nihil fortuitum possit ibi accidere.

Tomo 1.

Deo nihil accidit casuale, aut fortuitum.

propter quòd Philosophus in de bona fortuna dicit, quòd vbi plurimus intellectus, ibi minima fortuna. Quanto enim intellectus est maior, tanto plura videt circa opus suum: & quia illa dicuntur fortuita, & casualia, quæ accidunt præter præuisionem agentis, cum nihil contingat in mũdo a Deo impræuisum, & imprætermeditatum, respectu Dei nihil est fortuitum, & casuale. Vnde

Fortuitum, aut casuale, nihil respectu Dei. tomo 1 cap. 1.

Augustinus 5. de Ciuitate Dei reprehendit dicentes, quòd fato, vel fortuna regantur humana regna, quia non reguntur, nec fato, nec fortuna, sed diuina prouidentia. Sic enim voluit Deus prouidere generi humano, vt homines reducerentur in ipsum Deum per custodiam Angelorum.

Cum ergo quæritur, quæ fuerit necessitas ponendi custodiam Angelorum circa homines, patet, quòd si loquamur de necessitate simpliciter non est talem necessitatem dare, quia posset Deus sine Angelorum custodia saluare homines. Sed si loquamur de necessitate prout possumus habere a Sanctis, & prout videmus manifestè, quòd Deus gubernat mundum, reducemus huiusmodi necessitatem, quantum est ex parte Dei, in diuinam prouidentiam, quia ab æterno sic præuidit, & sic disposuit gubernate mundum, quòd semper infima reducat in suprema per media. Eo ergo modo, quo Angeli iunt mediꝰ inter hoiẽs, & Deum, homines reducuntur in ipsum per Angelos, & per custodiam Angelorum. Sic est ergo ex parte Dei. sed si consideremus ea parte nostra, huiusmodi necessitas est indigentia nostra. Nam, vt patuit in quæstione præcedenti, homo primò diuiditur in animam, & corpus: & in aia ponimus triplex genus potentiæ: intellectum, siue rationem: A voluntatem, quæ est appetitus intellectiuus: & sensualitatem, quæ est appetitus sensitiuus. Quilibet ergo homo viator indiget Angelorum custodia, vel propter omnia ista quatuor, videlicet propter intellectum, voluntatem, sensualitatem, & propter corpus: vel propter vnum, vel plura istorum.

Angelorũ custodia, sapientibus cognita. Vide Plat. in Timæo, vbi alloquitur eos Deus diceñs: Dij Deorum.

Apuleꝰ de Deo Socratis.

Visu, quæ fuerit necessitas ponendi Angelorum custodiam circa homines, volumus descendere ad secũdum, quod dicebamus declarandum: vtrum aliquis de sapiẽtibus, siue de Philosophis gentilibus aliquid tractauerit de hac materia. Ad quod dici potest, quòd inter cæteros Gentiles Apuleius in libro, quem fecit de Deo Socratis, hanc materiam valde discussit. Augustinus tamen 8. de Ciuitate Dei. ait, quòd Apuleius illum librum, quem fecit de Deo Socratis, appellare B debuit de Dæmone Socratis. Tamen licet secundum aliqua verba illius libri vocari debeat ille liber de Dæmone Socratis: Si tamen vera sunt, quæ ibi scribuntur, proprium nomen libri esset de bono spiritu Socratis. Socrates enim totum se dedit moralibus, vt homo esset bonus, & bene viueret: & dimissis vitijs, adhæreret virtutibus.

* Non sunt damnandi Philosophi præcedentes Christum, quia lex scripta, data per Moysen, non erat vniuersalis, nec sacramenta illius legis erant vniuersalia, sed populus Hebræorum specialiter obligabatur ad illa. Potebant enim tunc homines saluari in lege naturæ. Potuit ergo Socrates esse bonus homo, & saluari in lege naturæ. Habuit enim Socrates, sicut quilibet alius purus ho C mo, Angelum bonum ad custodiam, & malum ad exercitium. Et si vera sunt, quæ scribuntur sæpe in præfato libro, Angelus ille bonus erat, qui custodiebat Socratem. Apuleius ergo licet libũ illum vocasset de Deo Socratis, debuit eum vocare de custode Socratis secundum etiam ea, quæ narrat in libro, quia illum, quẽ vocat Deum Socratis, dicit ipsum fuisse custodem Socratis.

* Hic Doctor ait Philosophos in lege Naturæ saluari potuisse: sic idemque d. 28. q. 1. ar. 2. Nec tamen O. P. Augustino refragatur, qui lib. de Natura & Gratia cap. 2. asserat infideles esse non posse, nec g legem, nec per animal, sed per fidem, & sacramentum sanguinis Christi. Mirum hoc loco nobis inuenit. & d. 26 q. 2. a. 4. et in dicta. 28 q. 1. ar. 2. expressi' docet. Socrates igitur saltem potuerat in lege naturæ per fidem Mediatoris, cum fuerit vitæ sanctitate insi-

Descendamus ergo ad verba posita in sæpe dicto libro, vt ex eis iudicare possimus, quæ sunt tenenda de dicto libro. Dicitur enim ibi?

Ea hac igitur subiimiore Dæmonum copia, Plato automatur, singulis hominibus in vita agenda testes, & custodes singulis additos, qui hominum conspectui semper adsint arbitri, ideſt, quasi inspectores vitæ, & omnium non mo D do, ideſt, nó solum modo actorum, verum etiam cogitatorum. Ac vbi, vita edita, remeandum est,

eundem

gnis. Fides autem Mediatoris potuit ei esse declarata per reuelationem. Sicut quædam philosophis reuelata sunt ex 2. ad Rom. per traditionem, aut per lectionẽ S. Scripturæ. cuiusmodi fuit Platonus discipulus, q lib. Genesees lectitasse perhibet, & Scripturam suis in scriptis inseruisse videtur. vt placet O. P. Augustino. Et ab Eusebio. 11. libr. De præparatione Euangelica capite 6. Moyses ethiopissam nanctus est. Hinc opinio hæc non est spernenda, cum Circumcisio Hebræis tantum data fuerit ex Gene. 17. &c. Huic videtur fauere Paulus ad Roma. 2. dicens. An Iudæorum Deus tantummodo, & Gentium, quæ ex 2 ad Rom. legem non habent es, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt. Hanc opinionem, seu sententiam optimè tuetur M. Spiritus Vincentius S. Theologiæ Doctor, orator, Platonicæ Doctrinæ non insciꝰ. & nõ vt scitis familiaꝰ Augustinianæ Procurator. Vide O. P. Augustin. lib. 7. Confess. cap. 9 Et 2. contra Academicos 20 Et libr. 9. de Ciu. cap. 11 & ibi vide Lod. Vivem. Vide item Augustinum Steuchum de perenni Philosophia. Vide tandem in Suppl. Chronicorum mira quædam de Platone credentem Christum ex Virgine nasciturum, pro genere humano passurum, & resurrecturum.

eundem illom, qui nobis prædictus fuit, capturc illico, & trahere voluit custodiam suam ad iudicium, atqoe illic in causa dicenda assistere, si qua commentiatur redarguere, si qua vera dicat asseuerare, prorsus illius testimonio ferri sententiam. Angelom ergo deputatum ad custodiã cuiuscunque hominis singularis Apuleius instructus doctrina Platonis, qui fuit discipulus Socius, multis nominibus nominat. nam sicut dictom est, Angelom non solum esse custodem hominis, sed testem, & dicit ipsom conspicere non solom acta, sioe facta, sed etiam cogitata, dicit ipsum esse arbitrum in vita ista, & testem in alia. Homo ergo custoditus ab eo, si in alia vita mentiatur de suis operibus, à tali Angelo redatguetur, si verum dicat, approbabitur. Testimonio igitur: Angeli custodientis hominem, dabitur sentẽtia de homine custodito, vt vult Apuleius eruditus in hoc à Platone Discipolo Socratis. Libenter enim ad confirmãda dicta nostra adducimos sententias Gentilium, vt tanta appareat veritas nostræ fidei, vt etiam in lege naturæ, quæ fide teoemus, sint à Gentilibus approbata.

Gentium testimonia nó spernenda.

Aduertendum tamen, q Dæmon potest esse nomeo boni Angeli, & mali Angeli. Nam, vt dicit Hugutio, Dæmon interpretatur peritus, vel sciens, & potest compooi cum Cacos', quod est malum, vt idem Hugotio inquit, & dicontur Cacodæmooes. i. mali Angeli, vel cum calo, quod est bonum, & dicuntur Calodæmones. i. boni Angeli. Licet ergo in dicto lib. Apulei: custos hominis dicatur Dæmon: dicitur tamen esse de superioribus Dæmonibus, & nomine superioris secoodum Aug. 12. super Gen. intelligitur omne booom, sicut nomine inferi omne malom. & ideo ille Dæmon sic assignatus custos cuiuscunqoe hominis singularis, potest dici Calodæmon. i. bonus Angelos. Quod multipliciter declaratur. Primo qa dicitur esse de superis, sioe de sublimibus, & oomine superi intelligitor omne bonom. Secundo quia dicitur custos, malus autem Aogelos oon dicitor datos, vt eostos, sed dstos ad exercitiom. Tertio qoia approbat verom: malus autem Angelus fuit mendax ab initio, & in veritate non steti. Quartò, qoia eius testimoolo datur sententia de homine custodito, qood de malo Angelo dici non poterit. Dicitur autem hoiusmodi eostos Deus Socratis, quia forte Socrates fuit primus inter Gentiles loqocos de talibus. Nam & si Plato de hoc locutus est, potest dici non primus, quia hoc habuit à Socrate Magistro suo. Fuit enim Plato Discipulis Socratis: vt ait Augustinus 8. de Ciuita. Dei. vel dicitur ille custos Deus Socratis, ideſt Dominus Socratis. quia fortè bonus Angelus custodiens reuelauit se ipsi, & ipse ex tunc habuit cum, vt Deum, vt in omnibus obediret sibi. In præfato autem libro, de huiusmodi Angelo custode nostro, dicuntur multæ bonæ proprietates, quòd omnia curiosè percipiat, omnia videat, omnia intelligat, quæ intelligenda sunt de spectantibus ad

Dæmon quid ex Hugutione Gentilium. Calodæmones. i. boni Angeli.

Socratis Dæmon, ens custos.

hominem custoditum. Additor etiam ibidem, quòd est custos singularis, præfectus domesticus: speculator proprius, amator intimus, cognitor assiduus, & obseruator, indigndus arbiter, inseparabilis testis: malorum improbator, bonorum approbator, & multæ bonæ aliæ proprietates assignantur de huiusmodi custode, quæ malo Angelo conuenire non possoor.

His itaque trasciursis, de levi patet tertiom, quid de quæsito tenere debeamus. Nam cũ quæritur: Vitom quilibet homo habet suum Angelum custodem, dici debeat, quòd secuodum id, qood habetor in Euangelio, & secundom commonem Sanctorum sententiam, & seeoodum id, quod commooiter Theologi tenent, quilibet purus homo ab infusione suæ animæ rationalis, quàm diu est viator, habet Angelom custodem suum, vel propter omoia illa qoatuor: ne errret secundom totellectom, ne deuler secundom voluntatem, ne passionibus peruertatur secundum sensualitatem, & oe patiatur læsiones corporales iodebitas. & hoc modo propter omoia ista habent Angelum custodem suom commoniter adulti in natura corropta, vel propter aliqua istorum, & sic potuit habere Angelum custodem ipse Adam in statu innocentiæ. Nam si oon fuit seductus Adam: quia oon credidit esse verum, quod sibi dicebat Diabolus; potuit tamen aliter esse deceptos, quia potuit credere esse veniale, quod erat mortale, vt dicit August. 14. de Cioita. Dei. Vel possomus indigere Angelo custode propter vitandas corporales læsiones iodebitas, & sic indigent tali custodia iofantes, oon solom ante vsum liberi arbitrij, sed etiam dũ sunt in vtero matris.

Adam in statu innocentiæ Angelũ habuit custodem.

Rɛsp. ad arg. Ad primum dicendum, quod homo in stato iooocentiæ, etsi non impugnabatur à sensualitate, quia illa erat omni oo subiecta rationi: poterat tamen impugnari à Diabolo, sieot impugnata foit Eua: vel poterat impugoati à sibi simili, sicut impugnatus fuit Adam ab Eua: vel poterat impugnari à seipso, qa nuo omnes malæ cogitationes nostræ suot à Diabolo, qoia possuot esse à nobis ipsis, vt vult Augustinus in libro de Dogmatibus. Hoc etiam modo fuit impognatus ipse Diabolus à seipso, de quo ait Augustinus 11. super Gen. qood Diabolos fuit boous, sed cootinuo, ideſt, statim se auertit, superbia tumidus, & propriæ excelleotię delectatione corruptus. Iodigebat autem homo io statu iooocentiæ angelica custodia, vt retraheretur à malo, in qood poterat modis prædictis corruere.

Tomo 2.

Ad secundum dicendum, quòd Antichristus habebit suum Angelum custodem propter tria.

Antichristus habebit Angelum custodem tribus de causis.

Primò quia lex commũnis nuo debet infiriri propter aliquam particularem personam. Com ergo custodia Angelorum tradita sit toti homano generi, propter Antichristum, qui erit quædam siogularis persona, nuo debet hoc infringi. Secuodò hoc fiet, vt pœna sua itu-

stiut appareat: si custodia angelica, quæ est auxilium commune, datum toti humanæ naturæ sibi non subtrahatur. Tertio dicere possumus, quòd hoc fiet, quia si per custodem Angelorum Antichristus non poterit conuerti ad bonum, poterit retrahi à multis malis, ita, quòd non erit omnino frustra illi custodia.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus custos noster non solum est custos animæ, quòd eius sit nos custodire, ne labamur in peccatum, & vt proficiamus in bonum, quantum ad animam: sed ét ad eum spectat nos custodire, ne à Diabolo violenter opprimamur, quantum ad corpus. quia hoc modo posset impediri numerus electorum. Diabolus enim est tantæ potentiæ, quòd in vtero matris statim nos posset occidere, si Deus hoc permitteret, & Angelus nos custodiens huc non impediret. & ipse libenter hoc faceret ex inuidia, quam ad nos habet, ne renati fonte baptismatis perueniemus ad gloriam, vnde ipse cecidit.

Ad quartum dicendum, quòd si custus, vel ét quicunque legislatur, vel etiam Medicus, si facit totum, quod in se est, vel totum, quod custodia exigit quantum ad custodem Angelum: vel totum, quod custodia gentis sibi commisisse requirit quantum ad Legislatorem, vel quãtum ad Principem ciuitatis, vel si facit totum, quod ars medicinæ iubet, quantum ad medicum, non cadit sibi aliqua reprehensiu, sed potius laus. Et qa hoc facit Angelus custos nr: ideo si nun proficimus in bonum, quod ipse suadet, vel si labimur in malum, quod dissuadet, nun erit eis culpa, vel reprehenso, sed potius laus.

Resp. ad arg. in contrarium.

Ad primum autem in contrarium dicendum, ꝙ Christus non habuit Angelum custudem, quia anima sua erat superior omnibus Angelis, & erat perfectè fruens ab instãti suæ conceptionis, & quia Angelo custode nun indigent nisi puri viatores: Christus, qui fuit simul viator, & comprehensor, non indigebat tali custodia quantum ad seipsum, habebat tamen non solum Angelum, sed multitudinem Angelorum, nou ad custodiam, sed ad obsequium, & ad famulatum. Et si inueniatur, quòd Christus erat sub custodia Angelorum, hoc non est intelligendum quantum ad seipsum, sed quantum ad personas sibi famulantes, & sibi coniunctas. Nam Ioseph fuit instructus ab Angelo, vt tolleret puerũ, & matrem eius, & fugeret in Aegyptum. Anima autem Christi non indigebat tali instructiune, quæ pluta videbat in verbo, quàm aliquia Angelus. Et ad hoc possunt referri verba Dionysi. vel cuiuscunque alterius de huiusmodi costodia loquentis.

Christ' cur nõ indiguerit Angel custodia. & si habuit multitudinem Ang ad obsequium, & famulatum.

Ad secundum dicendum, quòd ille Angelus, qui apparuit Christo, confortabat eum sibi famulando, & obsequendo: nun autem cum instruendu, quia vere timuit, vere tristabatur, vere in passione doluit ex diuisiune continui, & ex infixione clauurum in manibus, & pedibus. quia spiritus. i. ratio superior erat prumpta caro. i. sensualitas erat infirma: fuit enim hoc singulare in Christo, quòd quælibet potentia permittebatur agere, quòd suum erat. Nã tanto superior in Christo summè fruebatur, & caro eius dolebat in cruce posita, & affligebatur, & sensualitas eius timebat, & tristabatur.

Christus verè in passione timuit, doluit, tristatus est.

ARTIC. III.

An cuiuslibet ordinis sint Angeli custodientes. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 113. artic. 3. Et 2. senten. d. 11. artic. 2. Bartho. Syb. 2. Dec. cap. 3. q. 3.

Tertio quæritur de Angelorum custodia quantum ad Angelos custodientes, cuius ordinis sint illi angeli dati in custodiam hominum. Et videtur, ꝙ huiusmodi custodia pertineat ad omnes ordines tertiæ Hierarchiæ, quia secundum Dionysi. Hierarchia prima tota est inter Deũ, & Angelos, quia omnes ordines illius Hierarchiæ, sunt quasi in vestibulis Dei, & sunt in his, quæ sunt circam Deum: sic etiam tota secunda Hierarchia, & omnes ordines eius sunt inter Angelos, & Angelos; quia à superioribus Angelis illuminant, & inferiores Angelos illuminãt. Pari ergo ratione tota tertia, & omnes ordines eius sunt inter Angelos, & homines, quia ab Angelis illuminantur, & humines illuminant, sed omnes tales, qui illuminant homines videntur esse deputati ad custodiam hominum, ergo & cætera.

Præterea Angelus custodiens hominem defendit ipsum ab impugnatiune hostis, siue Diaboli. sed hoc est arcere hostem, siue Diabolum. cum ergo pertineat ad potestates, videtur, ꝙ Angeli custodes hominum sint de ordine illorum Angelorum, qui dicuntur potestates.

Præterea cum missio Angelorum ordinetur ad custodiam hominum, quia ad hoc mittũtur Angeli ad homines, vt custodiant eos, cum quinque ordines Angelorum dicantur missi, & quatuor assistentes, videtur, quòd Angeli, custodes hominum sint de quinque ordinibus, qui dicuntur missi, siue ministrantes.

Præterea Angeli deputantur ad custodiam hominum, vt humines salui fiant, & homines assumantur ad ordines Angelorum: sed ad omnes ordines Angelorum assumũtur aliqui homines: quia secundum August. 12. de Ciuit. Dei. Angeli, & homines facient vnam ciuitatem Dei.

Angeloꝝ & hominũ vna ciuitas. Tomo 4. cap. 1.

quod

quod non propriè fieri posset, nisi in ordinibus omnibus essent mixti Angeli cum hominibus, & econuerso: ergo &c.

Sed contra: Inter Angelos illi sunt custodes hominum, qui singulis hominibus præsunt, vt dicit Apuleius in libro, quem fecit de Custode Socratis: siue, vt aliqui inscribunt, de Deo Socratis.

Præterea hæc est differentia inter Archãgelos, & Angelos, quia Archangelorum est nunciare, & efficere maiora: Angelorum est efficere minora. Angelorum est ergo efficere minima, sed hoc est homines custodire, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli ex infima Hierarchia ad custodiam hominũ habendam sunt electi. Idque ex Vniuersi ordine, ex Angelis ipsis custodientibus, exque ipsis hominibus custoditis patere poterit.

RESPONDEO dicendum, quòd triplici via inuestigate possumus, quòd non ad omnes ordines infimæ Hierarchiæ, sed solum ad infimum ordinem illius Hierarchię pertinet homines custodire. Sũt enim in infima Hierarchia tres ordines. Principatus, quorum est præesse multitudini, vel præesse toti vni Gẽti, sicut dicitur Princeps Persarum, qui præest Persis: Princeps Iudæorum, qui præest Iudæis. vnde dicitur Dan. 10. quòd Princeps Regni Persarum, restitit Angelo, qui loquebatur cum Dan. ne liberarentur Iudęi. 21. diebus. Principatus ergo sunt primus ordo infimæ Hierarchiæ. Archangeli sunt ordo secundus: Angeli sunt ordo tertius, & infimus. Principatus autem non dicuntur esse custodes hominum, vt hic de custodibus loquimur, quia non loquimur de custodibus multitudinum, sed de custodibus singularium personarum, & de his, qui præsunt singularibus personis. huiusmodi autem non sunt principatus, qui deputati sunt, vt præsint vel toti alicui multitudini, nec etiam huiusmodi custodes sunt Archangeli. quia & si Archangeli mittuntur ad singularem personam, mittuntur tamen pro aliquo magno facto, quod respicit totam aliquam multitudinem, sicut pro salute totius generis humani missus fuit Gabriel ad Virginem ad annunciandũ conceptionem filij Dei. sed Angeli, qui sunt custodes hominum, sunt custodes singularium hominum, vt sunt singulares personę, & vt exercent circa eos pertinentia ad singulares personas. Ideo communiter dicitur, quòd Angeli custodes hominum habent actus limitatos circa humana officia, & circa aliquas humanas personas determinatas: & hoc, vt communiter ponitur, est vltimum, & minimum officium, quod potest pertinere ad Angelos. ideo vltimus ordo Angelorũ, vel infimus ordo infimæ Hierarchiæ, dicitur esse ad custodiam hominum deputatus.

Possumus autẽ hoc, vt in principio huiusmodi solutionis tetigimus, via triplici declarare, vt Prima via sumitur ex ipso ordine vniuersi. Secunda ex ipsis Angelis custodibus. Tertia ex ipsis hominibus custoditis.

Angeli custodes intima sunt ordinis.

Prima via sic patet. Nam, vt dicitur 8. de dl. no. Diuina essentia semper omnia concordans, fines priorum coniungit principijs secundorum vnam harmoniam pulchrè operans. In hoc ergo consistit magna harmonia, & magna cõcordia, & connexio vniuersi, quòd fines priorum coniungantur principijs secundorum. Inter naturas autem creatas primarum tenent substantiæ separatæ, vel substantiæ spirituales, quæ communi nomine vocantur Angeli. Infimum autem locum tenent substantiæ corporeæ. sed medium locum tenent homines, qui sunt substantiæ ex vtrisque compositæ, ideſt, ex substantia corporali, & spirituali, siue ex anima, & corpore. In hoc ergo vniuerso dignitate, & natura substantiæ separatæ. siue Angeli sunt primi: homines sunt secũdi. Alia vero corpora tenent locum tertium, & infimum respectu hominum, & Angelorum. In hoc ergo relucet magna harmonia, & magna cõnexio vniuersi, quòd infima supremorum, ideſt, infima in Angelis, coniungantur supremis secundorum, ideſt, supremis in alijs rebus. & quia homines sunt hmõi supremi, & inter creaturas sensibiles, siue visibiles homo est dignissima creaturarum; ideo in hoc stabit harmonia vniuersi, q̃ infimi Angeli deputentur ad custodiam hominum. & q̃a infimi Angeli sunt infimus ordo infimæ Hierarchię ideo Angeli dicti infimi ordinis sunt ad custodiam hominum deputati.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ipsis Angelis custodientibus. nam Angeli custodes hominum sunt deputati ad custodiam singularium personarum, vt singulares personæ sunt. Nam licet Apostolus dicat de Angelis, quòd omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis; oportet tamen, vt verificetur dictum Apostoli distinguere de missione interiori, & exteriori. Nam missi exterius ad nos, vel ad ea, quæ sunt hic inferius, dicuntur ministrãres. missi autem interius dicuntur assistentes. Nam Angelus illuminatus a Deo illuminans alium Angelum, & si non mittitur exterius, mittitur tñ interius ad illuminandum aliũ Angelum. & quia omnes mittuntur, vel interius ad illuminandum alios Angelos, vel exterius ad illuminandum homines, & ad agendum aliqua hic inferius circa homines; bene dictũ est, quòd omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. quod totum est propter salutem nostram, & propter salutem electorum, vel propter electos, vt capiant hæreditatem salutis. Sed licet tam assistentes, quàm ministrantes possint dici missi, largè loquendo de missione, tamen custodes nostri, propriè loquendo de custodia, non debent dici assistentes, sed ministrantes.

Rursus: cum quinque sint ordines ministrantium, videlicet Potestates, Virtutes, Principatus: Archangeli, & Angeli, vt ex superioribus patere potest. quia solum Angeli deputantur ad officia singularia singularium hominum, cum omnes alij ordines administrantes aliquo modo respiciãt bonum multitudinis: ideo soli Angeli de infimo ordine infimę Hierarchiæ dicuntur ad custodiã hominum deputati. Hæc enim via sumpta est ex ipsis Angelis custodientibus, quia & si idem est bonum gentis, & vnius singularis personæ, semper diuinius, & excellentius est bonum gentis, quàm vnius: vt dicitur in Ethic. Custodia ergo singularium personárum, vt singulares personæ sunt, quia de tali custodia loquimur, est infimum officium, quod potest attribui Angelis: ideo infimis Angelis, vel infimo ordini Angelorum, est merito tribuendum.

1. Ethi.

Tertia via ad hoc idem potest sumi ex ipsis hominibus custoditis. Nam Angelorum custodia circa homines non debetur gratiæ secundum se, quia omnes homines habent suum Angelum custodem: multi tamen sunt homines, qui nec habent gratiam, nec habuerunt, nec vnquam habebunt. Si ergo volumus appellare gratiam, quicquid gratis datur, sic custodia Angelorum, quædam gratia est, quia Deus ex mera sua bonitate dat cuilibet homini puro viatori suum Angelũ custodem, qui retrahat eum à malo, & inducat eum ad bonum. tamen loquendo de gratia, quã habens si moriatur cum ea non potest damnari, nec æternaliter puniri, tali gratiæ non innititur directè custodia, sed innititur naturæ rationali, vt est ordinabilis ad talem gratiam. Ideo statim homo cum est formatus in vtero: quia iã habet animam rationalem, vt communiter ponitur, iam habet Angelum custodem suum, & statim cum moritur, quia vlterius non potest mereri nec demereri, & non est amplius viator, desinit habere talem custodem. Ipsi ergo naturæ rationali, ne lædatur ab hoste siue à Dæmone, & vt retrahatur a peccato, & vt proficiat in bono per gratiam, deputatus est sibi Angelus ad custodiam. & si non potest Angelus buiusmodi omnia hęc simpliciter facere: saltem facit aliquod istorum aliquo modo, & quodam modo. Quia ergo homines assumentur ad ordines Angelorum æquabuntur Angelis quantum ad gratiam, sed semper sunt inferiores Angelis quantum ad naturam. Humana enim natura secundum se considerata, est inferior qualibet natura angelica. Superius enim in hominibus, est inferius infimo Angelo quãtum ad naturam. Infimi ergo Angeli sufficiẽ ter deputantur ad custodiam hominum hoc modo, quo de custodia loquimur. vt singularibus hominibus prout singulares sunt, præponantur singulares Angeli, quia Angelus præpositus toti alicui genti, non oportet, quòd sit de inferioribus Angelis, vel Angelus missus ad aliquam singularem personam pro aliquo bono alicuius totius gentis, etiam nõ oportet, quòd sit de inferioribus

Homines quo aquabuntur Angelis.

A Angelis, sed dicetur etiam de ipsis Archangelis. Sic etiam Principes alicuius totius gentis sunt de Principatibus, qui sunt supremus ordo infimus Hierarchiæ. Tota ergo infima Hierarchia videlicet Principatus, & Angeli deputati sunt ad officia circa homines. quia Principatus deputati sunt, vt sint Princeps alicuius totius gentis: propter quod in Daniele fit mentio de tribus Principatibus trib gẽtium, videlicet de Principe gentis Persarum, de Principe gentis Iudæorum, & de Principe gentis Græcorum. Sic & Archangeli habent officium circa homines, quia nunciant ei maiora. Angeli enim sunt idem, quod nũcij. Dicetur ergo Archangelus ab archos, quod est Princeps, & Angelus, quod est nũcius. quasi Principalis nuncius, quia non nunciant nisi maiora, & principalia. sed Angeli, qui sunt iosimus ordo infimæ Hierarchiæ, habent infimum officium, quod possunt habere Angeli circa homines. Quare habent singulares homines custodire, & eis minora nunciare. Officia ergo tertiæ Hierarchiæ omnia sunt circa homines, vt est per habita manifestum: & vt patet per habita, infimus ordo infimæ, vel tertiæ Hierarchiæ est ad custodiam hominum deputatus, loquendo de custodia singularium personarum, vt personæ singulares sunt.

Dan. 10.

B

Resp. ad arg. Ad primum dicendum, quòd tota Hierarchia tertia habet officia circa homines, quia vel sunt Principes gentium, & illuminant gentes, & tale officium habent Principatus, vel sunt nuncij principales, & tales sunt Archangeli, vel sunt nuncij simplices, & missi ad custodiendum singulares personas, & tales sunt Angeli. Custodia ergo hominum per Angelos, non dicit quãcunque illuminationem hominum factam per Angelos, nec dicit quodcunque officium Angelorum circa homines, sed dicit infimum officium Angelorum circa homines, vt patet per habita, & ideo propriè competit infimis Angelis.

Hierarchia tertia offi. cia circa homines.

C

Ad secundum dicendum, quòd arcere hostes hominum, siue Dæmones oe offendant in hominibus aliquam totam gentem competit Potestatibus: sed oe offendant hanc singularem personam, competit infimis Angelis, qui sunt in hominibus deputati, non ad custodiam alicuius totius gentis, sed singularium personarum.

Ad tertium dicendum, quòd omnes ordines Angelorum instituti sunt propter salutem electorum: In salute autem electorum oportet, quòd primo sciatur diuina voluntas, ideo omnes ordines primæ Hierarchiæ denominantur à scientia. Nam Seraphin denominantur ab ardore, idest, ab incendio, & ab amore. Nam, quòd Angeli sciant secreta Dei, causa est amor. Nam quia amantur à Deo: ideo reuelat oobis secreta sua. Serapbin ergo dicti incendentes ab incendio amoris, denominantur à causa scientiæ. Nam amor est causa, quòd reuelentur alicui: vel, q

D

Hierarchiarum nominum declaratio, & officia.

sciat

sciat aliquis secreta Dei. Sed Cherubin denominantur ab ipsa scientia, quia hoc est Cherub, quod plenitudo scientiæ. Troni denominantur ab effectu scientiæ, idest a iudicio. Nam vnusquisque bene iudicat de his, quæ nouit, vt dicitur in Ethic. Troni enim sunt, quasi sedes Dei, in quibus Deus sedens iudicat de his, quæ dicuntur fieri circa homines pro salute electorum. Secunda autem Hierarchia: Vbi sunt Dominationes: Virtutes, & Potestates. Est etiam propter salutem electorum. Nam dominationes imperant quæ sunt agenda pro huiusmodi salute. virtutes autem agunt, quæ sunt proficua ad huiusmodi salutem. Propter quod eis attribuitur miracula facere. Potestates autem remouẽt, & prohibent, quæ sunt nociua, & impedtiua ad talem salutem. propter quod eis potest attribui arcere, vel coercere aereas, idest Diabolicas potestates. Tertia etiam Hierarchia videlicet principatus Archangeli, & Angeli, tota est propter salutem electorum. quia principatus, quorum est præsidere toti alicui genti, & Archangeli, quorum est denũciare maiora: & Angeli, quorum est nunciare minora, & custodire singulares personas; omnia ista officia omnium istorũ ordinum ordinauit Deus propter salutem electorum. & ideo in fine mundi cum Christus tradet regnum electorũ Deo patri. quia per Christum regnant, & regnabunt omnes electi, ista officia cessabunt, & euacuabuntur, vt patet. 1. ad Corinth. 10 5.

1. Eth. Cap. 3.

1. Cor. 13.

Ex his autem patere potest, qui mittuntur, & qui non, & qui sunt assistentes, & qui ministrãtes. Nam omnes ordines primæ Hierarchiæ qui sunt circa Deum, & eorum officium est scire secreta Dei: sunt assistentes, & ad exteriora non mittuntur. Dominationes etiam, quarum est imperare, quæ sunt ordinata, & volita à Deo pro salute electorum, sunt etiam assistentes. quia non oportet propter tale officium, quòd ad exteriora mittantur. quia angelus est limitatæ potentiæ, quia secundum Dam. non potest esse in cœlo, & operari in terra, sed vbi est, ibi operatur. Ideo virtutes, quarum est facere miracula, & operari alia proficua pro salute electorũ: oportet, quòd mittantur huc inferius ad hoc agendum. Potestates etiam, quarum est prohibere nociua, & arcere aereas, siue Diabolicas potestates: oportet, quòd huc inferius ad nos mittãtur. De ordinibus autem omnibus tertiæ Hierarchiæ patet, quòd huc inferius ad nos mittũtur. quia aliter non possent circa nos homines hic inferius suum officium exercere. Bene ergo dictum est, quòd quatuor sunt ordines assistentes, & quinq; ministrãtes, sed per hoc nõ arguitur, quòd angeli omnium istorum 5. ordinum sint ad custodiam deputati. quia custodia, vt hic de ea loquimur, est officium limitatum ad custodiendum, & ad inclinandum ad bonum, & ad retrahendum à malo aliquas singulares psonas, vt singulares sunt. & quia est officium hic limitatũ, ad personas indiuiduas, & singulares: ideo est infimum officium, quod possunt habere angeli. hinc competit infimis angelis, vel infimo ordini. Si autem virtutes, & potestates, principatus, & Archangeli mittantur ad nos, & illuminant nos; tamen quia eorum officia non sunt sic limitata, & arctata ad indiuiduas, & singulares personas, ideo non merentur dici custodes nostri, vt hic de custodia loquimur.

Angeli assistentes, & ministrantes.

A

Ad quartum dicendum, quòd homines assumuntur ad ordines Angelorum, non propter ipsam naturam secundum se, sed propter gratiã, quam dignatur dare Deus aliquibus maiorem, aliquibus minorem. quia stella à stella differt in claritate: ideo aliqui hominum assumuntur ad ordines Angelorum superiores: aliqui ad inferiores, secundum quòd magis, & minus habebunt de gratia. propter quod ista assumptio ad omnes ordines Angelorum principaliter innititur ipsi gratiæ. Cum ergo custodia Angelorũ sit propter salutem nostræ naturæ, vt habet aliquẽ ordinem ad meritum, vel demeritum. quia etiã quantumcunque infimi angeli excedũt nos omnes, qui sumus puri viatores. ideo sufficit Angelos quantumcunque infimos ad hoc officium deputari.

B

ARTIC. IIII.

C

An Angelus homini custodito semper assistat.
Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 113. art. 6. Et 2. sentẽ. d. 11. q. 1. art. 4. D. Bonau. d. 11. art. 2. q. 1. Alber. de Virt. assistr. q. 8. ar. 9. Altisiod. 2. sent. tr. 4. c. 5. Alex. de Ales p. 2. q. 12. ar. 6. Bru. d. 11. q. 3. Th. Arg. d. 11. q. 1. art. 3.

D

VARTO quæritur de Angelorũ custodia circa homines quãtum ad tempus. Vtrum angelus custos hominis semper assistat suo custodito, vel aliquãdo ad tẽpus deserat ipsum. Et videtur, q̃ aliquando deserat ipsum. quia, vt dicitur Hiere. Curauimus Babilonem, & non est sanata. derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terrã suã. Quod Glossa exponit de angelis. quia quando faciunt totum, quod possunt circa nos, vt nos sanemur, si non sanamur, derelinquunt nos angeli: & vnusquisque vadit in terram suam. i. redit ad domesticũ, & proprium officium suum, vel redit ad cœlum Empyreum locum suum, vt potest haberi ex Glossa.

Hier. 51.

Præterea Esai. 5. super illo verbo. Auferã sepẽ eius, dicit Glo. i. Angelorum auxilium. Nam angelus nos custodiens circũdat nos, & facit quasi quandam sepem circa nos: ne aduersarius noster Diabolus inuadat nos, & noceat nobis. sed si nos mali sumus, & nolumus bonis cogitationibus,

Angelorũ custodia sepes.

bus, quas mittit nobis bonus angelus, obedire: Deus auferat à nobis istam sepem, & istud auxilium angelicum. quod esse non posset, nisi angelus nos custodiens, saltem ad tempus à nobis recederet.

Præterea Deus est custos noster. Iuxta illud: Quid faciã tibi o custos hominum? & efficacius nos custodit, quàm angelus, quia Dei perfecta sunt opera, sed Deus ad tempus derelinquit nos.

Psal. 21. Iuxta illud psalmi: Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. ergo multo magis, saltem quantum ad tempus, derelinquit nos Angelus.

Zach. 4. Præterea Zach. dicitur: Et reuersus est angelus, qui loquebatur in me. Sed non reuertitur ad hominem, nisi quia recessit ab homine. Rursus Dan. 10. dicitur de angelo, qui loquebatur ei: si nunc ad te missus sum. Si ergo tunc erat missus ad eum, ergo prius non erat cum eo, sed recesserat ab eo.

Præterea angeli quãdoque sunt in cœlo Empyreo, sed cum sunt in cœlo Empyreo, non sunt in terra, ergo saltem tunc recedunt ab hominibus.

Præterea sapiens medicus cum desperat de infirmo, recedit ab eo. cum ergo angeli custodes nostri sint quidam nostri sapientes medici, cum desperant de nobis, recedunt à nobis.

IN CONTRARIVM est. quia angeli boni nos custodientes sunt promptiores ad iuuandum, quàm angeli mali ad infestandum, sed mali semper nos infestant, ergo angeli boni nos custodientes nunquàm recedũt à nobis, sed semper nobis assistunt, & nos iuuant.

Præterea si angelus custos noster aliquando recederet à nobis, hoc esset, quia desperaret de nobis, sed de nemine desperandum est, quàm diu est in via, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angelus ab animæ infusione ad mortis punctum vsque, hominem custoditum non deserit vnquam: non, vt aiunt, à libero arbitrij, baptismique tempore. Hinc diuina diligentia, iustitia, misericordiaque late splendescit.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc quæstionem est duplex modus dicendi. Dixerũt enim quidam, quòd aliquando angelus custos alicuius hominis singularis, quia de tali custodia locuti sumus, quando videt hominem, cui est ad custodiam deputatus incorrigibilem, non se refrænantem, sed per abrupta vitiorum se præcipitantem, quasi desperatus de ipso derelinquit eũ.

Angelus custos non desperet custoditum, sicut ægrotũ Medicus.

Adducunt autem ad hoc declarandum duo exempla. Vnum de Medico hominem sanante, & de Diabolo aduersario humano homini ad malum inclinante. Primum exemplum sic patet. quia quando Medicus desperat de infirmo, & videt, quòd natura non potest resistere morbo, habet ipsum pro desperato, & secundum artem medicinæ debet derelinquere ipsum. Sed istud exemplum non est sufficiens ad propositum, quia medicus non est nisi ministet naturæ; & vt natura vincat morbum, oportet eam prorumpere in aliqua opera exteriora: videlicet, quòd cibũ sibi sufficiens sumat, quòd ipsum sufficienter retineat, quòd ipsum benè digerat, quòd superflua cibi, vel alias superfluitates a se expellat, & quando videt medicus naturam in his, vel in aliis succumbere, desperat de ipso. Sed angelus custos potissimè, & principaliter, non respicit, quæ sunt naturæ, sed quæ sunt morum, pronit aliquis ex libero arbitrio potest velle, & nolle. & quia quantum ad hoc de nemine desperandum est, dum sumus in via: ideo angelus simpliciter, & absolutè non dicitur derelinquere hominem ad suam custodiã deputatum. Quod si dicatur, quòd custodia angelica etiam data est propter ipsam naturam, quia angeli custodes dati sunt bonis, & malis, & dati sunt babeotibus naturam rationalem. Nam & ipsi Antichristo dabitur suus angelus custos, vt communiter ponitur. Poterit ad hoc dici, quòd per huiusmodi custodiam non oportet hominem prorumpere in opera exteriora, sed sufficit quòd faciat totum, quod in se est, quantum ad voluntatem. quia si facit totum, quod in se est, nulli dubium esse debet, quòd Deus faciet illud, quod ad se pertinet, & saluabitur talis homo, sic per voluntatem se cõnertens ad Deũ. Ideo dicitur Esai. Habitatores Hierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meam: quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?

Esa. 5.

Secundum etiam exemplum sic declaratur: Dicunt enim, quòd Diabolus aduersarius hominis, tentans ipsum de aliquo vitio, si vincatur non vlterius tentat eum de illo vitio, per quod habere volunt, quòd angelus custos hominis si inueniat ipsum inobedientem, & renitentem, derelinquit ipsum, & non vlterius custodit eum.

Sed nec istud exemplum est sufficiens, quia hoc factum est in fauorem electorum, vt Diabolus victus ab aliquo de aliquo vitio nõ vlterius tentat eum de illo vitio, sed hoc non esset in fauorem electorum, sed magis in detrimẽtum eorũ, si angelus deputatus ad custodiam alicuius hominis, derelinqueret ipsum, & non vlterius custodiret eũ. Nam forte multi etiam electi saluantur per continuam custodiam Angelorum retrahentium ipsos a malo, & inducentium eos ad bonum, qui non saluarentur, si talis custodia prætermitteretur, & interrumperetur. Propter hoc est alius modus dicendi: videlicet, quòd Angelus ad custodiam alicuius singularis hominis deputatus, nunquàm derelinquit ipsum vsque ad horam mortis, vel vsquequo indiget custodia sua. * Quando autem incipit ista custodia, dicunt aliqui postquàm homo est baptizatus. Sed istud non est rationabile, cum & non baptizati habeant angelos suos custodes.

* Angelorũ custodia quã incipiat.

Alij

Alij autem dixerunt, quòd hæc custodia durat vsque ad mortem: sed incipit, postquam homo habet vsum liberi arbitrij.

Sed nec hoc est ummino rationabile, quia infans ante vsum liberi arbitrij posset sic impediri in corpore, quòd impediretur eo vsus rationis, & vsus liberi arbitrij, & hoc modo posset nõ impleri numerus electorum, ad quem implendum fit nõ solum Angelorum custodia, sed etiam omnia alia, quæ fiunt per angelos in regimine vniuersi.

Ideo rationabilius dicitur, quòd custodia angelorum incipit in illo iustauti, in quo infusa est fœtui humano rationalis anima, in quo facto multum relucet diuina diligentia, quam habet circa homines, cum ab instanti infusionis animæ rationalis deputet sibi Angelum suum custodem.

Relucet etiam ibi diuina iustitia, quia quanto plura bona facit nobis Deus, tanto ipse apparet iustior, & nos magis iniusti, si culpa nostra damnamur. immo omnino ex hoc relucet talis iustitia, quia sicut nullus saluatur, nisi ex diuina gratia, ita nullus damnatur, nisi ex sua culpa. Relucet etiam ibi diuina misericordia, quia ex hoc apparet Deum esse promptum ad miserendum, quàm ad cõdemnandum, cum Deus det cuilibet suum angelum custodem, qui custodit eum in omnibus viis suis, & semper assistit ei retrahendo a malo, & inclinando ad bonum.

Saluatur nemo, nisi gratia diuina. & nemo damnatur, nisi ex suamet culpa.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, q̃ hoc potest exponi de hora mortis, quia quando videt angelus, quòd homo sit in puncto mortis, & cognoscit, quòd ei non potest proficere sua custodia, quia commouiter homines circa mortem deficiunt ab vsu liberi arbitrii, tunc derelinquit ipsum.

Vel possumus dicere, quòd Glo. ibi non loquitur de derelinquere simpliciter, sed de derelinquere aliqualiter. quod potest esse tripliciter, vel quia tribulantibus exponitur, vel quia iusto iudicio Dei in aliud peccatum labitur, vel quia sic derelinquitur præsentialiter, quòd non derelinquitur virtualiter.

Primo ergo modo potest contingere, quia tribulationibus exponitur, sicut dixit Christus, se derelictũ, qa a Crucis supplicio nõ eripiebatur: & hoc modo per tribulationes multi conuertuntur ad Deum. Iuxta illud: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Et iuxta illud: Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Nam pro vno, qui cadit a latere, ideſt, a sinistris, & in aduersis; sunt decem, qui cadunt a dextris, ideſt, in prosperis.

Psal. 82.

Cadent a latere tuo mille &c. Psal. 90. quid sibi uult.

Secundo hoc potest contingere, quia iustu iudicio Dei homo de suo peccato non pœnitet, in aliud peccatum labetur. Iuxta illud Greg. Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit. Videns ergo angelus custos hominis, iustitiam Dei hoc exigere, vt homo in peccatis suis perseuerãs, in aliud peccatum præcipitetur, dicitur hominem derelinquere non simpliciter, sed qnia permittit ipsum in aliud peccatum ruere.

Homo non pœnitens vnius peccati aliud cadit.

Tertio modo hoc potest contingere, quia angelus custos hominis, vt aliqui dicũt, derelinquit hominem præsentialiter, sed non derelinquit eum virtualiter, quia semper est cum homine custodiio secundum aliquem effectum. Nam sicut homo, quando impingit pilam, durat ille impulsus, quamdiu durat motus pilæ: & si quæreretur, virum ille motor semper sit cum pila mota, diceretur quòd semper est ibi virtualiter, quia semper durat virtus impulsionis, quam diu durat motus pilę; tamen non semper est cum pila præsentialiter. Sic dicunt aliqui, quòd quando homo sanctus est bene deuotus per Angelum custodem: per plures dies potest durare talis deuotio. ideo durante tali deuotione, dato, quòd Angelus non assistat homini tunc præsentialiter, assistit ei virtualiter modo, quo dictum est. propter quod Angelus custos hominis nunquam simpliciter, & absolutè dicitur derelinquere hominem, licet aliquo illorum trium modorũ possit dici ipsum derelinquere.

Ad secundum dicendum, quòd illa derelictio potest intelligi de hora mortis, vel potest intelligi de aliquo istorum trium modorum, qui tacti sunt.

Et per hoc patet solutio ad tertium: quia Deus non ummino derelinquit nos, quia sine ipso nullo modo posset creatura subsistere: quia ad momentum creatura non subsisteret, sed in nihilum tenderet, nisi manu Dei substentaretur, & conseruaretur in esse. Ideo Augustinus in libro Confes. loquens Deo de seipso ait, quòd peccando sine Deo esse volebat, sine quo esse non poterat.

Deus hominem nunquam derelinquit.

Tomo 1.

Ad quartum dicendum, quòd verba illa Zachar. & Dan. possunt intelligi de Angelo uno custode, vt hæc de custodia loquimur, quia Angelus deputatus ad custodiam huiusmodi hnis singularis vt singularis est, semp est de infimis Angelis: qa talis custodia est infimũ officiũ, ad quod possunt angeli deputari. tamen, si vellemus aliter loqui de custodia, vel de missione, puta aliquis angelus deputatur ad custodiam vnius totius gẽtis, vel puta mittitur ad aliquam personam singularem, pro aliquo bono publico, vel pro aliquo bono alicuius Gentis, talem custodiam, & talem missionem possemus attribuere superioribus angelis, & non solum infimis. De superioribus ergo angelis potuit esse Angelus, qui loquebatur Zachariæ, vel qui loquebatur Dan. qna talis locutio fieri poterat pro bono Gentis Iudæorum, & non pro bono tantum vnius singularis personæ.

Ad quintum dicendum, quòd unu videmus sufficientem causam, quare Angeli custodes hominum redeant ad cœlum Empyreum, quam diu durat talis custudia, cum Deus sit vbique, & semper videant faciem Patris, qui in cœlis est, & cum Angeli propriè non delectentur

in

in præsentia cœli Empyrei, vel quocunque corporalium, nisi prout ordinantur ad spiritualia, quem ordinem seruat angelus ad custodiam hominis deputatus, quàmdiu durat otheium talis custodiæ. Vnde qui vellet tenere Angelos custodes hominum aliquãdo redire ad cœlũ Empyreum, durante etiam tali custodia, dici posset, ꝙ non propter hoc concluditur, ꝙ angelus sic custos simpliciter derelinquat hominem custoditum. quia si relinquit eum præsentialiter, nõ relinquit eum virtualiter, vt est per habita manifestum.

Ad sextũ patet solutio per ea, quæ dicta sunt in principali solutione.

QVÆSTIO II.

De Angelorum custodientium profectu.

POSTEA quæritur de secundo principali, videlicet de profectu angelorum custodientiũ. Circa quod quærunrur quinque. Primò enim quæritur de tali profectu. Vtrũ angeli nos custodientes proficiant in præmio essentiali, videlicet in visione, & cognitione Dei. Secundo Vtrum proficiant in cognitione aliorum. Tertiò Vtrum cognitio aliorum, & specialiter incarnationis Dei innotuerit angelis per homines, siue per Ecclesiam. Quartò quia contingit damnari aliquos existentes sub custodia angelorum; Vtrum de tali damnatione angeli custodes doleant. Quintò Vtrum propter talem custodiam possit esse pugna, & discordia inter angelos.

ARTIC. I.

An Angeli ob custodiam in visione Dei proficiant. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 2. sentent. d. 12. q. 2. art. 1. D. Bonau. d. 11. art. 2. q. 2. Ric. d. 11. q. 4.

AD primum sic proceditur: Videtur quòd angeli profieiant in cognitione, vel in visione Dei. quia perfectio virtutis non tollit, sed auget efficaciam eius. cum ergo charitas viæ meteatur augmentum præmij, ergo charitas patriæ, quæ est perfectior, efficatiùs merebitur huiusmodi augmentum. sed præmium, & merces nostra est visio diuina. Iuxta illud Aug. Visio est tota merces, ergo angeli videntes Deum semper, ac semper, proficiunt in huiusmodi visione.

Præterea omnis actio creaturæ videtur esse ad aliquod commodum, consequendum. quia solus Deus est verè liberalis, cuius actio est ad aliquid communicandum. angeli ergo cum sint creaturæ ex custodia, quam exercent circa nos, aliquod meritum reportare debent. aliquid ergo accrescit eis quantum ad visionem diuinam, quæ est eius præmium, & quam merere intendunt ex operibus suis.

Præterea nihil est aliud aliquem illuminare: nisi facere ipsum clarius videre. sed angeli superiores illuminant inferiores, ergo faciunt eos clarius videre Deum.

Præterea si angeli non proficiunt in visione Dei, vel hoc est. quia ad summam perfectionem deuenerunt, vel quia non sunt capaces perfectioris visionis: sed solus Deus est sic summè perfectus, ergo hoc modo potest competere angelo. nec etiam potest hoc esse secundo modo. quia homines, qui sunt imperfectioris naturæ, quàm angeli: assumuntur ad superiores ordines angelorum, & vident Deum ita clarè sicut superiores angeli. ergo multo magis hoc poterit fieri de inferioribus angelis, quòd poterunt proficere in Dei visione, & poterunt videre Deum ita clarè, sicut superiores.

IN CONTRARIVM est. quia perfectio naturæ glorificatę ex hoc cõtingit, quando habet quicquid est apta, nata habere. sed angeli sunt glorificati, ergo tantum habent de visione Dei quantum sunt apti, nati habere. sed qui tales sunt, non possunt proficere in huiusmodi visione, ergo &c.

Præterea in termino motus non est motus vlterior, sed angeli sunt in termino sui motus, cũ sint glorificati, & videant Deum per essentiam. ergo non possunt vlterius proficere in huiusmodi visione.

RESOLVTIO.

Nec Angeli, nec sancti post viæ statum, quantum ad essentiale præmium, proficiunt, vt ex Vniuersi perfectione, diuina iustitia, creaturæque merito constat. In cognitione igitur diuinæ visionis proficere hauquaquam possunt.

RESPONDEO Dicendum, quòd proficere in visione Dei est clarius videre Deum nunc, quàm prius, vel est habere maiorem gloriã nũc, quàm prius, Nam secũdum Isid. Hæc est ꝙ gloria quasi claria. In hoc enim erit gloria nostra quando clarè videbimus ipsum Deũ, vel ipsam diuinam essentiam. Potest autem in hac claritate esse magis, & minus. quia stella à stella differt in claritate, vt ait Apostolus. sic homo sanctus, vel angelus sanctus differt ab alio homine, vel ab alio angelo in gloria, siue in claritate. sed hoc erit secundum mensuram meriti. quia secundum, quòd magis, vel magis meruerunt in via, sic magis, & magis glorificabuntur in patria, sed postquàm homines sancti, vel

ꝙ Gloria vocatur. Beatus primum essentiale augeri non potest.

angeli

angeli sunt in Patria, & non sunt amplius in via, cessat tempus merendi quantum ad præmium essentiale. i. quantum ad perfectam Dei fruitionem, vel quantum ad apertam Dei visionē. Tunc enim verificabit, quod dicitur Ecclesiastes. 11. Eccl. 11. Io quocunque loco ceciderit lignum, ibi stabit. Sancti enim homines, vel angeli post viam, vt dicebatur in arguendo, sunt in termino mutuo, vt nunc vlterius possit in eis esse motus quantum ad præmium essentiale. quia quantū ad hoc non possunt vlterius moueri, nec adipisci vlteriorem gloriam.

Possumus autē sex vijs declarare, quòd creaturæ rationales. i. homines, vel intellectuales. i. Angeli post viam sunt in termino motus, vt nō possint vlterius moueri, vel augeri quantum ad præmium essentiale, sed sicut meruerunt in via quantum ad huiusmodi præmium, sic adipiscētur gloriam in Patria.

Prima quidem via potest sumi ex ipsa perfectione rerum. Secunda ex ipsa diuina iustitia. Tertia ex ipso merito creaturæ, prout comparatur ad præmium. Quarta ex ipso merito, prout comparatur ad demeritum: Quinta prout meritum habet rationem termini, & quietis: Sexta prout præmium est quædam plenitudo, & quædam satietas terminans, & satians desideriū nostrum. Iuxta illud psalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 16. Propter primum sciendum, quòd res mouentur ad perfectiones suas. quàmdiu ergo sunt in profici, & quàmdiu durat motus perfectionis, tamdiu possunt augmentari in sua perfectione. sed quando iam sunt in perfecto esse: tunc cessat motus ad perfectionē. Ideo dicitur in de generatione, quòd habitibus præsentibus in materia, cessat motus. loco ergo materiæ possumus accipere omnem potentialitatē creaturæ, & loco habitus unumquemque perfectionem. Quàmdiu ergo durat motus ad perfectionem, tamdiu potest perfici potentialitas creaturæ: sed postquàm creatura est in perfecto esse, cessat motus ad perfectionē, siue ista perfectio sit naturalis (quia omnium naturæ constantium est certa ratio, & numerus, vel certa ratio, & termini eorum magnitudinis, & augmenti) siue ista perfectio sit gratuita. quia sicut in naturalibus est status, & terminus in perfectibilibus: sic in gratuitis est dare statum, & terminum in glorificabilibus. propter quod declarata est prima via ad nostrum propositum.

Secunda autem via ex diuina iustitia sic declarari potest. Nam sicut exigit diuina iustitia, q̄ nullum malum sit impunitum, & nullum bonum irremuneratum: sic exigit præfata iustitia, quòd sit dare statum, & terminum in huiusmodi remunerationibus, vt impleatur illud Euangelij: Matt. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. & sicut meruerunt, vel demeruerunt in corpore, sic præmientur, vel puniantur in anima: & postea post resurrectionem puniantur, vel præmientur in toto coniuncto, id est in anima, & corpore. Sed secundum Dam. lib. 2. cap.

A 3. Quod est hominibus mors, est angelis casus, quantum ad angelos malos, qui se auerterunt vel hoc est angelis conuersio, quantum ad bonos, qui se ad Deum conuertetunt. Si ergo exigit diuina iustitia, quòd nec angeli, nec homines sint semper in via: sed sit tam in istis, quàm in illis peruenire ad statum, & ad terminum, qui terminus in angelis bonis est post conuersionem: in hominibus verò bonis post mortē; exigit etiā diuina iustitia, vt tantū tribuatur eis de gloria, quādu iam peruenerunt ad patriā, quantum meruerunt in via.

B Tertia via ad hoc idem potest sumi ex merito creaturæ, vt comparatur ad præmium. accipitur enim huiusmodi meritum per comparationem ad charitatem, & gratiam, vt est in via. Nā secundum quantitatem gratiæ, & charitatis in via, dabitur post mortem claritas, & gloria. Nam secundum quòd quis mortuus est cum maiori charitate, vel gratia, habebit pleniorem fruitionem, & gloriam. Omnia enim fecit Deus in pondere, numero, & mensura. secundum ergo pōdus, numerum, & mensuram magnitudinis charitatis, & gratiæ erit ibi pondus: numerus, & mensura perfectæ fruitionis, & magnitudinis gloriæ. Quilibet enim videbit ibi esse tantam iustitiam, & æquitatem, vt semper secundum mensuram meriti sit ibi mensura perfectæ fruitionis, & gloriæ.

C Quarta via ad hoc idem potest sumi, prout meritum comparatur ad demeritum. quia sicut mali in quadam mensura, & æquitate punientur, vt demeruerunt: sic boni in quadam mensura, & æquitate glorificabuntur, vt meruerunt.

Quinta autem via sic patet: Nam via habet rationem meriti, & motus: Patria habet rationem termini, & quietis. quamdiu enim sumus in via, sumus semper in motu, & in quodam certamine. Iuxta illud Iob: Militia est vita hominis super terram. quia, quamdiu viuimus, tamdiu est nobis certamen contra Diabolum, carnem, & mundum. In patria autem erit terminus, & quies huius motus, & huius certaminis. Iob. 7.

D tunc enim verificabitur iuramentum angeli, quod iurauit angelus per viuentem in secula, quòd non erit amplius tempus, supple merēdi, vel demerendi, secundum hunc modum exponendi. Hæc ergo vita est in labore, sed alia vita post mortem erit in quiete. Tunc enim dicet spiritus, vt requiescant a laboribus suis: Opera enim illorum sequuntur illos. Apoc. 14. Nūc non. est tempus seminandi: tunc autem erit tempus metendi ea, quæ seminauimus, siue bona, siue mala. quia quæ seminauerit homo, hæc & metet. Qui ergo seminauerit in carne, de carne & metent corruptionem. qui autem in spiritu: de spiritu meteot vitam æternam. Apoc. 10.

Sexta via ad hoc idem sumitur, prout præmium nostrum erit quædam plenitudo, & quædam satietas. Imaginabimur enim, quòd sicut actus actiuorum sunt in patiente, & dispositu. Arist. 2. de Anima t. c. 24.

sito. quia secundum dispositionem recipientis est plenitudo perfectionis, sic secundum dispositionem animę recipientis erit in bonis pleoitudo glorię post mortē. Omnes.n. animæ bonæ post peractam pœnitentiam in purgatorio, si quid habent purgabile, vel si nihil habent purgabile, post mortem erunt plenæ gloria. Omoes enim tales animæ satiabuntur, & erunt sic plenæ gloria, quòd non vlterius appetent de gloria secundum illum statum. Et quod dictum est de animabus bonis, veritatem habet de bonis angelis. quilibet enim bonus angelus sic est plenus gloria, & sic est quietatum desiderium eius quantum ad gloriam, quòd pro illo statu nō appetit vlteriorem gloriam. Nec tamen omnes angeli * nec omnes animæ sunt æqoales in gloria. quia non sunt æqualia vasa ad recipiendam gloriam, sed secundum quòd magis, & minus meruerunt; sic erunt maiora, vel minora vasa ad accipiendam huiusmodi gloriam. Erit ergo diuina essentia quasi quoddam mare, & quasi quoddam pelagus infinitum, implens omnia vasa, & omnes electos sua maiestate, & gloria; tamen qa non omnia talia vasa erunt æqualia, sed secundum quod magis, & minus meroerunt, erunt magis, & minus capacia huiusmodi maiestatis, vel gloriæ. Implebitur ergo in electis eorum capacitas actualis, secundum quòd actu meruerunt, non possibilis, secundum quòd mereri potuerunt. Nam secundum Philosophum non coronantur sortes, qui bellare possunt, sed agonizantes, qui actu bellant. Et per hoc potest patere solutio ad omnes dubitationes possibiles fieri in hac materia.

Purgatorio, quod etiam à sanctis ponitur in sacr. Tomo 1. vbi & de inferno, & de paradiso loquitur. deque horum omnium statu. Ideoque dictum sit, ad confusionē hæreticorū offendēdā.

* Beati nō oēs æquales in gloria

Arist. 5. Eth. c. 9.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd perfectio virtutis inciudens finem, tollit rationem meriti, quia tollit rationem motus, postquàm est in tam perfecto esse: quòd non potest plus perfici. & quia augmentari est quoddam moueri, ideo angeli oon possunt proficere in visione Dei; quia non possunt augmentari in visione illa, quòd possint perfectius videre Deum.

Finis tollit motum.

Ad secundum dicendum, ꝙ operatio creaturæ est propter perfectionem eius, quando operatio est cum motu, & distans à fine: sed quādo operatio includit finem, vel est ipse finis, tunc est ipsa perfectio: nec oportet, quòd sit propter alium finem, sed ipsamet est huiusmodi finis, oisi forte accipiatur finis diuersimode, secundum quem modum acceptionis vnum ordinatur ad aliud, & vnum est propter aliud. Erit enim in Patria triplex finis: videlicet visio, dilectio, & Deus, vt est visus, & dilectus à nobis, sed hæc tria habent ordinem ad inuicem. qnia visio ordinatur ad dilectionem, tanquàm ad aliquid magis perfectum: & vtrumque, videlicet tam visio Dei, quàm dilectio, ordinantur ad ipsum Deum, tanquàm ad obiectum.

Finis triplex in patria cælesti.

Visio enim, & dilectio sunt finis noster. qnia sunt operationes circa finem: circa Deum. sed

A Deus est finis noster simpliciter, cum attingimus ipsum per apertam visionem, & per consummatam dilectionem. Finis ergo hominis, vel angeli, est in ipsa voluntate pront fruitur, vel, vt dolectata qniescit in visione Dei, & in dilectione eius, in qnibus duabus operationibus est finis noster, & beatitudo nostra: sed magis, & perfectius est beatitudo nostra in dilectione, quàm in visione. Nam dato per impossibile, quòd videremus Deum, & non diligeremus ipsum, magis essemus miseri, qnàm beati. felicitas ergo nostra prout felicitas diffinitur à Philosopho, quòd est operatio animæ secundum virtutem perfectam, est visio Dei. pront elicitur ab habitu sapientiæ; quæ in patria erit virtus perficiens intellectum: & felicitas nostra erit dilectio Dei, prout elicitur ab habitu charitatis, quæ in patria erit virtus perficiens voluntatem, & hæc operatio, q̄ est dilectio elicita ab habitu charitatis, erit magis, & pfectius felicitas nostra, qnàm visio elicita ab habitu sapientiæ; Vtraquæ tamen erit felicitas nostra, vt operatio ordinatur ad obiectum. Ideo Deus, vt est obiectum nostræ visionis, & nostræ dilectionis, erit simpliciter finis noster.

Beatitudo in quo principaliter cōsistat. Vide 3. quolibet q. 19. vide infra d. 28. q. 2. art. 3.

Arist. 1. Eth. c. 12. & 13.

B

Ad tertium dicendom, ꝙ angeli superiores illuminant inferiores, non de his, quę pertinent ad ipsam essentiam diuinam, sed illuminant eos quantum ad ipsos effectus diuinos, prout pertinent ad regimen vniuersi, vel ad salutem electorum. qnia omnes sunt administratorij spiritus, vt hæreditatem capiant electi. Sed, vt dicitur ad Ephesios: Omne enim, quod manifestat, lumen est. Illa ergo illuminatio angelorum nihil est aliud, quàm quædam manifestatio veritatis, de quibusdam effectibus diuinis pertinentibus ad regnum vniuersi, & potissimè ad salutem electorum.

Eph. 5.

C

Ad quartum dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ si angeli non possunt proficere in visione Dei; vel hoc est, quia peruenerunt ad omnimodam perfectionem, vel quia non sunt capaces maioris perfectionis; Ad qnod dici potest, ꝙ vtrumque habet aliquo modo veritatem, & aliqoo modo falsitatem. Nam peruenerunt ad omnimodam perfectionem non simpliciter (quia hoc modo habet eam solus Deus) sed secundum ordinem diuinæ prædestinationis. Nam ad tantam peruenerunt plenitudinem visionis diuinæ, ad quantum fuerunt prærordinati, & prædestinati ab æterno. Propter quod habent perfectionem visionis diuinæ secundum prærordinationem, & prædestinationem diuinam, quam præterire non possunt. Deus enim in hoc constituit eis terminos, qui præteriri non poterunt. Sic etiam secundum, qnòd non sunt vlterioris perfectionis capaces, habet aliqno modo veritatem, & aliquo modo non. quia secundum gratiæ, & charitatis mensuram, qnam habuerunt in via, data fuit eis claritas visionis in Patria quantum ad intellectum: & perfectio fruitionis qnantum ad affectum: prout fuerunt tūc actu capaces. Propter quòd repleta fuit tota eorum

Beatitudo primi oēs tenuit cat angeli non potest.

D

rum

rum capacitas actualis, non autem tota capacitas possibilis, vt patuit in principali solutione de exemplo posito de inæqualitate vasorum. Nam io patria se habebũt beati sicut diuersa vasa, quorum quædam eruot magis capacia gloriæ, quædam minus.

Si autem quæratur, quando in Angelis incepit status viæ, & qoando fuit terminatus, dicemus, quòd incepit a principio mũdi, quia Angeli fuerunt creati simul cum mundo: vel incepit êt aote mundum, si vera est opinio dicentiũ Angelos fuisse creatos ante mundũ, & durauit vsq; ad illud instans, in quo dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & i qoo fuit diuisa lux a tenebris, quia sicut fuit hoc adimpletum de luce corporali, ita fuit adimpletum de luce spirituali, quòd in illo instanti, in quo lux corporalis diuisa fuit a tenebris corporalibus, fuerunt mali Angeli auersi, & facti tenebræ spirituales: & boni conuersi, & facti lux spiritualis, & fuerunt diuisi, & separati hi ab illis, quia mali ceciderunt sicut fulgur, & boni in cælo Empyreo, in quo fuerunt creati, remanserunt.

ARTIC. II.

An Angeli ob custodiam in cognitione diuinorum effectuum proficiant.

Conclusio est affirmatiua.

Ric. d. 11. q. 5. Sco. d. 3. q. 11. Landul. d. 11. q. 6. Biel d. 11. q. c. Ant. And. d. 3. q. 11.

SECVNDO quæritur de profectu Angelorum, quãtum ad cognitionem aliorum a Deo. Nã si nõ proficiũt Angeli in cognitione diuinę essentiæ, merito quęritur, vel dubitatur: Vtrũ proficiant in cognitione diuinorum effectuum, prout illuminantur a Deo, vel a superioribus Angelis, vel etiam verum proficiant in qnacunque cognitione. Et videtur, quòd noo. qoia omoia cognitio Angeli vel pertinet ad uatutã, vel ad meritum, vel ad præmium: sed non possunt proficere quantum ad cognitionem naturalem, qnia illam acceperunt totam simul: nec quaotum ad cognitionem, quæ cadit sub merito, qnia non sunt vlterius io statu viæ, nec quantum ad cognitionẽ, quæ cadit snb præmio, quia illa mensuratur, prout meruerunt in via, ergo &c.

Præterea essentia Dei est causa rerum, & est causa omnium effectuũ diuioorum. si ergo Angeli proficiũt in cognitione effectuum diuinorũ: oportet, quòd proficiant io cognitione ipsius diuioæ essentiæ, sed hoc est falsum, ergo &c.

Præterea Angeli boni, siue beati, quia de talibus loquimur, vident ipsam dioinam essentiã, & vident ipsum diuinum verbum. sed, vt dicit Auguſt. 6. de Trinitate ca. vlti. Verbum Dei est ars quædam omoipotentis, atque sapienis Dei plena omnium rationum viuentium, & Incommutabilium. Omnes ergo rationes omoium effectuum diuinorum viunnt in verbo diuino, quòd est ars Patris plena talium ratioonm. Ideo dicitur Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat. Si ergo Angeli vident clare, & aperte ipsum verbum, vident omnes rationes diuinorum effectuum. propter quod non possuot in hoc vlterius proficere. Tomo 8. Ioan. 1.

Præterea Deus est quoddam speculum. sed videns speculum videt omnia, quæ relucent in speculo. sed Angeli vident ipsum Deum per essentiam, sine ipsum speculum, ergo &c. Deus speculum.

Præterea Philosopbus io 3. de anima dat differentiam inter iotellectum, & sensum. quia sensus cum percipit maximum sensibile, impeditur oe percipiat minus sensibile: vt viso solis impedit visionem aliorum. sed eum intellectus intellexit maxime intelligibilia, non minus intelligit infima. Cum ergo in Angelis oon sit nisi intellectus tantum, ideo cum iotellectus Angeli intelligat, & videat ipsam diuinam essentiam, quæ est maximum intelligibile, noo minus intelligit, & videt ipsos diuinos effectus, qui sunt minora intelligibilia. Tex. 7.

IN CONTRARIVM est Diony. circa finem cęlestis Hierarchiæ, vbi vult qoòd multæ rationes sacramentorum, idest effectuom diuinorum latent supernas essentias, idest Angelos. ergo si multæ ratiooes diuinorum sacramentorum, siue diuioorum effectuum latent Angelos, possunt Angeli io cognitione illarum rationum proficere, & possunt de cognitione illarum ratione illuminari.

Præterea in 6. c. eiusdem libri vult, quòd Aogeli ioferiores per superiores purgantur a nescientia, & illumioantur, & perficiuntur in scientia, qđ non esset, nisi possent proficere io cognitione aliquorum effectuum diuinorum.

RESOLVTIO.

Angeli, & si nudè diuinam essentiam vident, nec nõ effectus præsentes, & præteritos; non tamen futuros ad vtrumlibet cognoscunt. & quamuis eam videant, non tamen comprehendunt. Hinc quantum ad futurorum cognitionem proficere possunt.

RESPONDEO dicendum, q̃ Angeli quotquot sunt vident clare, & nudè ipsam diuinam essentiam, & vident ibi omnes effectus p̃teritos, & p̃ntes, sed non vident ibi omnes effectus futuros, & maxime contingentes, & fortuitos, qui sunt possibiles ad vtraoque partem. quia licet diuinam essentiam videaot, eam tamen non comprehendunt omnino, vt videant in ea omoes effectus futuros. Nam, vt dicitur Esai. 41. Esai. 41.

Futurorum cognitio ad Deum tantũ pertinet.

Annunciate, quæ futura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Solius ergo Dei est scire futura, vt futura sunt. Si ergo alij hoc sciunt, hoc est inquantum reuelatum est ais a Deo. quantum ergo ad cognitionem futurorum possunt proficere Angeli quantumcunque beati.

Dei duplex scientia.

Vt ergo melius intelligatur, quod dicitur, dicemus in Deo esse dupliceꝫ scientiam, vt communiter dicitur: visionis, & simplicis notitiæ. Scientia visionis dicitur omnium eorum, quæ fuerunt, quæ sunt, & q̃ futura sunt. sed scientia simplicis notitiæ dicitur notitia, quam habet Deus non solũ de factis & fiendis, sed etiam de possibilibus fieri. Sola autem anima Christi quãtum ad numerum scitorum æquatur Deo secundum scientiam visionis, quia scit omnia facta, & futura: sed non æquatur et etiam, quantum ad numerum scitorum secundum claritatem visionis, quia quantum ad claritatem visionis nulla creatura potest æquari Deo: nec etiam quantum ad numerum scitorum secundum sciẽtiam simplicis notitiæ. Sed omnes Angeli quantuncunque beati non æquantur secundum scientiam, nec Deo, nec etiam animæ Christi. Sciunt enim Angeli beati omnia præterita & præsentia, sed nesciunt omnia futura, & possibile futura contingentia. ea ergo, quæ nesciunt, possunt addiscere, & in cognitione taliũ possunt Angeli a Deo illuminari, & inferiores possunt hoc modo illuminari per superiores.

Sed it sic dicimus, quòd credimus bene dictum, triplex difficultas nobis occurrit. quarum vna sumitur prout intellectus angelicus comparatur ad diuinam essentiam. Secunda vero prout diuina essentia comparatur ad suos effectus. Tertia autem prout intellectus Angeli inferioris cõparatur ad intellectum superioris.

Propter primum sciendum, quòd magna difficultas erit in quæstione proposita, si intellectus angelicus videns diuinam essentiam comparetur ad huiusmodi essentiam, quam videt. Nam cum scire sit rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa, & quòd non contingit aliter se habere. cum ergo ipsa diuina essentia per se, & non per aliquid additum sit causa rerum, non videtur possibile, quòd aliquis intellectus videat aliquos effectus in diuina essentia, quos non videbat prius, nisi ipse intellectus videat ipsam essentiã clarius, vel magis, quàm videret prius. Quod videtur non posse esse, nisi augmentetur suum præmium essentiale, quod est visio diuinæ essentiæ.

Sed hæc difficultas tollitur, si consideremus, quomodo diuina essentia est causa rerum. Nam non est causa rerum essentia Dei, nisi prout huiusmodi essentia est ipsa voluntas Dei. Comparantur enim omnia ad Deum sicut artificialia ad Artificem, quia Deus est omnium Artifex, & ex hoc habet omnem virtutem omnia producendi. sed in diffinitione artificialium ponitur voluntas, vt dicitur in 6. Ethic. quia idem est artificiatum, & volitum, vt ibi dicitur. Totum ergo hoc dependet ex voluntate Dei, ergo prout Deus vult patefacere ea, quæ facturus est, sic Angeli illuminantur de rebus fiendis, vt videant in Deo aliquos effectus futuros, quos prius non videbant. Angeli ergo videntes aliquos effectus in Dei essentia, quos prius non videbant, non propter hoc clarius viderent ipsam diuinam essentiam, quàm prius viderent, quia ex hoc augmentaretur eorum præmium essentiale. posset tamen concedi cum vident huiusmodi effectus quos prius non videbant, q̃ vident magis diuinam essentiam non in se, sed in suis effectibus.

Et 6 Meta. c. 1. & 2.

Secunda autem difficultas potest ex hac quæstione sumi, prout diuina essentia comparatur ad suos effectus. Nam diuina essentia est propria ratio cuiuslibet effectus: quia, vt vult Aug. 83. quæstionum quæstione de ideis, non eadem ratione formatus est homo, & equus, sed omnia propriis rationibus sunt condita. ergo non potest Angelus videre aliquem effectum in Deo, nisi videat, & cognoscat, quòd diuina essentia est propria ratio illius effectus. propter quòd, si proficit Angelus in cognitione effectuum, videtur q̃ proficiat in cognitione diuinæ essentiæ.

Tomo 4.

Sed hæc etiam difficultas tolli potest, si consideretur, quomodo perfectiones sunt in Deo. Nã, vt habetur in 5. Metaph. aliquid est perfectum, in quo congregantur perfectiones omnium generum, & ista est perfectio primi principij, vt ait Commen. ibidem. Et licet in Deo sint perfectiones omnium generum, sunt tamen ibi huiusmodi perfectiones sine generibus. quia Deus est sine quantitate magnus, & sine qualitate bonus vt vult Augus. Omnes enim huiusmodi perfectiones sunt ipsa diuina essentia. scientia ergo Dei est causa rerũ, vt vult Aug. 15. de Trinitate. Et voluntas Dei est etiam causa rerum, vt vult Aug. 3. de Trinitate. sed hoc est prout essentia Dei est sua scientia, & sua volũtas, quia nec scit, nec vult Deus per aliquid additum essentiæ, sed omnia competunt ei per suam essentiam. Inde est, quòd aliqui dixerunt essentiam Dei esse speculum voluntarium, quia prout vult Deus illuminare Angelos, & reuelare eis effectus futuros, sic cognoscunt ibi Angeli huiusmodi effectus.

Tex. 2. 4. 5.

Tomo 3. Cap. 13.

Sed cor hominis nõ quiescit, quia semper ad hoc reuertetur: quòd si Deus est causa rerum per suam essentiam, non potest creatura aliqua cognoscere effectus diuinos, quos non cognoscebat prius, nisi cognoscat diuinam essentiam magis, quàm prius.

Dubitatio bona.

Ideo aduertendum, quòd ad videndum aliquem effectum in Deo, qui non videbatur prius, sufficit determinatio illius effectus, vt sit in rerũ natura determinatus, q̃ non erat prius. vt si homo põt currere, & nõ currere, forte hoc latet Angelũ. sed si determinet se ad cursum, & actu currat, hoc nõ potest latere Angelũ. Si ergo hoc sit Angelus p scientiam, quam habet de rebus in septo, multo

* Deus quo pacto sit causa rerum. idem fere paulo inferius & supra d. 1. q. 4. art. 4.

Tomo 1. Cap. 18.

to magis hoc ſcit per ſcientiam, quam habet de rebus in Deo. quia vt dicit Auguſt. 6. de Trin. Ipſam creaturam clarius videt Angelus in verbo, quàm in ſeipſo, & ſeipſos clarius vident Angeli in Dei ſapientia, quàm in ſeipſis. Et ſi ſufficit determinatio in effectu, ad hoc quòd beati videant illum effectum in Deo, nec propter hoc oportet, quòd clarius videant ipſam eſſentiam Dei, ſufficiet huiuſmodi determinatio in diuina voluntate, vt quòd reueletur Angelis, determinatam eſſe diuinam voluntatem ad hunc effectum, ad hoc, vt agnoſcant illum effectum eſſe futurum. Nam voluntas Dei eſt ſumma, & immutabilis cauſa rerum. Cum enim reuelatur Angelo, vel cuicunque bono, hunc effectum eſſe volitum a Deo, ſcit cauſam illius effectus, & quoniam illius eſt cauſa, & quod non contingit aliter ſe habere. Propter quod Dio. loquens de illuminatione ait, qđeſt diuinæ ſcientiæ acceptio. Ita potuiſſet dicere ſi voluiſſet, quòd illuminatio eſt diuinæ voluntatis expreſſio, quia * diuina ſcientia non eſt cauſa rerum, niſi, vt ſe extendit ad voluntatem, quia intellectus extenſione fit practicus. Verum, quia illuminatio pertinet ad ad intellectum, quantum ad modum loquendi, quandam proprietatem ſeruauit Dionyſ. cum dixit, quòd illuminatio eſt diuinæ ſcientiæ acceptio magis, quàm ſi diciſſet: eſt diuinæ voluntatis expreſſio, quamuis ſecundum rem vtrumque ſit verum, quia in hoc illuminantur Angeli de futuris effectibus, quia de illis effectibus, & circa illos exprimitur eis diuina voluntas. Ipſa ergo diuina eſſentia eſt ſpeculum voluntarium, eſt enim ſpeculum, quia relucent in ea res futuræ: & eſt voluntarium, quia ſic relucent ibi res futuræ, vt Deus vult reuelare determinationem ſuæ voluntatis, quòd ſint futuræ.

* Scientia Dei qđo ſit cauſa rerũ. Idẽ fere pot̃ ſuperius. & d. 1. q. 4. ar. 4 vbi declarauimus qđo ſcientia Dei eſt cauſa rerum. & econuerſo.

Tertia autem difficultas poſſet oriri prout comparatur intellectus Angeli inferioris ad ſuperiorem. Nam cum non ſolum Deus illuminet Angelos, ſed vnus Angelus illuminet alium de effectibus futuris, quia ſuperior illuminat inferiorem; ideo dubitatur quomodo hoc poſſit eſſe. Sciendum ergo, quòd Deus eſt in quolibet Angelo bono, & facit ſuum impetum, & motum in intellectu cuiuſlibet Angeli; tamen perſpicaciores ex illo impetu, & illo motu illuminantur; minus autem perſpicaces non illuminantur, ſicut cadẽ verba Doctoris reſonant in auribus cuiuſlibet Diſcipuli: tamen non omnes Diſcipuli capiunt illa verba, ſed perſpicaciores multiplicant illa verba, & fabiunt minus perſpicaces intelligere. nam quia ſapientis, & perſpicacis eſt in paucis multa intelligere, rudis, & hebetis eſt econuerſo. Ideo vult Dionyſ. quòd Angeli habeant dentes, per quos diuidunt conceptus ſuos. Ex illo ergo vno impetu facto in omnes Angelos non illuminantur omnes, ſed perſpicaciores, & ſuperiores, qui illuminati illuminant alios. Patet ergo, quomodo in effectibus futuris poſſunt illuminari Angeli ſuperiores, & per ſuperiores tanquam per

Angelus inferior qđo illuminetur a ſuperiori.

Angelorum dentes.

A magis perſpicaces illuminantur inferiores, abſque eo, quòd clarius videant diuinam eſſentiã, ſed ex impetu, vel ex motu facto in intellectu Angelorum, per quem fit expreſſio diuinæ voluntatis circa futuros effectus.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd Angeli quantum ad cognitionem naturalem dicuntur illam accepiſſe totam ſimul, quantum ad ſpecies, quia poſt creationem eorum non fuit eis aliqua ſpecies impreſſa, tamen non habent huiuſmodi ſcientiam totam ſimul, quin in ea proficiant ex determinatione rerum in eſſe, quia futura contingentia non ſunt eis nota, niſi cum determinãtur in effectu. De eo vero, quod addebatur de merito, & præmio; dici poteſt, quòd illuminatio Angelorum de effectibus futuris non eſt de his, quæ directe cadunt ſub merito, vel ſub præmio: ſed de his, q̃ Deus vult eis reuelare. Sicut ergo naturalis eorum cognitio poteſt augmentari, & creſcere; ſic in cognitione ſupernaturali poſſunt augmentari, & proficere prout Deus vult eis ſuam voluntatem de futuris effectibus patefacere.

Angelorum naturalis cognitio.

Ad ſecundum patet ſolutio per iam dicta, quia Angeli non proficiunt in cognitione diuinæ eſſentiæ ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuos effectus.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli vident clare ipſum verbum, ſed non comprehendunt ipſum, nec ex hoc vident omnes rationes, quæ ſunt in ipſo, vt ex hoc ſciant quid Deus ſit facturus, & quid non facturus, niſi in hoc reueletur eis diuina voluntas.

Ad quartum dicendum, quòd omnia ſunt in Deo ſicut in cauſa: & ſi dicuntur ibi eſſe res ſicut in ſpeculo, illud ſpeculum dicetur eſſe voluntarium, quia omnes effectus dependent a diuina voluntate, propter quod ſicut vult eis reuelare ſuam voluntatem, ſic dicitur eos illuminare de ſuis futuris effectibus.

Ad quintum dicendum, quòd intellectus angelicus, quia non cognoſcit effectus futuros; non eſt hoc, quia impediatur ex eſſentia diuina, quæ eſt maximum intelligibile. ſed quia hoc excedit naturam ſuam, vt non intelligat futura, niſi vt ſunt determinata, vel in ſe, vel in ſua cauſa naturali, vel in diuina voluntate. Et ideo hoc modo illuminantur de futuris contingentibus, prout circa huiuſmodi effectus reuelatur eis determinatio diuinæ voluntatis.

ARTIC. III.

An Angeli per Homines, aut per Ecclesiam in cognitione futurorum effectuum proficiant. Conclusio est negatiua.

Biel. d. 1. quæstio. 1.

QUARTO quæritur: Vtrũ Angeli proficiant in cognitione futurorum effectuũ per Homines siue, per Ecclesiam. Et videtur, ꝙ sic, qa vt dicitur ad Eph. vt innotescat Principibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, &c. cũ ipsi homines ecclesiastici dicãtur ecclesia, ergo &c.

Eph. 3.

Præterea multi homines sunt superiores Angelis, qnia vt dicitur 1. ad Corin. Nonne Angelos iudicabimus. sed iudicantes sunt superiores iudicatis, ergo aliqui homines sunt superiores Angelis. sed ad superiores spectat illuminare inferiores, ergo &c.

1. Cor. 1.

Præterea qui immediate illuminãtur a Deo: possunt illuminare alios, qui illuminantur mediate. sed Apostoli immediate fuerunt illuminati a Deo, quia Christus erat verus Deus, ergo poterant illuminare Angelos, qui a Deo illuminantur mediate.

Præterea Paolus legitur ad tertium cœlum raptus, vt habetur 2 ad Corint. sed per tertium cœlum possumus intelligere tertiam Hierarchiã, quæ stat circa Deum, & immediate illuminatur a Deo. Paulus ergo sic raptus poterat illuminare Angelos secundæ, & tertiæ Hierarchiæ.

Paull rapt. 2. Cor. 12.

IN CONTRARIVM est Dio. i de cœlesti Hierar. vbi vult in pluribus locis, ꝙ homines ab Angelis illuminentur, non econuerso.

Præterea mysteriũ incarnationis est nobis per Prophetas reuelatum, sed reuelationes factæ Prophetis fiebant per Angelos, ergo &c.

RESOLVTIO.

Anima Christi secundum scientiam visionis, non attem claritatem, Deo æquatur. Sed nulli istarum æquatur notitia Angelorum, qui a Deo, & superiori Angelo illuminantur, non vt clarius diuinam essentiam, sed vt eius voluntatem clarius videant quantum ad aliqua futura facienda. Nouerunt. n. a principio mundi incarnationis mysterium, quantum ad substantiam, quantum autem ad circunstantias nequaquam.

RESPONDEO dicendum, ꝙ Magister in littera tangit opiniones Augustini, & Hierony. in hac materia sibi contradicentiũ. Vult. n. Hiero. vt Magister ait, angelicas dignitates mysteriũ incarnationis ad plenum nõ intellexisse, do

Hiero. opinio.

A nec completa est passio Christi, & Apostolorum prædicatio per gentes est dilatata, & hoc modo exponit Hiero. Verbum illud, vt innotescat Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, quia ante passionem Christi, & ante prædicationem Apostolorum angelicæ dignitates non plenè cognoscebant mysterium incarnationis, & postea his peractis, plenius cognouerunt per Ecclesiam, ideſt per homines ecclesiasticos, siue per Apostolos, & per alios ab Apostolis ordinatos conuertentes Gentes innotuit Angelis mysterium incarnationis multiformis sapientiæ Dei. Augustinus tamen super eodem loco ad Ephes. 3. vt ait Magister in littera, vult, quòd non latuerit Angelos mysterium Regni cœlorum: quod opportuno tẽpore reuelatum est pro salute nostra. Illis ergo, B ideſt Angelis secundum August. a seculis innotuit memoratum mysterium. Dion. tamen in de Angel. Hierarchia quantum ad aliquid videtur contradicere Augustino, & Hieronymo, Augustino quidem, quia ipse videtur velle, quòd a seculis Angelis fuerit notum mysterium incarnationis: Dionysius tamen vult circa finem cœle. Hierarchiæ, quòd illud mysterium latuit cœlestes mentes, & in hoc videtur contradicere Augustino, contradiceret etiam Hieronymo, qui vult huiusmodi mysterium homines scisse per Angelos, non econuerso.

August. epi 140.

Vt ergo appareat quid de hac materia sit tenendum, vbi tanti Doctores sic contradicere videntur. Adducemus ad illud verbum Euangelij, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. tamen qui minor est C in regno cœlorum, maior est illo. Quilibet ergo existens in regno cœlorum, ideſt quilibet comprehensor, maior est quolibet puro viatore. Nulli enim dubium esse debet, ꝙ scientia animæ Christi, etsi adhuc existentis viatoris, erat maior, quàm omnium Angelorum quia Angeli sciunt omnia præterita, & præsentia, sed nullus est Angelus, qui sciat omnia futura. Sed continuè fiunt in Angelis illuminationes, & reuelationes de futuris, ita quòd angeli non æquantur verbo in numero scitorum, quantum ad scientiã visionis, quæ est præteritorum, præsentium, & futurorum. Scientia enim visionis dicitur extendi ad facta, & facienda: non autem ad possibilia fieri, qua illa scientia dicitur simplicis notitiæ. Christus ergo etiam secundum quòd homo, etsem cõ D adhuc esset viator, poterat illuminare quemcunque Angelum, nunquam tamen fuit purus viator, sed dum viuebat hac vita mortali, erat simul viator, & comprehensor, sed post resurrectionem non fuit vlterius viator, nec vixit hac vita mortali, quia Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur. Et quod dictum est de Christo, qui erat viator, & comprehẽsor, potuit etiam dici de alio viatore, vt habuit actum comprehensoris: sicut habuit Paulus in illo raptu. tunc enim potuit videre aliqua, quæ non videbant omnes Angeli.

Matth. 11.

His

cium ſuum ſuper hoc, ſimpliciter loquendo, ſed ſub conditione, ſi illa ſit voluntas Dei, quòd illud fiat. Ad diſcordandum autem de aliquo: nõ oportet verificari cõtrarium affirmatiuè: vt, quòd vnus velit hoc, & alius contrarium velit, ſed ſufficit ſolum non velle idem. & hoc poteſt eſſe in Angelis ſub conditione, ſi ſit voluntas Dei, vel donec pateſiat de illo, quæ ſit voluntas Dei.

Ad ſecundum dicendum, quòd vtraq; pars cõtradictionis poteſt habere aliquem colorem iuſtitiæ, & maximè in his, quæ dependent à voluntate Principis: vbi, quod placuit Principi: legis vigorem habuit. Iuſtum enim erat exaudiri preces Dan. ſi Deo placebat, & iuſtum erat Iudæos diuturnius exilium pati inter Perſas, ſi hoc erat voluntas Dei, quòd illo modo vellet eos puniri propter eorum demerita.

Ad tertium dicendum, quòd ordo prælationis Angelorum potiſſimè conſiſtit in manifeſtatione, vel in illuminatione de diuina voluntate, ſiue de diuino propoſito. Nam ad hoc Angeli ſe ordinant ad inuicem, ſecundum ſub, & ſupra, vt exequatur diuinum propoſitum.

Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliqui duo Angeli non velint idem: nõ oportet, quòd ſit inter eos falſa opinio, ſed ſufficit, quòd ſit inter eos aliqua neſcientia. & ſufficit eos neſcire diuinum propoſitum: ad hoc, quòd nõ concordent de re illa: vſquequo diuinum propoſitũ ſit eis patefactum.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram primo quæritur de illo verbo Hier. Magna eſt dignitas animarum, vt vnaquæque anima ab exordio nativitatis habeat Angelũ ad ſui cuſtodiam deputatum. Quid ibi accipiatur pro exordio nativitatis.

Angelus cuſtos animæ quando deputetur.

Dicendum, quòd exordiũ nativitatis animæ non poteſt dici niſi, vel ipſam creationẽ eius, vel ipſam infuſionẽ. quia Deus quotidie nouas animas creando infundit, & infundendo creat. Ab ipſo ergo exordio nativitatis, & ab ipſa creatione animæ, vel ab ipſa infuſione deputatur Angelus ad cuſtodiam animę: propter quod aliqui hoc, quod dicitur, ab exordio nativitatis, expoſuerunt, de nativitate hominis: dicentes hoc debere intelligi, de nativitate hominis non ſolum ex vtero, ſed etiam in vtero. quod licet in idem redeat cum expoſitione, quã dedimus: tamen cũ Hieronymus loquatur de nativitate animarũ, & animæ tunc dicantur naſci, quando creãtur, & infunduntur corporibus: nõ oportet loqui in æquiuoco, & exponere de nativitate hominis, quæ poteſt eſſe duplex: in vtero, & ex vtero, quãdo poteſt locutio eſſe ſimplex, & exponi de nativitate animæ, quæ ſemper eſt vno modo.

Nativitas hominis duplex.

A cet cum homo cõcipitur in vtero, & infunditur ſibi rationalis anima.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: Quare ſic à primordio deputatur Angelus ad cuſtodiã animę, cum tunc non poſſit homo habere vſum liberi arbitrij, & non poſſit peccare.

Homo in vtero cur ab Angelo cuſtodiatur.

Dicẽdum, quòd ſolutio eius, quod quæritur: ſatis poteſt haberi ex habitis. Nam cuſtodia Angeli non ſolum eſt neceſſaria, ne anima peccet, ſed etiã ne lędatur corpus eius, quod eſt organum ipſius: per cuius lęſionem impediri poteſt anima tam in vſu rationis, quàm in vſu liberi arbitrij, vt ſupra dicebatur.

B

Dub. III. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: de eo, quòd in littera dicitur, & ſunt verba Greg. quòd vnuſquiſque habet vnum bonũ Angelum ad cuſtodiam deputatum, & vnum malum ad exercitium. Videtur enim, quòd Deus hic valde crudeliter ſe habeat ad hominem, & quodammodo videtur, quòd ſe habeat iniuſtè ad ipſum. Nam, vt dicitur Iob de Diabolo: Nõ eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei poſſit adęquari. quòd ergo detur tantus aduerſarius homini, cui non poteſt adęquari aliqua poteſtas terrena: videtur crudeliter ſe habere Deus ad ipſum, & aliquo modo iniuſtè agere cum eo.

Iob 41.

C

Dicendum, q; ſi benè conſideretur veritas negotij: Deus non ſe habet crudeliter, & iniuſtè ad hominem, ſed valdè mitè, & miſericorditer ſe habet cum eo. Primõ, quia licèt aduerſarius noſter Diabolus dicatur valdè potens: tamen in vincendo, & ſupetãdo hominem eſt valde debilis, quia, vt communiter dicitur, debilis eſt hoſtis, qui nõ poteſt vincere niſi volentem aduerſarium. Eſt ergo Deus mitis, & miſericors erga hominem: nõ ſolum dando ſibi hoſtem debilem, non poterem vincere niſi volentem, ſed cum hoc dãdo ſibi cuſtodem Angelum bonum, ipſum ſemper tetrahentem à malo, & inclinantem ad bonum.

Dæmon nõ niſi volentẽ vincit.

D

Dub. IIII. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dubitatur: Vtrum ſinguli Angeli ſingulis hominibus: an vnus pluribus ad cuſtodiam, vel ad exercitium deputatus ſit. Arguatur ergo, vt arguitur in littera, quòd tot ſunt homines ſaluandi, quot boni Angeli remanſerunt, quia, vt dicitur Deuter.

Bacch. d. 11. q. 1.

Statuiſti

Deut. 32. Statuisti terminos populorum : iuxta numerum Angelorum Dei, vt habet quædam translatio. Numerus ergo populorum saluandorum erit secundum numerum Angelorum Dei, aut Angelorum Beatorum, & quia plures damnabuntur ex hominibus, quàm saluabuntur. Iuxta illud: Multi sunt vocati : pauci verò electi. Si ergo vnusquisque homo tam damnandus, quàm saluandus haberet suum Angelum custodē, si omnes Angeli deputarētur ad huiusmodi custodiā, non sufficerent. Et ideo concludit Magister, & bene, cum homines omnes non habeant esse simul, quia quidam sunt præteriti, quidam præsentes, quidam futuri: oportet, quòd vel eodem tēpore, vel saltem successiuè: vnus Angelus deputetur ad custodiam plurium hominum : & satis potest concedi, quòd non solum successiuè, sed etiam eodem tempore, vnus Angelus ad custodiam plurium hominum, vel etiam omnium hominū potest deputari. Est enim Angelus in hoc corpore, vel in hoc loco terreno, sine in hoc aere circa terram localiter, sicut anima est in suo corpore formaliter. Nam sicut anima est formaliter tota in suo toto corpore, & tota in qualibet parte, sic Angelus in toto illo corpore, in quo est localiter per applicationem suæ virtutis, est totus in toto, & totus in qualibet parte. Cum ergo nos ponamus, quòd inferiores Angeli sunt motores orbium, quia infima suprematum attingunt suprema corpora. i. cœlos. Secundum ergo ea, quæ diximus, vnus Angelus etiā de inferioribus Angelis mouet totum cœlum, vt vnus Angelus mouet cœlum sidereum, siue totam octauam sphæram, vbi sunt multæ stellæ. Verum quia cœlum est continuum, non oportet Angelum mouētem cœlum applicare virtutem suam immediatè ad totum cœlum, sicut homo potest mouere vnam magnam virgam, applicando manum suam immediatè ad modicam partem virgæ. Quoniam virga est continua : potest quis mouere totā virgam, applicandò manum suam ad mediam partem virgæ. Sic potest vnus Angelus mouere totum cœlum sidereum, applicando immediatè virtutem suam ad modicam partem cœli siderei, & illa pars poterit esse tanta, quanta est vna stella visibilis: vel, quod idem est, visu notabilis, quæ creditur in cœlo sidereo esse multas stellas, quæ propter sui paruitatem videri nó possunt. Cum ergo vna Stella quantumcunque magna, & quātumcunque visu notabilis, sit quasi punctus respectu totius cœli siderei: cogimur dicere, quòd Angelus mouens cœlum sidereum, applicat virtutem suam, vel applicare potest immediatè saltem ad tantam partem cœli, vel ad maiorem, quā ta est vna Stella quantumcunque magna, & quātumcunque visu notabilis, & respectu illius partis, ad quam applicat Angelus immediatè virtutem suam: est totus in tota illa parte, & totus in qualibet parte illius partis. Et quia, vt clamant omnes Astronomi, quælibet Stella visu notabilis in cœlo sidereo est maior tota terra, & cum da tota terra non habetur completè quarta pars,

Damnandi plures q̄ saluandi.

Angeli Motores orbiū qui.

Angelus quo mouet cœlum.

Idē in Prologo. & d. 2. q. 3. & d. 10. q. 1. sed d.

A vt notauerunt componentes sphæram, si potest vnus Angelus esse in tota tanta parte cœli, quāta est vna Stella quantumcunque magna, & visu notabilis, & totus in qualibet parte eius, & talis Stella sit maior tota terra, & de terra tota non habitetur completè quarta pars : poterit vnus Angelus quantumcunque infimus esse totus in tota terra habitabili, & totus in qualibet parte, & hoc modo poterit vnus Angelus simul omnes habitatores terræ custodire, & quemlibet singulariter: cum possit esse totus in tota terra habitabili, & totus in qualibet parte: tamen Deus, qui est maximè liberalis, & non est auarus in thesauris suis, non solum Angelum vnum, sed Angelorum multitudinem ad hominum custodiam deputauit.

14 q 3. ar. 1. dicitur Luna maior terra, cuius 4. pars tota non habitatur. & vide in 2 rol Cōtradict. & solutionem.

Angeli plures ad hominum custodiam.

B Si ergo loquamur de custodia Angelorū, quātum ad necessitatem : vnus posset custodire omnes morantes in terra habitabili. quia vnus posset esse totus in tota huiusmodi terra, & totus in qualibet parte. Sed si loquamur de huiusmodi custodia quantum ad congruitatem, vt congruit diuinæ liberalitati: satis vī diuinæ liberalitati, & pietati congruum, quòd quilibet homo purus viator loquendo de hominibus præsentibus habeat suum Angelum custodem : nec tamen propter hoc excluditur, quin vnus Angelus possit successiuè plures homines custodire : nihilominus tamen etiam eo modo, quo vnus angelus plures homines potest custodire, quilibet homo habet suum angelum, sicut quilibet Monachus suū Abbatem : non obstante, quòd plures sint Monachi, quàm Abbates. Sic etiam, & multo magis, quilibet homo habet suum angelum custodem : non obstante, q̄ successiuè plures sint homines custoditi, quàm custodientes Angeli.

C

Dub. V. Litteralis.

Angeli beati an possint mereri.

Litteralis fortè dubitatet aliquis : de eo, quod in littera dicitur, quòd charitas, qua Angeli Deum, & nos diligunt: meritum, & præmium dici potest. Sed contra : Cum Angeli non sint viatores viatores, quia iam sunt in Patria, & iam vident Deum visione aperta, non videtur, quòd possint viterius mereri, nec viterius præmiari.

D Dicendum, quòd eo modo, quo possunt viterius mereri, possunt viterius præmiari, & econuerso: & eo modo, quo non est hoc possibile, non possunt : quantum autem ad præmium essentiale, quod est gaudium de ipso Deo, & quòd est Dei aperta visio, & eius perfecta fruitio, quantum ad hoc meritum, vel præmium Angelorum non suscipit magis, & minus : nec etiam incrementum. Sed loquendo de cognitione diuinorum effectuum, & de gaudio, quod potest habere de creaturis, & de effectibus diuinis, quia Angelis iā beatis multa reuelantur de regimine

Præmium essentiale quidem.

Præmium accidētale quid.

vniuersi,

His itaque tranſcurſis, vt præfatorum Doctorum ſentẽtijs demus cuilibet ſuum intellectum, & vt tantam diſcordiam ad concordiam reuocemus; diſtinguemus de myſterio incarnationis, & de notitia, & ſaluabimus dictum Diony. & Hiero. quòd myſterium incarnationis non erat notum Angelis. Taliter poſſumus loqui de huiuſmodi myſterio, & taliter etiam poterimus de hoc loqui, quòd ſaluabimus dictum Auguſt. quòd tale myſterium fuit notum Angelis a ſeculis, idest ab initio mundi iam conditi, & conſummati. Nã myſterium incarnationis, vt communiter ponitur, quantum ad ſubſtantiam facti, non latuit Angelos, ſed quantum ad conditiones circunſtantias, vt quòd Chriſtus fuit paſſus ſub tali principe, & in tali loco, & a talibus gentibus, & multæ huiuſmodi conditiones potuerunt latere Angelos. Secundum ſubſtantiam facti, non ſolum Angeli beati, ſed ipſe Diabolus vidit, & inuidit. Vidit enim, quòd homo debebat aſcendere, vnde ipſe deſcenderat, & ex hoc inuidit, & inuidia motus tentauit hominem, & fecit eum ruere, & habere neceſſitatem moriendi, quia Deus creauit hominem inexterminabilẽ. ſed inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Myſterium ergo incarnationis, vel myſteriũ de ſalute humana; quantũ ad ſubſtantiã facti, potuit eſſe notũ Angelis à principio mundi iã cõdita, & conſummari per opera ſex dierum, vbi vltimum opus fuit factio hominis, quo homine facto, & producto, non ſolum Angelis beatis, ſed etiam ipſi Diabolo quantum ad ſubſtantiam facti, potuit eſſe notum myſterium ſalutis humanæ, videlicet quòd homo ordinatus erat ad ſalutem, & poterat aſcendere vnde ipſe deſcenderat. Et ecce hoc poteſt ſolui controuerſia inter Auguſt. & alios ſanctos Docto. Quia loquitur Auguſtinus de ſubſtantia facti, alij vero Sancti de conditionibus alijs. Sed controuerſia inter Dio. ponentem, quòd homines illuminantur per Angelos, & non econuerſo: & Hieronymum exponentem ad litteram, quòd innoteſcit Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam, idest per Apoſtolos, & per alios prædicatores de myſterio incarnationis, & de ſalute humana, ſic ſolui poteſt diſtinguendo de notitia Angelorum, quia aliquid innoteſcit Angelis per homines non eos illuminantes, ſed conuerſionem aliorum adimplentes. Nam res, vt eſt indeterminata, eſt ignota Angelo, quæ poſtea, vt ſit determinata, eſt ſibi nota.

Reſumamus ergo, quæ diximus in præcedenti quæſtione de illuminatione Angelorum, & de notitia eorum. Nam, vt dicitur in 3. de Trinitate: Voluntas Dei eſt prima, & ſumma cauſa omnium corporalium ſpecierum, atque motionũ. Nihil enim viſibiliter, & ſenſibiliter hic agitur, quòd non de interiore inuiſibili, atque intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubeatur, quantum ad bona, aut permittatur quantum ad mala.

Prima ergo determinatio rerum eſt, vt res ſint determinatæ, & ordinatæ ſecundum Dei voluntatem.

Secunda determinatio rerum poteſt eſſe in ſuis cauſis. Prima ordinatio pertinet ad diuinam ſapientiam, ſiue ad diuinam prouidentiam, quia omnia ſic fiunt, vt ab æterno præordinauit ſecundum ſuam ſapientiam, & prouidentiam. Secunda determinatio, prout res ſunt ordinatæ in ſuis cauſis, & potiſſime in cauſis generalibus, pertinet ad fatum. Appellatum eſt enim a fatum a for faris, vt dicatur fatum, quaſi fors-locutum, vt quòd Deus in ſeipſo per ſuam ſapientiam, & per ſuam voluntatem ab æterno ordinauit, poſtea per exteriores cauſas illam ordinationem interiorem fatur, ideſt foris loquitur, & foris per ſecundas cauſas operatur.

Tertia determinatio rerum eſt in ſeipſis, quãdo res actu fiunt, & actu producuntur. Hæc autem determinatio tertia prout res determinantur in ſeipſis, deſeruit ad cognitionem angelicã naturalem, & etiam ſupernaturalem. quia futura contingentia, ſecũdum, quòd huiuſmodi, antequam fiant ſunt ignota Angelo, ſecundum conditionem naturalem. ſed poſtquam ſunt facta, ſunt Angelo nota, quia ſunt in ſeipſis iam determinata. Hæc etiam determinatio deſeruit Angelis ad cognitionem ſupernaturalem, quam habent in verbo, quia in ipſo Deo habent cognitionem de aliquibus fiendis, vel de aliquibus futuris, non tamen habent eam cum omnibus ſuis circunſtantijs, cum quibus habent eſſe poſtea cum fienda iam ſunt facta, & cum futura iam ſunt præſentia. Angelis ergo innoteſcit per homines myſterium ſaluris humanæ cauſatum per incarnationẽ Chriſti, & p paſſionem eius, non quòd homines, vel eccleſia hominum docent Angelos, vel illuminent eos, ſed cum aliqui actu conuertuntur per Eccleſiam, vel ad Eccleſiã, vel ad Chriſtum, tunc quantum ad aliquas circunſtantias eſt magis nota ſalus eorum, quàm ante, & ſic poteſt ſolui omnis controuerſia. Hæc ergo determinatio rerum in ſeipſis modo, quo dictum eſt, poteſt deſeruire ad cognitionem Angelorum naturalẽ, & ſupernaturalem, ſed determinatio rerum ſecũdum voluntatem Dei quantum ad futura contingentia, deſeruit Angelis ad cognitionem ſupernaturalem, quia hoc modo Deus illuminat Angelos ſuperiores & Angeli ſuperiores illuminãt inferiores inquantum innoteſcit eis voluntas diuina, vel ordo ſapientiæ diuinæ, quantum ad aliqua futura fienda, quæ prius erant eis ignota. Nã non oportet, quòd Angelus illuminetur vel a Deo, vel a ſuperiori Angelo, vt clarius videat diuinam eſſentiam nunc, quàm prius: ſed ſufficit, quòd aliqua reuelẽtur ei de voluntate Dei quãtum ad aliqua futura fienda, quæ non erant ei reuelata prius.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, q̃ Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus innoteſcit p Eccleſiã multiformis ſapientia Dei, nõ qa homines, cõterloquẽdo, de hoc illuminẽt Angelos, ſed qa rebus ꝓgrediẽtibus in eſſe; & cũ

Diabolus vidit reparationem hominis.

Diaboli nõ latuit incarnationis miſterium.

Conciliatio Auguſtini Hier. & Dion.

Tomo 3. Cap. 4.

a Fati vocabulum dicatur, & recuſandum non nullos Phil. & C. Tho. 1. part. q. 115. art. 4. ad 3. lib. contra Gent. c. 91 eſt diſpoſitio ſecundum cauſarum priorum, & præordinata a Deo, cui diſpoſitioni corp. infer. ſubiacẽt, ſic naturaliter, quia effectus impedire poſſunt, vt ſi homo futurus lotagouus ſtrangularetur. animi vero noſtri illi diſpoſitioni non ſubiacent, ſed ab illa inclinatur ad virtutes, & ad vitia. ſunt tñ q̃ dicunt fatũ nõ eſſe, cuius ſententia fuit M. T. Cic. lib. de nat. Deorum, & diuinatione. di. etiã eos. neceſſario cognoſcunt nõ ſcientia enim diſtinguere cõtingentia, vel reipſa ſcientiq̃ Dei, vel cauſarũ ſecundarũ. Stoici vero dicebant huic fato nõ ſolum inferiora ſubijci, ſed Deũ ipſum, quam ſententiã impugnat D. P. Aug. 5 de Ciui. cap. 1. To. 5 exceatur dicta ſi latum di cas voluntatem diuinã, ſententiam tene & ſequamur cõmuniter.

per prædicationem Apostolorum, vel aliorum A
actu conuertebantur homines ad Christum, erat magis unum mysterium incarnationis quantum ad hunc effectum, qui est conuersio horum hominum, vel illorum, quàm esset ante huiusmodi conuersionem. Semper enim quantum ad aliquas circunstantias, & si non quantum ad substantiam facti possunt innotescere tales effectus passionis Christi, vel incarnationis eius, non obstante, quòd ipsa incarnatio, vel ipsa passio longe ante fuerit Angelis nota. Vel potest auctoritas exponi, vt id, quod dicitur referatur ad illuminare: & sit sensus quod innotescit Principatibus, & Potestatibus, quare Paulo erat data gratia illuminare Ecclesiam, idest illuminare eos, qui sunt in Ecclesia. Vel potest adhuc aliter exponi, vt ibi Ecclesia accipiatur pro ecclesia cœlesti, B
idest pro Angelis, vbi incepit ecclesia. per ecclesiam ergo cælestem, idest per Hierarchiã primã, vel supremam, innotescit Principatibus, & Potestatibus, idest Hierarchiæ ĩfimæ, in qua sunt principatus: & mediæ, in qua sunt potestates, multiformis, &c.

Notes aliq quo superio tes Angelis.

Ad secundum dicendum, quòd quantum ad naturam infimus Angelus est superior quolibet homine, & etiam quantum ad gratiam, inquendo de quolibet homine puro viatore, quia qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Si autem aliqui in Ecclesia etiam præter Christum habuerunt actum comprehensoris etiam dum adhuc viuerent, sicut habuit Paulus, dũ fuit raptus, potuit esse, q̃ in illo raptu fuerint aliqua reuelata Paulo, quæ latebant Angelos.

Angeli qõ ab hominibus iudicãdi.

Ad id autẽ, quod dicebatur de iudicio, quòd C
Angelos iudicabimus, potest intelligi de Angelis malis, vt Glo. tangit. Vel si volumus hoc intelligere de Angelis bonis, poterit hoc exponi comparatiue, quia in die iudicij multi homines apparebunt meliores, & superiores multis angelis, & comparatiuè dicentur iudicare illos.

Ad tertium dicendum, quòd Apostoli fuerunt immediate illuminati a Deo incarnato, & vt conuersabatur cum Apostolis secundum carnem. Nõ ergo fiebat hæc illuminatio, quòd Apostoli immediate viderent ipsam diuinitatem, vel ipsam diuinam essentiam, sicut vident Angeli, propter quod non erant superiores Angelis, immo inferiores.

Ad quartum patet solutio per iam dicta, D
quia Paulus in illo raptu potuit aliqua videre in Deo, & potuerunt ei aliqua reuelari a Deo, quæ latebant Angelos.

ARTIC. IIII.

An Angeli custodientes, damnationem custoditorum doleant. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 113. art. 7 Et 2. sent. d. 11. q. 1. art. 5. D: Bonau. d. 11. art. q. 3. Ric. d. 11. q. 1. Guil. Alex. 2. sentẽt. tr. 4. c. 14. Alber. de virt. assistẽt. q. 8. artic. 10. Med. dist. 11. quæstio. 1.

QVARTO quæritur: Vtrum Angeli deputati ad custodiam eorum, qui damnabuntur: doleant de eorum damnatione. Et videtur, quòd sic. quia, vt dicit Esai. Angeli pacis amare flebunt, sed hoc potest exponi de Angelis custodientibus homines, ergo &c. Esai 33.

Præterea amicorum est sibi inuicem compati. sed angeli tanquam amici nostri seruentissima charitate diligunt homines, ergo dolebunt de damnatione eorum.

Præterea si gaudium est Angelis in cœlis de peccatore pœnitentiam agente, quia opponentũ oppositi sunt effectus; erit dolor angelis in cœlis de peccatore in peccatis se inuoluente.

Præterea omne illud, quod repugnat fini intẽto, videtur aggrauare dolorem, & tristitiam. sed finis, quem intendunt Angeli de custodia hominum, est salus hominum. Ergo dolebunt, & tristabuntur de damnatione ipsorum.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Apoca. quòd in illa cœlesti Hierusalem non erit neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor. Apoc. 21.

Præterea luctus, & dolor non possunt esse sine aliquibus demeritis, sed Angeli in custodiẽdo homines in nullo demerentur, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli custoditorum damnationẽ non dolent. Quod ex beatitudine ipsa, quæ nullum admittit dolorem: ex eorum conformitate ad Dei voluntatem: ex dilectione iustitiæ: ex operibus bonis, exque magna distantia, quæ est inter beatos, ac damnatos, clare patet.

RESPONDEO dicendum, q̃ quinque vijs inuestigare possumus, q̃ Angeli custodes hominũ, qui damnabuntur, non dolebunt de damnatione eorum, nec compatientur eis. Prima via sumetur ex beatitudine, quam sunt Angeli adepti. Secunda ex conformitate, quam habebunt ad voluntatem diuinam. Tertia ex dilectione iustitiæ. Quarta ex operibus bonis, quæ exercuerunt circa homines, qui damnabuntur. Quinta ex ipso magno Chaos, quod iam firmatum est inter beatos, & damnatos.

Prima

Prima via sic patet. Nam quilibet dolor, & quælibet tristitia minuit beatitudinem, vel non poterit stare cum illa summa beatitudine, qua vi debit tantum bonum, sicut est ipse Deus. Ideo dicebatur in arguendo, & bene, q neque luctus, neque clamor, sed nec vilus dolor ibi poterit esse. Hoc enim fuit singulare in Christo, q summè patiebatur secúdum carnem, & summè fruebatur secundum animam: vel summè patiebatur secundum sensualitatem, & summè fruebatur secundum rationem superiorem: sed in Angelis hoc esse non posset, qui carnem non habent, & sensualitate carent.

Christus tũ fuit beat⁹, & dolẽs?

Secunda via ad hoc idem sumitur ex conformitate voluntatis Angelorum ad voluntatem diuinam. Erit enim Angelorum, & omnium bonorum sic conformis voluntas, cum voluntate diuina, q ipsi gaudebunt de omni eo, quod est placitum Deo. & quia placet Deo nullum malum esse impunitum, & nullum bonum itremuneratum: ideo hoc placebit omnibus Angelis, & omnibus beatis, vt iuxta mala merita damnentur mali, & iuxta merita præmientur boni.

Tertia via sumi poterit ex ipsa diuina iustitia, quam summè diligent omnes Angeli, & omnes Beati. Nam tunc maximè implebitur illud Euãgelij. Beati, qui esuriunt, & diligunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. In die enim iudicij saturabuntur boni de vtraque iustitia: videlicet de damnatione malorum, & de beatificatione bonorum.

Matt 5.

Quarta autem via sumi potest ex ipsis bonis operibus, quæ exercuerunt Angeli circa homines, quos custodiebant: dato, quòd aliqui eorum, vel etiam multi damnentur. quia cũ damnabuntur tales, non dolebunt angeli de damnatione eorum, sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos. quia angeli eorum custodes, quantum in eis fuit, retraxerũt eos à malo, & induxerunt ad bonum.

Quinta, & vltima via sumit ex illo Chaos magno, quod firmatum est inter beatos, & damnatos, quia damnati non possunt ire ad beatos: nisi hoc fiat ex speciali Dei miraculo, quia suscitatus dicitur fuisse ✠ Traianus ad preces Gregorij, qui suscitatus potuit facere pœnitentiam, & saluari. Nec etiam beati possunt ire ad damnatos etiam per compassionem, quia Filius beatus nõ compatietur patri damnato, nec è conuerso.

✠ Traianus suscitatus, facta pœnitentia, potuit saluari. Vide Doct. quol. 1 q 2. An predestinatio inamissibilis possit esse. Sanct. Vide Alex. de Ales. & Damasc. in quodlibet. & motetis. Vid & Ant. in summa, parte 2. vbi dicit Greg. orasse pro Traiano, & audisse Traianũ dedisse dono filiũ suũ, hæreditariũ ęquo vel quisquis cuidã videtur ob filiũ interfectũ videre à filio ipsius Traiani.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q illud verbum Esai. ad litteram potest exponi de nuntijs Regis Ezechiæ, missis ad quærendam pacem ab Assirijs, qui non reportantes pacem, sed potius contumeliam, & tristitiam: illi Angeli pacis. i. nuncij missi pro pace dicuntur amarè flentes. sed si volumus hoc aptare ad Angelos, dicentur dolere, vel flere metaphoricè, sicut Deus dicitur dolere. iuxta illud Genes. 6. Tactus dolore cordis intrinsecus.

Ad secundum dicendum, quòd Angeli non possunt compati, quia sunt impassibiles, & non solum Angeli, sed etiam homines non poterunt compati damnatis: loquendo de hominibus beatis, quia habebunt corpora impassibilia.

Ad tertium dicendum; quòd Angeli possunt esse participes gaudij, & possunt proficere in gaudio, quantum ad præmium accidentale, quod est de aliquibus bonis creatis, præter visionem, & fruitionem diuinæ essentiæ, quæ pertinent ad præmium accidentale. sed non possunt esse participes doloris, quia dolor cum Angelorum beatitudine stare non potest.

Ad quartum dicendum, q finis semper habet rationem voliti, quia per antonomasiam voluntas dicitur esse ipsius finis. Angeli autem volunt salutem hominis voluntate antecedente: videlicet si seruent mandata diuina, & si seruent eorũ monita, & cætera antecedentia ad beatitudinem. Sed voluntate consequente: voluunt quicquid Dominus vult secundum huiusmodi voluntatẽ: secundum ergo hanc voluntatem nõ possunt dolere, quia non possunt dubitare de impletione numeri electorum, & non dolebunt de damnatione custoditorum: sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos: & quia circa ipsos exercuerunt totum, quod in eis erat.

Voluntas antecedens quid.

Voluntas consequens quid.

ARTIC. V.

An inter Angelos sit pugna. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 113. ar. 8. Et 2. sent. d. 11. q. 2. ar. 3. Ric. d. 11. q. 3. Biel. d. 12. q. 1. circa finem. Dur. d. 11. q. 2. Nic. de Nyse tract. 2. p. 2. q. 1. Barth. Syb. 2. Dec. c. 3. q. 1.

VTRVM quæritur: Vtrum inter Angelos sit pugna. Et videtur, quòd non. Quia pugna, & omnia discordia repugnat vnitati charitatis. sed Angeli sunt perfecti in charitate: ergo nihil tale potest ibi esse.

Præterea omnis præstans fauorem, vel administrum habentibus iniustam causam peccat, & hoc non potest competere beatis. Cum ergo contraria simul verificari non possint. pugna, & contrarietas, siue iniustitia esse non potest: ergo, &c.

Præterea: vbicunque est ordinata prælatio: ibi pugna, & contrarietas esse non potest. quia hoc est contra rationem prælationis, quòd inferior resistat superiori. sed non sunt duo Angeli non se habentes secundum sub, & supra: ergo nõ sunt duo Angeli, inter quos possit esse pugna.

Præterea nullus Angelus nititur ad aliquid: nisi quia credit, & opinatur illud esse bonum. sed contrariarum opinionum oportet aliquam esse falsam: in Angelis, vt videtur, non potest cadere falsitas opinionis: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est, quod habetur Dan. Quòd quatuor venti soli pugnabant in mare magno, per quos secũdum Gio. intelliguntur quatuor

Dan. 7.

quatuor angelicæ potestates: ergo, &c.

Dan. 10. Præterea Dan. 10. dicitur: Princeps Regni Persarum restitit Angelo, qui loquebatur cum Dan. 21. diebus: quod sine pugna, & discordia esse nó potuit: ergo, &c.

RESOLVTIO.

Angeli inter se, etiam boni, aliquam habent discordiam, non quantum ad naturam, sed quantum ad voluntatem, sicut in hominibus probis id reperiri quandoque videmus, sed in Angelis citius, quàm in hominibus, qui Deum non vident, sedatur.

RESPONDEO dicendum, quòd secundũ quosdam inter Angelos, & specialiter inter Angelos bonos non potest esse pugna, neque discordia, quod probant per Dio. 5. de diui. nom. Assimilantem effectus procedentes à primo lineis procedentibus à centro, quæ quanto magis propinquiores sunt centro, tantò magis sunt inter se coniunctæ, & vnitæ, & quantò magis distãtes, sunt magis elongatæ, & remotæ. Ex hac ergo similitudine volunt concludere Angelos inter se esse vnitos, vt nulla possit ibi esse pugna, neq; discordia.

Sed ista ratio concludit de vnitate quantum ad naturam: non autem quantum ad voluntatem, secundum quam mali Angeli auerterunt se à Deo, & elongauerunt se ab ipsũ. Pugna autem, & discordia, de qua hic loquimur, nó dicit vnitatem secundum naturam, sed discordiam secũdum voluntatem. Vel hoc potest aliter improbari, quia illa vnitas, de qua isti loquuntur: est Angelorum generaliter tam bonorũ, quàm malorum, quia omnes sunt à Deo immediatè, sed nulli dubium esse debet, quòd inter Angelos bonos, & malos, quamuis vtrique immediatè præcesserunt ab vno centro, i. ab vno Deo: tamen inter eos secundum voluntatem semper est pugna, & discordia, quia voluntas Angelorum malorũ semper est iniusta, secundum August. in de Tri. vbi vult, quòd licèt potestas Diaboli semper sit iusta, quia non est potestas nisi à Deo: voluntas tamen semper est iniusta. Ex his ergo videtur cõcludi, quòd inter Angelos bonos non possit esse pugna, quia sicut mali semper habent voluntatem iniustam: ita boni semper iustam. Propter quod inter eos, vt videtur, non potest esse discordia, quia quilibet vult, quod iustũ est. Sed oportet nos dicere, quòd etiam inter bonos Angelos sit aliqualis discordia, quia mali non possunt resistere bonis, cum agant in virtute diuina, vel secundum voluntatem diuinam: in cuius ditione cuncta sunt posita, & non est, qui suæ possit resistere voluntati, & tamen habetur in Dan. vt in arguendo tangebatur: Princeps Persarũ restitit Angelo, qui loquebatur Dan. 21. diebus, de quibus duobus Angelis sibi ad inuicem resistentibus: tutius est dicere vtrunque fuisse bonum: tamen propter diuersas rationes, vel causas,

A vnus volebat vnum, & alius aliud. Sciendum ergo, quòd secundum ea, quæ videmus in hominibus, & etiam in alijs rebus: possumus aliqua coniecturari de Angelis. Potest enim contingere, quòd inter bonos homines vno, & eodẽ spiritu motos, sit discordia, & pugna. Videmus.n. in eodem capitulo, quòd aliqui volunt vnum prælatum: aliqui volunt alium: & quilibet tamẽ ad hoc volendum potest moueri propter bonã intentionem, & propter maiorem vtilitatem Ecclesiæ. Sic etiam videmus in rebus alijs, q̃ aliquando non est nisi vnus ventus in mari, & tamẽ illo vno, & eodem vento si vela sint aliter, & aliter ordinata: vna nauis ibit ad vnam partem, & alia ad aliam. Sic eodem spiritu impellente diuersæ conscientiæ possunt impelli in diuersa volita, vt ex hoc vnus bonus homo resistat alteri bono homini, vt possint bona, & sancta conscientia discordare quantum ad volita. Et licèt hoc possit esse in hominibus simpliciter, & absolutè, in Angelis erit hoc sub conditione, si hoc sit voluntas Dei. Nam quia iudicia Dei sunt Abyssus multa. Et nesciunt Angeli etiam boni de quo cunque negotio, quæ sit voluntas Dei: possunt inter se pugnare. i. discordare de aliquo negotio: donec patefiat eis, quæ sit voluntas Dei. Nam in negotio gratioso vtraque pars contradictionis potest esse iusta, si adsit ibi voluntas principis. Angelus ergo, qui loquebatur Dan. volebat supposita diuina voluntate liberationem Iudæorũ, quia iustum erat preces Dan. exaudiri: alius nolebat, quia iustum poterat iudicari, Iudæos propter sua demerita debere amplius puniri: vel alius resistebat, quia propter moram Iudæorum inter Persas: multi trahebantur ad bonum. Vnde & Greg. 17. Mora. exponens illud verbum Iob: Qui facit pacem in sublimibus. i. in Angelis, quia Deus reuelãdo suum propositum de aliquo negotio: facit pacem inter Angelos, quia de illa re, de qua poterant appetendo iustitiam discordare: cognita diuina voluntate non amplius discordant. Ista tamẽ discordia magis potest durare inter homines bonos, quibus semper non est nota diuina voluntas, & qui non vident Deũ apertè, vt possint vel à Deo, vel à superiori Angelo illuminari de diuino proposito, vel de diuina voluntate. Illa ergo manifestatio, lumen est. Ipsa ergo manifestatio diuini propositi facti vel à Deo, vel à superiori angelo, quædam illuminatio dici potest: quia ergo, vt diximus, homines viatores non apertè vident Deum, nec apertè vident Angelos: discordia voluntatum potest magis durare in eis, quàm in Angelis.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd charitas non tollit diuersitatem opinionũ. Nam secundum Philosophum inter amicos possunt esse diuersæ opiniones, vt potest patere in Ethic. Non tamen dicemus, quòd in Angelis propriè sit diuersitas opinionum, quia opinio dicit assensum vnius partis cum formidine alterius: sed Angelus non assentit simpliciter de aliquo agibili, vel de aliquo fiendo, nec dat iudicium

Bonorũ hominum discordia.

Angeli Persarum, & Angeli Iudæorũ pugna.

Deus quo sit etiam pacé in sublimibus.

Ethic. 8.

*Deus centrũ, & creaturæ linea. Mercurius autem Trismegistus in lib. de Deo ait: Deus est sphæra, quæ non habet principia, neq; finé in sua Deo, qui est principio, & finis omnia, sed nõ habẽa hæc. id est sphæra intelligibilis ad differentiam sphæræ materialis. Dicitur sphæra, cuius centrũ vbiq; ẽ, circũferẽtia vero nusquã. Centrũ. i. creatura, quia non est locus. i. quo non sit creatura aliqua. Huius sphæræ nõ est circũferentia, quia Deus à nulla creatura comprehenditur propter ipsius immẽsitatem. Hæc ipse.

Angelorum bonorum pugna.

vniuersi, & de effectibus diuinis fiendis, siue futuris propter salutem electorum: idem quidem ad hoc dicuntur proficere, siue mereri, & ex merito præmium adipisci. Et quia omne meritum innititur charitati, & omne præmium respondet, & mensuratur secundum meritum à charitate elicitum, vel imperatum: ideo charitas, quantù ad hoc, dicitur esse meritum, & præmiù. Meritum quidem: prout charitate moti circa nos operantur, & præmium prout sic charitate moti de bonis operibus lętantur, & gaudent.

Dub. VI. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: de eo, quod in littera dicitur, & habetur in Esai. Christo ascendente dicebant Angeli: admirantes magnificentiam Christi ascendentis: Quis est iste, q̃ venit de Edom, &c. quorum sit ista vox. Esai.

Dicendum, quòd aliud est quærere, quorũ sit ista vox, quantum ad locutionẽ: & aliud, quorũ sit quantum ad locutionis intentionem. Nam quantum ad locutionem fuit illa vox Angelorũ ad Angelos: sed quantum ad locutionis intentionem, fuit illa vox Angelorum ad Christum. Possumus autem ponere exẽplum de Magistro, & de Discipulis. Christus enim ibi se habebat, vt Magister, & omnes Angeli, vt discipuli. Multoties enim discipuli de aliquo admirantes, inter se loquuntur de illo. Et quia non audent intentionem suam directè dirigere ad Magistrum: loquuntur inter se de aliqua re alta, & admirabili: ea intentione, vt Magister doceat, & illuminet eos de eo, quod admirantur. Sic Angeli vidẽtes, & admirantes Ascensionem Christi in tanta pulchritudine, quia ascendebat, vt formosus in stola sua, & cum tanta virtute, quia gradiebatur in multitudine virtutis suæ: non audentes locutionem suã directè, & immediatè dirigere ad Christum: loquebantur, & admirabantur inter se. sed hoc faciebant ea intentione, vt Christus de sua Ascensione, de qua loquentes admirabãtur: eos doceret, & illuminaret. Cũ ergo quæritur, quorum erat illa vox: si quæratur de ipsa locutione: dicimus, quòd erat Angelorum ad Angelos. sed si fit quæstio de locutionis intentione, modo, quo dictum est, erat Angelorũ ad Christum.

Dub. VII. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: eo, quòd in littera dicitur, & sunt verba Greg. Quid est, quod ibi nesciant, qui sciẽtem omnia sciunt? sed si Angeli videntes Deum vident omnia: non videtur, quod possint illuminari vlterius de rebus fiendis. Sed quia vident Deum videntem, & scientem omnia; Consequens est, q̃ ipsi videant, & sciant omnia.

Dicendum, q̃ ipsi vident, & sciunt omnia pertinentia essentialiter ad beatitudinem: cuiusmodi sunt illa, sine quibus beati esse non possunt; cuiusmodi est aperta visio vnitatis diuinę essentiæ, & distinctionis personarum. sed non vident omnia, quæ Deus ibi videt, nec sciũt omnia, quæ Deus ibi scit, quia licèt diuinam essentiam apertè videant, & diuinam scitiam clarè cognoscãt; tamen diuinam essentiam non comprehendunt, sed aliqui magis clarè vidẽt, & aliqui minus hoc intuentur, & secundũ magis, & minus aliqui plura, & aliqui pauciora ibi vident. & hoc modo se inuicem purgant, illuminant, & perficiunt.

Angeli boni quo dicitur videre omnia.

Ad formam autem arguendi, quid est, quod nesciunt, qui scientem omnia sciunt? dici potest, quòd videntes diuinam essentiam sciunt omnia, quia sciunt illud, quod est sufficiens medium ad sciendum omnia. Et si nesciunt ibi omnia: hoc est ex defectu eorum, quia licèt possint illam essentiam, & illud medium clarè videre: tamen nõ possunt eam comprehendere: & etiam in illa claritate visionis est dare magis, & minus, vt est per habita manifestum.

DIST. XII.

De opere creationis, conditione, & creatura corporea, quantum ad principium materiale.

HÆC DE ANGELICA NATVRA, &c. Postquàm Magister determinauit de natura purè spũali, vt de Angelis. In ista parte vult determinare de natura purè corporali, quæ fuit cõdita per opera sex dierũ: & de natura ex vtroq; cõposita, i. de homine. Et licèt in illis sex diebus fuerint conditi Angeli, & Homo: Magister tamen tractando de operibus sex dierũ, modicã mẽtionẽ facit de Angelis, & de homine. Sed supra p̃le, & specialiter tractauit

fito. quia secundum dispositionem recipientis est plenitudo perfectionis, sic secundum dispositionem animę recipientis erit in bonis plenitudo glorię post mortē. Omnes n. animæ bonæ post peractam pœnitentiam in purgatorio, si quid habent purgabile, vel si nihil habent purgabile, post mortem erunt plenæ gloria. Omnes enim tales animæ satiabuntur, & erunt sic plenæ gloria, quòd non vlterius appetent de gloria secundum illum statum. Et quod dictum est de animabus bonis, veritatem habet de bonis angelis. quilibet enim bonus angelus sic est plenus gloria, & sic est quietatum desiderium eius quantum ad gloriam, quòd pro illo statu nō appetit vlteriorem gloriam. Nec tamen omnes angeli * nec omnes animæ sunt æqoales in gloria. quia non sunt æqualia vasa ad recipiendam gloriam, sed secundum quòd magis, & minus meruerunt; sic erunt maiora, vel minora vasa ad accipiendam huiusmodi gloriam. Erit ergo diuina essentia quasi quoddam mare, & quasi quoddam pelagus infinitum, implens omnia vasa, & omnes electos sua maiestate, & gloria; tamen qa non omnia talia vasa erunt æqualia, sed secundum quod magis, & minus meruerunt, erunt magis, & minus capacia huiusmodi maiestatis, vel gloriæ. Implebitur ergo in electis eorum capacitas actualis, secundum quòd actu meruerunt, non possibilis, secundum quòd mereri potuerunt. Nam secundum Philosophum non coronantur fortes, qui bellare possunt, sed agonizantes, qui actu bellant. Et per hoc potest patere solutio ad omnes dubitationes possibiles fieri in hac materia.

Purgatorio, quod enam à plerisque ponitur in Ihrd. Tomo 1. vbi & de inferno, & de paradiso loquitur. deque horum omnium statu. Idque dictum sit, ad confusionē hæreticorū offendēdā.

* Beati nō oēs æquales in gloria.

Arist. 1. Eth. c. 9.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd perfectio virtutis includens finem, tollit rationem meriti, quia tollit rationem motus, postquàm est in tam perfecto esse. quòd non potest plus perfici. & quia augmentari est quoddam moueri, ideo angeli non possunt proficere in visione Dei. quia non possunt augmentari in visione illa, quòd possint perfectius videre Deum.

Finis tollit motum.

Ad secundum dicendum, q̄ operatio creaturæ est propter perfectionem eius, quando operatio est cum motu, & distans à fine. sed quādo operatio includit finem, vel est ipse finis, tunc est ipsa perfectio: nec oportet, quòd sit propter alium finem, sed ipsamet est huiusmodi finis, nisi forte accipiatur finis diuersimode, secundum quem modum acceptionis vnum ordinatur ad aliud, & vnum est propter aliud. Erit enim in Patria triplex finis: videlicet visio, dilectio, & Deus, vt est visus, & dilectus à nobis. sed hæc tria habent ordinem ad inuicem. quia visio ordinatur ad dilectionem, tanquàm ad aliquid magis perfectum: & virumque, videlicet ism visio Dei, quàm dilectio, ordinantur ad ipsum Deum, tanquàm ad obiectum.

Finis triplex in patria celesti.

Visio enim, & dilectio sunt finis noster. quia sunt operationes circa finem, i. circa Deum. sed

A Deus est finis noster simpliciter, cum attingimus ipsum per apertam visionem, & per consumatam dilectionem. Finis ergo hominis, vel angeli, est in ipsa voluntate pront fruitur, vel, vt delectata quiescit in visione Dei, & in dilectione eius, in quibus duabus operationibus est finis noster, & beatitudo nostra: sed magis, & perfectius est beatitudo nostra in dilectione, quàm in visione. Nam dato per impossibile, quòd videremus Deum, & non diligeremus ipsum, magis essemus miseri, quàm beati. felicitas ergo nostra prout felicitas diffinitur à Philosopho, quòd est operatio animæ secundum virtutem perfectam, est visio Dei. pront elicitur ab habitu sapientiæ; quæ in patria erit virtus perficiens intellectum: & felicitas nostra erit dilectio Dei, prout elicitur ab habitu charitatis, quæ in patria erit virtus perficiens voluntatem, & hæc operatio, q̄ est dilectio elicita ab habitu charitatis, erit magis, & pfectius felicitas nostra, quàm visio elicita ab habitu sapientiæ; Vtraque tamen erit felicitas nostra, vt operatio ordinatur ad obiectum. Ideo Deus, vt est obiectum nostræ visionis, & nostræ dilectionis, erit simpliciter finis noster.

Beatitudo in quo principalius cōsistat. Vide 3. quolibet q. 19. vide infra d. 26. q. 2. art. 3.

Arist. 1. Eth. c. 13. & 13.

B

Ad tertium dicendum, q̄ angeli superiores illuminant inferiores, non de his, q̄ę pertinent ad ipsam essentiam diuinam, sed illuminant eos quantum ad ipsos effectus diuinos, prout pertinent ad regimen vniuersi, vel ad salutem electorum. quia omnes sunt administratorij spiritus, vt hæreditatem capiant electi. Sed, vt dicitur ad Ephesios: Omne enim, quod manifestat, lumen est. Illa ergo illuminatio angelorum nihil est aliud, quàm quædam manifestatio veritatis, de quibusdam effectibus diuinis pertinentibus ad regnum vniuersi, & potissimè ad salutem electorum.

Eph. 5.

C

Beatorum præmiū essentiale cur angeli non podūt.

Ad quartum dicendum, q̄ cum dicitur, q̄ si angeli non possunt proficere in visione Dei; vel hoc est, quia peruenerunt ad omnimodam perfectionem, vel quia non sunt capaces maioris perfectionis; Ad quod dici potest, q̄ vtrumque habet aliquo modo veritatem, & aliquo modo falsitatem. Nam peruenerunt ad omnimodam perfectionem non simpliciter (quia hoc modo habet eam solus Deus.) sed secundum ordinem diuinæ prædestinationis. Nam ad tantam peruenerunt plenitudinem visionis diuinæ, ad quātam fuerunt præordinati, & prædestinati ab æterno. Propter quod habent perfectionem visionis diuinæ secundum præordinationem, & prædestinationem diuinam, quam præterire non possunt. Deus enim in hoc constituit eis terminos, qui præteriri non poterunt. Sic etiam secundum, quòd non sunt vlterioris perfectionis capaces, habet aliquo modo veritatem, & aliquo modo non. quia secundum gratiæ, & charitatis mensuram, quam habuerunt in via, data fuit eis claritas visionis in Patria quantum ad intellectum: & perfectio fruitionis quantum ad affectum: prout fuerunt tūc actu capaces. Propter quòd repleta fuit tota eorum

D

rum capacitas actualis, non autem tota capacitas possibilis, vt patuit in principali solutione de exemplo posito de inæqualitate vasorum. Nam in patria se habebūt beati sicut diuersa vasa, quorum quædam erunt magis capacia gloriæ, quædam minus.

Si autem quæratur, quando in Angelis incepit status viæ, & quando fuit terminatus, dicemus, quòd incepit a principio mūdi, quia Angeli fuerunt creati simul cum mundo: vel incepit ēt ante mundum, si vera est opinio dicentiū Angelos fuisse creatos ante mondū, & durauit vsq; ad illud instans, in quo dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & ī quo fuit diuisa lux a tenebris, quia sicut fuit hoc adimpletum de luce corporali, ita fuit adimpletum de luce spirituali, quòd in illo instanti, in quo lux corporalis diuisa fuit a tenebris corporalibus, fuerunt mali Angeli auersi, & facti tenebræ spiritoales: & boni conuersi, & facti lux spiritualis, & fuerunt diuisi, & separati hi ab illis, quia mali ceciderunt sicut fulgur, & boni in cœlo Empyreo, in quo fuerunt creati, remanserunt.

ARTIC. II.

An Angeli ob custodiam in cognitione diuinorum effectuum proficiant.

Conclusio est affirmatiua.

Ric. d. 11. q. 5. Scot. d. 3. q. 11. Landul. d. 11. q. 6. Biel d. 11. q. 1. Ant. And. d. 3. q. 11.

SECVNDO quæritur de profecto Angelorum, quātum ad cognitionem aliorum a Deo. Nā si nō proficiūt Angeli in cognitione diuinę essentiæ, merito quęritur, vel dubitatur: Vtrū proficiant in cognitione diuinorum effectuum, prout illuminantur a Deo, vel a superioribus Angelis, vel etiam vtrum proficiant in quacunque cognitione. Et videtur, quòd non. quia omnis cognitio Angeli vel pertinet ad oaturā, vel ad meritum, vel ad præmium: sed non possiont proficere quantum ad cognitionem naturalem, quia illam acceperuot totam simul: nec quantum ad cognitionem, quæ cadit sub merito, quia oon sunt vlterius in statu viæ, nec quantum ad cognitionē, quæ cadit sob præmio, quia illa mensuratur, prout meruerunt io via, ergo &c.

Præterea essentia Dei est causa rerum, & est causa omnium effectuū diuinorum. si ergo Angeli proficiūt in cognitione effectuom diuinorū: oportet, quòd proficiant in cognitione ipsius diuinæ essentiæ, sed hoc est falsum, ergo &c.

Præterea Angeli boni, siue beati, quia de talibus loquimur, vident ipsam diuinam essentiā, & vident ipsum diuinum verbum. sed, vt dicit Auguſt. 6. de Trinitate ca. vlti. Verbum Dei est ars quædam omnipotentis, atque sapiens Dei plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium. Omnes ergo rationes omnium effectuom diuinorum viuunt in verbo diuino, quòd est ars Patris plena talium rationom. Ideo dicitur Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat. Si ergo Angeli vident clare, & aperte ipsum verbum, vident omnes rationes diuinorum effectuum. propter quod non possunt in hoc vlterius proficere. Tomo 2. Ioan. 1.

Præterea Deus est quoddam speculum. sed videns speculum videt omnia, quæ relucent in speculo. sed Angeli vident ipsum Deum per essentiam, sine ipsum speculum, ergo &c. Deus speculum.

Præterea Philosophus in 3. de anima dat differentiam inter intellectum, & sensum. quia sensus cum percipit maximum sensibile, impeditur ne percipiat minus sensibile: vt visus solis impedit visionem aliorum. sed cum intellectus intellexit maxime intelligibilia, non minus intelligit infima. Cum ergo Angelus non sit nisi intellectus tantum, ideo cum intellectus Angeli intelligat, & videat ipsam diuinam essentiam, quæ est maximum intelligibile, non minus intelligit; & videt ipsos diuinos effectus, qui sunt minora intelligibilia. Text. c. 7.

IN CONTRARIVM est Diony. circa finem cœlestis Hierarchiæ, vbi vult quòd multæ rationes sacramentorum, idest effectuom diuinorum latent supernas essentias, idest Angelos. ergo si multæ rationes diuinorum sacramentorum, siue diuinorum effectuum latent Angelos, possunt Angeli in cognitione illarum rationom proficere, & possunt de cognitione illarum ratione illuminari.

Præterea in 6. c. eiusdem libri volt, quòd Angeli inferiores per superiores porgantur a nescientia, & illuminantur, & perficiuntur in scientia. qđ non esset, oisi possent proficere in cognitione aliquorum effectuum diuinorum.

RESOLVTIO.

Angeli, & si nudè diuinam essentiam vident, nec nō effectus præsentes, & præteritos; non tamen futuros ad vtrumlibet cognoscunt. & quamuis eam videant, non tamen comprehendunt. Hinc quantum ad futurorum cognitionem proficere possunt.

RESPONSO dicendom, q̄ Angeli quotquot sunt vident clare, & nudè ipsam diuinam essentiam, & vident ibi omnes effectus p̄teritos, & p̄sentes, sed non vident ibi omnes effectus futuros, & maxime contingentes, & fortuitos, qui sunt possibiles ad vtranqoe partem. quia licet diuinam essentiam videant, eam tamen non comprehendunt omnioo, vt videant in ea omnes effectus futuros. Nam, vt dicitur Esai. 42. Esai. 42.

Futurorum cognitio ad Deum tanti pertinet.

Annunciate, quæ futura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Solius ergo Dei est scire futura, vt futura sunt. Si ergo alij hoc sciunt, hoc est inquantum reuelatum est eis a Deo. quantum ergo ad cognitionem futurorum possunt proficere Angeli quantumcunqne beati.

Dei duplex scientia.

Vt ergo melius intelligatur, quod dicitur, dicemus in Deo esse duplicem scientiam, vt communiter dicitur: visionis, & simplicis notitiæ. Scientia visionis dicitur omnium eorum, quæ fuerunt, quæ sunt, & q̃ futura sunt. sed scientia simplicis notitiæ dicitur nontia, quam habet Deus non solũ de factis & fiendis, sed etiam de possibilibus fieri. Sola autem anima Christi quãtum ad numerum scitorum æquatur Deo secundum scientiam visionis, quia scit omnia facta, & futura: sed non æquatur ei etiam, quantum ad numerum scitorum secundum claritatem visionis, quia quantum ad claritatem visionis nulla creatura potest æquari Deo: nec etiam quantum ad numerum scitorum secundum scientiam simplicis notitiæ. Sed omnes Angeli quantuncunque beati non æquantur secundum scientiam, nec Deo, nec etiam animæ Christi. Sciunt enim Angeli beati omnia præterita & præsentia, sed nescinnt omnia futura, & possibile futura contingentia. ea ergo, quæ nesciunt, possunt addiscere, & in cognitione taliũ possunt Angeli a Deo illuminari, & inferiores possunt hoc modo illuminari per superiores.

Sed si sic dicimus, quòd credimus bene dictum, triplex difficultas nobis occurrit. quarum vna sumitur prout intellectus angelicus comparatur ad diuinam essentiam. Secunda vero prout diuina essentia comparatur ad suos effectus. Tertia autem prout intellectus Angeli inferioris cõparatur ad intellectum superioris.

Propter primum sciendum, quòd magna difficultas erit in quæstione proposita, si intellectus angelicus videns diuinam essentiam comparetur ad huiusmodi essentiam, quam videt. Nam cum scire sit rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa, & quòd non contingit aliter se habere. cum ergo ipsa diuina essentia per se, & non per aliquid additum sit causa rerum, non videtur possibile, quòd aliquis intellectus videat aliquos effectus in diuina essentia, quos non videbat prius, nisi ipse intellectus videat ipsam essentiã clarius, vel magis, quàm videret prius. Quod videtur non posse esse, nisi augmentetur suum præmium essentiale, quod est visio diuinæ essentiæ.

Sed hæc difficultas tollitur, si consideremus, quomodo diuina essentia est causa rerum. Nam non est causa rerum essentia Dei, nisi prout huiusmodi essentia est ipsa voluntas Dei. Comparantur enim omnia ad Deum sicut artificialia ad Artificem, quia Deus est omnium Artifex, & ex hoc habet omnem virtutem omnia producendi. sed in diffinitione artificialium ponitur voluntas. vt dicitur in 6. Ethic. quia idem est artificium, & volitum, vt ibi dicitur. Totum ergo hoc dependet ex voluntate Dei. ergo prout Deus vult patefacere ea, quæ facturus est, sic Angeli illuminantur de rebus fiendis, vt videant in Deo aliquos effectus futuros, quos prius non videbant. Angeli ergo videntes aliquos effectus in Dei essentia, quos prius non videbant, non propter hoc clarius viderent ipsam diuinam essentiam, quàm prius viderent, quia ex hoc augmentaretur eorum præmium essentiale. posset tamen concedi cum vident huiusmodi effectus quos prius non videbant, q̃ vident magis diuinam essentiam non in se, sed in suis effectibus.

Et 6 Meta. c. 1. & 2.

Secunda autem difficultas potest ex hac quæstione sumi, prout diuina essentia comparatur ad suos effectus. Nam diuina essentia est propria ratio cuiuslibet effectus: quia, vt vult Aug. 83. quæstionum quæstione de ideis, non eadem ratione formatus est homo, & equus, sed omnia proprijs rationibus sunt condita. ergo non potest Angelus videre aliquem effectum in Deo, nisi videas, & cognoscat, quòd diuina essentia est propria ratio illius effectus. propter quòd, si proficit Angelus in cognitione effectuum, videtur q̃ proficiat in cognitione diuinæ essentiæ.

Tomo 4.

Sed hæc etiam difficultas tolli potest, si consideretur, quomodo perfectiones sunt in Deo, Nã, vt habetur in 5. Metaph. aliquid est perfectum, in quo congregantur perfectiones omnium generum, & ista est perfectio primi principij, vt ait Commen. ibidem. Et licet in Deo sint perfectiones omnium generum, sunt tamen ibi huiusmodi perfectiones sine generibus. quia Deus est sine quantitate magnus, & sine qualitate bonus vt vult Augustt. Omnes enim huiusmodi perfectiones sunt ipsa diuina essentia. scientia ergo Dei est causa rerũ, vt vult Aug. 15. de Trinitate. Et voluntas Dei est etiam causa rerum, vt vult Aug. 3. de Trinitate. sed hoc est prout essentia Dei est sua scientia, & sua voluntas, quia nec scit, nec vult Deus per aliquid additum essentiæ, sed omnia competunt ei per suam essentiam. Inde est, quòd aliqui dixerunt essentiam Dei esse speculum voluntarium. quia prout vult Deus illuminare Angelos, & reuelare eis effectus futuros, sic cognoscunt ibi Angeli huiusmodi effectus.

Tex. 2. 2ti

Tomo 1. Cap. 1.

Sed cur hominis nõ quiescit, quia semper ad hoc reuertetur: quòd si Deus est causa rerum per suam essentiam, non potest creatura aliqua cognoscere effectus diuinos, quos non cognoscebat prius, nisi cognoscat diuinam essentiam magis, quàm prius.

Dubitatio bona.

Ideo aduertendum, quòd ad videndum aliquem effectum in Deo, qui non videbatur prius, sufficit determinatio illius effectus, vt sit in rerũ natura determinatus, q̃ non erat prius. vt si homo põt currere, & nõ currere, forte hoc latet Angelũ. sed si determinet se ad cursum, & actu currat, hoc nõ potest latere Angelũ. Si ergo hoc scit Angelus p scientiam, quam habet de rebus in seipso, multo

* Deus quo pacto sit causa rerum. idem fere paulo inferius & supra d. 3. q. 4. art. 4.

Tomo 1. Cap. 19.

to magis hoc ſcit per ſcientiam, quam habet de rebus in Deo. quia vt dicit Auguſt. 6. de Trin. Ipſam creaturam clarius videt Angelus in verbo, quàm in ſeipſo, & ſeipſos clarius vident Angeli in Dei ſapientia, quàm in ſeipſis. Et ſi ſufficit determinatio in effectu, ad hoc quòd beati videant illum effectum in Deo, nec propter hoc oportet, quòd clarius videant ipſam eſſentiam Dei, ſufficiet huiuſmodi determinatio in diuina voluntate, vt quòd reueletur Angelis, determinatam eſſe diuinam voluntatem ad hunc effectum, ad hoc, vt agnoſcant illum effectum eſſe futurum. Nam voluntas Dei eſt ſumma, & immutabilis cauſa rerum. Cum enim reuelatur Angelo, vel cuicunque bono, hunc effectum eſſe volitum a Deo, ſcit cauſam illius effectus, & quoniam illius eſt cauſa, & quod non contingit aliter ſe habere. Propter quod Dio. loquens de illuminatione ait, qd eſt diuinæ ſcientiæ acceptio. Ita potuiſſet dicere ſi voluiſſet, quòd illuminatio eſt diuinæ voluntatis expreſſio, quia * diuina ſcientia non eſt cauſa rerum, niſi, vt ſe extendit ad voluntatem, quia intellectus extenſione fit practicus. Verum, quia illuminatio pertinet ad ad intellectum, quantum ad modum loquendi, quandam proprietatem ſeruauit Diony. cum dicit, quòd illuminatio eſt diuinæ ſcientiæ acceptio magis, quàm ſi diſſet: eſt diuinæ voluntatis expreſſio, quamuis ſecundum rem vtrumque ſit verum, quia in hoc illuminantur Angeli de futuris effectibus, quia de illis effectibus, & circa illos exprimitur eis diuina voluntas. Ipſa ergo diuina eſſentia eſt ſpeculum voluntarium, eſt enim ſpeculum, quia relucent in ea res futuræ: & eſt voluntarium, quia ſic relucent ibi res futuræ; vt Deus vult tenelare determinationem ſuæ voluntatis, quòd ſint futuræ.

* Scientia Dei quo ſit cauſa rerũ. Idẽ fere paulo ſuperius. & d. 3. q. 4. ar. 4. vbi declaramus quo ſcientia Dei eſt cauſa rerum, & conuerſo.

Angelus inferior quo illuminetur a ſuperiori.

Tertia autem difficultas poſſet oriri prout comparatur intellectus Angeli inferioris ad ſuperiorem. Nam cum non ſolum Deus illuminet Angelos, ſed vnus Angelus illuminet alium de effectibus futuris, quia ſuperior illuminat inferiorem, ideo dubitatur quomodo hoc poſſit eſſe. Sciendum ergo, quòd Deus eſt in quolibet Angelo bono, & facit ſuum impetum, & motum in intellectu cuiuſlibet Angeli; tamen perſpicaciores ex illo impetu, & illo motu illuminantur; minus autem perſpicaces non illuminantur, ſicut eadẽ verba Doctoris reſonant in auribus cuiuſlibet Diſcipuli: tamen non omnes Diſcipuli capiunt illa verba, ſed perſpicaciores multiplicant alia verba, & fabiunt minus perſpicaces intelligere eatquia ſapientis, & perſpicacis eſt in paucis multa intelligere rudis, & heberis eſt e contrario. Ideo vult Diony. quòd Angeli habeant dentes, per quos diuidunt conceptus ſuos. Ex illo ergo vno impetu facto in omnes Angelos non illuminantur omnes, ſed perſpicaciores, & ſuperiores, qui illuminati illuminant alios. Patet ergo, quomodo in effectibus futuris poſſunt illuminari Angeli ſuperiores, & per ſuperiores tanquam per magis perſpicaces illuminantur inferiores, abſque eo, quòd clarius videant diuinam eſſentiã, ſed ex impetu, vel ex motu facto in intellectu Angelorum, per quem fit expreſſio diuinæ voluntatis circa futuros effectus.

Angelorum naturalis cognitio.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd Angeli quantum ad cognitionem naturalem dicuntur illam accepiſſe totam ſimul, quantum ad ſpecies, quia poſt creationem eorum non fuit eis aliqua ſpecies impreſſa, tamen non habent huiuſmodi ſcientiam totam ſimul, quin in ea proficiant ex determinatione rerum in eſſe, quia futura contingentia non ſunt eis nota, niſi cum determinãtur in effectu. De eo vero, quod addebatur de merito, & præmio; dicit poteſt, quòd illuminatio Angelorum de effectibus futuris non eſt de his, quæ directe cadunt ſub merito, vel ſub præmio: ſed de his, q̃ Deus vult eia reuelare. Sicut ergo naturalis eorum cognitio poteſt augmentari, & creſcere; ſic in cognitione ſupernaturali poſſunt augmentari, & proficere prout Deus vult eis ſuam voluntatem de futuris effectibus patefacere.

Ad ſecundum patet ſolutio per iam dicta, quia Angeli non proficiunt in cognitione diuinæ eſſentiæ ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuos effectus.

Ad tertium dicendum, quòd Angeli vident clare ipſum verbum, ſed non comprehendunt ipſum, nec ex hoc vident omnes rationes, quæ ſunt in ipſo, vt ex hoc ſciant quid Deus ſit facturus, & quid non facturus, niſi in hoc reueletur eis diuina voluntas.

Ad quartum dicendum, quòd omnia ſunt in Deo ſicut in cauſa: & ſi dicuntur ibi eſſe res ſicut in ſpeculo, illud ſpeculum dicetur eſſe voluntarium, quia omnes effectus dependent a diuina voluntate. Propter quod ſicut vult eis reuelare ſuam voluntatem, ſic dicitur eos illuminare de ſuis futuris effectibus.

Ad quintum dicendum, quòd intellectus angelicus, quia non cognoſcit effectus futuros; non eſt hoc, quia impediatur ex eſſentia diuina, quæ eſt maximum intelligibile. ſed quia hoc excedit naturam ſuam, vt non intelligat futura, niſi vt ſunt determinata, vel in ſe, vel in ſua cauſa naturali, vel in diuina voluntate. Et ideo hoc modo illuminantur de futuris contingentibus, prout circa huiuſmodi effectus reuelatur eis determinatio diuinæ voluntatis.

Angelorum dentes.

cium suum super hoc, simpliciter loquendo, sed sub conditione, si illa sit voluntas Dei, quòd ille illud fiat. Ad discordandum autem de aliquo: nō oportet verificari cōtrariam affirmatiuè: vt, quòd vnus velit hoc, & alius contrarium velit, sed sufficit solum non velle idem. & hoc potest esse in Angelis sub conditione, si sit voluntas Dei, vel donec patefiat de illo, quæ sit voluntas Dei.

Ad secundum dicendum, quòd vtraq; pars cō tradictionis potest habere aliquem colorem iustitiæ, & maximè in his, quæ dependent à voluntate Principis: vbi, quod placuit Principi: legis vigorem habuit. Iustum enim erat exaudiri preces Dan. si Deo placebat, & iustum erat Iudæos diuturnius exilium pati iuxta Persas, si hoc erat voluntas Dei, quòd illo modo vellet eos puniri propter eorum demerita.

Ad tertium dicendum, quòd ordo prælationis Angelorum potissimè consistit in manifestatione, vel in illuminatione de diuina voluntate, siue de diuino proposito. Nam ad hoc Angeli se ordinant ad inuicem, secundum sub, & supra, vt exequatur diuinum propositum.

Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliqui duo Angeli non velint idem: nō oportet, quòd sit inter eos falsa opinio, sed sufficit, quòd sit inter eos aliqua nescientia. & sufficit eos nescire diuinum propositum: ad hoc, quòd nō concordent de re illa: vsquequo diuinum propositū sit eis patefactum.

Dub. I. Litteralis.

Angelus custos animæ quando deputetur.

SVPER litteram primo quæritur de illo verbo Hier. Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque anima ab exordio nativitatis habeat Angelū ad sui custodiam deputatum. Quid ibi accipiatur pro exordio nativitatis.

Dicendum, quòd exordiū nativitatis animæ: non potest dici nisi, vel ipsam creationē eius: vel ipsam infusionē. quia Deus quotidie nouas animas creando infundit, & infundendo creat. Ab ipso ergo exordio nativitatis, & ab ipsa creatione animæ, vel ab ipsa infusione deputatur Angelus ad custodiam animæ: propter quod aliqui horum, quod dicitur ab exordio nativitatis, exposuerunt de nativitate hominis: dicentes hoc debere intelligi de nativitate hominis non solum ex vtero, sed etiam in vtero, quod licet in idem redeat cum expositione, quā dedimus: tamen cū Hieronymus loquatur de nativitate animarū, & animæ tunc dicantur nasci, quando creātur, & infunduntur corporibus: nō oportet loqui in æquiuoco, & exponere de nativitate hominis, quæ potest esse duplex: in vtero, & ex vtero: quā do potest locutio esse simplex, & exponi de nativitate animæ, quæ semper est vno modo: videlicet cum homo cōcipitur in vtero, & infunditur sibi rationalis anima.

Dub. II. Litteralis.

Homo in vtero cum ab Angelo custoditur.

LITERIVS fortè dubitaret aliquis: Quare sic à primordio deputatur Angelus ad custodiā animæ, cum tunc non possit homo habere vsum liberi arbitrij, & non possit peccare.

Dicēdum, quòd solutio eius, quod quæritur: satis potest haberi ex habitis. Nam custodia Angeli non solum est necessaria, ne anima peccet, sed etiā ne lædatur corpus eius, quod est organum ipsius: per cuius læsionem impediri potest anima tam in vsu rationis, quàm in vsu liberi arbitrij, vt supra dicebatur.

Dub. III. Litteralis.

LITERIVS fortè dubitaret aliquis: de eo, quod in littera dicitur, & sunt verba Greg. quòd vnosquisque habet vnum bonū Angelum ad custodiam deputatum, & vnum malum ad exercitium. Videtur enim, quòd Deus hic valde crudeliter se habeat ad hominem, & quodammodo videtur, quòd se habeat iniustè ad ipsum. Nam, vt dicitur Iob de Diabolo: Nō est potestas super terram, quæ ei possit adæquari. quòd ergo detur tantus aduersarius homini, cui non potest adæquari aliqua potestas terrena: videtur crudeliter se habere Deus ad ipsum, & aliquo modo iniustè agere cum eo. Iob 41.

Dicendum, q; si bene consideretur veritas negotij: Deus non se habet crudeliter, & iniustè ad hominem, sed valde mitè, & misericorditer se habet cum eo. Primō, quia licèt aduersarius noster Diabolus dicatur valde potens: tamen in vincendo, & superādo hominem est valde debilis, quia, vt communiter dicitur, debilis est hostis, qui nō potest vincere nisi volentem aduersarium. Est ergo Deus mitis, & misericors erga hominem: nō solum dando sibi hostem debilem, non potētem vincere nisi volentem, sed cum hoc dādo sibi custodem Angelum bonum: ipsum semper tentantem à malo, & inclinantem ad bonum. Dæmon nō nisi volentē vincit.

Dub. IIII. Litteralis.

LITERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dubitatur: Vtrum singuli Angeli singulis hominibus: an vnus pluribus ad custodiam, vel ad exercitium deputatus sit. Arguatur ergo, vt arguitur in littera, quòd tot sunt homines saluandi, quot boni Angeli remanserunt, quia, vt dicitur Deuter. Bech. d. 22. q. 1.

Statuisti

Deut. 32. Statuisti terminos populorum : iuxta numerum Angelorum Dei, vt habet quædam translatio. Numerus ergo populorum saluandorum erit secundum numerum Angelorum Dei, aut Angelorum Beatorum, & quia plures damnabuntur ex hominibus, quàm saluabuntur. Iuxta illud: Damnandi plures, q̃ saluandi. Multi sunt vocati : pauci verò electi. Si ergo vnusquisque homo tam damnandus, quàm saluandus haberet suum Angelum custodẽ, si omnes Angeli deputarẽtur ad huiusmodi custodiã, nun sufficerent. Et ideo concludit Magister, & bene, cum homines omnes non habeant esse simul, quia quidam sunt præteriti, quidam præsentes, quidam futuri: oportet, quòd vel eodem tẽpore, vel saltem successiuè: vnus Angelus deputetur ad custodiam plurium hominum : & satis potest concedi, quòd non solum successiuè, sed etiam eodem tempore, vnus Angelus ad custodiam plurium hominum, vel etiam omnium hominũ potest deputari. Est enim Angelus in hoc corpore, vel in hoc loco terreno, siue in hoc aere circa terram localiter, sicut anima est in suo corpore formaliter. Nam sicut anima est formaliter tota in suo toto corpore, & tota in qualibet parte, sic Angelus in toto illo corpore, in quo est localiter per applicationem suæ virtutis, est totus in toto, & totus in qualibet parte. Cum ergo nus ponamus, quòd inferiores Angeli sunt motores orbium, quia infima suprematum attingunt suprema corpora. i. cœlos. Secundum ergo ea, quæ diximus, vnus Angelus etiã de inferioribus Angelis mouet totum cœlum, vt vnus Angelus mouet cœlum sidereum, siue totam octauam sphæram, vbi sunt multæ stellæ. Verum quia cœlum est continuum, non oportet Angelum mouẽtem cœlum applicare virtutem suam immediatè ad totum cœlum, sicut homo potest mouere vnam magnam virgam, applicando manum suam immediatè ad modicam partem virgæ. Quoniam virga est continua : potest quis mouere totã virgam, applicandò manum suam ad mediam partem virgæ. Sic potest vnus Angelus mouere totum cœlum sidereum, applicando immediatè virtutem suam ad modicam partem cœli siderei, & illa pars poterit esse tanta, quanta est vna stella visibilis: vel, quod idem est, visu notabilis, q̃ creditur in cœlo sidereo esse multas stellas, quæ propter sui paruitatem videri nõ possunt. Cum ergo vna Stella quantumcunque magna, & quãtumcunque visu notabilis, sit quasi punctus respectu totius cœli siderei: cogimur dicere, quòd Angelus mouens cœlum sidereum, applicat virtutem suam, vel applicare potest immediatè saltem ad tantam partem cœli, vel ad maiorem, quã ta est vna Stella quantumcunque magna, & quãtumcunque visu notabilis, & respectu illius partis, ad quam applicat Angelus immediatè virtutem suam: est totus in tota illa parte, & totus in qualibet parte illius partis. Et quæ, vt clamant omnes Astronomi, quælibet Stella visu notabilis in cœlo sidereo est maior tota terra, & cum de tota terra non habitetur completè quarta pars, vt nauigauerunt componentes sphæram, si potest vnus Angelus esse in tota tanta parte cœli, quãta est vna Stella quantumcunque magna, & visu notabilis, & totus in qualibet parte eius, & talis Stella sit maior tota terra, & de terra tota non habitetur completè quarta pars: poterit vnus Angelus quantumcunque infimus esse totus in tota terra habitabili, & totus in qualibet parte, & hoc modo poterit vnus Angelus simul omnes habitatores terræ custodire, & quemlibet singulariter: cum possit esse totus in tota terra habitabili, & totus in qualibet parte: tamen Deus, qui est maximè liberalis, & non est auarus in thesauris suis, non solum Angelum vnum, sed Angelorum multitudinem ad hominum custodiam deputauit.

Si ergo loquamur de custodia Angelorũ, quãtum ad necessitatem : vnus posset custodire omnes morantes in terra habitabili. quia vnus posset esse totus in tota huiusmodi terra, & totus in qualibet parte. Sed si loquamur de huiusmodi custodia quantum ad congruitatem, vt congruit diuinæ liberalitati: satis vt diuinæ liberalitati, & pietati congruum, quòd quilibet homo purus viator loquendo de hominibus præsentibus habeat suum Angelum custodem : nec tamen propter hoc excluditur, quin vnus Angelus possit successiuè plures homines custodire : nihilominus tamen etiam eo modo, quo vnus angelus plures homines potest custodire, quilibet homo habet suum angelum, sicut quilibet Monachus suũ Abbatem : non obstante, quòd plures sint Monachi, quàm Abbates. Sic etiam, & multo magis, quilibet homo habet suum angelum custodem : non obstante, q̃ successiuè plures sint homines custoditi, quàm custodientes Angeli.

Dub. V. Litteralis.

LITTERA forte dubitaret aliquis : de eo, quod in littera dicitur, quòd charitas, qua Angeli Deum, & nos diligunt: meritum, & præmium dici potest. Sed contra? Cum Angeli non sint vlterius viatores, quia iam sunt in Patria, & iam vident Deum visione aperta, non videtur, quòd possint vlterius mereri, nec vlterius præmiari.

Dicendum, quòd eo modo, quo possunt vlterius mereri, possunt vlterius præmiari, & econuerso: & eo modo, quo non est hoc possibile, non possunt: quantum autem ad præmium essentiale, quod est gaudium de ipso Deo, & quòd est Dei aperta visio, & eius perfecta fruitio, quantum ad hoc meritum, vel præmium Angelorum non suscipit magis, & minus: nec etiam incrementum. Sed loquendo de cognitione diuinorum effectuum, & de gaudio, quod potest habere de creaturis, & de effectibus diuinis, quia Angelis iã beatis multa reuelantur de regimine

vniuersi,

Angeli plures ad hominum custodiam.

Angeli Motores orbiũ qui.

Angelus quo mouet cœlum.

Angeli beati an possint mereri.

Præmium essentiale quidem.

Præmium accidentale quod.

1. q. 1. ar. 1. dicitur Tera maior terra, cuius 4. pars tota non habitatur. & vide in Prol. Cõtradict. & solutionem.

Idẽ in Prologo, & d. 2. ar. 1. & d. 10. q. 1. sed d.

His itaque transcursis, vt præfatorum Doctorum sententijs demus cuilibet suum intellectum, & vt tantam discordiam ad concordiam reuocemus; distinguemus de mysterio incarnationis, & de notitia, & salnabimus dictum Diony. & Hiero. quòd mysterium incarnationis non erat notum Angelis. Taliter possumus loqui de huiusmodi mysterio, & taliter etiam poterimus de hoc loqui, quòd salnabimus dictum Augustini quòd tale mysterium fuit notum Angelis a seculis, ideſt ab initio mundi iam conditi, & consummati. Nã ꝓ mysterio incarnationis, vt communiter ponitur, quantum ad substantiam facti, non latuit Angelos, sed quantum ad conditiones circunstantias, vt quòd Christus fuit passus sub tali principe, & in tali loco, & a talibus gentibus, & multæ huiusmodi conditiones potuerunt latere Angelos. Secundum substantiam facti, non solum Angeli beati, sed ipse Diabolus vidit, & inuidit. Vidit enim, quòd homo debebat ascendere, vnde ipse descenderat, & ex hoc inuidit, & inuidia motus tentauit hominem, & fecit eum ruere, & habere necessitatem moriendi, quia Deus creauit hominem inexterminabilẽ. sed inuidia Diabolꝰ mors introiuit in orbem terrarum. Mysterium ergo incarnationis, vel mysteriũ de salute humana, quantũ ad substantiã facti, potuit esse notũ Angelis à principio mundi iã cõdita, & consummati per opera sex dierum, vbi vltimum opus fuit factio hominis, quo homine facto, & producto, non solum Angelis beatis, sed etiam ipsi Diabolo quantum ad substantiam facti, potuit esse notum mysterium salutis humanæ, videlicet quòd homo ordinatus erat ad salutem, & poterat ascendere vnde ipse descenderat. Et ex hoc potest solui controuersia inter August. & alios sanctos Docto. Quia loquitur Augustinus de substantia facti, alij vero Sancti de conditionibus alijs. Sed controuersia inter Dio. ponentem, quòd homines illuminantur per Angelos, & non econuerso: & Hietonymum exponentem ad litteram, quòd innotescit Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, ideſt per Apostolos, & per alios prædicatores de mysterio incarnationis, & de salute humana, sic solui potest distinguendo de notitia Angelorum, quia aliquid innotescit Angelis per homines non eos illuminantes, sed conuersionem aliorum adimplentes: Nam res, vt est indeterminata, est ignota Angelo, quæ postea, vt fit determinata, est sibi nota.

Resumamus ergo, quæ diximus in præcedenti quæstione de illuminatione Angelorum, & de notitia eorum. Nam, vt dicitur in 3. de Trinitate: Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporalium ſpecierum, atque motionũ. Nihil enim visibiliter, & sensibiliter hic agitur, quòd non de interiore inuisibili, atque intelligibili aula summi Imperatoris aut iubeatur, quantum ad bona, aut permittatur quantum ad mala.

Prima ergo determinatio rerum est, vt res sint determinatæ, & ordinatæ secundum Dei voluntatem.

Secunda determinatio rerum potest esse in suis causis. Prima ordinatio pertinet ad diuinam sapientiam, siue ad diuinam prouidentiam, quia omnia sic fiunt, vt ab æterno præordinauit secundum suam sapientiam, & prouidentiam. Secunda determinatio, prout res sunt ordinatæ in suis causis, & potissime in causis generalibus, pertinet ad fatum. Appellatum est enim fatum a for faris, vt dicatur fatum, quasi fortis locutum, vt quòd Deus in seipso per suam sapientiam, & per suam voluntatem ab æterno ordinauit, postea per exteriores causas illam ordinationem interiorem fatur, ideſt foris loquitur, & foris per secundas causas operatur.

Tertia determinatio rerum est in seipsis, quãdo res actu fiunt, & actu producuntur. Hæc autem determinatio tertia prout res determinantur in seipsis, deseruit ad cognitionem angelicã naturalem, & etiam supernaturalem. quia futura contingentia, secũdum, quòd huiusmodi, antequam fiant sunt ignota Angelo, secundum conditionem naturalem. sed postquam sunt facta, sunt Angelo nota, quia sunt in seipsis tam determinata. Hæc etiam determinatio deseruit Angelis ad cognitionem supernaturalem, quam habent in verbo, quia in ipso Deo habent cognitionem de aliquibus fiendis, vel de aliquibus futuris, non tamen habent eam cum omnibus suis circunstantijs, cum quibus habent esse postea cum fienda iam sunt facta, & cum futura iam sunt præsentia. Angelis ergo innotescit per homines mysterium salutis humanæ causatum per incarnationẽ Christi, & p passionem eius, non quòd homines, vel ecclesia hominum doceat Angelos, vel illuminet eos, sed cum aliqui actu conuertuntur per Ecclesiam, vel ad Ecclesiã, vel ad Christum, tunc quantum ad aliquas circunstantias est magis nota salus eorum, quàm ante, & sic potest solui omnis controuersia. Hæc ergo determinatio rerum in seipsis modo, quo dictum est, potest deseruire ad cognitionem Angelorum naturalẽ, & supernaturalem, sed determinatio rerum secũdum voluntatem Dei quantum ad futura contingentia, deseruit Angelis ad cognitionem supernaturalem, quia hoc modo Deus illuminat Angelos superiores & Angeli superiores illuminãt inferiores inquantum innotescit eis voluntas diuina, vel ordo sapientiæ diuinæ, quantum ad aliqua futura fienda, quæ prius erant eis ignota. Nã non oportet, quòd Angelus illuminetur vel a Deo, vel a superiori Angelo, vt clarius videat diuinam essentiam nunc, quàm prius: sed sufficit, quòd aliqua reuelẽtur ei de voluntate Dei quãtum ad aliqua futura fienda, quæ non erant ei reuelata prius.

Resp. ad aro. Ad primum dicendum, ꝙ Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus innotescit p Ecclesiã multiformis sapientia Dei, nõ qa homines, cõterloquẽdo, de huc illuminẽt Angelos, sed qa res ꝓgrediẽtibus in esse; & cũ

Incarnatio mysterium no latuit bonos, neque malos Angelos quãtum ad substãt. facti, sed quoad multas conditiones.

Diabolus vidit reparationem hominis.

Diaboli nõ latuit incarnationis mysterium.

Conclusio Augustini Hier. & Dionys.

Tomo 3. Cap. 4.

a Fatũ vnde dicatur, & secundũ quos nullos Phil. & D. Tho. 1. part. q. 3 lib. contra Gent. cap. 93 est dispositio secũdum ea fatum præfecta, & præordinata a Deo, cui dispositioni corp. infer. subiacẽt. sic naturaliter, quia effectus impedire potest, vt si homo fatum loagæuo incurrat. animi vero nostri illi dispositioni non subiacent. sed ab illis inclinãtur ad virtutes, & ad vitia. sunt tñ q dicerũt fatũ nõ esse, cuius sententia fuit M. T. Cic. lib. de nat. Deorum, & diuinatione. di erebis. necessitio euentura nesciunt eam dicere cõtingentia, vel respũ scientiæ Dei, vel causarũ secũdarũ. Stoici vero dicerent huic fato nõ solum inferiora subdici, sed Deũ ipsum. quam sententiã impugnat D. P. Augu. 5 de Ciuit. cap. 9. To. 1. exceratur dicta. Si fatum dicas voluntatem diuinã, sententiam pene & ineptam omittas.

per prædicationem Apostolorum, vel aliorum A
actu convertebantur homines ad Christum, erat magis notum mysterium incarnationis quantum ad hunc effectum, qui est conversio horum hominum, vel illorum, quàm esset ante huiusmodi conversionem. Semper enim quantum ad aliquas circumstantias, & si nos quaedam ad substantiam facti possunt innotescere tales effectus passionis Christi, vel incarnationis eius, non obstante, quòd ipsa incarnatio, vel ipsa passio longe ante fuerit Angelis nota. Vel potest auctoritas exponi, vt id, quod dicitur referatur ad illuminare: & sit sensus: quod innotescit Principatibus, & Potestatibus, quare Paulo erat data gratia illuminare Ecclesiam, idest illuminare eos, qui sunt in Ecclesia. Vel potest adhuc aliter exponi, vt ibi Ecclesia accipiatur pro ecclesia cœlesti, B
idest pro Angelis, vbi incœpit ecclesia. per ecclesiam ergo cœlestem, idest per Hierarchiã primã, vel supremam, innotescit Principatibus, & Potestatibus, idest Hierarchiæ ifimæ, in qua sunt principatus: & mediæ, in qua suot potestates, multiformis, &c.

Notes aliq quo superio tes Angelis.

Ad secundum dicendum, quòd quantum ad naturam infimus Angelus est superior quolibet homine, & etiam quantum ad gratiam; loquendo de quolibet homine puro viatore, quia qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Si autem aliqui in Ecclesia etiam præter Christum habuerunt actum comprehensoris etiam dum adhuc viuerent, sicut habuit Paulus, dũ fuit raptus, potuit esse, ꝙ in illo raptu fuerint aliqua reuelata Paulo, quæ latebant Angelos.

Angeli qdo ab hominib⁹ iudicen di.

Ad id autẽ, quod dicebatur de iudicio, quòd C
Angelos iudicabimus, potest intelligi de Angelis malis, vt Glo. tangit. Vel si volumus hoc intelligere de Angelis bonis, poterit hoc exponi comparatiue, quia in die iudicij multi homines apparebunt meliores, & superiores multis angelis, & comparatiuè dicentur iudicare illos.

Ad tertium dicendum, quòd Apostoli fuerunt immediate illuminati a Deo incarnato, & vt conuersabatur cum Apostolis secundum carnem. Nõ ergo fiebat hæc illuminatio, quòd Apostoli immediate viderent ipsam diuinitatem, vel ipsam diuinam essentiam, sicut vident Angeli, propter quod non erant superiores Angelis, immo inferiores.

Ad quartum patet solutio per iam dicta, D
quia Paulus in illo raptu potuit aliqua videre in Deo, & potuerunt ei aliqua reuelari a Deo, quæ latebant Angelos.

ARTIC. IIII.

An Angeli custodientes, damnationem custoditorum doleant. Conclusio est negatiua.

D. Tho. 1. p. q. 113. art. 7 Et 2. sent. d. 11. q. 1. art. 5. D. Bonau. d. 11. art. q. 3. Ric. d. 11. q. 6. Guil. Altis. 2. senten. tr. 4. c. 14. Alber. de virt. assistr. q. 8. artic. 10. Biel dist. 11. quæstio. 1.

VARTO quæritur: Vtrum Angeli deputati ad custodiam eorum, qui damnabuntur: doleant de eorum damnatione. Et videtur, quòd sic. quia, vt dicit Esai. Angeli pacis amare flebunt, sed hoc potest exponi de Angelis custodientibus homines, ergo &c. Esai. 33.

Præterea amicorum est sibi inuicem compati. sed angeli tanquam amici nostri seruentissima charitate diligunt homines, ergo dolebunt de damnatione eorum.

Præterea si gaudium est Angelis in cœlis de peccatore pœnitentiam agente, quia oppositorũ oppositi sunt effectus; erit dolor angelis in cœlis de peccatore in peccatis se inuoluente.

Præterea omne illud, quod repugnat fini intẽto, videtur aggrauare dolorem, & tristitiam. sed finis, quem intendunt Angeli de custodia hominum, est salus hominum. Ergo dolebunt, & tristabuntur de damnatione ipsorum.

IN CONTRARIVM est, quod dicitur Apoca. quòd in illa cœlesti Hierusalem non erit neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor. Apoc. 21.

Præterea luctus, & dolor ono possunt esse sine aliquibus demeritis, sed Angeli in custodiẽdo homines in nullo demerentur, ergo &c.

RESOLVTIO.

Angeli custoditorum damnationẽ non dolent. Quod ex beatitudine ipsa, quæ nullum admittit dolorem: ex eorum conformitate ad Dei voluntatem: ex dilectione iustitiæ: ex operibus bonis, exque magna distantia, quæ est inter beatos, ac damnatos, clare patet.

RESPONDEO dicendum, ꝙ quinque viis inuestigare possumus, ꝙ Angeli custodes hominũ, qui damnabuntur, non dolebunt de damnatione eorum, nec compatientur eis. Prima via sumetur ex beatitudine, quam sunt Angeli adepti. Secunda ex conformitate, quam habebunt ad voluntatem diuinam. Tertia ex dilectione iustitiæ. Quarta ex operibus bonis, quæ exercuerunt circa homines, qui damnabuntur. Quinta ex ipso magno Chaos, quod iam firmatum est inter beatos, & damnatos.

Prima

Prima via sic patet. Nam quilibet dolor, & quælibet tristitia minuit beatitudinem, vel non poterit stare cum illa summa beatitudine, qua vi debit tantum bonum, sicut est ipse Deus. Ideo dicebatur in arguendo, & bene, ꝙ neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor ibi poterit esse. Hoc enim fuit singulare in Christo, ꝙ summè patiebatur secũdum carnem, & summè fruebatur secundum animam: vel summè patiebatur secundum sensualitatem, & summè fruebatur secundum rationem superiorem: sed in Angelis hoc esse non posset, qui carnem non habent, & sensualitate carent.

Christus tũc fuit beat⁹, & dolẽs?

Secunda via ad hoc idem sumitur ex conformitate voluntatis Angelorum ad voluntatem diuinam. Erit enim Angelorum, & omnium bonorum sic conformis voluntas, cum voluntate diuina, ꝙ ipsi gaudebunt de omni eo, quod est placitum Deo. & quia placet Deo nullum malum esse impunitum, & nullum bonum itremuneratum: ideo hoc placebit omnibus Angelis, & omnibus beatis, vt iuxta mala merita damnentur mali, & iuxta merita præmientur boni.

Matt. 5.

Tertia via sumi poterit ex ipsa diuina iustitia, quam summè diligent omnes Angeli, & omnes Beati. Nam tunc maximè implebitur illud Euangelij. Beati, qui esuriunt, & diligunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. In die enim iudicij saturabuntur boni de vtraque iustitia: videlicet de damnatione malorum, & de beatificatione bonorum.

Quarta autem via sumi potest ex ipsis bonis operibus, quæ exercuerunt Angeli circa homines, quos custodiebant: dato, quòd aliqui eorum, vel etiam multi damnentur. quia cũ damnabuntur tales, non dolebunt angeli de damnatione eorum, sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos. quia angeli eorum custodes, quantum in eis fuit, terruerũt eos à malo, & induxerunt ad bonum.

Quinta, & vltima via sumit⁹ ex illo Chaos magno, quod firmatum est inter beatos, & damnatos, quia damnati non possunt ire ad beatos: nisi hoc fiat ex speciali Dei miraculo, quia suscitatus dicitur fuisse ✠ Trianus ad preces Gregorij, qui suscitatus potuit facere pœnitentiam, & saluari. Nec etiam beati possunt ire ad damnatos etiam per compassionem, quia Filius beatus nõ compateretur patri damnato, nec è conuerso.

✠ Trianus suscitatus, facta pœnitẽtia, potuit saluari. Vide Doct. quæst. 4 q. 1. An predestinatus possit posse. fieri. Vide Alex. de Ales. & Domasc. in quodlibet. & monast. Vid et Ant. in summa, parte 2. vbi dicit Greg. orasse pro Triano, cũ audisset Trianũ dedisse dono filiũ suũ, hæreditate sua reliquisse cunctis videntibus ob filiũ interfectũ vltionẽ à filio ipsius Triani.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, ꝙ illud verbum Esai. ad litteram potest exponi de nuntijs Regis Ezechiæ, missis ad quærendam pacem ab Assyrijs, qui non reportantes pacem, sed potius contumeliam, & tristitiam: illi Angeli pacis. i. nuncij missi pro pace dicuntur amarè flentes. sed si volumus hoc aptare ad Angelos, dicentur dolere, vel flere metaphoricè, sicut Deus dicitur dolere. iuxta illud Genes. 6. Tactus dolore cordis intrinsecus.

Ad secundum dicendum, quòd Angeli non possunt compati, quia sunt impassibiles, & non solum Angeli, sed etiam homines non poterunt compati damnatis: loquendo de hominibus beatis, quia habebunt corpora impassibilia.

Ad tertium dicendum; quòd Angeli possunt esse participes gaudij, & possunt proficere in gaudio, quantum ad præmium accidentale, quod est de aliquibus bonis creatis, præter visionem, & fruitionem diuinæ essentiæ, quæ pertinent ad præmium accidentale. sed non possunt esse participes doloris, quia dolor cum Angelorum beatitudine stare non potest.

Ad quartum dicendum, ꝙ finis semper habet rationem voliti, quia per antonomasiam voluntas dicitur esse ipsius finis. Angeli autem volunt salutem hominis voluntate antecedente: videlicet si seruent mandata diuina, & si seruent eorũ monita, & cætera antecedentia ad beatitudinem. Sed voluntate consequente: volunt quicquid Dominus vult secundum huiusmodi voluntatẽ: secundum ergo hanc voluntatem nõ possunt dolere, quia non possunt dubitare de impletione numeri electorum, & non dolebunt de damnatione custoditorum: sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos: & quia circa ipsos exercuerunt totum, quod in eis erat.

Voluntas antecedens quid.

Voluntas consequens quid.

ARTIC. V.

An inter Angelos sit pugna. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 113. ar. 2. Et 2. sent. d. 11. q. 2. ar. 3. Ric. d. 11. q. 3. Biel. d. 12. q. 1. circa finem. Dur. d. 11. q. 2. Nic. de Nisse tract. 2. p. 2. q. 1. Barth. Syb. 2. Dec. c. 9. q. 1.

QVINTO quæritur: Vtrum inter Angelos sit pugna. Et videtur, quòd non. Quia pugna, & omnis discordia repugnat vnitati charitatis. sed Angeli sunt perfecti in charitate: ergo nihil tale potest ibi esse,

Præterea omnis præstans fauorem, vel administrationem habentibus iniustam causam peccat, & hoc non potest competere beatis. Cum ergo contraria simul verificari non possint. pugna, & contrarietas, siue iniustitia esse non potest: ergo, &c.

Præterea: vbicunque est ordinata prælatio: ibi pugna, & contrarietas esse non potest. quia hoc est contra rationem prælationis, quòd inferior resistat superiori. sed non sunt duo Angeli non se habentes secundum sub, & supra: ergo nõ sunt duo Angeli, inter quos possit esse pugna.

Præterea nullus Angelus tenetur ad aliquid: nisi quia credit, & opinatur illud esse bonum. sed contrariarum opinionum oportet aliquam esse falsam: in Angelis, vt videtur, non potest cadere falsitas opinionis: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est, quod habetur Dan. Quòd quatuor venti soli pugnabant in mare magno, per quos secũdum Glo. intelliguntur

Dan. 7.

quatuor

vniuersi, & de effectibus diurnis fiendis, siue futuris propter salutem electorum: ideo quàtum ad hoc dicuntur proficere, siue mereri, & ex merito præmium adipisci. Et quia omne meritum innititur charitati, & omne præmium respondet, & mensuratur secundum meritum à charitate elicitum, vel imperatum: ideo charitas, quantũ ad hoc, dicitur esse meritum, & præmiũ. Meritum quidem: prout charitate moti circa nos operantur, & præmium prout sic charitate moti de bonis operibus lętantur, & gaudent.

Dub. VI. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: de eo, quod in littera dicitur, & habetur in Esa. Christo ascendente dicebant Angeli: admirantes magnificentiam Christi ascendentis: Quis est iste, q̃ venit de Edom, &c. quorum sit ista vox. 26.63.

Dicendum, quòd aliud est quærere, quorũ sit ista vox, quantum ad locutionẽ: & aliud, quorũ sit quantum ad locutionis intentionem. Nam quantum ad locutionem fuit illa vox Angelorũ ad Angelos: sed quantum ad locutionis intentionem, fuit illa vox Angelorum ad Christum. Possumus autem ponere exẽplum de Magistro, & de Discipulis. Christus enim ibi se habebat, vt Magister, & omnes Angeli, vt discipuli. Multoties enim discipuli de aliquo admirantes, inter se loquuntur de illo. Et quia non audent intentionem suam directè dirigere ad Magistrum: loquuntur inter se de aliqua re alta, & admirabili: ea intentione, vt Magister doceat, & illuminet eos de eo, quod admirantur. Sic Angeli videntes, & admirantes Ascensionem Christi in tanta pulchritudine, quia ascendebat, vt formosus in stola sua, & cum tanta virtute, quia gradiebatur in multitudine virtutis suæ: non audentes locutionem suã directè, & immediatè dirigere ad Christum: loquebantur, & admirabantur inter se. sed hoc faciebant ea intentione, vt Christus de sua Ascensione, de qua loquentes admirabãtur: eos doceret, & illuminaret. Cũ ergo quæritur, quorum erat illa vox: si quæratur de ipsa locutione: dicimus, quòd erat Angelorum ad Angelos. sed si fit quæstio de locutionis intentione, modo, quo dictum est, erat Angelorũ ad Christum.

Dub. VII. Litteralis.

LITERA fortè dubitaret aliquis; eo, quòd in littera dicitur, & sunt verba Greg. Quid est, quod ibi nesciant, qui scientem omnia sciunt? sed si Angeli videntes Deum vident omnia: non videntur, quòd possint illuminari viterius de rebus fiendis. Sed quia vident Deum videntem, & scientem omnia; Consequens est, q̃ ipsi videant, & sciant omnia.

Dicendum, q̃ ipsi vident, & sciunt omnia pertinentia essentialiter ad beatitudinem: cuiusmodi sunt illa, sine quibus beati esse non possunt; cuiusmodi est aperta visio vnitatis diuinæ essentiæ, & distinctionis personarum. sed non vident omnia, quæ Deus ibi videt, nec scĩt omnia, quæ Deus ibi scit, quia licèt diuinam essentiam apertè videant, & diuinam scientiam clarè cognoscãt; tamen diuinam essentiam non comprehendunt, sed aliqui magis clarè vidẽt, & aliqui minus hoc intuentur, & secundũ magis, & minus aliqui plura, & aliqui pauciora ibi vident. & hoc modo se inuicem purgant, illuminant, & perficiunt.

Angeli boni quo dicãtur videre omnia.

Ad formam autem arguendi, quid est, quod nesciant, qui scientem omnia sciunt? dici potest, quòd videntes diuinam essentiam sciunt omnia, quia sciunt illud, quod est sufficiens medium ad sciendum omnia. Et si nesciunt ibi omnia: hoc est ex defectu eorum, quia licèt possint illam essentiam, & illud medium clarè videre: tamen nõ possunt eam comprehendere: & etiam in illa claritate visionis est dare magis, & minus, vt est per habita manifestum.

DIST. XII.

De opere creationis, conditioneq; creaturæ corporeæ, quantum ad principium materiale.

ÆQVE ANGELICA NATVRÆ, &c. Postquàm Magister determinauit de natura purè spũali, vt de Angelis. In ista parte vult determinare de natura purè corporali, quæ fuit cõdita per opera sex dierũ: & de natura ex vtroq; cõposita, i. de homine. Et licèt in illis sex diebus fuerint conditi Angeli, & Homo: Magister tamen tractando de operibus sex dierũ, modicã mẽtionẽ facit de Angelis, & de homine. Sed supra p̃ia, & specialiter tractauit

tractauit de Angelis. Et post opera sex dierum per se,& specialiter tractat de homine. Duo ergo facit,quia primo tractat de operibus sex dierũ. Secundo descendit specialiter ad tractandum de homine, ibi: {*His exursis,quod supra de hominis creatione.*} In principio 16.distin. Circa primum tria facit: prout tractando de operibus sex dierum de triplici opere tractat: videlicet de opere creationis, quod fuit ante omnem diẽ. De opere distinctionis,quod fuit per tres dies, & de opere ornatus, quod fuit per alios tres dies. Prima pars incipit in hac 12.Dist. {*Hæc de Angelica.*} Secũda ibi:{*Prima autem distinctionis.*}in principio 13.dist. Tertia ibi: {*Sequitur: Dixit Deus: Fiant luminaria.*} vltra medium 14. dist. In tota ergo hac dist. 12. determinat Magister de opere creationis,prout continuatur, & respicit opera sex dierum. Circa,quod duo facit, quia primo continuat dicta dicendis. Secundo exequitur de proposito, ibi: { *Cum Deus in Sapientia.*} Dicit ergo. {*Hæc de Angelica naturæ conditione dicta sufficiant.*} Nunc superest de aliarum quoque rerum creatione, & præcipuè de distinctione operum sex dierum nonnulla in medium proferre.Deinde cum dicit:{*Cum Deus:*}exequitur de proposito. Circa quod tria facit, quia primo determinat de creatione rerum corporalium,& innuit circa hoc varias esse opin.Sanctorum. Secundo in speciali narrat varias opi. quarum vna est magis communis,alia minus communis. Tertio exequitur de proposito secundum opin. magis cõmunẽ. Secunda ibi: {*Quidam namque Sanctorum.*} Tertia ibi: {*Secundum hanc itaque.*} Dicit ergo, quòd cum Deus in Sapientia sua cõdiderit angelicos spiritus: creauit etiam io eadẽ Sapientia alia,iuxta illud: {*In principio creauit Deus cælum*} .i.Angelos, & terram,idest aliam corporalem creaturam.i.materiam quatuor elementorum, & aliorum corporum adhuc confusam, & informen, quæ à Græcis dicta est Chaos, & hoc fuit ante omnem diem. Deinde distinxit elementa, & alias res secũdum species proprias, quæ nõ fuerũt distincta simul, vt quibusdã Sanctorum Patrum placuit, sed per interualla temporum,ac volumina sex dierũ,vt alijs visum est: Deus formauit res,supple distinguendo, & ornãdo.Aduertendum tamen, quòd cum dicit: {*Vt quibusdam Sanctorum Patrum placuit: sed per interualla tempora sunt facta, vt alijs visum est:*} non innuit nisi vnam, & eandẽ opinionẽ magis cõem, videlicet, ꝙ quidã Sanctorũ Patrũ voluerunt ista fieri per interualla temporum, qui supple erant alij,& diuersi ab his, qui dixerunt hæc omnia simul esse facta,distincta, & ornata. Deinde cum dicit: {*Quidam namque.*} specificat illam diuersitatem opinionum dicens,quòd quidam namque Sanctorum Patrum, qui archana Dei scrutati sunt: videntur super hoc aduersa, idest contraria scripsisse. Quod declarat dicens, quia alij omnia simul fuisse creata in materia,& forma tradiderunt, quod Augustinus sensisse videtur. Et ista est opinio minus communis. Alij verò hoc magis probauerunt, quòd prius fuerit creata materia quatuor elementorum, & aliorum corporum,rudis,adhuc,& informis: postmodum verò ex illa materia genera rerum corporalium sunt formata, & ista est opinio magis communis, quam Gregor. Hierony. & Beda: alijq; plures commendant,& magis videtur consonare litteræ Gen.Tunc sequitur illa pars.{*Secundum hanc itaque:*} in qua prosequitur hanc materiam secundum opinionem magis communem. Circa quod tria facit, quia primo ostendit illam materiam informem nominatam esse multis nominibus. Secundo,quare hoc sit,adducit plures rationes. Tertio specialiter descendit ad id,quod importatur nomine tenebrarũ: Secunda ibi: {*His omnibus vocabulis.*} Tertia ibi: {*Tunc erãt tenebræ.*} Dicit ergo, quòd secundum hanc opinionem magis communem: {*In principio creauit Deus cælum,*} idest angelicam naturam, & terram, idest illam materiam confusam, & informem, quæ ideo est vocata est terra, quia inter cætera elementa terra est minus speciosa; Addit etiam, quòd illa informis materia vocata est abyssus propter cõfusionem, & commixtionem, quam habebat. Subdit & tertio, quòd illa materia vocata est aqua, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut voluntas Artificis super fertur suo operi, & suæ materiæ, quæ omnino subdita est voluntati suæ: & reddit rationem, quare vocata est aqua,quæ omnia, quæ nascuntur ab humore,formari incipiunt. Tunc sequitur illa pars: {*His omnibus vocabulis.*} Nam cum de quolibet vocabulo assignauerit Magister rationem: videlicet quare illa informis materia vocata sit terra; quare abyssus, & quare aqua. Hic vult reddere rationem, cur non vno, sed multis vocabulis sit vocata, & assignat ad hoc triplicem rationem, vt sit vna ratio ad instruendos simpliciores; qui magis per vocabula multa possunt instrui de aliqua re, quàm per vnum. Sit secunda ratio ad vitandos errores, quia si vno nomine vocaretur illa informis materia: fortè crederetur esse illud, quod illo nomine importatur. Sit etiam tertia ratio ad declarãdam veritatem. Nam multis nominata est, quia multa inde formanda erant. Nam licèt illa materia cerni, vel videri non posset; nominata est nominibus visibilium rerum, quæ inde erant fiendæ. quod rerum factum est propter simplices,& paruulos, qui non possunt inuisibilia, & ignota comprehendere. Deinde cum dicit: {*Tunc erant tenebræ.*} specialiter pertractat quid importetur nomine tenebrarum. Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo mouet circa tenebras quandam quæstionem, & soluit. Tertio annectit dictę quæstioni duas alias,& soluit. Secũda ibi: {*Attende.*} Tertia ibi:{*De qua.*} Dicit ergo, quòd nomine tenebrarum non importatur aliqua res, sed solum vbi est absentia lucis:sic etiam nomine silentij, vbi non est sonus. & sic nuditas non est res aliqua, sed vbi non est tegu-

Creatio ante omnem diem.

Rerum distinctio, & ornatus an simul cum creatione facta fuerint.

Augustini opinio de rerũ creatione.

Greg. Hier. & Bedę opinio de rerũ creatione.

Gen.1. Materia communiter vocatur Terra, Abyssus, & Aqua.

Materia prima cur multis nominibus nuncupetur.

Tenebræ quid: & quæ sit earum natura.

tegumentum, & inanitas non est res aliqua, sed vbi non est corpus.

Deinde cum dicit: {*Attende:*} quia ista est sententia Augustin. quod tenebræ non est res aliqua. Arguit in contrarium per Scripturam dicentem: {*Benedicite lux, & tenebræ domino.*} ergo tenebræ benedicunt dominum, ergo res aliquæ.

Tenebræ quomodo benedicunt dominum.

Soluit, quod tenebræ possunt accipi multis modis, vel pro sola carentia lucis, & tunc non est res aliqua: vel pro illo corpore, quod priuatur luce, & tunc est res aliqua. In principio ergo erãt tenebræ super faciem abyssi, quia nondum facta erat lux, quæ decoraret opus domini.

Tenebræ duplex.

Tunc sequitur illa pars, de qua prius, in qua mouet duas alias quæstiones, & solnit.

Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo aliqua tangit de operibus sex dierum, & de quiete domini. Tertio narrat quot modis operatur Deus. Secunda ibi: {*Nec supereſt.*} Tertia ibi: {*Quatuor enim modis.*} Dicit ergo, quod priusquam tractet de luce, duo vult quærere de illa materia confusa.

Primo enim quærit de ea, quare dicatur materia informis, an quia caruerit omni forma, an propter aliud.

Secũdo quærit vbi erat illa materia informis, & quantum se in altum protendebat.

Respondet ad primam quæstionem, ꝙ non est dicta illa materia informis, quòd caruerit omni forma, sed quia nondum pulchram, apertam, & distinctam receperat formam.

Soluit quæstionem secundam, ꝙ ibi erat illa materia informis, vbi nunc subsistit sub forma: & quod tãtum se in altum protendebat illa materia informis, quantum se protendũt super terram ista tria elementa: aqua, aer, & ignis. Nam quantum ista tria elementa se protendunt super terram nunc distincta, tantum se protendebant tunc permixta, & confusa. Vel, vt quidam volunt, ibi materia se protendebat vltra firmamentum, iuxta illud: Benedicite aquæ, quæ super cœlos sunt, domino. sed de hoc in quæstionibus litteralibus apparebit. Deinde cum dicit: {*Nunc supereſt determinare in quot diebus ex illa materia fuerunt facta omnia,*} & dicit, quod in sex diebus, ita quod in 7. die requieuit dominus ab omni opere, quod patrauit. Requieuit quidem, quia postea non est operatus aliquod nouum opus, sed continuauit opera facta, de qua continuatione operum loquitur veritas in Euãgelio: {*Pater meus, usque operatus est, & ego operor.*}

Dei quies, quo intelligenda.

Ioan. 5.

Vltimo cum dicit: {*Quatuor enim modis.*} determinat quot modis operatur Deus: & dicit, ꝙ quatuor, vt patet in littera. & in hoc terminetur sententia præsentis Distinctionis.

A

QVÆST. I.

De opere creationis.

QVIA Magister in littera speciliter de duobus facit mẽtionẽ, videlicet, de opere creatiõis, & de materia illa, vt substrata fuit illi operi, ideo de his duobus quæremus. Circa opus autem creationis duo quæremus. Primo de huiusmodi opere quantum ad creantem. Secũdo quantum ad res creatas.

B

ARTIC. I.

An uerba Geneseos sint ratione posita. Conclusio est affirmatiua.

D. Thom. 1. p. q. 46. artic. 3. Guil. Altisiod. lib. 2. senten. q. & tract. 7.

ADprimum sic proceditur. Quæritur quare in opere creationis non dicat Scriptura: Dixit Deus: Creetur cœlum, & terra, & creata sunt, vel facta sunt cœlum, & terra. cum in omnibus aliis operationibus distinctionis, & ornatus scriptura sic loquatur, iuxta illud: Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: Dixit Deus: Fiat firmamentum, & factum est firmamentum: Dixit Deus: Fiant luminaria, &c.

C

Et videtur, ꝙ in opere creationis magis debeat vti his verbis: Dixit Deus, quam in operibus distinctionis, & ornatus. Nam nullum opus creationis potest fieri, nisi a solo Deo, & per solum verbum diuinum, quia solus Deus est Creator rerum, opera autem distinctionis, & ornatus in multis facit Deus per secundas causas, quia multa distinguit, & ornat mediantibus secundis agentibus. ergo potissimè in opere creationis debemus vti his verbis Dixit Deus, ideſt, verbum genuit, in quo erat, vt fieret.

D

Dicere, & fari quid in Deo differant.

Præterea: potissimè in opere creationis debemus de eo consentire, quòd suum dicere est suũ facere. In multis autem alijs operibus dicere possumus, quòd suum fari est suum facere, vt in hoc distinguamus dicere Dei, & fari Dei: vt suum dicere sit suum verbum gignere: suum vero fari, fit, quod in verbo concepit, per foris causas, ideſt, per exteriores causas explicare. vnde fatum secundum Augustinum 5 de Ciuitat. circa principium potest dicit vis siderum: vel ordo secundarum causarum, vt quæ Deus in mente concepit, per sidera: & per has

Fatum quid Tomo 3.

secundas causas quasi fatuat, idest foris ostendit, & operatur. Potissimè ergo opus creationis debemus referre ad diuinum dicere. quia solus Deus dicendo, & verbum gignendo illud opus operatur.

Tomo 1. Auctoritas sacræ scripturæ quæ sit ideo, in Prologo. & infra q. 2. ar. 4.

IN CONTRARIVM est, scriptura sacra Gen. de qua dicit Augu. 2. super Gen. quòd maior est huius Scripturæ Auctoritas, quàm totius humani ingenij: perspicacitas. Cum ergo illa scriptura in opere creationis vsa sit his verbis: In principio creauit Deus cœlum, & terrã. in alijs vero operibus vsa sit: Dixit Deus: Fiat, & factum est, debemus credere, quòd totum rationabiliter dictum sit, vt in illo opere creationis non fiat mentio de dicere Dei, sed in alijs operibus de hoc fiat mentio.

RESOLVTIO.

Dicitur: In Principio creauit Deus, non autem dicitur: Fiat, vel Creatur cœlum. quia Deus creauit dicendo; verbum gignendo: quod verbum dicendo, & gignendo fecit lucem, & alia: cuncta que facta sunt in verbo, & per verbum: adde quòd informitas materiæ fiebat, quæ verbo dissimilis est.

Tomo 1.

RESPONDEO, quòd August. hanc quæstionem mouet in primo super Gen. ad litteram citra principium dicens: Cur ita dictum est: In principio creauit Deus cœlum, & terram? Et nõ dictum est: In principio dixit. Fiat cœlum, & terra, & facta sunt cœlum, & terra, sicut de luce dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Assignat autem Aug. duas rationes ad hoc. Quarum prima potest adaptari ad opinionem illam non ita communem, videlicet, quòd omnia sunt simul creata, & distincta, quam Aug. videtur magis assetere. Alia vero ratio potest adaptari ad opinionem aliam magis communem, quòd omnia fuerunt simul creata in materia informi, sed postea fuerunt distincta, & ornata per opera sex dierũ. Nos autem assignabimus etiam rationem tertiam, quæ ad vtranque opinionem poterit adaptari.

Propter primum sciendum, quòd cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Et postea subditur Fiat lux, & facta est lux, & dixit: Deus: Fiat firmamentum, non ostenditur ex hoc aliud, & aliud factum: sed per primũ dictum ostendit, quod factum est: per alia dicta declaratur modus fiendi. Nam in principio fecit Deus cœlum, & terram. Ibi enim cœlum stat pro cœlo Empyreo, vel per cœlum intelliguntur angeli. quia cœlum Empyreum secundum Bedam, & secundum Sanctos statim cum fuit factum, mox sanctis angelis est repletum. Vel per cœlum intelligitur tota illa moles a globo lunaris infra, idest, omnia hæc inferiora elementa. Est ergo sensus, quòd in principio creauit Deus cœlum, & terram, & creauit hoc modo: quia creauit dicendo, & verbum gignendo, quod verbum dicendo, & gignendo fecit lucem, & firmamentum, & omnia alia, quæ explicant per opera sex dierum. Quia ergo fuit totum simul factum, non potuit totum simul esse dictum. totum ergo fuit simul secundum Augustinum, & facto rerum, & modus fiendi. Sed non potuit totum simul dici, sed prius narratur factio, & creatio rerum, cum dicitur: In principio, & cæt. postea per partes explicatur modus fiendi, quia simul cum cœlo, & terra dicendo, & verbum gignendo, fecit lucem, & firmamentum, & alia. Aduertendum ergo, quòd iste modus, vel ista ratio, quare non dicitur: In principio dixit Deus, & postea sequitur: In alijs: Dixit Deus, cõsonat opinioni Aug. ponentis omnia simul facta, & distincta, quæ per Moysem non potuerunt simul esse dicta, & prolata. Aduertendum etiam, quòd secundum Augustinum primo super Gen. aliter operatur homo, aliter operatus Angelus, aliter Deus. Quia homo operatus motibus corporis, quia mouendo manus, vel pedes, vel alia organa corporis operatur, etiam intelligendo, & volendo non potest operari, nisi motu corporis, quia non potest intelligere, non facta aliqua mutatione in organo phantastico, quod est organum corporale. Et si non potest intelligere, sine tali motu, non potest etiam velle. quia voluntas non potest esse in actu, nisi intellectus: vel virtus apprehensiua sit in actu, quia bonum apprehensum est motiuum voluntatis. Angelus vero operatur motibus temporis, quia operatur per successionem affectionum, vt si modo operatur vnum, postmodum operatur aliud, oportet, quòd modo velit vnum, modo velit aliud, quod fit per successionem, & sine motu temporis esse non potest. Vtrum autem tempus illud dicatur æquiuocum tempori nostro, non est præsentis speculationis. Sed Deus operatur rationibus incommutabilibus, & æternis, quæ sunt in verbo sibi coæterno. ergo cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram, narrantur res factæ a Deo. Cum postea sequitur: Dixit Deus: Fiat lux. i. verbum genuit, per quod factũ est firmamentũ, traditur modus fiendi, quia hoc modo operatur Deus per rationes incommutabiles, quæ sunt in verbo sibi coæterno. Ecce ergo prima ratio, quare in principio creationis nõ oportuit dicere: Dixit Deus, quia dixit Deus, pertinet ad modum fiendi, & in principio omnia fuerunt facta simul secundum opinionem Aug. postea fuit narratus modus fiendi.

Homo. Angel⁹. & Deus differunt modo operandi ex D. Aug. 11. de Trin. c. 8. 9. 3. artic. 1.

Secunda autem ratio huius diuersitatis, quare non dicitur: In principio dixit Deus: & postea de aliis dicitur: Dixit Deus, tangitur ab eodem Augustino in dicto libro super Gen.

Quare non dr. 1. Genes. Dixit Deus fiat cœlum, & terra.

Informitas, & imperfectio verbo dissimilia.

Gen. quia secundum ipsum primum fiebat informitas materiæ, siue spiritualis, siue corporalis. Tunc ergo non erat dicendum: Dixit Deus: Nec erat fienda mẽtio de verbo, quod gignitur, & producitur per dicere Dei. quia informitas, & imperfectio dissimilis est à verbo. Ergo quia in principio, quando Deus creauit cœlum, & terram, quia fecit materiam adhuc informem, & imperfectam, non erat fienda mẽtio de dicere Dei, nec de verbo eius: sed postea, quãdo fecit lucem, & firmamentum, & incæpit res perficere, eas distinguendo, vel decorando, fienda erat mentio de dicere Dei, & verbo eius. Nã si informitas, & imperfectio dissonant verbo diuino: distinctio, & formositas sunt consona sibi. ista autem ratio consonat opinioni communi, quæ prius posuit materiam informem productã, & postea per interualla 6. dierum dixit eam distinctam, & ornatam.

Possumus autem rationem tertiam assignare, quæ ad opi. vtrãque poterit adaptari. Nam ambæ istæ rationes conceduut, ꝙ in prima creatione rerum, quæ fuit ante omnem diem, non fit mentio de verbo Dei, sed in alijs operibus, quando distinxit, & ornauit, fit huiusmodi mentio. Nos autem dicere possumus, ꝙ in vtraque fit mentio de verbo Dei, uam cum dicitur: In principio creauit &c. secundum vnum modum exponendi, vt August. pluries tangit super Gen. exponetur: In principio, ideſt in verbo, in quo erant rationes incommutabiles omnium creandorum, Creauit Deus cœlum, & terram. sit ergo mentio de verbo cum dicitur: In principio, ideſt in verbo, & sit mentio de verbo cum dicitur: Dixit Deus, ideſt verbum genuit, aliter tamẽ, & aliter. Nam cum dicitur: In principio, fit mentio de verbo obscure, & occulte. Sed cum dicitur: Dixit Deus, fit mentio de verbo clare, & aperte. quia nihil est aliud dicere, quàm verbum formare, vel gignere. Ergo cum arguitur: Quare in principio, quando Deus creauit res, non fit mentio de verbo, sed quando distinxit, & ornauit, fit mentio de verbo; soluemus per interemptionem. quia vtrobique fit mentio de verbo, primo obscurè, & occultè: postea clarè, & apertè. Aduertendum autem, quòd ista ratio, siue ista responsio ad vtranque opinionem adaptari potest. Nam siue ponamus res simul essa productas distinctas, & ornatas: siue per hæc sex dierum volumina fuisse facta, semper consonabit, ꝙ debebat primo fieri mẽtio de verbo occulte, & postea clare. Nam & si fuerunt omnia illa simul, illud prius fuit dictum per quoddam inuoluerum, & postea fuit per partes declaratũ. Conueniebat itaque, ꝙ prius fierer mentio de verbo sub quodam inuolucro, & postea clare agererur de ipso. si vero illa omnia non fuerunt simul facta, sed prius fuerunt res productæ, & postea per interualla temporum fuerunt distinctæ, & ornatæ; consequens est, quòd res prius fuerunt occultè in materia productæ, & postea fuerunt per suas species declaratæ, & decoratæ.

Verbi mentio obscura, & aperta.

Verbi mentio cur obscura prius, quã aperta.

Et quia omnia hæc fuerunt facta in verbo, & per verbum, prius fienda erat mentio de verbo in quadam obscuritate, postea agendum erat de verbo Dei clarè, & distinctè.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd si in creatione pòtissime fienda est mentio de verbo Dei; quia inlus Deus potest creare, & omnia creantur per verbum Dei; patet, quòd siue teneamus opininnẽ Aug. quòd omnia simul fuerũt producta distincta, & ornata siue nõ: tamen quæ potuerunt simul esse facta, non potuerũt per Moysem, nec per aliquem hominem simul esse dicta. sed prius fuerunt propositæ res factæ in quadam vniuersalitate, & per consequens sub quadam obscuritate: & postea fuerunt per partes propositæ distinctè, & clarè, & quia hoc vtroque modo, videlicet primo obscurè, postea clarè fit mentio de verbo; secundum hanc opinionem primum argumentum est iam solutum. Si vero loquamur secundum opinionem magis communem, quæ est aliorum, magis patet sic esse, vt dictum est, & per hæc patere potest solutio ad secundum.

ARTIC. II.

An Angeli cum Mundo creati fuerint. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. supra Distinct. 2. q. 1. artic. 1. D. Thom. 1. p. q. 61. artic. 2. & 3. Et 2. sentent. scri. 2. d. 12. artic. 2. & 3. Item de Pot. q. 3. art. 18. & 19. D. Bonan. d. 13. artic. 1. q. 2.

SECVNDO quæritur de creatione quantum ad res creatas. Et quæritur de illa creatione, quæ explicatur per opera sex dierum: Vtrum ibi agatur de productione angelorum. Et videtur, quòd non per Magistrum in littera dicentem: Hæc de angelicæ naturæ conditione dicta sufficiant: Nunc superest de aliarum quoque rerum creatione, & præcipuè de operibus sex dierum &c. Videtur ergo, quòd opera sex dierum pertineant ad alias res, quàm ad naturam angelicam.

Præterea: Dam. 2. lib. cap. 3. loquitur dè Gregor. Nazianzeno sic ipsum sensisse angelos conditos esse ante omnem generationem, ideſt ante mundum.

Præterea Eccles. 1. scribitur, quòd prior omnium creata est sapientia, quod Aug. exponit super Gen. ad litteram de sapientia angelica. Si ergo prior omnium creata est sapientia angelica, ergo creata est ante mundum. Eccl. 1.

Præterea. Isid. primo de summo bono. cap. 10. ait, & hæc sunt verba eius: Ante omnem mundi creationem creati sunt angeli.

Coeus quatuor. IN CONTRARIVM est, quòd communiter ponunt quatuor coæua, videlicet cœlum Empyreũ, Natura angelica, Tempus, & illa Materia informis.

Præterea: Beda loquens de cœlo Empyreo dicit, quòd mox, quòd factum est, sanctis angelis est repletum. Non ergo ante, sed simul cũ cœlo Empyreo, & simul cum mũdo creati sunt angeli.

RESOLVTIO.

Angeli cum Mundo creati sunt. Idque ex partiũ mundi in se, & ad Deum ratione congruebat. De ipsis autem in Genesi mentio non, nisi figuratiua locutione ob Populi ruditatem, facta fuit.

Mundi creatio ante omnem diem. RESPONDEO dicendum, quòd in illis operibus sex dierum creatus est mundus, & omnia, quæ sunt in mundo. Vel si volumus loqui secũdum modum Sanctorum, ante omnẽ diem creatus est totus mundus, & omnia quæ sunt in mundo, vel secundum se, sicut angeli, & cœlum Empyreum: vel informem materiã, vt alia corporalia: postea per dies sex sequẽtes ea illa informi materia res fuerunt productæ indistinctæ, & ornatæ. Cum ergo quæritur: Vtrum in illa creatione, quæ postea ordinatur per opera sex dierum, creati sint angeli: vel quod idem est, vtrum simul cum mundo creati sint, dicere possumus, quod vel quæritur: quid factum fuerit, vel quid fieri potuerit, vel quid congruum fuerit fieri.

Quantum ad primum sic quæratur de hoc, quid factum fuerit, ad hoc potest esse triplex dubitatio, vel quãtum ad rem factam, idest vtrum ipsa res, quæ est natura angelica, fit facta cum mundo: vel quantum ad modum fiendi, vt vtrũ fit facta eo modo, quo factus est mundus: vel quãtum ad Scripturam sacram, vtrum Scriptura sacra, cum loquitur de factione mundi, loquatur de factione angelorum. Propter primum sciendum, quòd ipsa natura angelica facta est simul cum mundo. Vnde Augu. primo super Gene. ea pocens multis modis illud: In principio: Primo, pro principio, idest pro initio temporis. Secundo pro principio, idest ante omnia. Tertio pro principio idest verbo diuino: ait, q in huiusmodi principio creauit Deus cœlum, & terram, idest omnem corporalem creaturam, & spiritualem. In multis etiam alijs locis adaptans ista duo: cœlum, & terram, dicit, quòd in principio creauit Deus cœlum, & terram, idest angelicam naturam, & terrã: idest illam informem, & confusam materiam. Magister etiam in præsenti Distinctione i plurib⁹ locis in littera dicit, in principio creasse Deum cœlum, idest angelos, & terram, idest materiam quatuor elementorum, vel totam illam informem materiam. Quare si

Angeli simul cũ mũdo.

Gen. 1.

A in principio, idest in initio tẽporis, & ante oĩa, & in verbo creauit Deus cœlum, & terram, i. angelos, & omnem corporalem creaturam, idest superiorem inferiorem, & interiorem idest mediam, vt idem Aug. ait in principio super Gene. cum per corporalem creaturam intelligatur mũdus, vel in omni corporali creatura intelligatur siue includatur mundus, patet angelus factos in initio temporis esse simul cum mundo. Quantum ergo ad ipsam rem factam. i. quantum ad ipsam naturam angelicam patet est facta: pater, q est facta simul cum mundo. Quantum etiam ad modum fiendi, aliquã similitudinem habet in factione mundi. quia sicut mundus factus est cum informi materia, & postea fuit mundus formatus distinctus, & decoratus, sic ipsa natura angelica prius facta fuit informis, & tenebrosa, postea cõuersa ad Creatorem, facta est luminosa. Vnde Augu. in eodem super Gen. ait, q vtraque informis materia: spiritualis, & corporalis dicta est cœlum & terra: & subdit, quòd spiritualis vita in se, nun cõuersa ad Creatorẽ, supple, intelligitur per cœlum in principio factum. Et idem ibidẽ dicit, q per tenebrosam abyssum intelligamus naturam vitæ spiritualis informẽ. ergo sicut mundus prius fuit informis, & postea formatus: sic natura angelica prius fuit tenebrosa, & informis, postea formata fuit & lucida. Vnde idẽ Aug. 12. Confess. per cœlum in principio factum intelligit naturam angelicam. Postea in 13. per factionem lucis intelligit illuminationem angelicæ naturæ. ergo sicut prius fuit factum cœlum, & postea fuit facta lux: ita prius C fuit facta natura angelica, & postea fuit illuminata.

Angeli creati sunt modo simili, quo factus est mundus.

Tom. 1.

Tom. 1.

Viso quomodo ipsa res, quæ est natura angelica, fuit simul facta cum mundo: & habito quomodo modus factionis angelicæ assimilatur modo factionis mundi; volumus ostendere tertium per comparationem ad Scripturam sacram. Vtrum scriptura sacra: cum tractat de creatione mundi, tractet de creatione naturæ angelicæ. Ad quod dici potest: Aut loquimur secundum se, & in propria forma, aut figuratiuè, & sub alio nomine. Si loquimur secũdũ se, & in ꝓpria forma, Scriptura sacra, & specialiter scriptura Gen. nullam mentionem facit de angelis. quia Moyses loquebatur secundum Augst. populo rudi, & grosso. ideo non est locutus ei de angelis sub propria forma. quia non potuisset D hoc capere. Sed si loquimur de angelis locutione figuratiua, & sub specie alia, sic in ipsa scriptura Gen. fit mentio de angelis. quia per cœlũ intelliguntur angeli ad creatorem undũ conuersi: per lucem factam prima die intelliguntur angeli per creatorem illuminati: & ad creatorẽ iam conuersi. Vnde tanta creditur fuisse morula inter angelos creatos, & angelos factos tenebras per peccatum a Deo aversos, & angelos factos lucem per gratiam ad dominum conuersos: quanta fuit morula inter creationem cœli, per quod signãtur angeli ibidem creati: & inter

Angelorum mentio in Genesi quo modo.

Morula inter creationem, & lapsum.

crea-

creationem lucis diuisè a tenebris, per quam lucem intelliguntur Angeli iam conuersi, & per tenebras Angeli auersi.

Angeli ante, & post mũdum an potuerint creari.

Postquam declarauimus quãtum ad id, quod factum fuit de productione Angelorum per respectum ad productionem mundi, quantum ad rem factam, & quantum ad modum fiendi, & quantum ad scripturam sacram, volumus declarare hic non solum quantum ad id, quod factum fuit, sed quantum ad id, quod fieri potuit. sic enim factum fuit, & sic se habuit veritas, quòd Angeli facti fuerunt cum mundo. Et modus factionis Angelorum assimilatur modo factionis mundi. Volumus tamen de hac materia loqui quantum ad id, quod fieri potuit. Nulli enim dubium est, quòd potuerunt fieri post mundum. potuit enim Deus etiam tempore, vel duratione prius creasse mundum, & postea creasse angelos. sed satte dubium videretur: Vtrum potuissent creari Angeli ante mundum, loquendo de, ante, duratione, & tempore, ita quòd per aliquam moram creatio Angelorum præcessisset creationem mundi. Videretur namque forte aliquibus hoc fieri non posse, quia sicut Angeli non possunt fieri de nihilo materialiter, vt quod ipsum nihil fiat Angelus, sed possunt fieri de nihilo ordinaliter, ideſt, post nihil, vt postquam Angelus erat nihil, fiat aliquid, & fiat Angelus ita, vt videtur, non potest fieri Angelus in nihilo localiter, vt quòd ipse Angelus fiat in nihilo, & quòd nihil sit locus Angeli. quare si Angeli fuerunt facti ante mundum, fuerunt facti in nihilo, cum nullus locus esset, vbi esse possent. Aduertendum ergo, quòd Angelus non indiget loco ad sui esse. quòd enim res spiritualis subsistantia non indigeret loco, in quo sit, non solum est verum, sed etiam est communis animi conceptio apud sapientes, iuxta illud Boet. Communis animi conceptio apud sapientes est spiritualia in loco non esse. Ad hanc ergo veritatem declarandam dicamus, quòd ita dicuntur de locato per comparationẽ ad locum, videlicet, quòd locatum est æquale suo loco, & econuerso.

Lib. 4. phyſ. t.c. 13. & 10.

Secundo dicitur de locato, quòd conseruantur in suo loco, quod potissimè intelligendum est de suo loco proprio, vt grauia conseruantur deorsum, & leuia sursum.

T.c.4.

Tertio dicitur de locato, quòd quiescit in suo loco. Nam propter hoc locatum mouetur ad suum locum, vt quiescat ibidem. Secundum autem hæc tria possunt accipi illa tria, quæ in 4. Physico. ponuntur in diffinitione loci, videlicet, quòd locus est vltimum continentis immobile. Locus quidem est quid vltimum propter adæquationem ad locatum. Nam si aliqua res esset in aere: & aer, vt est corpus, esset locus illius rei, locus esset maior locato, & si recederet illa res, cum huius loco esset quid maius seipsa, aer ergo, vt est corpus, non habet rationem loci: sed vltima superficies aeris immediate attingẽs rem, quæ est in ere, est locus huius rei: ita quòd si res sic locata recederet cum suo loco, & huiusmodi vltima superficie, non esset quid maius, quàm esset prius, ita q̃ locus est quid vltimum propter ad æquationem ad locatum.

T.c.30.

T.c.41.

Secundo locus est vltimum continentis propter conseruationem, vt quia habet conseruare locum: vt si sit aliqua res in loco, vbi est apta nata contineri, magis conseruatur ibidem, quàm alibi.

Tertio locus est vltimum, continentis immobile propter quietationem. nam propter hoc mouetur locatum ad locum, vt quiescat in loco, quare si locus secundum, quòd huiusmodi esset quid mobile, non esset ibi quies. Et inde est, quòd si nauis sit in flumine, & sit ligata ad stipitem, magis totus fluuius habebit rationem loci, quàm pars fluuij. nam sic ligata semper erit in eodem loco, quia semper habebit eundem ordinem ad totum fluuium, non autem habebit eundem ordinem ad partes fluuij, quæ semper succedunt sub ipsa. His visis, dicamus, quòd æqualitas loci ad locum requiritur propter magnitudinem locati, vt tantus sit locus, quantum est locatum. sed conseruatio, & quies locati, in loco requiritur propter indigentiam locati. Et ideo locatum mouetur ad locum, vt contineatur ibi: & ex hoc conseruetur, & quiescat ibi, quia propter conseruationem; & quietem locatum indiget loco.

Arist. 4. phyſic. t.41.

Loci tres diffiones nõ ceſſarie.

Omnia autem ista tria concludunt, quòd vel est impossibilitas Angelorum ad locũ, vel est nulla necessitas eorum ad locum. nam quantum ad commensurationem, & æquationem locati ad locum, impossibile est Angelos esse in loco, quia res spiritualis rei corporali, & catens magnitudine molis, habenti quantitatem molis æquari non potest, & secundum hoc verificatur illud dictum Boetij, esse cõem conceptionẽ animi apud sapientes, spiritualia in loco non esse. non enim spiritualia sunt in loco, nec æquãtur loco, quod est proprium his, quę sunt in loco: sed sunt in loco, quia applicant virtutem suam ad locum, vel quia operãtur in loco. Vnde de spiritualibus cũ dicimus: hic sunt; propriè loquendo, deberemus dicere: hic operantur, vt vult Dam. t. libr. ca. 16.

Angelos in loco eſſe im poſſibile ẽ.

Angeli loco corporeo nõ indigẽt.

Quantum vero ad secundum, & tertium, vt quia mouentur ad locum, vel quia quiescunt in loco, si volumus hoc ad spiritus lia referre, dicemus, q̃ locus spiritualium est ipse Deus. ad eum enim mouemur, & in ipso quiescimus. Iuxta illud Aug. circa principium Confes. Ad te nos fecisti domine, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Et iuxta illud Aug. 12. Confess. Quod est amor in spiritualibus, hoc est pondus in corporalibus. Et idem ibidem ait: Amor meus, pondus meum, eò feror, quocunque feror. Spiritualia ergo indigent loco, vt conseruentur in loco, quia indigent Deo, vt conseruẽtur in Deo. Ipsi ẽi spiritus per se conseruari nõ possunt, nisi in Deo: & nulla creatura conseruari pót, nisi in ipso, oĩbus quidẽ, quibus indigent spiritualia, indigẽt & corpalia, & non econuerso. vt si spiritua-

Tomo 2.

Tomo 1.

lia indigent Deo, vt conseruentur in Deo, sed si aliqua corporalia indigent aliquo corpore, vt conseruentur in eo: spiritualia verò, & potissimè angeli nullo indigent corpore, vt conseruentur in ipso. Ipsæ etiam animæ nostræ, licet sint formæ corporis, vt creentur in corpore, tamen, simpliciter loquendo, nó indigent corpore, vt conseruentur in ipso. Immo separantur a corpore, sicut perpetuum a corruptibili, vt patet 2. de anima. Indigent enim animæ nostræ corpore ad quietandum appetitum naturalem, quem habent ad administrandum corpus, iuxta illud Augustini. 12. super Genesi. circa finem. Quòd inest animæ separatæ quidam appetitus administrandi corpus: quo appetito retardatur quodammodo: ne tota intentione pergat in ipsum summum cœlum. Anima itaque beata separata a corpore propter appetitum naturalem, quem habet administrandi corpus: eo appetitu retardatur aliqualiter in beatitudine sua, ne omnino feratur in illud suum cœlum, idest in Deum. Animæ ergo nostræ non indigent corpore, modo, quo dictum est: sed angeli nullo istorum modorum indigent corpore. quia nec conseruantur in corpore, nec habent naturalem appetitum ad administrádum corpus, nisi naturalitas appetitus referatur ad obedientiam Creatoris, vt in tantum habent naturalem appetitum administrandi corpora, vt puta mouere cœlos, & alia corporalia; inquantum ad hoc ordinantur ex obedientia Creatoris, cui vt beati sint, naturaliter appetunt obedire. quia omnis virtus secundum Damascenum est secundum naturam: & vitium contra naturam.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, q quantum ad commensurationem, & adæquationem locatorum ad locum nullo modo angeli possunt ordinari ad locum: vt autem conseruentur in loco, nullo modo indigent corpore, vel aliquo corporali loco, sed vt moueantur, & quiescant in loco: sic non corpus aliquod, sed solus Deus est eorum locus, ad quem non niú per amorem mouentur, & quiescunt. Præsupponit enim motus ille cognitionem, fit enim per amorem, vt sicut grauia mouentur, & quiescunt in loco per pondus: sic spiritus per amorem quiescunt in Deo. Ex his autem patere potest, in quo sit felicitas principaliter animarum, & angelorum, quia in amore. Nam si grauia possent esse beata, beatitudo eorum esset ex eo, quòd mouentur ad centrum, & quiescunt in centro. Et quia hoc fit per pondus, vel per grauitatẽ, consequens est, quòd per pondus, & per grauitatem contingeret ea esse beata. Sic quia animæ, & angeli mouentur ad Deum, & quiescunt in eo per amorem, in amore principaliter consistit eorum felicitas, cum amor in spiritualibus sit id, quod pondus in corporibus. Ex his autem manifeste colligimus, quòd angeli potuerunt esse ante mundum, quia nullo modo possunt ordinari ad locum corporalem, vt adæquentur ad ipsum, & nullo modo indigent loco corporali, vt conseruentur, & quiescant in ipso.

Habito vtrum angeli fuerint creati cum mundo, quantum ad id, quod factum fuit, & ostenso vtrú necesse fuerit eos sic creari, quantum ad id quod fieri potuit; Volumus declarare tertium: Vtrum fuerint sic creati, quantum ad id, quod fieri congruit. Possumus autem assignare triplicem congruentiam, quòd congruum fuit eos creari cũ mundo, vt sit Vna congenéria ex connexione partium vniuersi. Secunda ex ordine huiusmodi partium in se. Tertia ex ordine talium partium ad Deum.

Prima congruentia sic patet: Nam si non fuissent creati angeli simul cum mundo, nó fuissent a principio connexæ partes vniuersi. Cum ergo principalior pars vniuersi sint spirituales substantiæ; congruum fuit, vt ab ipso primordio mundi crearentur angeli cum mundo, & essent connexi mundo, vt ab ipso huiusmodi exordio partes vniuersi essent connexæ, & ipsa spiritualia connexa essent corporalibus creaturis.

Secunda congruẽtia sumitur ex ordine ipsarum partium vniuersi ad se inuicem. Nam secundum Aug. 3. de Trinit. per corpora superiora reguntur ista inferiora: & per spiritualia secundum ipsum ibidem reguntur corporalia omnia. vt ergo iste ordo seruaretur, congruum fuit, quòd ab ipso principio simul cum corporali creatura crearetur spiritualis, per quam administranda erat corporalis. Ea quo vna pars vniuersi per aliam administranda erat, congruũ fuit, vt simul crearentur, cum per vnam sine alia huiusmodi administratio, vel huiusmodi regimen, vel gubernatio esse non posset. Quod si dicatur, quòd creatura spiritualis non statim a principio mundi incæpit administrare, vel rege corporalem; dicemus: si non statim incæpit eam administrare, statim incæpit eam decorare. quia mox, cum creatum est cœlum Empyreum, sanctis angelis est repletum ornatibus, & decorantibus ipsum. Quòd si angeli a principio non fuerunt sancti quantum ad gloriã (quia a principio nõ sunt creati beati) fuerunt sancti quantum ad innocentiam. quia omnes creati sunt innocentes: & si ipsam innocentiam vellemus accipere pro quadam beatitudine, a principio omnes creati sunt beati, idest innocentes. Ex his ergo duobus a principio simul cum mundo fuerunt creati angeli, vt a principio mundum decorarent, & a principio simul cum eis creatum esset, qđ debebant administrare, vt postea, iubente Deo, administrarent, & gubernarent illud.

Tertia quidem congruentia est ex ordine partium vniuersi ad Deum. quia, vt concludit Philosophus 12. Metaphysicæ, totus mundus idest omnis creatura spiritualis, & corporalis est vnus principatus: & Deus est vnus Princeps istius vnius principatus. vt ergo Deus vnus princeps toti vniuerso principaretur, idest spiritualibus, & corporalibus creaturis; congruum erat, vt totum

Arime humanæ an corpore indigeant.

T. c. 24.

Tomo 3.

Angeli qñ corpore aliquo modo indigeant.

Felicitas animæ principaliter in amore.

Angelos simul cum mũdo creatos esse ac congruum fuit.

Ta. 3. c. 5.

T. c. 15.

vt totum simul crearetur spiritualis, & corporalis creatura.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd opera sex dierum dicuntur alia à productione spiritualium creaturarum, quia in propria forma, & sub proprio nomine inter opera sex dierum, vel in creatione mundi, quod fuit ante omnem diem, non agit de spiritualibus creaturis: figuratiue tamen, & sub nomine corporalium agitur de eis, quia per creationem cœli: quod potest intelligi de cœlo empyreo, signatur creatio Angelorum. quia illud cœlum mox creatum Sanctis Angelis est repletum. Per productionem vero lucis potest intelligi perfectio spiritualis creaturæ, quia cum facta est illa lux conuersa est spiritualis creatura ad Deum, iuxta illud Aug. Tomo 3. 1. super Gen. Ipsa intellectualis vita, quæ nisi ad Creatorem illuminanda conuerteretur, fluctuaret informiter: conuersa autem illuminata est.

Ad id autem de Gregorio Nazianzeno Angeli creati ante mundum: Et ad illud de Ecclesiastico, quòd prior omnium creata est Sapientia, idest, intellectus Angelicus. Et ad illud de Isido. quòd ante omnem mundi creationem creati sunt Angeli; Dicere possumus, quòd omnes istę prioritates accipiendę sunt non ordine temporis, sed ordine dignitatis. vnde Isidorus: cum dixisset, ante creationem mundi creati sunt Angeli; Subdit, q̃ ante omnem creationem Angelorum conditus est Diabolus, & exposuit se, quòd istud prius fuit, ordine prælationis, non temporis quantitate. idest, fuit prius dignitate, non tempore. vnde sicut Angeli, vt dicit August. 1. super Gen. sunt superiores cœlis, non loco, sed sublimitate naturæ. ita dici potest, quòd Angeli creati sunt priores cęlis, non tempore, sed dignitate naturæ.

QVÆSTIO II.

De opere creationis.

POSTEA quæritur de opere creationis, vt comparatur ad tẽpora, & ad dies. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò quæritur de opere creationis, vt comparatur ad tempus, prout tps comparatur ad alia cœua. Et erit quæstio, vtrum in illo primo opere creationis, fuerit dare tantum illa quatuor cœua, non plura, neque pauciora. Secundò quæritur de illo tempore, qđ fuit in primo opere creationis: Vtrum sit idem cum in isto tempore, vel sit sumptum æquiuocè per comparationẽ ad istud tẽpus. Tertio quęritˉ de opere creationis per comparationem ad tempus: Vtrũ illud tempus fuerit in tẽpore, vel quomodo se habuerit ad tempus. Quarto quæritˉ de opere creationis per comparationem ad dies. sic enim proponebatur supra in quæstionibus, quòd quærendum erat de opere creationis per comparationem ad tempora, & ad dies. Quæritur enim de opere creationis per comparationem ad dies, de quibus fit mentio post illud opus, quomodo se habeat ad illos dies.

ARTIC. I.

An in opere creationis quatuor cœua rectè assignentur. Conclusio est affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 66. artic. 3. Et 2. sent. d. 12. q. 2. artic. 3.

AD primum sic proceditur: & videtur, quòd in illo primo opere creationis incompetenter assignentur quatuor illa cœua: videlicet, Cœlum Empyreum: Natura angelica: Materia ẽ formis, & Tempus. Nam tempus est mensura rerũ corporalium. nam secundum Augustinum, vbicunque tractat de hac materia: a corpore inœpit tempus, nam in productione corporum oulla fuerunt tempora, sed sicut corporibus assignatur tempus, sic assignatur & locus; fuerunt ergo quinque cœua. Cœua quæ sunt.

Præterea tempus est quoddam accidens, vt cõmuniter arguitur, quia est passio primi motus, vt vult Philosophus in 4. Physi. sed in illo primo opere creationis fuerunt alia multa accidentia concreata præter tẽpus, ergo præter illa quatuor multa sunt alia cœua. T. c. 91 101. 130.

Præterea tempus complementum suum hẽt ab anima, quia secundũ Philosophũ in 4. Physic. Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius. quod exponens Commentator dicit: Tolle animam meam numerantem, non remanet nisi motus, & res mota. cum ergo in illo primo opere creationis, quod fuit ante omnem diem, non fuerit producta anima, quæ creditur fuisse producta in 6. die, quando formauit Deus hominem, iuxta illud: Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem: ergo, quia non erat adhuc anima numerãs, non erat adhuc tempus, quando erant alia cœua. T. c. 101. Com. 98. Gen. 2.

Præterea tempus est numerus motus primi mobilis: sed primum mobile videtur esse firmamentum, quod fuit factum secunda die. ergo in primo opere creationis non fuit tempus, & per consequens non fuit vnum de quatuor cœuis.

IN CONTRARIVM est Beda, & alii Sancti, qui assignant prædicta quatuor cœua.

RESPO-

RESOLVTIO.

Coœua quatuor simul natura creata fuerunt: hoc est,
Cœlum Empyreum ꝛ
Natura Angelica ꝛ
Materia informis, & Tempus.

RESPONDEO dicendum, quòd ponendo quatuor coœua, nportet nos loqui secundum communem opinionem Sanctorum, secundum quam omnia sunt facta simul in materia, sed nõ omnia fuerunt distincta per formam. nportet ergo ex verbis Gen. omnia ista sumere, quia cõmunis opinio Sanctorum se conformat Gen. prout sonat ibi littera. Ibi enim non fit mentio de natura angelica directe, quæ est primum coœuum, sed fit mentio de cœlo, & de terra, de abyssn, & de tenebris, de aquis, & de spiritu Domini, qui ferebatur super aquas. Per cœlum itaque intelligitur secũdum coœuum: Per terram, abyssum, & aquas, intelligitur tertium coœuum, scilicet materia informis, quæ multis nominibus est nominata, qui multa inde fienda erant: vel quia si vno nomine nominaretur tantum, vnum crederetur illud esse, per quod illud nomen significatur, & non erat vnum aliquid, sed erãt multa in quadam confusione, & indistinctione. Per spiritum Domini, qui ferebatur super aquas, possumus intelligere tempus, quod est quartum coœuum. nam spiritus Domini ferebatur super aquas, non quod feratur in se, sed dicitur ferri super aquas, quia fecit aquas illas ferri, labi, & moueri. ferebatur ergo spiritus Domini non in se, cum sit Deus, apud quem nun est transmutatio, sed in suo effectu ferebatur super aquas. à principio ergo fuit cœlum, materia informis, & motus: sed motus non potest esse sine tẽpore, ergo a primo principio fuit tempus.

Primum autem coœuum videlicet natura angelica, quæ in dignitate præcedit omnia alia, sub proprio nomine in Gen. non est posita, quia populus, cui loquebatur Moyses, erat, vt diximus, rudis, & grossus, & spiritualia capere non valebat, sed per corporalia dabantur eis intelligi spiritualia. Fit autem mentio in Gen. de quatuor corporalibus, videlicet de terra, de abysso tenebrosa, de aquis, & de cœlo. Per terram autem non possunt intelligi spiritualia, quia prima materia dicta est terra, cum esset informis. quia secundum Augustinum, vt habetur in littera, inter omnia elementa est minus speciosa: angelica natura inter omnia creata est magis specinsa, & formosa. & adeo sunt formosi Angeli, quòd etiam sunt ipsꝯ formæ, nã quilibet Angelus est quædam forma, & quædam substantia separata. Per quodlibet autẽ aliorum trium potest intelligi angelica natura. Nam per cœlum possumus intelligere eam iuxta illud August. 1. super Gen. in principio creauit Deus cœlum, id est angelicam naturam.

Rursus per abyssum tenebrosam possumus intelligere etiam spiritualem creaturam. Vnde

A Augu. circa principium super Gen. Tenebrosam abyssum intelligimus naturam vitæ spiritualis, nisi conuertatur ad Creatorem, id est nõ conuersam ad Creatorem, quo solo modo, supple per cõuersionem ad Creatorem fórmari potest, vt non sit abyssus: & illuminari, vt non sit tenebrosa.

Tertio & per aquas, de quibus fit mentio in principio Gen. possumus intelligere Angelos. nã cum dicitur: Fiat firmamẽtum in medio aquarũ, & diuidat aquas ab aquis, non potuit firmamentum illud, quod postea vocatum est cœlum, diuidere aquas ab aquas, nisi diuideret aquas, quæ sunt super cœlum, ab aquis, quæ sunt sub cœlo. nec diuisit alias aquas, quàm illas a principio factas. ergo a principio fuerunt factæ aquæ, quæ B sunt super cœlum, sed per huiusmodi aquas possumus intelligere Angelos, iuxta illud Augu. 12. Confess. Sunt autem aliæ aquę super hoc firmamentum, credo, immortales, a terrena corruptione separate, laudent nomen tuũ, scilicet illi, qui laudant te supercœlestes populi Angelorum. Secundum ergo August. per aquas super cœlis possumus intelligese supercœlestes populos Angelorum.

Aduertendum autem, quòd per omnia hæc tria signantur corpora, quia per cœlum signatur cœlum empyreum, quod est corpus: vel signatur a globu lunari supra, quod est etiam quid corporale. Per abyssum tenebrosam possunt signari illa tria elementa, vel materia illorum trium elementorum, quæ est inter globum lunarem, & terrã. C Pes aquas vero potest signari sequendo communem opinionem Sanctorum tota illa informis materia, quæ erat inter cœlum Empyreum, & terram, quæ informis materia secunda die fuit diuisa in tres partes, quia fuit inde factum firmamentum, id est cœlum fidereum, quod diuisit inter aquas superiores, id est, crystallinũ, & alias aquas, per quas possumus intelligere materiam illam informem, quæ erat sub firmamento, id est sub cœlo fidereo. Quodlibet ergo illorum trium sub proprio nomine signat aliquod corpus, sed figuratiuè signet Angelos. Nec dubitare possumus ꝙ simul cum mundo sint creati Angeli, dicente Scriptura sacra, Ecclesiast. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Omnia ergo illa quatuor, quæ dicimus coœua, simul creata sunt: videlicet, Natura angelica, Cœlum Empyreũ, Materia informis, & Tempus. D

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, ꝙ locus comprehenditur per cuœnum, qđ vocamus cœlum Empyreum. nam cum locus sit vltimum continens, & vltimum cœli Empyrei contineat omnia alia corporea; consequens est, ꝙ locus comprehendatur sub cœlo Empyreo.

Aduertendum ergo, quòd quando loquimur de quatuor coœuis, intelligimus quatuor res, quarum vna nõ continetur sub alia, & vna est diuersa ab alia. nam natura angelica est diuersa a cœlo Empyreo: & cœlum Empyreum est quid diuersum ab illa materia informi, quæ ferebatur, & moue-

Materia cum multis modis appellatur.

Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Angelorum mentio cur in Gen. non fiat.

Angeli cœlo figurati. Tomo 1.

Angeli abysso figurati.

Aquæ super cœlos, quid.

Angeli simul cum mundo creati. Eccles. 18.

Vide Tho. Arg. a sent. d. 12. q. 1. artic. 2.

mouebatur per ſpiritum Domini, & etiam illa materia erat diuerſa a ſuo motu, vnde accipiebatur ratio temporis: & ex his, vt pater, accipiuntur illa quatuor cœua.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnia producta fuerunt ſimul a principio ſecundum ſuas formas ſubſtantiales: vt terra habebat ſuam formã ſubſtantialem, ſed non apparebat, quia erat inuiſibilis, & incompoſita: & aqua, & aer habebant ſuas formas ſubſtantiales, ſed babebant quandã commixtionem ad inuicem: ſicut & nunc aqua, ſi ſe immiſcuerit aeri facit aerem nebuloſum, & rutbidum: & ſicut babebant elemẽta ſuas formas ſubſtantiales, ſic babebant ſua accidentia, prout competebat ea habere pro illo ſtatu, ideo ſub nomine materiæ informis comprebẽduntur accidẽtia. Sed ſi quæratur, quare ſpecialiter fit mentio plus de tempore, quàm de alijs accidentibus; dicere poſſumus, quòd boc fecerunt ad elidendum errores Philoſophorum ponentium tempus non incœpiſſe, quia ſecundum eos nunquam fuit inſtans: quod non fuerit finis præteriti: & ſecundũ eos nunquam finietur tempus, quia nullum erit inſtans, quod non ſit initium futuri. ideo ponunt Sancti tempus eſſe vnum de quatuor cœuis, quia tempus incœpit in aliquo inſtanti, ante quod nullum fuit tempus, & finietur in aliquo inſtanti, poſt quod nullum erit tempus, quia ceſſabit motus cœli.

Ad tertium dicendum, quòd tempus complementum ſuum habet ab anima numerante, & cum non erat anima humana numerans, erat anima mundi, ideſt, Deus, qui ſicut æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum, ſic numerabat prius vel poſterius, in motu illo primo, per quod complebatur ratio temporis. erant etiam Angeli, qui iſta numerare poterant.

Vel poſſumus dicere, quòd ſcripturs diuina nõ curat de iſtis ampulloſis verbis Philoſophorum, nec de ſublimitate ſermonis, nec de ſapientia verbi, ſed de ipſa re tantum. Sufficiebat ergo Sanctis, quòd eſſet tempus ſecundum quod eſt in re tantum, ad boc, quòd dicerent tempus eſſe vnum de quatuor cœuis.

Ad quartum dicendum, quòd firmamentum ſiue cœlum ſidereum non eſt primum mobile, & tempus non eſt paſſio motus firmamenti. Quid autem ſit primum mobile, & quomodo tempus, de quo loquimur eſt paſſio primi mobilis, in ſequenti quæſtione patebit. vbi quæretur: vtrum tempus, quod numeratur de quatuor cœuis, æquiuocè ſe habeat ad tempus, quod aſt modo, de quo Philoſophi ſunt locuti.

ARTIC. II.

An tempus ex quatuor coæuis, & quod nunc eſt, ſint idem. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegid. de menſura Ang. q. 2. & 6. Et 1. p. Heram. cap. 18. & 19. Item 4. Phyſic. lect. 18. T. c. 130. D. Th. 1. p. q. 66. art. 4 Alb. Mag. de æter. Aeuo, & tempore. q. 3. art. 12. Ioan. Grand. 4. Phyſ. q. 2. a 8. Capr. 2. ſent. d. 2. q. 2. ſueſſ. 4. Phyſic Comment. 113.

SEcvndo quæritur de tempore, quod fuit in primo opere creationis, & quod fuit vnum de quatuor eoquis: Vtrum fuerit vnum cũ tempore, quod eſt modo, vel dicatur ſquiuocè per cõparationem ad iſtud tempus. Et videtur, ꝙ nõ fuerit idem, ſed dicatur æquiuocè. quia tempus, quod eſt modo, eſt paſſio primi motus, vel eſt paſſio motus primi mobilis: ſed primũ mobile non erat tunc diſtinctum ab alijs mobilibus, vel non erat illud mobile ſub propria forma, & per conſequens non erat motus eius ſub propria forma, vel ſub forma, ſub qua eſt modo: ergo nec tempus erat illud idem, quod eſt modo, ſed ſumitur tempus æquiuoce ab eo, quod eſt modo.

Præterea dies, & nox ſufficienter diuidunt tẽpus, ſed dies & nox fuerunt facta prima die, quando Deus creauit lucem, & diuiſit lucẽ a tenebris, & lucem appellauit diem, & tenebras noctem, vt habetur Gen. 1. ſed mundus fuit factus ante omnem diem, vt habetur in littera, ergo fuit factus ante omne tempus, Gen. 1.

Præterea Aug. 12. Confeſſ. ait: Tu Deus ipſe Doctor famuli tui Moyſis, cum te commemorat feciſſe in principio cœlum, & terram, tacet de tpibus, tilet de diebus, per quod innuit Aug. ꝙ mundus fuit factus ante omne tempus, & ante omnem diem: ergo &c. Tomo 1.

Præterea videtur, ꝙ tempus fuerit factũ quarta die, iuxta illud Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem à nocte, & ſint in ſigna, & tẽpora, & dies, & annos. ſed boc fuit quarta die, quia ſequitur in littera: Et factum eſt veſpere, & mane dies quartus, Gen. 1.

Præterea quod nihil eſt, fieri non poteſt; ſed tempus nihil eſt, cum partes temporis nihil ſint: partes temporis ſunt præteritum, & futurum: ſed præteritum iam non eſſe futurum, nondũ eſt. ergo de tẽpore nihil eſt. ſed de quo nihil eſt, ipſum quoque nihil eſt: ergo tempus nihil eſt. ſed quod nihil eſt, fieri non poteſt: ergo &c.

Præterea ſi de tempore eſt aliquid, non eſt nihil quod eſt præſens. ſed de tẽpore niſi eſt p̃ſens, quia ſi eſſet aliquid præſens, quod in præteritũ non tranſiret, iam non eſſet tempus, ſed æternitas, vt vult Aug. 11. Confeſ. De tempore ergo non

eſt

est nisi instans, vel non est nisi, quod nunc semper fluit, & currit, iuxta illud Boetij: Nunc stans facit æternitatem, nunc currens facit tempus. Si ergo de tempore non est, nisi nunc, & nunc non est tempus, sed est initium: vel finis temporis, consequens est, quòd de tempore nihil sit, & ꝙ ipsum nihil sit: & per consequens, quod fieri nõ potuerit.

IN CONTRARIVM est Aug. de Ciuit. Dei. libr. 11. c. 6. dicens, quòd procul dubio non est mũdus factus in tempore, sed cum tempore. Et idem eo. lib. c. 7. Factus est cum tempore mũdus: sed cum nun fit, nisi vnum, & idem tempus omnium temporalium, consequens est, quòd illud idem tempus, quod est modo, fuerit etiam quando factus est mundus.

Præterea, si non esset illud idem tempus, quod est modo, & cum quo factus est mundus, sicut nõ sunt illa eadem accidentia, cum materia illa informi tunc, & modo; nun esset alia ratio de tempore, quàm de alijs accidentibus. ergo sicut accidentia alia non computantur inter coæua, sic nec tempus computari debet: vel si computatur ibi tempus, debent & alia accidentia computari, sicut rarum, & spissum, & alia accidentia quæcunque erant. essent ergo, hoc posito, plura, quàm quatuor coæua, quod est contra Sanctorum dicta.

RESOLVTIO.

Tempus in opere creationis primo idem cum nostro esse non dubitamus.

RESPONDEO dicendum, quòd aliqui, & magni dixerunt, quòd tempus, quod nunc est, incœpit secunda die, quando factum fuit firmamentum. Volunt enim, quòd motus, super quo fundatur tempus, fuerit factus illa secunda die: sed istud stare non potest. nam motus, super quo fundatur tempus, est motus primus. quia secundum Philosophum motus primus, prout est numeratus per prius, & posterius, hoc est tempus. Arist. 4. Phy. T. c. 101. sed ante motum firmamenti, quod fuit secunda die, est dare alium motum, qui fecit vesperam: & mane primæ diei, cum ergo ante primum motum non sit dare alium motum, motus firmamẽti non fuit primus motus: & per consequẽs non fuit ille motus, super quo fundatur tempus, immo tempus incœpit ante huiusmodi motum. Hoc idem etiam manifestè patet, quòd motus firmamenti non sit primus motus. nam firmamentum est cœlum fidereũ, sive est octaua sphæra secundum Philosophos. cum ergo compertum sit octauam sphæram moueri pluribus motibus, vt patet per Astronomos; cõsequens est, quòd octaua sphæra nõ sit primum mobile. igitur eius nõ erit primus motus, & ideo non est motus ille, super quo fundatur tempus. Dicemus enim, quòd vna sphęra nõ habet, nisi vnum motũ proprium, cum non habeat, nisi vnum motorem. Ex hoc ergo contingit alicui orbi, quòd habeat plures motus, quia habet aliquem orbem superiorem, qui reuoluit eum. & ideo orbes inferiores possunt habere plures motus, quia mouentur motu proprio, & mouentur motu orbis superioris reuoluentis ipsos. sed mobile omnino supremum, cuius motus est motus primus, cũ de se non moueatur, nisi vno motu, cum non habeat, nisi vnum motorem, quod est commune omnibus orbibus: quia omnes orbes, quantum est de se, quilibet eorum habet, nisi vnum motum, & vnum motorem: & cum non habeat aliud mobile superius, quod reuoluat ipsum; consequens est, quòd supremum mobile non moueatur, nisi vno motu: & consequens est, quòd quicquid mouetur pluribus motibus, non sit supremum mobile. omnino ergo concludit, quòd firmamẽtum, siue cœlum fidereum non sit primum mobile, cum compertum sit ipsum moueri pluribus motibus. motus ergo eius non est motus primus, nec est motus ille, super quo fundatur tempus.

Mobile vnũ quo plures motus moueri possit.

Firmamentum, seu fidereum nõ est primum mobile. quia pluribus mõtibus mouetur.

Est ergo alius modus dicendi, quòd tempus illud, quod est quartum coæuum, non fundatur super motum firmamenti, quod factum fuit secũda die: nec est idem, quod tempus, quod est modo: sed est idem, quod Aeuum, ita quòd ista sunt quatuor coæua, tria videlicet prædicta, & Aeuum, quod sumitur pro tempore, & pro quarto coæuo, sed hoc est contra August. loquentem de factione mundi, prout loquũtur alij Sancti, quòd mundus factus est cum tempore, & quòd in eius conditione factus est mutabilis motus: secundum quem videtur se habere ordo ille primorum dicrum: quæ verba habentur ab Aug. 11. de Ciuit. c. 6. loquendo ergo secundum cõem opinionem Sanctorum, cui opinioni alludit August. & conformat se ei in dicto loco; simul cum conditione mundi factus, & conditus est motus mutabilis, vt sexto die perficiantur omnia: & septimo in magno mysterio Dei vocatio commendetur: & ne videatur opinionem suam pertinaciter asserere subdit, quòd cuiusmodi sint illi dies, aut per difficile nobis, aut etiam est impossibile cognoscere. Cùm ergo mundus dicatur factus cum tempore, quia factus est cum motu mutabili, & Aeuũ repugnet motui, vt patet per Diony. 10. de di. no. dicentem, quòd proprietates æui sunt antiquum, & inuariabile, & totum secundum totum metiri, quæ omnia sunt contraria motui, & tempori, vbi semper pars noua succedit veteri, & vbi semper est variatio. quia semper quod est futurum fit præteritum, vbi nunquam totum secundum totum mensuratur. Et si dicatur mẽsurari totum fm totum, hoc erit per partes, vt quia quælibet pars mẽsurat quamlibet partem, ideo ex consequenti totum potest dici mensurare totum. Intentio. n. Dio. est, quod in Aeuo totum mensuret totũ, quia non est successio, quod pars succedat parti, sicut est in tempore. vt si aliquod opus dutat per totam diem, cõsequẽs erit, quod illud opus nõ fiet simul, sed fiet pars post partem, vt in vna parte diei fiat vna

D. Thom. 1. sent. d. 12. q. 1. ar. 3. ad 3.

Aeui proprietas.

pars

pars operis,& in alia pars,& sic successiue in tota die fieri poterit totum opus. Iste ergo modus dicendi,quòd tempus, cum quo factus est mundus, & quòd est vnum de quatuor cœuis, sit æuum,stare non potest.

Est ergo tertius modus dicendi, q huiusmodi tempus,de quo loquimur,non est numerus motus primi mobilis, sed sumitur ibi tempus pro quacunque variatione, ita, q quæcunq; variatio incœpit cum mũdo; Dici poterit, q tale tempus incœpit cum mundo, sed ad esse cœuum,mũdo non sufficit,q incipiat cum mundo, sed debet tãtum durare, quantum durat mõdus,& huiusmodi sunt omnia cœua.nam Cœlum Empyreum, & Angeli incœperunt simul cum mundo, & durabunt etiam vltra,quàm duret mundus. materia illa informis semper erit cum aliqua informitate, licet non cũ tanta,sicut fuit in principio mundi. Tẽpus etiam,quod est quartum cœuũ, cum mundo incœpit, & cum mundo finietur, Apo. 10. quia iurauit Angelus, quòd post finem mundi non erit amplius tempus. sed nulla alia variatio nisi solus motus cœli durabit, quantum durabit mundus,ergo tempus,quod est quartum cœuũ, & quod incœpit cum mundo, & finietur cum mundo,est numerus motus cœlestis,& potissimè primi motus cœlestis siue primi cœli, & motus, T.c. 1. qui est causa omnium aliorum motuum, & per quem sunt,& durant omnes alij motus, qui secũdum Philosophum in principio 7. Physicorum. Est vita in entibus: vnde sicut a corde est vita in omnibus alijs membris,quia per motum cordis mouentur omnia membra; ita & a motu primi mobilis, est quoddam opus vitæ in omnibus alijs mobilibus.quia per illum primum motum mouentur omnia alia mobilia.propter quod positio præfata stare non potest.

D Tho. 2. sentẽ. Est & quartus modus;dicendi, quòd illud tẽpus,quod incœpit cum mundo, est quædam mutatio facta in principio mundi. vt quia mundus post nihil incœpit esse aliquid,sed secundum Augustinum in factione mundi propriè non fuit ibi nec ante,nec post.nam ante,& post sunt differentiæ temporis:sed ante mundum nõ fuit tempus, & per cõsequens, nec differentia temporis. nõ ergo propriè dicitur, quòd res ante fuerunt nihil postea aliquid. Nam cum ante,& post sint differẽtiæ temporis,res non fuerunt ante nihil, quia ante non potuerunt esse,cum non fuerit aliqua differentia temporis: nec post nihil fuerunt res, qa nõ est dare aliquod post, cum nullum fuerit ante,quia nulla fuit differentia temporis,nisi quando incœpit esse creatura, per cuius motus oriretur tempus,& differentiæ temporis. Hæc etiam positio stare non potest, quòd dicatur tempus illa variatio, per quam res sunt productæ ex nihilo, quia illa variatio non fuit motus,cũ nõ fuerit facta in tempore,nec fuerit mutatio,eũ mutatio, Tps quarti cœuum,& qd est nunc idem sunt. sit terminus motus, & variationem illam nullus præcesserit motus. Creatio enim, nec est motus, nec mutatio,quia non est terminus motus. Dicemus ergo,quòd tempus, quod est vnum de quatuor cœuis,& quod incœpit cum mundo, est illud idem, quod est nũc,& durabit vsque in finẽ mundi,motus enim primi mobilis, cuius numerus est tempus, incœpit cum mundo, & durabit vsque in finem mundi.propter quod tempus,qd est numerus illius motus,sic incœpit,& sic durabit vsque in finem mundi. sed in fine mũdi,quia cessabit motus cœli,& Sol,& Luna stabunt in habitaculis suis,q non mouebuntur amplius iuxtà dictum Prophetæ: ideo tunc in fine mundi finietur motus cœlestis,& tempus. Abacuch. 3.

ARTIC. III.

An Primum Mobile ab initio Mũdi moueri cœperit. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 4. Phys. Lect. 22. vbi declaratur quomodo substãtia primi Mob. diuersa ratione Mobile sit,& Instans.

QUERITUR: Vtrum primum mobile incœpit statim moueri in ipsa factione mundi, vt sicut incœpit tempus in primo instanti, in quo factus fuit mũdus: ita incœpit motus, qui est primus simul cum ipso tempore. Et vtrum iste modus ponendi cõcordet Scripturæ sacræ,& rationi. Et videtur, q non concordet Scripturæ sacræ,secundum q iacet in littera. In illo enim primo instanti,in quo incœpit mundus, non erat distinctum primum mobile ab alijs mobilibus. ergo non poterat habere se per modum distinctum ab alijs mobilibus.

Præterea non solum ex parte mobilium, sed etiam ex parte motorum videtur hoc nõ potuisse fieri. Nam in ipso primo instanti creationis mundi non erant Angeli boni distincti à malis. cum ergo motores apptopriati cœlorum sint Angeli boni confirmati in gratia, quia hoc non fuit in primo instanti creationis mundi, non potuit tunc primum mobile moueri, quia nullũ habebat motorem appropriatum.

IN CONTRARIVM est,quod dicebat in principali quæstione, q primus motus,& tempus incœperuot cum modo simol.

RESOLVTIO.

Motus primus primi mobilis, & tempus, simul incœperunt.

RESPONDEO dicendum, q omino rationabile est dicere,quòd primus motus,& tempus incœperunt simul cum mundo: ita, quòd in illo instanti,in quo factus fuit mundus,incœpit primus

mus motus,& tẽpus. In illo enim instanti, sicut nihil fuit de tempore, sed solum initium temporis: sic nihil fuit de motu, sed solum initium motus: & hoc non obstante, dicete possumus, q̃ tẽpus, & motus incœperunt simul cum mundo, quia tempus, & instans, non est plus, quàm tempus tantum: sicut linea, & punctus non est plus, quàm linea tantum. nam si sint duæ lineæ æquales, & una diuidatur in multas partes, alia remanẽte idiuisa, & coaptetur: linea sic diuisa sup linea continua tantum erit sicut alia: plura tamen erãt puncta in actu in linea diuisa, quàm in continua. nam cum linea continuetur per puncta in potentia, si diuidatur huiusmodi linea, vnus punctus in potentia fiet duo puncta in actu, non tamen propter huiusmodi applicationem punctorum linea diuisa erit maior ipsa continua. quia punctus in nullo augmentat lineam, nec superficies in nullo augmẽtat corpus. quia, vt dicebamus supra, superficies vltima corporis continentis est locus corporis contenti: & si recederet locatum, cũ huiusmodi superficie, vel cum suo loco; non esset maius seipso sine huiusmodi loco. quod totum contingit ex eodem, quia punctus non augmentat lineam, & superficies non augmentat corpus: sic nec instans augmentat tempus, quia non plus est instans, & tempus, quàm tempus tãtum. Hæc autem diximus, ad quietandum intellectum, quia si in illo instanti, in quo factus fuit motus, nihil fuit de motu, nihil fuit de tempore; cogitaret forte aliquis, q̃ non simul cum mundo incœpissent motus. & tempus, ideo diximus, quòd tẽpus, & instans non est plus, quàm tempus. Quare posuimus exẽplum de duabus lineis æqualibus, posita una super aliam, quo posito cogemur dicere, quòd in ipsa diuisione in linea continua vnus punctus in potentia respondebit duobus pũctis in actu: & si volumus vnũ adaptare ad aliud, oportebit dicere, quòd in linea continua pars lineæ cum puncto in potentia respondebit in linea diuisa parti lineæ cum puncto in actu. & quia in continuo non est nisi vnus punctus in potentia, vbi in re diuisa sunt duo in actu; Cogemur ponere, quòd alij parti lineæ diuisæ cum puncto in actu respondeat in continuo sola linea sine omni puncto. quod non esset si punctus augmentaret lineam, vel si instans augmentaret tempus.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, q̃ in illo instanti, in quo factus fuit mundus, primum mobile incepit rotari, & moueri. Quo posito, substantia primi mobilis fuit quid mobile respectu motus: & fuit instans respectu temporis: & vt mobile currens fecit motum, ita instans currens fecit tempus: & quia in illo instanti, in quo factus fuit mũdus, fuit factum primum mobile; licet non appareat distinctum ab alijs, in illo etiam instanti incepit primus motus, & tempus, quæ sunt vna res, aliter, & aliter considerata: sicut vna, & eadem substantia primi mobilis, est mobile, & instans aliter, & aliter accepta.

Hæc quidem positio concordat Scripturæ sacræ: verbis Sanctorum: & rationi. Scripturæ quidem sacræ, quòd ante, quàm fiat mentio de tẽporibus, & da diebus in illo instãti, in quo Deus creauit Cœlum, & terram; dicitur, quòd Spiritus Domini ferebatur super aquas, quod non verificatur in se, quòd ipse spiritus ferretur, sed in suo effectu. quia ipsæ aquæ, quæ erant ibi, ferebatur, & mouebantur, & circulariter rotabantur. Imaginabimur ergo, quòd sicut modo primum mobile monetur, & secum circumuoluit omnes sphæras cœlestes, & sphæram ignis, & sphæram aeris, excepto aere, qui clauditur inter montes terræ. qui propter dictos montes impeditur, vt non circumuoluatur, & roteur, vt declarari habet in libro elementorum, si dicemus, & tunc, quòd statim facto mundo, tota huiusmodi materia incœpit volui, & rotari, & tota vocata est aqua. quia sicut aquæ sunt labiles, ita tota ista materia erat mobilis, & labilis, & super huiusmodi aquas ferebatur spiritus Domini, quia faciebat istas aquas ferri, & moueri.

Si ergo quæratur, cuius erat iste motus: dicemus, quòd erat proprius primi mobilis, sed erat aliorum tanquam circumuolutorum per primũ mobile: Dices vlterius, quòd primum mobile non erat tunc distinctum ab alijs. Respondebimus, quòd sic accidebat tunc de huiusmodi motu respectu primi mobilis, & aliorum mobilium, sicut accideret nunc de caneeunte cum duobus hominibus. Quandiu enim illi duo homines irent simul; nescitetur, cuius esset ille canis: sed quando diuideret se, statim sciretur, cuius esset. quia canis remaneret cum suo Domino: sic & in proposito: quando totum sic confusum, & aliqualiter indistinctum ab ipso principio, incœpit volui ab oriente in occidens, nesciebatur vtrum ille motus esset proprius toti illi materiæ sic motæ, vel esset proprius alicui parti. sed statim cum fuit factum firmamentum, ille motus remansit proprius primo mobili, vel remansit proprius aquis illis, quæ sunt inper firmamentum, idest, cœlum aqueum, quod est primum mobile, Firmamentum vero, quod est cœlum sidereum, cum incœpit habere alium motum contrarium ei, qui est ab oriente in occidens, apparuit, quòd ille motus primus primi mobilis proprius erat, non autem erat proprius firmamenti, nec aliorum mobilium: sed erraticorum, tãquam circumuolutorum per primum mobile. Sicut ergo canis pergens cum duobus est Domini sui, & non alterius, licet non appareat ante, quàm se diuidant: sic ille motus, qui incœpit cum mundo, erat proprius primo mobili: licet non appareret ante, quàm diuideretur firmamentum ab ipso, & haberet motum contrarium huic motui, qui fuit secunda die.

Ista positio concordat verbis Sanctorum. Sic enim, vt supra dicebatur, dicit Augustinus quòd cum tempore est factus mundus: & quòd in conditio-

ne

ne eius.i. quando conditus fuit mundus: factus est motus mutabilis. quod non potest intelligi, nisi de primo motu. Ista etiam positio concordat rationi, quia sic ponendo non æquinocatur in tempore, sed est illud idem tempus, quod fuit prius. nec dicamus quid importetur nomine tẽporis, vt quidam dixerunt, quòd nomine temporis importatur ęuum: vel, vt quidam dixerũt, quòd nomine temporis non importatur numerus primi motus, sed aliqua alia varietio: vel, vt in scriptis communibus inuenitur, quòd nomine temporis importatur illa nouitas, secuodum quam res post nihil inceperunt esse aliquid: non ergo oportet recurrere ad tot inuolutiooes: ad quot existimationes capiẽ: quia, vt patet per habita, saluare possumus Scripturam sacrã, & verba Sanctorum, quòd simul cum mundo incępit primus motus, qui est proprius primi mobilis. & incępit tempus proprię sumptũ, quod est numerus primi motus.

Ex hac autem positione vitamus multa inconuenientia. Vt non ponamus aliquem alium motum præcedere primum motum: nec ponamus aliquem alium motum non causatum per primũ motum. Sed dices: Cum tempus, & motus inceperint cum mundo: quare nõ ponuntur quinq; coęua: videlicet præfata tria, & tempus, & motus? Dicemus, quòd tempus, vel est idem cum motu, vel addit aliquid supra motum tanquàm aliud coęuum. prout verò includit, & addit supra motum: ne non oportebat etiam hoc ponere, quia ponendo hoc modo tempus, ponimus & motum: cum tempus sit numerus motus, & addit supra motum numerationẽ, & ex hoc includit in se motum.

Resp. ad arg. art. iii.

ARGVMENTA autem in contrariũ non est difficile soluere. Nam cum dicitur, quòd primum mobile à principio erat indistinctum ab alijs. Dicemus, quòd, vt patet per habita, illa indistinctio non faciebat, quòd motus, qui incępit cum mundo, non esset proprius primi mobilis: sed faciebat latere cuius erat proprius ille motus. quia si non fuissemus tunc facti in principio mundi: motus, qui fuit factus tũc, habuisset mobile proprium, sed latuisset nos, quod suisset illud suum mobile proprium: sicut canis pergens cum duobus habet suum dominum proprium: licèt lateat alios, quis sit eius dominus proprius.

Exemplum de cane pulchrum.

Ad secundum dicendum, quòd certum est, quòd ille motus, qui incępit cum mundo, non fuit factus per Angelos, nec per motores appropriatos, sed per spiritum Domini, qui ferebatur super aquas. Dicemus enim, quòd sicut in alijs, vt in productione animalium, quæ nascuntur per propagationem, siue per generationem prima animalia fuerunt immediatè producta à Deo, quia primus equus, & prima equa non nisi à Deo fieri potuerunt: vnde talia fuerunt à Deo inchoata, sed postea fuerunt per secunda agentia continuata. sic motus, qui incępit cum mundo, fuit à Deo inchoatus, sed postea per secunda agentia, ideſt per Angelos siue per motores appropriatos fuit continuatus. Si enim ante, quàm peccassent Angeli, fuissẽt aliqui deputati ad mouendum orbes, & ad regendum vniuersum, illi fuissent certi de sua beatitudine, & alij sine culpa fuissent dubij. quod fuisset inconueniens. Primo ergo fuit diuisa lux à tenebris, & fuerunt aliqui Angeli auersi, & facti tenebræ: & aliqui alij conuersi, & facti lux: & postea de illis, qui erant facti lux, fuerunt aliqui deputati ad regimen vniuersi, & ad mouendum cœlos, sicut diuinæ placuit voluntati, & hoc tunc, quãdo dictæ voluntati placuit.

Motus primus nõ ab Angelis, sed a Deo.

Aduertendum autem, quod diximus, quòd prima animalia, quæ fiunt per generatiooem, & propagationem fuerunt immediatè facta à Deo, quia ea, quæ fiunt per putrefactionem, etiam prima potuerunt per alia agentia fieri.

Restat ergo soluere argumenta Articuli secundi.

Resp. ad arg. art. iv.

AD primum ergo cum dicitur, quòd primum mobile tunc nõ erat distinctum ab alijs mobilibus: patet responsio per prædicta, quia illa indistinctio faciebat solum ad latentiam, non ad non existentiam. non enim faciebat, quòd motus ille, qui incępit cum mundo, non esset proprius primi mobilis, sed solum hoc agebat, quòd lateret: vel, quòd non sic clare appareret, quòd esset eius proprius.

Ad secundum dicendum, quòd accidit tempori, quòd diuidatur per diem, & noctem. tempus enim per se comparatur ad motum: ita, quòd non potest esse motus sine tempore: nec tempus sine motu: loquendo de tempore prout est quid reale: vel loquendo de tempore non prout numerat, sed prout est aptum natum numerare motum, vel esse numerus motus. nam illa est diffinitio temporis, quòd est numerus motus. Diffiniciones autem magis accipimus secundum apparentiam, quàm secundum actum, vt si diffiniatur homo, quòd est animal gressibile, bipes, si curreret, qui est bipes: non propter hoc perderet diffinitionem illam secundum Porphyrium, quia id, ad quod aptum natum est semper, dicetur. sic & tempus, & si non sit anima hominis, nec anima cœli, quę numeret: semper de se est tempus natum, vt sit numerus motus. Per se ergo tempus comparatur ad motum. quòd autem distinguatur per diem, & noctem, accidit tempori.

Ad tertium dicendum, q̃ in creatione mun-

di secundum Aug. Scriptura sacra tacet de temporibus: silet de diebus, & ex hoc datur intelligi, quòd mundus fuit factus ante omnia tempora, & ante omnes dies; Dici debet, quòd illud ante non excludit simul. Sic enim fuit factio mundi ante omne tempus, quòd etiam fuit simul cum tempore. fuit namque factio mundi ante omne tempus, quia fuit factus in instanti, quod fuit initium temporis: &, vt patet, sicut punctus est principium lineæ, quod est simul cum linea, quod in nullo augmentat lineam: sic illud instans, in quo fuit factus mundus, fuit initium temporis, quod potest dici simul cum tempore, quia in nullo augmentabat tempus.

Ad quartum dicendum, quòd tempus, simpliciter loquendo, nó incepit quarta dic, sed incepit cum prima factione mundi. sunt tamen quædam distinctiones temporum: prout nos distinguimus tempora dividendo diem à nocte, & dividendo tempus in signa, tempora, annos, & dies, quæ omnia sumuntur secundum motũ Solis, vt infra patebit. Tempus ergo per se cõparatur ad motum primi mobilis, qui incepit simul cum mundo: sed per comparationem ad nos, qui per motum Solis dividimus diem à nocte, & accipimus 12. menses iuxta 12. signa, & distinguimus diuersa tempora in eodem anno, & computamus vnum annum post alium: accipienda sunt illa verba Gen. 9. facta sunt luminaria cœli, vt possemus per ea, ista distinguere. sed de his omnibus forte plenius infra tractabitur.

Ad quintum cum dicitur, quòd tempus non est, quia partes eius non sunt: & quod non est, fieri non potest. Dici debet, quòd istud argumentum non arguit tempus non esse, sed petit sibi quandam difficultatem solui: videlicet cũ præteritum, & futurum, quæ sunt partes temporis, non sint, quia præteritum iam non est: futurum nondum est: videtur ergo ex hoc, quòd & ipsum tempus non sit. Respondeti potest per differentiam permanentium, & successiuorum. nam esse permanentium est in simultate partiũ. nam tunc sunt permanentia, quando partes eorum sunt simul. vt tunc est domus, quæ est de genere permanentium: quando sunt simul, & sunt coniunctæ, & sunt perfectæ omnes partes domus: sed successiua habent esse non in simultate, sed in ordine partium: & tunc est motus, quando vna pars motus ordinatur ad aliã partem: & tunc est tempus, quando vna pars temporis ordinatur ad aliam partem. Ordo autem motus conseruatur in mobili, vt quandiu fluit mobile, per cuius fluxum motus factus ordinatur ad fiendum, & continuatur ad ipsum, tam diu durat motus. sic in ipso instanti reseruatur ordo temporis, & sicut ex fluxu mobilis causatur motus, sic ex fluxu instantis causatur tempus. mobile namque fluens causat motum, & instans siue nunc currens causat tempus; & sic

A per mobile fluens ordinatur motus factus ad fiendum, & continuatur ad ipsum. sicut ergo sufficit ad hoc, quòd sit motus, quòd sit mobile fluens ita sufficit ad hoc, quòd sit tempus, quòd sit instans currens. Ex hoc autem patet mirabilis differentia permanentium ad successiua, vt permanentia incipiunt esse, cum facta sunt: vt tunc incipit esse domus, cum facta est tota domus, & completæ sunt omnes partes domus. sed successiua e contrario non incipiunt esse, cum completa sunt, sed tũc desinunt esse cum perfecta sunt, vt quando completus est motus, & peractę sunt omnes partes motus, tunc desinit esse dies. & quando completus est annus, & peractę sunt omnes partes anni: tunc desiuit esse ille annus. Vnde Aug. dans differentiam inter annos Dei, qui semper stant, & annos nostros qui semper transeunt: per consequens dat differentiam inter æternitatem, quæ est anni Dei: & tempus, quod est anni nostri. 11. Confes. dicit: Isti autem anni nostri omnes erunt, cum omnes non erunt, ideſt cum sancti erunt, nulli erunt, tunc enim homo complebit annos suos, cum mortuos erit, & non habebit aliquid vltetius de annis suis.

Anni Dei, & horũ, qd differant.

Ad sextum dicendum, cum dicitur, quòd de tempore non est nisi præsens, & illud præsens nõ est nisi instans, & instans non est tempus. ergo nihil est de tempore, & nihil est tempus; Dici debet, quòd quàmuis instans non sit tempus; est tamen ordo temporis, vel est illud, in quo reseruatur ordo temporis. & quia successiuorum esse, vt diximus, est in ordine partium: sufficit ad esse temporis, quòd sit instans fluens, in quo reseruatur ordo temporis, vt ordo tẽporis, ideſt ordo præteriti ad futurũ, & per cuius fluxum cõtinuatur præteritum eum futuro.

Argumenta autẽ in contrarium gratia conclusionis concedantur.

ARTIC. IIII.

An opus creationis fuerit in tempore factum. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 1. p. Hen. cap. 21. D. Th. 1. p. q. 46. ar. 3. Et Quol. 3. ar. 1. Item Opusc. 9. q. 100.

QVARTO quæritur de opere creationis per comparationem ad tempus. Vtrum illud opus fuerit factum in tempore, & quomodo se habuerit ad ipsum. Videtur autem, quòd illud opus non fuerit factum in tempore, quia, vt patet per habita, factum fuit ante omne tempus:

pus: ergo nullo modo fuit factum in tempore. Dato ergo, quòd possemus aliqualiter concedere, quòd opus creationis fuerit factum cum tempore, & quòd tempus fuerit coęnum ei, vt patet ex qnæstione præcedenti: nullo tamen modo, vt videtur, possumus concedere, quòd fuerit factū in tempore.

Lib. 4 Phys. tex. c. 117. Continuū à tpe, quid.

Prætereà, secundum Philosophum: Illud sit in tempore, quod continetur à tempore, & illud continetur à tempore, quod præcedit, & sequitur tempus. hoc ergo posito, quòd tempus præcessisset opus creationis. sed ante tempus creationis non fuit aliqua creatura: fuisset ergo tempus ante omnem creaturam, & per consequens tempus nō esset creatura, quia fuisset ante seipsum: & quod magis inconueniens est, cum tempus sit accidens: fuisset accidens ante subiectum. Et qđ vlterius inconueniens est: cum tempus sit de genere successiuorum: esset successiuum absq; eo, quòd aliquid succederet: vel, quod idem est: esset motus absque eo, quòd aliquid moueretur.

Lib. 4 Phys. tex. c. 117.

Prætereà secundum eundem Philosophū omnia, quæ sunt in tempore, patiuntur aliquid à tēpore, quia tabescunt, vel senescunt in tempore. si ergo opus creationis fuisset factum in tempore: fuisset aliquid à tempore passum, & haberet aliquem ordinem ad tempus: tanquàm ad id, qđ aliquid fecisset in eo, sed opus creationis est effectus solius Dei, & nihil aliud est, quod aliquid efficiat in ipso, & non habet ordinem nisi ad solum Deum: quare tale opus in tempore fieri non potest.

Esse in, & cum temp. quid.

Lib. 4 Phys. t. c. 116.

Prætereà, secundum eundem Philosophum. Sicut non idem est esse in loco, & esse cum loco, sic non est idem esse cum tempore, & esse in tempore. Nam si quicquid est cum loco esset in loco, quodliber esset in quoliber, & cœlum esset in grano milij. Nam cum granum milij possit esse locus alicuius, & cum cœlum sit quando est granum milij, siue quando est huiusmodi locus, si idem esset esse cum loco, & esse in loco: cœlum esset in grano milij. dato ergo, quòd mundus sit factus cum tempore: non oportet, quòd sit factus in tempore.

Prætereà hoc idem patet non solum prout tēpus comparatur ad locum, sed etiam prout comparatur ad motum, vt patet ex eodem Philosopho in 4. quia non est idem esse cum motu, & esse in motu: omnis enim sunt cum motu. Ipse enim Deus est cum motu, quia est quando est motus: non propter hoc est in motu, nec est quid mobile: ergo à simili: ea, quæ sunt cum tempore, vel quæ sunt facta cum tempore, non oporset, quòd sint in tempore.

Tex. c. 116.

In contrarium est, quia omne temporale est in tempore: omnis creatura est qđ temporale: ergo omnis creatura est in tempore, & facta in tempore.

Prætereà, secundum Augustinum 5. de Trin. omnis mutatio nonnulla mors est. cum ergo solus Deus habeat immortalitatem secundum Apostolum: omnis alia creatura est aliquo modo mutabilis præter Deum. sed omne mutabile mensuratur tempore, & est in tempore, & est factum cum tempore. ergo omnis creatura mensuratur tempore, est in tempore, & est facta cum tempore.

Mutatio eis mors quædam.

RESOLVTIO.

Opus creationis rerum in tempore factum fuit, secundum se: sed ad errores remouendos, cum tempore. Idq; ex sacrosancta Scriptura constat. Nec tamen cogitandum est, Deum ab æterno Mundum facere non potuisse, vt Theologis placet, quamuis motum ab æterno fuisse, rationes vllæ necessariò non concludant.

RESPONDEO dicendum, quòd mensura certificat nos de mensuratis, & certificari non possumus de rebus: nisi, secundum quòd sunt in actu. quia actus est, qui distinguit, & ex hoc actus, qui nobis res notificat, & qui de rebus nos certificat, & cum non sint nisi duo actus in rebus: vel est motus, qui est actus entis in potentia: prout est in potentia, vel est actio mobilis, vt est mobilis, vt patet ex libro Physicorum, & esse quid est actus entis in actu, vt est in actu non erunt nisi duæ mensuræ: in entibus vna, quæ mensurabit motum, & hoc est tempus: & alia, quæ mensurabit esse, & hoc est æternitas sine çnum. vnde Dion. 10. de divin. nom. ait, quòd scriptura Sacra vocat tempus, quod est in generatione, & corruptione, & variatione. i. quòd mensurat motum, & vocat æuum. quod magis propriè mensurat existentia. Vnde ait, quòd propriè existentia æuo, supple mensurantur, & quæ sunt in generatione, idest in motu mensurantur tempore. Hoc idem dixit Proclus in de elementatione Theologica, propositione 54. Q omnis æternitas mensura est æternorum, & omne tempus temporalium, & hæ duæ mensuræ sunt solum in entibus vitæ, & motus. Concordat ergo Proclus cum Dionysio, quòd non sunt nisi duæ mensuræ in entibus: æternitas, & tempus. Aeternitas enim mensurat vitam, Idest mensurat vinere: vel, quod idem est, mensurat esse, quia vinere viuentibus est esse secundum Philosophum, & tempus mensurat motum. cum ergo non sint nisi duo actus: motus, qui est actus entis in potentia, vt est in potentia: & esse, quod est actus entis in actu, vt est in actu: non erunt nisi duæ mensuræ in entibus t videlicet tempus, quod mensurat motum, vel mensurat actum entis in potentia, vt est quid tale, & æternitas, quæ mensurat esse, vel mensurat actum entis in actu, vt est in actu. Hoc idem concordat cum verbis Philosophi, qui vult, quòd actus, & potentia sufficienter diuidant ens. vel ergo mensurabit ens in potentia, secundum quòd huiusmodi, & tunc mensura illa

Lib. 7 Met. t. c. 49. Vide Theore. 2. Zimar. qui hic propositionē declarat. Sine th expositio damnatur, ab Archangelo in Tractatu de principio individuationis.

Lib. 12. c. 9.

Arist. 2. de anim. c. 37.

Lib. 3. Phys. 2 c. 9. lib 5. Met. 2. c. 14.

erit tempus, vel mensurabit ens in actu, secundum quòd huiusmodi, & tunc mensura illa erit æternitas, siue æuum.

Mesure duę non omnia eodē modo recipiūt supra d 2 q. 1. art. 4. & de mens. Aug. q. 1.

Adnetendum tamen, quòd licèt non sint nisi duæ mensuræ in entibus: tempus, & æuum: tamen non omnia eodem modo istas duas mensuras participant, vel ad istas duas mensuras æqualiter se habent. quia quædam sunt æterna simpliciter: quædam quantum ad aliquid sunt temporalia, & quantum ad aliquid æterna. Vnde Proclus de elementatione Theologica ait: Omne, quod hac quidem æternale: hac autem temporale est ens, & generatio simul, idest omne tale quantum ad aliquid est æteruum, & mensurator æternitate, & quantū ad aliquid est generabile, idest temporale, & mensuratur tempore. Si verò aliquis dubitaret, & non crederet dictis nostris, quòd non sunt, nisi duæ mensuræ in entibus: æternitas, & tempus: patefaciemus propositum nostrum dicentes, quòd omnis mēsura habet sunm nunc: vel ergo illud nunc est stans, & tunc facit æternitatem, vel non est stans, sed fluens, & currens, & tunc facit tempus, iuxta illud Boetij: Nunc currens facit tempus, nunc stans facit æteruitatem. Itaque cum non sit dare medium inter stans, & non stans; non est dare tertiam mensuram aliam à tempore, & æternitate. His duobus declaratis: videlicet, quòd non sunt: nisi duæ mensuræ in entibus: tempus, & æternitas: & quòd his duabus mensuris non omnia pariter mensurantur, quia aliqua mensurantur simpliciter æternitate, & huiusmodi est solus Deus: aliqua simpliciter tempore, vi generabilia, & corruptibilia: aliqua mensurantur vtroque, & sunt ens, & generatio simul: statim patet solutio ad quæsita. quia cum solus Deus sit simpliciter æternus, & omnis creatura sit aliquo modo temporalis, & omne temporale sit factum in tempore: consequens est, quòd totus mundus sit factus in tempore. Sed huic veritati dicta Augustini 11. de Ciuitate Dei, obuiare videntur dicentis non esse mundum in tempore, sed cum tempore. quare, vt pateat quomodo veritatem habeat sentētia Augustini, & quomodo, quod diximus; narrabimus conditiones æternitatis: per cuius oppositum (umantur conditiones temporis: ex quibus apparere poterit quomodo mundus sit factus in tempore, & quomodo cum tempore, vel quomodo mensuretur tempore. Propter quod sciendum, quòd Dion. 10. de diui. nom. narrat tres proprietates æui, idest, æternitatis dicens, quòd proprietas æui est antiquum inuariabile, & totū secundom tōtum metiri, & per oppositum proprietates temporis erūt nouum variabile, & partem secundum partem metiri.

Tomo 5. cap. 6. & 7.

Æui, siue æternitatis tres conditiones. idē supra d. 2. q. 2. ar 4.

Ex his apparere potest, quòd licèt nihil sit simpliciter æternum, nisi Deus, & licèt æternitas dicatur mensurare esse, & tempos motum: tamen motus, qui per se respicit tempus, sequendo viam Philosophorum potest dici æternus, & potest mensurari æteroitate. quia potest aliquid participare de æteroitate, & ipsum esse, quod per se dicitur respicere æternitatem potest mensurari tempore, quia esse omnium generabiliū, & corruptibilium mensuratur tempore, & est quid temporale. motus autem cœli secundum Philosophos est æternus, & mensuratur æternitate: & si dicatur, opinionem Philosophorum falsam esse, quia cœlum factum est à Deo, & motus eius inceptt in tempore: dicemus, sic esse secundum veritatem: dicente hoc Scriptura sacra, cuius est maior auctoritas, quàm totius humani ingenij perspicacitas. sed licèt sic fuerit in veritate, quòd motos cœli inceptt in tempore, vel com tempore: inter Theologos tamen est opinio, quòd Deus ipsum potuit facere ab æterno. Nos autem oonquam vidimus aliquod argomentum: quod de oecessitate cogeret, quòd motus non potuerit esse ab æterno. Non videtur enim contra rationem causati, quòd effectus sit coęuus suæ causæ: & si causa est æterna, quòd causatum non possit esse æternum, iuxta illud Auguſt. Si ab æterno fuisset pes in puluere: ab æterno fuisset vestigium pedis in puluere, quod factum à pede nemo dubitaret. Dimissa tamen opinione Philosophorum adhærendo Scripturę sacræ: dicemus * aliqua creata æterna, quia ignis inferni dicitur æternus, iuxta illud: Ite maledicti in ignem æteroum. & sicut ignis damnatorū dicitur æternus: ita vermis eorum, idest remorsus conscientiæ poterit dici æternus, iusta illud Esa. Ignis eorum non exstinguetur, & vermis eorum non morietur. Portę etiam inferni dicuntur æternales, iuxta illod: Eleuamini portę æternales. Vita etiam Beatorom dicitur æterna, quia non finietur. Et mors damnatorum dicitur æterna, quia non motietur. possuot ergo aliquæ creaturæ dici æternæ, quia participant aliquid de conditionibus æternitatis, & ista est sententia Diony. lib. & cap. prælegatis.

Auctoritas sacræ Scripturæ quanta sit. idem supra in Prologo & d. 12. q 1. a. 1.

Exemplum de pede in puluere. idē supra d. 2. q. 1. ar 5.

* Creaturæ, quæ sūt æternæ.

Esa 66.

Psal. 91.

Redeamos ergo ad propositum, & dicamus, quòd æternitas mensurat esse non quodcunque, sed esse, qđ est nō existēter. Si ergo sit esse nō existeoter, i. non stabiliter, cuiusmodi est generatio num: non mensurabitur æternitate, sed tempore, cum tale esse sit quid mobile, vel mutabile. Inquātū ergo aliquid participat esse existēter: in tantum mensuratur æteroitate: & ioquantū deficit: in tantum deficit ab æternitate. & quia solus Deus simpliciter, & per omnem modum habet esse existēter, solus Deus mēsuratur æternitate simpliciter; & quia nostrum esse ad diuinum esse comparatum, magis est nō esse, quàm esse, iuxta illud Esa. Omnes gentes coram eo existimatę sunt, quasi non sint, sicut omnia defectiuni ab æteroitate. Et si dicatur aliqua mensurari æternitate: hoc non erit æternitate simpliciter, sed participaliter. Sicut ergo esse potest participare conditiones temporis, & mensurari tempore, sic motus, vel aliquæ creaturæ mobiles, & variabiles possunt participare aliquas conditiones æternitatis, & possunt dici æternæ.

Esa 40.

Ad

Ad plenam autem cognitionem quæſiti dicemus, quòd mundus poteſt nominare omnem creaturam. Cum ergo multæ creaturæ participent aliquas conditiones æternitatis, quod patet in Angelis, qui ſecundum ſubſtantiam non menſurantur tempore, ſed æuo: ipſi etiam cœli quãtum ad ſubſtantiam non menſurantur tempore, ſed æuo, ideſt æternitate participata. Inde eſt ergo, quòd mundus, ideſt omnis creatura non incepit in tempore. quia ipſi cœli, & ipſa quiterna etiam participant conditiones æternitatis incæperunt cum tempore, dici poteſt, quòd totus mũdus quantum ad omnes ſui partes nullo modo fuit ante tempus, ſed vel fuit poſt tempus, vel incepit eſſe cum tempore. patet ergo verba Auguſt. vera eſſe quantum ad totum mundum, & ſecundum omnes ſui partes ipſum non incepiſſe in tempore, ſed cum tempore.

Poſſumus autem & aliter ſaluare verba Aug. quia etiam quantum ad illas partes mundi, quæ menſurantur tempore, poteſt dici mundus non factus in tempore, quia non participant omnes conditiones eorum, quæ ſunt facta in tempore. Eſt enim vna conditio temporis, vt aliquid dicatur in tempore, quia aliquid patitur à tempore, i. à motu cœli, in quo habet eſſe tempus. Cum ergo omne, quod patitur à tempore: dicatur eſſe in tẽpore: mundus, quia ſtatim factus incepit pati à tempore: poteſt dici factus in tempore. Alio modo poteſt aliquid dici factum in tempore, vel incepiſſe eſſe in tempore. ſ. quia in ipſo primordio continebatur à tempore, & tempus præcedebat ipſum. hoc modo mundus non eſt factus in tempore, quia tempus non præceſſit factionem mundi. ſed mundus eſt factus cum tempore, quia ſimul cum factione mundi incepit tempus. propter quod patet, quomodo mundus eſt factus in tempore: prout eſſe in tempore eſt pati à tempore: & quomodo mundus eſt factus cũ tempore, ſed non in tempore, prout eſſe in tẽpore eſt contineri à tempore, & eſt incipere poſt tempus. Sed quæres quod nã iſtorum eſt magis aſſerendum, & quod iſtorum eſt verius dictum.

Ad quod dici poteſt, quòd aliquid aliquando eſt magis aſſerendum, ſecundum ſe: aliquid eſt magis aſſerendum ad remouendum errores. Sic etiã aliquid poteſt eſſe verius dictum, ſecundum ſe: aliquid autem inquantum per illud dictum verius, vel magis, vel clarius remouentur errores. ſecundum ſe quidem magis videtur eſſe in tempore, quia eſt quid temporale, & patitur à tempore, ideſt à motu, in quo eſt tempus: vt vlna dicetur menſura panni, quia menſurat pannum: dato, quòd ſimul fuerit facta cum panno, & non præceſſit pannum. ſic tempus dicetur menſura temporalium, & temporalia dicuntur eſſe in tempore, quia menſurantur à tempore, & quia patiuntur, ſenescunt, tabeſcunt, & alterantur à tempore. Quando autem fuerit tempus ante iſtud temporale: non eſt ad propoſitum, quia tempus, quod fuit ante, non alterauit ipſum, vt ipſum eſt: ſed tempus, quod incepit cum ipſo:

In tempore eſſe quot modis.

Contineri à tẽpore qd.

Dubitatio.

Solutio.

Mundus verius in tpe, quàm cum tempore ſecundum ſe.

A incepit alterare ipſum, quia per ſe loquendo ſecundum Philoſophum in 4. Nihil nouum, neq; bonum fit in tempore. Tempus enim quantum eſt de ſe ſemper inueteraret, & ſemper deterioraret. ſi autem innouat, & meliorat: hoc eſt per accidens: inquantum inueterando, & deterioraudo corrumpit, & corrumpendo per ſe, per accidens generat. quia nunquam aliquid corrumpitur niſi aliud generetur, & generando innouat, & multoties meliorat. quia aliquando generatum eſt melius corrupto: aliquando autem econtrario, quia corruptum fuit melius generato. Sed ſi loquamur, quod eſt magis aſſerendum quantum ad remotionem errorum: vel ſi quæratur, per quid magis, & verius remouentur errores; Dicemus per dictum Auguſt. quia cum homines, vt plurimum, ſequantur Philoſophos; qui, vt plurimum, rationibus ſenſibilibus ſunt locuti, & maximè Ariſto. quem alij poſtetiores ſunt ſecuti, qui poſuit mundum æternum. qui error ſtatim eliditur per dictum Auguſt. quòd mundus fuit factus cum tempore, vel fuit factus in principio temporis, & quòd non fuit tempus ante illud inſtans, cum quo factus eſt mundus. nam antequm ſit differẽtia temporis, & nulla fuit differentia temporis ante factionem mundi: nihil fuit ante mundum .i. nulla differentia temporis præceſſit mundum. Et ſi dicas, quòd Deus fuit ante mundum: illud ante non dicit exiſtentiam temporis, ſed dicit ſolam æternitatem, quia Deus non præceſſit mundum tempore, ſed æternitate. & iſta eſt intentio Auguſt. & ibi in de Ciui. Dei, & in alijs libris, vbi loquitur de iſta materia.

Tex. c. 117.

Mundus verius dẽ cum tpe factꝰ ad tollendos errores.

B

C

Ante mundũ, nõ dicit tempus, ſed æternitatẽ.

Tomo 5.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd quantumcunque tempus fuerit coæuum mundo, & ex hoc poſſet dici factus cum tempore: poteſt tamen dici factus in tempore: prout factus eſt quid temporale, & in ſua factione incepit pati à tempore, & eſſe quid temporale.

Ad ſecundum dicendum, quòd dictum eſt ſecundum opinionem Philoſophi, quòd quicquid patitur à tempore præceditur à tempore, & per conſequens continetur à tempore. ſed ſi potuiſſet videre Philoſophus, quòd aliquid poſſet patiri à tempore, quod non præcederetur à tempore, non diciſſet, quòd omne tempotale contineretur à tempore, cum concedat, quòd omne, quod patitur à tempore, ſit temporale, & ſit in tempore. Voluit enim Philoſophus, quòd non eſſet dare aliquod inſtans, quod eſſet initium futuri, & non eſſet finis præteriti, etiam ſecundum veritatem. non ſolum ſecundum imaginationem, ſecundum quẽ modum omnia quæcunq; fiunt, & facta ſunt præceſſit tempus, ſecũdũ veritatem, q illud inſtans, in quo facta fuerunt, fuit finis ꝑteriti, & inde eſt, q quicquid fit: fit in tẽpore, & omne factũ præceſſit tempus. Diceret enim Philoſophus, cœlum non eſſe factum, ſed eſſe æternum, & per hoc patet ſolutio. Ad alia autem, quæ addebantur, quia

Tẽporalia non omnia cõtinentur à tempore.

Inſtans oĩ apud Philoſophum eſt futuri initium. & præteriti finis.

secundom Philosophum non omnia sunt facta, sed multa sunt coęterna Deo. secundum veritatẽ autem tẽpus non præcessit omnia facta, nisi forte loquamur de tempore imaginato: nõ de tempore secundum veritatem.

Ad tertium dicendum, quòd illa factio fuit in instanti temporis, iuxta illud t In principio creauit Deus, idest in principio temporis secundum vnum modum exponendi Augost. Dicemus ergo, ꝙ illa factio, qua fecit Deus primores, aut refertur ad Deum: aut ad res factas. si refertor ad Deum facientem, sicut Deos non indiget loco, sed simul cum locatis fecit locum, sic non indiget materia, sed simul creando res materiales concreauit cum eis materiam: sic etiam non indiget tempore, sed simul creando tempo ralia concreauit cum eis tempus, & subiecit tem poralia ipsi tempori, vel subiecit ea variationi tẽporis: & similiter res creatę fuerunt subiectæ tẽpori, & fuerunt factæ in tempore: sic ipsa factio, per quam res fuerunt primo factę, incępit esse in principio temporis, vt suo modo comparetur illa factio ad principium temporis, sicut res factæ comparantur ad tempus. Ideo argumentom nõ est cõtra nos: immo pro nobis. quia si illa factio fuit in principio temporis, consequens est, quòd res temporales per illã factionem productæ, fuerunt factæ in tempore, vt ex hoc ipse mundus ratione suarum partium temporaliũ factus cum tempore, & in tempore. ratione autem suarum partium non temporalium, secũdum quod huiusmodi: factus fuit mundus cum tempore, sed non in tempore.

Esse in loco, & cum loco idẽ: in tpe, & cum tpe nõ idẽ.

Ad quartum dicendum, quòd esse cum loco, & in loco est idem: & non est idem cum esse cum tempore, & in tempore. Quantum enim ad res locatas, vel ad res, quæ respiciunt locum: aliquo modo est idem esse cum loco, & habere respectũ ad locum: ita, quòd de omni re, quæ per se respicit locum, si est cum loco, & habet per se respectum ad locum, eo modo est apta nata respicere locum: sic etiam de tempore quantum ad res tẽporales, & multo magis omnia, quæ sunt cum tempore, sunt in tempore. Quantum autem ad res non temporales possunt aliqua esse cum tempore, quæ tamen non sunt facta in tempore, nec sunt in tempore, vt quiterna fuerunt facta cum tempore, quia fuerunt coęna tempori, non tamen fuerunt facta in tempore, quia per se loquẽdo non mensurantur tempore: nec sunt in tempore, loquendo de tempore, vt nunc loquimur, quod est numerus primi motus. Quicquid ergo sit de loco, & de tempore: tamen claro clarius est quãtum ad res temporales, quia omnia talia, quæ fuerunt facta cum tempore, fuerũt facta in tempore, quia fuerunt mẽsurata à tempore, & passa sub tempore.

Loci ad locata, & tpis ad tpalia cõparatio diuersa.

Ad id vero, quod dicitur, quòd si quæcunque sunt facta cum loco, esset in loco, quodlibet esset in quolibet loco, & cœlum esset in grano milij. quia est, quando est granum milij; Dici debet, quòd non est simile de locatis comparatis ad locum, & de temporalibus comparatis ad tempus, quia omnia locata non comparantur per se ad vnum, & eundem locum, sed omnia temporalia comparantur ad vnum, & idem tempus. Item omnia locata non solum non comparantur ad vnum, & eundem locum, sed non eodem modo comparantur ad locum, quia locata hoc modo comparantur ad locum prout cõparantur ad motum localem. Non omnia autẽ monentur eodem modo localiter. nam aliqua mouentur localiter, quia mouentur ad locum: vt grania, & leuia: aliqua, quia mouentur circa locum, vt superęlestia: sed omnia temporalia, quare eodem modo comparantur ad tempus, quia nulla talia sunt cum tempore, quæ nõ sint in tempore, & non subiaceant tempori, & non alterentur à tempore, & etiam omnia talia continentur à tempore: non, quòd oporteat ea præcessisse tempus, sed continentur à tempore, sicut alterata ab alterante, & mota à monente.

Ad dictum autem Philosophi comparãtis res ad locum, & ad tempus, & dicentis: sicut non est idem esse cum loco, & in loco, sic non est idem esse in tempore, & cum tempore; Dici debet, quòd Philosophus solum vult excludere res non temporales, quæ non sunt aptę natę mensurari tempore, quia talia sic sont cum tempore, quia sunt quando est tempus. quæ tamen, secundum quòd huiusmodi, non sunt in tempore.

Ad quintum dicendom, quòd res immobiles ita sunt cum motu, quia sunt quando est motus. quæ tamen non sont in motu, quia sunt immobiles. sed res mobiles quamdiu sunt cum motu, dicontor esse in motu, quia sunt subiectę motui: dato, quòd non moneantor, quia tempus non solum mẽsurat motum, sed etiam quietem: & non solum sobijciontur tempori, & motui cœlesti mobilia, vt actu mooentur: sed etiã, vt quiescant. vt patet ex quarto. quia quies non est quaromcunque rerum non motarum, loquẽdo de quiete, vt nũc loquimur, quæ opponit motui: sed rerom non motarum, quæ sunt aptę natę ad moueri. Omnia aotem talia sine moneantur, siue quiescant, semper sunt subiecta motui cœlesti, & tempori: nec possont talia esse cum tempore, quin sint in tempore, & nisi sint subiecta tempori: nec possuot esse cũ motu, nisi sint in motu: & nisi sint subiecta motui.

Dub.

Dub. Lateralis.

Mundus in tempore factus quomodo dicatur.

VLTARIVS autē circa hoc quæritur: Quomodo essendi, in, accipitur mundum esse factum in tempore.

RESPONDEO dicendum, ꝙ eum Philosophus in 4. Physicorum, assignet multos modos essendi, in; Unodū esse factū in tpe reducet ad illū modū essēdi, in, sicut ea, q̄ sunt Grę corum, sunt in Rege eorum: & sicut omoino motus, idest res mota est in mouente, & per consequens sicut alteratum est in alteratore, hoc enim modo ea, quæ sunt Græcorum sunt in Rege Græcorum: & omnia, quæ sunt to quocūque regno, sunt in rege illius regni, quia Rex de omnibus eis facit voluntatem suam, & omnibus eis vtitur, & reducit ea ad modum suum. sic Mundus quantum ad temporalia est factus in tempore, quia omnia temporalia reducuntur ad modum temporis, ut suis spatijs transeant, sicut transit tempus, & omnia suot in tempore, sicut res motæ in mouente, sicut res alteratæ in alterante, quia omnia alterantur a tempore. Omnia tabescunt, & senescunt tempore, & per consequens omnia corrumpuntur a tempore, quia idem est ire ad senium, & ad corruptionem, & ideo benedictum est, quòd male oos mensurat tempus, quia mensurando oos, facit oos senescere, & ita ad corruptiooem.

Esse in, octo modis est apud Arist. libr. 4. Physi. cap. VII. versus. Insūt res. Tota. spes, Genus, & Calor igni. Rex in regno Res in re. locoq; locati. Amouens illa, aeterneq; dicēdi his, dissimt., pone. 1 modos, Esse in.

ARTIC. V.

An mūdus in die factus dici possit. Conclusio est problematica.

Aegid. in 1. p. Hex. c. 11. D. Bonau. d. 12. art. 2. quæstio. 2. Ric. d. 12. q. 3.

VLTIMO quæritur de opere creationis per comparationem ad dies. Quæritur enim: Vtrum sicut mundus sit factus in tempore, sic possit dici factus ī die. Et videt, quòd sic, quia Gen. 1. dicitur. Illę sunt generationes cęli, & terræ, quando creatæ sūt io die, quo fecit Deus cęlum, & terram, & omne virgultum agri. Si ergo io die fecit Deus cęlum, & terram; ergo io die creatus est mundus, quia nomine cęli, & terræ intelligitur totus mundus, & omnia, quæ sunt in mundo.

Gen. 1.

Præterea probauimus mundum esse factum in tempore, ergo multo magis possumus dicere ipsum esse factum in die, cum Scriptura sacra, qñ facit mentionē de factione mūdi, noo dicat ipsum esse factum io tempore, sed dicat ipsum esse factum in die, vt pater per auctoritatem propositam.

Præterea dicitur Eccles. 18. Qui vioit in æternum creauit omnia simul. si ergo omnia creata sunt simul, in ipsa prima factione mundi fuerunt creata luminaria mundi, quibus motis in ipsa factione mundi incepit esse dies, ergo mundus fuit factus in die.

IN CONTRARIVM est, quia dies fuit facta cum factione lucis, vt patet ex Gen. quia Deus faciendo lucem diuisit lucem a tenebris, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem. cum ergo fuerit factus mundus ante lucem, mundus fuit factus ante omnem diem, ergo non est factus in die sed aote diem.

Præterea magister in littera loquens de factioe mundi ait, ꝙ in ptincipio creauit Deus cęlū, idest Angelos & terram. i. materiam illam insotmem, & subdit ꝙ hoc fuit ante omne diemt non ergo factus est mundus in die, sed ante diem.

RESOLVTIO.

Mundus quamuis in tempore, non tamen in die, vel cum die si huiusmodi locutio referatur ad vnam primi mobilis reuolutionem. factus est enim ante omnem diem. Si autem ad quandam morulam referatur, aliquo modo verum esse affirmamus.

RESPONDEO quòd creatio lucis, cuius à creatione incępit dies, secundum omnem modū dicendi fuit valde modicum spatium post creationem mundi. sic enim Sācti omoes communiter seotiont, ꝙ Angeli fuerunt creati cum quodo, & post valde modicam morulam aliqoi ex eis fuerunt aoersi, & facti tenebrę, & alij conuersi, & facti lux. Et cum dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. & cum subditur: Vidit Deus lucem, quòd esset bona, & dioisit lucem a tenebris, caponitor cōmuniter, quòd tunc fuerunt diuisi booi Angeli a malis, & quia valde fuit modica morula inter factionem Diaboli, & eius casum. quia Diabolus quasi statim factus in Superbiam erectus cecidit, valde fuit modica morula inter creatiooem mundi, cum quo fuit factus Diabolus, & alij angeli, & factionem lucis, & diuisionem a tenebris, per quod intelligitur distinctio malorum angelorū a boois. Vnde in Euāgelio noo dicitur de Diabolo, quod in veritate non fuit, sed quod io veritate non stetit. In quadam enim veritate inocentiæ fuit factus, sed in illa veritate nō stetit, quia quasi statim factus ab illa veritate inocentiæ cecidit. Vnde ipse Lucifer, & ipse Diabolus dictus signaculum similitudinis propter suam excellentiam, iuxta illud Exechi. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore in delicijs Paradisi fuisti. Diabolus ergo fuit in delicijs Paradisi. quia creatus fuit io quibusdā delicijs inocentiæ: vel secundum quosdam in quibusdam delicijs gratiæ, non gratiæ consummatæ, idest gloriæ. quia ab illa non potuisset cadere, sed gratiæ initiatæ,

Mundus nō fuit creatus igno spatio temporis.

Ioan. 8.

Ezech. 28.

initiatę, a qua per superbiam cecidit, & ejectus fuit de Paradiso, ideſt de cęlo Empyreo, in quo creatus fuerat. factus ergo tenebræ per peccatũ diuisus fuit a luce. i. a bonis Angelis, quam illi conuersũ ad Deum facti fuot lux, & remanserunt in cęlo Empyreo, vbi facti fuerunt. Diabolus autem cum omnibus sibi adhærentibus de illo cęlo cecidit, vbi creatus fuit. Viso quòd valde fuit modica morula inter creationem mundi, & factionem lucis, qd patet per id, quod signabat illa lux facta diuisa a tenebris, quia signabat Angelos bonos diuisos a malis, quod fuit quasi statim post creationem mundi, & post creationem ipsorum volumus loqui de modis accipiendi diem, vt possimus soluere quæstionem propositam, quomodo possimus saluare mundum factum cum die, ideſt in die, & factum ante omnem diem.

Dies triplex.

Sciẽdum ergo, quòd dies vno modo accipitur pro latione lucis super terram, vt illa lux, quæ facit diem, quando fertur super terram nostram habitabilem dicitur esse dies, & sic secundum communem opinionem Sanctorum mundus nó fuit factus in die, peccatum die, quia non fuit factus cum illa luce, sed fuit factus ante diem communem, quia fuit factus ante lucem. alio modo accipitur dies pro vna reuolutione totius primi mobilis. vnde nos distinguimus inter diem artificialem, quæ est latio Solis super terram, & diem naturalem, quæ continet diem, & noctem, & continet vnam completam reuolutionem primi mobilis.

Possumus autem & tertio modo accipere diẽ, quamuis de hoc soli Astronomi distinguant, vt sit dies vna completa reuolutio primi mobilis, & tantum plus, quantum Sol iuit motu cõtrario in illa die. Verbi gratia, si tota reuolueretur ad vnã partem, & formica super rotam iret ad aliam, motus totæ de puncto ad punctum, & tantũ plus quantum formica contrariuit per suum motum, computaretur pro vna reuolutione. Sic etiam in proposito primum mobile mouetur ab oriente in occidens. Sol econtrario ab occidente in oriẽs, vocatur ergo vna dies reuolutio primi mobilis de puncto ad punctum, & tantum plus, quãtum contrariuit Sol: nec faciamus vim, quòd diem declaramus per motũ solis, qa lux illa, quæ fecit primos tres dies, eum Sol factus fuerit secundũ Sãctos 4. die, fungebatur vice solis, vnde pro eodem accipimus diem factum motu illius lucis, vel motu solis, immo communiter creditur, q̃ de illa luce fuit factus Sol.

Dies tres ante solis creationẽ quo intelligantur.

His itaque prælibatis, dicamus, quòd omnis alia dies a prima die habuit vnam reuolutionem completam primi mobilis, & aliquid amplius. Nam secunda die fuit factum firmamentũ, ideſt cęlum sidereum secundum communem modũ exponendi, quod statim factum incępit moueri motu contrario a primo mobili. Fuit ergo illa secunda dies reuolutio primi mobilis de puncto ad punctum, & tantum plus, quantum illa lux mota fuerat in contrarium motui firmamenti. Tertia dies fuit tanta sicut secunda fuit: sed quanta dies sequendo comunem opinionem Sanctorum fuit maior, quam secunda, & tertia. quia illa die fuit factus Sol, & alij Planetæ, & etiã alia sidera. ex hoc etiam fuerunt facti deferens Sol, & alij defetentes aliorum planetarũ, & illa quarta dies creata fuit per motum Solis, & fuit illa dies 4. reuolutio primi mobilis de puncto ad punctum, & tantum plus, quantum motu firmamẽti cõtra motus est Sol, & in hoc eo quarta est illa dies diei secundæ, & tertiæ. sed adhuc illa dies quarta fuit maior quàm secunda, & tertia, quod non solum fuit tantum plus, quantum motu firmamenti contrariat Sol, sed etiam quantum motu sui deferentis contrariat. Reuertamur ergo ad propositum, quia non intendimus, cum ista sint Astronomica, in his multũ immorari, sed ex his vel bis habere volumus: quòd omnis alia dies a prima die fuit vna cõpleta reuolutio primi mobilis, & aliquid amplius.

Dies primi quatuor creati modo Astronomico declarati.

Quod ergo prima dies fuerit exclusa ab oĩbus alijs diebus, & nihil habuerit amplius nisi vnam completam reuolutionem primi mobilis, non videtur conueniens. ergo possumus ei dare aliqd aliud amplius, sicut damus omnibus alijs diebus, vt sicut habet idem nomen cum alijs diebus, quia vocata est prima dies, sicut, & alij dies, ita habeat aliquid aliud amplius, quam voã revolutionem, sicut habuerunt omnes alij sequẽtes dies. quod non discordabit a ratione. Io prima enim die non erat factum firmamentum, vt dicebamus, illam diem esse vnam completam reuolutionem primi mobilis, & tantam plus: sicut lux illa contrariauerat motui firmamenti. Si ergo volumus primæ diei dare aliquid plus, quàm vnã completam reuolutionem primi mobilis, non potemus ei dare aliud nisi illam modicam motulam, quæ fuit inter creationem mũdi, & casum Diaboli: vel quæ fuit inter creationem mundi, & conuersionem bonorum angelorum, quæ signata est nomine lucis spiritualis, & quæ facta fuit tunc, quando facta fuit lux corporalis. Secundũ hoc ergo prima dies fuit vna completa reuolutio primi mobilis, & tantum plus, quantum contrariat illud primum mobile vsque ad factionẽ lucis, secundum quem modum accipiendi diem incępit cum tempore. Nam cum primum mobile statim factum incæpit moueri, & ex hoc statim incæpit esse tempus, & factus est mundus cum tẽpore, & in tempore, eo modo, quo locuti sumus, sic etiam secundum hunc modum accipiendi diem statim incæpit esse dies, & fuit factus mundus cum die, & in die, sicut fuit factus cum tempore, & in tempore.

Mõdus quo in die, & ante diem factus.

Cum ergo quæritur: Vtrum eum die vel ante diem fuerit factus mundus; Dicemos, quod si accipiatur dies, quòd incipiat a factione lucis vsque ad reditum eiusdem lucis ad eundem punctũ secundum modũ: & non continet nisi vnam completam revolutionem primi mobilis; Mundus non fuit factus nec in die, nec cum die, sed ante omnem diem. Sed si volumus illi diei primæ dare aliquid plus, quam vnam completam

reuo-

revolutionem primi mobilis sicut damus omnibus alijs diebus: & pro illo plus volumus sibi dare illam modicam motulam, per quam factio mundi præcessit factionem lucis, secundum quem modum accipiendi diem, dies incepit simul cum tempore: sicut locuti sumus de factione mundi, cum tempore: & in tempore; ita loqui possumus de huiusmodi factione cum die, & in die, vt est per habita declaratum.

Argumenta autem procedebant suis vijs. Nam probantia mundum esse factum ante omnem diem, patet quomodo sunt intelligenda. Probantia vero mundum esse factum in die, aliquam difficultatem habent: sed illa difficultas pertinet ad sequentes distinctiones, vbi agetur de distinctione dierum. Nam cum dicamus mundum esse distinctum, & ornatum in sex diebus Gene. 1. per replicationem, loquendo de creatione cœli, & terræ, quod dicitur factum ante omnem diem: & productione virgulti, quod dicitur esse factū tertia die: & Scriptura illa dicat hoc totum esse factum in illa die: & tamen per sex dies dicatur mundus distinctus, & ornatus, qa in Ecclesiastico videtur haberi, q omnia fuerunt simul facta: dicamus, quòd omnia ista in sequentibus plenius clara fient.

QVÆSTIO III.

De Materia informi.

DEINDE quæritur de materia illa informi, quæ fuit concreata illis rebus informibus. Circa quam quæruntur quatuor. Primo enim quæritur de ipsa materia, vt comparatur ad actum: Vtrum de se importet aliquem actum. Secundo quæritur de materia p comparationē ad suam potentiam: Vtrum sit idem, quod sua potentia. Tertio de materia per comparationem ad corpora super cœlestia: Vtrum materia in eis sit pura potentia. Quarto quæretur de materia per comparationem ad suam vnitatem: Vtrum sit vna materia omnium habētium eam.

ARTIC. I.

An materia prima ex se dicat aliquem actum.

Conclusio est negatiua.

Aegid. Quol. 2. q. 12. & 23. D. Tho. 1. p. q. 66. artic. 1. & 2. Bonan. dist. 12. artic. 1. q. 3. & 7. Henr. quol. 4. q. 30. Biel d. 12. q. 1. Bacch. dist. 12. q. 1. Tho. Arg. d. 12. q. 1. ar. 1.

AD primum sic procedetur: videtur, quòd materia de se dicat aliquem actum. Nam nihil potest collocari sub ente, & nihil potest dici ens, nisi sit aliquid in actu: sed materia de se est ens, quia de se est substantia, cum substantia dicatur

A tripliciter: Materia, Forma, & Compositum, cum igitur substantia dicatur ens potissime, quia omnia alia sunt entia per substantiam; materia quæ de se est substātia, de se erit ens, & de se erit quid in actu.

Præterea materia dicitur fundamentum naturæ, vt patet in Metaphysic. sed fundamentum videtur aliquid dicere in actu, ergo &c. lib. 1. Met. Text. 17 & 7 Met. t. 6.

Præterea inter esse, & non esse non est mediū, quia tunc esset medium inter affirmationem, & negationem. Nam contradictoria sunt illa opposita, secundum quæ non est medium. materia ergo, vel reponetur sub esse, quæ est vna pars contradictionis, & tunc erit aliquid in actu: vel reponetur sub non esse, & tunc erit nihil.

IN CONTRARIVM est Commentator in de substantia orbis, volens, quòd essentiale sit materiæ esse quid in potentia: ergo essentiale erit ei non esse aliquid in actu. De hoc in sequenti.

Præterea actus est, qui distinguit. vbi ergo nulla erit distinctio ibi nullus erit actus: sed in fundamento naturæ, ideſt in materia, nihil est distinctum, vt dicitur in Meta. ergo nihil erit ibi in actu. Metaph. 7. Tex. 49.

Præterea si materia de se esset aliqd in actu, de se haberet aliquod esse. sed cum esse sit a forma, vt vult Boetius in lib. de Trinit. si materia haberet de se aliquod esse, materia haberet de se aliquā formam, vel esset aliqua forma. quod omnes negant.

RESOLVTIO.

C *Materia est formarum receptaculum, & ad eas in potentia esse dicitur. Ex se enim aliquam actualitatem non dicit, sed omnis actus priuationem.*

RESPONDEO dicendum, quòd oportet nos dicere materiam esse de se, quoddam receptaculum formarum, & esse in potentia ad recipiendum formas sensibiles. Vnde Commentator super 3. de anima, comparat intellectum nostrum respectu formarum intelligibilium ad materiam: respectu formarum sensibilium, ad formam. & quia omne recipiens oportet esse denodatum a natura recepti, oportet intellectum nostrum esse denudatū ab omnibus formis intelligibilibus, propter quod in sui primordio intellectus noster est sicut tabula rasa in qua nihil est pictum. & sicut intellectus noster est denudatus ab omnibus formis intelligibilibus, vt possit omnes huiusmodi formas recipere, sic materia de se est nudata ab oībus formis sensibilibus, vt possit oēs tales formas recipere, sicut & pupilla de se est abscolor, & est de se denudata ab omnibus speciebus colorum, vt possit omnes illas species recipere. Materia de se quid. 3 de anima, cō. 67. & 3. lib. com. 4. 2. de sa. 14. 2. de ei.

Ex his ergo forte moti quidam moderni temporis dixerunt in scriptis suis materiam, vt recipit

pit formas, de ſa dicere aliquid in actu. Verum eſt ſecundum ipſos, quòd oportet recipi ens eſſe denudatum a nature recepti, & ex hoc materia nihil eſt in actu, loquendo de actu rerum, quas recepit. Et ideo Philoſophus in Metaphyſic. vult, quòd in fundamento naturæ non eſt aliquid diſtinctum, & quòd materia exiſtimatur non habere quantitatē, nec qualitatem, nec omnino aliquid: vetū eſt, dicunt iſti de his, quæ generantur in ipſa. Vnde aiunt, quòd Philoſophus non negat illud principium, ideſt materiam carere actualitate, niſi loquendo de actualitate rerum, quæ recipiuntur in ipſa. Addunt etiam, quòd Auicenna hoc idem ſentit, quia in 2. ſuo Metaph. dicit, quòd ſi forma eſſet per ſa cauſa materiæ, deſtrueretur materia ad deſtructionem illius. Et addit, quòd propter formam ſuccedentem, habetet eſſa alia materia. ex quibus verbis habeta volunt, quòd eſſe materiæ nō ſit ex ſola forma. quo poſito, videtur, quòd de ſe materia habeat aliquod eſſe, & de ſe ſit aliquid in actu. Si ergo negatur ab ea omnis actus: hoc eſt reſpectu actualitatis rerum, quas recipit, non reſpectu actualitatis ſimpliciter.

Metaph. t. Tex. co. 17. 2 Metaph. Tex. 18.

Ad roborandum autē hanc opinionē, valent exempla poſita de pupilla, & intellectu. Nam pupille aliquam actualitatem habet, ſed non habet actualitatem alicuius coloris, cum recipiat omnes colores. ſic & intellectus noſter aliquam actualitatem habet, cum ſit quædam perfectio animæ. ſed non habet actualitatem alicuius ſpeciei intelligibilis, cum ſit aptus natus oēs tales ſpecies recipere. Sic forte videretur alicui de materia, quòd de ſe actualitatem aliquam habeat: ſed illa actualitas eſt alie ab actualitate cuiuſcunque formæ ſenſibilis, cum materie de ſe ſit apta nata omnes tales formas recipere. Sed iſta opinio tendit in errorem primorum Philoſophantium, ponentium materiam de ſe eſſe aliquid in actu. Nam ſi materia de ſe eſſet aliquid in actu, cum materia ſit quædam ſubſtantia, tunc eſſet quædam ſubſtantia in actu, & per conſequens eſſet corpus. quia omnis ſubſtantia in actu, loquendo de ſubſtantijs naturalibus, vel eſt corpus, vel forma aliqua corporalis. materia autem de ſe non eſt forma corporalis, vel ſenſibilis, cum omnes tales formas de ſa recipiat, & ab omnibus talibus formis ſubſtantiam ipſam eſſe oporteat denudetem. quere ſi ipſa eſſet de ſubſtantia aliqua in actu, deſe eſſet eliquod corpus, & iſte fuit error priorum Philoſophantium ponentium materiam eſſe aliquod elementorum, vt eſſe aetem, vel equam, vel aliud elementum, vel eſſe aliquod corpus medium inter elementa. Omnes enim primi Philoſophantes non valentes intelligere materiam eſſe puram potentiam, & ex hoc ponentes eam eſſe aliquid in actu, cogebantur dicere materiam eſſe aliquod corpus, ex quo corpore fiebāt alia. Quam opinionē reprobans Philoſophus in Metaphyſica ſue ait, quòd fuit modus erroris eorum, ideſt primorum Philoſophantium, qui poſuerunt materiam alementum corporeum, ideſt de numero corporum, non corporum, ideſt non poſuerunt materiam elementum non corporum, ideſt de numero non corporum, & poſuerunt eam eſſe corpus, & poſuerunt eam de numero corporum, ideſt non poſuerunt eam non corpus. Mellus enim dixiſſent dicendo eam non corpus, quàm corpus, quod totum contingit ex ratione actuslitatis, quia corpus de ſe dicit actualitatem aliquam, materia vero nullam. vnde Commenta. dicit eam mediam inter ens, & nihil. Nam cum ſit pura potentia, differt e nihilo, & differt ab ente, quia non eſt aliquid in actu. materia enim non eſt ens, quia ens dicit aliquid in actu, non ergo materia debet dici ens, niſi cum additione, vt dicatur ens in potentia. vnde Auguſt. 11. Confeſ. ait, quòd hęc, ideſt materia non eſt animus, non non corpus, non ſpecies animi, non ſpecies corporis. Vult ergo quòd materia non ſit eliquid, ſed ſit vnde facta ſunt aliqua, & idem in eodem dicit, quòd materia non eſt color, non figura: non ſpecies, non corpus, non ſubſtantia: tamen, vt ait, non eſt omnino nihil, ſed eſt quadam informitas, ſine nulla ſpecie, & ſine nullo actu. Nam ſecundum Philoſophum in ſecundo de anima ſpecies, forma actus, & endelechia idem dicunt, quod eſt ſine omni ſpecie, & ſine omni actu.

Materia prima eſt media inter ens in actu, & nihil ſimpliciter ex Auer. 1. Phy. 6. com. 70.

Tex c. 29.

Exemplum vero, quod poſuimus de intellectu, ſi bene videamus mentem Commentatoris, arguit noſtrum propoſitum, non oppoſitum. Vult enim, quòd intellectus ſe habet reſpectu formarum intelligibilium, ſicut materia reſpectu formarum ſenſibilium, cum ergo intellectus noſter fiat quid in actu in genere intelligibilium per ſpecies intelligibiles, & materia fiat qd in actu in genere entiū per ſpecies ſenſibiles, concludetur, quòd intellectus noſter ſit potentia pura in genere intelligibilium: & materia ſit in potentia in entium, ſed eſſe potentiam puram in genere intelligibilium, non eſt eſſe potentiam puram ſimpliciter. quia poteſt quid eſſa actu ens. & non eſſe actu eliquid intelligibile. ſic & pupilla eſt potentia pura in genera colorum, ſed non eſt pura potentia ſimpliciter. Eſt enim de ſe aliquid in actu, ſed non eſt de ſe aliquid actu quod ſit de genera colorum. Sed materia de ſe eſt potentia pure in genere entium. quod enim de ſe eſt tale eſt potentia pure ſimpliciter, quia quod eſt pura potentia in genera entiū non habebit aliquem actum, qui ſit de genere entium. ſi ergo ponatur habere aliquem actum, ille actus non erit de genere entium, erit ergo de genere nihilorum.

His itaque prælibatis, volumus aliqua dicere de materia, vt magis poſſimus cognoſcere naturam & conditionem ipſius. dicuntur in Scriptura ſacra quinque, quę ſecundum Auguſt. 12. Cōfeſſ. omnia poſſin tadaptari ed ipſam materiam in-

Materia aliquatenus per nomina Sacre ſcripture.

informem. sic enim dicitur in Gen. ϙ in principio creauit Deus cęlum, & terram. terra autē erat inanis, & vacua, vel quod habet alia littera erat inuisibilis, & incomposita, & tenebrę erant super faciē abyssi. Ommisso ergo cęlo Empyreo, de quo loquitur Scriptura cum dicit: In principio creauit Deus cęlū, & terrā; quia per illud cęlū nō proprie potest significari materia prima, quia illud cęlum est oīno supremum: materia oīno infima. Secundo quia illud cęlum non potest sufficiēter inuestigari p rōnes humanas, vt patuit circa principium huius Secundi. Tertio quia illud cęlum non mouetur motu ad formam, quia nec alij cęli sunt sic mobiles. Quarto quia illud cęlū non mouetur motu ad vbi. si ergo p infirmitatē inuestigamus naturam materiæ. si per rationes humanas aliquas coniecturas accipimus de conditionibus materiæ: si per transmutationem ad formā cognoscit natura materiæ; inata illud Cōmenta. in pluribus locis, transmutatio fecit scire materiam, actio formam: & si per motum ad vbi arguimus esse materiam, iusta illud 2. Meta. oportet imaginari materiam in re mota, idest in re, quæ mouetur; cęlum Empyreum habet materiam partem sui, sicut & alia corpora. tamen qa conditiones eius sunt multum remotæ a conditionibus materiæ, vt est per habita manifestum, non est aptum natum, vt per ipsum cognoscatur, vel quòd nomine ipsius detur intelligi materia, sed omnia alia quinque, quæ nominamus, dant intelligere materiam, & informitatem eius. Vnde Augustinus hoc exponens 12. Confes. ait: Terra autem inuisibilis erat & incomposita, & tenebrę erant super faciem abyssi. Quibus verbis, vt subdit, insinuatur informitas, vt gradatim excipiātur, qui omnimodam speciei priuationem, nec tamen ad nihil peruentionem cogitare non possunt. Sic ergo debemus secūdum Augustinū, per terram inuisibilem, incompositam, tenebrosam, & abyssum, cogitare materiam infra omnem actum, & supra nihil, vt gradatim per tot informitatum nomina excipiantur, id est excludantur ex nostris rationibus, & efficaciter item reprobentur illi, qui cogitare non possunt materiā cum omnimoda priuatione speciei, absque eo, quòd perueniatur ad nihil. Est ergo diligenter notandum, ϙ intelligendo materiam, debemus cogitare omnimodam speciei, idest formæ, actus priuationem; tamen non debemus ire ad nihili peruentionem. Concordat ergo Commentator cum Augustino, quando dicit materiam esse medium inter ens, & nihil, cum & præfata verba Augustini hoc idem sonare videātur. Omnia ergo illa quinque verba Scripturæ sacræ secundum Augustinum, videlicet quòd terra erat inuisibilis, & incōposita, & tenebrę erant super abyssum referenda sunt ad materiam, & ad informitatem eius, materia ergo secundum se, & secundum suam informitatem. Primo est terra. Secunda est inuisibilis. Tertio est incomposita. Quarto est tenebrosa. Quinto est abyssus. & quas quinq; cōditiones sic adaptabimus: quia quòd sit terra, idest quòd sit quid infimum, competit materiæ secundum se. Aliæ autem quatuor conditiones competunt materiæ, vt comparatur ad formam. Et ideo primo diximus, quòd materia prima est terra, postea aliæ quatuor conditiones. quia prius est illud, quod competit alicui, secundum se, quàm sint ea, quæ competūt ei: vt comparatur ad aliud. Quælibet enim res siue sit potentia, siue actus, siue sit potentia pura, siue actus purus: siue sit potentia mixta siue actus mixtus; primo considerari debet per ea, quæ competunt ei secundum se: & postea per ea, quæ competunt ei, vt comparatur ad alia. Et ideo materia informis primo dicta est terra ratione infirmitatis, quia ipsa secūdū se est infima omnibus alijs, iuxta illud Aug. 12. Confes. Tu enim fecisti cęlum, & terram: duo quædā: vnum prope te: alterū, prope nihil: vnū, quo superior tu esses: alterum, quo nihil inferius esset. Intendit ergo Aug. ϙ per cęlum intelligatur angelica natura, per terram materia omnino informis. Deus ergo faciendo cęlum, & terram, scilicet faciendo angelicam naturam, & materiam omnino informem, fecit duo quædam: vnū, quo nihil esset superius, nisi solus Deus: aliud, quo nihil esset inferius, & istud est materia omnino informis, vt solum nihil possit esse infra ipsam. Si ergo vis descendere infra materiam, oportet te ponere pedē in nihilo, si vis ascendere supra omnem angelicam naturam, oportet te extendere manum ad Deum. inter hæc ergo duo extrema: Deum, & nihil, facta sunt illa duo alia, quæ dicta sunt.

Viso, quomodo primum de illis quinque nominibus, videlicet terra, quæ post cęlum nominata est, competit materiæ secundum se, volumus ostendere, quomodo alia quatuor cōpetunt materiæ, vt comparatur ad formam, eo modo, & eo ordine, quo nominata sunt: & non eo modo, nec eo ordine, sed omnino contrario, quo nominata sunt. Sic enim illa quatuor sunt, vel dicuntur de materia. Primo, quòd est inuisibilis. Secundo ϙ est incōposita. Tertio, ϙ est tenebrosa. Quarto ϙ est abyssus. Sciendum ergo, ϙ res habent duplicē ordinem: vnum, vt comparantur ad nos: alium secundum se. Quem duplicem ordinem Philosophus vnum appellat ordinem doctrinæ, & alium ordinem rerum, ideo dicit in 1. Metaphys. quòd oportet ordinem esse cōtrarium ei, qui est a principio quæstionum, & a principio doctrinæ: per effectus incipimus cognoscere causas. effectus ergo secundum nos, & secundum cognitionem nostram præcedūt suas causas: vnde Philosophi ea hoc admirati, vt quia videbant mirabiles effectus, incęperunt Philosophari, idest inuestigare causas. prius ergo sunt admirati cognoscēdo esse ctus, & postea sunt effecti Philosophi cognoscendo causas. & licet iste ordo sit secūdum nos, & sit a principio quæstionum, quando primo incipimus

Supra d. 2. q. 1. art. 2.

Meta. 8 text. 4. Phyſic. 38.

Text. 12.

Tomō 1. Cap. 12.

Immo excipiātur, idest ad materiæ intelligēdā paulatim deducamus.

Cōm. cum Aug. cōcordat.

Materia tertia.

Materia cum primo dicitur terra.

Ordo rerū & doctrinę.

Cap. 2. circa finem. 3. de primo Text. 3.

In eodem loco citato

mus res,& dubitare de rebus; postea debet esse ordo contrarius isti ordini,qui est a principio quæstionum. quia in principio per effectum cognoscimus causam,postea iam docti effecti debemus per causas considerare effectus. Ostēso dupliceem esse ordinem: vnum secundum nos, & alium secundum res. Dicemus quòd illa quatuor nomina adaptata ad materiam omnino informem eo ordine,quo posuit Scriptura, sunt secūdum nos. omnioo vero ordine contrario sunt secundum sem,& ideo diximus, quòd illa quatuor eodem modo, & eodem ordine competunt,quo nominata sunt, & non eo modo, nec eo ordine, sed omoioo cōtrario cōpetunt, quo nominata fuor. Nec materia comparata ad formam eo modo cognoscitur a oobis, sicut habet ordinem, secundum quem loquitur Scriptura sacra. Secundum rem vero habet ordinem contrarium. Nam scriptura sacra ad hoc inspirata est sanctis hominibus, vt nos tanquam parnuli ducamur per ipsam. ideo eo mō loquitur, qui magis congruis nobis, & per quem somus magis apti nati doceri. Ex hoc ergo Scriptura sacra materiam, vt comparatur ad formam, Primo dicit eam esse inuisibilem: Secundo incompositam: Tertio tenebrosam: Quarto abyssum. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd materia est inuisibilis per carentiā formæ accidentalis: Est incōposita per carentiā formæ substātialis: Est tenebrosa per prinationem: Et denique est abyssus per aptitudioem ad recipiendum omnem formam. Materia ergo secūdum se prius intelligitur abyssus, idest intelligitur quædam res apta ad recipiendum formas, sicut abyssus, & quæ est apta nata ad recipiendum imagines omnium formarum. Postea intelligitur tenebrosa, quia intelligitur carere his formis, quas est apta oata recipere. Tertio intelligitur incōposita, quia intelligitur nō vnita formæ substantiali. Nā forma substantialis facit ptimam compositionem cum materia. forma enim substantialis intelligitur ptimo aduenire rei simplici, idest materiæ. Sed forma accidentalis intelligitor aduenire rei iam compositæ. Et ideo in principio sex principiorum Auctor ille volens diffinire formam accidentalem, dicit: Forma est compositioni cōtingens. forma enim accidentalis est cootingens, idest aduenieos rei iam compositæ ex materis,& ex forma substantiali,iuxta illud 1. Physicorum: Materia subiecta cum forma, est causa omnium accidentium,quæ fiunt in ea.

Scriptura sacra cur inspirata.

Forma diffinita a Gilberto est forma accidentalis.

Tex c. 30.

Iste ergo erit ordo, si cōsideremus ipsam rē. i. ipsam materiā, put realiter cōparatur ad formā. quia prius debet intelligi, quòd sit abyssus, & habeat aptitudinem ad recipiendas formas.

Secundo, ꝙ sit tenebrosa. i. ꝙ de se careat omni forma, cum aptitudo ponat'io diffinitione prinationis, rationabiliter præcedit ipsam.

Tertio, ꝙ sit incomposita. i. quòd sit nō cōiuncta formæ substantiali.

A Quarto ꝙ sit inuisibilis. i. ꝙ sit nō cōiūcta formæ accidentali, quia materia efficitur visibilis, & sensibilis, non per formam substantialem, quæ solo intellectu capitur: sed per formas accidentales, quibus visui, & alijs sensibus substernitur. prælibatus ergo ordo est, considerando rem, quæ est materia, vt ordine reali comparatur ad formā. Sed secundum nos primo percipimus accidentia, postea percipimus formam substātialem, iuxta illud 1. de aoima: Accidētia conferunt magnā partem ad cognoscendum, quòd quid est. Cognita autem primò forma accidentiali, & secundò substantiali, postea cognoscimus ipsam materiam, de qua primò cognoscimus, quòd de se non est forma, sed carens forma, & ex hoc de se est tenebra. Et postquam cognoscimus, quòd de se est tenebra, & careus forma; possumus cognoscere, ꝙ licet de se sit carens forma, & sit tenebra, est tamen apta nata ad recipiendas formas: & est abyssus. Hoc ergo ordine per comparationem ad nos, illis quatuor vocabulis Scriptura sacra nominat materiam, vt nobis se coaptando possimus doceri per ipsam: sed per comparationem ad rem est econuerso. Claro ergo clarius patet veritas quæstionis, quod materia de se nullum actum importat, immo est secundum se pura priuatio, & carentia omnis actus.

Tex. c. 11.

B

C

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd materia est substaoria, quia substantia dicitur tripliciter secundum Boetium super prædicamenta: videlicet materia, forma, & compositum. & ait ibidē, quòd reiictis extremis, agamus de medio. substaotia ergo, quæ est genus, & quæ est prædicamentum, quantum ad illas res materialos non dicit materiam tantum, nec formam tantum, sed dicit rem compositam ex materia & forma sub ratione voiuersali, & generali. Cum ergo dicitur, quòd materia est substantia; ergo est ens io actu; dici debet, quòd si materia esset substsotia composita ex actu, & potentia, vel esset ipse actus, qui est forma; de se diceret ens in actu. sed est substantia, quæ de se est potentia tantum.

Ad formam autem arguendi, quòd omoia alia sunt entia per substantiam; dici debet verum esse per substantiam compositam, quia materia subiecta cum forma, idest ipsum, compositum est causa omuium accidētium, & ommum aliorum quæ fiunt in ea.

Materia qua dicatur fundamentum naturæ.

D Ad secundum dicendū, ꝙ materia dicitur fundamentum, quia est fundamēntum naturæ, idest actionis naturalis. Nam actio artificialis oon inducit nisi formas accidentales. Omnes enim formæ artificiales, vt vult Cōmen. io lib. 12. sunt accidentia. sed natura, vel actio oaturalis inducit etiam ipsam formam substantialem, cui immediate subijcitur ipsa materia, quæ secundum se est pura potentia, iuxta illud Philosophi de generatione: Est aūt hyie maxime subiectū proprium generationis, & corruptionis: Fuodamentum ergo

Comment. 12. Met.

lib. 1. t. c. 84. 2. Physi. t. c. 31. 1. de ala. Tex. c. 2.

go actionis naturalis non dicit aliquid in actu, sicut fundamentū artis, vel fundamentū domus, sed dicit ipsum byle, per qd intelligimus putam potentiam.

Ad tertium dicendum, qnòd concedimus materiam esse medium inter ens, & nihil. Si ergo ex hoc est, vel quòd contradictoria habeant medium, & quòd sit dare medium inter esse, & non esse; dicemus, ꝙ materia se tenet enm esse, & cum non esse. qnia se tenet cum esse in potentia, & cū non esse in actu, nec propter hoc est medium inter contradictoria. Nam cum esse in potentia sit non esse, quia quod est in potentia non est, materia se tenabit cum non esse. Sed non essa erit dupliciter, vel nullo modo esse, & sic nihil continet sub nō esse: vel non esse simpliciter in actu, sed esse secundum quid, & in potentia, & sic materia continetur sub non esse.

Materia quo modo media inter ens, & nihil.

Materia est quasi media inter no ē simpliciter, & esse in actu. Auer. 1. Physi. Com. 70. idē paulo superius.

ARTIC. II.

An Materia prima sit idem, quod ipsa potentia. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 1 p. Herm cap. 6. Et Quol. 1 q. 7. Et in 1. Physic. Lect. 18. c. 78. Dub. 1. 2. & 3. D. Tho. d. 12. arti. 4. D. Bonauen. d. 12. artic. 1. q. 1. Ric. d. 12. q. 10. Biel d. 12 q. 1. Bacch. d. 12 q. 4 Henr. Grand. Quol. 10. Sco. d. 12. q. 1. Ant. Andr. d. 12. q. 1 Ioan. Grand. 1. Physi. q. 25. Et de subst. orbis q 4. Achil. 1. Physi. Dub. 55. Et lib. de elem. Dub. 10. Soncr. 12. Met. q 6. Suesl. 1. Physi. 7.

Pro huius materiæ dilucidatione, hæc sunt cōsiderandi: Aptitudo. Priuatio, Appetitus, & Potētia. Aptitudo est ratio, qua materia est capax formæ. Priuatio est negatio formæ in subiecto, non alterius rei. Appetitus est ordo materiæ ad formam cū aptitudine privatione, & imperfectione. Potentia est id, cuius ratione materia est causa formæ quo omnes formæ educuntur de potentia materiæ, salte dispositiue. Sed Aptitudo, Appetitus, & Potentia re ipsa non distinguuntur à Materia, quia si distinguerentur, essent accidentia, quæ

A tiæ producitur forma, potentia materiæ conuertetur in formam, & fiet inde forma. sed ipsa materia nun conuertitur in formam. non erit ergo idem materia, quod sua potentia.

In contrarium est Commentator in de substantia orbis, qui vult, quòd materia per essentiam sit in potentia ad formam, & quòd differentia substantialis materiæ sit ipsa potentia. sed simplicia seipsis differunt. cum ergo essentia materiæ sit quid simplex, sua differentia essentialis erit sua essentia. sed sua potentia est sua differentia essentialis, ergo &c.

Præterea si materia esset in potentia ad formā substantialem per aliquid aliud, qnàm per suam essentiam, qnæreretur de illo aliquo alio quid esset. Si diceretur, quòd est ipsa materia, haberetur B intentum, qnia tunc materia per materiam, ideſt per seipsam esset in potentia. Si autem illud nun est materia, ergo non est aliqua forma substantialis. quia qua ratione vna forma substantialis reciperetur in materia per aliam, pari ratione illa alia reciperetur per aliam, & sic in infinitum. Non forma accidentalis potest esse talis potentia, qnia omne accidens adnenit compositioni, ideſt, rei compositæ ex materia, & forma: ergo &c.

sic nō sunt. hæc n pluſ conueniunt Materiæ, qa quod prius conuenit, semper est substantia. Item ſtructio re ipsa à Materia nō distinguit. quia, quæ re dirimuntur, fuer duæ res Priuatio autem non est res.

Illa igitur tria superius dicta non sunt actiā ria, quatenꝰ dicit esse ipsum materiæ, sed quatenus dicit respectū ad hanc, vel ad illam formam, possunt dici accidentia. vt Doct. aut. 2. Physi. Lect. 18 Dub. 2.

RESOLVTIO.

Materia est sua potentia, quatenus materiæ potentia accipitur, prout recipit formam. sed prout deſidrat, ac transmutatur ad formam, non item.

C

Potētia materiæ duplex.

Respondeo dicendum aliquos dixisse, qnòd potentia materię potest dupliciter accipi vel illud, quod conuertitur in formam, vel illud quod recipit formam. Primo modo, vt aiunt, materia non est sua potentia. Differt enim potentia sic sampta a materia. quia huiusmodi potentia connertitur in formam. materia autem manet sub forma, & non conuertitur in formam. Alio autem modo potest accipi potentia materiæ, proeo, in quo recipitur forma, & tunc dicunt isti, & quantum ad hoc bene, quòd materia est sua potentia, quia materiam per seipsam, & per suam essentiam subijcitur, & recipit formam.

D Ad clariorem autem intellectum positionis istorum diligenter est aduertendum, quòd intaistorum positio fundatur super boc, vt euitēt, formam fieri de nihilo, & vt saluent generationem, quæ fit ex aliqnn, differre a creatione, quæ fit ex nihilo. cum ergo forma aliqua educitur de potentia materiæ: vel cum forma aliqua fit, & incipit esse in aliqua materia, quærtemus de illa forma, vtrum præcesserit aliquid in ipsa materia, quod sit conuersum in eam: vel de quo sit producta huiusmodi forma, aut nihil. Si dicatur, ꝙ nihil, tunc de nihilo est producta talis forma. Erit ergo in dicta materia præfata forma non per

generationem, nec ex aliquo: sed per creationem, & ex nihilo. Cogimur ergo secundum istos ponere, quòd aliquid præcessit in materia, quod cõuertitur in formam, & de quo fit forma. Illud ergo aliquid vocant ipsi potentiam materiæ. Erit ergo, vt dicunt, duplex potentia materiæ. vna, quę conuertitur in formam: & alia, in qua recipitur forma. Prima ergo potentia materiæ non est idē, quod ipsa materia, cum huiusmodi potentia conuertator in formã, in quam non conuertitur materia, sed potentia materiæ, alio modo dicta: in qua recipitur forma, est idem, vt aiunt, quòd materia, quia in ipsa materia recipitur forma.

Vt autem adhuc clarius intelligatur istorum positio, ipsimet declarant seipsos dicentes, quòd in materia ante generationem formæ, præcedit quoddam porum possibile differens ab essentia materiæ, ex quo puro possibili per actionem agentis fit forma, & quod purum possibile per huiusmodi actionem conuertitur in formam. Videtur autem pro istis facere non solum, quia hoc posito forma fieret ex aliquo, & non ex nihilo: & hoc etiam posito, possumus saluare differentiam creationis, quæ fit ex nihilo: & generationis, quæ fit ex aliquo: & secundùm hunc modum forma non crearetur, sed generaretur: sed etiam videtur pro his facere: quia omne, quod naturaliter mouetur ad aliud, videtur aliquid habere de eo, ad quod mouetur. Si ergo materia naturaliter mouetur ad formam: habet aliquid in se de ipsa forma. Cum hoc videtur concordare Aug. in. de Trini. circa principium dicens: nisi impressam cuiuscunqoe haberemus doctrinæ in animo notionem: nullo ad eam discendum studio flagrare mus. ergo si animus mouetur per desiderium ad aliquam scientiam: & vult per studium habere illam scientiam: oportet, quòd in se habeat aliquid de illa scientia: & quòd aliqua notio illius scientiæ præcedat desiderium ad illam scientiam. A simili ergo: si materia appetit, & desiderat formam: oportet, quòd aliquid habeat in se de illa forma. Cum hac etiam positione quantum ad scientiam concordat Philosophus in primo posteriorum dicens: Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione. Si ergo in nobis non fit scientia, nisi ex præexistenti cognitione, quæ præsistit: cognitio videtur esse aliquid de illa scientia. pari ratione in materia non fiet forma nisi in materia aliquid præexistat de illa forma. Cum hoc etiam videtur concordare Boetius in lib. de Ebdomadibus dicēs: Omne, quod appetit aliud, tale ipsum esse naturaliter ostenditur: quale est id hoc ipsum, quod appetit. Si ergo materia naturaliter appetit formam: oportet eã aliquam similitudinē habere cum forma: quod esse non posset nisi præhaberet aliquid in se de illa forma. videtur enim secundum hoc, omne appetens esse tale qoid, quale id, quod appetit, & omne appetens habeat aliquam similitudinem cum eo, quod appetit. Quod concordat cum verbis Philosophi lib. Ethicorum dicētis, quòd qualis vouisquisqoe est, talis finis sibi videtur. desiderium. ergo finis oritur ex eo, quòd aliquid est tale, & habet aliquam assimilationem ad illum finē. Sed hæc positio, quòd aliquid præcedat in materia, de qua fiet forma, qđ sit realiter differens a materia, est error Anaxagoræ ponentis latitationem formarum. volebat enim, q aliquid lateret in materia, quod fieret forma: vel ergo ista positio est: ille error: vel incidit in illum errorem, videlicet, q aliquid est in materia, quod postea apparet forma, vel quod fit forma. Idem est enim, vel ex eodē fundamento procedit, q ipsa forma lateat in materia, vel q aliquod inchoatiuum formæ, vel aliquid, de quo fiat forma, p̃cedat in materia factioem formæ. Ad hunc ergo errorem vitandum coactus fuit Philosophus dicere, q per se loquendo, oon fit forma, nec materia, sed fit compositū vtrisque: & huiusmodi compositum per agentia naturalia non creatur, nec fit ex nihilo, sed fit ex aliqua materia præiacente. Et in hoc differt generatio a creatione, quia quòd generatur, fit ex materia præiacente, & fuit potentia in materia, ante, quàm esset actu. Quod vero creatur, fit ex nihilo. i. incipit esse aliquid post, quàm erat nihil, & non præcessit potentia in materia, nec fit ex materia præiacente: sed si fit ex materia, fit ex materia concreata. Omnes enim volentes inquit de factione formæ tanquam de eo, quod fit per se, cum forma non habeat aliquid, de quo fiat, sed solum compositum habeat aliquid, de quo fiat: quia materiam præiacentem, de qua fit, quæ est pars eius, vitare non potuerunt, quia ponerent vel latentia formarum, vel aliquod inchoatiuum formæ: vel, vt isti tradunt, aliquod purum possibile, de quo fit forma, ne cogerentur ponere formam fieri de nihilo. Vt ergo tenebrosibus exemplis vtamur: videamus, quomodo fit forma, siue sit substantialis, siue accidentalis. nam communis opinio omniū Philosophantium fuit, q de nihilo nihil fit, quod verum est secundum agentia naturalia, quorum non est creare aliquid, sed facere. videamus ergo quomodo fit cera rotunda, & quomodo fit rotunditas in cera. facio enim ceram rotundam, nō oportet, q habeamus aliquam rotunditatem extrinsecam, quam applicemus cerę, vt faciamus eā esse rotundam: nec oportet, quòd aliquid de rotunditate præcedat in cera, ex qua fiat rotunditas cerę, sed sufficit transmotare ceram, & ex transmutatione cerę possumus ceram non rotundam facere esse rotundam. Et sicut est de rotunditate respectu cerę, sic est de qualibet forma respectu materiæ. Non oportet eorum, quòd aliquid de forma præcedat in materia, siue sit forma substantialis, siue accidentalis ad hoc, quòd huiusmodi forma fiat in materia: sed sufficit, quod agens transmutet materiam, & transmutando materiam inducat formam, sicut videmus sensibiliter ita fieri.

Dicemus autem, quòd forma educibilis de materia, est in potentia agentis, & est in potentia materiæ. Nam materia per seipsam non po-

ic

Impugnatio.

7. Meth. 26. 27.

Forma quę est in potentia materię & agentis.

Tomo 3. cap. 1.

1. Post. 1.

Ver. c. 1.

Arist. 4. Eth. cap. 7.

se mouere ad formã, sed oportet, q̃ per aliqnod agẽs moneatur ad ipsam. eo ergo mó, quo est forma in potentia agentis actiue, erit in potẽtia materiæ patientis passiuè. sed hæc materia est forma educenda de materia in potentia agentis actiuè, quòd nihil de illa forma præcedit in agente, sed hoc modo agens inducit formam, & potentiam educendi eam. quia transmutat materiam: & transmutando materiam inducit formam. sic ẽno modo est forma in potentia materiæ passiuè, quia potest materia pati ab agente, & transmutari ab ipso. vnde sicut agens transmutat actiuè, & transmutando actiuè inducit formam, sic materia ab agente transmutatur passiuè, & sic transmutata est in potentia ad formam, & suscipit formam. agens itaque transmutat actiuè, & transmutando educit formam, sic materia transmutatur passiuè, & transmutata educitor de ea forma. Et ideo dicit Commentator super 12. q̃ si forma fieret sine transmutatione, quòd fieret ex nihilo.

Auer. Com. 12. Met.

Ostenso, quòd nihil de forma est in materia, & declarato, quod nihil præcedit in materia, de quo fiat forma: sed agens transmutando materiam inducit formam, & sicut hoc est esse formã in potentia agentis, quia potest transmutare, vt eam inducat, & educat: sic hoc est esse potentia in materia, quia potest transmutari, vt ex ea educatur forma, & vt inducatur in ipsam; Volumus descendere ad id, quod quærit quæstio, videlicet ad potentiam materiæ, quo se habeat ad ipsam.

Dicemus enim, quòd non moneretur naturaliter materia ad formam, nisi naturaliter desideraret ipsam: & non moneretur naturaliter ad ipsam, nisi posset recipere ipsam. quia tunc esset otiosum naturale desiderium materiæ ad formã, si non posset coniungi formæ, aut non posset accipere formam. Insuper non potest materia seipsam mouere ad formam, nisi per agens transmutetur ad ipsam.

Materia tripliciter est in potentia ad formam.

Tripliciter ergo dicatur materia esse in potentia ad formam: vel pront recipit formam: vel prout desiderat formam: vel prout trãsmutatur ad formam.

Si quæratur ergo per quid recipit; dicetur, q̃ per essentiam suam. Nam ipsa essentia materiæ immediatè subijcitur formę, & immediatè perficitur per formam. vt fiant ipsa forma seipsam, & per suam essentiam perficit, sic materia seipsa, & per suam essentiam perficitur. Forma enim non habet aliqnid aliud, quod imprimat materiæ, & perficiat ipsam. quia si hoc ageret per aliqnid aliud, oporteret, quòd illud aliud ageret hoc per aliqnid aliud. & qnia esset processus in infinitum, standum est in primis, vt forma seipsa, & per suam essentiam perficiat materiam. & sicut est ex parte formæ, sic est suo modo ex parte materiæ. & ne procedatur in infinitũ, oportet, q̃ materia per seipsam, & per suam essentiã substernatur formæ, & perficiatur per formam. nullum enim erit medium inter materiam, quæ per

A ficitur, & formam, quæ perficit: nulla enim est ibi colla, nullus est ibi clauus, nulla est ibi ligatura, per quam fiat vnum ex acto, & potentia; sed eo ipso, quo forma est in actu, & materia est in potentia, fit vnum ex vtroque. & secundum Philosophum non habet aliam causam, nisi motorem educentem formam de potentia materiæ, transmutando materiam. Accipiendo ergo potentiam materiæ, vt substernitur formæ, & vt recipit formam, idem est potentia materiæ sic accepta, quod essentia materiæ.

Sed accipiendo potentiam materiæ pront desiderat formam, dici potest, causam huius desiderii esse priuationem. Nam cum forma sit quoddam optimum, & sit quoddam quid diuinum; materia priuata tali optimo, vel tali diuino desiderat esse sub ipso. Sic itaque accipiendo potentiam materiæ pro ipsa priuatione, vt ad hoc sit materia in potentia ad formam, quia est priuata forma, materia se habebit ad suam potentiam sicut se habet ad suam priuationem. priuatio vero nullam rem addit vltra materiam. Nam priuatio secundum Philosophum in 4. Metaphysicæ est negatio in subiecto. Quicquid ergo realitatis habet priuatio, habet ratione subiecti, in quo fundatur. Ponitur tamen priuatio esse principium in generatione, & corruptione, quia materia non desiderat formam, nisi per priuationem. Desiderat enim materia formam, sicut fœmina masculum, & turpe bonum. Quicquid autem potẽtialitatis habet materia, hoc est ex priuatione. Accipiendo ergo hoc modo potentiam materiæ pro priuatione, licet priuatio secundum, q̃ huiusmodi non addat aliquam rem super materiam, possumus tamen dare differentiam inter materiam, & potentiam, sit acceptam, quia adueniẽte forma non cedit materia: imo fiat simul materia cum forma adueniente, sed priuatio cedit, q̃ nia adueniente forma cedit priuatio illius formæ. Semper ergo manent illa tria. Materia, Forma, & Priuatio: quia eum sint principia: & principia oporteat manere, oportet, quòd semp maneãt illa tria, sed non manent eodem modo: quia materia semper manet eadẽ numero quantum ad essentiam: licet non maneat eadem numero quantũ ad esse. sed priuatio, & forma non sic. Semper enim manet priuatio, & semper manet forma: sed non semper eadem priuatio, nec eadem forma. Materia ergo est illud tertiũ, quod semper est subiectum priuationi, & formæ: sed quando subijcitur formæ propositæ, subiicitur priuationi formæ oppositæ, & postea quando subiicitur oppositæ, subiicitur priuationi formæ propositæ. Igitur cum vna forma semper habeat annexam priuationem alterius formæ contrariæ, oportet, quòd semper generationes fiant de contrariis in contraria, vt replicat Philosophus in multis locis.

1. Phys. t. 82.

Materia, & priuatio re no differũt. 4 Met. 4.

1 Phys. t. 82.

Principia, quo modo oportet semper manere ex Arist. 1. Phy. t. 50. Vide etiam 1. Phy sic. Doct. 6. 7. in dubijs. Simplicium etiã sic principia debent manere: i. debent reperiri in omni transmutatione. Idem Doct noster d. 10. q. 1. art. 2 et quidem clarius.

Rursus: cum non possit materia subijci vni formæ, nisi subijciatur priuationi alterius formæ, non potest esse generatio vnius, quin fit eor-

10. Met. 2. 36. 10.

ruptio alterius. Sic etiam, quia non potest priuari una forma, nisi induatur alia forma: sicut generatio huius, est corruptio illius: sic econuerso, corruptio illius est generatio huius. Et ex his intelligi valent omnia verba Philosophi circa præsens negocium.

Tertio modo potest accipi potentia materiæ, pro transmutatione ad formam, vt ex hoc sit materia in potentia ad formam, quia transmutatur ad illam: & sic adhuc differt materia a tali potentia, sicut differebat à priuatione, quia sicut adueniente forma, tollebatur priuatio eius, sic adueniente forma tollitur transmutatio ad ipsam; quia habitibus præsentibus in materia, decrescit motus, vt vult Philosophus in de Generatione. 2. de Gen. T. c. 39.

Differt autem potentia materiæ accepta secundum transmutationem a potentia accepta, secundum priuationem: quia priuatio, secundum quod huiusmodi nullam rem addit supra materiam: sed transmutatio, & omnis motus aliquã rem addit supra suum subiectum, vel aliquam rem addit supra ipsam materiam. quia transmutatio, & omnis motus aliquis actus est, & aliqua perfectio: sed non est actus, & perfectio in facto esse, sed est actus, & perfectio in fieri. sic. n. diffinimo motus, qui est actus entis in potentia, secundum quòd in potentia. Sicut enim tempus est ordo præteriti ad futurum, & semper est in successione; sic motus est ordo mutati esse ad id, quod restat mutandum. Sicut enim nõ esset tempus, nisi aliquid esset præteritum, & aliquid restaret futurum; sic non esset motus nisi aliquid esset mutatum, & aliquid restaret mutandum. nam ante, quam aliquid sit mutatum, nondum incœptus est motus: quando autem tantum mutatum est, quòd nihil restat mutandum, totus finitus est motus, & iam non restat aliquid de motu. Et ideo dicit Philosopus in Physicis, quòd omne, quod mouetur, motum est, & mouabitur, motus enim est quantum ad id, quod est factum de motu, mouebitur quidem quantum ad id, quod restat fiendum. Arist. 1. Physicorum. T. c. 9. 7. Physico. T. c. 2.

Si autem quæratur, quòd accipiendo potentiam materiæ, prout transmutatur ad formam, quid addat potentia sic accepta, supra materiam, dicemus, quòd addit aliquam dispositionem ad formam. Nam hoc modo transmutatur materia ad formam, & per agens disponitur ad illam. Quanto ergo plus habet de huiusmodi transmutatione, tanto plus habet de huiusmodi dispositione. quando ergo est perfectè transmutata, vel perfectè disposita, tunc est formæ inductio, & cessat transmutatio. in ipsa ergo inductione formæ cessat potẽtia materiæ, vt est priuatio formę. & cessat potentia materiæ, vt est transmutatio ad formam, sed non cessat potentia eius, vt recipit formam, sicut enim naturalia sunt composita ex materia, & forma, quia sunt composita ex materia recipiente, & forma recepta, sicut simul manent materia recipiens, & forma recepta: & sicut si aliquod istorum tolleretur, oporteret, quòd tolleretur compositum; sic omnia talia sunt composita ex potentia recipiente, & actu recepto, & simul manent potentia recipiens, & actus receptus: nec potest tolli aliquod horum, nisi tolleretur compositum. In omnibus enim talibus sicut forma est ipse actus, sic materia est ipsa potentia.

Dub. I. Lateralis.

An Aptitudo in materia possit dici possibile.

Conclusio est affirmatiua.

Ric. d. 12. q. 1. Iuxta aliorum opinionem, aptitudo est quid possibile in materia.

VLTRIVS quæritur circa hoc de opinione illorum ponentium quoddam possibile, quod sit forma, & quod potest vocari potentia materiæ, videtur realiter differens a materia, quomodo secundum eos sit ista intelligentia.

Dicendum secundum istos, quòd licet priuatio secundum rectum, vel directè non addat aliquid supra materiam; tamen secundum obliquũ & indirectè addit. quia licet priuatio de se sit negatio; & negatio de se nihil dicat; tamen ista negatio importat, vel habet annexam aliquam aptitudinem ad formam. quia hæc priuatio est carentia formæ cum aptitudine ad illam. volunt ergo isti, quòd ipsa aptitudo sit res aliqua, & sit quoddam purum possibile. quod purum possibile excitatum per agens fit forma, vt transmutatur in formam. Ponunt enim isti, quòd ista tria Forma, Materia, & illud purum Potentiale sic se habeant, quòd forma dicat aliquem actum, & materia etiam de se dicat aliquid in actu. sed ille actus, quẽ importat de se materia, est infra oẽm actum formę. illud vero purum possibile, de quo fit forma, dicunt ipsum esse infra materiam, qa cum materia dicat aliquid in actu secũdum eos, & illud purum possibile non importet aliquem actum, oportet tale potentiale esse infra materiã. sed si hoc esset, materia esset in illo possibili, non econuerso, quia cum materia dicat actum aliquẽ & illud dicat puram potentiam: & actus, proprie loquendo, sit in potentia, & non econuerso, materia esset in illo possibili non non econuerso. forma ergo nõ fieret ex illo possibili, sed in illo possibili. superflueret ergo materia. Illud ergo, qd ipsi vocant purum possibile, Philosophi, & Sacri, & potissime Aug. vocãt, materiã. hæc est enim materia, vt patuit per Aug. quod est infra omnem actum, & supra nihil. Cum quo cõcordant verba Philosopho-

Possibile purum in materia quid.

Possibile purum in materia nullũ.

sophorū, vt supra tetigimus, potentiū materiam medium inter ens, & nihil.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quòd quamdiu volemus quærere de quo fit forma, tamdiu erimus in errore. Non enim debemus quærere de quo fit forma, sed in quo fit forma. quia fit in materia, quæ ante, quam incipiat transmutari ad formam, non oportet, quòd habeat aliquid de forma in speciali: sed postquam incœpit transmutari, habet aliquid de forma, quia habet aliquam dispositionē ad ipsam, quæ dispositio non est inconueniens esse accidens, cum accidens disponat ab substantialem formam, vt calefactibile calefactum per calorem sibi acquisitum disponitur, vt fiat ignis. Calor ergo incompletus est dispositio ad formam ignis, & potest præcedere tēpore formam ignis: sed calor completus sequitur formam ignis, non tempore, sed origine. In eodem enim instanti calefactibile fit ignis, & est perfectè calidum, sed origine prius intelligitur esse ignis, quā perfectè calidum.

Dispositio in materia est accidens.

Dub. II. Lateralis.

An Materia habeat aliquid formæ, ad quam moueatur. Conclusio est affirmatiua.

Guil. Gorr. d. 2. q. 2. Materia habet non nihil consimile formæ, ad quam mouetur. Forma autem illa, quam habet, imperfecta, & generica, non autem specifica dici potest. Hinc tanquam ex contrario, in contrariū, vt perficiatur ad ipsum mouetur.

VLTRIVS circa hoc quæritur: cum omne, quod mouetur ad aliquid, habeat aliquid de eo, ad quod mouetur: & cum motus ad aliquid sit per quandam assimilationē (quia quale vnumquodque est talia appetit) oportet, quod apperens habeat aliquam similitudinem cum eo, quod appetit: Sed quid habet materia de forma antequā moueatur ad formam, & quam similitudinem habet cum forma ante, quam moueatur ad ipsam? Dicendum, quòd in materia est duplex appetitus formæ: vnus ad plenitudinem formæ, vt sit plena forma: alius ad hanc formam, vt perficiatur per ipsam. vtroq; ergo modo habet aliquid de eo, ad quod mouetur, & habet aliquam similitudinem cum eo, ad quod mouetur.

Propter primum sciendum, quòd semper materia appetit, quòd sit plena forma, vel quòd sit plena formis: & quia non potest habere simul, apperit hoc habere eo modo, quo potest, videlicet successiuè. materia enim cōsi potest dici, quòd est plena forma, quia ibi forma replet, & sanat totum appetitum materiæ. sed materia istorum inferiorum, quæ est subiecta contrarijs, & cum est sub forma vnius contrarij, appetit esse sub forma alterius; nunquam est plena forma, vel nunquam est plena formis, quia nūquam per formam, sub qua est, satiatur, & repletur appetitus eius: vellet ergo materia, vt diximus repleri omnibus formis ad quas est in potētia: sed non valēs hoc simul hīe, vult habere eo modo, quo potest, videlicet successiuè. Erit ergo appetitus materiæ secundum hunc modum loquendi ad totalitatem formarum, ad quas formas sic ergo existens, & talem appetitum habens; sub quacunque forma existat, habet aliquid de eo, ad quod mouetur, quia cum appetat moueri ad totalitatem, quancunque formam habeat, habet aliquid, ideſt, aliquam partem de illa totalitate. Insuper cum habitum sit, quod appetat moueri ad totalitatem, habet aliquam similitudinem, cum illa totalitate, quia habet aliquam partem illius totalitatis, quia in aliquo, vel in aliqua parte assimilatur illi totalitati.

Ostensū quomodo materia prout mouetur ad totalitatem formarum, & esse desiderat plena formis, habet aliquam partem eius, ad quòd mouetur, & habendo huiusmodi partem habet aliquid de similitudine eius, ad quod mouetur; volumus declarare, quomodo materia prout mouetur ad hanc formam, & prout appetit perfici per hanc formam, habeat aliquid de illa forma, & habeat aliquid de similitudine illius formæ, etiam ante, quam incipiat moueri ad illam formam. Nam secundum Philosophum omnes transmutationes fiunt de contrarijs in contraria, vt patet ex primo Physicorum, & ex 12. Metaphysic. & in multis locis, sed vt dicitur in 10. semper contraria sunt posita sub eodem genere. ergo vnum cōtrarium semper hēt aliquam similitudinem, licet exilem, cum alio contrario. Habet enim huiusmodi similitudinem in generali, & sub forma generis, licet non habeat hanc in speciali, & sub forma specici. vt albedo habet aliquam similitudinem cum nigredine, quia vtraque color, & vtraque participat genus coloris, & vtraque participat aliquid de luce elementali, quæ est hypostasis colorum. nigredo enim cum sit species coloris, non est pura priuatio lucis, sed participat aliquem gradū lucis, licet participet huiusmodi gradū longè inferiorē, quàm albedo. Semper enim contraria sunt sub eodem genere, & vnum habet rationem habitus, & aliud magis priuationis rationem. vt album habet magis rationem habitus, & nigrum priuationis, & calidum magis rationem habitus, & nigrum priuationis, & calidum magis rationem habitus, & frigidum priuationis. nullum tamen contrariorum est pura priuatio.

Lib. 1. Phys. t. c. 47. & 56. & 2. Cœl. t. c. 18. 10. Metaph. t. c. 15. & 164. Metaph. t. c. 27. 12. Met. t. c. 22. & 1. de gen. 18. & 2. de gen. 32.

tunc enim contraria non opponerentur cõtrariè, A sed vt priuatio. & habitur, quodlibet ergo contrariorum reseruat sibi aliquem gradum sui generis,& habet aliquam perfectionem, secundum suum genus.sub quocuoq; ergo contrario sit materia,adhuc appetit esse sub alio contrario, quia aliquid deficit sibi de perfectione illius generis.

Reuertamur ergo ad propositum,& dicamus, ꝙ quantuncunq; materia existat sub forma contraria;tamen in generali,& quantum ad formam generis habet aliquam similitudinem alterius cõtrarij,quia vt vult Themistius super 1.de anima. Generis quidem conceptus sumptus est ex tenui singularium similitudine.quod non esset,nisi formæ contrariæ secundum suum genus aliquam similitudinem ad se inuicem obtinerent impropriè.quia materia existens sub contraria forma in generali,& quantum ad formã generis hẽt aliq̃d B de alia forma contraria,& habet aliquid de similitudine formæ contrariæ, sed habet hoc imperfectè, & sub forma generis.& ideo naturaliter appetit transmutari ad formam cõtrariam, vt quod habet imperfecte,& sub forma generis,habeat pfecte,& sub forma speciei: vel vt dicebat ratio prima,materia appetit habere totum,& omnes formas:& quia hoc non potest habere simul, appetit ea habere successiuè, & ideo eum est sub vno contrario,naturaliter appetit esse sub alio.

Materia habet aliquid formæ, ad quam mouetur.

Ex hiis ergo patere potest, quomodo materia cũ transmutatur de contrario in contrarium habet aliquid de eo,ad quod mouetur,& habet aliquã similitudinem saltem in generali eius, ad quod mouetur. Patere etiam potest,quomodo priuatio facit materiam naturaliter appetere formam, qa C cum materia est sub forma contraria modo generali,& tenui,habet similitudinem alterius formæ contrariæ.quia,vt dictum est, ratio generis ex tenui similitudine sumitur. licet ergo in generali,& imperfectè materia existens sub vno contrario,habeat similitudinem alterius formæ cõtrariæ:in speciali autem, & perfecte est priuata illa forma contraria.ista ergo priuatio,per quam materia deficit a bono,quod est in forma contraria, mouet materiam, vt appetat esse sub forma contraria: vt quod habet in generali,& modo tenui, habeat in speciali, & modo perfecto. Restat ergo soluere argumenta principalis quæstionis.

Ratio. ad arg. art. ii.

Materiæ potentia supra essentiã addit.

AD primum ergo dici debet, quòd materia per suam essentiam comparatur ad formam vnam, & est sub forma vna: sed per suam potentiam comparatur ad formam aliam;patet,quòd ex hoc non arguitur, quòd sua essentia non sit sua potentia, sed ꝙ aliquem respectũ addit potẽtia supra essentiam, per quem respectum potest ad formam aliam comparari.

Ad secundum dicendum,ꝙ comparari solum ad vnam formam:& comparari ad plures,vel ad omnes non oportet, quòd dicat aliquam rem pura essentiam materiæ:sed sufficit, quòd dicat respectum aliquem, vel respectus aliquos. quod non negamus,quia potentia respectum aliquem vel respectus aliquos possit dicere supra essentiã materiæ:qui erunt non quid rei, sed quid rationis tantum.

Respectus, quem potẽtia supra materiæ essentiam addit. quid dicat. vide Docto. 2. Physico. Lect. 18 in Dub. 7. a. & 8.

Ad tertium dicendum, quòd argumentum illud procedit secundum opinionem ponentium aliquid possibile in materia realiter differens ab ipsa,de quo educitur forma, & quod forma fit, & transmutatur in formã. Nos vero non damus formæ aliquid,de quo fiat: sed aliq̃d,in quo fiat: & sufficit,quòd forma non fiat per se: sed fiat ex transmutatione materiæ, & fiat non per se, sed per factionem compositi. nam si fieret sine transmutatione materiæ secundum Commentatorem,in 12. fieret ex nihilo,vel si fieret secundum se,& factionẽ sui,oporteret dare aliquid,de quo fieret,vel fieret ex nihilo.Ipsi ergo composito,qđ fit per se,& secundũ se,sufficit, dare de quo fiat. formæ vero, quæ non fit per se, & secundum se, sed fit in alio,vt in materia,& per aliud,vt per factionem compositi, sufficit dare aliquid,cũ quo fiat,& cuius factione fiat.

12. Meta. Comm. 22.

Ad id autem,quod dicitur, ꝙ adueniente forma cedit potentia;non cedit materia, ergo materia non est idem,quod sua potentia; patet, quòd potẽtia materiæ potest accipi,vel pro ipsa essentia materiæ,vel pro eius priuatione,vel pro transmutatione ipsius:si accipiatur pro priuatione,& pro transmutatione,adueniente forma cedit priuatio ipsius formæ,& transmutatio ad aliam formam. sed prout potentia accipitur pro ipsa essentia recipiente formam, sicut non cedit materia, adueniente forma;sic non cessat potentia adueniente actu: & sicut forma recepta, est idẽ, quod actus, sic materia recipiens est idem,quod potentia.

ARTIC. III.

An in corporibus cœlestibus sit materia propriè sumpta. Conclusio est affirmatiua.

Aegid.in 1.p.Hexam.cap.7. & alijs cap.partis.1. Capr. d.12.q.2. Ant. And. 3. Met.q.4.Bacch.2.senten. d.14.q. 1.artic.1.2.Tho. Aig.d.12. q.1.artic.3. Achill.de orb. lib.1.dub.1.Soncin.12.Met.q.7.Caiet.in lib. de cœlo. q.1.de mat.cœli.Ioan.Gandun lib.1.de cœl.q.23.

D

QUERITUR quæritur de materia per comparationem ad corpora cœlestia: Vtrum in eis sit materia propriè sumpta: vel, quod idem est, vtrum in eis sit materia, quæ sit pura potentia. Et videtur, ꝙ non,quia materia,quę est pura potẽtia, non vt posse separari a priuatione. Vnde & Philosophus, in 1. Physic. vbi loquitur de Principijs

cipijs naturæ, quæ ſunt materia, quæ eſt potẽtia puta: & forma; vidẽs talem materiam uou ſeparati a priuatiou e, dixit tria eſſe principia naturæ, Materiam, Formam, & Priuationem: ſed in ſupercæleſtibus uon eſt priuatio reſpectu alicuius formæ, ergo uon eſt ibi materia, quę eſt pura potentia, & quæ ſemper eſt couiuncta tali priuationi.

Phyſ. 1. 2. 3. ſumma diffuſim.

Præterea materia, quæ eſt pura potentia, eo ipſo, ꝙ eſt elementalis, habet aptitudiuem ad omuem formam, & appetit eſſe ſub omni forma, etiam cum eſt ſub forma nobili, appetit eſſe ſub forma ignobili. quia qnælibet forma de ie dicit aliquam perfectiouem, quæ non eſt in alia forma. quantũcunque ergo materia ſit iub forma nobili, deeſt ſibi aliqua perfectio, q̃ eſt iu forma iguobili, ratioue cuius appetit eſſe ſub illa forma. Quare ſi in cœlo eſſet materia, quæ eſſet pura poteuiia, haberet illa materia aptitudiuem ad omnem formam, & per conſequens deficerẽt ſibi multæ perfectiones, quæ ſuut in alijs formis, quautuncunque ergo forma cœli ſit forma nobilis, quia deficetent ei perfectiones aliarum formarũ, uaturaliter appeteret materia eſſe ſub illis formis. vel ergo uatutalis appetitus materię eſſet omuino ocioſus (quod eſſe nou poteſt) vel contiugeret aliquando cœlum corrumpi, & materiam eius fieri ſub alijs formis: cui ratio contradicit.

Com. 1. Præterea, Commen. in de ſubſtãtia orbis planè dicit, ꝙ in cœlo uou eſt materia, quæ ſit pura potentia.

Com. 4. Præterea idem Comment. iu 12. vult, quòd hæc iofera ora ſiut compoſita ex materia, & forma: ſed iupercœleſtia ſuut compoſita ex corpore, & forma: ergo ibi loco materię eſt ipſum corpus. ſed corpus dicit aliquid iu actu, ergo materia in ſupercæleſtibus non eſt pura potentia, ſed dicit aliquid in actu.

In contrarium eſt. quia cum differentia ſubſtantialis materiæ ſit eſſe in potẽtia, & eſſe pura potentia. cum ergo nihil poſſit ſe parare ia ſua differẽtia ſubſtãtiali; vel io ſupercęle ſtib' uõ eſt materia: vel ſi eſt ibi, eſt pura potẽtia.

RESOLVTIO.

In cœlo eſt vera materia. Id quod, ne acciden ibi abſque ſubiecto eſſe dicatur, aſſerere neceſſe eſt.

Opinio de materia cœli S. Me. Cõ. 12. 4. Phyſ. Com. 28.

Respondeo dicendum, ꝙ Commen. in de ſubſtantia orbis venatur naturam materiæ in ſupercæleſtibus ex tranſmutatione ipſorum, quia ſicut actus fecit ſcire formam, ſic trauſmutatio fecit ſcire materiam. Videmus autem in rebus triplicem tranſmutationem: Vel ad formã accidentalem, quę ſecũdum ſe reſpicit id, in quo eſt: & hæc tranſmutatio ſi ſit ad quantitatem, dr angmentũ, vel dimiuutio: Si ſit ad qualitatẽ, dicitur alteratio. Eſt autem tertia tranſmutatio, q̃ nec eſt ad formam ſubſtantialem, uec ad quantitatem, nec ad qualitatem, nec ad aliquam formam accidentalem, quæ ſit in compoſito ſecundum ſe, ſed ſolum per reſpectũ ad aliud: & hæc eſt tranſmutatio ad vbi, vel ad locum. motus enim localis, per quem acquiritur locus, vel per quem acquiritut vbi, uon eſt ad perfectiouem aliquam, quæ ſit iu te mobili ſecuudum ſe, ſed ſolum, vt comparatur ad aliud. Nam locus, qui acquiritur per motum, uou eſt iu ipſo mobili, ſed eſt iu eo, quod coutinet ipſum mobile: vel uou eſt in ipſo mobili ſecuudum ſe, ſed vt comparat ad aliqd aliud. ipſum ẽt vbi ſi ponatur in mobili, hoc erit per reſpectum ad aliquid aliud. Et iude eſt, quòd ſecundum quòd aliter, & aliter accipitur motus localis: aliter, & aliter accipitur locus, & alitet accipitur vbi, quod reſpicit locum. vt grauia, & ieuia mouentur localiter, quia mouentur in aliquo: & reſpectu eius, in quo mouentur, dicuotur moueri localiter, & acquirere aliud, & aliud vbi. Cœlum autẽ mouetur localiter, qui motus magis accipiendus eſt. quia mouetur circa aliquid, quàm quia mouetur iu aliquo. Et ideo de loco ſupercæleſtium, & de vbi eorum acquiſito per motum loqui poſſumus, pruut mouentur circa aliquid, vt prout mouentur circa centrum. motus ergo localis ſecundum ꝙ huiuſmodi uou oportet, ꝙ aliquid varieteitca mobile, uec ꝙ ex hoc aliqua forma acquiratur mobili ſecundum ſe, ſed ſolũ, vt comparatur ad aliud, vel ad aliud, iu quo eſt: vel ad aliud, circa quod eſt.

Cœli compoſitio quæ ſit.

His itaque præhabitis, ſi nos non quærimus materiam oiſi ratione tranſmutationis, & in cœlo uou eſt tranſmutatio uec in ſubſtantia, nec iu quantitate, uec in qualitate, ſed ſolom in vbi; uõ quæremus ibi materiam uiſi ptopter tranſmutationem ad vbi. & quia ſecundũ motum ad vbi ſufficit eſſe ſubſtautiam, quæ ſit corpus, iu ſupercæleſtibus ſecundum hauc viam, q̃ eſt Commẽtatoris, uulla eſt compoſitio ſubſtãtiæ quantum ad eſſe. ita ꝙ cœlum habet eſſe per ſimplicem ſubſtantiam, quæ quãtum ad eſſe nõ eſt compoſita ex aliquibus duabus ſubſtaotijs: Subſtautia autem iſtorum iuferiorum etiã quãtum ad eſſe eſt compoſita ex duabus ſubſtãtijs: ex materia videlicet, & forma. ſed iſtud cœlum eſt quoddam corpus ſimplex iecuudum Commen. & ex hoc eſt quædam ſimplex ſubſtantia nou compoſita ex duabus ſubſtantijs. Eſt enim ibi quautum ad eſſe compuſitio nou ſubſtantiæ cum ſubſtautia, ſed ſubſtautię cum quautitate: & ſubſtantiæ, & quantitatis cum qualitate, quæ cõpoſitiones ex ipſa traoſmutatioue cœli accipiũtur ſic eſſe. Nam cœlum muuetur localiter, & motum localiter uon ſolum mouet localiter iſta inferiora, ſed etiam alterat ipſa, aliter tamẽ, & aliter. quia ita mouet localiter hæc infetiora, vt & ipſum etiam localiter moueatur. Vnde nõ eſt primum mouens immobile, ſed ſic alterat iſta inferiora, vt ipſum miuimè alteretur. Vnde poteſt dici primum alteraos inalterabile, quoniam ergo cœlum mouetur localiter, & mouet localiter iſta inferiora; oportet ſubſtantiam eius

esſe

esse compositam cum quãtitate. quia nihil mouetur, nisi quantum, loquendo de motu locali, vt nos loquimur. quia ergo cœlum non mouet localiter nisi motum, & non potest moueri localiter nisi sit quid quãtum ex eo, quòd mouetur, & ex eo, ꝙ sic mouet; arguitur esse quantum, & arguitur esse compositum ex substantia, & quãtitate: sed ex eo, ꝙ alterat, quàmuis ipsum nõ alteretur, arguitur esse compositum non solũ ex substantia, & quantitate: sed etiam ex his, & qualitate. forma enim substantialis, vel quæcunque substantia corporalis non potest esse secundum
7. Meta. Commen. in 7. immediatum principium actionis, vel alterationis. Nam ignis, cum sit corpus, forma substantialis eius, vel ipsa substantia eius non erit immediatũ principium actionis, vel alterationis, sed aliqua qualitas est in igne, vt calor, per quam ignis immediatè agit, & alterat: sic ipsa substantia cœli non erit immediatum principium alterandi alia, sed aliqua qualitas est in cœlo, per quã immediatè agit, & alterat. Non quærimus ergo compositionem in cœlo oisi ratione transmutationis eius, vel transmutationis passiuæ: vt quia transmutatur, & mouetur localiter, & sic est compositum, ex substantia, & quantitate: vel quia transmutat, & alterat, licet non alteretur. Et quia hoc non fit nisi per qualitatem aliquam, quæ est virtus actiua cœli, ideo pter compositionem ex substantia, & quantitate, est compositum cum qualitate. Ista est ergo positio Commentatoris, vt cœlum nõ sit compositum quantum ad esse, nõ est ex duobus substantijs, sed solum ex substantia cum quantitate, & ex substantia, & quantitate cum qualitate. Nec videtur, ꝙ ratione transmutationis debeamus ibi aliquam aliam compositionem ponere, & compositio non est quærenda, nisi ratione transmutationis videtur esse bona, & solennis opinio Comment. Si autem quæratur vtrum secundum opinionem Comment. sit in cœlo aliqua compositio ex duabus substãtijs. Dicemus, quòd non quãtum ad esse, vel ex quibus fiat vnũ secundum esse: sed bene est ibi cõpositio ex duabus substantijs quantum ad motum, & quantũ ad operationem, ex quibus fit vnum secundum motum, & secundum operationem. ergo quia motor appropriatus cœli, qui potest dici anima eius, facit quid vnum cum corpore cœli sic moto secundum motum. quia idem est motus, quo anima cœli mouet cœlum, & quo cœlum mouetur ab ipsa: sicut eadem est calefactio, qua calefaciens calefacit, & calefactibile calefit, vt fiat vnũ ex calefaciente, & calefactibili secundum calefactionem, sic fit vnum ex anima cœli, quæ potest dici forma cœli, & corpore cœli secũdum localem motionem. ideo vult Commẽ. quòd in istis inferioribus sit compositio ex materia, & forma quantum ad esse. quia illa duo faciunt vnũ secundum esse: sed in cœlo est compositio ex corpore, & forma, ideſt ex corpore cœli, & eius anima, vel eius motore appropriato non secundum esse, sed secundum motum, vel secundum operationem. Vode Commen. in 8. Meta. vult quòd corpora supercælestia non vinant per vitam, vel per animam, accipiendo viuere prout viuentibus est esse: sed vult, quòd corpora supercælestia sint animata, & viuant. quia motores eorum appropriati influunt eis motum, qui motus est quoddam opus vitæ. Nam aquæ stantes, & non motę dicuntur mortuæ: motę verò, & currentes, & fluentes dicuntur viuæ. Sed hæc positio Commen. licet sit pulchrè dicta, & enarrata, tamen stare non potest. Cœlum enim non potest esse quoddam corpus simplex non compositum ex duabus substantijs secundum esse, sed oportet, quòd sit corpus compositũ ex vera materia, & vera forma corporali, quę componentes ipsum faciunt ex eo vnum quid secundum esse: & præter hanc compositionem secundum esse oportet, ibi esse compositionem ex corpore sic cõposito, & eius motore appropriato, qui dicitur anima eius: & eo modo, quo dicitur anima posset dici forma eius. ex quibus duobus non fit vnum secundum esse, sed secundum operationẽ, & secundum motum. Non enim reprehendimus Commen. quãtum ad omnia alia, sed solum quantum ad hoc, quòd dixit cœlum esse corpus simplex non compositum ex duabus naturis, vel ex duabus substantijs, ex materia. s. & forma. Dictum autem eius, quòd transmutatio fecit scire materiam, vel fecit scire compositionem ex materia, & forma; dicemus verũ esse, sed hoc erit dupliciter: vel quia transmutatio illa est ad talem compositionem. quia facit, quòd materia coniungatur formæ, & facit compositionem cum forma, vel quia talis transmutatio non facit talem compositionem materiæ ad formam. transmutatio ergo cœli, quæ est localis, & est solum ad vbi, nũ est transmutatio materiæ ad formam; sed est transmutatio præsupponẽs compositionem materiæ cum forma. oportet enim accidẽs fundari in substantia. quãtitas ergo & qualitas cœli in aliqua substantia fundent necesse est. Quæremus ergo de illa substãtia: vtrum sit simplex, vel composita. simplex autem esse non potest. quia si esset simplex, vel esset materia, vel esset forma, eum non sit dare nisi tres substantias: materiam, formam, & compositum. Cum ergo substantia cœli dicatur substantia simplex, non erit substantia composita. erit ergo materia, vel forma, sed non materia: cũ materia sine forma esse non possit, erit itaq; forma sine materia. sed formæ immateriales non sunt susceptiuę accidẽtium sensibilium, nec possunt esse subiectum eorum. Illa ergo accidentia sensibilia, quæ videmus in cœlo, essent sine subiecto, & ista est conclusio, quam fecimus in nostro Hexameron de operibus sex dierum, qđ si in cœlo non esset vera materia, essent ibi accidentia sine subiecto.

Hoc idem etiam pater alio modo. nam si substantia cœli est simplex non composita, oportet quòd illa substantia sit aliquid in actu. Nam nulla substantia esse potest, quæ non sit in actu per aliquid

Auer. quas vitam cœlis tribuat.

Aquæ viuę, & mortuæ.

Cœli compositio duplex.

Cœli compositio ex Auer. an sit ex duabus subst.

Cœli compositio, & inferiorum quid differ.

Hexameron lib. ante a nostra editum.

aliquid sui generis, & ideo materia nunquàm ponitur in esse sine forma substantiali, quæ est aliquid sui generis. quare si substantia cœli est aliquid in actu, & est substantia simplex, erit forma sine materia, & tunc idem quod prius. ponere enim formas immateriales esse susceptiuas accidentium sensibilium est contradicere rationi: & licet ex parte quarumcunque accidentiũ sensibilium possimus ostendere cœlum non esse quandam substantiam simplicem in actu, vel non esse quandam formam sine materia: ex parte tamen quantitatis cœli hoc clarius concluditur. quia nulla forma diuiditur nisi per materiã, vt dicitur in 7. Illa enim substantia quæ est in cœlo extenditur, & diuiditur secundum quantitatem cœli. Aliter enim esset ibi quantitas sine subiecto, si nulla esset ibi substãtia extensa per illam quantitatem; hoc non potest esse forma sine materia. quia nulla forma extenditur, vel diuiditur nisi per materiam: nec potest esse materia sine forma. quia materia contracta cũ forma est causa omnium accidentium sensibilium. Ostenso enim quocũque accidẽte sensibili, possumus concludere, quòd accidẽs illud fundatur in substantia composita ex materia, & forma. Et si possit aliquis dubitare de alijs accidẽtibus sensibilibus, de ipsa tamen quantitate dubitare non potest. Nullus enim sanæ mentis diceret, quòd forma possit subijci quãtitati sinè materia; cum habitũ sit per Philosophum, formam non posse diuidi, & per consequens nec extendi sine materia. Ea accidentibus ergo cœli manifeste probatur, substantiam in cœlo esse compositam ex materia, & forma.

Forma diuiditur per materiam 7. Met.

Quæremus ergo de illa materia cœli vtrũ sit pura potentia, vel sit aliquid in actu, quia si est pura potentia, habemus intentum: hoc enim probare volebamus. si autẽ est aliquid in actu redeunt omnia inconuenientia supradicta. alia etiam inconuenientia accidunt sic dicenti, quia tũc omnis forma aduenienti illi materiæ erit accidens: quia quicquid aduenit enti in actu totum est accidens. Rursus cum ex duobus in actu nõ fiat aliquid verè; vel simpliciter: vnum magis fieret verè, & simpliciter vnũ in istis inferioribus, vbi forma aduenit materiæ, quæ est pura potentia; quàm in supercælestibus, vbi forma aduenit materiæ existenti in actu. quæ omnia esse inconuenientia nullus dubitare posset. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd motus localis non est transmutatio ad formam substantialẽ, quia non est generatio: nec ad formam accidentalem, quæ respicit subiectum secundum se, cuiusmodi est quantitas, & qualitas. quia talis transmutatio nec est alteratio, nec augmentum. Transmutatio ergo cœli licet non sit ista, præsupponit tamen compositionem omnium istorum, vt est per habita manifestum.

RESP. AD ARG. Ad primum ergo dicendum, quòd materia etiam, quæ de se est pura potentia, non quocunque modo sumpta, est subiecta priuationi, sed solum est talis, cum est subiecta formæ contrariæ, cui de necessitate est annexa priuatio alterius formæ contrariæ: & inde est, quòd cum priuatio sit vnum de principijs, quod requiritur in generatione, & corruptione rerum, nunquam fiunt generationes, & corruptiones, nisi ex contrarijs in contraria, vt semper priuatio possit in talibus esse principium. Sed si Deus subijceret materiam formæ non habenti contrarium, cuiusmodi est forma cœli, quod indicat motus eius, cui, vt probatur in de cœlo, & mundo, nihil est contrarium, illa forma sic perficiens materiam, non haberet priuationem formæ contrariæ annexam: & quia ponitur cœlum nullam habere formam contrariam, tale ergo corpus erit ingenerabile, & incorruptibile, erit sine augmẽto, & diminutione, & erit sine alteratione. sed cõ motus localis præsupponat substantiam, secũdum quam fit generatio, & corruptio: & quantitatem secundum, quam fit augmentum, & diminutio: & qualitatem, secundum quam fit alteratio; ergo licet in hac transmutatione posteriori non inueniatur contrarietas, quia motui circulari nihil est contrarium; tamen inueniretur contrarietas; vt possit aliqua alia esse transmutatio in cœlo secundũ locum. quod totum contingit, quia natura cœli, ideſt, materia, & forma cœli non habent priuationem annexam: vnde nulla transmutatio est in cœlo, quę variet naturam cœli: sed solum, quæ per respectum ad aliquid extrinsecum transmutat cœlum.

Ad secundum dicendum, quòd materia secundum agentia naturalia, & secundum rationes seminales, non habet aptitudinem, nisi ad formas contrarias: sed secundum rationes obedientiales habet aptitudmem ad omnem formam. quantũcunque ergo sit pura potentia non habet aptitudinem simpliciter, & quocunque modo ad omnes formas, vt patet per habita.

Quod autem addebatur de forma cœli, & de aliis formis, in sequenti quæstione soluetur: vbi ostendetur, quòd materia existens sub forma elementi non appetit esse sub forma cœli, nec econuerso.

Ad tertium dicendum de Comẽta. q̃ non est aliqd in cęlo, qđ sit pura potentia. Et ad quartũ q̃ substãtia cœli non est composita ex materia, & forma, patet non esse bonam positionem Comment. quia secundum eam essent accidentia sine subiecto: & forma non habens materiam, susciperet accidentia sensibilia, & extenderetur: & per consequens diuideretur forma sine materia, quę oia sunt inconuenientia.

ARTIC.

ARTIC. IV.

An materia omnium eam habentium sit vna

Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 1. p. Hexam. cap. 4. & 9. D. Tho. 1. p. q. 66. art. 2. Et 2. sentent. d. 12. art. 1. D. Bonau. d. 12. art. 1. q. 1. Alber. q. 2. de 4. coæuis art. 5. 6. 7. & 8. Ric. d. 12. q. 8. Alex. de Ales 2. p. q. 44. art. 2. Biel. d. 12. q. 1. Tho. Arg. d. 12. q. 1. art. 4. Capr. d. 12. q. 1. & 2. Dur. d. 12. q. 1. Voril. d. 12. q. 1. Bacch. d. 14. q. 1. artic. 4. Sonc. 12. Meta. q. 8. & 9. Caiet. lib. de cœlo q. 2. de mat. cœli.

VARTO quæritur de materia per comparationem ad suã vnitatem: Vtrum sit vna materia omnium habentium eã. Et videtur, quòd non. quia secundum Philosophum in 5. Metaph. Vnitas generis est vnitas materiæ, quæ ergo non conueniunt in genere non conueniũt in materia. sed corruptibilia, & incorruptibilia non habent idem genus, ergo nec eandem materiam. 5 Metaph.

Præterea secundum Commen. in de substantia orbis, & allegat Themestium, dicens: Sol, & Luna, & aliæ stellæ aut sunt formæ nõ in materia, aut habent materiam equiuocè cum alijs materijs. ergo vel cœlum non habet materiam, vel non habet eandem cum istis, sed habet eam equiuocè cum eis.

Præterea quorumcunque non est vna potentia, nec est illorum vna materia, quia sicut forma est actus, sic materia est potentia. sed inferiorũ, & superiorum non est eadem potentia, cum in superioribus sit tantum potentia ad vbi, in inferioribus sit potentia ad esse; ergo non est eadem materia hic, & ibi: cum non sit eadem potentia.

Præterea: cũ materia est sub forma vna, quãcumcunque nobili, appetit esse sub forma ignobili, & multo magis quando est sub forma ignobili, appetit esse sub nobili. Si ergo esset eadem materia in cœlis, & in istis elementis; tunc etiam existens sub forma cœli appeteret esse sub forma elementi: & multo magis existens sub forma elementi appeteret esse sub forma cœli, cuius contrarium videmus ad sensum.

IN CONTRARIVM est, quia secundũ Sanctorum sententiam, omnia fuerunt facta in quadam materia confusa, postea ex illa materia confusa fuerũt distinctè producta omnia. quod nõ esset, nisi omnium corporalium cœlestium, & elementorum esset vna materia.

Præterea secundum Philosophum in primo Physicorum. Non est nisi vna tantum materia. ergo vel supercælestia non habent materiam, quod patet esse falsum: vel si habent eam, habent vnam, & eandem cum istis inferioribus. 8. Phys.

RESOLVTIO.

Materiam corruptibilium, & incorruptibilium eandem esse affirmamus. At quoniam facto vno omnium corporum cœlestium, horumque inferiorum esse possit, in Dub. 2. laterali patebit.

RESPONDEO, dicendum. quidam dicentes se tenere cum Comment. dixerunt non esse vnam, & eandem materiam supercælestium, & inferiorũ. sed, vt patet per habita, vult Comment. quòd substantia cælestis, non sit composita ex duabus substantijs, & quòd substãtia cœli sit quædam substantia simplex, quæ potest dici corpus nõ compositum ex materia, & forma: & si habet aliquam compositionem cum aliqua substantia, hoc erit solum ad motorẽ suum appropriatum, qui potest dici eius anima, & eius forma. Propter quod posuit ista inferiora esse cõposita ex materia, & forma: supercælestia vero ex corpore, & forma. quo posito, patet nõ esse eandem materiam supercælestium, & inferiorum. quia materia in his inferioribus est pura potentia, & potest propriè, & simpliciter dici materia. sed materia superiorum non est, propriè loquẽdo, materia, sed secundum Commentatorem dici debet corpus, & est aliquid in actu. sed hæc positio Comment. in præcedent. quæstione euidenter est reprobata. propter quod illi idem dicentes se tenere cum Commẽtatore in alijs suis scriptis videntes opinionem Cõmentatoris, stare non posse, improbant eam. Est ergo alius modus dicendi de differentia materiæ superiorum, & inferiorum, quòd non est eadem materia hic, & ibi. quod quidam probant ex receptione formæ. Dicunt enim, quòd materia de se est in potentia ad omnes formas. & quia de se est quid tale, ideo est in potentia ad formam perfectam, & imperfectam. & ideo cum est sub forma perfecta, adhuc appetit esse sub forma imperfecta, quia adhuc est in potentia ad illam, & econuerso. Hinc concludunt, quòd si eadem esset materia inferiorum, & supercælestium materia, quæ est sub forma elementi, appeteret esse sub forma cœli, & econuerso. Omnia ergo essent generabilia, & corruptibilia. quod patet esse falsum. Hi ergo, vt fugiant hanc difficultatem, quomodo elementa sunt corruptibilia, & cœlum est incorruptibile: dicunt nõ eandem esse materiam hic, & ibi. & dicunt materiam hic, & ibi habere aptitudinem ad aliam, & aliam formam. quia materia ista habet aptitudinem ad formam corruptibilem: illa ad incorruptibilem. Isti ergo non negant materiam in cœlo esse puram potentiã, & in istis inferioribus puram potentiam: dicunt tamen esse aliam hanc, & illam. quod patet, quia hæc sunt corruptibilia, illa incorruptibilia. Si ergo quæratur ab istis per quid differt ista materia ab illa, cum vtraque de se sit pura potentia; Respondent, quòd sicut species, quæ sunt sub eodẽ genere, differunt per differentias. differentiæ vero differunt seipsis. & sicut principiata differunt per

D. Tho. 2. sent. d. 12. q. 1. art. 1.

D. Tho. & p. q. 44. art. 2.

Opinio dicentium materiam cœli, & horum inf. non esse eadem.

Opinio alio rum.

per principia, principia vero differunt ſeipſis: ſic ſupercœleſtia, & iſta inferiora, quia ſunt quid cõpoſitum, & quid principiatum, differunt per ſua principia. habet enim cœlum ſua principia: vt ſuam materiam, & ſuam formam: & iſta inferioca ſua principia, ſuam, videlicet, materiã, & ſuam formam, & differunt hæc ab aliis per ſua principia. quia non eſt eadem materia hic, & ibi, nec eadem forma. Ipſa tamen principia differunt ſeipſis, quia nun eſt eadem materia hic, & ibi, nec eadem forma. Improbatio

Sed iſta poſitio ſtare nõ poteſt. imaginabimur enim, quòd Deus omnia ex nihilo fecit, ſicut imaginatur Auguſt. Tomo 1. lib. 12. Confeſ. omnia ergo entia creata erunt infra Deum, & ſupra nihil, ita quòd non ſunt duo entia per ſe differentia, æquè nobilia. Et quia per ſe differunt forma, & materia: & actus, & potentia: forma eſt nobilior materia, & actus potentia. Iterum non ſunt duæ formæ formaliter differentes æquè nubiles. Accipietur ergo nobilitas, & ignobilitas in entibus, & per conſequens diuerſitas eorum ex eo, q̃ vnum magis appropinquat, vel eſt magis remotum a nihilo, quam alind: vel ex eo, quòd vnum magis appropinquat ad Deũ, vel eſt remotius a Deo, quàm aliud. ideo Philoſophus in 8. Lib. 9. Met. tc. 10. dicit formas eſſe, ſicut ſunt numeri: vt ſicut non ſunt duo numeri habentes eundem vnitates: ita non ſunt duę formæ habentes eundem perfectiones: & ſicut ſemper vnus numerus eſt maior alio, ſic ſemper vna forma eſt perfectior, & nobilior alia. Differẽtia ergo rerum corporalium, & perfectio & nobilitas earum, non eſt per materiam, quæ eſt ita prope nihil, q̃ non poteſt eſſe magis remota à Deo: ſed eſt per formas earũ, quia non inueniuntur duæ formæ formaliter differentes, quarum vna vna ſit nobilior alia, & non remotior à nihilo: & propinquior Deo, quàm alia. Omnes enim volentes tenere cum Auguſt. in lib. Confeſ. cognntur ſic dicere, cui contradicere non eſt tutum. Contradicendo autem huic ſententiæ contradicimus non ſolum Auguſtin. ſed etiam Philoſophu volenti, quòd non ſit diſtinctiu per potentiam, ſed per actum, & quòd actus eſt, qui diſtinguit. Nun erit ergo diſtinctio per materiam: ſed per formam: & forma eſt, quæ diſtinguit vnum materiale ab alio: naturalia ergo diſtinguũtur per formas. Formę autem, ſiue materiales, ſiue immateriales, ſi ſpecie differant ſeipſis differũt, hoc autem dicimus propter formas eiuſdem ſpeciei ſolu numeru differentes. Ad quarum differentiã quantitas, & extenſtu materiæ operãtur.

Dicere ergo duas potentias puras, & ſimplicit puras diſtãres a Deo, diſtantia, qua maior nec eſſe, nec cogitari potaſt, eſt dicere oppoſitum in adiecto. Deus eſt enim actus purus, nec diſtare a Deo aliquid poteſt per hoc, quod eſt actus: ſed pec hoc, quòd actus ille habet potentiam admixtam. quanto ergo plus aliquid habet de potentia admixta, tanto plus diſtat a Deo, a quo omnis admixtio potentiæ eſt aliena. Illud ergo, quod eſt pura potentia, quod nihil habet de admixto, tantum diſtat à Deo, quòd amplius

Poteſtia duę purę ſimpliciter dari nõ poſſunt.

A diſtare non ſolum eſſe, ſednec cogitari poteſt.

Si ergo poneremus duos primos actus, ideſt, duos deos, & duos actus putos; forte poſſemus ponere duas primas materias, & duas potentias puras.

Sed forte diceret aliquis non eſſe inconueniens dare duas potentias puras differentes eſſentialiter per formas, quas ſunt aptę natę recipere. hoc enim volunt ponentes aliquas materias, eutes, potentias puras poſſe realiter differre per formas, quas ſunt aptę natę recipere. vt quia vna eſt apta nata recipere has formas inferiores corruptibiles: alia eſt apta nata recipere formas cœleſtes incorruptibiles. nã videmus manifeſtè duas potẽtias puras ſic eſſentialiter, & realiter differẽtes, videlicet ſtellectũ noſtrũ poſſibilẽ, & materiã primam. quodliber. n. eorum eſt potentia pura, vt patet ex dictis Philoſophorum: differũt in hæ duæ potentiæ puræ reſpectu formarũ, quas ſunt aptę natę recipere. nam materia eſt apta nata recipere formas ſenſibiles, intellectus noſter poſſibilis formas intelligibiles. Sed ſimilitudu, & hęc obiectio nihil valet. quia, vt ſupra tetigimus, intellectus noſter poſſibilis. non eſt pura potentia ſimpliciter, ſed de ſe eſt aliquis actus, & aliqua perfectio animę, & eſt pura potentia in genere intelligibilium. Eſt. n. aliquid actu ens, ſed nun eſt actu quid intelligibile. Si enim talis eſſet materia cœli, quòd recipetet formas intelligibiles, & quòd eſſet potentia pura in genere intelligibilũ, optimè concluderetur, talem materiam, vel talẽ potentiam puram realiter differre a potentia pura in iſtis inferioribus. ſed cum materia illa recipiat formas ſenſibiles, & ſit potentia pura in genere entium, quod differat a materia iſtorum inferiorum, quæ eſt etiam ſic potentia pura, ſtare nun poteſt.

Obiectio.

Reſponſum D. Thomæ.

Sed forte diceret aliquis, quòd materia cœli dicit aliquid in actu, ſicut & multi ponunt materiam de ſe dicere aliquid in actu. quo poſito ſuſtineri rationabiliter poſſet, immo omnino eſſet dicendum, quòd materia illa ab iſta differret. Sed, vt poteſt patere p habita, umnino cõgimur dicere materiam de ſe importare puram potentiam. Quòd ſi dicatur in iſtis inferioribus importare potentiam puram, in ſupercœleſtibus nun; ſequitur inconueniens ſupra tactum, videlicet, quòd in iſtis inferioribus ex materia, & forma hęret vnum per ſe, & ſimplicter: in cœlo vero per accidens, & ſecundum quid. quod nullus ſanæ mentis cogitaret.

Reſponſum Scoti.

Obiectio.

Ad id vero, quod dicunt: vel quod cõguntur dicere, videlicet, quod in potentia pura poteſt eſſe differentia ex ordine ad actum: vel ex ordine ad formam, vt quia potentia pura eſt apta nata de ſe recipere: alia actum, & formam nobilem, & incorruptibilem: alia actum, & formam ignobilem, & corruptibilem; dicemus, quòd ex parte agentis poſſet eſſe differentia iſta: quia ſecundum Apoſtolum, licet figulo ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: ſicut licuit Deo

Materię duę omnino primæ an poſſint differre per diuerſas ſpiritudines.

Rom 9.

eidem

eidem massæ, & eidem potentiæ puræ imprimere aliam, & aliam formam, vt huic imprimeret formam cœlestem honorabilem, & incorruptibilem, & alij econtrario. Dicere ergo, quòd ex parte ipsius materiæ, vel ipsius potentiæ puræ vna de se ordinetur ad nobiliorē actum, quàm alia: stare nō potest. quia tunc de se vna esset nobilior alia, & cū tota nobilitas sit ex parte actus, quod patet per Philosophum 12. dicēte Deum. quia non est nisi actus, & est purus actus, esse nobilem in fine nobilitatis. Et quia ratione actus purus est nobilis in fine nobilitatis, ea ratione potentia pura erat ignobilis in fine ignobilitatis. Si ergo volumus dare aliquam nobilitatem potentiæ, hoc erit ex actu, & ex commixtione actus. quare si aliquam nobilitatem volumus dare vni materiæ, & non alij: vel neutra erit potentia pura, vel alia nō erit potentia pura. sed, quòd vtraque sit potentia pura, & distet a Deo distantia, qua maior cogitari non potest, & quòd vtraque sit ignobilis in fine ignobilitatis: vna tamen sit nobilior alia: quia de se ordinatur ad nobiliorem actum; est ponere contradictoria esse vera. Patet ergo declaratum esse omnium corporaliū esse vnam materiam. quia in potentia pura, quæ in omnibus corporalibus reperitur, distinctio, & differentia secundum se esse non potest.

A corruptibilia, hæc autem corruptibilia. ex ipsa ergo priuatione annexa materiæ istorum inferiorum, & non materiæ superiorum non solum possumus saluare, sed etiam cogimur ponere illa esse incorruptibilia, hæc autem corruptibilia. Vnde & Philosophus in primo Physicorum dixit, Materiam appetere formam, sicut turpe bonum, & fœmina virum. quia ergo materia turpitudinem, & fœmineitatem habet ex priuatione; ideo desiderium materiæ essendi sub alia forma sibi competit ex priuatione. tolleus ergo priuationem a materia, tollit ab ea appetitum essendi sub alia forma, & per consequens tollit generationem, & corruptionem a rebus. ergo nō immerito esse principiū in talibus priuatio nominatur, despiciēs itaque priuationem; vel negabit generationē, & corruptionem ab istis inferioribus, cuius contrarium ad sensum videmus: vel ponet supercælestia esse corruptibilia, sicut & ista inferiora. Plato autem, qui priuationem despexit, non immerito volens tenere suam positionem, dixit supercælestia esse corruptibilia. Dicunt. n. aliqui, quod ideo Plato dixit corpora supercælestia esse corruptibilia, quia dixit ea esse eiusdem naturæ cum istis elementis. Sed dicemus radicale principium in talibus ex parte Platonis sumpsisse originem ex despectu priuationis. quia, cum non propter aliud possimus saluare hæc inferiora esse corruptibilia, & non superiora, nisi quia materia omnium inferiorū semper est admixta priuationi, & nō superiorum. si priuationem despiciamus, & dicamus nihil cooperari in talibus, cogemur ponere eādem esse materiā inferiorum, & superiorum. & cum ista sint corruptibilia, erunt & illa corruptibilia. Ideo Plato loquens de supercælestibus corporibus ait, quòd natura sua sunt dissolubilia, sed voluntate Dei indissolubilia perseuerant. Nos autē priuationem despicere nolumus, sed dicemus sequentes Philosophum priuationem se habere, vt principiū: quæ cum sit annexa materiæ istorum inferiorum, nō autem materiæ superiorū, ista sunt corruptibilia, & non alia.

Tex. 6. 21.

Cœlum apud Platonē cur corruptibile secundum suā naturā. sed Deo volente, incorruptibile. Vide id in Tīmæo.

Dub. I. Lateralis.

An corpora cælestia sint incorruptibilia, cum eandem inferiorum materiam habeant. Conclusio est affirmatiua.

Cælestia incorruptibilia sunt ratione formæ, non autem materiæ.

Aegid. Quol. 2. q. 12. Et 1. p. Hexam. cap. 5. Alb. q. 4. de cœlo art. 2. Biel d. 12. q. 2. Bacch. d. 14. q. 1. Guill. Gorr. d. 14. q. 2. Vide etiam Io. Land. libr. 2. cœli q. 14.

LITERIVS circa hoc quæritur de corporibus supercælestib⁹, quo modo possint esse in corruptibilia, & habere eandem materiam cum istis inferioribus.

RESPONDEO dicendum, quòd secundū Philosophum in primo Physicorum, in istis generabilibus, & corruptibilibus sunt tria principia naturæ. Materia, Forma, & Priuatio. Vnde reprehenditur Plato, & merito, quòd priuationem despexit. Omnis enim priuationem despiciens, & nolens eam ponere principium, reprehēdēdus est. quia non potest ponere eādem materiam in supercælestibus, & in istis inferioribus, vt ponere cogimur, & saluare illa esse incorruptibilia.

Ad cuius euidentiam sciendum, quòd priuatio non est annexa nisi formæ contrariæ, ideo, vt pluries diximus, non fiunt generationes nisi ex contrarijs, & in contraria. formæ ergo istorum inferiorum, quia sunt formæ habentes contrarium, materia eorum est subiecta generationi, & corruptioni, quia vna existens sub vno contrario, habet priuationem alterius contrarij, ex qua priuatione videns se turpem, & defectiuam appetit esse sub alio contrario. & quia non potest duo contraria habere perfectè simul, appetitus non potest esse satiatus: insatiata veto semper ad maleficium machinatur, quod totum ex priuatione cōtingit, vt patere potest ex primo Physicorum. Sed forma cœli cum sit forma non habens contrarium, quod indicat motus eius circularis, cui nihil est contrarium: materia cœli subiecta tali formæ, non habebit priuationem annexam, & non videbit se ex hoc turpem, vt

Tex. 67. & 2. 20.

Priuatio cur non despicienda.

T. c. 20.

Cœlū incorruptibile.

ad

ad maleficium machinetur,& ad corruptionem
fuæ formæ:ea propter cœlum incorruptibile perſeuerat. Non eſt ergo ex parte materiæ quare cœlum eſt incorruptibile: & illa corruptibilia.quia materia omnino abſolute ſumpta, nun differt hæc ab illa,ſed hoc eſt ex parte formæ, quia forma cœli non habens contrarium, & ex hoc nõ habens priuationem annexam, ſatiat totũ appetitũ materiæ. forma vero iſtorũ inferiorum, quæ eſt contrarietati ſubiecta, habens priuationem annexam non põt totum appetitum materiæ ſatiare.

Vide arg. Ant. And. contra hoc 2. Met. q.4. in corp.q.

Aduertendum ergo φ forte videretur alicui φ Hydropicus poſſit dupliciter ſatiari. Vno modo, φ ſi daretur ſibi tantum ab bibendum, quantum poſſet bibere: alio modo, φ ſi auferretur infirmitas, quæ eſt Hydropiſis. ſed primo modo ſatiari nullo modo poſſet: quia mancante illa infirmitate ſemper plus appetit, quàm poſſit bibere, & ideo nunquàm ſatiari poteſt. Secundò vero modo poteſt ſatiari, quia amota Hydropiſi, bibens quod ſibi ſufficeret, ſatiatus eſſet: nec appeteret vlterius biberc. ſic & in propoſito priuatio eſt quædam Hydropiſis materiæ: vt coniuncta priuationi plus appetat, quàm poſſit habere: & ex hoc nunquàm ſatiari poſſit: quia exiſtens ſub vno contrario ratione priuationis appetit eſſe ſub alio: quæ ſimul habere non poteſt. Deus ergo ſatiauit materiã cœli non imprimẽdo ei oẽm formam, ſed inprimendo formam non habentẽ contrarium, & ex hoc ſanauit ipſam ab Hydropiſi, & a priuatione: quæ non eſt annexa niſi formæ habenti contrarium: & hoc faciendo ſatiauit appetitum illius materiæ, vt non machinaretur ad maleficium, id eſt ad corruptionem ſui, & non appeteret eſſe ſub alia forma: & ex hoc cœlum incorruptibile remanet.

Priuatio materiæ hydropiſis.

Dub. II. Lateralis.

An ſuperiorum, & inferiorũ materia ſit vna.

Concluſio eſt affirmatiua.

Materia cunctorum corruptibilium, & incorruptibilium vna eſt per indifferentiam, omnis q, formæ carentiam: non tamen per transformationem ad formam: nec per vnam, eandemque rationem ſuſcipiendi formam.

Aegid. 1 p. Hexam. cap. 4 & 5. Item diffuſiſſimè in luculentiſſ. q. de materiali compoſitione cæli. Guill. gorz. d. 14. q. 1. Vide etiam pro hac materia Doctorunces in art. 4 citatos iiſdem locis.

CONTRADICTIO. Materia cœli & infer. eſt vna per indifferentiam, & carẽtiam omnis formæ Hex. 1 9. cæ. 9 ſed paulo infetius aut

VLTERIVS circa hoc forte dubitaret aliquis, qua vnitate materiæ ſũperiorum, & inferiorum ſit vna. Dicendum φ vt patet ex noſtro Hexameron materia tripliciter poteſt dici: vna vel per carentiam omnis actus, & omnimodam indifferẽtiam: & ſic eſt vna in omnibus materiis tam ſuperiõribus, quàm inferioribus: quia ſi materia cœli, & horum inferiorum intelligẽtur carens omni actu, non haberet per quid differret hæc ab illa: etiam per indifferentiam eſſet eadem hæc, & illa. Secundo modo poteſt intelligi vnitas, vel identitas materiæ non per indifferentiam & carentiam omnis formæ, ſed per vnã, & eandem rationem ſuſcipiendi formam, & ſic non eſt vna, & eadem materia corruptibilium, & incorruptibilium vel inferiorum, & ſuperiorũ: & ſub alia, & alia ratione forma recipitur hic, & ibi: quia materia horum inferiorum recipit formam ſub ratione contraria, & ſub ratione annexa priuationi, vel ſub ratione, qua non completur, & perficitur appetitus eius: In ſuperioribus verò materia recipit formam ſub ratione, qua completur appetitus eius. hoc ergo modo omniom inferiorum eſt eadem materia, & omnium ſuperiorum eadem. Inferiorum autem & ſuperiorum non eſt eadem. Tertiò mõ põt accipi vnitas materiæ non ſolum per indifferentiam: nec ſolum per eandem rationem recipiendi formã: ſed per tranſmutationem ad formam: vt aliqua duo dicantur habere eandem materiam: quia materia vnius poteſt tranſmutari ad formam alterius. hoc ergo modo non eſt vna, & eadem materia: prout loquitur de vnitate materiæ Philoſophus: * Eſt vna materia omnium habentium ad ſe inuicem tranſmutationem. Secundum ergo hunc modum non ſolum non eſt eadem materia ſuperiorum, & inferiorum: quia inferiora non poſſunt tranſmutari ad formam ſuperiorũ, nec econuerſo: ſed etiam non eſt eadem materia omnium ſuperiorum, ſiue omnium cœlorum: quia vnum cœlum non poteſt trãſmutari ad formam alterius: & non ſolum ipſi cœli hoc modo non habent eandem materiam: quia vnum non poteſt tranſmutari ad formam alterius, ſed etiã ipſæ partes cœli, & quotcunque cœlorum nõ habent eandem materiam: quia nulla huiuſmodi pars poteſt tranſmutari ad formam alterius. Quodlibet ergo cœlum, & quælibet pars cuiuſlibet cœli ſecundùm hunc modum conſtat ex tota materia ſua: quia non poteſt materia vnius ad formam alterius tranſmutari.

Materiam cœli, & inferiorum quomodo dicit, vt Leo dicit de viuo, & mortuo. Modus hic diſſoluit. Quia ſicut eadem materia eſt per eſſentiã in Leone viuo & mortuo, ſed differens ſũ formam vitæ, & mortui. ita de hoc dicendum eſt.

* Et Ariſt. lib. 1 Meth. t. c. 14. & lib. 7. de gen. 41 t. co. 12 14. & 87.

RESP. AD ARG. ART. IIII.

DD primum dicendum, φ vnitas generis eſt vnitas materię. quia magna ſimilitudo eſt inter genus, & materiam. Nam in compoſitione ſpecierum genus ſe habet ſicut materia: & differentia ſicut forma: vt ſicut forma adueniens materiæ conſtituit rem materialem: ſic differentia aduemens generi conſtituit ſpeciem. Et ſicut vna, & eadem materia prout eſt ſub hac forma, conſtituit hanc rem: & prout eſt ſub alia aliam. ſic vnum, & idem genus prout coniungitur huic differentiæ, conſtituit hanc ſpeciem, & prout alii aliam ſpeciem. Vel poſſumus dicere etiam exponendo

Generis vnitas quomodo eſt vnitas materię.

Porphyrius cap de Diff. ſub finem.

ad litteram, ꝙ vnitas generis sit vnitas materiæ, & quæ conueniunt in genere, conueniunt in materia: & econuerso. sed tamen cõuenientia materiæ, vel vnitas eius non est accipienda secũdùm se, sed ſm rõnẽ suscipiẽdi formã. nã differẽtia est inter genus, & materiã, vt patet per Comm. in 2. Meta. Materia dicit potentiã partẽ, & dicit alterã partẽ compositi secundùm rẽ: & iõ non prædicat de his, quorũ est materia: sed * genus dicit cõpositũ ex materia & forma, & iõ prædicat de his, quorũ est genus. qa dicit totũ ſm rẽ, licet dicat partẽ ſm rõnã. ergo si volumus loqui de vnitate materiæ, ꝓpt facit vnitatẽ generis: cũ genus non dicat materiam secundùm se, sed dicat quid cõpositũ ex materia, & forma; istã vnitatem non accipiemus ex materia ſm se, sed ex materia, ꝓput sub quadã vna rõne, recipit formã. Et qa oĩa ista corruptibilia habẽt formã i materia sub vna rõne, ꝓpt forma oũ satiat totũ appetitũ materiæ, oia ista poterunt esse sub vno genere. supercælestia vero, qa habẽt formã in materia, sub vna alia rõne erunt sub alio genere: & nõ erũt sub eodẽ genere hęc & illa, nisi forte sub eodẽ gẽre logico.

Ter. c. 7. Materia, & genus quo dist vide latius Dist. 7. Met. q. 9. * Genus dicit totum secundum rem, sed partem secundum rationem.

Ad secundũ dicendum, ꝙ supercælestia habẽt æquinoctẽ materiam cũ istis inferioribus, ſm Cõmen. qa materia in istis est pura potẽtia: in supercælestibus verò materia est ipsum corpus, & est aliqd in actu. sed ista positio stare non pòt: & in hac parte nõ est credendũ Cõmentatori: vel possumus dicere, ꝙ tenẽdo opinionem, quam credimus veram; adhuc possumus saluare, ꝙ materia hic, & ibi dicatur æquinoctẽ. Nã hæc est æquinocatio, qñ nomen est idem, sed tõ substantię est diuersa. vode brachium mortuum, & viuum dicitur æquinocè: quantuncunq; sit eadem materia in vtroq;. tota enim rõ substantiæ sumitur ex forma, & si materia ptiuet ad substantiã rei, siuę ad diffinitionem, hoc erit per cõparationem ad formam, & ideo dicitur in 7. ꝙ omnes partes positę in diffinitione sunt formæ. Ad hoc ergo, ꝙ sit æquinocè materia hic, & ibi, non oportet ꝙ secũdùm se sit alia materia hic, & ibi: sed sufficit ꝙ alia ratione formam suscipiat hic, & ibi.

Lib. 7. Met. c. 15. Diffinitionis partes sunt formæ idem d. 17. art. 1. & supra.

Ad tertium dicendum, quòd vbi est vna potẽtia, ibi est vna materia; vbi non, non. sed ista potentialitas non semper accipitur, prout eam facit motus. sed prout eam præsupponit motus, nã motus localis licet secundùm se non ĩportet nisi potentiam ad vbi, quia per talem motũ non acquiritur, nisi vbi, tamen talis motus præsupponit compositionem in substãtia. quidquid enim est sic mobile, est compositum ex materia, & forma, iuxta illud 2. Meta. oportet imaginari materiam in re mota. vbi ergo est potentia ad vbi, est potentia ſm substantiam, & est ibi vera materia. illa ergo potentia ad vbi præsupponit compositionem secundùm substantiam.

Ter. 2. Meta.

Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ oĩs volẽtes loqui de appetitu materiæ ſm se, vt ꝙ materia ſm se appetit aliã formã despicientes priuationẽ, inciduntin errorem Platonis, ꝙ cælestia sint corruptibilia; sicut ista inferiora, sed voluntate Dei incorruptibilia perseuerant. quia, vt patet ex 1. Physicorum: materia per accidens pront est turpis, & est sub prinatione appetit esse sub alia forma: qa si hoc ellet per se, tunc materia per se appeteret corruptionem sui ipsius, quod est inconueniens. esse ergo sub forma nobili, vel sub forma ignobili. non est sufficiens ratio ad propositum: sed materiam esse coniunctam priuationi, vel non coniunctam, facit materiam appetere, vel non appetere esse sub forma alia. & quia priuatio non est annexa nisi formæ contrariæ, vel formæ subiectę contrarietati; ideo cęlestia naturaliter sunt incorruptibilia, hæc vero corruptibilia.

A

B

C

D

T. c. 21.

Dub. I. Litteralis.

VPER litteram primo quæritur: Quomodo in principio. I. initio temporis secundùm vnũ modum exponendi fecit Deus cælum, & terram: quomodo exponatur ibi cælum de cælo Empyreo. Videtur enim, quòd in initio tẽporis nõ sit factum cœlum Empyreum: sed sit factum in initio cui. Cœlum enim Empyreum secundùm Sanctos: cum sit semotum ab omni volubilitate: mensuratur æuo, & fuit factum in initio æui.

Dicendum, exponendum esse tale cœlum factum in initio temporis, ideſt cum iuitio temporis, qnia huiusmodi cœlum nullo modo ordinatur ad tempus, loquendo de tempore, vt nos loquimur. Ex hoc ergo apparet impropriè dici fieri in tempore, quia fit cum tempore, quãtum ad ea, quæ non mensurantur tempore. & quia mundus secundùm Sanctos, vt de eo locuti sunt Sancti, includit temporalia, & æuiterna: cum copulatiua sit falsa, altera parte existente falsa: falsum est, vel valde impropriè dictum, est mundum factum in tempore, quia factum cum tempore. sed quantum ad temporalia tantum: concedi potest, mũdum sic esse factum cum tempore, quòd etiam est factum in tempore, vt supra diffusius dicebatur. vnde nos ipsi aliquando diximus hoc impropriè: deinde aliquando propriè: vtroque aliter, & aliter accipiendo, veritatem contiuere potest.

Empyreum factum in initio i. est initio temporis.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur: In illo initio temporis Deus etiã fecit terram, sed vt dicitur Eccl. 1. generatio præterit, generatio aduenit, terra vero in æternum stat. Si ergo terra æternitate stabilitur, nõ fuit facta in initio temporis.

Dicendum, qnòd nihil est æternum simpliciter, nisi solus Deus: alia vero à Deo possunt participare aliqnas conditiones æternitatis: quodlibet enim elementum quantum ad sui totalitatem aliquid participat de æternitate, quia

Terra fuit facta in initio temporis, quantũcunque in æternum stat. Eccl. 1.

Elementa quo pacto

quia secundum se totum est incorruptibile, licet secundum suas partes corrumpatur. terra tamen quantum ad aliquid plus participat de hac conditione, quàm alia elementa. quia non solum secundum se totam est quid incorruptibile, sed etiam quid immobile. prout ergo aliquid participat de conditionibus æternitatis, idem dicemus de ea, quod diximus de cœlo Empyreo: prout vero participat conditiones temporalium, idem dicemus de ea, quod de aliis temporalibus.

Dub. III. Litteralis.

Terra inanis, vacua, & inuisibilis.

VLTRAIVS forte dubitaret aliquis; cum nostra translatio habeat, quòd terra erat inanis, & vacua; & alia habeat, ꝙ erat inuisibilis, & incomposita; quomodo hęc verba reducantur ad illam, & quomodo soluabitur vtraq; translatio. Et dicendum, ꝙ dupliciter potest dici terra inanis, & vacua, vel inuisibilis, & incomposita, prout aliter, & aliter comparat ad formam. Et quia duplex est forma: accidentalis, & substantialis. Et quia forma dupliciter cõparatur ad materiã: Vno modo, vt est finis. Alio modo, vt recipit in materia. nostra. n. translatio, ꝙ terra erat inanis, & vacua. Inanis & vacua pót exponi, prout materia aliter, & aliter comparat ad formã. Nam inane, & frustra, & vanum dicitur aliquid, vt caret fine. materia ergo est terra inanis, prout caret forma, inquãtum forma est finis eius. sed materia est terra vacua, prout est receptaculum formæ, & caret forma. quia nunc dr receptaculum vacuum, qñ caret suo receptibili: sicut locus dr vacuus, qñ caret suo locato. Verba ergo nostræ trãslationis possunt referri ad materiam, prout comparatur, aliter, & aliter ad formam: sed verba alterius translationis possunt referri ad materiã, prout comparatur ad aliam, & aliam formam, vt dicatur materia informis, terra inuisibilis: prout comparatur ad formam accidentalem, per quam videtur, & sentitur. Dicitur incomposita, prout comparatur ad formam substantialem, cum qua facit compositionem primam.

Dub. IIII. Litteralis.

Materia cur terra dicatur.

VLTRAIVS forte dubitaret aliquis de nominibus, quibus nominat illa materia informis, vt quare dicat terra.

Dicendum, ꝙ materia tripliciter potest considerari. Primo, vt est infima. Secundo vt est informis. Tertio vt est apta nata ornari per formas.

Propter omnia ista tria illa informis materia competenter vocata est terra. Primo ratione infimitatis. Et hanc rationem assignauimus nos in quæstionibus. quia sicut in ordine corruptibiliũ terra est ita infima, ꝙ nõ potest esse magis; sic in ordine omnium entium materia est ita infima, ꝙ non potest esse magis. Secunda ratio est ea parte informitatis. Et hæc est ratio Aug. & tangitur in littera. quia cũ terra minus habeat de forma, quàm oĩa alia elementa. ideo materia informis merito nocata est terra. Tertia ratio potest sumi prout matetia est apta nata ornari per formam. Nam terra licet minus habeat de decore, & de forma, quàm alia elementa, iñ pluribus ornatur, quàm omnia alia elementa. Nam ignis nullum ornamentum aliud habet. Aer habet aues. Aqua habet pisces. Sed terra habet herbas, arbores, reptilia, bestias, & homines. Ipsę etiam aues, quæ sunt ornamentum aeris, & pisces, qui sunt ornamentum aquæ, prout quiescunt, sunt ornamentum terræ, quia non quiescunt nisi in terra. Et sicut terra est apta nata ornari omnibus illis ornamentis, ita materia informis est apta nata ornari omnibus his formis, vt per omnia hæc materia illa informis dicatur terra.

Dub. V. Litteralis.

Materia cur abyssus dicatur.

VLTRAIVS forte dubitaret aliquis, quare materia informis dicta sit abyssus. Dicendum, ꝙ licet de hoc tactũ fit supra; possumus tamen, quãtum ad Etymologiam nominis aliqua hic addere. Dicemus. n. ꝙ abyssus duplicem habet Etymologiam. Vno modo dicatur ab a quod est sine, & byssus byssi, quod est genus quoddam panni multũ candidi. Videtur. n. abyssus quasi sine bysso. i. sine cãdore, & sine claritate, & hoc signat materiam informem, quæ non sit clara, & lucida, & non sit cognoscibilis, & visibilis, nisi per formam. de se ergo est abyssus, idest, sine byssо, & sine claritate.

Secundo modo dicitur abyssus ab à, quod est sine, & basis, quod est fundamentum, sine fundus. ergo abyssus, idest sine basi, & sine fundo, & hoc est satis, quòd homines intelligunt per abyssum, quia intelligunt aliquid valde profundum, & quasi sine fundo. & quia omnia alia fundantur in materia, ipsa autem non fundatur in alio, sed est fundamentum omnium aliorum. ideo à Philosopho in Metaphysic. vocata est fondamentum naturæ. vocata est ergo materia abyssus, idest sine fundo, quia ipsa non habet aliud fundum, nec aliud fundamentum, sed omnium aliorum est fundamentum. omnia enim alia facta sunt ex ipsa: ipsa vero non ex alia, sed ex nihilo est producta, vt haberi potest ab Aug. in pluribus locis.

Lib. 1. c. 17 & 7. Met. t. c. 8.

Dub. VI. Litteralis.

LITTERALIS forte dubitaret aliqs, quare illa informis materia dicta est aqua. Ad quod respondet Magister multa quantum ad primã diẽ, quod fuit per factionẽ lucis. Secũdo determinat de ope Distinctionis, ꝙ oĩa, quæ nascuntur in terra, ab humore sumunt originẽ. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ siue sint lapides, siue sint mineralia, siue sint animalia, vel vel cum humido conficiuntur, vel per humidũ nutriuntur. Illa enim, de quibus minus hoc vidꝫ rur, sunt forte lapides, & mineralia. Et tamen de lapidibus dicitur in Commento Meteororum, ꝙ terra pura lapis non fit, terra pura sine humore est puluis, & non tenet se vna pars cum alia. oportet ergo, ꝙ per humorem solidetur, & eum glutinetur, vt conuertatur in lapidem. sic etiam de mineralibus dicit Philosophus in de Generatione: ꝙ Materia omniũ liquabilium est aqua. materia ergo, ex qua omnia ista fiunt, vel nutriũtur, potest vocari aqua.

Terra ĩ cui aqua dicit.

DIST. XIII.

De opere distinctionis in mundi creatione.

PRIMA AVTEM DISTINCTIONIS. Postquã Magister determinauit d̃ ope creationis, hic in 13. Distinctione incipit determinare de opere distinctionis. Opus nãt distinctionis tribus diebus dicitur factum esse. Duo ergo facit, quia primo determinat de opere distinctionis, quantum ad secundam, & tertiam diem, quod fuit per factionem firmamenti, & congregationem aquarum: ibi: *{Dixit quoque Deus.}* In principio 14. Dist. In pñti ergo Distinctione: ĩ qua agitur de luce, Magister quatuor facit, quia Primo determinat de luce in se. Secundo per comparationẽ ad dies, cum illa lux fecerit diem, quot modis potest accipi dies. Tertio determinat de luce illa per comparationẽ ad Solem, Quarto per comparationẽ ad dicere ipsius Dei, vel per comparationem ad verbum diuinum, per quod dicere Dei, & per qd verbum facta est illa lux. Secũda ibi: *{Hic notandum.}* Tertia ibi: *{Solet autem queri.}* Quarta ibi: *{Præterea inuestigandum.}* Circa primum tria facit. quia Primo assignat causam, quare primo fuit facta lux. Secundo quærit, qualis fuit ista lux. Tertio quærit: vbi fuit facta illa lux: Secunda ibi: *{Si quaritur.}* Tertia ibi: *{Si autem*

Distinctiõis opus primũ.

A *quæritur vbi.}* Dicit ergo, ꝙ prima operatio distinctionis fuit formatio lucis, per cuius formationẽ fuit distincta lux a tenebris, & dies a nocte. Et subdit, ꝙ congruè mũdi ornatus, i. mundi distinctio, a luce inciperet, vnde cętera, quæ creanda erant, viderentur. Deinde cum dicit: *{Si quæritur qualis.}* Quærit qualis fuit illa lux: Vtrum fuerit corporalis, vel spiritualis. Et tãdet id, qd Sancti tradiderunt, videlicet ꝙ corporalis, & spiritualis dici poterat. Secundo declarat, q̃o potest dici spiritualis. Tertio quomodo corporalis. Secunda ibi: *{Spiritualis accipitur.}* Tertia ibi: *{Si vero corporalis.}* Prima pars patet. Tunc sequitur illa pars: *{Si spiritualis,}* in qua declarat, ꝙ lux illa intelligitur spiritualis, dicens, ꝙ si intelligat illa lux fuisse spiritualis, significat naturã angelicam, quæ primò cum tęlo fuit creata

Lux spiritualis natura angelica.

B informis, & tenebrosa, postea cõuersa ad Creatorem, & firmata in amore eius facta est lux. Deinde cum dicit: *{Si vero.}* ostendit, ꝙ illa lux põt intelligi corporalis, dicens, ꝙ illa lux fuit corporalis, quia fuit quoddam corpus lucidũ, & quædam nubes lucida, quæ non ex nihilo, sed ex præcente materia fuit, per quam lucem circulariter motam fuit facta prima dies. quia autẽ illam lucem, licet fuisset tempus, nõ fuit tamẽ nec dies, nec nox. Deinde cum dicit: *{Si autem.}* Quæritur vbi facta fuit illa lux; Respondet, ꝙ in illis partibus facta fuit, vbi nunc illustrat lux solaris. Nec mirum si illa lux poterat illuminare illam abyssum, quia Nautæ portãdo oleũ in ore, emisso oleo illuminant circa profundum maris. Qd magis tunc fieri poterat, cum aquæ essent rariores, quàm sint modo. Illa ergo lux facta tenebat

Oleum qđ illuminet ꝙ fundum maris.

C locum solis, & circum agitata fecit vesperam, & reuocata ad ortum fecit manę. Et sic factũ est vespere, & mane dies vnus. Deinde cum dicit: *{Hic notandum.}* Determinat de luce per comparationem ad dies. Circa quod duo facit: Quia primo ait, ꝙ multis modis accipitur dies, vel pro luce illa, vel ꝙ aere illuminato, vel pro spatio 24. horarum: vt sit vna dies tota reuolutio cęli. Et ait quòd decebat, vt dies a luce inciperet, & in mane terminaretur. Secundo hic, quòd ordo naturalis est, vt dies a mane incipiat, & in mane terminetur. sed propter peccatum factum est: vt a vespere inciperet, & in mane terminaretur. Secunda ibi: *{Hic est naturalis ordo.}* Et patet littera. Deinde cum dicit. *{Solet autem quæri.}* Mo

Dies quot modis sumitur.

Sol cur factus.

D uet quæstionem de illa luce per comparationẽ ad solem. & mouet duas quæstiones, vna est quare factus est Sol: cum illa lux teneret vicem solis. Et respondet, ꝙ factus est Sol, quia illa lux nõ poterat sufficienter illuminare istas inferiores partes: Vel sol factus est, vt esset clarior, & amplior lux diei. Aliam autem quæstionẽ mouet, quid factum est de illa luce, & soluit, quòd vel inde factus est Sol: vel semper mouetur simul cum sole, & ita coniuncta soli, vt discerni non possit.

Deinde cum dicit. *{Præterea inuestigandum:}* mouet quæstionem de illa luce, quantum

tum ad dicere Dei. & quantum ad verbum Dei: per quod facta est illa iux. Circa quod duo facit: quia primo quærit quomodo dixit Deus, quando fecit illam lucem: vtrum temporaliter, vel sono vocis. & respondet, ꝙ nec temporaliter, nec sono vocis dixit Deus, sed vox Dei sd naturam verbi referenda est. Dixit ergo Deus, non temporaliter, non sono vocis, sed verbo sibi coæterno. Dixit ergo, ideſt verbum genuit, in quo erat lux illa fienda intemporaliter: ergo per verbum, in quo disposuit ab æterno, vt fieret, in illo tempore lux illa facta est. In tempore ergo facta est lux, sed Deus ab æterno disposuit, vt faceret eam, quando fecit. Secundo mouet quæstionem, quomodo Deus operatur in verbo. i. in filio, & in Spiritu sancto. Circa quod duo facit, quia mouet quæstionem, & dat responsionem hæreticosum, & dat suam responsionem. Secundo obijcit contra opinionem illam ibi: {*Sed dicit hæreticus.*} Dicit ergo, quòd hic quæri solet, quomodo pater operatur in filio, & per filium. cum hic dicat Scriptura sacra, & August. etiam dicat, ꝙ Pater operatur per Verbum, & per Spiritum sanctum. & ponit responsionem hæreticorũ, ꝙ quidam hæretici putauerut Filium, & Spiritum sanctum esse instrumentum patris, quibus pater vteretur ad operendum. Et dicit hoc esse blasphemiam. Sed dicit patrem operari cum Filio, & cũ Spiritu sancto, vel per Filium, & per Spiritũ sanctum, quia sine eis nihil facit. Deinde cum dicit: {*Sed dicit hæreticus.*} Obijcit contra responsionem illam. Circa quod duo facit, quia primo obiicit, & dat responsionem vnam. Secũdo dat responsionem aliam ibi: {*Postea, & aliter.*} Dicit ergo, quòd dicuur hæretici, quòd si pater diceretur operari per Filium, & Spiritum sanctum, quia quidquid facit, facit cum eis, pari ratione ergo Filius, & Spiritus sanctus dicerẽtur operari per Patrem. Respõdet, ꝙ Pater operatur per Filium, vel ꝑ Spiritũ sanctum, & non econuerso, quia in Patre est auctoritas, & Filius, & Spiritus sanctus hñt a patre quod operantur, & nõ econuerso. Deinde cum dicit: {*Potest, & aliter.*} Dat aliam responsionem, ꝙ potest intelligi ꝑ operari per filium, & in filio. quia cũ genuit opificem, & factorem omnium, sic dicuntur etiã Pater, & Filius operari per Spiritum sanctum, quia procedit ab ipsis, vt Factor, & allegat auctoritatẽ Chrysostomi. quia cũ Pater sit causa Filij, multo magis est causa eorum, quæ facit Filius.

Dicere Dei quid.

Pater ꝙo in filio, & Spiritu sancto operet.

QVÆST. I.

De ipso opere distinctionis per cõparationem ad opus creationis, & ad diem.

VTA Magister in hac Distinctione agit de opere distinctionis inchoato per lucem, & facto per verbum Dei: ideo de his tribus ꝙremos. Primo de ipso opere distinctionis. Secundo de ipsa luce: secundũ quã inchoatum est tale opus. Tertio de ipso verbo diuino. qũo per ipsum operatur Deus. Circa hoc enim tria versatus tota ꝓsens Distinctio. Circa primũ quæruntur tria. Primo de opere distinctionis per comparationem ad opus creationis, quãtum ad essentiã: Vtrũ in ipso ope creationis, vel cũ ipso opere simul, aliquo modo extiterit, & factũ fuerit opus distinctionis. Secundo quantum ad differentiam: quomodo differat ab opere creationis. Tertio quantum ad dies. quomodo sumendi sunt dies, in quibus facta sunt opera distinctionis, & ornatus.

ARTIC. I.

An opus distinctionis fuerit post opus creationis. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. 1. p. Heram. cap. 11. 12. &c. D. Th. distin. 13. articulo 1.

AD primum sic proceditur. Vt ꝙ nullũ opus distinctionis factũ fuerit cum opere creationis, nã secundum Sanctos omnia fuerunt facta simul in materia: sed non fuerunt simul distincta secundum species. quando ergo fuit creata illa materia informis, nulla fuit ibi distinctio secũdum species.

Tomo 1.

Præterea Aug. 12. Confess. ait prius, quam istã materiam informem formares, atque distingueres, non erat aliquid non color, non figura, non species, non corpus, non tamen omnino nihil. Erat quædam informitas sine nulla specie. Cum enim sint prædicamenta simpliciter realia, substantia, quantitas, & qualitas. Et cum substantia sit duplex: spiritualis, & corporalis: omnia ista vt Aug. negare ab illa materia informi. videlicet ꝙ nõ erat color. i. non erat qualitas: nõ figura. i. non quantitas: non species. i. non substantia spiritualis: non corpus. i. non est corporalis.

Prædicamẽta realia quot & quæ

Præterea materia informis est fundamentum naturæ, sed ſm Philosophum in Meta. In fundamento naturæ nihil est distinctum, ergo in primo opere creationis, quãdo fuit creata illa materia informis, nihil erat ibi distinctum.

Lib. 1. Met. Text. 17. Lib. 7. t. c. 8.

Præterea opus creationis secundũ Magistrũ, & secundum Sanctos fuit factum ante omnem diem, sed opus distinctionis fuit factum per aliqua dierum curricula. ergo cũ opere creationis non fuit factum opus distinctionis.

IN CONTRARIVM est Aug. qui loquens de illa materia informi. 12. Confess. ait, ꝙ non priuatione omnis formæ, sed comparatione formositorum erat informe.

Tomo 1.

Præterea dicitur in hb. de causis, ꝙ prima rerum creatarum est esse. ergo prima creatio terminabitur ad esse. ergo terminabatur ad distinctionem. quia etiam ipsa materia, & si est indistincta per essentiam; est tamen distincta per esse.

RESOLVTIO.

Distinctionem septemplicem in opera creationis fa-ctam fuisse non ambigimus, non tñ tantã, quãtam post opus creationis esse videmus. Idque ex me-diorum extremis, & ex medijs ad inuicem patet.

RESPONDEO dicendum, quòd in ipsa prima creatione rerum fuit multiplex distinctio: tamen sequendo communem opinionem San-ctorum, non fuit tanta distinctio, quanta fuit po-stea. ideo dicemus de distinctione illius materiæ sicut dicit Aug. de informitate eius, cum ait, ꝙ sicut materia illa informis non priuatione omnis formæ, sed comparatione formosiorũ erat infor-mis: sic materia illa erat indistincta, non priuatio-ne omnis distinctionis, sed comparatione magis distinctorum dici poterat indistincta,

Distinctiões 7 in prima creatione.

Possumus autem, quantum ad præsens, enuma-rare septem distinctiones, quæ fuerunt in prima creatione rerum, quæ omnia aliquo modo pos-sunt haberi ex littera Geneseos.

Terra, & cæli distinctio.

Primo enim fuit ibi distinctio omnino extre-morum, quia fuit ibi distinctio supremi extremi. i. cæli Empyrei ab infimo extremo. i. a terra. Et hoc est quod dicitur in littera: In principio crea-uit Deus cœlum, idest supremum extremum, quod est elementum terræ. Et si potest hoc dic-tum multis modis exponi, iste tamen est modus satis competens siue reprobatione aliorum mo-dorum.

Terra, & eius Dist.

Secundo in prima creatione fuit distinctio non solum cæli, & terræ: sed aeris, & terræ. & hoc potest intelligi cum dicitur: Terra erat inuisibi-lis. quod exponens August. 1. super Gen. ait, ꝙ terra erat inuisibilis, & erat cooperta aquis, vt vi-deri non posset. sed oportet, quòd ibi per aquas intelligamus aerem nebulosum, & admixtum va-poribus aqueis: talis enim aqua cooperiebat tũc terram, quia aer sic admixtus, & sic nebulosus velabat, & faciebat eam inuisibilem. Cum ergo dicitur, ꝙ terra erat inuisibilis datur intelligi di-stinctio terræ ab aere, sicut distinguitur quid quasi coopertum a cooperiente, & velatum a ve-lante.

Terra & aq. Dist.

Tertio fuit ibi distinctio terræ ab aqua. Et quantum ad hoc dicitur, quòd terra erat incõ-posita. Debemus ergo scire, ꝙ in tertia die, quan-do dictum fuit: Congregentur aquæ &c. Et tunc aquæ acceperunt quandam ponderositatem: vt non possent stare in aere, sed constringerent se si-mul: & sua ponderositate tenderent ad locum in-feriorem, videlicet ad concauitatem terræ, vbi nunc est mare, vbi congreganrur omnes aquæ: quia omnis flumina fluunt ad mare: ideo dictũ est: Cõgregationesque aquarum appellauit ma-ria. & quia aquæ sic factæ ponderose adhęserunt terræ: fecerunt quandam compositionem cum terra. vnde Aug. primo super Gen. exponens quo-modo terra erat incomposita ait, quòd ideo erat incomposita: quia nondum à mari erat distincta, & cincta à littoribus. Ipsa ergo littora cingentia terram: & ipsa maris adhęrentia terræ faciunt quandam compositionem cum terra.

Ignis ab extremis, & a medijs dist.

Quartò erat ibi distinctio ignis ab extremis, & a medijs. quod notatur cum dicitur: Et tenebræ. Per tenebras enim possumus intelligere ignem, qui dicitur tenebra, quia in sua sphæra non lu-cet, sed est aptus natus recipere lucem. cum ergo tenebra sit priuatio lucis, & priuatio sit caren-tia rei cum aptitudine habẽdi; hoc erat tenebra, vel hoc erat corpus tenebrosum, qđ caret luce, sed est aptum natum recipere lucem.

Ignis cur tenebra dicatur.

Aduertendum ergo ꝙ per hoc, ꝙ ignis dicitur tenebra, vel dicit priuatus luce, differt ab extre-mo cęlo. i. ab Empyreo. quia illud non caret lu-ce, & differt a alio extremo. i. a terra. quia & si terra caret luce, tamen non est apta nata illumi-nari, loquende de illuminatione in profundo: cum sit corpus opacũ, & ex hoc nõ sit aptũ natũ recipere lumen. Dicitur enim ignis tenebra, vt est in sphæra sua. quia quantuncunque sit de na-tura lucis, ibi tamen nuo lucet, sed est aptus na-tus recipere lucem. Ignis ergo per hoc qđ dictus est tenebra, differt vt patuit, ab extremis: & dif-fert etiam a medijs. omnia aurem alia media, præter cœlum Empyreum, & terrã, quæ sunt ex-trema: vel sunt inter ignem, & terram, cuiusmo-di sunt aer, & aqua, vel sunt inter ignem, & cęlũ Empyreum: cuiusmodi sunt omnes cęli mobi-les a globo luuari vsque ad cælum Empyreum. Ignis ergo per hoc, ꝙ dictus est tenebra, differt ab aere & aqua, prout erant tunc temporis. quia ignis erat rarus prout est modo: non habebat ad-mixtionem in parte illa sua superiori, vbi nõ hẽt modo: sed aer, & aqua, sequendo eorum senten-tiam, erant tota admixta, & etiã aliquam admi-xtionem faciebãt in aliqua parte ignis inferioris, vbi etiam nunc admixtionem aliquam facit aer. tantum enim ascendebant tunc aquæ, quantum ascendunt modo quicunque vapores. sed vide-mus ꝙ nunc aliqui vapores ascendunt ita alte ꝙ igniuntur, & videntur esse stellæ cadentes. vbi enim hoc fuit, vel est aer admixtus igni, vel con-uersio, cum sit ibi tãta calefactio, ꝙ ignitur va-pores. Dicemus ergo, ꝙ per hoc, ꝙ ignis dictus est tenebra, differt a medijs, quę sunt inter ipsum & terram item differebat tunc ab aere sic conuo-luto aquis, quia ille aer tunc non erat tenebra, qa licet careret luce, nõ tñ erat aptus natus reci-pere lucem, vt aptus erat ignis, qui erat rarus in sua parte superiori, vbi admixtiuue carebat. Dif-fert etiam per hoc ignis ab alijs medijs, ideſt dif-fert ab omnibus cęlis mobilibus per hoc, quòd dicebatur tenebra. quia cœlt planetarum, & cę-lum fidereum aliquid habebant de lumine, vbi debebant esse planetæ: & vbi dębant esse sidera, plus, qnã haberet ignis, vt infra patebit, vbi age-mus de luminarijs cęli. differt etiam ignis sic ac-ceptus a cęlo aqueo, quòd est vltimum mobile, quia illud cęlum non est nec tenebra, nec erat tunc omnino tenebra, quia irradiabatur, & illu-minabatur tunc, & nunc a cęlo Empyreo, quod est totum luminosum.

Stellæ cadentes quid.

Quinto

Ignis ab aqueo abyſſo diſtinctio.

Quinto in ipſa prima creatione rerum erat aliqualis diſtinctio ignis. nam non ſolum generaliter ab omnibus, ſed ſpecialiter diſtinguebatur ab aere, & aqua. quod dator intelligi per hoc, quòd illę tenebrę, per quas intelligebatur ignis, erant ſuper faciem abyſſi. i. erant in ſuperficie abyſſi: hoc eſt aeris admixti aquę, qui tunc poterat vocari abyſſus propter aquam, quam habebat admixtã. Ad litteram ergo: Tenebræ. i. ignis erant in ſuperficie abyſſi. i. erant in ſuperficie aeris, ſic admixti aquæ, & diſtinguebatur ab illo aere ſic admixto, ſicut illud, quod eſt in ſuperficie, ab eo, quod eſt ſuperficies.

Mediorũ ab extremis, & ad inuicem diſtinctio.

Sexto, & ſeptimo in prima creatione erat diſtinctio mediorum ab extremis, & mediorum ab inuicem. quod datur intelligi per hoc, quod dicitur, quòd ſpũs Domini ferebatur ſuper aquas. Spiritus enim Domini ferebatur, & mouebatur ſuper aquas: non in ſe, cum ſit omnino immobilis: ſed dicebatur ferri, & moueri ſuper aquas, quia faciebat illas aquas ferri, & moueri: in quo motu poſſumus intelligere diſtinctionem mediorum ab extremis, & diſtinctionem mediorum ab inuicem. nam ſi conſideremus ipſum motum, intelligemus diſtinctionem mediorum ab extremis: & ſi conſideremus proprietatem illius motus, intelligemus diſtinctionẽ mediorum ab inuicem.

Propter primum ſciendum, quòd omnia alia ſunt mobilia, & ſunt media inter cœlum Empyreum, quod eſt ſupremum, extremum, immobile: & terram. quod eſt aliud extremũ infimũ, & immobile. Et ſi dubitatur nunc, vtrum omnia iſta ſint mobilia quantum ad nunc, quantum ad tunc dubitari non debet. Imaginabimur quidẽ, quòd ſicut nunc primum mobile ſuo motu circumuoluit omnes alios cęlos inferiores, & ignẽ, & aerem: ita aerem illum clauſum inter montes, qui obſtaculo montium non poteſt circũuolui circumuolatione cœli, vt declarari habet in Meteoris: ſic, & tunc primum mobile, quia ſtatim ab ipſa creatione cœpit moueri: cœpit circumuoluere omnes cœlos inferiores, & incępit circumuoluere elementum ignis aeris, & aquę. quia tunc elementum aquæ erat commixtum cũ elemento aeris. omnes ergo cœli, & omnia elemẽta, quæ ſunt inter Empyreum, & terram (excepta terra, & ſi qua detinebantur obſtaculo terræ) ferebãtur, & mouebantur tunc per ſpiritum Domini. Aquæ ergo, & quæ propter ſui labilitatem poſſunt ſignari omnia iſta media, ac labilia, & mobilia, ferebãtur à ſpiritu Domini, vt eſt perhabita manifeſtum.

Patet ergo, quòd ſi conſideremus illum motũ in ſe, quem faciebat tũc Spiritus Domini: datur intelligi diſtinctio mediorum ab extremis: ideſt ab Empyreo, & terra. quia omnia illa media erãt mobilia, & mouebantur: præter cœlum Empyreum, & terram. Sed ſi conſideremus illum motum primum non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuam proprietatem, ſic dat intelligere diſtinctiones mediorum ab inuicem. quia ille motus erat proprius primi mobilis, & ſecundum proprietatem diſtinguebat ipſum ab omnibus alijs intermedijs, quorum nec erat proprius.

Dubitatur.

Baltaz.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd omnia fuerunt facta ſimul in materia, ſed non fuerunt ſimul diſtincta ſpecie: non, quòd nulla fuerit ibi diſtinctio, cum ex littera Gen. ſimul cum creatione aſſignatæ ſint multæ diſtinctiones. ſed dicuntur tunc entia fuiſſe indiſtincta, quia nec erant ita diſtincta ſicut fuerunt poſtea.

Ad ſecundum dicendum, quòd illa materia informis non erat ſpiritus, non corpus, non color, non figura. quia materia illa omnia iſta præceſſit origine: non, quòd omnia præceſſerit tẽpore, vt ipſemet Aug. vbi de iſta materia loquitur, ſe exponit.

Ad tertium patet ſolutio per iam dicta, quòd materia informis eſt fundamentum ornatus, & nihil eſt ibi diſtinctum: non quòd materia ſic accepta præcedat omnia alia tempore, ſed origine.

Ad quartum dicendum: quòd, vt patet, opus creationis fuit ante omnem diem: & per ſequentes dies fuit opus diſtinctionis: non, quòd nulla diſtinctio fuerit eũ opere creationis; ſed quia non fuit tanta, ſicut poſt illud opus.

ARTIC. II.

An opus diſtinctum differat ab opere creationis. Concluſio eſt affirmatiua.

Aegid. 1. p. Hexam. cap. 11. 12. &c.

SECVNDO quæritur de opere diſtinctionis per reſpectum ad opus creationis quantũ ad differentiam. Vtrum differat, hoc ab illo: & vtrum fuerit factum hoc poſt illud.

Indiuiduorũ diſtinctio.

Et videtur, quòd non. quia maxima diſtinctio eſt per formas indiuiduales. eam indiuidua vniuntur in ſpecie: ſpecies in genere: genera in analogo, & ſicut ab indiuiduis aſcenditur ad analogum vniendo: ita ab analogo deſcenditur ad inferiora diſtinguendo. quando autem peruentum eſt ad indiuidua, quæ ſunt maximè inferiora: peruentum eſt ad maximę diſtincta. ſed creatio terminata eſt ad res indiuiduas, quia vniuerſalia nec aguntur, nec patiuntur, nec fiũt niſi factione indiuiduorum. vltra creationem: ergo quod terminatur ad indiuidua, non eſt aliud opus diſtinctionis.

Præterea: cœli, & elementa creata ſunt ſecundum ſuas formas ſubſtantiales. ſed formæ ſubſtantiales eorum ſunt diſtinctę: non ergo fuit aliud opus diſtinctionis.

Præterea:

Præterea si post opus creationis fuit opus distinctionis: videtur, q̃ res creatæ sunt confusę, & postea factæ fuerunt distinctę. videtur ergo re
Anaxagoræ & Anaximandri error. dire errot Anaxagoræ, & Anaximandri, qui omnia posuerunt facta fuisse confusa, & postea fuerunt facta distincta, quod dicere, omnes sapiẽtes inconueniens reputant.

Præterea: non est distinctio nisi eorum, quorũ potest esse cõfusio. sed supercœlestia nõ possunt misceri, nec habere confusionem cum istis inferioribus, nec econuerso: ergo quantum ad supercœlestia non fuit necessaria alia distinctio.

IN CONTRARIVM est Magister in littera dicens, quòd primum opus distinctionis fuit productio lucis. sed huiusmodi productio lucis fuit post opus creationis: ergo opus distinctionis differt ab opere creationis, & fuit post ipsum.

Distinctio in cœlis facta post creationem. Præterea: in ipsis cœlis post opus creationis factum est opus distinctionis. quia factum est firmamentum, i. cœlum sidereum, quod diuisit a. quas ab aquis, i. secundum vnum modum exponendi diuisit cœlum aqueum ab alijs cœlis, qui etiam possunt dici aquæ.

RESOLVTIO.

Opus distinctionis fuit quantum ad esse, apparere, agere, augmentare, & crescere: Quantum ad omnia fuit in primâ die in lucis factione: Quantum ad supercœlestia in secunda die, in factione firmamenti: Quantum ad elementa tantum, in tertia die, in congregatione aquarum.

RESPONDEO dicendum, quòd opus distinctionis triplicatũ est, siue factum est per tres dies: & opus creationis fuit aliquo modo ante omnem diem, in tribus diebus fuerunt facta opera distinctionis, quæ tripliciter possumus separare, & distinguere. Primo quantum ad esse. Secundo quantum ad apparere. Tertio quãtum ad agere. Quantum ad esse quidem sic patet: quia licèt fuerint multæ distinctiones factæ simul cũ opere creationis, vt patet ex quæstione præcedẽti: tamen post opus creationis opus distinctionis fuit magis augmentatum, & in tantũ fuit augmẽtatum, quòd extendit se ad omnes principaliores partes vniuersi, vt quælibet talis pars fuerit magis distincta post creationem, quàm in ipsa creatione. In partibus. n. vniuersi est dare duas
Vniuersi partes. partes omnino differẽtes; videlicet intelligẽtias, quas cõmuni nomine vocamus Angelos, & ita inferiora. nam intelligentiæ sunt immateriales, & incorruptibiles: hæc autem inferiora elementa sunt materialia, & corruptibilia. oe ergo esset vniuersum omnino dissolutum, facta sunt corpora media, cuiusmodi sunt corpora cœlestia, quæ sunt incorruptibilia, & in hoc conueniunt cum Angelis, & sunt materialia, modo, quo supra diximus, & in hoc conueniunt cum istis inferioribus elementis. principaliores ergo partes vniuersi suot substãtię separatę, siue Angeli, Cęli, & Elementa ideo tribus diebus sunt factũ opus distinctionis, quia Prima die, vt diximos, in nostro Hexameron fuit facta distinctio Angelorũ. Secunda cœlorum: Tertia elementorũ. Primum enim opus distinctionis fuit productio lucis, qđ de luce corporali, & spirituali potest intelligi, vt ait Magister in littera, & verba sic sunt intelligenda, quòd primo facta fuit lux corporalis, quę fuit quoddam corpus lucidum, & signabat lucem spiritualem. i. naturã angelicã, connexam ad Creatorem. & fuit tunc diuisa lux à tenebris. i. lux corporalis à tenebris corporalibus, & lux spiritualis à tenebris spiritualibus. i. boni Angeli conuersi à malis auersis. Et ex hoc apparet, quòd valde fuit modica morula inter creationem ternm, & productionem lucis, & diuisionem à tenebris, quia valde fuit modica morula inter creationem Angelorum, & auersionem malorum: per quam facti sunt tenebrę: & conuersionem bonorũ, per quam facti sunt lux: & intantum fuit modica morula inter creationem, & lapsum, quãtum ad malos: & creationem, & conuersionem quantum ad bonos: vt Disbolus, qui fuit in veritate creatus, dicatur mẽdax ab initio, & quasi statim post initiationem, vel initium: & quòd in veritate non stetit. in ipsa enim factione lucis corporalis, & diuisione à tenebris fuerunt Angeli tenebrosi diuisi ab Angelis lucidis. Et licèt vtrumque fuerit factum eadem die, & eodem instanti. s. diuisio lucis corporalis à tenebris corporalibus, & lucis spiritualis à tenebris spiritualibus: tamen, quia lux spiritualis est longè dignior luce corporali: quia, vt ait Aug. 1. super Genes. Lux, quæ primum dicta est, vt fiat, & facta est: etiam prima tum creatorę tenere intelligenda est. Ipsa est intellectualis vita, quę nisi ad Creatorem illuminãda conuerteretur: fluctuaret informiter. Cum autem conuersa, & illuminata est: factum est, qđ in verbo Dei dictum est: Fiat lux. quia ergo corporalia quasi nihil sunt respectu spiritualium: diuisio lucis à tenebris competenter attribuitur diuisioni, & distinctioni Angelorum.

Tom. 2.

Prima ergo die facta est lux, & diuisa à tenebris facta est distinctio Angelorum.

Secunda verò die quando factum est firmamẽtum, facta est distinctio cœlorum: non quòd cœli non essent à natura distincti per suas substantiales formas: sed non erat tanta distinctio inter cœlos, quanta fuit, quando factum fuit firmamentum. Factionem autem firmamenti possumus intelligere nihil aliud fuisse: nisi, quòd tunc firmamentum, i. cœlum sidereum incepit moueri cõtra motum primi mobilis, vt dicatur factũ, quia tunc habere incepit motum proprium. tũc ergo firmamentum sic motum diutiũ totet cœlum aqueum, & alios cœlos Planetarum. quia tũc manifestè apparuit, quòd primus motus, qui incepit cum mũdo, erat cœli aquei, quod est primum mobile, & non erat aliorum cœlorum, qui sont cœli planetarum. qui cœli planetarum etiã aquæ dici possunt, vt potest esse per habita manifestum.

Distinctionis opus primum quo ad esse in Angelis.

Firmamẽti motus cõtra motum primi mobilis. Vide infra d. 13. q. 1. ar. 2.

Tertia

Tertia die facta fuit distinctio elementorum: quando dixit Deus: Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Erant.n.elementa quasi cõfusa, quia aqua immixta aeri faciebat quandam confusionem in aere. Faciebat etiam quandam confusionem in aliqua parte ignis: saltem in illa parte, vbi ignis est immixtus aeri, & vbi non est purus ignis. Faciebat etiam quandã confusionem in ipsa terra, vt esset inuisibilis, & apparere nõ posset. sed facta congregatione aquarum, facta est purificatio ignis quantum ad aliquam partem eius. facta est purificatio aeris, & tenuit aqua locum suum, & terra facta est visibilis, vt ex hoc omnia elementa, vel in parte, vel in toto, vel secundum aliquem modum distinctionis acciperent. Cum ergo supra, multis modis diceretur differre, & distingui opus distinctionis ab opere creationis, vt vnus modus esset, qa opus distinctionis post opus creationis est augmentatum, & creuit quantum ad omnes partes principales vniuersi. quia post opus creationis modo, quo dictum est, facta est distinctio Angelorum, cœlorum, & elementorum: patet, quòd talis distinctio potest dici creuisse, & augmentata esse. Nam Angeli in ipso opere creationis erãt distincti, & differebant secundum naturam, & secundum substantiam. quia quilibet eorũ creatus fuit, vt quædam substantia, & quædam forma per se existens: tamen ista distinctio creuit, & fuit augmentata, quando non solum secundum substantiam fuerunt diuisi, sed etiam secũdum culpam, & gratiam consummatam. quia conuersi facti sunt lus, & adepti sunt gloriam, & gratiam consummatam. Auersi facti sunt ténebræ, & adepti sunt damnationem æternam. Secundo distinctio cœlorum per factionem firmamenti creuit, & est etiam augmentata. nam cœli in ipso suo primordio: in ipsa soi creatione fuerunt creati distincti secundum suas substantiales formas, vt quodlibet hoc modo haberet esse distinctum substantialiter ab alio.

Distinctio post creationem facta.

Sed ista distinctio secunda die fuit augmentata multum, vt non solum esset distinctio cœlorũ secundum substantiam, sed etiam secũdum motum: quando incepit firmamentum moueri cõtra motum primi mobilis, & habere motum distinctum ab ipso.

Tertia verò die distinctio elementorum creuit, & etiam fuit augmentata, quia elementa etiã in principio suæ creationis fuerunt creata distincta secundum suas substantiales formas. sed ista distinctio per aggregationem aquarum, & apparitionem aridę iuxtarum est augmentata, vt distinctio elementorum non solum esset secundum substantiam, sed etiam secundum locum. vt ignis remaneret in suo loco purificatus ab aqua quantum ad illam partem, quæ patitur admistionem alterius elementi. Potest enim probabiliter credi, quòd quantum ignis patitur de admixtione aeris, tantum patiebatur de admixtione aquæ nebulosæ, quæ tot erat admixta. Aer verò habebat suum locum distinctum ab aqua, & aqua ab aere, & terra, cum non tota cooperiretur aquis. Duo enim dixit Deus: Congregentur aquæ, & appareat arida. ex illo enim verbo: Congregentur aquæ. apparuerunt distincta tria elementa. quia aqua congregata, & tendens ad locum suum purificauit totum aerem, & quod inficiebatur de igne. Ex illo autem addito, & appareat arida: cum terra non posset apparere, sed tota cooperiretur ab aquis, nisi haberet aliquã gibbositatem: vel illam gibbositatem habuit à principio suæ creationis, vt ex sola congregatione aquarum apparere posset: vel satis posset probabiliter dici, quòd in illo verbo diuino: & apparent arida: data fuit terræ quædam gibbositas circa partem septentrionalem, vbi est habitabilis, quæ gibbositas remansit apta ad habitandum: cum aquæ eam cooperire non possent.

Congregentur aquæ.

Apparentia quid.

Septentrionalis pars quædã habitabilis.

Dub. I. Lateralis.

De Distinctione, quantum ad apparentiam.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis propter id, quod dicebatur in principali solutione, ꝙ opus distinctionis fuit factum post opus creationis non solum quantum ad augmẽtare, & crescere, quia post creationem creuit, & augmentata est distinctio: sed etiam quantum ad apparere, quia post creationem factum est, vt appareret maior distinctio in omnibus, quàm appareret ante. sed iste modus non potest propriè adaptari ad Angelos, quia Angeli in sua propria natura nobis apparere non possunt. sed si apparent nobis: hoc est in corpore assumpto. Formant.n. sibi Angeli aliqua corpora de ista inferiori materia, in quibus sunt visi hominibus apparere. quæ corpora, peracto officio, dissoluuntur, & conuertuntur in præiacentem materiam. oportet ergo istã apparentiam referre ad corpora superceleſtia, vel ad ista inferiora.

Angeli sua natura nobis apparere no possunt.

Tripliciter ergo erit ista apparentia distinctionis. Vel quantum ad omnia corpora, vel quantum ad superceleſtia tantum: vel quantũ ad elementa tantum. Quantum ergo ad omnia: hoc fuit in prima die in factione lucis, Quantum ad superceleſtia tantum, hoc fuit secunda die in factione firmamenti. Quantum ad elementa tãtum: hoc fuit in tertia die in cõgregatione aquarum. Factio ergo lucis fuit apparentia distinctionis, quantum ad omnia. Nam nihil potest apparere distinctum, vel appatere id, quod est: nisi per lucem. Ideo ait Magister in littera, quòd congruè mundi ornatus à luce cepit: vnde cæteras, quæ creanda erant, viderentur. Productio ergo lucis fuit opus ornatus, & fuit opus distinctionis. Opus quidẽ ornatus fuit, quia multum

fuit

fuit decoratus, & ornatus mundus per productionem lucis. Opus autem distinctionis fuit, quia siue luce nihil poterat apparere distinctum. ergo productio lucis quantum ad apparere fuit opus distinctionis: quantum ad omoia verò fuit opus ornatus, quia nec cœlestia, nec ista inferiora poterant siue luce apparere distincta.

Distinctio in cœlo quantum ad apparentiam.

Sed secunda die apparuit opus distinctionis quantum ad cœlestia tantum. Nam facto firmamento, & moto in contrarium primo mobili: facta est distinctio in supercœlestibus, & quantum ad esse, quod pertinet ad quæstionem superiorē, & quantum ad apparere, quia firmamentum sic motum est magis distinctum à primo mobili, quàm aote quando mouebatur solo eodem motu cum ipso: & etiam quantum ad apparere, quia ex illo motu cõtrario maoifestè apparebat, & euidenter ostendebatur, quòd firmamentum erat distinctum à primo mobili: cum moueretur motu contrario primo mobili.

Distinctio in elemẽtis quantum ad apparentiã.

Tertia verò die fuit distinctio non solum quãtum ad esse, sed etiam quantum ad apparere in ipsis elementis. Fuerunt enim elementa creata distincta quantum ad formas substantiales: sed nõ fuerunt creata omnino distincta, quantum ad locum.

In tertiã ergo die quando congregatę sunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida: facta est distinctio non solum quantum ad esse, sed etiã quantum ad apparere. Alia enim distinctio est secundum esse. Alia prout est in alio, & alio loco. hæc distinctio nõ solum est quantum ad esse, sed etiam quantum ad apparere. quia res magis apparent distinctę, quando habent alia, & alia loca. quando ergo aqua erat admixta aeri, licèt esset aer secundum naturam distinctus ab aqua; non tamen apparebat distinctus, sed quãdo quodlibet eorum accepit locum sunm: apparuit vnum elementum esse distinctum ab alio.

A distinctionem maiorem esse: non poterat esse distinctio maior: nisi esset maior secundum aliquod esse. Fuit etiam maior distinctio secũdum apparere, vt patet ex præcedenti dubitatione.

Volumus ergo nunc declarare quomodo fuit maior quantum ad agere. Dicemus enim, quòd cum tres dies sint assignati distinctionibus rerũ: possumus illos tres dies adaptare ad agere rerũ, & specialiter ad agere rerum corporalium. inter corporalia quidem videmus duo genera agẽtiũ, siue alterantium. Quia quædam agunt, & alterant non alterata, vt supercœlestia: Quædam autem agunt, & alterant alterata, vt hæc elementa. Duos ergo dies dabimus supercœlestibus dicentes, quòd eis fuit collata virtus agendi, & alterãdi. Et tertiam diem dabimus elementis secundũ virtutes actiuas, & passiuas.

B Propter primum sciendum, quòd in cœlestibus propter duo ponimus virtutes alterativas: propter lumen, & propter motum: propter lumen, quia influentia est magis à luminoso. Supercœlestia enim propter lumen, quod habent, influunt in ista inferiora, & alterant ipsa, vt patet de Sole calefaciente, & ex hoc alteratoie ista inferiora. Patet etiam de Luna infrigidante, & ex frigidatione alterante. Et inde est, quòd aliqua sidera dicnotur calida: aliqua frigida: non quòd in se sint calida, vel frigida: sed quia in istis inferioribus habent tales effectus, quia aliqua causant in eis caliditatem: aliqua frigiditatem. hoc ergo supponamus, quòd à corpore supercœlesti luminoso est maior influentia in hæc inferiora, quàm à dyaphano.

Cœlum alteratur per lumen.

Sidera cur dicantur calida, & frigida.

C Secundò corpora cœlestia habent influere, & habent alterare ista inferiora per motum. Vnde Philosophus 2. de generatione hanc materiam pertractans: ait, quòd idem semper similiter se habens est semper natum facere idem, & ideo cum in istis inferioribus generatio, & corruptio sint contraria: concludit ibi Philosophus, quod vna, & eadem latione cœlesti non fit generatio, & corruptio: & ibidem ait, quòd prima latio, quia semper est continua, & eodem modo non habeus contrarietatem: non potest poni sufficiens causa generationis, & corruptionis: sed latio Solis in obliquo circulo, idest in Zodiaco, propter contrarietatem, quam habet ex obliquitate sui circuli: vt quoniam aliquando appropinquat nobis, quando est in signis Septentrionalibus aliquando remouetur à nobis: quando est in signis Meridionalibus, causatur generatio, & corruptio in nostris inferioribus partibus. Tãtum ergo volumus habere ex verbis Philosophi, quòd ea vno motu cœlesti eorum eodẽ modo se habente, non causatur contrarietas, vel non causatur generatio, & corruptio, quæ habent ad inuicem contrarietatem: sed oportet esse aliquam contrarietatem in motibus cœlorum, vt ex eis causetur generatio, & corruptio in istis inferioribus. Et quia primitus in ipsa creatione mundi non erat in cœlestibus contrarietas motuum, sed erat solus motus primi mobilis, qui semper eodem

Cœlum alteratur per motum. Tex. c. 56.

Distinctio in cœlo quantum ad agere.

Dub. II. Lateralis.

De distinctione quantum ad agere.

D VLTRAVS fortè dubitaret aliquis: eum tria fuerint proposita de opere distinctionis: Vnũ quantum ad esse: aliud quantum ad apparere. tertiũ quantum ad agere: Cum declaratũ sit qũo facta fuit distinctio quãtum ad esse, quia fuit maior distinctio rerum post opus creationis, quàm fuisset in ipsa creatione, quia quamuis in ipsa creatione fuerit aliqua distinctio rerum; tamen non erat tanta, quanta fuit post creationem: propter quod si opera distinctionis augmentauerunt distinctionẽ, & fecerunt illam

eodem modo, & vniformiter ſe habet: cum in factione firmamenti fuerit factus motus contrarius illi motui: pater, quòd cum duo requirantur in cœleſtibus, vt inſtuare, & alterent iſta inferiora: videlicet, luminoſitas, quæ fuit facta prima die: & contrarietas motuum, quæ incipit ſecunda die: dicere poſſumus, quòd corpora ſuperceleſtia in illis duobus diebus aliquo modo acceperunt virtutes actiuas ad agendum in hæc inferiora, & ad alterandum ipſa.

Diſtinctio in elementis quatum ad agere.

Tertia verò dies, quæ purificauit elementa, poteſt adaptari ad virtutes elementorum actiuas, & paſſiuas: vt elementa ſic purificata per cõgregationem aquarum, & ex hoc magis fortificata in ſuo eſſe, quia res ſicut ſe habent ad eſſe, ita ſe habent ad agere. elementa ergo purificata in ſuo eſſe fuerunt fortificata in ſuo agere. Vnde & aliqui magni Doctores dederunt differẽtiam inter opus creationis, & diſtinctionis. quia opus creationis fuit terminatum ad eſſe, & ad ſubſtantias rerum. opus verò diſtinctionis, & ornatus ad principia actionis, & paſſionis, & ad virtutes actiuas, & paſſiuas rerum. Sed hoc ſic ſimpliciter acceptum ſtare non poſſet, quia virtutes actiuæ, & paſſiuæ elementorum ſunt quatuor qualitates: calidum, frigidum, humidum, & ſiccũ, quòd fuiſſent ergo creata elementa ſiue ſuis qualitatibus, & quòd fuiſſet creatus ignis non calidus, non videtur conueniens. Aliquem ergo modum ad actiouem, & paſſionem: vel aliquẽ modum ad localem motionem poſſumus aſſignare in elementis, quantũ ad tertiam diẽ collatã eis, vt magis exercere poſſent ſuas actiones, & ſuos locales motus. Nam aer, & ignis fuerunt illa tertia die magis depurata, modo, quo ſupra diximus. ſicus ergo homo habens magis deputatos humores, eſt magis ſanus, & poteſt magis agere actiones ſibi competentes; ſic aer, & ignis magis purificata poterant magis agere actiones ſibi cõpetentes. Aqua etiam congregata accepit quandam virtutem, quantum ad localem motum, & etiam quantum ad proprias actiones. Nam & nunc videmus, quòd aqua rarefacta aſcendit, quæ poſtea veniens ad medium interſtitium, vbi eſt continuum frigus, infrigidata efficitur: ponderoſa deſcendit, & facit pluuiam. Sicut ergo nunc aqua per condenſationem in nubibus efficitur frigida, & ponderoſa: non eſt mirum, ſi tunc congregata, & condenſata effecta ſuis frigida, & ponderoſa, vt ex his duobus duo fortiretur: ex frigiditate quidem propriam actionem: ex ponderoſitate verò proprium ſitum, & propriam locationem. De terra verò nulli dubium eſt, tunc tertia die fuiſſe ſibi aliquas virtutes collatas. quia non ſolum dictum eſt tertia die: Congregentur aquæ, & appareat arida, ſed etiam dictum eſt: Germinet terra herbam virẽtem, & facientem ſemen, & lignum pomiferũ faciens fructum. In quibus verbis intelligimus aliquam virtutem collatam terræ ad agendum, germinandũ, & ad prod cendum, quæ produxit. Pater ergo, quòd ſtdiffen opus diſtinctionis ab opere creationis, & quantum ad eſſe, quia per opera diſtinctionis res habuerunt magis diſtinctum eſſe: & quantum ad apparere, quia ſeparatæ apparuerunt magis diſtinctæ: & quantum ad agere, quia cęleſtia, & elementa fuerunt potiora ad agendum, quàm fuerint in primordio creationis eorum.

A

B

C

D

Resp. ad arg. art. 11.

AD primum dicendum, quòd licèt non ſit deſcenſus infra indiuidua: ipſa tamen indiuidua poſſunt eſſe magis admiata, & confuſa, & magis diſtincta, & ſeparata: & quantum ad aliquod eſſe: & quantum ad apparere: & quantum ad agere, vt eſt per habita declaratum.

Ad ſecundum dicendum, quòd creata fuerũt corpora cœleſtia, & elementa diſtincta ſecũdum formas ſubſtantiales: tamen in ſuperceleſtibus, & elementis non apparebat illa diſtinctio, ſicut apparuit poſtea ex productione lucis. Superceleſtia verò non habebant ita diſtinctos motus, & elementa non ita diſtinctos ſitus, nec habebant alias diſtinctiones iam dictas, ſicut habuerunt poſtea.

Anaxagore errat vnde.

Ad tertium dicendum, credendum eſſe, quòd fortè Anaxagoras, & alij Philoſophi errantes acceperunt occaſionem erraudi ex Scriptura ſacra non intelligendo eam. vbi ergo ipſi errando, & non intelligendo dixerunt falſitatem: nos autem per dicta Sanctorum bene intelligẽdo, & exponẽdo, dicimus veritatem.

Ad quartum dicendum, quòd indiſtinctio nõ ſolum fit per mixtionem, ſed fieri poteſt aliis modis, vt quæ habent vnum, & eundem motum cum alio, videntur fortè eſſe idem cum illo: Cœlum ergo, quod nunc eſt ſidereum, videbatur fortè tunc idem eſſe cum cœlo aqueo, quia non habebat alium motum ab ipſo. Sed ſecunda die poſtquam incepit motu contrario moueri motui primi mobilis: apparuit diſtinctum ab eo, vel ſaltem apparuit magis diſtinctum. non ergo ſolum per miationem partium, ſed etiam per motum diuerſum poteſt apparere diſtinctio in entibus. In elementis ergo poſuemus ſaluare talem diſtinctionem, quia elementa aliqua habuerunt tunc aliquam admiationem ad inuicem: in cœleſtibus verò fuit diſtinctio per nouæ rei productionem, vt per productionem lucis, quæ fuit producta in tali cœlo, & non in alijs: vel per noui motus impreſſionem, vt patet de firmamento, quod incepit moueri motu contrario primi mobilis.

ARTIC.

ARTIC. III.

An Dies distinctionis, & ornatus sint propriè accipiendi: Conclusio est affirmatiua.

Magister sent. d.13. D. Bonauen. d.13. Dub.1. & 2. & art.1. quæst.2.

TERTIO quæritur de opere distinctionis quàtum ad dies: quomodo accipiendi sint illi dies: in quibus facta sunt opera distinctionis, & ornatus, quę quæstio potissimè habet locũ propter dicta August. referentis illos dies ad cognitionem angelicam. Vniuersaliter tamen dubitatur de illis diebus, quomodo sint accipiendi.

Et videtur, q̃ non possint accipi sic dies, sicut accipit Scriptura facta, secundum quam factum est Vespere, & Mane dies vnus. nam vsitatus motus est, quòd dies non solum habet Vespere, & Mane, sed etiam meridiem, quæ præcedit Vespere.

Dies naturalis 24. horarum.

Præterea vult Magister in littera, quòd dies naturalis sit spatium 24. horarum. Nam dies naturalis comprehendit diem, & noctem. debuit ergo dici factum est dies, & nox dies vnus: quomodo ergo dies naturalis comprehendit diem, & noctẽ, & quomodo totũ dici debeat vna dies, in prosequendo patebit.

Præterea: videtur, quòd saltem secundum August. non possimus saluare plures dies. Nam plures dies sunt plures successiones temporum, sed secundum eum omnia ista fuerunt facta simul: ergo, &c.

Præterea: dies non est nisi irradatio lucis super ea, secũdũ quæ hẽt esse dies. vt si est dies hemisphęrio nostro: oportet, q̃ sit irradiatio lucis quàtum ad ea, quæ sunt in hemisphærio nostro; sed cognitio angelica non habet aliquas irradiationes in illis rebus, secundum quas sumuntur isti dies: ergo, &c.

Præterea dies illi non habuerũt nisi duo: Manc. s. & vesperc. sed si hæc debent referri ad aliquam cognitionem: cum res habeant cognosci in omnibus illis, in quibus habent esse, & secũdũ Augustinum super Genesim: res habeant esse tripliciter: in verbo, in mẽte angelica, & in propria natura: oportereț, q̃ quilibet dies haberet tria secundum, quòd res habet triplex esse. Sed secundum Scripturam sanctam non assignantur dies, nisi duo: ergo, &c.

Res habent esse triplex. Tomo 2.

INCONTRARIVM est Augustinus 11. de Ciuit. & in quæstionibus ad Orosium, & super Genesim ad litteram: vbi omnes istos dies adaptat ad cognitionem angelicam. Dubium est etiam quomodo accipiendi sint isti dies secundum opinionem aliorum Sanctorum.

Tomo 1. Tomo 2.

RESOLVTIO.

Dies tripliciter sumi potest. hoc est, quantum ad lucem, quantum ad eius partes, eiusq; principia.

RESPONDEO dicendum, quòd cum dies accipiendi sint secundum lucem factam, quia cum facta fuit lux, dictum est per Scripturã sanctam: Factum est Vespere, & Mane dies vnus. cum lux illa facta possit intelligi corporalis, & spiritualis: oportet, quòd vtroq; modo possint accipi illi dies: Vel prout referuntur ad lucẽ spiritualem, quæ erat in mente Angeli, & tunc accipiendi sunt illi dies secũdum cognitionem angelicam. Vel prout referuntur ad lucem corporalem, & tunc accipiendi sunt illi dies secundum reuolutionem illius corporis lucidi primo formati.

Lux duplex.

Dies tripliciter sumitur.

Dies ergo potest tripliciter accipi: Vel quantum ad suam causam, & sic lux dicitur dies: Vel quantum ad alia sua principia, & sic Vespere, & Manc dicuntur vnus dies, sed hoc est quantum ad diei initia: Vel quantum ad suas partes, quia Vespere est principium, vel initium noctis: Manc verò est principium, vel initium diei. sicut ergo dies, & nox faciunt vnam diem, sic Vespere, & Mane, faciunt diem vnam. Tertiò verò modo potest accipi dies, quantum ad suas partes: & cũ partes diei sint nox, & dies; hoc modo nox, & dies faciunt vnam diem. Sed hoc fortè videtur valde mirabile, quòd nox dicatur pars diei. Sciendum ergo, q̃ nunquàm est nox simpliciter, sed semper est aliquo modo dies, quia semper Sol illuminat aliquam partem terræ, vel aquę: quæ cooperit totam. Si ergo terra esset tota discooperta: semper illuminaret Sol aliquam partem terræ. cum ergo Sol, vel lux illa, quæ illo triduo fungebatur vice Solis illuminat hanc partem hemisphærij, vbi sumus, est dies in hac parte, vbi sumus: quando illuminat aliam partem, est nox, vbi nos sumus, sed est dies in aliqua parte hemisphęrij. Vel ergo secũdum duas partes terræ, siue sit cooperta, siue discoperta, vel secundum duo hemisphætia diuidetur tota dies. Nam tota vna dies est reuolutio lucis ab vno mane vsque ad aliud mane, vel ab vno puncto cœli vsque ad eundem punctum. Et quia cœlum habet duo hemisphęria quãdo illuminat vnũ hemisphætium, vbi nos sumus, est vna pars diei: quando illuminat hemisphætium aliud: licèt sit nox nobis: secundum veritatem est tamen alia pars diei.

Sol semper illuminat aliquã partem terræ, vel aquę partem.

Viso quomodo tripliciter potest accipi dies: Vel quantum ad lucem, quæ est causa diei: Vel quantum ad sua principia, quæ sunt Vespere, & Manc: Vel quantum ad suas partes, quę sunt nox, & dies: vbicunq; inuenitur ratio lucis: ibi potest inuenire Vespere, & Mane, & nox, & dies.

Et

Et exinde poterit accipi ratio diei, vel ratio dierum. quia poterunt plures dies accipi secundum pluralitatem rerum, in quibus inuenitur ratio lucis.

De luce autem loqui possumus dupliciter, vel secundum communem acceptionem lucis facientis diem, vel secundum illud, vnde sumitur ratio lucis.

Primo quidem modo, vt communiter homines loquuntur de luce faciente diem, est lux solaris, vel est lux illa, quæ in illo triduo fungebatur vice solis. Revolutio ergo corporis solaris, vel illius lucis de puncto ad punctum faciebat diem.

Alio modo potest accipi lux faciés diam, cõsiderando, vnde sumatur nomen lucis. Nomen enim lucis sumitur a manifestatione: vnde & Philosophus intelligentias, & Deum appellat manifestissima in natura, vt patet ex 2. Metaph. cum in eis magis reperiatur ratio lucis, quàm in quibuscunque corporalibus. Sic etiam, & Apostolus Ephe. 5 ait: Omne enim, quod manifestatum est. Cú ergo res manifestatur omni mó, quo hét esse, qa sicut res se hét ad esse, ita se habet ad cognosci, & manifestari: cum res habeat triplex esse: in verbo, in mẽte angelica, & in natura propria: omnibus istis modis poterit accipi dies. sed si accipiatur dies prout res habet esse in verbo, illa dies non habebit nisi meridiem. Non habebit enim dies sic accepta nec noctẽ, nec mane, nec vesperam, sed solum claram lucem. quia omnia ista dicunt aliquid per comparationem ad tenebras. Cum ergo res in Deo sint idem, qđ Deus, quia nil est in Deo præter Deum: cum Deus sit lux, & tenebræ in eo non sint vllæ, sic accepta dies erit clara lux sine comparatione ad tenebras. sed si accipiatur lux prout res sunt manifestæ in seipsis, vel sunt manifestæ in mente angeli, vel etiam prout sunt manifestæ in Deo, non quantum ad cognitionem diuinam, quæ semper est clara lux, sed quantum ad cognitionem aliorum, qui videntes Deum vident res in Deo; ipsi angeli, & ipsi sancti videntes Deum vident res in Deo, sed non vident res ita clare, sicut videt ipse Deus. ita quòd visio beatorum, quam habent de rebus in Deo, potest dici mane, & potest dici visio non ita clara, sicut est visio Dei: quam habet de rebus in seipso.

Ex hoc potest patere solutio ad quæsita. quia cum quæritur quomodo accipiendi sunt isti dies; dici potest, quòd prætermissa cognitione diuina, quæ semper est clara lux: secundum omnem aliam manifestationem, ex qua potest sumi ratio lucis: possunt accipi prædicti dies.

Lucis nomen vnde sumatur. Arist. 2. Metha. t. c. 1.

2. Met. 4.

Verum esse triplex.

A Dub. I. Lateralis.

An dies distinctionis, & ornatus multis modis ex communi Sanctorum opinione capi possint. Conclusio est affirmatiua.

Vide eosdem Doct. supra citatos.

B VLTARIVS fortè dubitaret aliquis, cũ dies possit accipi tripliciter. Primo videlicet secũdum motum lucis faciẽtis diẽ, secundum quam lucem manifestantur omnia. Secũdo prout res manifestant in natura propria. Tertio prout manifestãtur in mente angelica. Vtrum primus modus possit adaptari ad dicta aliorum Sanctorum, & Augustini.

Dicendum, quòd sic. adaptabimus enim diẽ sic sumptam ad opinionem communem, siue ad opinio nem aliorum Sanctorum, vt ad opinionem August. quæ sic patent: Nam illa lux fuit facta, vt patet per Magistrum in littera, non mane quando adhuc est aurora, & non est clara lux, & ideo illa lux non fecit primo mane, sed fecit primo vespere, & postea fecit mane, & ideo dictum est: Factum est vespere, & mane dies vnus. Sed dices: Certũ est, quòd illa lux fecit primo diem, quando peragrauit mediũ hemisphærium nostrum, & postea fecit vesperam, quando iuit versus occasum: & postea fecit noctem, quãdo peragrauit aliud medium hemisphærium. & postea fecit mane, quãdo fecit auroram. quare ergo nó fit mentio de die, & nocte, sed solum de vespere, & aurora?

Diei consideratio secũdum nomẽ lucis.

C

Ad quod dici potest, quòd Moyses volens tractare de principijs rerũ, qa de talibus tractandũ erat in ipsa productione rerum, voluit nominare diem naturalem, quæ continet noctem, & diẽ a suis principijs, videlicet a vespere, quod est principium noctis: & a mane, quod est principium diei: vt sic vespere, & mane faciant vnum diem. secundum ergo alios Sanctos in sex diebus omnia sunt distincta, & ornata. quia sex reuolutiones illius lucis facientis diem appositæ sunt ad hæc omnia faciendum. Sed secundum August. omnes isti sex dies non sunt nisi vnus dies. Nam sicut in tex. multoties dicitur: Dixit Deus. & tamen Deus non nisi semel locutus est, quia non nisi vnum verbum genuit in quo fecit omnia: propter quod multoties dixit Deus, est, vnum, & idem verbum multoties repetitum: sic vno eodem die, & simul Deus fecit omnia. & cum multoties dicitur vespere, & mane fecisse diem, est vnus, & idem dies multoties repetitus. Dicitur tamen Deus in sex diebus fecisse omnia, qui sex dies accipiuntur se-

D

Ioh. 12.

cundum Sanctos, secundum sex temporum spatia. secundum Augustinum vero accipiuntur secundum sex rerum genera, prout in littera computantur, vt primum genus rerum factarū sit lux secundum firmamentum, & sic de alijs. vnde Augu. primo super Gene. ait, quòd potuerunt simul fieri, sed non potuerunt simul dici. origine ergo se processerunt ista non tempore. hoc est ergo, quod Augu. dicit, quòd Deus simul ista fecit, & quòd sola origine fuit prius in faciēdo: tempore fuit prius in narrando. quia non potuit simul dici, quod potuit simul fieri. Illa ergo sex genera rerum in sex diebus facta origine, vel dignitate se poterunt præcedere: sed secundum Augu. non se præcesserunt tempore, & maximè quantum ad ea, quæ sunt in cælestibus: sed secundum alios Sanctos nō solum quārum ad elementa, sed etiam quantum ad cælestia fuit productio prius, & posterius tempore.

Dub. II. Lateralis.

An Dies distinctionis, & ornatus secūdum genera rerum diuersa sumi possint.
Conclusio est affirmatiua.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis, quomodo possint accipi isti dies secundum diuersa genera rerum. Dicendum, q vt dicebatur supra, nomen lucis a manifestatione sumptum est. quia vt allegabat Apostolus, Omne, qd manifestatur, lumen est. igitur cum in qualibet re creata sit compositio ex potentia, & actu, & in rebus materialibus sit compositio ex materia, & forma; ratione materiæ in rebus materialibus, vel ratione potentiæ vniuersaliter in rebus creatis sumetur vespere, vel sumetur nox. Ex parte vero formæ, vel ex parte actus sumet mane, vel sumetur dies. In conditione ergo cuiuslibet creaturæ aliquo modo vespera præcedit mane, quia prius intelligitur informis, quàm formata; sed secundum August. in multis locis super Gene. semper informe origine præcedit formatum. quælibet ergo creatura est quædam dies facta ex vespere, & mane, ideſt composita ex informi, & formata. Cum ergo omnes sex dies possint adaptari ad sex genera rerum materialium; quia prima dies fuit facta lux, ideſt quoddam corpus lucidum, quod est compositum ex materia, & forma: secunda die fuit factum firmamentum, ideſt cœlum sidereum, quod etiam est quid compositum ex materia, & forma, & sic de alijs; quælibet talis factio potest dici quædam dies composita ex vespere, & mane: vel ex nocte, & die. vt siue pro vespere, siue pro nocte sumatur materia; pro mane, vel pro die accipiatur forma. Vnde Augustinus. 2. super Genesim dicit, quòd circa speciem factę rei dies appellatus sit: circa priuationem nox, vt nondum specie formata materia nox dicta sit. Erunt ergo sex dies secundum sex genera rerum, quia quælibet res potest dici dies, cum sit composita ex informi, & formato, ratione cuius est in ea vespere, & mane, & nox, & dies. Sed secundum alios Sanctos ista sex genera rerum etiam tempore successiue sunt producta.

Tomo 1.

Dub. III. Lateralis.

An huiusmodi dies secundum angelicam cognitionem sumi possint.
Conclusio est affirmatiua.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de alio modo accipendi diem: videlicet, secundum cognitionem angelicam. Dicēdum, q secundum Augustinum, a quo ista verba videntur sumpsisse originem: Cognitio angelica potest dici vespera, mane, & dies: vt dicat vespera prout cognoscit res in proprio genere: Dicatur mane prout hoc surgit in laudē Creatoris: Dicatur dies prout illam eandem rem, quam cognoscit in proprio genere, cognoscit in verbo, siue in Deo, vbi multo clarius cognoscit eam, quàm in proprio genere. immo secundum illum omnia ista possunt esse simul. Nam sicut in ista luce visibili videmus, q secundum eam simul est alicubi mane, alicubi vespera, alicubi dies, sic & angeli simul possunt res cognoscere in proprio genere, & ex hoc habere vespere, & assurgere inde in laudem creatoris, & ex hoc habere mane, & videre eam in verbo, & ex hoc habere diem. Vnde Augustinus 4. super Genesim ait: Illam cælestē Ciuitatem angelorum simul cōtemplari æternitatē Creatoris, mutabilitatem creaturæ, & laudare Creatorē; & cum hoc totum simul facit, simul habēt diē, & vesperā, & mane. Et subdit, q etiam in hoc mūdo visibili, videmus esse diē, vbi est Sol: noctem, vbi non est, vesperam vnde discedit: mane quo accedit. Ex quib⁹ verbis manifeste patet, quid est cognitio vespertina: quid matutina; & quid meridiana. quia cognoscere res in verbo est cognitio meridiana: cognoscere ea in proprio genere est vespertina. Ex illa cognitione surgere in laudem Creatoris est matutina. Nam mane est initium diei: vespera est finis. & quia res exeunt a verbo, quasi ab initio, quia ibi est initium operis, & fiunt in propria materia, vel in proprio genere, & ibi terminatur opus:

Angeli cognitio quo modo vespera, mane, & dies dicantur.

Angelorū cognitio matutina, diuina, & vespertina.

Tomo 1.

Matutina cognitio, vespertina, & meridiana quid.

Cogno-

Cognoſcere res in proprio genere eſt cognitio A
veſpertina, quia veſpera eſt finis dici. ſed ſurgere
ex hoc in laudem Creatoris eſt cognitio matutina. quia a Creatore ſumpſerunt initium quæ ſunt facta in proprio genere. ſicut a mane ſumpſit initium dies, quę iam tranſiuit in veſperum. Verum quia inuenimus multoties ab Auguſtino, quòd cognoſcere res in verbo eſt cognitio matutina: in proprio genere eſt veſpertina: propter quod & aliqui magni hoc idem vocauerũt dicẽtes, quòd cognitio veſpertina eſt rerum in genere proprio: matutina eſt rerum in verbo, addentes quòd cognitio matutina, & veſpertina non differunt quantum ad res cognitas, ſed quantum ad modũ cognoſcendi. quia alius modus cognoſcendi res, eſt in proprio genere, & in verbo. Dicemus quòd cum iſta ſint per quandam adaptationem dicta, B
non eſt inconueniens de vno, & eodem poſſe varias adaptationes fieri. ſed vt inter adaptationes videatur, quæ ſit potior; ſciendum quòd iſti ſic adaptantes veſpertinam, & matutinam ad cognitionem in proprio genere, & in verbo meridianam cognitionem ponunt in ipſo Deo, quam habet de ſeipſo, & de rebus. Sed cum Auguſtinus omnia iſta adaptet ad cognitionem angelicam dicens; eam eſſe veſpertinam, matutinam, & diurnam, non videtur quomodo poſſit cognitio angelica diurna eſſe niſi illa cognitio, quam habet de rebus in verbo ſupernaturaliter adaptetur ad diurnam. Veſpertina ergo, & matutina adaptabitur ad cognitionem rerum, quam habent naturaliter. Nam naturaliter poſſunt cognoſcere res in proprio genere, & naturaliter poſſunt cognoſcere, quòd res a Deo habuerunt initium, & C
proceſſerunt a Deo. prout ergo cognoſcunt res in proprio genere, in quo ſunt admixtę tenebris, & habent reſpectum ad noctem, ſiue ad nihil; quia ex nihilo omnia ſunt producta, poteſt dici talis cognitio veſpertina. ſed prout cognoſcunt, quòd ſecundum illud eſſe, quod habẽt in proprio genere, proceſſerunt a Deo, & habuerunt initium a deo, & ex hoc aſſurgunt in laudem Dei, poteſt dici cognitio matutina. & quia vtraque iſtarum cognitionum poteſt eſſe naturalis, & vtranque poſſunt habere Angeli naturaliter veſpertinam, & matutinam, dignum eſt, vt vtraque iſtarum cognitionum ſumatur ſecundum naturam. quia cum veſpere, & mane ſint claritates admixtæ tenebris, & cognitio cuiuſlibet creaturę, quam poteſt habere per naturam ſit admixta tenebris, dignum eſt talem cognitionẽ D
per veſpere, & mane ſignificari debere. Ipſam autem cognitionem ſupernaturalem, quam habet angeli de ſe, & de rebus in verbo, diurna vel meridiana dici debet.

Aduertendum autem, quòd licèt cognitio, quã habet Deus de ſeipſo, & in ſeipſo in infinitum ſit clarior, quàm illa, quam Angeli ſupernaturaliter habent in ipſo: propter quod meridiana dici poteſt, & non illa, quam habent ſupernaturaliter angeli; patet tamen, quòd ſic procedendo damus cognitionem meridianam Deo: & veſpertinam, & matutinam angelis. Sed ſi volumus omnes illas tres cognitiones attribuere Angelis, quas & Auguſtinus attribuit, credimus ſic dicendum eſſe, vt eſt per habita declaratum.

Poſſumus autem dicere quatuor eſſe genera cognitionum, quorum duo ſunt veſpertina, & matutina, quæ ſumenda ſunt modo, quo dictum eſt. Alia autem duo ſunt diurna, & meridiana, quæ poſſunt accipi pro diuerſis cognitionibus. nam dies dicitur a dyan Græcè ſecundum Hugutionem, quod idem eſt, quod lux Latinè vel claritas, vnde in Gene. bene appellauit lucem, diem.

Cognitio ego diurna eſt idem, quod cognitio lucida, & clara. Cognito vero meridiana erit idẽ, quod merè lucida, & merè clara.

Cognitionem ergo diurnam poſſumus adaptare ad Angelos, prout cognoſcunt res in Deo, vel in verbo. Cognitionem vero meridianam, ideſt merè lucidam, & merè claram poſſumus adaptare ad Deum: prout cognoſcit res in ſeipſo, quæ cognitio eſt merè lucida, & merè clara, quia Deus lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllę.

Ad id autem, quod videbatur eſſe contrarium, quia Auguſtinus aliquando videtur dicere, quòd cognoſcere res in proprio genere eſt veſpertina, in verbo eſt matutina; Dicemus etiam, quòd nos dum ſumus in via cognoſcimus res eſſe in verbo, & in proprio genere. & quia cognoſcimus omnia hic a Deo proceſſiſſe, poſſumus ex hoc aſſurgere in laudem Creatoris, quia ſecundum Auguſtinum de Trinita. Omnis creatura clamat habere Deum præſtantiſſimum Conditorem, & ſi nos poſſumus iſta ſcire dum ſumus in via, multo magis poſſunt Angeli hoc naturaliter ſcire. Illę ergo duæ cognitiones poſſunt ſumi in Angelis prout cognoſcunt res naturaliter in proprio genere: & prout cognoſcunt eas proceſſiſſe a Creatore, & exinde laudant, & glorificant creatorem. & ſi tamen volumus omnino cognitionem ſupernaturalem, quam habent Angeli in verbo, cũ nullam cognitionem habeant Angeli clariorem, quia res in verbo non ſunt aliud, quàm verbum; appellare matutinam, non dabimus Angelis niſi duas cognitiones.

Tertia vero, quæ eſt meridiana, quæ cęteras ſuperat claritatę, ſoli Deo erit attribuenda. vnde & ſi aliquando inueniretur Auguſtinus ſic loquens, poſſemus ſuam locutionem ad hoc adaptare modo, quo dictum eſt.

His itaque prælibatis, poteſt patere quomodo ſecundum Auguſtinum accipiendi ſunt ſex dies, in quibus productę ſunt res diſtinctè, & ornatè. nam ab illis eiſdem rationibus, quæ ſunt in verbo, vel ab illis eiſdem ideis, quę ſunt in Deo, proceſſerunt ſpecies in materia propria: vel quæcunq; res proceſſerunt in genere proprio, & proceſſerũt ſpecies, & ſimilitudines in mente angelica, per quas Angeli habent cognitionem rerum. angelus ego primo cogitauit de luce, vt habet eſſe in genera proprio, & ſic habuit de ea cognitionem veſpertinam.

Cognitio Matutina, & veſpertina naturales ſunt.

Cognitionum genera quatuor.

Lib. 15. Tomo 2.

Cogitauit etiam de luce, quòd erat facta a Deo,

& ex hoc surrexit in laudem Dei, & sic habuit de luce cognitionem matutinam, & secundum hoc vespere, & mane fecerunt vnum diem secundum cognitionem angelicam. Vel si per lucem prima die factam volumus intelligere lucem spiritualem, ideſt naturam Angelicam, dicemus, quòd angelus primo considerauit seipsum, vt est quædam res in se, & sic habuit de seipso cognitionem vespertinam. consideratur etiam se esse factum a Deo, & ex hoc surrexit in laudem Dei, & sic habuit de seipso cognitionem matutinam, & sic factum est vespere, & mane secundū cognitionē angelicam dies vnus.

Prima ergo dies facta est in mente Angeli cognoscendo lucem secundum cognitionem vespertinam, & matutinam. Secunda vero dies facta est per cognitionem firmamenti, siue cognoscendo distinctionem cœlorum secundum cognitionem vespertinam, & matutinam. Tertia cognoscendo, & considerando hoc modo distinctionem elementorum. Quarta cognoscendo, & considerando luminaria cœli, quæ sunt ornamenta cœlorum. Quinta cognoscendo, & considerandu pisces, & aues, quæ sunt ornamenta elementorum mediorum. Sexta cognoscendo, & considerandu reptilia, bestias, & homines, quæ sunt ornamenta terræ: quæ est elementum extremum. Ignis autem nullum habet, nec habuit ornamentum. Voluit enim Deus, quòd angelus laudaret eum ex eo, quòd fecit ipsum, & ex eo, quòd impressit sibi species angelorum, per quas cognosceret alia. & voluit, quòd in * senario numero, qui est primus numerus perfectus, laudaret ipsum, quia primò, & in principio creauit ipsum perfectum quantum ad cognitionem naturalem, quia fecit eum plenum formis, ideſt speciebus cognoscibilibus, iuxta illud de causis: Omnis intelligentia est plena formis.

Possumus autem in cognitione angelica saluare rationem diei quadrupliciter. Primo quātum ad causam, quæ est lux. quia per lucem causatur dies. Secūdu quantū ad principalia q̄ sunt vespere, & mane. quia vespera est principium noctis, & mane diei. Tertio quātū ad partes, scilicet quantū ad noctem, & diem, quæ sunt partes diei. Et quarto quantum ad successionem. quia vna dies succedit alteri.

Primo ergo in cognitione angelica saluabitur ratio diei quantum ad causam, ideſt quantum ad lucem. quia aliqua lux est in intellectu angeli, in qua videt id, quod videt. Nam, quod dicit Augustinus de anima 12. de Trinit. cap. 15. quòd anima videt omnia in quadam luce sui generis: possumus & nos dicere de angelo, quòd omnia videt in quadam luce sui generis.

Secundo in cogoitione angelica possumus saluare rationem diei, quantum ad principia, quia, vt patet per habita, possumus ibi saluare vesperam, quę est principium noctis, & mane quod est principium diei.

Tertio possumus ibi saluare rationem diei quantum ad partes. quia sicut saluamos in cognitione angelica vesperam, & mane: sic possumus ibi saluare noctem, & diem. Nam de vespera itur ad mane, sicut de informi itur ad formatum. cognitio enim vespertina, per quam cognoscit angelus res in proprio genere se habet ad cognitionem matutinam, per quam cognoscit angelus non solum in proprio genere, sed, vt sunt factæ a Deo, & ex hoc assurgit in laudem Dei, sicut informe ad formatum, & per consequens sicut nox ad diem.

Quarto possumus ibi saluare successionem temporis, quæ est etiam de ratione diei. Nam licet angelo impressæ sint species omnium, tamen non simul considerauit secundum omnes illas species. quia non solum super diuersis speciebus potest habere, & habet diuersas conuersiones, sed super vna, & eadem specie, prout est plurium representatiua potest habere plures conuersiones, & successiue habere conuersiones illas. licet enim angelus non discurrat, sed cognoscendo effectum, cognoscat causam: & non componat, nec diuidat, sed cognoscendo substantiam cognoscat prædicatum; tamen non est Deus, sed deficit ab intellectu diuino, vt quando fertur intellectus eius in plura simul, non sic clare cognoscit, vel videt aliquod illorum, sicut si specialiter se conuertat super illud, vt ex hoc dicat Augustinus super Gene. Angelum moueri per tempora, potest referri, vel ad varias affectiones: quia modo afficitur ad vnum modo ad aliud, vel ad varias conuersiones super varijs speciebus. quia modo conuertitur super vna specie, modo super alia: vel ad varias cōuersiones sup vna, & eadē specie. qa sup vna, & eadē specie pōt se conuertere, aliquādo vno modo, vt est representatiua vnius: aliquādo alio modo, vt est representatiua alterius.

RESP. AD ARGUMENTA.

AD primum dicendum, quòd licet dies habeat vespere, & mane, & meridiem: tamen per vespere, qđ est principium noctis: & per mane, quod est principium diei, potest intelligi dies completa tanquàm per sua principia.

Ad secundum dicendum, quòd omnia ista fuerunt simul in angelo quantum ad cognitionem supernaturalem, quam habet in verbo, vbi videt omnia simul: sed quantum ad cognitionem naturalem potest ibi esse successio. Vel possumus dicere, quòd quantum ad cognitionem naturalem fuerunt in angelo omnia ista simul, quantum ad impressiones specierum, & quantum ad cognitionem quandam quasi habitualem. quia simul fuerunt & impressæ species omnium, & ex consequenti habuit cognitionē omnium quasi habitualē, sed cognitionē actualē, & plenā de rebus habet per diuersas cōuersiones sibi inuicem, & tēpore succedētes: iuxta illud Philosophi in Topicis: Scire possumus

plura

* Numerus senarius perfectus est, & primus. Numerus enim perfectus est, cuius partes diuisæ, & postea aggregatę coniunctæ eundem summam. Sex enim ergo si diuidatur in suas partes, quæ sunt 3. 2. 1. hæ partes simul aggregatæ constituunt eidem summam, vt 6. Id genus numeri pauci sunt, vt 6 infra dicemus. 28. infra centenarij 496. infra millenarij. Numerus diminutus est, cuius partes diuisæ constituunt minorē summam. vt octonarius, cuius partes. Ideſt 4. 2. 1 efficiut septenariū. Numerus superabundans est, cuius partes diuisæ reddit maiorē summam, vt duodenarius, cuius partes, ideſt 6. 4. 3. 2. 1. constituunt numerum 16. Vide Ian. 1 serm. 2 de Natiu. domini. & Theorican arithmeticæ. & Dist. infra Dist 11 q 1. ar. 2. ad 2. Pol.

2. Top. 4. loco 33.

plura simul: sed intelligere, idest cõsiderare vnũ solum.

Angelorum effectus quo modo mensurantur.

Aduertendum tamen, quòd cum dicimus conuersiones Angeli super speciebus sibi inuicem posse tempore succedere, non oportet, quòd istud tempus sit idem cum tempore primi mobilis. quia cogitationes angelorum non mensurantur propriè tali tẽpore, licet fortè possint esse cum tali tempore. In cognitione enim angeli supernaturali, quam habet in verbo, non cadit tempus: & illa cognitio sine visio non mẽsuratur aliquo tempore, sed æuo. Sed cognitio angeli naturalis, quam habet per species concreatas, successionem patitur, vt angelus non simul cognoscat omnia, quorũ habet species, sed successiuè cognoscat illa.

B Ad illud autem de Magistro in littera, quòd dies naturalis comprehendit diem, & noctem; patet solutio per iam dicta. quia per vespere, & mane, quæ sunt principia noctis, & diei, comprehenduntur ambo, nox, & dies.

Ad quartum dicendum, quòd licet res habeant tripliciter esse: in verbo, in mente angeli, & in proprio genere: Angelus non cognoscit res naturaliter, nisi prout sunt in mente eius, vel non cognosceret eas, nisi per species impressas mẽti eius. seipsum enim cognoscit angelus per essentiam suam naturaliter, tamen alia cognoscit naturaliter per species sibi impressas. Cũ enim angelus non accipiat cognitionem a rebus, oportet, quòd per species sibi impressas cognoscat res ĩ proprio genere, & cognoscat eas esse effectus Dei, & cognoscat rõnes illarũ esse in mente Dei. non ergo species, per quas angelus habet cognitionem vespertinam, & matutinam, erunt alibi, & alibi: sed erunt in mente angeli, & per illas easdem species habere poterit cognitionem vespertinam de rebus, prout eas cognoscit in proprio genere, & per easdem poterit habere cognitionem matutinam, prout cognoscit eas esse effectus Dei, & per hoc assurgit in laudem Dei

QVÆSTIO II.

De luce prima diei.

SECVNDO quæritur de secũdo principali, videlicet de luce facta in prima die. Circa quod quærũtur duo: Primo q̃ritur de ea, quantum ad speciem: Vtrum sit eiusdem speciei cum ista luce inferiori.

Secundo quæritur de ea, quantum ad modum, quomodo se habeat ad seipsum medium.

ARTIC. I.

An lux prima diei fuerit eiusdem speciei cum hac, quam videmus. Conclusio est negatiua.

Aegid. 2. p. Hexam. c. 6. 8. 9. Et in 2. de anima Comment. 76. dub. 1. 2. 3. D. Tho. 1. p. q. 67. art. 2. 3. D. Bonau. d. 13. Alex. de Ales 2. p. q. 46 art 4 Ric. d. 13. q. 4. Thom. Arg. d. 13. q. 1. art. 3.

AD primum sic proceditur: Videt, quòd lux illa cœlestis creata prima die facta sit eiusdem speciei cum luce, quã videmus hic inferius. Nam secundum Philosophum in 2. de anima, 7. c. 61. Aqua non secundum se, neque aer secundum se lucidum est. sed quoniam videtur eadem natura in his vtrisque, & in perpetuo superius corpore. Cum ergo lucidum sit dyaphanum illuminatum, videtur, quòd sit eadem dyaphanei tas in aere, & in aqua, & in superius perpetuo corpore, idest in cœlo. qua ergo ratione in istis inferioribus, & in supercœlestibus est eadem ratio dyaphaneitatis, erit hic, & ibi eadem ratio lucis.

Præterea si Sol, vel alia lux cœlestis multiplicat lumen suum in supercœlestibus, & in istis inferioribus: qua ergo ratione potest esse idem lumen in supercœlestibus, & in istis inferioribus, & pari ratione potest esse eadem lux. Lux ergo supercœlestis facta prima die poterat esse eiusdem rationis, & per consequens eiusdem speciei cum luce hic infertus existente.

Præterea qualitates illæ possunt dici eiusdem speciei, quarum actus naturales sunt eiusdem speciei. sed lux supercœlestis, & ista lux elementalis, videntur habere eundem actum naturalem. quia videntur eodem modo immutare visum, ergo &c.

IN CONTRARIVM est. quia magis videntur conuenire ignis in sphæra sua, & ignis carbo, quàm lux cœlestis, & lux elementalis. sed ignis in sphæra sua, & ignis carbo non sunt eiusdem speciei; quia ignis in sphæra sua est elementum, ignis carbo est quid elementum; ergo &c.

Præterea secundum Comment. in de substantia orbis, & allegat Themistium, quæcunque sunt in supercœlestibus, & in istis inferioribus, sunt æquinoctè, & dicuntur æquinoctè: sed quæ sunt æquinocta non sunt eiusdem speciei, ergo &c.

RESOLVTIO.

Lux prime dici, & lux nostra eiusdem speciei non sunt. Idque planum fit, quantum ad agere, quantũ ad esse, & quantum ad ea, quæ hic videmus.

RESPONDEO dicendũ, ꝙ ea, q̃ sunt in supercælestib⁹, & in istis inferioribus, vt lux, vel alia accidẽtia, in quibus videnť cõuenire hæc, & illis, dicuntur specialiter de luce, de qua specialiter mouetur hæc quæstio. Quòd non sit eiusdem speciei, pussumus tripliciter declarare: vt Prima via sumatur quantum ad esse, quod habet lux cælestis. Secunda quantum ad agere. Tertia quantum ad ea, quæ videmus in alijs accidentibus, etiam hic inferius inuentis.

10. Meta. 1. c. 16. Prima via si patet: qa, vt luquit Philosophus in 10. Met. Corruptibile, & incorruptibile differunt genere. ex ipso ergo esse, quia ea, quæ sunt in supercælestibus habent esse incorruptibile: quæ vero sunt in istis inferioribus habent esse corruptibile. & ideo non solum sub eadem specie, sed nec etiam sub eodem genere videntur posse collocari. Philosophus enim in 10. loqueus de differentia secundum genus; vult, ꝙ non habentia eandem materiam, & non transmutabilia ad inuicem, cuiusmodi sunt supercælestia, & inferiora, differunt genere. & Dicũtur autem supercælestia, & ista inferiora non habere eandem materiam, quantum ad rationem

Generis nitas ibidem non est sine vnitate materiæ.

» Materia cæli. & horũ inferiorũ quomodo non eadem.

susceptionem formam. quia sub alia, & alia ratione susciptur forma in materia hic, & ibi. Et hoc sufficit ad causandam differentism non solum in specie, sed etiam in genere, vt supra dicebatur. Vnitas enim generis quantum ad hoc est quasi vnitas materiæ: vt vbi non est vna materia quantum ad rationem susciendi formam, in illis non est vnitss generis, cuiusmodi sunt supercælestia, & ista inferiora, quæcunque sint illa: sive loquamur de luce supercælesti, & de luce ista inferiori: sive de alijs, quæ sunt in supercælestibus, & in istis inferioribus, semp. poterimus saluare ibi differentiam etiam in genus.

Secunda via ad hoc idem sumi potest non solum ex ipso esse, sed etiam ex ipso agere: & non solum ex ipsa luce, sed etiam ex ipso lumine, vt faciamus differentiam inter lucem, & lumen: vt dicatur lux, vt est in fonte: & vt habet esse rea le, dicatur lumen, vt est in medio, & vt habet esse intentionale. Si enim lumen, quod est hica Sole esset eiusdem rationis cum lumine, quod est hic ab igne; iutantum posset multiplicari lumen, quod est hic ab igne, quòd haberet eũdem effectum cum lumine, quod est hica Sole. Dimisso ergo eo, quud facit lumen solis, & quantũ ad generationem rerum, quod nullo modo posset facere lumen ignis, vel calor ignis: sed etiam quantum ad ipsam visionem rerum, & quãtum ad ipsam apparentiam, facit lumen sulis. quod non posset facere lumen ignis, quantumcunque multiplicatum: vt colotem croci ostendit lumẽ Solis, & ostendit dies in domo, vbi nun intrat Sol. quud lumen iguis non pulset ostendere in

Lux à lumine.

A nocte: si tota domus repleretur cereis. Crocus enim non videtur ita sub pruptio colore in uocte ad lumen ignis, quantuncunqoe multiplicatũ, sicut videtur in die ad lumen Solis. Ex quu patet, quòd uun sulum lux solaris, & lua ignea non sunt eusdem rationis, sed etiam lumẽ solare, quod deriuatur a sule hic inferius, uon est eiusdem rationis cum lumine igneo, qđ est abigne hic inferius.

Croci colos ignis lumine non videtur in nocte.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex his, quæ videmus in alijs accidentibus hic inferius. Nã quæ sunt eadem specie in accidentibus, oportet esse eiusdem rationis, vel habere eandem diffinitiouam. sed accidentia, vt patet ex 7. non habent quiditatem simplicem, sed quiditatem per additamenta. quia in diffinitionibus eorum ponitur subiectum. & ideo cauum in uaso, & cauum in cruce uon sunt eiusdem speciei, nec numine; sed cauum in uaso dicitur symũ, cauum in cruce dicitur ricum. si ergo diffiniretur symum, quod est cauitas nasi, non haberet eandem diffinitionem cum rico, quod est cauitas cruris. Quantumcunque ergo esset eodem modo, & esset similis cauitas in crure, & in naso, non esśet eiusdem speciei. quia nou haberent eãdem diffiuitionem: sed in diffiuitione huius poneretur nasos, qui est proprium subiectum iymi, & in diffiuitione alterius poneretur crus, quod est proprium subiectum rici. Videretur forte aliter mirabile, quòd esset similis, & eodem modo cauitas in crute, & in nasor & quòd non esset eiusdem speciei cauitas hæc, & illa. quod totum facit diuersitas subiectorum. si ergo in tstis inferioribus diuersitas subiectorum facit diuersitatem in accidentibus quantum ad speciem, multo magis eum lux cælestis habeat subiectum incorruptibile, lux ista hic inferius sit lux elemẽtalis, & habeat subiectũ corruptibile hic, & ibi, sub eadẽ specie collocari nõ poterunt: nec etiã sub eodẽ gũe, si bene considerent q̃ dicta sunt.

7. Met. 8 c. 18.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd dyaphaueitas sliquo modo est eadẽ in aere, & aqua, & in corpore supercælesti. quia omula ista sunt susceptiua eiusdem luminis. Idẽ enim luminare cæleste, vel eadem lux cælestis multiplicat lumen suum super omnia ista, sed ista identitas nõ est secundum eándem speciẽ, vt quòd dysphaneitas hic, & ibi sit eiusdem speciei: nec propriè eiusdem generis, sed est ibi quędam identitas analogiæ: vel est ibi identitas generis logici, secundum quem modum non solum omuia corpora sunt eiusdem generis, sed etiam totum prædicamentum substutiæ, vel omnes substantiæ tam corporeæ, quàm incorporeæ possunt pertinere ad idem genus.

Ad secundum dicendum, quòd uun est simile dẽ luce, & de lumine. Nam lux dicitur, vt est in foute: lumen dicitur, vt est in medio, vt lux solaris est quædam qualitas solis, & dicit lux, vt est in fonte, videlicet, vt est in sole: sic etiã lux ignea est q̃dam qualitas iguis, & dr lux, vt est in igne. sed lumẽ solare sive igneũ accipit,

Lux, & lumen quid differant.

prout

prout multiplicatur à luce, quæ est in fonte, & illuminat medium. Ex quibus patet, quòd lux habet esse reale, sed lumen habet esse intentionale. Quæcunque, ergo habent esse reale, quia eorum esse dependet ex suis subiectis, non possunt esse eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis in supercœlestibus, & in istis inferioribus. cum illa sint incorruptibilia, hæc autem corruptibilia. sed de his, quæ habent esse intentionale, quia non propriè collocantur in specie, vel in genere per sua subiecta, sed per sua principalia, quantuncunque sint in diuersis subiectis, si derivata sint ab eodem principio, possunt per reductionem pertinere ad eandem speciem. Lumen ergo cœleste, vt lumen solare, quia derivatum est ab eodem principio, quantuncunque sit receptum in diuersis subiectis, potest per eductionem pertinere ad eandem speciem. dicimus, autem per reductionem, quia intentionalia directè, & per se non sunt in specie, vel in genere, sed per reductionem: & quod dictum est de lumine derivato à Sole: veritatem habet de lumine derivato ab illa luce primo producta. Quicquid ergo sit de lumine, lux tamen illa primo producta, quia erat in corpore cœlesti, & incorruptibili, nullo modo erat eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis cum ista luce inferiori, quæ est elementalis.

Ad tertium dicendum, quòd nec lux cœlestis est eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis cum ista luce elementali: nec etiam lumen illud, & istud pertinent ad eandem speciem.

Ad formam vero arguendi, quòd habent eundem actum, & eodem modo immutant visum, patuit in principali quæstione, quòd non. nam illud facit lux solaris, vel eius lumen, quod non faceret lux, vel lumen igneum, quantumcúque multiplicatum: Vel possumus dicere, quòd non est simile de hac luce, & illa: vel de lumine hoc, & illo in se, & per comparationem ad actum videndi. quia actus videndi habet vnitatem ex potentia passiua. Constat autem, quòd vna, & eadem potentia potest ferri in diuersa obiecta genere, vt non solum in obiecto est per se visibilis color, qui est qualitas, sed etiam magnitudo, quæ est quantitas. Propter quod ex vnitate actuum eiusdem potentiæ non possumus iudicare vnitatem obiectorum secundum se, nisi forte, vt referuntur ad illam potentiam, ad quã non semper comparantur vnitate generis, sed per quandam Analogiam,

A

ARTIC. II.

An lumen, quod videmus, de medij pontetia educatur. Conclusio est negatiua.

Aegidius in tractatione de intentionibus in medio Aegi. Quol. 5. q. 10. Et 2. p. Hexam. cap. 12. D. Thom. 1. p. q. 67. arti. 3. D. Bon. d. 13. arti. 3. q. 1. Ric. d. 13. q. 1. Bacc. d. 13. artic. 1. 2. 4. Tho. Arg. d. 13. q. 1. artic. 3. Dur. d. 13. q. 2. Sonc. 7. Met. q. 2.

B

SECVNDO quæritur de luce illa, prout comparatur ad medium, & erit quæstio: Vtrum illuminando medium educatur lumen de potentia medij.

Et videtur, quòd sic. quia quidquid fit in aliqua materia, educitur de potentia illius materiæ: ergo si lumen fit in medio tanq̃ in propria materia; oportet, quòd educatur de potentia medij.

Præterea lumen est actus lucidi, ideſt dyaphani, vt patet ex 2. de anima. vbi vult Philosophus quòd lumen est quasi quidam color dyaphani. est ergo forma, & perfectio eiusdem: sed forma educitur de potentia materia, cuius est forma: ergo &c. Text.

C

Præterea videntur aliqui velle, quòd lumen fiat ex sola multiplicatione lucis. vt à luce, quæ est in corpore lucido, multiplicatur lumen in medio, sine in corpore dyaphano. sed hoc videtur impossibile. quia secundum Hugutionem de sacramentis lib. 1. parte. 6. cap. vlti. Create, & adnihilare, & multiplicare sunt solius Dei. Solus ergo Deus hoc facere posset, multiplicare lumen a corpore lucido, non autem ipsum corpus lucidum. si ergo ipsum corpus lucidum, vt videmus ad sensum, facit lumen sum in medio; hoc non erit p multiplicationẽ, sed per eductionem: educet ergo ipsum de potentia medij, sicut educuntur aliæ formæ de potentia materiæ, siue substantiales, siue accidentales. Creatio, Multiplicatio, & Adnihilatio solius Dei.

D

IN CONTRARIVM est: quia, vt patet ex quæstione præcedenti, lumen in medio habet esse intentionale. sed quæ habent tale esse non educuntur de potentia sui subiecti: ergo &c.

RESOLVTIO.

Lumen, quod videmus, de potentia medii educi non est dicendum, cum intentionalia ex materia potentia non educantur, sicut de sui subiecti potentia. Id quod immutabilitatis, carentiæ contrarietatis, carentiaque successionis ratione affirmatur.

RESPONDEO dicendum, quòd quadruplici via possumus declarare, quòd intentionalia

non

non educuntur de potentia materiæ, siue de potentia sui subiecti, vt prima via sumatur ex intransmutabilitate, quia recipiuntur sine transmutatione reali. Secunda sumatur ex immaterialitate, quia, quę sic recipiuntur videntur recipi velut formæ sine materia. Tertia ex carentia contrarietatis, quia quæ sic recipiuntur non habent contrarietatem ad inuicem. Quarta sumatur ex carentia successionis & temporis, quia talia possunt fieri in instanti, & sine tempore.

Prima via sic patet. Nam ex ipsa intransmutabilitate, quia non oportet quòd immutata intentionaliter transmutentur realiter: videmus enim quòd ipsa corpora super cœlestia quæ non recipiunt peregrinas impressiones, & quæ sunt alteranti a inalterata: propter quod realiter immutari non possunt immutantur, tamen intentionaliter, quia lumen solis peruenit vsque ad nos. propter quod oportet quòd se diffundat, per omnia corpora intermedia inter nos, solem, quia secundum communem opinionem Astrono motũ tres Sphæræ cœlestes sunt intermediæ inter nos, & solem. Cum ergo ex potentia materiæ cœli nulla forma possit educi, quia tunc cœlum esset alterans alteratũ: cogimur ponere quòd ista intentionalia, quorum multiplicationem videmus in ipsis cœlestibus, non educantur de potentia materiæ.

Stellæ omnes à Sole claritatẽ habent, & infra: supra se Sol diffundit lumen.

Rursus lumen solare non solum diffundit se per corpora cœlestia infra solem, sed etiam per corpora cœlestia supra solem, quia omnes stellæ habent claritatem a sole. cum ergo lumen solis quod habet esse intentionale se diffundat per omnia corpora cœlestia, quæ videmus, de quorum materiæ potentia nihil potest educi: aperte concluditur quòd lumen non educatur de potentia medij, siue de potentia eius, in quo recipitur. sed ad solam præsentiam corporis lucidi, & secundum dispositionem medij. Dicimus autem secundum virtutem corporis lucidi, quia posset ita esse debilis virtutis, vt non posset illuminare medium: vt faceret esse visibilia, quæ sunt circa ipsum, sed forte faceret solum seipsum visibile, quia valde modica virtus requiritur, vt aliquod faciat seipsum visibile. Nam aliquæ squamæ piscium, & quercus putrida ✻ & nocbluca, & alia quæ alia seipsa faciunt visibilia in obscuro; propter aliquam participationem luminis, quam habent: sed non oportet, quòd omnia talia sufficienter illuminent medium, vel, quòd faciant esse sufficienter visibilia, quæ sunt circa ipsa. Diximus etiam secundum dispositionem medij, quia forte medium esset ita dispositum, quòd nó posset suscipere lumen a corpore lucido, etiam quantumcunque virtuosũ, iuxta illud Boetij: Nubibus atris condita nullum fundere possunt fides lumen.

a. de aia 72.

* Animal notum nocturnis: & cicindela, vel nitedula dicitur.

Secunda via ad hoc idem sumi potest, ex ipsa immaterialitate, quia hoc est commune omnibus intentionibus, vt dicatur recipi in aliquo sicut formæ sine materia. Et ideo: quia omnes sensus immutantur intentionaliter, dicit Philosophus in 2. de anima, hoc esse commune omni sensui, quòd sit susceptiuus specierum sine materia. Intentiones ego dicuntur recipi sine materia, quia non educuntur de potentia materiæ. si enim educerentur de huiusmodi potentia, non dicerentur recipi sine materia. Imaginabimur.n. quòd ita fiant istę intentiones in medio, quæ sunt similitudines eorum, a quibus multiplicantur, sicut fiunt imagines in speculo. Ipsa enim imago non est ipsa facies, sed est similitudo eius, & quòd non habeat esse reale ex ipsa eius apparentia declaratur, quia apparet vbi non est. Videtur enim esse vltra speculum, & maxime in speculo gibboso, cum ibi non sit. nam si fieret tale speculum de calibe, siue de ferro duriſſimo, quòd imago pertransire non posset, videtur tamen imago vltra illud ferrum: Et quanto homo magis elongaret faciẽ a tali speculo, tanto illa imago magis videretur vltra illud ferrum, siue vltra illud speculũ de ferro.

T. c. 121. 132.

Speculi gibbosi exemplum.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex carentia contrarietatis, nam huiusmodi formæ habentes esse intentionale, nó habent contrarietatem, nec oppositionem ad inuicem; omnes enim colores existentes circa aliquod medium, quantumcunq; sint oppositi, multiplicant intẽtiones suas per totum illud medium. vnde si circa aliquam partem aeris sit color albus, circa aliam partem sit color niger: qui sunt maxime colores oppositi: vel sint quicunque alij colores, omnes illi colores multiplicabunt intentiones, & similitudines suas, per totum illum aerem, aliter.n. non possent illi colores omnes videri in illo aere, vel cum illo aere. Et, quia existentes in aliquo aere, videmus omnes colores, qui sunt circa illũ aerem, oportet, quòd intentiones, & similitudines omnium illorum colorum habeant esse in qualibet parte illius aeris. propter quod in vno, & eodem puncto eiusdem aeris esse possunt similitudines coloris albi, nigri, & omnium aliorũ colorum. quod fieri nó posset, si tales formę intentionales haberent oppositionem ad inuicem, quia simul in eodẽ opposita esse nó possunt, cum hæc sit natura oppositorum, quòd vnum sit expulsiuum alterius. Quia ergò formæ, quæ educuntur de potentia materiæ, habent contrarietatem ad inuicem, vt patet per Philosophum, qui semper, cum loquitur de generatione formarum eductarum de potentia materię ait, quòd omnes huiusmodi generationes semper sunt ex contrarijs, & in contraria. formę ergo intentionales, quia non habent contrarietatem ad inuicem, de potentia materię non educuntur: nec de potentia medij, in quo sunt.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex carentia successionis, & temporis: seu ex carentia successionis temporalis. quia talia secundum se fiunt in non tempore, siue fiunt in instanti. Si autem fiunt in tempore hoc, non est propter se, sed propter aliud, quod habent annexum. vnde & Philosophus in 2. de anima, vult quòd lux se multiplicet in instanti: asserens inconueniens esse, si se multiplicaret in tempore, quòd in tanto spatio sicut est ab oriente in occidens nos lateret; quod

Tex. c 72.

patet

Exemplum. patet ſenſibiliter verum eſſe. nam ſi aliquis videat aliquem hominem percutientem aliquam arborem à remotis, quia ſonus ſe multiplicat in tempore, prius videt hominem percutientem ſecundam percuſſionem, quàm audiat primam: ſi ergo in tam modico ſpatio, quod non eſt vnius ſtadij, percipimus ſonum ſe multiplicare in tempore, ſi lux ſe multiplicaret in tempore, quòd in tanto ſpatio, ſicut eſt ab oriente in occidens, lateret nos, hoc fieri in tempore omnino eſt inconueniens. ergo quia formæ eductæ de potentia materiæ cum educantur per tranſmutationes materiæ, oportet, quòd ex hoc, quòd interueniat ibi tempus, formæ intentionales, quæ de ſe multiplicant ſe in non tempore, & in inſtãti, non educitur de potentia materiæ, vel de potentia medij; dicimus autem formas intentionales multiplicari in inſtanti, & in non tempore quantum eſt de ſe, quia ratione alicuius annexi poſſunt ſe multiplicare in tempore, ſicut poſuimus exemplum de ſono, qui cum habeat ſemper annexum aliquem motum aeris, qui ſine tempore fieri non poteſt, ratione motus annexi, ſonus ſe multiplicat in tẽpore: & ſic de alijs intentionalibus, quibus eſſet aliquid annexum, quod requireret tempus, poſſumus dicere, q̃ multiplicant ſe in tempore.

Dub. Lateralis,

An in generatione formarum realium, & intentionalium ſit aliqua ſimilitudo. Concluſio eſt affirmatiua.

Lterius forte dubitaret aliquis: Vtrum ſit aliqua ſimilitudo in generatione formarum intentionalium reſpectu generationis formarum realium.

Formæ ſubſtantiales quomodo ſunt contrariæ Lib. 1. Phyſ. co. 52. & 3. phyſic. co 10. & 8. Met. com. 3.

Dicẽdum, quòd generatio formæ ſubſtantialis, quantum ad aliquid, habet aliquam ſimilitudinem cum formis intentionalibus. Quæritur enim Comment. in lib. Phyſic. Vtrum ſubſtantiæ ſubſtantiæ ſit contraria; Reſpondetur, quòd ſubſtantia ſubſtantiæ eſt contraria ſecundum formam, non autem eſt contraria ſecundum materiam. quia eadem materia ſubijcitur vtriquæ formæ, vel vtrique contrariorum: iſta autem contrarietas, quam ponimus in ſubſtãtijs, ſiue in formis ſubſtantialibus, magis attendenda eſt, quantum ad annexa formis, quàm quantum ad ipſas formas, nam nullæ duæ formæ ſubſtantiales ſunt habentes tranſmutationẽ ad inuicem: vt quòd materia ſub forma vnius poſſit fieri ſub forma alterius, quin habeãt aliquam contrarietatem annexam: vt ſi ex aere fiat ignis, aliqua contrarietas eſt vnius ad alium. vt quia aer eſt humidus, ignis ſiccus, vel quia aer eſt minus calidus, ignis magis calidus. Nam non ſolum frigidum opponitur calido ſecũdum Philoſophum, ſed minus calidum magis calido. Propter nihil quidem aliud requiritur tranſmutatio in materia, niſi ad remouendam diſpoſitionem ſecundum contrarietatem formarum accidentalium annexarum formæ ſubſtantiali. quare ſi ignis agat in aerem, in illo eodem inſtanti, in quo aer eſt ita deſiccatus, & calefactus ſicut ignis, amouetur forma aeris, & introducit forma ignis. ipſa ergo forma aeris magis eſt contraria formæ ignis propter remiſſam caliditatem, & humiditatem, quas habet annexas, quàm propter ſeipſam. quia non requiritur tempus in generatione rerum, niſi propter contrarietatem, & cum totum huiuſmodi tempus apponatur ad remouendum qualitates contrarias annexas formis ſubſtantialibus, patet verum eſſe, quod dicebatur, videlicet contrarietatem in formis ſubſtantialibus magis eſſe propter qualitates contrarias annexas, q̃ propter ipſas formas.

Ex his autem patere poteſt, quod ſupra dicebatur, videlicet aliquam ſimilitudinem eſſe intro ductionis formarum ſubſtantialium in materia, & formarum intentionalium in medio. nam cũ medium nullam habeat contrarietatem ad formas intentionales, & ſpecialiter ad intentiones mouentes viſum; in illo inſtanti, in quo corpus lucidum præſentat ſe medio, diffunditur lumen in toto medio, & in illo eodem inſtãti, in quo colores, vt ſunt apti nati mouere medium, offeruntur ſe medio, multiplicant intentiones ſuas in ipſo medio. ſic & materia in illo eodem inſtanti, in quo eſt ſpoliata omni qualitate contraria, quam habet ad aliam formam, expoliatur ſua forma, & inducitur alia forma. Propter quod, ſi eſſet in materia priuatio ſubſtantialis formæ abſque contrarietate ad illam, ſicut eſt in aere priuatio luminis abſque contrarietate ad ipſum: & ſicut in inſtanti inducitur lumen abſque alia alteratione præcedẽte in medio, ſic ſubſtantialis forma inducereturin inſtanti abſque alteratione alia in materia præcedente. Sed dices: Cũ ſit tãta ſimilitudo formæ ſubſtantialis ad formas intentionales, vt eſt perhabita declaratũ, quare non ſic concedimus formas intentionales educi de potentia medij, ſicut concedimus formas ſubſtantiales educi de potentia materiæ?

Sciendum ergo, quòd non oportet ſimilitudinem formæ ſubſtantialis, vel ipſam formam ſubſtantialem ſa præſentare materiæ, ad hoc, quòd fiat forma in materia. generatur enim ignis ſecundum Commentatorem, & ſecũdum quòd videmus ad ſenſum, non ſolum ab igne, ſed etiam à motu, in illo enim inſtãti, in quo eſt materia ſumme diſpoſita ad formam ignis, ſiue hoc fiat præſente igne, ſiue per aliud agens, vt per motum, ibi ſtatim introducitur forma ignis: vt non requiratur ad hoc forma ignis, vt eius ſimilitudo fiat in materia: ſed requiritur ſola perfecta diſpoſitio materiæ ad hoc, quòd inducatur talis forma in materia. & quia illa perfecta diſpoſitio educitur de potentia materiæ, dicitur & ipſa forma educi de potentia

tentia materiæ, sed unu sic est in formis intentionalibus, quia quantuncunque medium sit dispositum ad recipiendum lumen, & nullam contrarietatem habeat ad ipsum; nunquam ex hoc illuminabitur, nec recipiet lumē nisi ad præsentiam corporis lucidi, vt tota ratio producti luminis sit præsentia corporis illuminantis. lumen ergo nō propriè educitur de potentia medij illuminati, sed gignitur ex corpore illuminante in corpore illuminato. nisi ergo aliquis sic vellet loq largè de potentia medij, quia quamuis fiat siue transmutatione medij, tamen de necessitate habet fieri in medio, & de necessitate ibi requiritur potentia medij recipientis, amoto enim medio nou remaneret lumen, quia in vacuo non posset fieri lumē, vt ex hoc non dicatur lumen fieri ab extra, sicut dicitur anima intellectiua fieri ab extra, quia corrupto corpore non corrumpitur anima. sed amoto medio, & facto vacuo, vbi erat medium, etiam præsente luce, tolleretur lumen, vt in hoc habeat aliquam similitudinem lumen ad mediū cum formis eductis de potētia materiæ ad materiam, quia sicut tales formæ non possunt esse sine materia, sic nec lumen sine medio. lux enim, vt est in fonte, & habet esse reale, dicitur lux, vt est in medio, & habet esse intentionale, dicitur lumen, vt ait Auicēna. quamuis ex vsu loquēdi vnū ponatur pro alio, vt lux in Sole dicatur lumen: & lumen in aere dicatur lux.

Lux, & lumen, quid.

Resp. ad arg. art. ii.

Ad primum dicendum, quòd quicquid fit in materia, educitur de potētia materiæ: Verum est per transmutationem realem. quia formæ reales non fiunt siue transmutatione naturali. nam, vt Commentator in Met. dicit: Si forma fieret sine transmutatione materiæ, fieret de nihilo, quia hoc modo forma est aliqua res, quia fit ex aliqua re, ideſt ex aliqua reali transmutatione. secundū tamen veritatem loquendo, unn debemus quærere formam ex quo fiat, sed in quo fiat. sufficit ergo transmutare materiam realiter, vt fiat realis forma, quòd si sine tali transmutatione fieret forma; non haberet esse reale. sed si hoc volumus ad ipsas intentionēs extendere, quæ non habent esse reale, sed similitudinarium, & non requirunt materiam, nisi, vt recipiat similitudinem agentis; dicimus illud facere præsentiam agentis, vt recipiatur similitudo eius in materia, quantum ad esse intentionale, quod facit realis transmutatio materiæ, vt recipiatur ibi forma, quantum ad esse reale.

Auerr. 12. Met Cō. 18. sub finem.

Ad secundum dicendum, quòd lumen est quasi color dyaphani, & quasi perfectio eius, qū licet habeat esse intentionale: tamen secundum tale esse plus habet de perfectione, quàm aliæ intentiones. Est enim lumen similitudo lucis, & habet esse similitudinarium, & intentionale.

Lumē similitudo lucis.

Ad formam autem arguendi, quòd omnis forma educitur de potentia materiæ; ait, quòd proptiè loquendo de potentia materiæ, non educitur nisi realiter transmutetur materia. sicut enim hoc est esse in potentia agentis, quia agens potest realiter transmutare, vt faciat: sic hoc est esse in potentia materiæ, quia potest realiter transmutari, vt fiat.

Esse in potentia agentis, & materiæ, quid.

Ad tertium dicendum, intentionis esse Hugonis, q̄ Solus Deus potest multiplicare, & creare. quia sicut Solus Deus potest de nihilo aliquid, nullo præsupposito sic Solus ille potest multiplicare, & augmentare, nulli addito: vt posit rem aliquam augmentare, non ratefacta: nec re alia sibi addita. quantum ergo ad intentiones, de quibus loquimur, nihil facit dictum Hugonis.

QVÆSTIO III.

De Dei operatione.

Ostsa quæritur de tertio Principali: Videlicet quomodo operetur Deus. Et circa hoc quęruntur duo. nam cum Deus operetur dicendo, & non dicat aliter nisi gignendo verbū, erit quæstio: Vtrum Deus operetur per verbum. & quia sicut Pater produxit verbum: ita Pater, & Filius producunt Spiritum Sanctum. Quæritur vtrum Pater, & Filius operentur per Spiritum Sanctum.

ARTIC. I.

An Pater operetur per Filium. Conclusio est affirmatiua.

Magister. sent. d. 11. D. Tho. Scr. 2. d. 13. q. 1. artic. 5. Et de Ver. 44. artic. 4. 8.

Ad primum sic proceditur: Videtur, quòd Pater non operetur p Filium, quia agens per alium nō immediate attingit effectū, sed attingit mediāta illo p quē agit. sed nullum effectum immediate attingit Filius, quem non immediate attingat Pater: ergo Immediate, Filio, vel per Filium nullum effectum producit Pater.

Præterea præpositio, per, videtur importare aliqnam habitudinem causæ. si ergo Pater operatur per Filium, ergo ad operationem Patris, vel quòd Pater operetur aliquid, facit Filius aliquid ergo recipiet Pater à Filio, quia recipit hoc, quòd operari possit, vel quòd operetur: sed nihil recipit Pater ab aliqua alia persona, cum secundum Dionysi. de diui. nom. Pater sit fontana deitatis: ergo &c.

Præpositio per, quid significet.

Præterea secundum Dam. cogitatio Dei est opus eius, si ergo Pater operaretur per Filium, cogitaret

gitater per Filium,& esse sapiens per Filium, qd est inconueniens dicere.

Præterea illud, per quod operatur aliquid, est causa media ad operandum, esset ergo Pater causa prima, & Filius causa media, essent ergo duæ causæ actuum, sed duæ causæ, quod est inconueniens.

Hebr. 1. IN CONTRARIVM est Apostolus ad Hebræos. 1. vbi dicitur: Nouissime autem his diebus locutus est nobis Pater in Filio, per quem fecit & secula, id est, per quem fecit mundum.

Tomo 2. Præterea Augustinus in lib. Confess. loquens Deo Patri ait: Vno verbo æterno, tibi autem coæterno dicis quicquid dicis, & fit quicquid dicis.

RESOLVTIO.

Pater omnia per Filium producit, vt ex Filij productione, et Filium producendi modo, productionisque creaturæ, videre licet.

RESPONDEO dicendum, quòd triplici via possumus declarare, q̃ omnia operatur Pater per Filium: vt Vna via sumatur ex ipsa productione Filij, vt est quædã persona producta à Patre. Secunda ex ipso modo productionis Filij, vt qa Filius producitur per talem modum, videlicet p modum intelligendi. Tertia via sumatur ex modo productionis creaturæ. quia creatura producitur à Deo sicut artificiatum ab artifice. inxta illud: Omnium enim est artifex.

Prima via sic patet: Nam Filius est quædã res, & quædam persona producta à Patre, tta quòd nihil habet a se, sed totum habet à Patre. ideo dicit Hylarius, q̃ Filius nihil habet nisi natum. i. qd nascendo accepit; & quia Filius nihil habet à se nihil potest facere à seipso, ideo dicitur Io. 5. nec potest Filius a se facere, nisi quod viderit Patrẽ facientem, quod Aug. exponens ait, quòd videre Filij a Patre, hoc est natum esse a Patre. quare sic nihil potest facere Filius a se: sed quicquid facit, hoc habet a Patre. ergo quicquid facit Filius, vt facit illud, hoc est a Patre, & per cõsequens illud facit Pater. omnis ergo operatur per Filium, & omnia opera Filij sunt opera Patris, secundum quod diximus. Imaginabimur enim, quòd illam eandem substantiam, illam eãdem virtutem, quã habet Pater, communicat cum filio, & a bills virtute, quæ est communis Patri, & Filio, & toti Trinitati producitur creatura, & quodcunque opus diuinum. Illud ergo opus est a Patre dupliciter, quia est immediate ab eo. Nam Pater sic dedit Filio virtutem suam, quis eam totam dedit Filio, & totam sibi reinuit. Si ergo a virtute diuina procedit quodlibet opus, & illa virtus est in Patre, & Filio; quodlibet opus procedit immediate a Patre, & Filio. vnde bene dictum est de opere quocunque, quòd procedit immediate a Patre.

Videre Filij est a Patre natum esse.

Opus omne dupliciter est a Patre.

Rursus bene dictum est de opere quocunque, quod procedit a Patre immediate. nam loquendo de quocunque opere, quod facit Pater, & Filius, patet, quòd illud opus est a Patre, vt sit per virtutem, quæ est in Patre: & erit a Patre, prout fit per virtutem, quæ est in Filio. quia illã virtutẽ habet Filius a Patre. Si ergo Pater dedisset virtutem Filio, & non retinuisset eam sibi, omnis faceret Pater per Filium, & omnia faceret mediante Filio. nihil ergo faceret immediate, sed quia sic dedit virtutem Filio, quòd totam retinuit sibi, dupliciter operatur Pater quodlibet opus per se, & immediate. Inquantum habet in se illam virtutem, a qua procedit immediate opus, & per Filiũ mediate. Inquantum illam virtutem dedit Filio, per quã Filius facit illud opus; ideo dicit Magister in littera, quòd Pater operatur per Filium, quia genuit opificẽ Filium. Quid ergo est, Patrẽ generare Filium opificem, nisi dare sibi virtutem operandi, per quam est opifex.

Ad hoc etiam vadunt verba Ioannis Chrysostomi, & habentur in littera: quia si Pater est causa Filij, multo magis est causa eorum, quæ facit Filius. nam si quid est causa causæ, est causa causati. si Pater est causa Filij, ergo multo magis est causa causatorum a Filio, siue est causa eorum, quæ causat, & facit Filius. operatur ergo Pater per Filium, quia operatur omnia opera, quæ operatur Filius.

Pater q̃o operatur p Filium.

Aduertendum tamen, quòd licet sic loquatur Chrysostomus tantus Doctor, q̃ Pater est causa Filij, sustinet tale dictum Ecclesia ad exprimendã illam tantam veritatem. quia quicquid habet Filius habet a Patre, & quòd nihil habet Filius, nisi quod gignendo dat sibi Pater: tamen nomen causæ non proprie recipitur in diuinis, quia est causa, ad cuius esse sequitur aliud. Filius autem non est aliud a Patre, sed alius. Quantum autem ad veritatem quæstionis sufficit, quòd Filius sit alius à Patre, & q̃ virtutem operãdi habeat a Patre. quo posito omnia opera, vt suot a Filio, sunt a Patre. Omnis ergo opera operatur Pater per Filium, quia virtutem operandi omnia opera accepit a Patre Filius.

Secunda vis ad hoc idem sumitur, si consideretur modus productionis Filij. nam Pater produxit Filium tanquam suum verbum, quo dicit quicquid dicit, & sic quicquid dicit. Vnde Augustinus in de Trinit. loquens de Filio ait, quòd est eo verbum, quo Filius, & eo Filius, quo verbum. Si ergo inuestigemus, quid importetur nomine verbi, patebit, Patrem omnia agere per Filium. Verbum enim cuiuslibet rei est idem, quod diffinitio eius. Vnde Augustinus 9. de Trinit. ait; quòd diffinitio quid sit temperantia, vel intemperantia, hoc est verbum eius. sic enim imaginabimur, quòd verbum in voce prolatum est signum verbi in mente concepti. Vnde Aug. 15. de Tri. In mente verbi, quod foris sonat, signum est verbi, qd intus lucet. cum nominamus aliquid rõnem aliquã concipimus in mente de illa re, quam nominamus

Tomo 3. cap. 10.

Tomo 1. cap. 11.

Diffinitio, Verbum, & Speculum idem.

mus, & illa ratio potest dici verbum, potest dici diffinitio, & potest dici speculum. Quòd possit dici verbum patuit per Augustinũ dicentẽ, quòd verbum exterius significat verbũ interius. Quòd autem possit dici diffinitio patet per Philosophũ dicentem, quòd ratio, quam signat nomen, est diffinitio. Quòd autẽ possit dici speculum, patet per Hugo. de angelica natura dicentẽ, quòd diffinitio rei est quasi speculum: in qua ipsius rei natura cernitur, sicut in speculo corporis compositi imago videtur. Pater ergo intelligẽdo se gignit in se quoddam verbum, quod est quędam diffinitio omnium, & quoddam speculum, in quo teluceut omnia. Cum ergo quodlibet ageus per intellectum producat in se aliquod verbum, & aliquam rationem, per quam producit rem, quam vult intelligendo facere, Deus Pater producendo Verbum producit quandam diffinitionem omnium, per quod verbum diffiniendo omnia facit quæcunque facit. nam secundum Philosophum in Meta. A domo, quæ est in anima, fit domus in materia. Artifex enim in se concipit rationem domus, vel diffinitionem domus vel verbum domus, & per illam conceptionem vel per illam diffinitionem vel per illud verbum, quod concepit de domo in anima, agit domum in materia. Et si artifex iste materialis per verbũ vel per diffinitionem, quam concepit de rebus in se agit res exteriores multo magis Deus per verbum quod gignit in se quod est speculum in quo relucent omnia, vel est quædam diffinitio, & quædam ars in qua sunt rationes omnium, & per quam Pater agit, & operatur omnia. vnde Aug. loquens de filio. vi. de Tri. ait, quòd est ars quędam omnipotentis, atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium. Quilibet enim artifex agit per rationes, quas habet de rebus apud se. & quia filius est verbum patris, in quo sunt omnes huiusmodi rationes, consequens est, quòd quicquid agit Pater, agat per filium.

Meta. ca 6. 2. Summæ.

Tomo 1.

Diximus autẽ quòd si artifex naturalis, vt puta homo per verbum, vel per rationẽ, quam concipit de re in anima, agit res in materia, quòd multo magis hoc facit Deus, quia ad illas rationes, quas concipit homo in anima, non statim fiunt res in materia, sed oportet q̃ homo per manus suas faciat res in exteriori materia. verum est tamen q̃ manus hominis exterius dirigitur, & regulatur per rationẽ, quæ est in mente interius. Et hoc modo a domo, quæ est in anima, fit domus in materia. quia secundũ domum uel secundum rationẽ domus, quã habet homo in anima, regulat manũ suã, per quam faciat domum in materia. sed per rõnes, quę sunt in mẽte Dei, fiunt res in materia, siue fiunt res in quocunq; genere ad solum velle Dei, ideo dictum est, q̃ omnia quæcunq; voluit fecit, quia secundũ velle suum per verbũ suum vel per rationes æternas, quæ sunt in verbo suo, agit quæcunq; agit. ergo differẽtia erit inter agere Dei agens angeli, & agere hominis. quilibet.n. istorum agit per verbũ, quod habet in mente, & per rõnes quas concipit in seipso. sed angelus verba sua, vel omnes rationes suas, per quas agit non formal simul, sed successiuè, & per tẽpora; homo vero nec rõnes, per quas agit, format simul, nec illę rõnes sufficiunt ad agẽdum. sed oportet, q̃ motibus manũ vel motibus corporis agat quęcunq; exterius agit. sed Deus ab ęterno genuit suũ verbũ, in quo sunt rõnes omnium ab ęterno, per quas rõnes in suo proprio verbo ordinauit quęcũq; erat facturus in tẽpore. vnde Aug. j. super Gene. dicit, q̃ non motibus corporis sicut operatur homo, aut motibus tẽporalibus sicut operatur angelus, sed ęternis atque incõmutabilibus, & stabilibus rõnibus cœternis sibi verbi sui operatur Deus. Patet ergo q̃ si consideramus modum productionis filij, quia producitur vt verbum plenũ omnibus rõnibus ęternis, quia omnia facit Deus per illas rationes ęternas, omnia facit per verbum, quod est ars plena omnibus rationibus illis.

Tomo 1. Homo, Angeli, & Deus diuersimodè operãtur. Idem supra dist. 12. q. 1. an.

Tertia via ad hoc idem sumitur, si consideretur modus productionis creaturarum. Dicemus enim, quòd productio personarum est ratio productionis creaturarum primo enim Deus produxit filium, & postea per filium produxit creaturas, vt sit impossibile quòd producantur creaturæ sine productione filij, & productio filij fuit & est ratio productionis creaturarum. Si enim mundus fuisset ab ęterno productio filij, fuisset prior, quàm productio creaturę, sicut ratio rei in artifice præcedit rem, cuius est ratio. Quantũcunque enim poneretur mundus ęternus, productio verbi præcessisset productionem mundi. sicut enim modo, quia mundus semper durabit, dicimus quòd Deus regnabit in ęternum, & vltra. sic si Deus fecisset mundum ab ęterno, possemus dicere nunc, quòd Deus regnauit ab ęterno, & ante. Nam ęternitatem creaturę præcessisset ęternitas Dei patris, & Verbi, & Spiritus Sancti. sed de hoc. i. de Spiritu Sancto agetur in alia quæstione. & si posita ęternitate mundi, quam falso posuerunt Philosophi, conceptio verbi non præcessisset creaturam duratione, præcessisset origine, & dignitate, quia ab emanatione verbi semper sumpsisset originem emanatio creaturę.

Perfonalis productio est ratio productionis creaturarum.

Mundo posito ab ęterno nihil sequitur.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus q̃ si omnia comparantur ad Deum, sicut artificiata ad artificem. iuxta illud Sapien. vij. Omnium enim est artifex omnem habens virtutem. & Comen. in Met. vult q̃ omnia, quę sunt hic inferius, procedũt ab vna arte principali, quę est ipsius Dei.

Sap. 7.

Lib. 12. Met. co. 40.

Si ergo hoc est de ratione cuiuscunq; artificis, q̃ gignat in se verbum, in quo est ratio rei fiendæ, per quam facit rem fiendam, consequens est, quòd non negemus a Deo agente per intellectũ, quod non negamus a quibuscunq; agentibus per intellectum. concipit ergo Deus in seipso verbum plenum rationibus ęternis, & plenum rationibus omnium. Deus ergo per verbum, & per rationes illas faciet omnia, quia emanatio verbi erit ratio emanationis omnium, igitur non solum si consideretur modus emanationis verbi, sed etiam si consideretur modus emanationis creaturarum, quia

quia emanant a Deo, vt artificiata ab artifice: Deus Pater prodocens verbum, in quo sunt rationes omnium, per illud verbum producit oía.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, ꝙ nullum effectum immediate attingit filius, qoẽ immediate non attingat pater. quia, vt patuit, virtutem illam agendi quam dedit filio, totam sibi retinuit, & habet eam in seipso. prout ergo illam virtutem dedit filio, agit mediante filio, & per filium: prout vero totam retinuit sibi, & habet eã in seipso agit immediate, & per seipsum. vna tamen simplea actio est, qua agit pater, & filius, & tota Trinitas. Illa tamen actio, vel creatio, vel productio cuiuscunque creaturæ, est a patre, & est à filio, & est à patre per filium. est enim vna simplex diuina essentia, & natura est tota in patre, & in filio, & tota est a patre in filio. Ipse enim filius est, quasi quidam flos deitatis, & quædam pullulatio procedens a patre pollulante, & florente, vt non possit a se agere, sed solum per id, quod habet a patre.

Ad secundum dicendum, ꝙ hæc præpositio, p causaliratem notat in filio, non respectu patris, sed respectu creaturæ. & pater operatur per filiũ non seipsum, sed creaturam. operatur ergo pater per filium non aliquid acciplendo a filio, sed virtutem suam agendi dando, & commooicando Filio.

Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicitur pater operatur per filium, nõ intelligitur de operatione, quod est idem, quod esse patris. vnde non concedimus, ꝙ pater intelligat per filiũ, quia cum intelligit per hlium, quia cum intelligere patris sit idũ quod esse eius, si pater intelligeret per filium, pater esset per filium. si cogitatio accipiatur pro ipso actu intelligẽdi, sicut pater est suum intelligere, & suum intelligere est suum esse, sic patet est suũ cogitare, vel suum esse. Aug. tamen in 15. de Trini. Vult, quòd cogitatio sit verbum Imperfectum. Et ideo dicit, ꝙ in Deo non est cogitatio, sed verbũ quomodocunque tamen accipiatur agere, cum dicimus, ꝙ Deus agit per verbum; videtur intelligi non de agere, quod est idem, quod esse in Deo: sed de agere, per quod alia tes a filio producitur, a Deo, quia omnis alia tes a filio producitur a patre per filium.

Cogitatio non est in Deo. Tomo 8. cap. 16.

Ad quartum dicendum, ꝙ pater est causa prima, & filius est causa prima: & non sont duæ causæ primæ, sed una causa prima. nam sicut pater est Deus, & filius Deus: & pater, & filius non sunt nisi vnus Deus: sic patet est causa, & filius est causa. pater tamen, & filius non duę causæ, sed vna causa. omnis enim causa dicitor esse causa per aliquã virtutem, quam habet in se, & per quam operat. sicut ergo pater, & filius sunt vnus Deus; sic sunt vna virtus, & vnum lomẽ, & vna causa. Nõ enim differt, quod habet pater ab eo, quod habet filius quantum ad rem ipsam habitam, sed quãtum ad modum habendi. quia pater illam naturam, & illam virtutẽ, quã hẽt, nõ habet ab alio, sed filius habet ab alio. Et ex isto alio modo habendi oriũtur veritates multarum propositionum; videlicet ꝙ pater est Deus, non de Deo: & est lumen nõ de lumine; filius tamen est Deus de Deo, & lumẽ de lumine. & pater est principium, nõ de principio: filius est principium de principio. Pater tamen, & filius non duo Dij, sed vnus Deus, vnum lumẽ, & vnum principium.

ARTIC. II.

An Pater, & Filius operentur per Spiritum Sanctum. Conclusio est affirmatiua.

Magister sent. d. 13. D. Tho. de Ver. q. 4.

SECVNDO quæritur: Vtrum Pater, & Filius operentur per Spiritum sanctum. Et videtur ꝙ non. nam Deus pater operatur per sapientiam suam. iuxta illud: Omnia in sapiẽtia fecisti, & filios etiam operatur per sapientiam suam, qa est ipsa sapientia. sed Spiritus sanctus non dicitur sapientia patris, & filij. ergo per eum non operatur Pater, & Filius.

Præterea quodlibet agens agit per virtutẽ suã, quia ista tria se habent per ordinem secundum Dion. & Dam. Substantia, virtus, & operatio. sed esse sapientiam, & virtutem competit filio & appropriantur filio. iuxta illud. 1. ad Corinthios, Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei Sapientiam. cum ergo hæc non approprientur Spiritui sancto, operabitur per Filium, & nõ per Spiritum sanctum. 1. Corinth. 1.

Præterea omnis creatura procedit a Patre, & Filio, & a tota Trinitate tanquam artifice. quia tota Trinitas est quasi quidam artifex omnis creaturæ. sed quilibet artifex operatur per suam artẽ. cum ergo spiritus non dicatur ars Patris, & Filij: ergo, &c.

IN CONTRARIVM est Magister in littera dicens, quòd per Spiritum Sanctum dicitur operari siue Pater, siue Filius. quia ab vtroque procedit Spiritus sanctus, factor omnium, ergo &c.

Præterea Dio. 4. de diui. nomi. ait: quòd amor, qui est in Deo, mouit ipsum ad operãdum, amor ergo fuit causa, quare Deus operaretur, ergo per amorem facit quicquid facit. sed Spiritus sanctus est amor Patris, & Filij: ergo &c.

RESOLVTIO.

Pater, & Filius operantur per Spiritum sanctum quatenus Spiritus sanctus est res in se: & persona producta. Idq; patet, si modus producendi Spiritũ sanctum consideretur: quonamue pacto res creata producantur.

RESPONDEO dicendum, ꝙ illis tribus vijs quibus declarauimus Patrem operati per

filium, declarare possumus patrem, & filium operari per spiritum sanctum. Erit enim prima via prout Spiritus sanctus est quędā res in se, & quædam persona producta a patre & filio. Secunda sumetur, si consideretur modus productionis spiritus sancti. Tertia autem via sumetur ex modo productionis creaturæ.

Prima via sic patet: sicut enim pater dat esse filio, & dat ei omnia, quæ habet: ita quòd nihil habet filius a semetipso, sed totū habet a patre, quod ergo filius habet, & quod sit opifex, & quod habeat virtutem agendi, totum habet a patre; ideo pater operatur per filiū, vt dicebatur, quòd quicquid operatur filius operatur pater: sic quia spiritus sanctus habet naturā, & esse quicquid habet, habet a patre, & filio. Propter qđ, ꝙ sit opifex, & quòd sit factor rerū habet a patre, & filio. omnia ergo opera eius operatur pater, & filius, & ex hoc dicuntur operari per ipsum pater, & filius.

Secūda via ad hoc idem sumitur ex modo productionis Spiritus sancti. Nam sicut filius producitur per modum intellectus, quia pater intelligēdo se producit verbum, qno dicit omnia, sic pater & filius producūt spiritum sanctum per modum voluntatis. quia pater, & filius volendo se, & diligendo se producunt quendā amorem, qui est spiritus sctūs, qno diligunt oīa. nam quilibet amās, diligit quæcunque amat amore a se procedente. Pater ergo, & filius quæcunque amant, diligunt amore à se procedēte, qui est spūs sctūs. sicut ergo ex modo procedendi filij, quia procedit per modum intellectus, & vt verbum, quo pater dicit omnia: & quia dicendo operatur, ideo per verbum operatur omnia sic, quia pater, & filius producunt spiritū sctūm ꝑ modū volūtatis, qui est amor eorum, quo amāt omnia. & quia spiritu sctō amant omnia, spiritu sancto producunt omnia. nam volendo, & amando producunt omnia. ideo dicit Diony. 4. de di. no, quòd amor, qui est in Deo, non permisit ipsum esse sine germine, quod potest intelligi de germine creaturæ. Nam cum amate sit idem, quod velle bonum, vt dicit Philosophus in 2. Rhetoricorum: Deus quia amat creaturam, vult bonum creaturæ, & communicat ei da bonitate sua; hoc. n. modo Deus producit creaturam, quia communicat ei de bonitate sua. Deus ergo, & dicendo producit creaturam: & amando, & volendo bonum creaturæ communicat sibi bonitatem suam. quod faciendo producit creaturā, quia nihil est aliud creaturam producere, quàm de bonitate sua creaturæ communicare, quia ergo Deꝰ omnia producit dicēdo omnia, pater producit ꝑ verbum, quo dicit omnia, & quia omnia producit amādo, & volendo, Pater, & Filius, & tota Trinitas omnia producūt per Spiritum sanctum, qui est amor diuinus, quo amantur omnia.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex modo productionis creaturarū. Dicebatur. n. ꝙ creaturæ producunt a Deo sicut artificiata ab artifice: sed oīa artificiata fiūt ꝑ volūtatē artificis, iuxta illud Philosophi in 6. Metaphy. Principium artis in artificialibus, est voluntas; & ibidem ait, quod artificiatum, & voluntarium est idem.

Omnia ergo procedūt a Deo per intellectum, & per voluntatem. Aliquando enim innenimus, quòd sciētia Dei est causa rerum, iuxta illud Commentatoris in 12. Scientia nostra causatur à rebus: sed scientia Dei causat res. Et August. 15. de Trin. c. 13. ait. Vniuersas autem creaturas suas spirituales, & corporales non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. scientia ergo Dei est causa rerum, sicut & voluntas Dei est causa rerum: iuxta illud August. 13. de Trin. Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporaliū speciērū, atq; motionū. nihil enim visibiliter & sensibiliter hoc fit, qđ nō de interiori inuisibili, & intelligibili aula summi Imperatoris, aut iubeat, aut permittat: & sicut volūtas Dei est causa oīum creaturārū, quas videmus: sic est causa oīum, quas non videmus; omnia ergo fiunt a Deo per intellectū, & voluntatē. Quare si modus productionis creaturę est, vt producat a Deo, tanq̄ artificiata ab artifice, cū oīs artifex agat per intellectū & voluntatē: omnia ꝓducuntur a Deo per intellectum & voluntatē, & vt ꝓducuntur per intellectum, oīa ꝓducuntur a Deo per verbū: prout vero ꝓducūtur per voluntatē: omnia producuntur per Spiritum sanctū. In illa ergo sancta Trinitate nisi emanaret ibi verbū, nihil produceretur a Deo in istis rebus creatis per intellectū: & nisi produceretur ibi Spiritus sanctus, qui est amor diuinus, nihil emanaret à Deo per amorem & per voluntatem. Propter quod bene dictum est, ꝙ emanatio personarū est ratio emanationis creaturarū; Et si dicatur, In diuinis potest sumi amor essentialiter, & personaliter: Dicemus, ꝙ amor vt in diuinis sumitur personaliter, est ratio emanationis creaturarū, vt procedūt a Deo per volūtatem & per amorem.

Adducemus aūt & quartā rationem ad propositum eōmunem quæstioni præsenti & præcedenti. Dicemus enim, ꝙ Deus intelligēdo se intelligit alia; & volendo & amādo se, vult & amat alia. Si ergo intelligere se est causa, quare Deus intelligit alia; & velle, & amare se est causa quare velit & amet alia; illa persona, quę producitur in diuinis, prout Deus intelligit se: erit ratio, & causa quare producuntur a Deo alia per modū intellectus. Propter quod emanatio verbi diuini est rō quare producuntur oīa alia. propter quod Deus pater producēdo verbū diuinū dicit, & dicendo producit omnia alia: sic quia Deus volendo se, vult alia: illa persona, quæ procedit ex eo, quod Deus vult se, & amat se i erit ratio & causa quòd Deus velit alia, & quòd volendo producat alia, quia ergo persona, quæ procedit in diuinis per modum intellectus, est verbum, quod procedit a patre: omnia per verbum operatur pater. quia vero persona, quæ procedit in diuinis per modum voluntatis est Spiritus sanctus, qui est amor patris & Filii, omnia amant Pater & Filius per Spiritum Sanctum: & quicquid communicant creaturæ de bonitate sua: communicant ei per Spiritum Sanctum. Quilibet enim Gentilis ponens Deum vnum, & non Trinum;

cogeretur

Auer. cō. 51. Dei scientia est causa rerum. vide supra d. 1 p. 2. q. 4. artic. 4. Scholium nostrum. To. 2. cap. 4.

Personarum diuinarum productio ratio est productionis creaturarum.

Ari. 4 Rhet. cap. 4. cuius tamen ipsum e. 2 de Amore, & odio.

Tex. c. 1.

Trinitas à Gentili poſita quid differat à Chriſtiana.

cogeretur ponere, q̃ Deus intelligeret ſe, & diligeret, & intelligendo ſe eſſet ibi verbum: & diligẽdo ſe, eſſet ibi amor. ſed ibi verbum, & amorẽ nõ poneret Gentilia eſſa alias res, nec relatas, nec abſolutas; concederet tamen, & cogeretur concedere, q̃ per verbum illud, quod eſt in Deo, & p ſuum intelligere, & per illum amorem, qui eſt in Deo, & ſuum diligere Deus produxit omnia. Et verbum diuinum, & amor diuinus eſſet ratio productionis omnium. Illud ergo, quod dicerent Gentiles de verbo diuino, & amore non exiſtere alias res, nec abſolutas, nec relatas, dicemus nos de eis ponẽdo eas alias res non abſolutas, ſed relatas: & ponendo ibi veram emanationem, & productionem, vt ibi verbum verè emanet, & producatur à Deo, Patre: & ibi amor, ideſt Spiritus ſanctus verè emanet, & producatur à Patre, & Filio, vt ex hoc omnia pater producat, per Verbum, & Pater, & Filius producãt per Spiritum ſanctum. a tota enim Trinitate procedit quodlibet opus, quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis, cum ſit indiuiſa ſubſtantia. ſed ſicut ipſa virtus, & ipſa ſubſtantia diuina in ſe nullo modo realiter differens habet aliquem modum ſe habendi, vt eſt in Patre, quem non habet, vt eſt in Filio. quia in Patre eſt, vt fontana in Filio, vt pullulatio. i. per pullulationem communicata. vel eſt in patre, vt non accepta ab alio, & hoc modo dicitur fontana. In filio eſt, vt acceepta ab alio, & hoc modo poteſt vocari pullulatio. ſic ipſum opus, quod proceditur a diuina virtute, & a tota Trinitate, quia diuina virtus eſt ipſa diuina ſubſtantia. ideo tota Trinitas habet vnam, & eandem ſubſtãtiã: ſed ſicut huiuſmodi virtus, & ſubſtantia habeat aliquem modum ſe habendi in vna perſona, quẽ non habet in alia, ſic ipſum opus, quod procedit a tali virtute, & a tota Trinitate habet aliquem modum ſe habendi per comparationem ad vnã perſonam: vel habet aliquem modum reſpectus ad vnam perſonam, quem non habet ad aliam, vt dicetur eſſe a Patre per Filium, & non econuerſo. Et dicetur eſſe a Patre immediate, & mediante Filio, & tamen non dicetur eſſe à Filio immediate, & mediante Patre. Et quod dictum eſt de Patre reſpectu Filij, veritatem habet de Patre, & Filio reſpectu Spiritus Sancti.

Trinitas operatur ex I. diuiſa.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, q̃ Deus omnia operatur per ſapientiam ſuam, & omnia operatur per voluntatem ſuam. creaturæ igitur, vt proceduut a Deo per ſapientiam, factæ ſunt à Patre per verbum: prout vero procedunt à Patre, & Filio per voluntatem, & per amorem, factę ſunt a Patre, & Filio per Spiritum ſanctum. Creaturæ ergo quamuis fiant a tota Trinitate, quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis, prout eſt indiuiſa ſubſtantia; tamen, quia diuina ſubſtantia, & diuina virtus, quæ eſt idem quod ipſa ſubſtantia, habet aliquem modum ſa habendi in Patre, quem non habet in Filio, & in Patre, & Filio, quẽ non habet in Spiritu ſancto reſpectu operis creati, prout Pater intelligendo generat Filium, & per Filium operatur creaturam, habet aliquam

A principalitatem, quam nõ habet Filius: & Pater, & Filius prout volendo ſe, & diligendo ſe producunt Spiritum ſanctum, quem producendo per ipſum producunt creaturam, habent aliquã principalitatem reſpectu creaturæ, quam non habet Spiritus ſanctus, ſed ex iſta principalitatẽ nulla eſt minoritas in Filio reſpectu Patris, & nulla eſt prioritas in Patre reſpectu Filij, & nullus eſt ibi ex hoc ordo maioritatis, & prioritatis, quo Pater ſit prior Filio, vel Filius ſit minor Patre, ſed ſolum eſt ibi ordo originis, quo Filius eſt ex Patre, ſic ẽt & in Spiritu ſancto ſolus eſt ordo proceſſionis, & productionis, quia Spiritus Sanctus non eſt poſterior Patre, & Filio. nec eſt minor eis, ſed procedit ex eis in Patre, & Filio. ergo quantum ad creaturas eſt principalitas reſpectu Spiritus Sancti: B quia eſt productus ab eis, & procedit ab eis, vt ex hoc Spiritus ſanctus, quòd producat creaturam, habeat à Patre, & Filio: Pater autem, & Filius nõ habeant ab ipſo.

Trinitas principalitatem eſt eſſe ſine maioritate, & prioritate.

Ad ſecundum dicendum, q̃ licet agens agat p virtutem ſuam, & Dei Filius eſt virtus, & ſapientia Patris, prout res procedunt a Deo per intellectum, ſecundum quem modum Pater operatur per Filium, tamen non excluditur, quin res procedant à Deo per voluntatem, & per amorem, ſecũdum quem modum Pater, & Filius operantur p Spiritum ſanctum, per quem diligũt creaturam.

Eſt enim diligenter aduertendum, quòd Pater non intelligit Filio, ne ex hoc videatur Filius aliquid facere ad eſſe Patris: ſed Pater, & Filius diligunt Spiritu ſancto, quia ex hoc non poteſt dici, quòd Spiritus ſancto aliquid faciat ad eſſe Patris, vel Filij. quod totum contingit ex alia, C & alia habitudine rerum ſignificatarum. quia nomine amoris non ſignificatur eſſe. quòd ſi Pater, & Filius diligant Spiritu Sancto, non propter hoc intelligitur, quòd ille amet, qui eſt Spiritus Sanctus, aliquid faciat ad eſſe Patris, & Filij, quia amor dicit aliquid ab alio: ſed intelligere dicit aliquid in alio. & ideo non concedimus, quòd Pater intelligat Filio, ne videatur aliquid accipere à Filio. Concedimus tamen, quòd Pater, & Filius diligant Spiritu ſancto, quia in hoc non datur intelligi, quòd aliquid accipiant à Spiritu Sancto.

Pr, et Filius diligunt ſe ſpũ ſancto ſi ob hoc intelligit Filio, cur non dicam.

Ad tertium dicendum, quòd Filius eſt ars Patris, ſed artifex non ſolum operatur per artem, ſed per voluntatem. vt quia vult, & amat, & ſibi D placet opus. Propter quod, ſi Pater operatur: operatur per verbum. quia ſe intelligendo producit Verbum, Pater, & Filius operantur per Spiritum ſanctũ. quia ſe volendo, & diligendo, producunt Spiritum Sanctum.

Dub. I. Litteralis.

VTRVM litteram dubitaret forte aliquis de hoc, quod dicitur: Factum est vespere, & mane dies vnus. Et postea dicitur, quòd ordo naturalis distinctionis dierum est, vt designentur, & computentur dies a mane vsq; ad vesperam. Contra naturam ego computari sunt dies a vespera vsq; ad mane.

Dierum cõputatio triplex.

Dicendum, quòd computatio dierum potest esse tripliciter. vel secundum quòd requirit ratio dierum in se: Vel secundum, quòd requirit ratio dierum in tali materia: Vel secundum, quòd requirit ratio dierum in aliquo mysterio.

Secundum quòd requirit ratio dierum in se, videtur esse computandus dies a mane, quia mane est principium diei. Sed secundum quòd computatur dies in aliqua materia, computandi sunt dies secundum illam materiam Vt Medici, qui cõsiderant de infirmitate ęgroti, computãt dies prout incipit infirmitas eius. Et ideo a tertia hora in tertiam, vel a sexta in sextam, computant diem sicut incępit infirmitas eius. sic & Moyses voluns computare diem, sicut facta fuit lux in illa distinctione, & ornatione dierũ, quia illa lux primo facta non incępit in aurora, ita quòd dies ille primus non habuit mane. i. aurotam, & ex hoc non habuit suum initium: nox autem habuit suum initium, quia habuit vespere, computauit diem a vespere vsq; ad mane, vulens secundum sua initia computare dies.

Tertio secundum quòd computantur dies in aliquo mysterio, sic iuxta modum mysterij possunt computari dies, vel a vespera, ratione peccati: vel a media nocte, vt aliquam partem habeamus de tertia die, in qua surrexit Christus, secundum ergo alium, & alium modũ mysterij potest aliter, & aliter incipere dies, vt patebit inferius.

Dub. II. Litteralis.

LITERSVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, ꝙ illud corpus lucidũ non fuit factum de nihilo, sed de materia præiacente. Sed cõtra: Stella est densior pars sui orbis, & est plus de materia in stella, quàm in aliqua parte sui orbis, sed facere plus de materia est facere hoc ex nihilo, cum materia non possit fieri ex aliquo, sed ex nihilo, ego &c.

Lux primo creata ex nihilo.

Dicendum, quòd solus Deus potest augmentare materiam, etiam potest inspissare aliquid eo augmentato non, vel nullo addito, & solus potest innouare materiam: vt potest aliquid rarefacere eo non occupante maiorem locum. Materia enim de se non est multa, vel pauca: non est tanta vel non tanta. propter quod non est idem esse materiam mutam, & occupare tantum locum. nam illud idẽ augmentatũ de materia, quod est in vno pugillo aquę, si fiat inde aer, occupabit. x. pugillos. Deus ergo qui habet potentiam super ipsam essentiam materię, habet potentiam super quantitate eius, vt possit de pauca materia facere multa. hoc tamen non est facere aliquid de nihilo, sed est ipsam materiam augmentate, & facere ipsam esse sub maiori quantitate, quare si inspissatur plus cęlum in illa parte, vbi fuit facta lux, potuit hoc fieri virtute diuina illam præiacentam materiam augmẽtando, & ex hoc eam magis spissam faciendo. De hoc autem, cum tractabitur de luminaribus cœli, clarius patebit.

Dub. III. Litteralis.

LITERVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur: Ante lucem nec dies fuit, nec nox, licet tempus fuerit. Sed contra: Nux nihil est aliud, nisi aer quidam, vel dyaphanum quoddam tenebrosum. sed ante factionem lucis erat aliquid tale tenebrosum, ergo &c. Dicẽdum quòd tenebrositas, quæ est nox, differt à tenebrositate illa, quæ fuit ante lucem tripliciter. Primo quia tenebrositas noctis est per lucem & a luce, quia est vmbra causata a luce, & ex corpore opaco. ex duobus enim causatur vmbra: ex luce, & ex corpore opaco. cũ ergo illa tenebrositas, quę erat ante factionem lucis nõ esset causata a luce, nox dici non poterat. Secundo differt tenebrositas, quæ est nox, a tenebrositate illa præcedente lucem. quia nox est tenebrositas secundum partem: sed illa tenebrositas præcedens erat secundum totum. tũc est enim tenebrositas noctis, quando in vna parte terrę vel in vna parte hemisphærij est tenebrositas, in alia aũt parte est luciditas, & claritas. Tertio differt illa tenebrositas præcedens a tenebrositate noctis, quia illa tenebrositas erat per lucis negationem. quia quandiu stabat mundus sine luce, in nulla sui parte erat aptus natus illuminari. Sed tenebrositas noctis non est per lucis omnimodam negationem, sed per lucis priuationem, quia licet pars illa tetræ, vbi non est nox, non illuminatur a Sole, vel ab alia luce: tamen est apta nata illuminari, quia semper Sol post occasum tendit versus orientem, vt iterum illuminet terram, vel hemisphęrium nostrum, sicut faciebat & illa lux.

Dub.

A

Dub. IV. Litteralis.

Dies tripliciter sumi solet.

LITERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, quòd dies potest accipi tripliciter. Vel pro ipsa luce, vel pro aere illuminato, vel pro spatio 24. horarum; quomodo differenter accipiantur isti dies.

Dicendum, quòd, prout ista lux dicitur dies, sic est qualitas, quia lux quædam qualitas est. Prout dicitur spatium 24. horarum, sic potest dici quantitas: quia est tota circulatio, vel est peragrare tantam quantitatem, sicut est circulatio, quam facit Sol. Prout autem dies dicitur illuminatio aeris, sic dies est pars circulationis, & est B dies sumpta artificialiter, prout lux peragrat hemisphærium nostrum, & illuminat aerem in hemisphærio nostro.

Vel possumus dicere, quòd lux dicitur dies causaliter, quia causat diem. Illuminatio vero aeris cum motu lucis dicitur dies formaliter, & est dies, quæ dicitur artificialis. Sed prout dies dicitur spatium 24. horarum, causatur ex peragratione lucis, & est dies totalis, vel est dies naturalis comprehendens totam circulationem.

Dub. V. Litteralis.

Dies naturalis. & artificialis quot modis dicitur.

LITERIVS forte dubitaret aliquis, quomodo dicitur dies naturalis, & quomodo artificialis. C

Dicendum, quod dies naturalis dicitur illud, quod naturaliter fit ex una circulatione Solis. quòd autem sit ibi terra in medio, & quòd sit umbra in hemisphærio nostro, & ex hoc dicatur nox, vel fiat umbra in hemisphærio alio, & claritas in nostro, & dicatur dies, hoc est, vt artificialis, & ex modo loquendi nostro. Sol enim in tota circulatione semper se vertit quasi eodem modo circa terram, & ex una parte facit claritatem, & ex alia umbram; tota ergo circulatio, & quælibet pars circulationis semper continet claritatem, & umbram, vt tota circulatio ex hoc possit dici dies ratione claritatis, & tota diei nox ratione umbræ. Sed quia denominatio debet fieri a digniori, dignius est, D quòd tota circulatio denominetur a claritate, & dicatur dies, quàm denominetur ab umbra, & dicatur nox. pars ergo circulationis vbi est umbra, potest dici nox tota: circulatio vero denominata a digniori, id est, à claritate, debet dici dies.

Dub. VI. Litteralis.

Dierum computatio quæ duplex.

LITERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, quòd sunt diuersi modi computandi dies, quo modo hoc habeat esse.

Dicendum, quòd dies, vt patet, est tota vna reuolutio, quæ diuiditur in diem, & noctem. tam ergo in die, quàm nocte est dare tria, videlicet principium diei, medium, & finem. Et principium noctis, & medium, & finem. Et quiuis ista omnia videantur sex, tria respectu diei, & tria respectu noctis, tamen non sunt nisi quatuor, quia idem est finis diei, & principium noctis. Nam sicut vespera est finis diei, & principium noctis, ita mane est finis noctis, & principium diei. Nam mane est principium huius, & finis illius. quatuor ergo sunt puncta notabilia in vna tota circulatione solis, quæ dicitur vna dies naturalis; videlicet mane, meridies, vespera, & media nox. secundum ergo hæc puncta notabilia possunt quatuor modis computari dies: Vel ab vno mane vsque ad aliud: Vel ab vna meridie vsque ad aliam: Vel ab vna vespera vsque ad aliam: Vel ab vna media nocte vsque ad aliam: Omnes hæ computationes acceperunt suos iudices, vel acceperunt suas gentes sic computantes, Nam Græci computant diem a mane vsque ad mane. Et iste modus secundum Magistrum in littera est magis naturalis. Arabes computant diem ab vna meridie vsque ad aliam; & videtur hoc satis rationale. Nam si dies dicitur a dyan, quod est clarum, satis est rationale; quòd à perfecta claritate incipiat computari dies. Iudæi vero computant dies a vespera vsque ad vesperam, & inducunt exemplum Litteræ Gen. vbi computatur dies a vespera, cum dicitur: Factum est vespere, & mane dies vna. Sancta autem nostra Mater Ecclesia computat diem a media nocte vsque ad mediam noctem. quod sacro mysterio factum est: vt tunc incipiat dies, quãdo primo surgimus ad orandum, quod fit in media nocte, vel quia circa mediam noctem debet pulsari ad Matutinum, vt concordemus cum Psalmista: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. hoc etiam non solum factum salubriter, & sacro mysterio, sed etiam factum est vtiliter, vt sciant Sacerdotes quomodo ieiuni debeãt celebrare Missam, vt si sentiant se sacerdotes post mediam noctem sumpsisse cibum vel circa: nullo modo debent celebrare, cum non sint ieiuni illa die. secundum Ecclesiam, quæ computat diem ab vna media nocte vsque ad aliam. Si autem hæc sumpserunt ante mediam noctem possunt secure celebrare. quia cum pertineat ad aliam diem præcedentem, ieiuni sunt pro illa die, qua postea celebrabũt. Dormire autem, vel non dormire nihil ad propositum. si enim sumat cibum vel potum post mediam noctem, sive dormiat, sive non dormiat, non debet celebrare.

Dierum vnius computationes.

Græci.

Arabes.

Iudæi.

Ecclesia Sancta.

Psal. 118.

Sacerdos celebrare non potest, sumpto cibo post mediã noctẽ, sive dormiatur, sive nõ, sumpto cibo.

brate. Esse enim ieiunum vna die, qui celebrat computando diem, vt computat Ecclesia, est per se considerandum. Dormire autem, & non dormire se habent per accidens, & non sunt ad propositum.

Potest autem assignari tertia causa huius, quæ est quasi quædam necessitas, & verificentur verba Christi dicentis: Tertia die resurgam. computantur enim tres dies accipiendo partem pro toto, stetit enim in sepulchro per aliquam partem diei venetis: videlicet ab illa hora, qua fuit positus in sepulchro vsque ad mediam noctem, & stetit per totam diem sabbati: videlicet a media nocte vsque ad aliam mediam noctem, & stetit per partem diei Dominicæ, videlicet a media nocte vsque circa ortum solis, & tunc tertia die resurrexit. Si enim computaremus, vt computant Arabes, videlicet, a media die vsq; ad mediam diem, non solum non stetisset per tres dies, sed nec completè per duos in sepulchro. Hoc enim modo, vt computat Ecclesia dies, possumus magis saluare ipsum tertia die resurrexisse, vt est per habita declaratum.

Matth. 16.

Christ⁹ qũ tres dies in sepulchro moratus fuerit.

Dub. VII. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, ꝙ in Patre monstratur auctoritas. Cum enim vna, & eadem substantia simplex sit in Patre, & Filio, & cum Filius per omnia sit æqualis Patri, non videtur, ꝙ auctoritas sit in Patre respectu Filij.

Dicendum, quòd cum Pater sit principium Filij, est auctoritas in Patre respectu Filij: quia est principalitas in Patre respectu Filij, cum sit principium Filij. quantuncunque ergo rem producũt Pater, & Filius, siue personam diuinam, siue creaturam, illa procedit principaliter a patre. Vnde Augustinus 15. de Trini. ait: Filius autẽ de patre natus est, & Spiritus sanctus de patre principaliter, & de vtroque communiter procedit. quare si ipsa persona diuina, quæ procedit de patre, & filio, communiter procedit a patre principaliter, multo magis creatura, quæ producitur a tota Trinitate cõitet, producitur a patre principaliter. Sed dices: Simplex est nosse diuinũ, simplex est eius velle, per quod producitur creatura. quomodo ergo vna, & eadem res vno simplici nosse, & vno simplici velle diuino producta a tribus personis, potest ab aliqua personarum produci principaliter, vel produci ab vna persona per aliam?

Tomo 1. cap. 15.

Sciendum ergo: quòd, vt supra dicebatur, quãtuncunque nosse, & velle diuinum, sit quid simplex, tamen secundum modum ie habẽdi differt, vt est in vna persona, & in alia. quia nosse est in filio communicatum a patre, & non econuerso. Et velle est in Spiritu sancto communicatum a patre, & filio, & non econuerso, igitur cum per illud nosse, ꝓcedat creatura à patre, procedat principaliter. quia secundum illud nosse patet est principium filij, & secundum illud nosse a patre procedit per filium, quia a patre est communicatum filio. Et quod dictum est de nosse diuino respectu filij, intelligendum est de velle diuino respectu Spiritus sancti. Nam cum per velle diuinum producat creatura a tota Trinitate, quia secundum illud velle pater, & filius sunt principiũ Spiritus sancti; a Patre, & filio procedet creatura principaliter.

Creatura nõ procedat a Patre principaliter.

Rursus: quia huiusmodi velle communicault Patet, & Filius Spiritui sancto, secundum illud velle procedet creatura a Patre, & Filio per Spiritum sanctum.

Aduertendum tamen, quòd quantuncunque Patet, & filius sint communiter principium Spiritus sancti, pater habet quandam principalitatẽ, quia Pater communicat hoc filio, ꝙ sit principiũ Spiritus sancti: ideo patet, prout producitur creatura per nosse diuinum, vel per velle, habet quandam principalitatem respectu filij, quia hoc communicat filio. Et pater, & filius habẽt talem principalitatem respectu spiritus sancti, quia hoc cõmunicant spiritui sancto. Vnde Augustinus 5. de Trinita. ait: Sicut Spiritus sanctus est Deus cum Patre, & Filio, & vnus Deus; sic ad creaturã sunt vnum principium non duo, vel tria principia. vnum ergo principiũ sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus respectu creaturæ; tamen, quòd filius sit tale principium respectu Spiritus sancti: habet hoc a patre, ideo Spiritus sanctus principaliter procedit a patre.

Tomo 2. cap. 11.

Rursus: quia, ꝙ creatura producatur a filio habet hoc filius a patre, ipsa etiam creatura producitur principalitet a patre respectu filij, & producitur a patre per filium: sic etiam quia Spiritus sanctus, ꝙ sit principium creaturæ, hoc habet a patre, & filio. ideo respectu Spiritus sancti producitur creatura principaliter a patre, & filio, & operantur hoc modo producẽdo creaturam per Spiritum sanctum pater, & filius.

DIST. XIIII.

De productione simplicium, & insensibilium corporum, deq; opere diei tertiæ, & quartæ.



IXIT QVOQVE DEVS: FIAT FIRMAMENTVM. Postquam Magister determinauit de opere primæ diei, in qua producta fuit lux; in hac Distinctione 14. determinat de operibus trium sequẽtium dictum. Circa quod tria facit, quia primo determinat de opere secũdæ diei, in qua productum fuit firmamentũ. Secundo de opere tertiæ

tiæ diei, in qua fuerunt congregatæ aquæ, & apparuit arida. Tertio de opere quartæ diei, quãdo fuerunt facta luminaria in firmamento cœli. Secunda ibi: {*Sequitur: Dixit vero Deus Congregentur:*] Tertia ibi: {*Sequitur: Dixit Deus: Fiant luminaria.*} Circa primũ duo facit, quia primo agit de opere secundę diei, quãdo factum est firmamentum. Secundo circa ea, quæ dixerat, mouet quasdã q̃stiones ibi: {*Si quem vero*} mouet. Dicit ergo, quòd secunda die factum est firmamentum diuidens aquas ab aquis. Et exponit se de quo firmamento intelligitur, quia de cœlo sidereo, & de quibus aquis, quia de aquis, quæ sunt supra cœlum sidereum, quod est cœlum Crystallinum, quod est supra cœlum sidereum, diuidens ab aquas, quæ sunt in terra, ab ijs quæ sunt sub huiusmodi cœlo. Deinde cum dicit: {*Si quẽ vero.*} Circa ea, q̃ dixerat, siue circa firmamẽtum monet quasdam quæstiones. Circa quod quatuor facit, quia primo quærit quomodo super firmamẽtum possint esse aquæ. Secundo quæritur vtrum cœlum sit igneæ naturæ, & vtrum pro firmamento possit accipi aer. Tertio cuius figuræ sit cœlum, siue firmamentũ. Quarto quare in factione firmamenti non est dictum: {*Vidit Deus, quod esset bonum.*} Secunda ibi: {*Quidam vero.*} Tertia ibi: {*Quæri etiam solet.*} Quarta ibi: {*Post hoc.*} Dicit ergo ibi, quòd si quem monet, ideſt si quæratur quomodo aquæ quæ sunt fluidæ naturæ possunt esse supra cœlum: Respondet dupliciter. Primo quia qui ligat aquas in nubibus, potest eas ligare supra cœlum. Addit etiam secundam respõsionem ad supplendam responsionem primam: quia aquæ supra cœlum sunt dictæ aquæ non vaporabili tenuitate, sed glaciali soliditate. Addit etiam ipsum firmamẽtum factum esse de aquis: quæ est quasi tertia responsio. quia si factum est de aquis, possunt esse super illud. Deinde etiã cum dicit: {*Quidam cœlum.*} monet duas quæstiones. Vtrum cœlum sit naturæ igneæ, & asserit quosdam dicere, quòd sic. Secundo quærit vtrum firmententum possit accipi pro ipso cœlo, quod est super aerem, & pro ipso aere. Et assignat secũdam Augustinum diuersos modos accipiendi firmamentum, & accipiendi aquas. Et concludit, quòd quocunque modo sint illæ aquæ, tamen ibi eas esse non dubitamus. Deinde cum dicit: {*Quæri etiam.*} mouet duas alias quæstiones. Vna est cuius figuræ sit cœlum. Et respondet, quòd quàmuis Auctores nostri, ideſt Sancti hoc sciuerunt, tamen Spiritus sanctus per eos dici noluit: nisi quod nostræ saluti prosit. Mouet aliam quæstionem quomodo dicitur firmamentum cum moueatur, quia si non moueretur, sidera non possent circumuolui. Soluit, quòd non dicitur firmamentum propter stare, vel propter non moueri, sed dicitur firmamentum pp firmitatẽ, quia firmiter, & stabiliter terminat aquas, quæ sunt super ipsum, vt non transgrediantur ipsum. Addit tamẽ, quòd dato, quòd non moueretur, possent sidera circumuolui. Deinde cum dicit: {*Post hoc*}. quærit aliam quæstionem, quare in factione firmaméti non est dictum: Vidit Deus, quòd esset bonum, sicut dictum est in operibus aliorum dierum. Et respondet, quòd mysterio hoc factum est. quia binarius est principium alteritatis, & signum diuisionis. Tunc sequitur illa pars: {*Sequitur: Dixit vero Deus.*} In qua agit de opere tertiæ diei. Circa quod tria facit, quia primo ait: quòd tertia die cõgregarę sunt aquæ, & apparuit arida, & quòd lux magis potuit illuminare aerem tunc purificatũ, & quòd illo eodem die terra produxit herbam viventem, &c. Secundo mouet quandam quæstionem, vbi congregatæ sunt aquæ in locum vnũ. Et soluit, q̃ sunt congregatæ in cõcauitatibus terræ addens: quòd aquæ primo fuerunt tanquam rores, postea inspissatæ tenuerunt minorẽ locum, vt possent in illis cõcauitatib' tecipi. Tertio quærit cum multa sint maria, & flumina, quomodo dicuntur congregarę aquæ in vnum locum. Et soluit, quòd in vnum locum congregatæ sunt, quia omnia coninanguntur magno mari, & multa sunt propter multifidos, & multifarios sinus. quia nõ omnia maria, nec omnia flumina habent vnum sinum, siue vnum locum, in quo sunt recepta. Deinde cum dicit: {*Sequitur: Dixit Deus.*} Vbi agit de opere quartæ diei. Circa quod tria facit, quia primo agit de factione luminarium cœlestium, cum dixit Deus: Fiat luminaria de firmamento cœli. Secundo distinguit de factione terũ, quia in primo trinario fuerunt tres dispositæ. i. distinctæ. quia primò fuit distincta lux à tenebris. Secundo cœlum sidereum ab alijs cœlis. Tertio vero fuerunt distincta elementa. alij tres dies fuerunt appositi ad ornamenta rerum, quia quarta die fuit ornatum cœlum sideribus. Quinta die fuit ornata aqua piscibus, & aer auibus. Sexta die fuit ornata terra. Tertio, his præmissis, determinat de ornamentis cœli. Secũda ibi: {*In præcedenti triduo.*} Tertia ibi {: *Quia igitur cœlum.*} Duæ primæ partes patent. Tertia diuiditur in partes duas: quia primo quærit, quare facta sunt sidera. Secundo quærit quomodo intelligendum sit, q̃ sint sidera, in signa, tempora, dies, & annos ibi: {*Quod autem subditur, & sint in signa.*} Littera patet.

A lui. Deinde cum dicit: {*Post hoc*}. quærit aliam quæstionem, quare in factione firmaméti non est dictum: Vidit Deus, quòd esset bonum, sicut dictum est in operibus aliorum dierum. Et respondet, quòd mysterio hoc factum est. quia binarius est principium alteritatis, & signum diuisionis. Tunc sequitur illa pars: {*Sequitur: Dixit vero Deus.*} In qua agit de opere tertiæ diei. Circa quod tria facit, quia primo ait: quòd tertia die cõgregarę sunt aquæ, & apparuit arida, & quòd lux magis potuit illuminare aerem tunc purificatũ, & quòd illo eodem die terra produxit herbam viventem, &c. Secundo mouet quandam quæstionem, vbi congregatæ sunt aquæ in locum vnũ. Et soluit, q̃ sunt congregatæ in cõcauitatibus terræ addens: quòd aquæ primo fuerunt tanquam rores, postea inspissatæ tenuerunt minorẽ locum, vt possent in illis cõcauitatib' tecipi. Tertio quærit cum multa sint maria, & flumina, quomodo dicuntur congregarę aquæ in vnum locum. Et soluit, quòd in vnum locum congregatæ sunt, quia omnia coninanguntur magno mari, & multa sunt propter multifidos, & multifarios sinus. quia nõ omnia maria, nec omnia flumina habent vnum sinum, siue vnum locum, in quo sunt recepta. Deinde cum dicit: {*Sequitur: Dixit Deus.*} Vbi agit de opere quartæ diei. Circa quod tria facit, quia primo agit de factione luminarium cœlestium, cum dixit Deus: Fiat luminaria de firmamento cœli. Secundo distinguit de factione terũ, quia in primo trinario fuerunt tres dispositæ. i. distinctæ. quia primò fuit distincta lux à tenebris. Secundo cœlum sidereum ab alijs cœlis. Tertio vero fuerunt distincta elementa. alij tres dies fuerunt appositi ad ornamenta rerum, quia quarta die fuit ornatum cœlum sideribus. Quinta die fuit ornata aqua piscibus, & aer auibus. Sexta die fuit ornata terra. Tertio, his præmissis, determinat de ornamentis cœli. Secũda ibi: {*In præcedenti triduo.*} Tertia ibi {: *Quia igitur cœlum.*} Duæ primæ partes patent. Tertia diuiditur in partes duas: quia primo quærit, quare facta sunt sidera. Secundo quærit quomodo intelligendum sit, q̃ sint sidera, in signa, tempora, dies, & annos ibi: {*Quod autem subditur, & sint in signa.*} Littera patet.

Binarius diuisiuus principium.

Cœli figura.

Firmamentũ vnde sic dictum.

QVÆSTIO I.

De operibus trium dierum.

QVONIAM Magister in hac Distinctione agit de operibus trium dictum. Videlicet de Firmamento, quod fuit factum secunda die: De congregatione aquarum: Et de graminibus terræ, quæ fuerunt facta tertia die: Et de luminaribus cœli, quæ fuerunt facta quarta die: ideo de omnibus his quæremus.

Quantum autem ad firmamentum quæremus

mus quatuor. Primo de aquis, q̃ sunt super Firmamentum, quæ est prima quæstio mota in littera: Cuius naturæ sint illæ aquæ. Secundo quæremus de ipsa natura firmamenti, Vtrũ sit eiusdem naturæ cum istis elementis, quæ quæstio etiam in littera tangitur. Tertio etiam quæremus de motu firmamẽti, Quarto de ordine eius ad alios cœlos.

ARTIC. I.

An veræ aquæ sint super cœlos, quæ sint eiusdem speciei cum nostris. Conclusio est negatiua.

Aegid. in Hexam. p. 2. cap 13. & 14. D. Tho. 1. p. q. 68. art 2. Et in Quol. 4. art. 4. Item 2 senten. d. 14. art. 2. q. 1. Ric. d. 14. q. 1. Bield 14 q 1. Dur. d. 14. q. 1. Brul. d. 14. q. 1. Vorl. d. 14. q. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd veræ aquæ sint super cœlos. Sic enim in littera dicitur: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis, quod exponens Magister in littera dicit, quòd firmamentum est cœlum sidereum, quod divisit aquas, quæ sunt supra ipsum, & istas aquas inferiores. Sed istæ aquæ inferiores sunt verè elementales, ergo & illæ superiores sunt elementales.

Aquæ diluuij quæ fuerint. Gen 7.

Præterea videtur, quòd aquæ diluuij fuerint de illis aquis superioribus, iuxta illod Gene. 7. Cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram 40. Diebus. Sed ex apertione cataractarũ cœli non poterat fieri pluuia, nisi de aquis, quæ sunt supra cœlum: sed aqua pluuiæ diluuij fuit eiusdẽ naturæ cũ istis aquis, ergo &c.

Tomo 1.

Præterea secundum Aug. 2. super Gene. maior est huiusmodi scripturæ auctoritas, q̃ totius humani ingenij perspicacitas. Sed ita dicit Scriptura Gene. quòd aquæ sunt supra cœlum diuisæ per firmamentum ab aquis inferioribus. Sed cum Scriptura sacra non distinguat inter aquas istas, & illas. ergo nec debemus distinguere nos, sed debemus dicere eas eẽ eiusdẽ naturæ cũ istis.

IN CONTRARIVM est. quia semper continens respectu cõtenti, se habet, vt quid formale ad ipsum. vt quia aer continet aquam, est formalior aqua, & ignis formalior aere, & cœlũ formalius igne. Si ergo veræ aquæ essent super cœlum, aquæ elemẽtales essent formaliores cœlo, quod est inconueniens dicere.

Miraculum quando admittendũ.

Præterea secundum Aug. 2. super Gene. quãdo verba Scripturæ sacræ possumus saluare ex his, quæ videmus in naturis rerum, non debemus ad miraculum recurrere. & quia, vt patebit in solutione principali, ficut saluamus cœlum Empyreum, deest igneũ super cœlum aqueũ: ita possumus saluare cœlũ aqueũ sup cœlũ sidereũ. non ergo debemus ad miraculum recurrere, vt ponamus illas aquas eiusdem naturæ cum istis inferioribus, quod sine miraculo fieri nõ posset.

RESOLVTIO.

Aquæ sunt super cœlos non spirituales, sed corporeæ, non eiusdem speciei cũ nostris, nec eiusdem rationis, nisi quantum ad materiam, non autem quantum ad formam.

RESPONDEO dicendum, quòd hanc q̃stionẽ, & multas alias in nostro Hexameron de operibus sex dierum diffusius tractauimus. Dicemus ergo, quantum ad præsens spectat, quòd in hac materia, aliorum dicta quasi ad modũ triplicem reducuntur. Quidam enim dixerunt veras aquas corporales eiusdem naturæ cum istis inferioribus esse super firmamentum, cum Scriptura sacra dicat: Qui extendis aqs superiora eius. Alij autem sunt omnino oppositi, quòd aquæ illæ supereælestes non sunt corporales, sed sunt ipsi angeli, vel angelorum populi. vtrumque autem opinionẽ inuenimus ab Aug. narratam, siue tractatam. Nam primã, quòd sunt aquæ corporales eiusdem naturæ cum ipsis inferioribus, inuenimus pertractatam ab Augu. 2. super Gene. Aliam vero, quòd illæ aquæ sunt spirituales, inuenimus narratam ab Augu. 13. Confess. qui ait: Sunt autem aliæ aquæ super hoc firmamento, credo immortales, & a terrens corruptione semotę. De quibus aquis idem Aug. ibidem ait: Laudent nomen tuum, laudent te supercælestes populi angelorum, ait etiam de illis aquis ibidẽ: Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine labijs, quid velit æterna voluntas tua. Videtur ergo velle, quòd angelorum populi, & aquæ spirituales sint illæ aquæ. Est aũt & tertius modus dicendi, q̃ illæ aquæ secundum sensum litteralem sunt corporales, sed non sunt eiusdem naturæ cum istis inferioribus, nisi dicantur eiusdem naturæ quantum ad materiam, non autem quãtum ad speciem, vel quantum ad formam. Secũdum quem modum loquitur Aug. 2. super Gene. Ex ista materia corporali factum est cœlum, cuius multum distat species a terrenis.

Hexameron ante hunc libr.

* Aquæ superiores quot modis sumi possint. Pisa. 3.

Propter primum sciendum, q̃ ponentes veræ aquas corporales esse super cœlum eiusdem naturæ cum istis inferioribus, tripliciter mouent. Primo ex aquarum tenuitate. Secundo ex earũ frigiditate. Tertio ex similitudine, quam habet cœlum ad hominem huius inferius existentem.

Prima via sic patet: dicit enim Augu. 2. super Gene. narrans aliquorum opinionem, q̃ cũ corpus sit diuisibile in infinitum; cum videamus aquas vaporabiles ita tenues esse, q̃ ascendunt supra aerem, & faciunt pluuiam, quare non possemus dicere etiam naturaliter ita tenues posse fieri aquas, cum quodlibet corpus sit diuisibile in infinitũ, q̃ etiam naturaliter possent esse supra cœlũ. ex ipsa ergo tenuitate aquarũ, q̃ possunt fieri tenues in infinitũ: arguunt aquas eiusdem naturæ cum istis posse esse supra cœlum.

Secun-

Saturni frigiditas vnde naſcatur.

Secunda via ad hoc idem ſumitur ex frigiditate aquarum. Dicemus enim ſtellam, quam vocamus Saturnum, eſſe frigidæ naturæ. cum ergo Saturnus ſecundum ſe daberet magnam caliditatem generare in iſtis inferioribus propter ſuũ rapidum, & velocem motũ, videtur iſtis, quòd ſit frigidus, & hoc ſit propter aquas, quas habet ſuper ipſum iufrigidantes eum.

Scripturæ ſacræ ſtudium quale.

Tertia via ſumitur ex ſimilitudine, quam habet cœlum ad hominem. Nam cum homo factus ſit minor mundus, & dicatur habere ſimilitudinem ad cœlum, & in ſuperiori parte homiuis ſit cerebrum, quod eſt naturæ frigidæ, & videamus ipſum eſſe ſupra cor, quod eſt naturæ calidæ: ſic etiam erit in cœlo, vt aquis naturæ frigidis tegantur ſuperiora cœli. Sed iſtud ſtare non poteſt. quia, vt ſupra tetigimus per Auguſt. 2. ſuper Gene. Nos conuenit ſecundum ſcripturas diuinas quærere, quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum, nõ q̃ in eis, vel ex eis ad miraculum potentiæ ſuæ velit operari. Debemus ergo ſcripturas ſacras, quas poſſumus exponere, ad id, applicare: prout ſunt naturę rerum inſtitutæ. Non ergo debemus ad miracula cõfugere, vbi poſſumus miracula euitare. Rationes autem ſuperius adductæ deuuirare, & frigiditate aquarum, & de ſimilitudine hominis, vel non concludunt, vel magis ad propoſitum non faciunt, vt in ſequenti vlterius patebit.

Secundus etiam modus dicendi eſt, quòd firmamentũ factum eſt inter aquas ſuperiores ſpirituales, idẽſt angelos: & inferiores corporales, ideſt aquas iſtas. Sed ſecundum litteralem ſenſum ſtare non poteſt. Nam ſicut in alijs, quæ exponũtur de angelis, ſemper damus aliquod corpus: ſic & ſi per aquas ſuperiores volumus intelligere angelos, oportet nos ponere aquas illas eſſe aliquod corpus. Nam & per lucem primo factam poſſumus intelligere angelos conuerſos, nihilominus illa lux fuit quoddam corpus lucidum, & per cœlum Empyreum primo factum poſſumus intelligere angelos: nihilominus cœlum Empyreum eſt quoddam corpus. Sic, & ſi per illas aquas ſuperiores volumus intelligere angelos, hoc tamen non obſtante illæ aquæ ſuperiores ſunt quoddam corpus. Quod autem dicebatur de Auguſt. 13. Confeſſ. quòd aquæ ille ſuperiores ſunt angelorum populi; Dicemus, quòd ipſemet Auguſtinus ne ex hoc aliqui ſumerent materiam errandi credeu. tes illas aquas ſuperiores eſſe ſolum ſpirituales ſubſtantias, & non eſſe aliquod corpus in ſecundo libro Retractationũ retractat præfatam ſententiam dicens: Quod dixi firmamentum factum inter ſpirituales aquas ſuperiores, & corporales inferiores, non ſatis conſideratè dictum eſt. Dicit ergo ſe in exponendo præfata non fuiſſe conſideratè locutum, ſed inconſideratè. Non quia per aquas ſuperiores non poſſumus intelligere angelos, ſed fortè ne aliquis erraret credeus illas aquas non eſſe corporales, ſed ſpirituales tantum.

Auguſt. 2. lib. retractationum.

Tertius autem modus dicendi, quòd illę aquę ſecundum litteralẽ ſenſum ſunt corporales, ſed non ſunt eiuſdem naturę cum iſtis aquis inferioribus, magis concordat veritati. Eſt enim conſonus ſcripturæ ſacræ, & concordat cum his, quæ videmus ad ſenſum: Dicemus quidem, quòd ſicut in agibilibus Deus non dat nobis omnia parata, ſed multoties in ſudore vultus noſtri veſcimur pane noſtro: ſic & in ſpeculabilibus non dat nobis omnia parata, ſed per ea, quæ inuenimus in Scriptura ſacra, & a Sanctis Doctoribus, & à peritis Gentilibus, & quod ſcimus ex noſtro ſuperaddere, oportet cum multo labore, & pœna inueſtigare veritatem. A peritis Gentilibus, & poniſſimè ab Aſtronomis inuenimus, & ad ſenſum pater. nã ſi quis vellet p inſtrumẽta Aſtronomica laborare, inueniret, quòd ſupra cœlum ſidereum, quod dictum eſt firmamentum, eſt aliud cœlum reuolueus ipſum. Nam, vt ſupra dicebamus, quodlibet cœlum, quod mouetur diuerſis motibus, habet aliquod cœlum, ſupra ſe reuoluens ipſum. nam ſi vnum elementum non habet niſi vnum motum proprium, multomagis vnũ & idem cœlum, quod eſt magis vnicum, & ſimplex, non habebit niſi vnum motum proprium.

Opinio Doctoris.

Cœlum ſuprafirmamẽtum.

Si ergo videmus aliquod cœlum moueri duobus motibus, cum ex ſe non habeat niſi vnum motum proprium; ab aliquo alio cœlo, vt ſupra tetigimus, habet illum alium motum, ſed non a cęlo inferiori, quia cęlum inferius non eſt aptum natum reuoluere cœlum ſuperius: ergo hoc habebit a ſuperiori cœlo. & quia compertum eſt cœlum ſidereum moueri duobus motibus: Vno ab oriente in occidens ſuper polos mundi: Alio econuerſo ab occidente in orieus ſuper polos Zodiaci. oportet ſuper cœlum ſidereum, quod eſt firmamentum, eſſe aliquod aliud cœlum mobila mouens, & reuoluens ipſum firmamentum, Sed cuius naturæ ſit illud cœlum, quod reuoluit firmamentum, verum ſit totum diaphanum, aut totum lucidum, aut partim ſic, & partim ſic; omnes rationes noſtræ ortæ ex ſenſibilibus, & quicquid ſciuerunt dicere Philoſophi proprio capite moti nõ valent aliqd; poſſemus fortè aliqd probabilitatis dicere, ſed nihil cogs ẽ inuenire mus in talibus. Deus ergo volẽs nos dimittere in ignorãtia uſa, aliqd p Scripturã ſacrã dignatus eſt nobis aperire de conditionibus illius cœli, cũ dixit: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidant aquas, quæ ſunt ſupra firmamẽtum ab alijs aquis. Si ergo ſuper firmamentum, ideſt, ſuper cœlum ſidereum ſunt aquæ, oportet nos ponere cœlum illud, quod per inſtrumenta Aſtronomica inuentum eſt eſſe ſuper cœlum ſidereum, & quòd habeat aliquas conditiones de conditionibus aquarum, quia aliter non eſſet vocatum aqueũ. ſed non videmus in iſtis aquis aliq̃ cõditionẽ, in qua cõueniant cũ corpore ppetuo, niſi dyaphanitatem. quia vt habet. 2. de aia. c. de lucido. Aer & aqua conueniunt in corpore perpetuo, ideſt cũ corpore cęleſti in dyaphanitate. erit ergo illud cœlum aquę: vel eſt totum aqueũ: quia

Tex. cõ.

totum

totum est dyaphanum. Illud ergo cœlom non est dictum aquæ, vel aqueum a frigiditate, ied a dyaphaneitate. nam frigiditas cum sit forma habens contrarium, formaliter in cœlo poni oon potest. Effectiuè enim possunt corpora supercœlestia pont calida, vel frigida: sed non formaliter: cum nmois cootrarietas ab ipsis formaliter sit exclusa.

Dub. I. Lateralis.

An rationes aliorum de aquis super cœlos solui possint. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. locis supra citatis, & in c. 15. 16.

VLTERIVS circa hoc forte dobitaret aliquis quomodo solountur rationes illæ: per quas argoebatur, aquas corporales einsdem naturæ cum aquis istia esse supra firmamentum. Dicendum: quod cum ad hoc adduceretur triplex ratio. vna ex tenuitate aquarom: alia ex frigiditate: alia ex simílitudine cerebri humani. omnes præiatæ tres rationes nihil ad propositum concludunt, sed prima ex eis est impossibilis. Secunda oppositum argnit. Tertia propositum non concludit. Nam cum dicitur: Si possunt aquæ tenues hic fieri, vt ascendant super aerem: cum possint in infinitum semper fieri magis tenues: quia corpus est diuisibile in infinitum ergo. Respondetur, q̃ diosio corporis naturalis non vadit in infinitum. posset enim sic modicum accipi de aqua, vel de vino: quòd si acciperetur minus, non remaneret ibi species aquæ, nec species vini. Dato tamen, quòd possent fieri sic tenoes aquæ, possent immisceri aeri. sed non possent transire sphæram ignis: quia essent tanæ debilitatis: quòd statim corrumperentor ab igne & multo magis noo possent transire ipsos cœlos. de quibus dicitur in Iob: Solidissimi sunt quasi ære fusi fine. Insuper posito quod ibi possent esse tales aquæ: omuino essent inotiles: quia cum essent tantæ raritatis, & tantæ debilitatis: non possent reuoluere firmamentum. sed, ut patet per habita, cogimur ponere super firmamentum aliquod corpus tantæ soliditatis, & tãtæ virtotis, quòd reuoluat ipsum. ideo Magister in littera loquens de huiusmodi cœlo aquzo, dicit ipsum esse aqueũ non tenuitate vaporabili: sed solidiiate glaciali, vel crystallina. q̃ verba inuitantor verbis Sanctorum dicentiũ, dictum cœlum esse crystallinum, sed siue illud cœlum vocetur aqueum, siue glaciale, siue crystallinum, non sortietur hæc nomina a frigiditate, sed a dyaphaneitate. Omnia enim præfata tria oomina, quantum ad propositom spectat, voum & idem significant. oam ex aqua fit glacies: & glacies diu manens talis in Alpibus propter cootinuum frigus conuertitur in lapidem: & fit inde crystallus. Est ergo prima ratio impossibilis: quòd aquæ propter sui teouitatem transcendant cœlum: vel, quòd sint ibi inotiliter supra cœlum. Secunda vero ratio de frigiditate argoit oppositum: quia aquæ tenues sunt aquæ calefactæ: & ideo propter caliditatem vel propter calorem incorporatu vaporibus aqueis: vapores aquei ascenduut supee aerem vsque ad medium interstitiom: vbi est continuum frigus. Ibi enim fiunt inde nubes: & ihi vapores illi infrigidati faciunt pluuiam, & descendont. Si ergo aquæ sic tenues tenerent se super firmamentum, essent calidæ: immo essent valde calidæ, vt in tam eminenti loco possent persistere. Saturnus ergo propter illas aqoas sic calidas non infrigidaret nos, sed potius calefaceret. Tertia aotem ratio de cerebro hominis non est ad propositom: qoia in ipso vniuerso partes collocatæ sunt secundum dignitatem, vt cœlestia, & incorruptibilia sunt super quatoor elementa, quæ sunt corruptibilia: nec suot eiusdem naturæ cũ eis. Propter qđ aquę illę supercœlestes non sunt eiusdẽ naturæ cum istis elementalibus. Ipsa ẽt elemẽta secundom, q̃ suot magis, & minos digna habent magis & minus sublimem locũ, vel magis & minus infimum: sed in mixto, vt in homine: vel in quocunqoe animali ordinantur partes secundum exigentiam complexionis mixtæ. Embrio enim, de quo fit animal, generator ex sanguine, & statim in principio apparent ibi qoa si tres particulæ sanguinis, & de sanguine magis flegmatico fit cerebrum, vt possit magis deseruire operibus sensitiuis. Ex sanguine aotem magis calido, & io flammato fit hepar, vt possit magis deseruire operibus outritiuis. Ex sanguine vero magis puro fit cor, vt possit magis deseruire operibos vitalibus. Ex illis itaque tribus particulis sanguinis, vna magis flegmatica: alia inflammata, & alia magis pura, quæ apparent in principio embrionis, fiont illa tria membra: cerebrum, hepar, & cor. sed hoc est, quia sic requirit complexio hominis, vel alterius animalis. Vel le ergo ex hoc arguere de partibus vniuersi: vbi fit ordinatio secundum maiorem, & minorem dignitatem, non est ad propositum.

Embrionis tres part cõlę, & qd pri⁹ in ipso formetur, vide Doct. in De formatione corporis humani. ca. 14. diffuse hoc declarãtem, & vide infra dist. 15 q. 2. artic. 2.

Dub. II. Lateralis.

An firmamentum diuidens aquas ab aquis mysticè possit sumi pro medio aeris interstitio. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. locis supra citatis, & c. 17. 18.

Cœli aqueum, vel crystallinum vade sic dictum.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis: vtrom Firmamentum, qđ dixidit aquas ab aquis, possit accipi pro medio interstitio aeris; Dicendum, quòd August. 2. super Gen. multum vt istam opinionem commendare, q̃ firmamentum accipiatur

Tom. 4.

tur pro ipso aere, vel pro ipso medio interstitio aeris, quod diuidit inter aquas in nubibus existentes, & aquas inferius permanentes. Nam secundum ipsum non solum communi sermone aer vocatur cœlum, sed etiam ipse Dominus suo sermone vocauit aetem cœlum, cum dixit: Volucres cœli comederunt illud. Rursus vocauit, vt dicit Augustinus, aerem cœlum, cum loquēs de nubibus dixit: Faciem cœli nostis iudicare. Si ergo firmamentum illud vocatum est cœlum, quod diuisit aquas ab aquis, & aer possit vocari cœlum, & diuidat aquas ab aquis, videt, quòd firmamentum possit dici aer, vel interstitium illud aeris, quod sic diuidit inter aquas in nubibus, & aquas hic inferius. Sciendum ergo, quòd Scriptura sacra licet possit adaptari multis expositionibus, semper tamen vna illarum est magis litteralis: vt illa, quæ magis concordat cum omnibus verbis istius textus. Nam expositio non litteralis non oportet, quòd concordet cum toto textu, sed sufficit aliqua esse in textu, quæ posimus adaptare ad expositionem illam. cum ergo in litteta habeatur: Fiant luminaria in firmamēto cœli, & cum ibi habeatur, quòd Deus fecit stellas, & posuit eas in firmamento cœli, oportet, q firmamentum cœli diuidens aquas ab aquis sit cœlum, vbi sunt stellæ, quod vocamus cœlum sidereum. Si ergo alias adaptationes volumus facere, possumus. Sed ista videtur magis litteralis.

Aer pro cœlo. Matt. 16.

Matt. 16. Luc. 12.

Litteralis expositio debet concordare cū textu, non litteralis nō oportet.

A in nubibus eleuatis, ex quib⁹ videmus fieri pluuiam. Sed si vellemus cataractas cœli vocare corpora supercœlestia, diceremus cataractas cœli esse signa, vel sidera, quæ habent efficere pluuias. Cataractæ ergo cœli ideſt signa, vel sidera, vel planetæ, quorum est facere pluuiam, ita fuerunt tunc congregata, & tantam pluuiam fecerunt, quòd vtæ sunt cataractæ apertæ, cum ex eis tanta pluuia causaretur, & tanta descenderet.

Ad tertium dicendū, quòd bene patitur Scripmra sacra, quantæcunque auctoritatis existat, quòd exponatur. Vnde ille idem August. qui dixit tantę auctoritatis esse Scripturam sacrā ait: B Quocunque modo ibi, ideſt super firmamētum sint aquæ, ibi tamen eas esse non dubitamus. In textu ergo Scripturæ sacræ non dicitur, quales sunt ille aquæ, sed dicitur ibi esse aquas. Non autem debemus ad miraculum recurrere, vbi secūdum naturas institutas possumus Scripturam sacram exponere. Dicemus ergo tales esse illas aquas, quales possunt esse supra cœlum, & ideo cum nullæ res corporales possint esse supra cœlum secundum naturas institutas, nisi sint naturæ cœlestis, erunt illæ aquæ naturæ cœlestis.

ARTIC. II.

C *An Firmamentum cum elementis eiusdem sit naturæ. Conclusio est negatiua.*

D. Tho. 2. sent. d. 14. art. 2. D. Bonau. d. 14. art. 1. q. 2. Ric. d. 14. q. 3. Landul. d. 14. q. 1. Gorr. d. 14. q. 1. Ioan. Gand. 1. cœli q. 12.

Secundo quærimr: Vtrum firmamentum sit eiusdem naturæ cum istis elementis. Et videtur, quòd sit naturæ aqueæ, quia Magister in littera dicit, quòd cœlum, vbi fixa sunt sidera est factum de aquis. sed quod est tale, est naturæ aqueæ, & est eiusdem naturæ cum istis elementis, ergo &c. D

Præterea Angu. 2. super Gene. ait, q super aerem purus ignis dicitur esse cœlum. Vnde etiam sidera, atque luminaria facta coniectant, & vt dicit Magister in littera: iste Angu. consentit huic opinioni, q firmamentum sit naturæ igneæ, & q stellæ factæ sint de igne.

Præterea inconueniens videtur, q de præstātioti elemento non fiat specialis mentio in littera Gene. sed ibi fit mentio de terra, de aqua, & de abysso, quæ fuit aer inuolutus aquis de cœlo, & de firmamento: oportet ergo, q ignis, quod est nobilissimum elementorum, intelligatur per aliquod istorum: sed non per cœlum, quia per illud intelligitur cœlum Empyreum,

nec

Resp. ad arg. art. 1.

Ad primum dicendum, quòd secundū Augu. Scriptura sacra etiam parvulis congruens nullius generis verba vitauit. Vnde in scriptura sacra: Et agnus pedicat, & elephas natat. Quædam enim verba familiaria profert scriptura sacra, quæ laici quasi agni simplices intelligunt etiam non eleuati a terra, sed pedicantes, & se tenentes in terra, & sub illis verbis familiaribus latēt tanta mysteria: vt elephātes ideſt magni, & subtiles clerici natent, & non possint ibi fundum attingere. Scriptura ergo sacra illud cœlum Cryſtallinum vocat aquas, vt simplices, & grossi possent de eo aliquem intellectum habere, videlicet, quòd habeat aliquam similitudinem cum istis aquis, vt quia est dyaphanum, vt sunt istæ aquæ. Tamen non oportet ex hoc, quòd per omnia assimiletur istis aquis, & quia non est formaliter frigidum, sicut sunt istæ aquæ, non est eiusdem naturæ cum eis.

Pedico non est verbum latinum, qſi latum. & cū diphtongo est verbum obscenum. Author hic non inuenit. sed pro eo legi potest: pedo, as. quod est ambulare.

Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur, quòd cataractæ cœli apertæ sunt; ibi cœlum potest stare pro aere. & cataractæ pro nubibus. Tāta enim fuit tunc inundantia aquarum, & ita nubes se aperiebant, & immitebant aquam, quòd videbantur illæ nubes cœli, ideſt illæ cataractæ aeris omnino apertæ propter tantam emissionē aquarum. Et ista videtur expositio magis litteralis, quòd non ex aquis supra firmamentum fierent illa pluuia, quod esse nō posset: sed ex aquis

Cataractæ cœli quomodo apertæ sint.

nec per alia elementa, intelligitur ergo per firmamentum.

Præterea semper agens assimilat sibi passum, sed videmus aliqua corpora supercælestia calefacere, ergo ipsa sunt calida. sed omne calidum aut est ignis, aut participat naturam ignis, cum esse primum calidum competat igni, ergo &c.

Præterea esse corpus subtilissimum dicitur competere igni. sed quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, vt potest haberi ex 10. Metaph. ergo quicquid erit corpus subtilissimum, vel erit ignis, vel participabit naturam ignis. sed cœlum est corpus subtilissimũ, ergo &c.

Arist. 1. coel. 26. &c.

IN CONTRARIVM est. quia cœlum à Philosophis appellatur quinta essentia per differentiam à quatuor essentijs quatuor elementorum. ergo non est de natura, nec de essentia alicuius quatuor elementorum.

Præterea quodlibet quatuor elementorum est corruptibile: cœlum autem est incorruptibile. sed corruptibile, & incorruptibile differunt genere, vt vult Philosophus in 10. ergo cœlum non solum non est de natura alicuius elementorum, sed differt genere à quolibet eorum.

Arist. 10. Met. t. c. 24.

RESOLVTIO.

Cœlum aqueum eiusdem rationis cum his inferioribus, non nisi secundum quid, materialiter, & analogicè: hoc est: diaphanceitate, & claritate.

Cœli natura apud priscos Philosophos

RESPONDEO dicendum, quòd de natura cœli multi multipliciter sunt locuti. Nam & primi Philosophantes omnia corpora posuerunt eiusdem naturæ, & secundum quòd variabantur loquendo de principijs, sic variabantur loquendo de principiatis. Nam aliqui principium omnium posuerunt aerem, & ex illo faciebãt omnia alia: Alij ignem: Alij athomos, ideſt corpora quę iam indiuisibilia. Cuius opinionis fuit Democritus, cui fuit curę de omnibus dissererre. Nam per alios, & alios athomos, vel per eosdem athomos aliter, & aliter dispositos reddebat rationem de omnibus. Empedocles autem posuit sex principia rerum, quatuor elementa, & litem, & amicitiam. Quando ergo quatuor elementa amicabantur in compositione alicuius rei fiebat generatio illius rei: quando autem per litẽ se separabant, fiebat corruptio eius. Cœlum autem dixit incorruptibile. quia in compositione eius non intrageneratis, per quam posset corrumpi. Posuit ergo cœlum compositum ex quatuor elementis sine lite. Omnes ergo primi Philosophantes posuerunt cœlum de natura elementorum. Philosophus autem dixit ipsum esse alterius naturæ ab istis elementis. Nam cum omnia, quæ sunt hic inferius, sint elementa, vel mixta ex quatuor elementorum, vel ex aliquibus eorum, sicut sunt ea, de quibus determinator in Meteoris, vt nubes, pluuiæ, venti, & talia omnia ista, vel sunt grauia, vel leuia. ipsa etiam mixta, quæ sunt composita ex omnibus elementis, sortiuntur locum ab aliquo elemento, quia secundum quantitatem molis dominatur in eis: cœlum ergo cum secundum Philosophum in primo cœli, & mundi, non sit graue, neque leue, non est de natura alicuius istorum. Sed sicut dissenserunt inter sa Philosophi ipsi, ita & Sancti videntur inter se de hoc discrepare. quia Dionysi. 4. de Diui. nomi. loquens de substantia cœli ait, quòd non est augmentabilis, non est minorabilis, sed ast inuariabilis, & concordat cum Philosopho dicente, cœlum non suscipere peregrinas impressiones. propter quod secundum materiam est semotum ab omnibus istis. Augustinus vero videtur magis sequi Platonem, vel alios Philosophos, quàm Aristotelem. videtur enim consentire illi opinioni, quòd de igne facta sint lumina cœli, vt habetur in littera. Vt ergo inter tot diuersitates aliquam veritatem conferamus; Dicemos cœlum esse eiusdem naturæ cum istis inferioribus; potest intelligi tripliciter. Aut secundum quid, & materialiter: Aut per aliquam assimilationem, vel analogiã: Aut simpliciter, & formaliter. Si intelligatur secundum quid, & materialiter, possumus concedere sic esse. Nam materia cœli si esset absoluta ab omni forma esset eadem: vel non haberet per quid differret ab ista materia, sicut ꝓbauimus supra per Augustinum, quòd cœlum habet eandem materiam cum istis terrenis; sed specie longe distat ab eis. Hoc ergo modo potest dici cœlum factum ex aqua. quia materia illa informis, de qua facta fuot omnia in scripturis vocata est aqua. Materia enim est penitus informis, secundum quem modũ est eadem in cœlo, & in istis inferioribus, potest dici aqua. quia sicut in huiusmodi materia est aptitudo ad recipiendum formas, sic in aquis est apotudo ad recipiẽdum imagines faciẽrum, & aliquarum formarum. Ipsa etiam Scriptura sacra corpora cœlestia vocat aquas.

Cœlum est eiusdem naturæ cum istis inferioribus, tripliciter intelligitur.

Materia specialiter aqua dicitur supra d. 12. in 2. dub. Intrea ſ. intelligitur.

Secondo potest intelligi cœlum esse eiusdem naturæ cum istis inferioribus per quandam assimilationem, & analogiam, & hoc esse non poterit nisi in duobus, in dyaphaneitate, & claritate. secundum hoc ergo poterit conuenire cum igne quãrum ad luciditatem: & cum aqua, quãtum ad dyaphaneitatem. habet enim cœlum suas stellas cadentes, vt quando vspores ficci ascẽdunt vsque ad locũ, quò attingit calor ignis, succenduntur, & videntur esse stellę cadentes. Dicta ergo Sanctorum non sunt ad prauum sensum adapranda, nec calomnioſe improbaoda, sed ad bonum intellectum reducenda, & piè interpretanda. Ipsi ergo cœli quantum ad dyaphaneitatem possunt dici esse facti de aqua. qa secundum dysphaneitatem habent quandam analogiam, & quandam assimilationem cum aqua. propter luciditatem possunt dici facti ex igne,

Auctoritates Sanctorũ sunt piè interpretandæ.

Arist. lib. 1. coeli.

igne, vel possunt dici ignei, quia in hoc concordant cum igne.

Tertiò verò si dicatur cœlum eiusdem naturæ cum istis simpliciter, & formaliter: nullo modo stare potest hoc, nec etiam quantũ ad formã, vt est principium motus. Nam aliqua sunt grauia, & mouentur ad medium: & aliqua leuia, & mouentur à medio. aliqua neutra, neque grauia, neque leuia, & mouentur circa medium. omnia autem hæc inferiora, vel sunt grauia, & mouentur ad medium: vel sunt leuia, & mouentur à medio. Cœlum autem longè distat secundum naturam ab eis. nam nec est graue, nec est leue, nec ad medium, nec a medio mouetur, sed circa mediũ, quæ omnia habent declarari in primo cœli, & mundi.

Grauia, & leuia qũo mouentur.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd firmamentum dicitur esse factum ex aquis tóne illius informis materiæ: ex qua facta sunt oĩa, & hoc modo diuidit inter aquas, & aquas, quia diuidit inter cœlum aqueum, quod est supra ipsum, & istas aquas inferiores, quæ sunt ab ipso. Vel diuidit inter aquas, & aquas, quia diuidit inter cœlum aqueum, quod est supra ipsum, & primum mobile, & sphæras Planetarum, quę sunt sub ipso. Omnes enim planetæ sunt sub cęlo sidereo, quod dicitur firmamentum: sphæræ ergo Planetarum, quæ sunt sub firmamento, possunt dici aquæ ratione dyaphaneitatis, & ipsum cœlum aqueum, quod est supra firmamentum, potest dici aquæ propter dyaphaneitatem. Firmamentum ergo modo, quo diximus, est inter aquas, & aquas. Ipsum ergo firmamentum quãtum ad dyaphaneitatem nõ debet dici aquę, quia non est dyaphanum, nec transparens, sicut sunt sphæræ Planetarum, & cęlum aqueum: inter quæ situatum est firmamentum. Si autem dictum firmamentum potest dici aquæ: hoc erit solum ratione materiæ: prout factum est de illa materia, quæ, vt informis, in scripturis vocata est aqua.

Firmamẽti qũo fuit ex aquis.

Firmamẽti qũo dicũ dũt aquas ab aquis.

Ad secundum de August. dici potest, quòd luminaria cœli facta luni de igne, & cœlum dicitur naturæ igneæ, non à calore, sed à splendore, cum in splendore habeat aliquam assimilationem ad ignem, vt ad ignem, qui est carbo. quia sunt aliquæ Stellæ rubeæ cadentes, quasi, vt ignis carbo. Cuiusmodi est planeta ille, qui dicitur Mars, qui totus videtur igneus. Vel est ista similitudo ab igne, qui est flamma, sicut sunt quædam Stellæ clarę, quæ videntur lucentes, quasi quædam flammæ. Vel erit ista similitudo quantum ad ignem in sphæra sua: vbi est dyaphanus, & transparens, & sic poterit esse similitudo cœli ad ignem quantum ad suas partes dyaphanas, & transparentes.

Luminaria qũo dicũtur facta ex igne.

Ad tertium dicendum, quòd de nobilissimo elemento, vt est de igne, non fit mentio in Genes. sub propria forma. quia Moyses loquens populo rudi, qui de igne in sua sphæra, vbi est purum elementum, non poterat habere sufficientem cognitionem: ideo subticuit, nec sub proprio nomine locutus est de ipso. sic etiam non est locutus de aere, quia aer est inuisibilis, & impalpabilis. sed Rabi Moyses, vult quòd de omnibus elementis locutus sit Moyses, quia locutus est de terra, & aqua, quæ sunt elementa grauia. Locutus est de aere, cum dixit: Spiritus Domini ferebatur super aquas, quia aer potest dici spiritus, qui naturaliter est super aquas. Locutus est etiam de igne enm dixit: Quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Nam abyssus tũc significabat aerem admixtum aquis: super cuius faciem, vel in cuius superficie erant tenebræ, idest erat ignis, qui potest dici tenebra, quia in sua sphæra non lucet. Quod autem dicit Rabi Moyses de tenebris, & de igne placet nobis. Nam & nos supertus dicebamus, quòd per tenebrat super faciem abyssi poterat intelligi sphæra ignis. Quod verò dicit de spiritu Domini, quòd possit per hoc intelligi aer, nullo modo placet. Nam licèt aer posset dici spiritus, tamen quando additur ibi Domini, quia per hoc significatur Spiritus sanctus, secundum literalem sensum nõ est exponẽdum de aere.

Idem fupra d. 13. art. 1. q. 1.

Ad quartum dicendum, quòd semper agens assimilat sibi passum. Sed ista similitudo non est semper vniuoca: vt si corpora cœlestia calefaciunt ista inferiora, quòd sit vniuocè calor in his, & in illis. Dionysius enim 2. capite de diuin. nomin. vult, quòd quæ sunt causatorum, abundanter, & substantialiter præinsunt causis. & in eodem etiam capite vult, quòd non est diligens comparatio de causatis, & causis, quia habẽt quidem causata causarum contingentes imagines. ea ergo, quæ sunt causatorum, abundanter insunt causis. quia causæ aliquando habent excellenter, & abundanter ea, quæ habent causata: vt si à corporibus supercęlestibus causatur calor in istis inferioribus, erit in istis calor formaliter: & in illis erit excellentiori modo, quia erit in eis virtualiter, & non formaliter.

Agens qũo semper assimilat sibi passum.

Rursus: Si diligenter inspiciamus: non semper est vniuoca comparatio causatorum ad causas. quia non semper causata sunt sufficientia ad recipiendum ea, quæ sunt causarum in tanta excellentia, in quanta habent causæ. sed recipiunt ex causis quasdam imagines. imago enim secundum Philosophum in Topicis ab imitando est dicta, quasi imitago. causata ergo recipiunt aliquando à causis imagines, i. imitagines contingentes. quia tantum recipiunt de suis causis, & in tantum imitantur eas: quantum potest eis contingere, & quantum possunt capere.

Imago secundum Aristotelem vnde dicta.

Ad quintum dicendum, quòd ignis est corpus nobilissimum inter elementa, & inter ea, quæ sunt in sphæra actiuorum, & passiuorum: & est formalius, & dignius omnibus elementis, inter quæ semper rariora sunt digniora: sed non oportet, q̃ ignis sit subtilior cœlo: nec est illa

Ignis mẽrio cũr non fiat sub propria nomine in Genes.

comparatio inter cœlestia, quæ est inter elementa: vt sicut rariora in elementis sunt digniora: ita in cœlestibus rariora sunt digniora, quia Stella est spissior, & densior pars sui orbis. quare si in elementis rariora sunt digniora: in cœlestibus autē spissiora sunt digniora, quia Stella est spissior, & nobilior orbe.

Stella est densior pars sui orbis.

ARTIC. III.

An motus Firmamenti sit à sua forma naturali.

Conclusio est negatiua.

D. Th. 2. sent. d. 14. ar. 3. D. Bon d. 14. ar. 3. q. 2. Ric. d. 14. q. 6. Biel. d. 14. q. 1. Brulef. d. 14. q. 5 Gorr. d. 14. q. 2.

QUERITVR de motu firmamenti: quomodo sit ille motus.

Et videtur, quòd sit per suam formam naturalem. Et secundum Philosophum in de cœlo, & mundo: motus cœli est naturalis: sed illud, quod est naturale; cum natura principaliter dicatur de forma; est per formam naturalem existentem in ipso: ergo, &c.

Lib. 1. tex. c. 14.

Lib. 2. t. c. 1. Præterea: dicitur in 2. Physicorum, quòd natura est principiū motus, & quietis eius, in quo est. quod ergo demus in alijs mobilibus, quòd habeant in se principium motus: vt, quod graue habet in se formam grauis, per quam mouetur, & non demus hoc in cœlo, quòd habeat in se formam naturalem, per quam moueatur: nō videtur conueniens: ergo, &c.

Tex. c. 14. Præterea secundum Philosophum in 8. Physicorum: cœlum mouetur ex se: ergo est diuisibile in duo: quorum vnum est per se mouens, & aliud per se motum. sed omnis talis motus est ab anima, vel omne sic mouens est animatum, & tunc idem, quod prius. cœlum ergo, &c.

Lib. 2 Phys. tex. c. 2. Præterea Philosophus dat hanc differentiam inter naturam, & artem, quia res artificialis ex eo, quòd est talis, nullum consequitur motum, vt arca, vel scānum, secundum quòd talia, nullum consequuntur motum: sed ex eo, quòd sunt quoddam lignum, vel quoddam mixtum naturale, in quo dominatur elementum graue: habent suum motum. cœlum ergo ex natura, quæ est in seipso, habebit suum motum.

Natura, & eius quid differt quātū ad motum.

INCONTRARIVM est, quia cœlum dicitur moueri ab intelligentia: ergo non mouetur à sua forma naturali.

Præterea opus naturæ dicitur esse opus intelligentiæ, quia est opus motorum orbium: ergo motores orbium sunt intelligentiæ.

RESOLVTIO.

Cœli à sua intelligentia, non autem à sua naturali forma mouentur, nec ab anima informante, qua præditos esse hactenus affirmamus.

RESPONDEO dicendum, quòd forma naturalis cœli est illa, ex qua cum materia cœli fit vnum secundum esse: vel ergo cœli sunt animati, vel inanimati: loquimur aūt de animatione simpliciter, non de animatione, secūdū quendā modum. Secundum hoc ergo, quòd possunt dici nnimati, vel inanimati: potest esse triplex opinio de motu cœli. vna, quòd cœli sunt inanimati, sicut sunt elementa, & mouentur à sua forma naturali, sicut mouentur elementa: alia, q̄ cœli sunt animati, sicut sunt animalia, & mouentur à sua anima, sicut mouentur animalia. Tertia opinio potest esse de motu cœli, quòd cœli nō sint animati simpliciter, nec fiat ex anima cœli, & cœlo vnum fm esse, sed solum fm operationem: vt ex hoc cœli non dicantur viuere fm quendam modum: prout motus eorum influit eis motū, qui est quoddam opus vitæ. cœli ergo nō mouebūtur à sua forma naturali simplici sicut elementa: nec à sua anima, quæ cum materia cœli faciat vnum secundum esse; quia cœli non habent talem animam: sed mouētur à suo motore appropriato. i. ab intelligentia, & hæc tertia opinio est vera: primæ autem duæ sunt falsæ.

Cœli nō sint animati.

Sciendum ergo, q̄ si cœlum moueretur à sua forma naturali: tria inconuenientia sequerētur. Primo, quia esset extra suum locum naturalem. Secundo, quia moueret se per accidens. Tertio, quia moueret se in non tempore.

Propter primum sciendum, q̄ aliquo modo possumus loqui de motu ad vbi, sicut loquimur de motu ad formam. quia materia naturaliter apperit formam, quia est priuata illa forma. Vnde secundum Philosophum in 1. Phys. reprehēsibilis est Plato, qui delpexit priuationē, quia materia appetit formam, sicut fœmina masculū, & turpe bonum. vbi vult Comment. q̄ quicquid sęminacitatis. i. quicquid defectus, & quicquid turpitudinis habet materia, hoc est ex priuatione. materia ergo non appetit formam sibi naturalē; oiū, quia est priuata illa. Sic ergo: si cœlum mouetur per suam formam naturalem, esset priuatū suo loco naturali, & esset extra suum locum naturalem, quod est inconueniens.

Cœli nō mouentur à sua forma naturali

Lib. 1. Phys. tex. c. 12.

Secundum inconueniens sic paret: quia si cœlum moueretur à sua forma naturali, moueret sa ipsum per accidēs. nā ille, qui dedisset ei illā formā, & illā naturā, moueret cœlū per se, & cœlum cōstās tali natura, ex qua sibi cōpeteret talis motus, seipsum moueret per accidēs, sicut diximus de gravibus, & levibus, q̄ mouent à gñante essentialiter, & per se, qui dedit eis formā gravis, vel laevis: à seipsis verò mouent per accidēs. Quòd autē motus ille, qui est causa omniū aliorū motuū, sit per accidens, non videtur consonum rationi.

Tertium

Tertium inconueniens sic ostenditor, quia si talis esset motus cœli: esset in non tempore. Dicebatur enim, quòd suo modo loquendum est de motu ad vbi, sicut loquimur de motu ad formam. si enim nulla contrarietas esset in materia, quæ impediret, vel prohiberet introductionem formæ: in instanti introduceretur forma. Propter quod videmus hæc in formis intentionalibus, & in illuminatione aeris, quòd fiunt in instanti. quia in medio vbi recipiuntur non est contrarietas, neque repugnantia ad illa: sic, & si in medio non esset resistentia, in instanti esset graue deorsum, & leue sursum. Torum enim tempus, quod apponitur in motu grauis, vel leuis est propter impedimentum, vel propter resistentiam medij, quòd si nó resisteret medium motui grauis, sicut nó resistit multiplicationi lucis: & sicut in instanti se facit lux ab oriente in occidens, sic in instanti se faceret grauia à sursum ad deorsum: cum ergo in motu cœli nihil sit resistens, vel non moueretur graue, vel motus eius esset in non tempore.

A

B

Dub. I. Lateralis.

An ratione mobilis in motu rei naturalis requiratur tempus.

Conclusio est affirmatiua.

C

VLTRARIVS forte circa hoc dubitaret aliquis, quare in motu rei animatæ, quæ est per formam suam apponitur tempus: dico, quòd non esset resistentia medij in motu grauis, vel leuis: non apponeretur tempus, si non esset resistentia medij.

Dicendum, quòd motus animalis est contra naturam corporis mobilis. quia corpus animatum, cum dominetur ibi elementum graue: non est aptum natum moueri nisi deorsum naturaliter. cum ergo moueatur ad omnem differentiam positionis: oportet, quòd sit ille motus contra naturam mobilis, vel cum resistentia mobilis: ideo, si nulla ibi esset resistentia medij ad mobile, esset ibi resistentia mobilis ad motorem: propter quod non fieret talis motus in tempore, sed in motu grauis forma substantialis grauis mediante grauitate per accidens mouet ipsum graua, scindendo medium, & remouendo prohibens, quia propter nihil aliud apponitur ibi tempus. nam si non esset ibi medium prohibens in instanti graue faceret se deorsum. Forma enim grauia cum sua grauitate est ibi principium mouendi actiuè, & materia grauis est ibi principium mouendi passiuè. Et quia in hoc motu nullam potest habere resistentiam materia grauis ad suam formam: nullo modo potest apponi tempus in motu grauis, nisi ex resistentia medij, non ex resistentia mobilis. Si ergo cœlum moueretur per suam formam naturalem, quæ dat sibi esse: oporteret, quòd hoc fieret per aliquam qualitatem, quam nescimus nominare: sed vocamus eam neutram, quia nec est grauitas, nec leuitas. nullus enim actus secundum Commenta. in 6. Metaph. procedit à forma substantiali, nisi mediante aliqua qualitate. Forma ergo cœli cum illa qualitate esset principium mouendi actiuè: materia vetò cœli, sine vlla resistentia esset principium mouendi passiuè. cum ergo in motu cœli non sit resistentia medij, si nulla esset ibi resistentia mobilis, vel non moueretur cœlum in instanti: se faceret ab oriente in occidens; sicut, si nó esset resistentia medij, nó moueretur graue, vel in instanti se faceret à sursum deorsum.

Qualitas neutra.

Actio nulla est à forma substantiali immediatè.

Sed dices, si mooeretur graue sine resistentia medij: prius esset graue in parte superiori, quàm in parte media, & quàm in termino motus. Dicemus, quòd istrum est laborare circa impossibile, quia ad impossibile quasi sequitur quodlibet. Ad formam tamen arguendi dicemos, quòd etsi lux facit in toto medio, fecit in instanti, tamen lux prius generatur in parte medij propinqua corpori lucido, & per illam in parte alia magis propinqua, & sic de alijs: sed istud prius, & posterius est origine non tempore, vel dicemus, quòd est ibi mutationum successio. sed quia quælibet talis mutatio fit in instanti: omnibus istis mutationibus sic se succedentibus, non duratione, sed causaliter: non respondet ibi nisi vnum instans in tempore. nam sicut in eodem instanti fit illuminatio aeris: multiplicatio colorum, & visio: & cum illuminatio aeris sit causa multiplicationis, & multiplicatio colorum sit causa visionis: origine ergo, & causalitate istæ mutationes se præcedunt: sed non tempore, vel duratione; sic origine, vel causalitate graue prius esset in vna parte medij, quàm in alia, sed non duratione, vel tempore.

Sed dices, quòd impossibile est idem simul esse in diuersis locis. Dicemus, ꝙ Aug. 11. super Genes. circa finem vult, quòd prius, & posterius steor bene simul, vt prius se diffundit lux circa principium spatij, quàm circa medium, vel finem: & tamen tota se diffundit simul. vel possumus dicere, ꝙ ista impossibilitas accidit ex impossibilitate positionis, quòd fiat motus localis sine resistentia mobilis, vel medij.

Tomo 3.

Prius, & posterius simul stare possunt.

D

Dub. II. Lateralis.

An motus cœli perpetuus esse posset, si vnum per se ex anima cœli, & cœlo ipso fieret. Conclusio est negatiua.

VLTERIVS fortè circa hoc dubitaret aliquis: Vtrum si fieret vnum ex anima cœli, & cœlo secundum esse. posset mouerì cœlum ab illa anima.

Cœlum si esset animatum, nõ posset moueri perpetuò ab anima sua.

Dicendum, quòd impossibile est, cœlum esse sic animatum. dato tamen, quòd esset possibile: oporteret cœlum habere animã sensitiuam, & oporteret cœlum habere virtutes organicas, & non posset perpetuari motus cœli, sed lassaretur anima cœli mouendo cœlum. quæ omnia sic patent. nam illa anima cœli, vel esset intellectiua, vel non. Incommueniens enim esset, quòd corpus tam mobile, & incorruptibile nõ haberet animam intellectiuam, & quòd non apprehenderet vniuersale bonum, cum cœlum moueatur propter vniuersale regnum vniuersi, sed cum intellectus coniunctus corpori teneat infimum gradum in genere intelligibilium: non poterunt ibi esse essentialiter gradus, & non poterunt ibi esse duo corpora differentia specie habentia tanquàm specificas formas, animas intellectiuas. Dato tamen, quòd hoc esse posset: oporteret, quòd illa anima intellectiua haberet vim sensitiuam, & haberet virtutes organicas. Sic enim imaginabimur, quòd conuersio ordinatur anima humana ad corpus, & Angelus. quia anima humana immediatè per essentiam coniungitur corpori. & quia corpori est coniuncta essentia animæ: sunt corpori coniunctæ potentiæ, quæ fundantur in essentia animę, vt intellectus, & voluntas: ita, quòd anima per intellectum, & voluntatem, quia per eas immediatè non attingit corpus: non potest immediatè mouere corpus. oportet ergo, quòd habeat aliquas virtutes organicas, per quas immediatè attingat corpus, & per quas immediatè moueat corpus, quæ virtutes organicæ non sunt sine sensu, & sine irascibili, & concupiscibili, quæ sunt aptæ natæ obedire rationi. In Angelo autem est econuerso. quia Angelus non est forma corporis, & non fit vnum ex Angelo, & corpore secundum esse, & secundum operationem, cum operatio egrediatur immediatè à potentia; Angelus primum attingit corpus per suam virtutem, & per suam potentiam, & mediante virtute attingit ipsum corpus per essentiam.

Angelus potest mouere corpus immediatè per intellectũ, & voluntatem.

Angelus ergo per intellectum, & voluntatem potest immediatè mouere corpus. Non autè anima, quæ est forma corporis: si ergo intelligentia, quæ est motus orbis, esset verè anima eius, & fieret ex ea, & cœlo vnum secundum esse: oporteret eam habere virtutes organicas, per quas immediatè attingeret cœlum, & moueret cœlum. Cum ergo cœlum non possit moueri à substantia simplici: quia, vel non mouebitur, vel moueretur in non tempore; nec ab anima, quæ faciat cum eo vnum secundum esse: quia siue illa anima esset intellectiua, siue sensitiua: oporteret, quòd moueret cœlum per virtutes organicas. quod de sensitiua non est dubium, nec de intellectiua, cum anima intellectiua per virtutes non organicas non possit immediatè attingere corpus. sed cum virtutes organicæ lassarẽtur ex suis operibus: non posset perpetuari motus cœli: si fieret ab anima, quæ faceret cum cœlo vnum secundum esse; moueretur ergo cœlum ab intelligentia habẽte esse separatũ à cœlo, qui est motus appropriatus cœli, & potest dici anima cœli; & potest dici per illam animam vinit cœlum, non simpliciter, sed inquantum illa anima influit cœlo motum, qui est quoddam opus vitæ.

Motus cœli vide.

Hoc ergo modo possumus saluare motum cœli fieri in tempore. quia eo ipso, quòd motor habet esse distinctum à mobili, & est mobile in alio vbi; vel est aliter in vbi, quàm motus velit, intelligitur esse quædam resistentia mobilis ad motorem. sed quando principium motus est ex forma mobilis, sicut in grauibus: vel etiam ipsa forma est motus corporis, sicut in animalibus, cum fiat in talibus vnum secundum esse, & mobile, non habeat esse distinctum a motore, vel ab eo, quod est principium motus, oportet quærere resistentiam, vel ex granitate mobilis, vel ex impedimento medij, vel ex vtroq;, vt saluemus ibi rationem motus.

Motus cœli quo fit in tẽpore.

Hoc etiam modo possumus saluare motũ cœli posse perpetuari, quia cum mobile sit proportionatum moueri, & motor moueatur immediatè per virtutem non organicam: circa quam propriè non contingit lassitudo, poterit perpetuari motus cœli.

Motus cœli quo fit perpetuus.

Recitare autem hic opinionem Auicen, quòd Deus prima creauit primam intelligentiam, & ab illa creata est anima primi cœli, & ab aliqua primi cœli creata est substantia corporea primi cœli, & sic per ordinem ascendere ad alios cœlos, non est præsentis negotij, quia abhorrent aures fidelium, cum audiant intelligentias, vel Angelos, vel quascunque creaturas posse aliquid creare, immo ipsis Angelis, quantum ad materiã horum corporalium, non damus virtutẽ, vel potentiam: nisi quantum ad motum localem. Dicimus enim, quòd corpora non obediunt eis in motu ad formã, sed in motu ad vbi.

Dub.

Dub. III. Lateralis.

An motus cœli sit naturalis. Conclusio est affirmatiua.

Idq; tripliciter.

Th. Arg. d. 14 q. 1. ar. 1. Biel. d. 14. q. 1. Bacc. d. 16. q. 1. Dur. d. 14. q. 2.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis. quomodo motus cœli sit naturalis. Nam secundum Comment. non est naturalis: nisi quia habet naturam habilem ad talem motum. non est autem naturalis, quòd natura sua sufficiat ad agendum huiusmodi motum: sed, quòd ab intelligentia, siue à motore appropriato, qui dicitur anima cœli effectiuè, sit cœli motus.

Aduertendum ergo, quòd cum motus cœli sit perpetuus, sit circa medium, & sit circularis: possumus triplicem habilitatem assignare in cœlo naturalem: quare tali motu naturaliter moueatur, vt sit Prima habilitas ex natura formæ substantialis cœli. Secunda ex natura qualitatis eius. Tertia ex natura quantitatis ipsius.

In cœlo. n. quòd moueatur perpetuo, possumus assignare habilitatem ex parte suæ formæ substantialis: cui non est annexa contrarietas. Vnde Comment. in 12. hanc causam assignat in corruptibilitatis cœli dicens: In corpore quidē cœlesti non est potentia, vt corrumpatur, quia non habet contrarium: ergo est habilitas in cœlo, quòd motus eius sit perpetuus, vel possit perpetuari, donec compleatur numerus electorū, quia est incorruptibile, & habet formam substantialem, cui non est annexa contrarietas, nec priuatio formæ contrariæ.

Secundo in cœlo est habilitas, cum motus eius non solum sit perpetuus, sed etiam sit circa medium ex natura qualitatis eius. quia qualitas eius nō est grauitas, propter quam moueatur ad medium: nec leuitas per quam moueatur à medio, sed qualitas eius erit neutra. i. nec grauitas, nec leuitas: per quam habet habilitatem, vt semper moueatur circa medium.

Tertio in cœlo est habilitas, vt motus eius sit circularis ex natura quantitatis eius, quia naturaliter habet quantitatem rotundam, & circularem: per quam habet habilitatem, & est aptum natum, vt circulariter moueatur, propter has autem habilitates naturales dicitur motus cœli esse naturalis.

Maris fluxus, & refluxus vñ. Vide infra in dub. 1. lateralis.

Possumus autem, & aliter ostendere motum cœli esse naturalem. nam quicquid est à causa superiori est naturale secundum Comment. Propter quod fluxus, & refluxus maris est naturalis, quia est à causa superiori, & sequitur motum

A Lunæ, vel aliam causam superiorem. vt quia per calorem Solis, quando Sol transit directè super mare, fit tanta euaporatio maris, & fit tanta conuersio aquarum in aerem, quòd mare sic diminutum se retrahit. Ex parte verò Septentrionali fit tanta inspissatio aeris propter continuū frigus; & aer sic inspissatus tantam quantitatem conuertit in aquam, quòd aqua maris inde augmentata dilatat se, & hoc modo mare fluit, & refluit. Tantum ergo volumus habere ex istis, quòd esse aliquid à causa superiori est esse naturale: & quia à causa superiori, & ex ordine diuino est motus cœli per motores appropriatos, non potest dici naturalis. Fluxus, & refluxus maris.

B Possumus autem & tertiam causam assignare, quare sit naturalis. quia propter cōnexionem vniuersi naturale est, quod semper infima suprema motorum attingant suprema inferiorum. Vnde Diou. loquens de diuina essentia ait, quòd est omnia concordans, & est indissoluibilis omniū, & ordinis causa, & semper fines primorum coniungit principijs secundorum. Cum ergo spirituales creaturæ sint priores, & superiores corporalibus; infima in spiritibus attingunt suprema in corporibus: corpora ergo superceleſtia, quæ sunt corpora suprema, non mouentur per superiores Angelos, sed per inferiores, & hoc fortè voluit Auicen. in Metaphysica sua: quando ad mouendum quemcunque orbem cœlestem posuit intelligentiam, & animam: non intendens, quòd anima cœli faceret vnum secundum esse cum cœlo: sed hæc erat differentia secundum ipsum inter intelligentiam, & animam, quia natura intelligētiæ erat longè superior, & excellētior, quàm natura animæ cœli, & in intelligentia erāt vniuersaliores species, quàm in anima cœli: ita, quòd species in intelligentia non erāt proportionatæ propter sui vilitatem ad causandum motū cœli, qui est quid particulare: ideo inter intelligentiam, & cœlum posuit animam cœli habentem species minus vniuersales, & ex hoc habentem magis proportionatas ad causandum motū cœli. sed, quòd intelligentia superior non possit facere, quod facit inferior, est ridiculum cogitare. in talibus ergo non arguamus ex impotentia: vt quod non possit superior, hoc non possit inferior, sed ex indecentia, vt quia multoties non decet superiora, quæ decet inferiora. Indecens enim esset in superioribus, quòd mouerent cœlos. & quia iste ordo est secundum naturam, & naturalis, & resultat ibi secundum Diou. pulcherrima harmonia. & quia hoc ordine administrantur cœli, & mouentur ab intelligentijs: potest dici motus cœli modo, quo diximus, naturalis.

C

D Sed quæres quomodo intelligentia mouet cœlum, cum sit articulus, quòd est error, si dicamus, quòd sola voluntate intelligentia mouet cœlum.

Sciendum ergo, quòd in intelligētijs nō opus est ponere alias potentias ad agendum, vel ad mouendum corpora, quàm voluntatē, & intel-

lectum. Errorem tamen esse dicimus, quòd intelligentia per solam voluntatem moueat cœlum, & quòd per solum velle moueat cœlum: quia, quod non tangit, nõ agit, secundũ Philosophũ. Si ergo intelligentia per solam voluntatem posset mouere cœlum, sequeretur, q̃ existens in terra posset velle motum cœli. ergo in terra existens posset mouere cœlũ. quod dicimus esse falsum. oportet enim intelligentiam esse in cœlo, & applicare virtutem suam ad cœlum ad hoc, quòd moueat cœlum.

Possumus autem, & aliter saluare argumentum. Dicemus enim, quòd in voluntate non sunt similitudines rerum, sed in intellectu. Sic enim imaginabimur, quòd sicut à domo in anima fit domus in materia, vt declaratur in 7. sic à motu, qui est in mente Angeli fit motus, qui est in corpore cœli. quia natura corporalis obedit intelligentiæ quantum ad motum localem: non quantum ad motum ad formam. ergo per solam voluntatem non potest mouere cœlum, eum in voluntate non sit similitudo illius motus; nec per solum intellectum potest mouere cœlum, quia à similitudine motus, qui est in mente Angeli, non causatur motus in materia: nisi concurrat ibi velle Angeli. quia scientia speculatiua nõ est causa rerum, sed practica: ideo dicitur in Metaph. quòd idem est artificium, & volitum. Dicimus insuper, quòd intelligentia etiam per illa duo simul: per voluntatem videlicet, & intellectum non potest mouere cœlum: nisi hoc fiat eo modo, quo est aptum natum fieri, quia existens in terra quantumcunque intelligeret, & vellet motum cœli: non moueret cœlum. oportet enim, quòd existat in cœlo, & per potentias suas attingat cœlum, si vult mouere illud.

Cap. 6. 2. summæ.

Lib. 6. Met. Com. 2.

RESP. AD ARG. Ad primum patet solutio per iam dicta. quia patet, quomodo motus cœli est naturalis.

Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens aliquid ponere in inferioribus, quod nõ ponatur in superioribus. nam multa animalia sciunt facere ex naturali instinctu, quæ nesciunt homines: vt aranea ex naturali instinctu facit telam, & hirundo nidum: & canicula quando facit filios scit quomodo se debet habere ad eos: vt si facit eos inuolutos cum pellicula, statim illã pelliculam cum dentibus lacerat: & si mulier sic pareret, & non haberet obstetricem secum: crederet fecisse monstrum, vel abortiũ, sed licèt hæc sint in bestijs, & non in homine; homo tamen propter intellectum est nobilior eis, sic & in proposito: licèt graue habeat in se principium motus, & quietis, & per accidens moueat seipsum, quod non potest facere cœlũ: nobilius est tamen cœlum omnibus alijs corporibus, & habet nobiliores motores, quia habet intelligentias. nec ipsa grauia mouent seipsa per se, sed mouentur à generante, quod est longè ignobilius, quàm intelligentiæ, quæ mouent cœlum.

Ad tertium dicendum, quòd cœlum mouetur ab anima, idest à motore suo appropriato: non autem mouetur ab anima, quæ faciat cum eo vnum secundum esse.

Ad quartum dicendum, quòd in ipso cœlo est natura quædam, quod moueatur sic. sed illa natura non est effectiua talis motus, sed est habilitans ad talem motum.

ARTIC. IIII.

An Firmamentum dici debeat octaua sphæra. Conclusio est affirmatiua.

QVARTO quæritur de ordine Firmamenti ad alios cœlos, quo sit in ordine respectu cœlorum. quod est quærere quot sunt cœli.

Et videtur, quòd Rabanus male assignet numerum cęlorum. Dicit enim esse septem cęlos: Empyreum, Chrystallinum, Sidereum, Igneum, Olimpyum, Aethereum, & Aereum.

Rabanus quot cęlos ponat.

Sed contra: In omnibus his non assignatur cęlum, quod videbat ascendere Lucifer: de quo dicitur Esa. In cęlum conscendam. Non potest enim intelligi de cęlo Empyreo, quia in illo erat, intelligitur ergo de cęlo supra Empyreum. sed omnes cęli nominati sunt infra Empyreum: ergo, &c.

Esa. 14.

Præterea: præter omnes dictos tales sunt cęli septem Planetarum: ergo male numerantur cęli, quia non sunt 7. sed 14. vel etiam plures, computatis cęlis nominatis à Rabano.

Præterea: inter cęlos nominatos à Rabano, nominatur aer, & ignis, quæ sunt elementa: deberet ergo nominari aqua, & terra, quæ sunt etiam elementa.

Præterea: ignis nominatur tanquam duo cęli, quia cœlum igneum, & olympium non sunt nisi vnum elementum ignis. sic æthereum, & aereum non sunt nisi elementum aeris. si ergo vnum elementum nominatur nomine duplicis cęli: videtur, quòd quodlibet aliorum cœlorum debeat nominari nomine duplicis cœli: & sic erunt multò plures cœli, quàm enumeret Rabanus.

IN CONTRARIVM est: quia non videtur, quòd sint nisi tres, quia non est dare cœlum vltra illud, ad quod fuit raptus Paulus: Sed Paulus fuit raptus ad tertium cœlum, vt habetur 2. ad Corinth. ergo, &c.

2. Corinth. 12.

RESO-

RESOLVTIO.

Cœli corporei in vniuersum decem sunt, quatuor elementis exceptis. Empyreum autem Phylosophis ignotum fuit. Datur præterea cœlum Sanctissimæ Trinitatis, quod corporeum haud esse affirmamus: & ad ipsum Lucifer conscendere voluit.

Cœlorum numer⁹ varię sumitur.

RESPONDEO dicendum, ꝙ præter elemẽta sunt decẽ cœli: qui sic possunt accipi: quia quodcunque cœlum vel est totum lucidum: vel totum non lucidũ: vel partim lucidũ: & partim non lucidũ: totũ lucidũ est Empyreum: quod dr à Pyr, quod est ignis: quod idem est, quod cœlum igneum: & sic nominatum est non à calore, sed a splendore. totum enim est splendidũ, & totum lucidum. Cęlum autem totum non lucidum est Crystallinum, vel aqueum, vt dicitur non lucidum, quia totum est dyaphanum sine aliqua stella. De cœlo enim Empyreo nihil potuerunt scire Phylosophi: sed scitum est per reuelationem. nam cum sit immobile; non potest per instrumẽta astronomica inuestigari: nec potest nobis aliquid apparere de ipso via sensus, per quod possimus sufficienter pergere in notitiam eius, nec possumus etiam scire sufficienter via sensus, quod sit dare tale cœlum. Cœlũ autẽ partim lucidum, & partim non lucidũ est cœlũ sidereũ. & Cœli 7. Planetarum. quodlibet enim istorum cœlorum est lucidum quantum ad stellas, quas continet, vel quantum ad stellam, quã continet: & non lucidum quantum ad alias partes.

Raben⁹ cur cœlum sidereum, & 7. Planetas pio vno cœlo posuerit.

Rabanus autem cœlum sidereum, & sphæras omnium Planetarum posuit pro vno cœlo: quia illæ sphęrę planetarum nõ habent alium motũ quàm octaua sphæra. deferentes enim planetarum, & epiciclorum habent alium motum, quã octaua sphera t sed ipsę sphęræ planetarũ habẽt eũdem motum cum ea. ideo forte Rabanus propter vnitatem, & identitatem motus computauit octauam sphęram, & sphæras septẽ planetarum sub vno, & eodẽ cœlo. Nos aũt si volumus, possumus illos cœlos sic distinguere: Dicẽtes, ꝙ cęlũ, quod partim est lucidum, & partim nõ lucidũ, aut habet multas, & mirabiles stellas: & sic est cęlum sidereum: aut non habet nisi vnicam stellã tantum: & sic sunt 7. sphærę 7. planetarum: inter quas sphęra Lunę est sphęra vltima: supra quam est sphęra Mercurij: supra quam est sphæra Veneris: supra quã est sphæra Solis: supra quã est sphæra Martis: supra quã est sphæra Iouis: supra quã est sphæra Saturni. Luna ergo est infimus planetarũ, & Saturnus supremus, & Sol medius inter omnes. Sic ergo distinximus cœlos per totum lucidum, & totum non lucidum: & per partim lucidum, partim non lucidum.

Planetarum ordo.

Aliqui vero volunt ipsos distinguere per totũ lucidũ, & totũ dyaphanũ: & partim lucidum, & partim dyaphanũ: sed ſm hanc distinctionem non comprehenderetur cœlum sidereum: siue firmamentum, quod est octaua sphæra. Est enim cœlum sidereum partim lucidum: quantum ad partes, vbi sunt stellę: & partim non lucidum, quantum ad partes vbi non sunt stellę: sed non est partim lucidum, & partim dyaphanum: quia nulla pars est ibi dyaphana, cum idẽ sit dyaphanum, quod transpareus. nulla pars est ibi transpareus, quia videremus per partem illam transparẽtem cœlum Crystallinum: vel cœlum Empyreum, quod patet fsłsum esse. Decẽ ergo sunt cœli computando 7. cœlorum planetarum, sidereum Crystallinum, & Empyreum. Rabanus tamen omnes istos x. cœlos comprehendit sub tribus cœlis: sub Empyreo, Crystallino, & Sidereo: quia sphæras 7. Planetarum non distinxit à sphæra fidetes: quia forte fecit propter vnum, & eundem motum, quem habet cum illa: vt supra dicebatur, sed his tribus cœlis superaddidit duo elementa: ignem, & aerem: quorum quodlibet diuisit in duos cœlos propter diuersitatẽ, quam habent in suis partibus. nam ignis in parte sua superiori, quæ est iuxta sphæram Lunę est ignis purus: in parte sua inferiori, quæ est iuxta aerem nõ est ita purus, propter quod Rabanus partẽ illam superiorem, vbi est purus ignis, vocauit cœlum igneum: quod ibi est purus ignis: partem vero inferiorem: vbi est ignis non purus: vocauit cœlum Olympium a quodam monte, qui dicitur esse in Macedonia: qui vocatur mõs olympij: qui dicitur esse tantę altitudinis: quòd transcendit omnes nubes, & forte omnes ventos. Nam aliqui dicuntur esse mõtes ita alti: vbi est set ita siccus, quòd pergentes per cacumina eorum oportet portare spongiam cum aqua: vt inspiratio, & respiratio fiat cum aere madefacto per aquam ad refrigeraudum cor. dicitur etiam quòd in dictis montibus Phylosophi aliqui descripserunt in pulnere characteres aliquos: quos post annum innenerunt non mutatos. signum ergo erat montes illos, non solum superare omnes nubes, sed etiam omnes ventos: quia characteres in puluere formati per ventos delentur, & tolluntur. Distinxit ergo Rabanus elemẽtum ignis in duos cœlos: in igneum, & olympium t & distinxit elementum aeris in duos cœlos propter duas partes aeris: quia vna pars aeris est valde sicca propter ignem, cui appropinquat, & illam partem vocauit cœlum ætheteum: quasi siccum, & inflammatum: quia secundùm Philosophum in de cęlo, & mundo: nomen ætheris designat corpus velocis motus, cito inflammabile, & inflammans. aliam autem partem aeris inferiorem; vbi anes istę volitant, vocauit cœlum aereum.

Rabanus x. cęlos sub tribus comprehendit.

Olymp. Cęlũ vnde dicatur.

Montium quorundam altitudo.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd cœlum illud, quod voluit ascendere Lucifer, non est cęlum corporeum, sed est cęlum Sanctæ Trinitatis. Voluit enim Lucifer æquari Deo: & esse similis altissimo. Nos autem locuti sumus de numero cęlorum corporeorũ: a quibus cęlis in infinitũ distat cęlum sanctæ Trinitatis dignitate, & nobilitate.

Cœlũ S. Trinitatis.

Ad secundum dicendum, quòd cęlos 7. Planetarum

netatum comprehendit Rabaous sub cœlo sidereo: quia habeot eondem mntum com ipso.

Aer, & ignis cur vocentur cœlum.

Ad tertium dicendum, quòd aer, & ignis posſont nnminari oomine cœli propter aliquam assimilatinoem, qnam habent cum cœlo. oam cœlom est aitum, & est dyaphanum: sicut videmus in cœlis Planetarum: qoia quodlibet cœlom cniuslibet plaoetæ est totom dyaphaoum, præter solum planetam, quem continet aer, & ignis: propter istas duas assimilatiooes, quia sũt eleuati, & sunt dyaphani, possnnt vncari cœli: nam dnminus istam partem aeris inferiorem, vbi sunt volocres, vocauit cœlum: ioxta illud:

Luce 8. Volucres cœli comederont illud. & in Geo. aer vbi sunt vnlatilia pennata: iuxta illod: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli. & si pars inferior aeris potest vocari cœlum: multo magis pars superiot aeris, & pars inferior, & sopetior ignis potueront votari cœli. sed aqua iicet sit elementum, & sit dyaphaoom: tameu non debet vocari cœlum, qoia oon habet altitudinem: cum sit recepta in cauerois terræ. tetra etiam nõ debet vocari cœlum, quia est infima, & oon est dyaphana.

Ad quartum dicendum, ꝙ sicut aer potest vocari duo cœli propter partem superiorem siccã, & partem inferiorem humidam: sic & ignis potest vocari duo cœli prnpter partem superiorem puram, & partem inferiorem impuram, vel admixtam. sed in illis supercęlestibus istas diuersitates ooo videmus: qoòd vna pars sit pura, & alia imputa, qoia noo pationtur peregrinas impressiones: nec videmus, quòd ibi voa pars sit sicca, & alia humida: quia oon recipiunt qualitates contrarias.

Pauli rapt' ad 3. Cęli quid.

Ad argomentom autem in cõtrarium dicendum, qnòd illud tertium cœlum, qood nomioar Paulus, non est tertiom cœlum corporale, quos cœlos hic oominamus: sed est tertium cœlom, ideſt tertium genus visionis. raptus eoim fuit Paulus vsqoe ad tertium cœlum, ideſt tertium genus visinnis. Visin enim intellectiua, per quã possumus capere æterna, dicitor cœlum: iuxta illod Aog. 3. de Trinita. cap. 20. Inqoantum aliqoid æternum mente capimos: non in hoc mundo sumus, & omniom iustorum spiritus adhoc in carne viuentium, inquantum æterna sapiunt, non sunt in hoc mondo. com enim considerамus de æternis, possumus dicere cum Apostolo: Nostra cnnuersatio in cœlis est. visio ergo intellectiua potest dici cœlum.

Phyl. 3.

Possumus autem distinguere triplex genus visionis ioteilectiuę, quia est visio ioteilectiua causata a seosibus exterioribus: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta suot, & per ea, qnæ aspicimos per istos seusus exteriores, intellecta conspiciontur: vt dicitor ad Roma. 1. est ergo vna visio vel vna cogoitio iotellectiua a sensibus exteriotibus derioata.

Visionis triplex genus.

Rom. 1.

Est autem alia visio, vel cognitio intellectioa phantasmatibus admixta: qoia secundùm Philosnphum, nostrum intelligere, vel est phantasia,

2. de aia 12.

vel non est sine phantasia. nam, & si possumus intelligere oon occupati per sensus exteriores; tameo nno possumus inteiligere onn occupati per phantasiam, & per sensus interiores.

Est & tertium genus visnnis siue cognitionis intellectiuę, qoæ oon est occopata a sensibus exterioribus: sed sensibus interioribus: nec admixta phantasmatibus: sed in pura, & clata visinne diuioæ essentiæ constituta.

Ad istud autem tertium cœlum, siue ad istud tertium genus visionis fuit raptus Paulus, quia vidit diuinam essentiam in illa claritate, & in illa puritate, in qua vident beati.

QVÆSTIO II.

De opere tertiæ diei.

POstea qœritur de opere tertiæ dici, in qua dicũtur duo esse facta. quia foeruot congregatę aquæ, & apparuit atida: & terra germinauit herbam virentem, & facientem fructus, & lignom pomiferum. De his ergo duobus quæremus, de coogregatione aquatum, & de germinatiooe terræ.

ARTIC. I.

An opus tertiæ diei congregatio aquarum dici debeat. Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q 69 art. 1. Et 2 sent d. 14 art. 5. Nic. de Nisse tract. 2 p. 2. q. 1. de opere 3. dici.

AD primum sic proceditur: Videtur, qoòd inconmpetenter describatur opos tertiæ diei per congregatiõe aquatum. oam tertia die dicnntur fuisse distincta elementa. de eomoibus etgo elementis debuit fieri mentio, cum omnia elementa illn die dicaotnr foisse distincta.

Præterea quodlibet elementum tendit io locum suum per suam formam oatutalem. sed aquæ fuerunt ante omnem diem, & ab ipso ptiocipio: vt patet Gen. 1. dicitur enim quòd spiritus Domini ferebatur supet aquas, quod dictom fuit ante omuem diem, & ante factiooem lucis. ergn non tertia die: sed ante omnem diem aquę fuerunt congregatę in loco sun.

Gen. 1.

Præterea iste est ordo elementorum: quòd sobtilios, & formalius cõtineat totum ahud elementum minus fnrmale: vt ignis, quia est fnrmaliot aere, cntinet totum aerem: & aer quia est formalior aqua, & terra continet aquam, & terram: & aqua, qoę est formalior terta, debet cntinere totam terram. unn etgo propter congregationem

gationem aquarum potuit apparere arida, ideſt terra.

Præterea a loco, ad quem mouetur aqua naturaliter, non poteſt recedere niſi violenter. ſed aqua naturaliter mouetur ad cooperiendam terram: ſicut aer naturaliter mouetur ad cooperiẽdum aquam. Sicut ergo nulla pars eſt aquæ, quæ non ſit couperta aere: ſic nulla pars erit terræ, quæ non ſit cooperta aquis. Dicere autem, quòd violenter retinentur aquæ, vt non cooperiant terram, videtur inconueniens. quia nullum violentum eſt perpetuum: non ergo poſſet hoc perpetuari, ſi per violentiam fieret.

IN CONTRARIVM eſt. quia ſic habetur in textu: Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida, factumque eſt ita. Gen. 1.

RESOLVTIO.

Opus diei tertiæ ex Aquarum congregatione congruè deſcribi aſſeueramus, vt ex Doctoris noſtri doctrina patet.

RESPONDEO dicendum, quòd, vt patet per habita: dicebantur elementa eſſe quaſi confuſa: quia habebant quãdam admixtionem ad inuicem, quia aqua habebat quandam admixtionem cum tota terra, & faciebant eam limoſam: vt vult Magiſter in littera. habebat etiam admixtionem cum toto aere, quia faciebat eum turbidum, & nebuloſum. Poteſt etiam dici, quòd habebat quandam admixtionem cũ aliqua parte ignis, ſaltem cum illa parte, quæ patitur admixtionem aeris. aquæ ergo à principio occupabant valde magnum ſpatium: quia erant valde rarę, & nebuluſę. cõgregatę ergo, ideſt inſpiſſatę occupauerunt minorem locum: quia potuerunt recipi in caoernis terræ: vt habetur in littera, quod faciendo non ſolum purificauerunt illam partem ignis, quam inficiebant: ſed purificauerunt totum aerem, quem faciebant nubuloſum & diſcooperuerunt etiam aliquam partem terræ, illam videlicet, quæ non eſt habitabilis.

Quomodo autem hoc ſit, quòd aqua non occupat totam terram; videntur aliqui adſcribere motui, & virtuti corporum ſuperceleſtium: vt ſicut mare fluit, & refluit per virtutem, & per motum corporum ſupercęleſtium: ſic flumina fluunt ad mare, & refluunt a mare per virtutem cœli. Iuxta illud Eccleſiaſtes 1. Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluãt: ſed ſicut flumina in propria forma intrant mare: ſic in propria forma exeunt a mare: vel ergo mare eſt altius terra, vt poſſint inde fluere flumina: vel hoc fit violenter, vt aqua maris aſcendat ad hoc, quòd flumina fluant a mare. Sciendum ergo, quòd aquæ quandam ponderoſitatem habent, & ideo cum ſint labiles, oportet quòd habeant quandam rotunditatem: ita quòd in nullo loco habeat aqua ſuperficiẽ planam. vt ſi ponatur aqua in ſcypho, vel in quocunque vaſe: non habebit ſuperficiem planam: ſed gibboſior erit in medio quàm in lateribus. Erit enim gibboſior in medio ideſt habebit quandam rotunditatem, vel quandam gibboſitatem in medio, quia ſi haberet ſuperficiem planam: cum planum non poſſit æquè diſtare a rotundo, extremitates illius aquæ plus appropinquarent cœlo, quàm medium. & quia hoc eſt eſſe altius, plus appropinquare, aquæ illæ in extremitatibus eſſent altiores, quàm in medio; de neceſſitate ergo eſt, quòd fluxot ad medium, & faciant quandam gibboſitatem, & rotunditatem in medio, ad hoc quòd æqualiter poſſint diſtare a cœlo: vel quod dictum eſt de vno vaſe, vel de vno ſcypho, quòd aquæ non poſſunt ibi ſtare planę, vel habere ſuperficiem planam: multo magis veritatem habet de toto fluuio, vel de toto mari, quod, vt æqualiter diſtet a cœlo, quandam gibboſitatem, & rotunditatem habet in medio. Aquæ gibboſiores ſunt medio, hinc patet. Aqua ſphæricę figuræ.

Dicemus ergo, quòd ſi terra haberet formam omnimodam rotundam ſine aliqua gibboſitate, omnino cooperiretur aquis. forma enim terræ eſt rotunda, ſicut forma pomi eſt rotunda. Poſſet tamen pomum habere formam rotundam & habere aliquas gibboſitates, & aliquas cõcauitates in illa forma. ſicut ergo forma terræ rotũda eſt, ſic & in diuerſis partibus poteſt habere diuerſas gibboſitates. ideſt diuerſus montes. præter tamen montes habet quandam magnam gibboſitatem in parte Septemtrionali: in qua gibboſitate eſt terra habitabilis: quæ gibboſitas cum aqua facit quaſi vnam ſphæram: ita q aqua cooperit totam terram præter illam gibboſitatem: quod quomodo ſit plane deſcripſimus in noſtro Hexameron. Sciendum tamen, quòd in illa gibboſitate ſunt magnæ valles, quas intrat mare Mediterranenm, & ſuot ibi magni montes, vt apparet ad ſenſum. Illa ergo gibboſitas terrę, quæ cum magno mari facit vnam ſphæram: vbi habet profundas valles, ibi ſubintrat mare. quia ſemper aqua currit ad inferius, & fluunt ibi brachia quædam maris: quæ coniunguntur cum magno mari. mare itaque nuo cooperit terram, quia aſcenderet, ſi ipſa cooperiret. grauitas ergo eius quæ non ſinit ipſam aſcendere: nou permittit, quòd cooperiat terram. Sed ſi ſic dicimus, quod credimus bene dictum, tria inconuenientia videmur incurrere: quia ſi aquæ vnllo modo aſcendunt: ſed ſemper deſcendunt. Non videtur, quòd poſsimus ſaluare: quumodo flumina exeant a mari, & ad mare reuertantur, vt iterom fluaot. Terra cur tota nõ ſit cooperta aqa. Hexamerõ ante hunc libru ſcnt. Dubitationes.

Secundò non videtur quod poſsimus ſaloare fluxum, & reflaxum maris, quia ſi aqua non aſcenderet, nõ videretur, quòd mare poſſet fluere, & refluere.

Tertiò ſi aqoa haberet talem gibboſitatem, ſicut dictum eſt, bene videretur, quod nauis exiſtens vlta mare, oun videretur. quia inter uauẽ & ter-

Fluxus, & refluxus maris vnde.

Fluuiorum origo.

& terram interponeretur illa gibbositas maris, sed in medio mari ommino videretur, quia esset altior, vt videtur ibi existens: quàm cum erat iuxta terram.

Solutio.

Propter primum sciendum: quòd videntur aliqui sentire, ꝙ secundum proprium surmam mare subintrat terram, & deseruit generationi lapidum, & minetalium, & sic subintrans terrã redit ad locum: vnde fluunt flumina, & hoc mó cõtinuatur cursus fluuiorũ. Et si arguatur contra istos: quòd tunc aqua ascenderet, qoia cum flumina tendant semper ad inferius: non posset continuari cursus alicuius fluuij per aquas maris, nisi huiusmodi aqua ascenderet, & ascendendo postea descenderet, quod videntur isti concedere posse fieri per motum supercœlestium corporum, sicut fluxus, & refluxus maris, qui sine ascensu aquæ maris fieri non potest, sed ista stare noo possunt. Verum est enim quòd motus primi cœli, vel primi mobilis rapit secum omnes alios orbes, & rapit secum totam sphæram ignis, & quasi totam sphæram aeris, excepto illo aere, qui clauditur inter montes: sed iste raptus, & iste motus est circularis. secundom enim talem motum nec est ascensus, nec est descensus. Decemus enim, quòd nonquàm aqua ascendit nisi per ventom agitata, vel per aliquem impulsum, vel nisi fiat aliquo modo leois, vt apparet in vaporibus eleuatis ab aqois: qui propter. caloré incorporatum a sole, vel ab alijs stellis, aliquam lenitatem contrahont, per qoam ascendnt. Illud de fluxu, & refluxu suo loco soluetur.

Impugnatio solutionis.

Fluuiorum generatio.

Sed quod dictum est de fluminibus quomodo exeunt a mari, & io mare reuerruntur. Dicemus, qoòd mare cum terra habitabili facit vnã sphærã, vt patet in nostro Hexameron: ita ꝙ terra habitabilis est quædam pars illius sphæræ, & quia mare sic circuodat terram, ꝙ tota terra habitabilis cum brachijs maris, & cum omnibus fluminibus oon est completa quarta pars terræ: ideo mare humectat terram, & a terra sic humectata per mare eleuantur vapores, vt pluant super terram, & subtos terram. Vode videmus, quòd io mootibus magis abundant aquæ, & plures suot fontes, quàm io vallibus, quia magis abundant caoeruę in montibus, quàm in vallibus: vbicunque ergo est terra cauernosa, ibi eleuantur vapores vsque ad cacumeu cauernę. ibi autem ingrossantur, & descendunt, & fit pluuia. Ex pluribus ergo talibus cadernis fit fons magnus vel paruus, secundum quòd magis, vel minus io cauernis subtus terram generantur aquę, ex pluribus autem fontibus fit postea fluuius, hoc ergo modo fluuij exeunt a mari, quia mare humectat, & inebriat terram: ex qua humectatiooe per calorem solis, & aliorum siderum, quorum est calorem efficere, fiunt vapores, & eleuantur, & faciunt fontes: qui quidem fontes coniuncti faciuot flouios. ex vaporibus ergo in cauernis terræ generatis non solum fiunt fontes, & fluuij, sed ex vaporibus super terram eleuatis augmentantur, vel etiam generantur fluuij. qnia ex magna siccitate videmus aliquos flumos desiccari omniuo. Non enim sic possent desiccari riui, vel fluuij generati ex vaporibus in cauerois terræ, quia staote causa, stat effectus. Vapores enim in cauetnis terræ non ita desiccantur: sicut vapores eleuati super terram, & fluuij inde generati uon ita desiccantur sicut alij. Ipsæ ergo aquæ secundum se noo ascendunt: sed vapores iude eleuati per calorem incorporatum, ascendunt vt hoc modo generantur fluuij a mari, & ad mare reuerruntur, vt iterom fluant. Desiccaretur enim mare, si semper humectaret terram, & ex illa humectatione non fierent aquæ, quæ redirent ad mare. Et sic soluta est difficultas prima.

Mare quando desiccaretur.

Dubium I. Lateralis.

An fluxus, & refluxus maris sint causa diuersa.

Conclusio est affirmatiua.

VLTRAIVS autem quæritur de fluxu, & refluxu maris.

Dicendum, quòd possumus dicere fluxum, & refluxum maris non ex eo, quòd aqua ascendat: nisi forte per ventum impulsa, vel aliter violenter eleuata: sed fluit, & refluit mare propter augmentum, & diminutionem aquarum eius, vt quando diminutæ sunt aquæ maris: mare se retrahit, quando sunt augmentatæ: mare se dilatat, & diffundit, & hoc modo fluit, & refluit.

De hoc Aristot. locutus non fuit. Aliis etiam hanc effectus adscribi placuit Soli: Aliis firmamento. hi Lucæ Auct. in Parisiis scopum attingere visus est. Alijs aliter. Aliam aut opinionem, seu de hoc modo forsan probabiliores vide in isto de Coelo Aduerte etiam hoc effectum non fieri nisi ex ortu occidentalis gp hymbolaicam, quã hic ch Lucas, quæ alijs, ostendit. occidentalis. Et ne putes fluxum, & refluxum, de relinquo ostendere in Mare Germanicũ ch maniam vicinarẽ, gp quam a qua a tadia Lucæ tarifi cari non potest.

Possumus etiam fluxum, & refluxum reducere in virtutes corporũ supercœlestium, vt supra dicebatur, quia in parte septentrionali sunt magna frigora: & vbi est tantum frigus, semper inspissatur aer, & fit inde aqua. in partibus autem australibus vbi pergit semp Sol, euaporat aqua, & fit inde aer, & hoc modo aquæ maris eleuando abuodant, aliquando minuuntur. Et ex hoc ipsum mare fluit, & refluit. Vel possumus fluxum, & refluxum præfactum adaptare ad augmentationem, & diminutionem Lunæ, per cuius augmentum, & diminutionem augmentantur, & diminuuntur omnia humida, propter quod credendum est, quòd Luna existente plena plus inspissator de aere, & plus conuertitur de aere in aquam, & fit maior generatio aquarũ, & fluxus maris est fortior, vel vehementior, quã ea existente noo plena.

Et quod diximus de Luna, veritatem habet de alijs sideribus. quia aliqua sidera sunt calida, & faciunt aquam euaporare, propter quod diminuunt aquam, & augmentant aerem. aliqua

quæ sunt frigida facientia aerem inspissari: quod faciendo conuertunt aerem in aquam, & augmẽtant aquam: qua augmentata, & diminuta fit fluxus, & refluxus maris. Hæc autem potissime locum habent in magno mari: super quod semper dyametraliter pertransit Sol in quadam sua circulatione, per cuius transitum fit maxima euaporatio, & diminutio aquarum, quibus diminutis, mare se retrahit.

Creditur etiam, si vbi est magnum mare, & est tantum frigus, & tanta generatio aquarũ, quòd propter earum abundantiam, mare se diffundat sic: ergo ex augmento, & diminutione aquarum fit fluxus, & refluxus: nec tamen despiciendi sunt attribuentes hoc motui supercœlestiũ corporum. Nec credimus tamen, quòd posset saluari duplex fluxũs, & refluxus ex vna, & eadẽ circulatione: cũ ĩ sensibiliter videamus in vna, & eadẽ circulatione dupliciter moueri mare, vel dupliciter fluere, & refluere. Dicemus ergo ꝙ cũ tota sphæra ignis æquatur motũ cœli, & quasi tota sphæra aeris, excepta illa parte, q̃ claudit inter montes, iuxta illud Ecclesiastes: In circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus: idest aer habet quendam circularem motum, quia sequitur motum cœli. ergo in magno mari, vbi nun sunt montes, & vbi tota sphæra aeris facit suum circuitum: aliqua pars sphæræ aquæ recipiendo impressionem cœlestem sequitur motum cœli. Si ergo aqua totam terram cooperiret, & nullum haberet obstaculum: nullus forte tunc dubitaret, quando aliqua pars sphæræ aquæ sequeretur motum cœli, quia ex tali motu nec ascenderet, nec descenderet aqua. Sed dubium consurgit propter resistentiam terræ, quæ nun tota cooperitur a mare: ex qua resistentia oportet multiplicari aquas ad partem illam, versus quam secundum aliquam partem sui orbis circulariter reuoluuntur: vt secundum quandam analogiam, extremis, idest cœlo Empyreo, & terra existentibus stabilibus, quia terra in æternum stat: vt dicitur Ecclesiastes: Et cœlum Empyreum est ab omni volubilitate remotum: vt dicunt Sancti: Omnia vero alia intermedia secundum quandam analogiam participant motum primi mobilis: quia ille motus: vt dicitur in octauo Physicorum: est vita in entibus, quia cœli, & elementa præter Empyreum, & terram, orbicularitẽr mouentur secundum motum primi cœli, non quòd in omnibus habeat æqualem efficaciam ille motus, sed habet omnimodam efficaciam in omnibus cœlis inferioribus, quia cœli semper seruant ordinem suum: propter quem secundum motum primi mobilis semper inter diem, & noctem reuoluuntur semel, & tota sphæra ignis sequitur illum motũ: quia propter sui tenuitatem, & raritatem est facile ad mouendum. Sphæra autem aeris non totum sequitur hunc motum, quia saltem aer, qui clauditur inter montes, nõ sequitur dictum motum, ita quòd aer minus sequitur motum cœli, quàm ignis: & aqua minus sequitor præfatum motum, quàm aer. nam credibile est, quòd modica pars sphæræ aquæ, vel magni maris sequitur hunc motum. Illa enim aqua, quæ magis est leuis, vel quæ est minus grauis, & quæ magis participat cũ aere, forte sequitur motum cœli, vt per se, idest non per accidens illa aqua moneatur, quasi orbicularitẽr: quòd autem so diffundat super terram: hoc erit per accidens: prout versus partem illam, ad quam mouetur, se multiplicat: qua multiplicata, se diffuodit. & quia eo modo, quo potest aqua magni maris quantum ad aliquam sui partem, idest, quantum ad partem suam superiorem sequitur motum cœli: cũ motus cœli sit ab vna parte in aliam, & redeat ad eandem: motus maris erit ab vno littore in aliud: & ibi faciet fluxum, & dilatabit se, & propter sui grauitatem, vel propter influentiam motus cœli redibit ad aliud littus: & ex hoc faciet refluxum, & testringet se. Hoc ergo modo poterit forte saluari duplex fluxus, & refluxus maris in vna, & eadẽ circulatione primi mobilis: vnus propter augmentum, & diminutionem aquarũ, & alius propter motum primi mobilis.

Eccl. 1.

Eccl. 1.

Arist. l. c. 5.

Dub. II. Lateralis.

An propter gibbositatem aquæ in medio maris existens terram videre possit. Conclusio est negatiua.

VLTERIVS circa hoc dubitatur de hoc quod tertio addebatur de naui existente in medio maris. nam si aqua habet gibbositatem aliquam, in medio erit altior, quàm in alijs locis: vsque ergo ad medium maris semper poterit videri nauis ab his, qui sunt in terra, & semper poterit videri terra ab his, qui existunt in naui: quod videmus sensibiliter falsum.

Dicemus ergo, ꝙ quælibet aqua inter vtrumq; littus facit quãdam partem sphæræ. quod si quæratur quomodo fit illa sphæra; respondetur, ꝙ si poneretur vnos pes circini immobilis super centrum terræ, & alius pes mobilis moueretur super aquas a littore in littus: talem speciem, & talem rotunditatem faceret aqua, qualem faceret pes circini mobilis motus a littore in littus. & si non potest aqua assequi omnimodam rotunditatem, sicut assecuti sunt cæli, quia non est dare hic inferius aliquid omnino rotundum, nec aliquid omnino planum: assequitur tamen, & imitatur illam rotunditatem, quantum potest, quod ergo dictũ est de aqua maris, vel de aqua fluuij, intelligendum est de aqua existente in scypho, vel in quocunque vase: siue sit vas plenum: siue

Sphæricum esse in his inferioribus non datur.

non plenum. nunquam enim aqua in quocunq; vase habet superficiem plenam, sed habet eam gibbosam, eo modo, quo faceret circinus habés pedem in centro terræ motus modo, quo diximus, ab vno latere vasis in aliud. His ergo excussis, dicamus, ꝙ quilibet circulus est æqualiter curuus. Propter quod non potest accipere ita modicam partem de circulo, ꝙ si ducatur corda ab vno puncto illius partis ad aliud, ꝙ arcus non superet cordam. Et si esset aliquod animal in extremitate cordę minus, quàm sit elevatio arcus supra cordam; illi arcus celaret illi animali id, quod esset vltra arcum.

Sic & in proposito: quando tantum init navis supra mare, ꝙ si duceretur corda à littore vsque ad nauim; faceret arcum magis elevatum a corda, quàm sint alti oculi existentium in naui, tunc existentes ibi non possent videre littus. Potest enim esse, quòd existês in naui non videat littus: quod littus videt existens in arbore navis. quia forte prædicta gibbositas aquæ pertransitæ est altior oculo existentis in naui, quàm oculo existentis in arbore. sed quando plus procedit navis, semper augetur gibbositas maris interpositi inter nauem, & littus. tantum ergo poterit procedere navis, ꝙ nec existens in naui, nec in arbore videbit littus Soluta est ergo difficultas tertia: quòd enim aqua maris faciat gibbositatem circularem secundùm pedem circini motum a littore in littus, semper inter nauem, & littus interponitur aliqua gibbositas aquæ, licet illa gibbositas non sit semper tanta, quòd possit celare littus.

Resp. ad arg. art. 1.

AD primum dicendum: quòd licet aliquomodo omnia elementa fuerint distincta tertia die: sufficit tamen fecisse mentionem de sola congregatione aquarum. quia, vt patet per habita, ex sola congregatione aquarum fuerunt omnia elementa suo modo distincta.

Ad secundum dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ Spiritus Domini ferebatur super aquas: ibi aqua non stat pro elemento aquæ, sed pro tota illa materia informi, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut fertur voluntas artificis super aliquã rem fiendam: vel quia quod facit tale, dicitur esse tale, vt ignis dicitur piger, quia facit hominem pigrum. Spiritus Domini ferebatur super aquas quia faciebat illas aquas ferri, & circumuolui.

Spiritus Dñi ferebatur super aquas, i. super materiam informem.

Ad sextum autem argnẽdi dicendum, quòd elementum aquæ non tendebat tunc in suum locum, quia aquæ illæ erant rarefactæ, & nebulosæ: secundùm quem modum videmus aquas elevari, & tendere in altum.

Ad tertium dicendum, ꝙ patet per iam dicta quare aqua non cooperit totam terram.

Ad quartum dicendum, ꝙ aqua per se non potest ascendere: sed descendere, si autem ascendat, vel hoc est violenter, & per impulsum, vt per ventum, vel per aliud, quod impellit aquam. vel hoc est naturaliter, quia forte cœlum mouet, ibi imprimendo aliquid passo, & dando aliquam vim, & aliquam virtutem passo. Vt, si mouet vapores superius: aliquam vim & aliquem calorem imprimit vaporibus: per quam elevantur superius. dato tamen, quòd cœlum de nouo nihil imprimeret inferioribus, eo tamen ipso quòd data est istis inferioribus talis natura, per quam sunt apta nata sequi sua superiora; & sequi motum cœli, patet quòd ex hoc aliquid de elemento aquæ potest circumuolui: ergo secundùm motum cœli fiet fluxus, & refluxus maris, qui non erit violentus, sed naturalis.

ARTIC. II.

An opus tertiæ diei ad germinationem terræ pertineat. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 18. 19. D. Th. 1. p. q. 69. art. 2. Et 2. sent. d. 14. art. 5.

SECVNDO quæritur de opere tertiæ diei, quantum ad germinationem terræ. Et videtur, quòd inconuenienter describatur productio terræ, productio herbarum, & lignorum facta tertia die: cum per primos tres dies fuerint res distinctę, per alios tres sequentes fuerint ornatę. sed plantę videntur pertinere ad ornatum terræ: productio ergo plantarum non videtur debuisse fieri tertia die.

Spinæ, & tribuli pp peccatum.

Præterea aliqua sunt in terra, aut per peccatum videntur esse producta: eiusmodi sunt spinæ, & tribuli, quæ tertia die dicuntur fuisse facta, iuxta illud Gen. Spinas, & tribulos germinabit tibi: ergo &c.

Gen. 3.

Præterea dicitur Gen. Istæ generationes sunt cœli, & terræ, quando creatæ sunt in die, quo fecit Deus cœlum, & terram, & omne virgultum agri: ergo cum fecit Deus cœlum, & terram, fecit omne virgultum agri. sed hoc fuit ante omnem diem, ergo &c.

Gen. 2.

Præterea, cum & minetalia sint in terra, & crescant in venis terræ, debuit de his fieri mẽtio.

RESOLVTIO.

Opus diei tertiæ ad germinationem terræ pertinere affirmamus.

RESPONSO dicendum, quòd sententia Aug. videtur esse diuersa a sententijs aliorum Sanctorum, quia videtur sentire, quando dixit Deus: Germinet terra, quòd ex hoc verbo nõ fuerunt productæ herbæ, neque plantæ: sed fuit collata

Herbæ, & virgulta quãdo facta.

Gen. 2.

lata terræ virtus producendi herbas, & plantas. quod probat per litteram Gene. 2. cap. vbi dicitur, quòd istæ sunt generationes cœli, & terræ, quando creatæ sunt in die, quo fecit Deus cœlũ, & terram, & omne virgultum, antequàm oriretur in terra, & omnem herbam regionis, priusquàm germinaret. si autem est factum virgultũ in terra antequàm oriretur in terra, & est facta herba regionis, priusquàm germinaret terra, nõ ergo herbæ, & virgulta fuerunt facta secundum se. quia nondũ talia fuerunt orta in terra, sed facta fuerunt talia. quia data fuit terræ vis germinandi, & vis producendi ea. Communis tamen Sanctorum opinio est, quòd tertia die in propria forma fuerunt factæ herbæ, & plantæ, siue arbores cum folijs, & fructibus, quod concordat cum littera. quia plantauerat Deus Paradisum a principio, & tbi posuit hominem quem formauerat, & dixit, quòd de omni ligno comederet, præterquàm &c. ergo tunc ligna, siue arbores iam habebant fructus. quia non comedũtur ligna in se, sed comeduntur fructus eorum. & si aliqua ligna comeduntur, vt cynamomũ, hoc est magis in via medicinæ, q̃ in via cibi. Dicimus enim, quòd secundùm rationes seminales, prout terra habet virtutem producendi arbores, vt plurimum plantæ, & arbores stãt per plures annos, antequàm producũt fructus. Possumus ergo hoc modo saluare litteram Gene. dicendo, quòd vtrunque factum fuit tertia die, videlicet, quòd fuerunt productæ arbores cum folijs, & fructibus per rationes obedientiales ad mandatum Dei, qui est agens supernaturale, cui obedit natura secundum suam voluntatem, & in initio fuit data vis terræ secundùm rationes seminales, vt continuaret se in productione herbarum, & plantarum Fecit ergo Deus omne virgultum, & omnes arbores cum folijs, & fructibus, per rationes obedientiales antequàm orirentur in terra per rationes seminales. Antequàm ergo terra germinaret per vim sibi naturaliter innatam ad producendum herbas, & plãtas naturaliter, fuerunt virtute diuina hæc producta supernaturaliter. sic ergo Deus fecit aues, & animalia, & dixit: Crescite, & multiplicamini, & dedit eis virtutem se propagandi: sic fecit herbas, & plantas, & dedit eis virtutem germinandi, & producendi ipsas. In operibus enim illorum sex dierum, tota ratio facti fuit potentia facientis.

Nunc enim non fit equus nisi quia generatur ab equo: sed tunc prius factus fuit equus, quàm generaretur ab equo, vel generaret equum. quia non per generationem equi, sed per verbum diuinum factus fuit primus equus. sic etiam priusquàm germinaret terra per rationes seminales, vt modo germinat, fuerunt factæ plantæ per rationes obedientiales, vt nunc diximus, & in nostro Hexameron habetur.

Rationes seminales animalium, & plantarũ quomodo conueniãt, & differant.

Aduertendum tamen, quòd rationes seminales, per quas producuntur animalia, & plantæ, & herbæ, quantum ad aliquid sunt similes: sed

A quantum ad multa sunt valde dissimiles. Similes sunt quidem, quia sicut in animalibus, aliqua fiunt per generationem, & ex simili: & aliqua fiunt ex putrefactione absque eo, quòd præcedat simile: sic in his, quæ generantur ex terra, aliqua fiunt ex simili præcedente, vt frumentum: aliqua ex sola putrefactione terræ. Vnde & Commenta. quantum ad generationem animalium vult in 12. quòd id, quod facit semen in animalibus, quæ generantur ex semine, facit putrefactiu in his, quæ generantur ex putrefactione. quantum ergo ad hoc aliqua similitudo est inter animalia, & ea, quæ fiunt ex germinatione terræ, sed quantum ad alia sunt multæ dissimilationes. quia ✻ in natura animalium, est solus vnus modus communicandi naturam, propter quod ea, quæ nascuntur ex putrefactione nunquàm nascuntur ex semine. Videmus. n. mures aliquos generari ex putrefactione, & isti, sunt statuta parui habentes pilos debiles, & tales mures nunquã generant, & si videamus mures aliquos ex putrefactione genitos assistere alijs muribus, hoc non est quia generant illos, sed quia fortè aliquid operantur, vt per putrefactionem generantur mures illi. quod satis est credibile, vt eis naturaliter possint communicare suã speciem. sicut, & scabrones ex fimo equino faciunt quosdam patuos globos, & ex illis per putrefactionem generantur alij scabrones. Non enim scabrones generantur ex semine, sed ex putrefactione, licet alij scabrones ad hoc fiẽdum, aliquid operentur. Sunt autem & alij mures, qui generãtur ex coitu, qui nõ sunt eiusdem speciei cum generatis ex putrefactione, vt patet ex statuta corporis. quia sunt maiores: & ex pilis. quia habent pilos maiores, & fortiores.

Propter hanc determinationem ergo, quã videmus in animalibus, omne animal generatum ex commixtione animalium diuersarum speciesum, vt mulus, vel mula, qui generantur ex asino, & equa, de necessitate sunt steriles. propter quod mulus nunqnam generat, & nunquã mula concipit, vel putrat in ventrem. Nam si mulus generaret, vel generaret mulum, & tunc fieret mulus dupliciter, ab asino, & mulo. quod animalium natura non patitur: vel generaret non mulum, & tunc non assimilaret sibi passum, quod est contra naturam agentium. sed in plantis non sic. ✻ Illæ enim eædem herbæ, quæ nascuntur ex putrefactione possunt facere semine, ex quibus producuntur aliæ herbæ similes. Videmus enim in antiquis ędificijs, quòd ex putrefactione cementi generatur absinthium, ea quæ potest generari aliud absinthium. Ex tali enim putrefactione generantur quædam herbæ, quæ vocantur rutæ, quę faciunt semina, ex quibus possunt oriri aliæ rutæ.

Est etiam in animalibus præter modum prædictum alius modus, vt animal generatum ex semine nõ fit nisi ex semine determinato, & nõ

Multi, & multæ steriles vnde, sed vide Arist. 2. de gen. animal. cap. vltimo.

Eadẽ natura specifica ex pluribus modis in aliquibus cõmunicare potest, non autem in animalib. Idẽ ferè dist. 7. p. 1. q. 2. art. 6 ad 1. arg.

determinato, vt ex commixtione maris vel fœminæ, & ea, quæ generantur ex putrefactione non fiũt nisi ex determinata putrefactione, sed in herbis, & plantis est multiplex modus productionis, & multiplex est in eis ratio seminalis. In vna enim, & eadem planta est ratio seminalis in radice, ramo, & semine: vt apparet in vite. quòd siue ponas radicem vitis sub terra: producet palmites, & generabit vitem. siue ponas ramos vitis sine radice, siue ponas semen, & grana: quæ sunt in vuis, illud idem fiet.

Tomo 3.

RESP. AD ARG. Ad primum dicẽdum: quòd secundum August. 2. super Gen. plantæ, & arbores sunt distinctę a terra: & sunt affixę terrę: quia ergo sunt affixę terræ: factæ sunt eadem die, qua apparuit terra: quia vero habent quãdam distinctionem a terra: licet eadem die fuerint factę, cripturа tamen distinctè loquitur de his, & de terra. posũt ergo pertinere ad opus distinctionis, & ad diẽ illum, in qno apparuit distincta terra propter infixionem, quam habent in terra.

Spinę, & tribuli quãdo, & cur facti.

Ad secundum dicendum quòd spinę, & tribuli possunt dici facti à principio: quando fuerunt facta alia, quæ germinãrut à terra: per peccatum tamen fuerunt facta ad onus, & ad laborem hominis: vt, extirpando eos, in sudore vultus sui vesceretur pane suo. Sed quæres quid fuisset ante peccatum de spinis, & de tribulis. Ad quod potest dupliciter respondẽri.

Dubitatio.

Solutio.

Vno modo ex parte diuinæ prouidẽtiæ. Alio modo ex parte productionis terræ. Ex parte quidem diuinæ prouidentiæ responderi potest, quòd sicut fuisset de corpore hominis: ita fuisset de eius opere, vt sicut diuina prouidentia conseruasset corpus hominis a violẽtijs superuenientibus, vt à leonibus, & ab alijs, quæ possent nocere homini: sic conseruasset opus hominis à supernenientibus impedimentis: vt à tribulis, & spinis; & ab alijs herbis impedientibus eius opus. Nãp tribulos, & spinas possumus intelligere non solum id, quod significant: sed possumus intelligere omnes herbas, quæ nobis in uitis nascuntur in terra, quam operamur, & impediunt opus nostrum. Possumus autem ad hoc respondere ex parte maledictionis terræ quia terra ante peccatum fuisset magis prompta ad faciendum res proficuas. post peccatum uero fuit magis prompta ad faciendum res nociuas, vt intãtum post peccatum fuerit terra prompta ad faciendum spinas, & alia impedientia opus nostrum, vt vix possimus talia extirpare: fuissent ergo ista ante peccatum: sed non fuissent tantum nocumentum hominis, sicut post factum: immo forte ante peccatum non fuissent ad aliquod nocumentum. Ad tertium dicẽdũ, quòd uoo omnia fuerunt vno & eodem die distincta, & ornata: prout distinctio & ornatus referuntur ad fieri: quia distinctio habuit suum fieri in tribus diebus: & ornatus in tribus alijs: sed prout referuntur ad factum esse, & ad completum esse; oportet dare aliquem vnum diem in quo omnia hæc fuerũt perfecta & completa: & de tali die videtur loqui Scriptura, cum dicit:

A Perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum, quod patet per hoc quod subditur, quòd complenit Deus die 7. opus suum. Quod vero additur postea: Istę generationes cęli, & terræ: quando creatę sunt in die, quo fecit Deus cęlum, & terram, intelligendum est in die, quo fecit complete, ideſt in die, quo complete distinxit & ornauit cęlũ, & terram, & elemẽta: De eo vero quod additur, quòd fecit omne virgultum antequàm orietur in terra, patet solutio per ea, quæ diximus in solutione principali. Gen. 2.

Ad id autem, quod dicebatur de mineralibus: Dicendum, quòd cum ista sint occulta in terra, non oportebat populo rudi de eis facere mentionem: vel possumus dicere, quòd mineralia cum sint inanimata, quàntum ad vsum nostrum possunt habere aliquam nobilitatem: sed secundum B naturam sunt ignobiliora plantis: cum animata secundum naturam sint inanimatis excellentiora. cum ipsa ergo terra inanimata comprehendantur mineralia, quæ fiunt ex terra: & occultantur in terra, & sunt inanimata, sicut terra.

QVÆSTIO III.

De opere diei quartæ.

POSTEA quæritur de tertio principali: videlicet de opere quartæ diei, quando luminaria fuerunt facta. Circa quod quæruntur quatuor. Primo de ipsa C factione luminarium. Secundo de effectu eorum generaliter: vtrum aliquid efficiant in ista inferiora. Tertio de effectu eorum specialiter respectu liberi arbitrii. vtrum habeant causalitatem aliquam respectu eius. Quarto de animatione ipsorum, vtrum luminaria cęli sint animata.

ARTIC. I.

An ad opus quartæ diei pertineat productio luminariũ. Conclusio est affirmatiua.

D Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 31. D. Th. 1. p. q. 70 art. 2. Et 2. sent. d. 15 art. 1. Et de Pot. q. 4 art. 1 du. 30. Nic. de Niss. tract. 2. p. 2. de opere 8. diei. q. 1.

ADprimum sic proceditur: Videtur, quòd inconuenienter describatur ornatus cęlorum per factionem luminarium. nam secundum Phylosophum. in 2. de cęlo, & mundo: Stella non mouetur nisi motu orbis. Est enim stella secundum ipsum ibidem pars orbis immobilis: sed Tex. c. 44.

vt

vt ſuprædicebatur, productio Planetarum pertinet ad opus diſtinctionis. quia immobiliter ſunt affixæ terræ: Pari ergo ratione productio Stellarum pertinet ad opus diſtinctionis, cum ſint fixæ in orbe, & ſint ipſius orbis pars immobilis, ergo &c.

Prætereà, videtur, quòd in prima productione rerum fuerit ordo retrogradus. quia primo fuerunt productæ plantæ. quod fuit factum tertia die, quæ ſunt immobiliter affixæ tertæ: & poſtea quarta die fuerunt factæ ſtellæ, quæ ſunt immobiliter affixæ orbi.

Luna, & Stellæ an ſint luminaria.

Prætereà incoauenienter, vt videtur, Luna, & Stellæ dicuntur luminaria. Nam luminare videtur quoddam vas luminis, & quoddam, quod de ſe emittit lumen. ſed Luna, & Stellæ de ſe non emittunt lumen, cum omnes recipiant lumen à Sole. ergo &c.

* Stellæ multæ maiores Luna, quæ minor eſt terra. terra ſecundum noſtros Philoſophos eſt minor Luna. Alfagranus vero aſſerebat e. lementorum alterum maius eſſe in decupla proportione, & Lunam igne, Lunaque Mercurium; ſic de ſingulis. Sed vide contra di & Sol. dicti ſuperiorio in Prol. & d. 3. q 2. art. 3 in Reſolu. dub. 2.

Prætereà luminare dicit præeſſe illi tempori, quando apparet. ſed Luna apparet in die, videtur ergo, quòd præſit diei.

IN CONTRARIVM eſt littera Gene. vbi habetur, quòd luminaria cœli, & Stellæ fuerunt facta quarta die, & quòd Luna eſt luminare magnum, & quòd præeſt nocti.

RESOLVTIO.

Stellæ, Sol, & Luna facta ſunt prima die in quadam denſitate, ſed non lucebant, ſicut modo.

RESPONDEO dicendum, quòd in ſex diebus fuerunt facta omnia. qui ſex dies diuiduntur in duos ternarios, quorum vnus poteſt dici ternarius diſtinctionis, vel poteſt dici ternarius perfectionis. quia in illo ternario fuerunt res diſtinctæ, vel fuerunt res perfectæ. Idem eſt enim, rem eſſe diſtinctam, & rem eſſe perfectam ſecundum ſuum modum. Eſt enim idem vnum quod aliud: ſed alia, & alia ratione ſumptum. Dicitur enim res perfecta, vt habet eſſe, & vt eſt ens. ſed dicitur diſtincta, vt habet vnitatem, & vt eſt vna. & quia vnum, & ens conuertuntur, vt poteſt haberi ex 5. Metaph. ideo opus diſtinctionis, & opus perfectionis poſſunt pro vno, & eodem ſumi, aliter, & aliter accepto. Alius vero ternarius appoſitus fuit ad ornandum res: ita, q quarta die fuerunt ornati cœli: quinta aer, & aqua: ſexta, terra.

Diſtinctio, & perfectio quid differant.

T. c. 10.

Quòd autem primus ternarius debeat adaptari ad opus diſtinctionis, patet. quia in quolibet illorum trium dierum fit mentio de diuiſione, vel de diſtinctione. quia primæ die quando fuit facta lux, fuit diuiſa lux à tenebris. Secunda die, quando factum fuit firmamentum, fuerunt diuiſæ aquę ab aquis: tertia die quando aquæ fuerunt congregatæ in locum vnum, fuit diuiſa aqua ab alijs elementis. hoc enim eſt congregare aquas in locum vnum, habere locum per ſe, & non eſſe admixtas alijs elementis. poteſt ergo primus ternarius directè adaptari ad opera diſtinctionis, vel poteſt adaptari ad opera perfectionis. Secundus vero ternarius adaptari poteſt ad opera ornatus. Nam cum opera diuina litera Gene. narraſſet diuiſa per ſex membra, iuxta opera ſex dierum: poſtea illa ſex reduxit ad duo. hoc ergo eſt, quod habetur in Gene. 2. cap. perfecti ſunt cœli, & terra, ideſt cœli, & omnia elementa, & omnis ornatus eorum. ergo ad diſtinctionem, vel ad perfectionem, & ornatum reducenda ſunt opera ſex dierum. quare ſi perfectio, & ornatus ex æquo diuidunt ſenarium, oportet, quòd quodlibet eorum contineat vnum ternarium.

His itaque exactis, dicamus primò videndum eſſe, quomodo differat opus diſtinctionis ab opere ornatus. Dixerunt ergo aliqui, quòd cum omnia, videlicet cœli, & elementa facta eſſent ſecundum formas ſubſtantiales, diſtinctio eorum, & ornatus ipſorum non fuit niſi quantum ad collationes virtutum. Aliquæ enim virtutes ſunt collatæ cœlis, & elementis in illis ſex diebus, quas videmus eſſe duplices: quædam enim ſunt generales non ſeruientes ad determinatam ſpeciem, ſicut ſunt virtutes elementales: quædam ſpeciales deſeruientes ad determinatas ſpecies. diſtinguuntur ergo ſecundum iſtos opera diſtinctionis ab operibus ornatus. quia in operibus diſtinctionis fuerũt collatæ virtutes rebus, quaſi generales: vt Prima die quando fuit facta lux, fuit collata cœlis quædam virtus generalis, vt per lucem influerent, & haberẽt quendam effectum in res alias generalem, nõ determinatum ad hanc ſpeciem, vel ad illam. Secunda verò die, quando fuit factum firmamentum, quod incœpit moueri contra motum primi mobilis, fuit quædam alia virtus generalis collata cœlis: vt non ſolum per lucem, ſed etiam per contrarietatem motuum haberent quendam effectum generalem in alis non determinatum ad hanc ſpeciem, vel ad illã. Tertia verò die, quando fuerunt diſtincta elementa, fuerunt eis collatæ virtutes quædam generales nõ deſeruientes determinatè ad hãc ſpeciem, vel ad illam. Nam qualitates elementorum ſant quædam virtutes generales, per quas agont elementa: non tamen ſunt determinatæ ad hanc ſpeciem, vel ad illam.

Opinio alloquitur.

Sed in operibus ornatus fuerunt collatæ rebus virtutes ſpeciales ad determinatas ſpecies. iſta enim inferiora in vtriſque iuuantur per ſuperiora. Et omnes virtutes hic inferius reducũtur in aliquas virtutes cæleſtes. ſicut ergo in rebus iſtis inferioribus videmus aliquas virtutes generales, cuiuſmodi ſunt virtutes elementales, nõ deſeruientes ad aliquas determinatas ſpecies: & videmus aliquas virtutes determinatas, & ſpeciales determinatè deſeruientes ad hanc

Virtutes generales, & ſpeciales.

ſpeciē, vel ad illā: eoluſmodi ſunt virtutes, quæ ſunt in ſeminibus, tam in animalibus, quàm in his, quæ oriuntur ex terra, vt ſemen equi determinare deſeruit ad ſpeciem equi: & ſemen Leonis ad ſpeciem Leonis. ſic etiā in his, quæ oriuntur ex terra, q̄ ſeminauerit homo, hæc & metet. A

Sic ergo in iſtis inferioribus eſt dare duo genera virtutum, cum nihil fiat hic inferius, quod non reducatur in virtutes cæleſtes; oportet, q̄ ſic & in cæleſtibus ſit dare hæc duo genera virtutum. quia aliquæ ſunt ibi virtutes ſpeciales deſeruiētes ad determinatas ſpecies, & iſtæ ſunt in Sole, in Luna, & Stellis, quæ ſecūdum alium, & alium aſpectum deſeruiunt ad alias, & alias ſpecies rerum, aliquæ vero generales non determinatæ deſeruientes ad banc ſpeciem, vel ad illam, vt in eodem Sole, quæ communiter omnibus deſeruit ad lucem. Sed ex hac poſitione videtur, quòd quarta die non fuerint facta luminaria, ſed luminaribus iam præexiſtentibus fuit collata virtus, per quam habent efficaciam, vt per eam producantur determinatæ ſpecies rerum. Propter quod ſic dicentes ad argumentum illud: Fiant luminaria in firmamento cœli, dicunt, quòd non intelligitur, quòd non fuerint facta ſecundum eſſe ſuum ſpecificum, ſed eurū ſubſtantia prius exiſtente, ſunc primo determinatæ virtutes ſunt eis collatæ. B

Sed hoc ſtare non poteſt, quia ſecundū Magiſtrum illæ tres noctes fuerunt ſine omni luce. Poſtea quarta nox, factis luminaribus, fuit luce decorata. Concedimus enim cœlos, & elementa a principio fuiſſe facta ſecundum ſuas ſubſtantiales formas. ſed a principio ante omnem diem non fuit facta lux. ſed tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. quia maior eſt huiuſmodi ſcripturæ auctoritas, quàm totius humani ingenij perſpicacitas. Sic etiam ante quartam diem non lucebant luminaria cœli, ſed quarta die incæperunt lucere. Facti ergo erant cœli ſecundum ſubſtantiales formas. quia eiuſdem naturæ, & eiuſdem ſubſtantiæ erant Stellæ cum ſuis orbibus. quia cum ſint naturaliter fixæ in ſuis orbibus, ſunt eiuſdem naturæ cum orbibus. Philoſophus enim in de cœlo, & mundo, licet iſtud verbum propoſuerit generaliter, quòd omne quod naturaliter eſt fixum in aliquo, eſt eiuſdē naturæ cum eo, in quo eſt fixum, ſpecialiter tamen dixit hoc propter ipſas Stellas. Stella ergo non differt ab orbe, in quo eſt fixa ſecundum ſubſtantialē formā, vel ſecundū ſubſtātiā, ſed differt ab eo, q̄ eſt dēſior, & ſpiſſior pars ini orbis. C

Stella eſt eiuſdem naturæ cū ſuo orbe hic. 2. cœli t. 4. 1. 3. coeli t. 6. t.

Dupliciter quoque modis poſſunt intelligi facta luminaria cœli. Nam vbi debebant eſſe Stellæ, erant orbes ſpiſſiores, quàm vbi non debebant eſſe. ſed forte non erat tanta ibi ſpiſſitudo, quòd poſſent lucere, ſicut apparet in Luna. quia pars illa Lunæ, vbi eſt macula, non lucet. Aliæ autem partes lucent. Quod ſecundum Commen. ideo contingit, quia Luna in illa parte non eſt ita dēſa, nec ita ſpiſſa, ſicut in alijs partibus. Illa ergo pars Lunæ, quæ non lucet, denſior eſt ſuo orbe, ſed non eſt ita denſa, ſicut ſunt aliæ partes, quæ lucent, talem ergo denſitatem poterunt habere Stellæ a principio, ſicut eſt macula Lunæ, quę non lucet. ied quando dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, tunc ad verbum diuinum fuerunt magis condenſatæ, & incœperunt lucere. ſecundum hoc ergo Sol fuit triplici ter condenſatus. vt Prima condenſatio eſſet ſecundum condenſationem illam, quam nec habet Luna nec Stellæ, quæ non lucent niſi per lumen receptum ab alio. Secundo quando dixit Deus: Fiat lux, tūc fuit magis cōdenſata ſubſtātia Solis, & incæpit lucere, ſed ante quàm fuerit factus inde Sol, fuit ad hoc magis tertio condēſata ſubſtātia Solis, & incæpit fortius lucere. vn de Auguſt. luter alias cauſas, quas aſſignat de factione ſolis, iſta eſt vna, vt augmentaretur fulgor diei. quòd autem Sol fuerit factus de illa luce prius facta, non debemus vertere in dubium. quia hoc clare dixit Dionyſi. 4. de Diui. nomi. qui loquens de Sole ait, quòd ipſum ſcilicet corpus ſolare eſt id lumen, ſupple primo factum, quod informe erat, & quod diuinus Moyſes determinauit prima omnium dierum ab ipſa Trinitate factum. Illa ergo lux, quæ fecit illos tres dies, fuit lux, de qua factus eſt Sol, quæ lux erat informis, ideſt non erat ita ſplendida, ſicut fuit poſtea, facto inde Sole, habuit ergo Sol tres denſitates: Vnam a principio, ſecundum quam non lucebat. Secundam, quando fuit facta lux. Tertiam denſitatem accepit, quando fuit facta inde Sol. Alie vero Stellæ, & Luna forte habuerūt duas denſitates. Vnam a principio, quæ ſunt macula Lune, quæ non illuminata a Sole non ſplendet. Aliam quidem denſitatem acceperunt quarta die, quando fuerunt facta luminaria in firmamento cœli. ergo per maiorem denſitatem in Sole, quàm in Luna, & in alijs Stellis, dicimus eſſe facta luminaria cœli. Et hic eſt vnus modus dicendi, qui poteſt poni in materia iſta. D

Idem ſupra d. 2 q. 2. art. 2.

Luna macula vnde. Idē ſupra d. 2. q. 2. artic. 2 in Reſ. dub. 2.

Poſſumus autem & alium modum adducere magis probabilem, & magis rationabilem, qui eſt, ſaluata tota Scripturæ ſacræ, cuius auctoritatem ſufficienter non poſſumus exprimere, quàmuis omnes varietates factæ in cæleſtibus fuerint tantum ſecundum rationes obediētiales, prout materia obedit Deo Factori ſuo: ſed non ſecundum rationes ſeminales, prout materia obedit agentibus naturalibus, tamen quanto pauciores tales varietates poſſumus ibi ponere, tanto magis videmur ad veritatem accedere. Poſſumus ergo Scripturam ſacram ſaluare hoc modo: Dicendo, quòd a Principio ante omnem diem in illo inſtanti, quando Deus fecit cœlum, & terram, factæ fuerunt Stellæ, & Luna in illa denſitate, in qua ſunt modo. ſed non lucebant, quia nec modo lucent, niſi prout recipiunt lumen à Sole. Sol etiam fuit factus in tanta denſitate, in quanta ſunt modo Luna, & Stellæ, ſed non lucebat. quia nec modo Luna, & Stellæ lucent, niſi per

Sola ſimplex condēſatio. Idem infra d. 15. in dub. 2. litera. Sol quādo, & quo factus.

Rationes obediētiales & ſeminales quomodo differant.

lumen

lomen recepmm ab aliu: & quando dixit Deus: Fiat lux. Substantia Solis fuit tunc msgis coudenſata,& incæpit lucere, & emittere radios, & fecit illos tres primos dies, vt patet per Dionyſium: ſed illi radij non erant tantæ efficaciæ, ꝙ Luna,& Stellæ poſſent lucere per eos:ſed quarta die eſt data tanta deuſitas illi materiæ, ex qua conſtabat Sol,quòd intantum fuit augmentatus ſplendor Solis, quòd huiuſmodi ſplendor pertingens ad Lunam,& Stellas fecit ea ſplendere, & lucere. Ergo quarta die fuerunt facta luminaria cœli, Sol,& Luna,& Stellæ.quia lumen Solis fuit augmentatum,ex qua augmentatione lumen Solis ſic augmentatum pertingẽs ad Lunã, & Stellas,fecit eas lucere,& ſplendere,quæ prius non lucebant,nec ſplendebant.

Dubitatio. Sed quæreret aliquis: Vtrum aliquo modo poſſent ſalnari verba Doctorum dicentium, ꝙ luminaria facta erant prius ſecundum ſuas ſubſtantiales formas,ſed quarta die fuerunt eis collatæ virtutes ad cauſandũ determinatas ſpecies rerum. Sciendum ergo, quòd proprié loquendo tunc fuerunt facta luminaria, quando incæperunt lucere. cum ergo narrauerimus duplicé modum,ſecundum quem poſſunt dici facta luminaria, vnum per condenſationem omnium. quia nec Luna, nec Stellę habebant tantam condenſationem,quantam nunc habent,alium autem modum ex ſola condenſatione Solis,a quo Luna, & Stellæ lumen recipiũt:cum quarta die hoc fuerit factum, tunc poſſunt dici facta luminaria.

Soluto.

De virtutibus autem ſpecialiter collatis eis: ſatis poſſunt ſalnari eorum dicta ex ratione motuum, & ex ratione luminum. quia ſatis poteſt probabiliter dici. Quod quarta die incæperunt moueri deferentes Planetarum, & eorum epicicli,& nunc plsuetę incæperunt habere ſuos próprios motus, per qoos habuerunt alium, & alium aſpectum ad hæc inferiora, ſecundũ qnos alios, & aliot aſpectus incæperunt habere efficaciam quandam ſpecialem ad alias, & alias ſpecies producendas.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum,quòd Stella eſt pars orbis immobilis,non tamen eſt eo modo immobilis,ſicut plãtæ. quia plantæ ſic ſunt immobiles,& affixæ terræ, quòd nec mouentur motu ſuo,nec motu terræ, niſi fortè per vapores ſiccos cõcutientes terram per quandam violentiam facerent terremotum,qui non eſt nec ſemper,nec vnioerſaliter, ſed eſt ad tempus in aliqua modica parte terræ.ſed Planetæ,& ſi non mouentur per ſe, mouentur tamen motu ſphæræ, in qua fixi ſunt.& Stellæ mouentur motu firmamenti, in qoo ſunt fixæ,ſed hoc eſt ſemper, & continuè planetis. etiam non ſolum damus motum ſphæratom ſuarũ, ſed motum deferentium,& epicicloram, vt ex hoc non ſit ſimile de plantis,& Stellis. Poſſumus autem, & aliter ſolnere: quia terra non ſolum eſt ornata plantis,quæ ſunt inſenſibiles, & immobiliter affixæ terræ,ſed etiam ornata animalibus, & hominibus,quorum plantę,& ea quę producit terra,ſunt cibus, & ſlimentum, iuxta illud Gene. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen,& vniuerſa ligna, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus. cum ergo, quia animalia ſunt nobilius ornamentum, tom etiam quia germinata in terra ſunt propter cibum animalium, dicuntur animalia ornamẽtum terræ,& non plantæ. ſed cœlum non habet aliud ornamentum niſi luminaria,ideo dicta ſunt ornamentum cœli. Gen. 1.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum plantæ non dicantur ornamentum terræ, non fuit ibi ordo retrogradus,nec quantum ad diſtinctionẽ: nec quantum ad ornamentũ, cum prius fuerint diſtincti cœli, quàm elementa, & prius fuerint ornati, quàm elementa.

Luminaria vnde dicta.

Adtertium dicendum, quòd lomiuate poteſt dici vas lumiuis, quia illumiuat iſta inferiora, vt patet in Luna,& Stellis. Ad formam autẽ arguendi,quòd luminare eſt vas luminis,vel habet lumen a ſe; Dici poteſt, ꝙ a ſe habent aliquid,vude luceant: ſed illud,quod habent a ſe, non poteſt exire in actum, niſi per lumen Solis: ſicut & colores per ſe ſunt viſibiles, non tamen mouent viſum,uiſi ſecuudum actum lucidi. Et vt demus ſenſibile exemplũ: Luna non lucet in parte illa, vbi habet maculam, lucet tameu in alijs ſuis partibus.niſi ergo Luna haberet aliquid a ſe,non luceret per hoc,quòd reſpiceretur a Sole. Sic nec macula eius lucet quantũcunque reſpiciatur à Sole.

Luminare maius eſt Luna.

Ad quartum dicendum,quòd luminaria magna dicuntur ex eo, quòd apparẽt nobis magna, vel ex eo, quòd viſus noſter iudicat ea eſſe magna. Quantuncunque ergo aliquæ Stellæ ſecundum ſe ſint maiores Luna, viſus tameu noſter nullas iudicat maiores ea.

Ad quintum dicendum, ꝙ Luna quantuncũque videatur in die,tamẽ non lucet propter præſentiã Solis, nec præeſt diei tanquàm luminare.

ARTIC. II.

An Luminaria cœli influant in hæc inferiora. Concluſio eſt affirmatiua.

D. Tho. 1. p. q. 115. ar. 5. Et 2. ſentent. d. 13. ar. 2. D. Bona. d. 14. p. 2. ar. 3. q. 2. & 3. Ric. d. 14. q. 2. Sco. d. 14. q. 1. Th. Arg d. 14. q. 1. ar 4. Dur. d. 14. q. 1. p. 2. Capr. d. 14. q. 1. Bacc. d. 15. q. 1. Ioã. Gand. 8. Phyſ q 6.

SECVNDO quæritur de luminaribus cœli quantum ad effectũ eorũ generaliter: Vtrũ habeant aliquem effectũ in iſta inferiora. Et videtur, ꝙ non. quia dixit Deus: Fiant luminaria in firmamẽto cœli,& ſint in ſigna, & tempora &c.

Præterea Dam. lib. 2. cap. 7. loquens de luminaribus cœli ait: Nos autem dicimus, quoniam non ipsa causa sunt alicuius eorum, quæ fiunt: nec corruptionis eorum, quæ corrumpuntur.

Præterea si ex motibus cœlestibus fierent effectus hic inferius: cum siut necessarij & vniformes, ista inferiora essent necessaria, & venirent de necessitate vniformiter, quod videmus esse falsum.

Præterea, si cœlum alteraret terram, vel ista inferiora: oporteret, quòd prius alteraret cœlos inferiores, qui sunt intermedij inter luminaria cœli, & ista inferiora: cœli ergo susciperent peregrinas impressiones.

IN CONTRARIVM est Commē. super 12. Meta. quòd calores generati ex caloribus stellarum generant quamlibet speciem specierum animalium.

Præterea opus naturæ dicitur esse opus intelligentiæ, quod non est verum, nisi per aliquam intelligentia mouet cœlum, a quo causantur isti effectus inferiores.

RESOLVTIO.

Corpora cœlestia in hæc inferiora agere dicuntur, non tamen in intellectum directam habēt actionē.

Philosophorū antiquorū error circa cœlestia.

RESPONDEO dicendum, q̄ antiqui philosophantes nihil crediderunt esse p̄ter corpora, vnde & animam credebāt esse quoddam corpus: quia aliqui dixerunt ipsam esse sanguinem. aliqui athomos, & sic existimabāt ipsam esse corpus. primus autem qui locutus est de intellectu & de rebus incorporalibus & immaterialibus fuit Anaxagoras, dicens intellectum esse immixtum & immaterialem, vt patet ex li. phȳsicorum, & ex 3. de anima. secundum hoc ergo antiqui Philosophantes erraverunt, vel ab eis habuit ortum error, vt corpora supercœlestia non solum agerent in ista inferiora, sed etiam essent quidam Dij. Ex quibus hæc omnia causabātur: vnde & Lunam, & Solem posuerunt quidam Philosophi adorari debere. ideo dicitur Iob. 31. Si vidi solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, lętatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima, & negociatio contra Deum altissimum. Ille ergo in abscondito lętatur, quando videt solem fulgentem vel lunam incedentem clare, & credit ibi esse aliquid numinis, ex hoc volens facere ei reuerentiam in signum seruitutis & latenter osculatur manum suam. quia igitur hoc facere est idolatria: ideo est iniquitas maxima & negociatio contra Deum altissimum. Credēs enim aliquid ē Sole & Luna vel in alijs supercœlestibus esse aliquid numinis, dicitur lętari in abscondito: quia omnis creatura clamat Deum factorem snū, vt vult Aug. 15. de Tri. Nō est ergo ex manifesto, nec ex luce, cuius est manifestare omnia: sed est ex abscōdito, & ex tenebra, cuius est omnia occultare, vt aliquid numinis ponatur in creatura. Alij volentes determinare de actionibus intelligentiarum motorum cœlorum, & ipsorum cœlorum, voluerūt omnia ita determinatè procedere a Deo, quòd immediate ab ipso non fuit creata nisi intelligentia prima, & ab illa intelligentia fuit creata anima primi orbis: quam positionem prosequi est superstitiosum: cum solus Deus creare possit.

Dimissis ergo his temeritatibus, quòd in corporibus sit aliquid numinis, & bis superstitionibus; quòd a creatura procedat aliquid per creationem. Dicamus q̄ negare corpora supercœlestia habere effectum in hæc inferiora est negare sensum: cum sensibiliter experiamur, quòd Sol nos calefacit, & Luna nos infrigidat. sed hoc ponendo, quòd agāt in hæc inferiora, quod credimus esse verū; Quatuor difficultates nobis occurrunt. Prima ex ipsa transmutatione & alteratione, quā faciunt supercœlestia in hæc inferiora. Secunda ex diuersitate talium trāsmutationum. Tertia ex modo, secūdū quem habent fieri tales transmutationes. Quarta ex speciebus intelligibilibus: quæ habent esse in intellectu ipsorum motorum. vtrum illę species aliquid faciant ad ist as transmutationes: vel vtrum ex illis formis immaterialibus habeant esse istæ formæ materiales hic inferius generatæ. Prima difficultas sic ostenditur: nam omnes transmutationes, quæ fiunt a corporibus supercœlestibus, principaliter fiunt per corpora luminosa, quia influētia cœlestis principaliter fiit à corpore luminoso. cū ergo inter Lunā, & ista inferiora interponat aliqd de sphęra Lunæ: quia Luna fixa est ī suo deferēte, & deferēs hēt esse in sphæra Lunæ, sicut medulla in osse: oportet ergo, q̄ aliquid de sphęra Lunæ interponatur inter Lunā, & hæc inferiora. & quod dictum est de Luna, multo magis habet veritatem de alijs planetis, & multo magis de stellis fixis. nam inter Mercurium, qui immediata est supra Lunam, & ista inferiora non solum interponitur aliquid de sphæra Mercurii, sed etiam interponitur in tota sphæra Lunę. non poterit ergo Luna trāsmutare ista inferiora, nisi transmutet, & alteret aliquid de sphæra sua. & Mercurius non poterit transmutare vel alterare ista inferiora: nisi alteret aliqd de sphæra sua, & totā sphærā lunæ. sed totū cęlū a globo Lunari supra est alterans inalterabile: si ergo est impossibilis alteratio cęli, impossibilis erit alteratio istorū inferiorū p luminaria cęlestia. Sciēdum ergo, q̄ a mouente, vel ab immutante fit immutatio in rebus secundum quòd res sunt aptæ natæ recipere immutationes, & propter hoc ponitur communiter exemplum de quodam pisce; qui est similis raiæ: tamen est minor raia, & magis delectabilis ad comedendum. Dicitur de illo pisce, quòd quando capitur in rete, obstupefacit manus piscatoris, & facit eas tremulantes. Vnde dixerunt nobis, qui erant experti, quòd cum hoc accidit eis, statim cognoscunt talem piscem esse capium in rete. cum ergo rete interponatur inter manum & piscem, obstupefit tamen manus, & non obstupefit rete. Aliquid tamen facit in rete & aliquid in manu, licet illud aliquid sit obstupefactio in manu, & non in rete. Cuius causa est: quia non eodem modo suscipit impressionem piscis, manus, & rete. Sic & in proposito:

Cœlum agit in hæc inferiora.

Exemplum de pisce capto in rete. & quo manus piscatoris obstupefiat.

posito: non possent luminaria cœli aliquid imprimere in ista inferiora, nisi aliquid imprimeret in orbibus intermedijs. sed non oportet, quòd eodem modo immutentur orbes intermedij, sicut immutantur ista inferiora. sed immutabuntur orbes intermedij, sicut sunt apti nati immutari, & prout natura eorum est apta nata immutationes suscipere: & ista etiam inferiora mutabuntur suo modo, prout eorum natura est apta nata immutationem suscipere. Cum ergo natura cœli semota a contrarietate immutationem illam suscipiat, orbes sine contrarietate immutationem suscipient. quia vero natura istorũ inferiorum est coniuncta formis contrarijs illam eandem immutationem suscipere poterit cum contrarietate. & quia formæ, per quas fit noua immutatio, quæ sunt remotæ a contrarietate, sunt potissimè formæ intentionales, quia non solum in superioribus, sed etiam in istis inferioribus contrarietate carent: ergo fortè dici poterit, quòd omnes immutationes factæ in orbibus a luminaribus cœli sunt intentionales, secundum quas posse immutari, & variari supercelestia videmus ad sensum. quia Lunam videmus eclypsari, & priuari suo lumine, & iterum videmus eam recuperare lumen postea semper secundum suum motum proprium, aliter, & aliter. Sed si respiciatur a Sole, semper in aliqua sui parte perdit de lumine Solis, & in alia recuperat ipsum. luminaria ergo cœlestia immutabunt orbes cœlestes, & hæc inferiora, sed illa immutabunt intentionaliter, quia non sunt apta nata immutari. Ista vero inferiora immutabunt intentionaliter, & realiter, quia vtroq; modo apta sunt immutari. Sed quia intellectus non quiescit, dubitabit fortè aliquis, dicens hoc esse mirabile, quòd medium mutabitur intentionaliter tantum, & ab eodem agente perueniat actio per medium ad extrema immutata non solũ intentionaliter, sed realiter. Cui dubitationi satis debent sufficere iam dicta, quia ab eodem agente potest prouenire mutatio per medium ad extremum, non eodem modo, immutato medio, & extremo: sicut non eodem modo immutata manu, & rete peruenit immutatio a pisce ad manũ per rete.

Cœli immutatio qualis.

Alteratio inferiorum per orbes quo intelligenda.

Ad maiorem tamen intelligentia prædictorum dicemus, quòd inter influentiam, & immutationem factam in hæc inferiora a corporibus cœlestibus, ipsa luminaria erunt principaliora, in mutationibus præfatis. ergo orbes erunt quasi eorum organa: sed virtus principalis agentis habet esse in organo, quasi in quodam transitu, vt virtus artis habet esse in serra, quasi in quodam transitu: & artificiatum non assimilabitur serræ, vbi est virtus artis, secundum quendam motum, & secundum quendam transitum, sed assimilabitur ei, quod est in mente artificis, vbi ars habet principaliter, & stabiliter esse. Sic & in proposito: Si a luminari per orbẽ fit mutatio in ista inferiora, qualitas illa, per quam luminare cœleste habet immutare ista inferiora, in ipso luminari cœlesti erit realiter, principaliter, & stabiliter. In ipso autem orbe, quod est quasi quoddam organum in talibus immutationibus, erit hoc secundum quendam motum, & secundum quendam transitum: nec oportet, quòd ista inferiora immutata a luminaribus cœlestibus imitẽtur ipsos orbes, vt sit tota intentionaliter in eis talis immutatio, sed imitentur ipsa luminaria, vt sicut in ipsis luminaribus est quædam virtus, & qualitas realiter, per quam immutant, sic in istis inferioribus habebit esse quędam qualitas realis, per quam ab illis luminaribus etiam realiter immutantur.

Aduertendum autem, quòd diximus ista inferiora immutata à luminaribus cœlestibus imitari ea, & quòd non oportet, ex hoc imitari orbes. vsi enim sumus isto verbo imitari, & non assimilari. quia cum valde diminutè ista inferiora recipiant ea, quæ sunt in luminaribus cœlestibus, vt si calefiunt ab eis non eodem modo erit caliditas hic, & ibi. propter quod in istis inferioribus respectu luminarium cœlestium magis erit quædã imitatio, & analogia, quàm vnuocatio, & assimilatio. non est enim ibi diligens comparatio, vel non est comparatio cum diligentia mensurata istorum ad supercœlestia: sed sunt hæc quædam imagines. i. quædã imitagines illorum, vt a Dio. de diui. nominibus haberi potest.

Dub. I. Lateralis.

An Luminaria ab eodem Sole lumen recipientia, ex varietate recipientium, variè in hæc inferiora influant. Conclusio est affirmatiua.

D. Bonauen d. 14. p. 2. artic. 3. q. 2 Ric. d. 14. q. 17. Dorb. d. 14. q. 1. Land. d. 14. q. 9.

Luminaria vnde diuersas in hæc inferiora causare possint transmutationes.

SOLVTA hac difficultate: Dubitaret forte aliquis de diuersitate alterationum, & transmutationum facta a cœlestibus in hæc inferiora. Nam cũ omnia luminaria cœlestia recipiant lumen à Sole: cum non agant in hæc inferiora nisi per lumen, quod emittũt in ea receptum a Sole; cum istud lumen sit ab vno, & eodem principio. videtur, quòd omnia aguut eodẽ modo. & quia videmus in eis diuersitatem transmutationum, & alterationum in hęc inferiora: ideo merito oritur difficultas.

Sciendum ergo, ꝙ posito, sic esse, ꝙ non immutant luminaria alia cœlestia, nisi per lumen, quod recipiunt a Sole, non oportet tamen, ꝙ vnu, & eodem modo immutent, licet recipiant vnũ, & idẽ lumen. nam colores non immutant visum, nisi p actũ lucidi, & nisi actu illuminati. diuersi tñ colores possunt diuersimodè immutare visum, nõ obstante, ꝙ sunt vna, & eadem luce perfusi: lux enim recepta in eis, recipietur secundum modum recipien-

recipientium. & quia colores positi sunt diuersi, per vnam, & eandem lucem offerentur se visui, vt diuersi: & diuersimode immutabunt visum. sic,& in proposito alia, & alię luminaria cœli habent alias,& alias virtutes, & alio,& alio modo alterant ista inferiora. Dato ergo,quòd sine luce solari non possent per illas,& alias virtutes, quas habent, alterare aliter ista inferiora: illa tamen lux solaris recipitur in eis secundum modum recipientium:ut vna, & eadem luce perfusa: propter alias, & alias virtutes,quas habent in istis inferioribus,alterationes alias,& alias exercebunt.

Dub. II. Lateralis.

An corpora cœlestia,vt organa principalia,agant in hæc inferiora. Conclusio est affirmatiua.

SOLVTA difficultate prima laterali, dubitarèt forte aliquis: Per quem modum illa supercœlestia agant in ista inferiora.

Sciendum ergo,quòd in istis inferioribus videmus multos modos actionis, & passionis: quia videmus virtutes communes elementorum, quæ sunt calidum, & frigidum &c. Per quas agunt,& patiuntur elementa ipsa, etiam mista: vt abundant in eis qualitates, agunt & patiuntur per eas. sed videmus aliquos effectus hic infetius,qui non possunt reduci ad has quatuor qualitates: vt Adamas attrahit ferrum ad diuersas differentias positionis, qui tractus ad has quatuor qualitates reduci non possunt. sed dicimus, quod est alia virtus in adamante sequês ipsam eius formam specificam, per quam fit talis tractus. vnde communiter dicuntur talia fieri magis a tota specie,quàm a virtute aliqua sequente formam specificam:& per consequens sequente totam speciem. In ipsis etiam seminibus tam animalium,quàm herbarum, vel plantarum sunt aliquæ virtutes, per quas ex similibus similia procreantur,quæ sufficienter in qualitates elementorum reduci non possunt. possunt enim qualitates elementorum,pronti reseruantur in mixtis, innate ad productionem talium: sed quòd istæ sufficiant ad talia producenda apparet cuilibet esse falsum.oportet ergo aliquas virtutes esse in seminibus decisas a generantibus, vnde talia fiat.& quod dictum est de seminibus in his, quæ generantur ex semine, veritatem habet in putrefactionibus in his,quæ generantur ex putrefactione, quod facit semen in iis,quæ generantur ex semine. His itaque prælibatis: dicamus quòd elementa,& semina,& omnia ista inferiora habentia quascunque virtutes,iunt quædam organa supercœlestium corporum, & supercœlestia corpora sunt quædam organa intelligentiarum mouentium ea. sicut ergo organum nihil potest facere sine illo, in cuius virtute agit: sic omnia ista inferiora nihil possunt facere sine virtute cœli. ideo Philosophus in principio.8.Phyficorum dicit motum cœlestem esse vitam in entibus, quia omnia ista inferiora participant vitam.i. participant motum, qui est quoddã opus vitæ per motum cęlestem: quia nullus motus agitur hic infetius ooo causatus,& nõ generat⁹ à cęlesti moto. Cũ ergo videamus hic tantas varietates specierum tã in animalibus,quàm in aliis: oportet, quòd omnia ista veniant ex motu cęli, & ex aspectibus Stellarum eius.vnde Commen.super 18. Meta. vt dicebatur supra,air,quòd calores generati ex caloribus Stellarum generantes quamlibet speciem specierum in animalibus: proprias habent mensuras illius caloris ex quantitatibus motuum Stellarum, & dispositionibus illarum ad inuicem in propinquitate & remotione.calores ergo ex quibus generantur,non solum hæc species,vel illa,sed omnes species animalium prouenient ex caloribus Stellarũ, & dispositionibus earum: prout aliter,& aliter se habent ad inuicem in propinquitate, & remotione. vna enim,& eadem Stella, pront vnam speciem respicit directe, & habet ad eam aspectum dyametralem: & aliam respicit obliquè, & habet ad eam aspectum non directum: faciet ad generationem alterius,& alterius speciei. Est enim diligenter notandum,quia ignoramus naturam cęlestem: vt quia in vna parte sunt multæ Stellæ,quæ sunt Stellę magis spissę:in alia autẽ parte cęli sunt Stellæ magis rarę: credimus forte hoc casualiter factum esse, sicut qui nesciret naturam animalis, & videret venas, & neruos in vna parte corporis se habere aliter,quã in alia: crederet forte hoc casualiter factum esse. sed cognoscens naturam animalis videret clare,& aperte,quòd nulla est ibi vena, nullus est ibi neruus, qui non habeat suum iuuamentum,vel in toto corpore vel in aliqua parte corporis animalis.sic in corpore cęlesti: si sciremus naturam eius,cognosceremus nulla esse ibi luminaria non habentia iuuamentum ad regnum istorum inferiorum: vel secundum totum, vel secundum aliquam partem. & quia videmus alicubi Stellas esse magis spissas, alicubi magis raras: & videmus in octana iphæra esse tot Stellas: in qualibet autem sphęra planetarum non esse nisi vnam Stellam,non casualiter facta sunt:sed diuina prouidẽtia sunt propter effectum mancipata, quia sic expediebat regno vniuersi. Cum ergo quæritur quomodo corpora supercęlestia agant in ista inferiora,vel regant ea:paret,quia omnia ista inferiora sunt quædam organa supercœlestium corporum:ita quòd supercęlestia corpora tãquàm principaliora agentia,quàm ista inferiora,habẽt quandam principalitatem respectu productionis omnium specierum,quæ producuntur, vt sicut calores omnium specierum animalium habeant mensuram ex caloribus Stellarum: sic omnes virtutes hic infetius habent mensuram ex virtutibus supercœlestibus: vt nulla species hic inferius fiat, nisi secundum mensuram, & proportio-

Adamantis trahit ferrũ, sed dicta opinio abolenda:& virtus huiusmodi magneti adscribitur.

T.c.t.

Com.11.

Cęlum qũo transmutet hæc infetiora.

portionem virtutum illarum: & ſicut omnia iſta inferiora ſunt organa ſupercœleſtium corporũ, ſic omnia ſupercœleſtia corpora ſunt organa intelligentiarum mouentium ea, quæ poſſunt dici eorum motores apptupriati, & eorum animæ. ſed de hoc in ſequenti difficulate patet.

Dub. III. Lateralis.

An ab intelligentijs producantur forma materiales, & naturales. Concluſio eſt affirmatiua.

Dorb. d. 14. q. 3.

SOLVTA difficultate ſecũda, forte dubitaret aliquis: Vtrum ſpecies immateriales, quæ ſunt in intelligentijs mouentibus orbes, aliquid faciant ad generationem iſtorum materialium: Vel quod idem eſt: Vtrum ex iſtis formis immaterialibus procedant, & producantur iſtæ formæ materiales.

Sciendum quòd ex duobus, quæ videmus hic inferius, poſſumus declarare veritatem quæſiti. Videmus enim hic inferius, quòd à forma, quæ eſt immaterialiter in mente artificis, habet eſſe forma artificiati in materia exteriori, vt hoc modo in talibus fiat conueniens ex conuenienti: vt à domo, quæ eſt in anima, fiat domus in materia: & ab arca, quæ eſt in anima, fiat arca in materia, vt patere poteſt in pluribus locis per Philoſophũ & Commentatorem.

Artificiata quomodo à forma, quæ eſt in mẽte Artificis producantur.

7. Meth. Tex. c. 23.

Sed dices quid facit arca, quæ eſt in anima ad arcam, quæ eſt in materia? Dicemus quòd ſecundum Philoſophũ in Ethicis, ars eſt recta ratio factibilium. quia ergo artifex de artificio, qd vult facere, concipit rationem: ideo per illam rationem conceptam regulatur manus eius, & regulatur eius inſtrumentum, vt ſic fiat forma artificiati in materia ſecundum formam, & rationẽ quam concipit de ipſa in anima: & cum artificiatum non imitetur, nec manum, nec ſerram: nec aliquod quodcunque inſtrumentum, ſed imitetur formam, & rationem, quam de ipſo concepit artifex; patet, quòd à forma, quæ eſt immaterialiter in mente artificis, eſt forma exterior in mente artificiati.

Poſſumus autem ad declarationem propoſiti aliud exemplum adducere. Nam videmus per artem Magorum: & per operationem Dæmonum aliqua hic inferius fieri, cum Magi Pharaonis fecerint de virgis ſuis Serpentes, ſicut fecerat Moyſes. Quod non poſſunt facere ſecundum Auguſtinum de Trinita. niſi per occulta ſemina comũ-

Magorũ ars ex D. Aug. Tomo 3. De hoc vide dicta in noſtro de Cometis Diſcurſu. Vi

A gendo actiua paſſiuis. Illi ergo Serpentes, & naturales, & artificiales dici poterant. prout ergo Dæmones per artem ſuam illa occulta ſemina ſic adaptabant ad ſua paſſiua, vt fierent inde Serpentes, quos in mẽte conceperant: illi Serpẽtes quodammodo dici poterãt artificiales. Poterat enim dici, q̃ à forma Serpentis, quæ erat immaterialiter in mente Dæmonis cõcepta, fiebat forma Serpentis in exteriori materia.

de 8. Nico. Lyr. ſup c. 7. 8. Exodi & de ſuſcitatione Samuelis variæ opiniõ vide in noſtro addito hoc dicendo.

Poterant etiam dici Serpentes illi naturales, prout occulta ſemina, quæ adhibebat Dæmon ad productionem illorum Serpentum, naturaliter hoc agebant. Vnde ſecundum Augu. 3. de Trini. Quicquid fecerunt illi mali Angeli de Serpentibus, & ranis, fecerunt per quædam occulta ſemina adhibita. cum ergo illa ſemina naturaliter agerent, veri erãt illi Serpentes, & naturales: ſic & in

B propoſito Angeli mouent orbes orbiculariter, & vniformiter, quia ſic ſunt apti nati moueri, & hoc modo eſt eorum motus naturalis. Moti autẽ vt ſunt apti nati moueri, faciunt ad generationẽ omnium ſpecierum, quæ hic inferius producuntur. quod ergo Angeli moueant eo modo orbiculariter, & vniformiter cælos: vt ſunt apti nati moueri, & vt ſunt apti nati facere ad generationem hic inferius omnium ſpecierum, regulantur per formas, quas habent apud ſe de omnibus iſtis ſpeciebus, vt hoc modo omnes formæ iſtæ materiales ſint a formis illis, quę ſunt in mentibus motorum orbium. ante enim, vel tunc, cum inceperũt mouere orbes, cognouerunt in quadam generalitate, non q̃ eſſent directè præſciꝰ futurorum per ſpecies, quas habebãt apud ſe, ſed per omnes ſpe

C cies, & omnes formas, quæ erant hic inferius ꝓducendæ, & ſic ſe regulauerũt, & regulant in mouendo orbes, per illas ſpecies, quas habent in intellectu. & orbes ab eis moti faciunt ad generationem omnium formarum hic inferius productarum. propter quod bene dictum eſt, quòd ab illis formis immaterialibus ſunt iſtæ formæ materiales. Sic enim dicendo, concordamus cum verbis Philoſophi in 7. Metaph. dicentis: Omne, quod fit, fit à ſibi conuenienti: ſiue fiat per naturam, vt homo ab homine: ſiue fiat per artificiũ, vt domus ex domo. vbi Commen. ait, q̃ domus, quæ fit ex lateribus, & lapidibus, generatur à domo, quæ eſt in anima artificis. Et quia motores orbium ſuot quaſi artifices omnium iſtorum inferiorum, conſequens eſt, q̃ à formis in mentibus illorum artificum conceptis ſint formę hic inferius in materia

Tex. c. 23 & 30.

ibidem.

D generatæ. Hoc etiam concordat cum verbis Cõmenta. in 12. dicentis: Natura hic inferius non facit aliquid niſi perfectè, & ordinatè, quamuis nõ intelligat niſi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quæ dicuntur intelligentiæ. idem & ibidem ait, quòd totum hoc prouenit ab arte diuina intelligibili, quæ eſt ſimilis formæ vnius artis principalis: ſub qua fiunt artes plures: ab illis ergo ideis, quæ ſunt in mente diuina, vbi eſt ars principalis: & a ſpeciebus, quæ ſunt in in mentibus motorum orbium, in quibus iunt multæ artes ſub vna illa arte principali, proue-

Com. 12.

niunt

uiunt omnia,quæ hic inferius producũtur. Hoc etiam concordat cum verbis Boetij in suo lib. de Trinita. vbi ait: ꝙ ex his formis, quæ sunt præter materiam, venerunt istæ formæ, quæ sunt in materia,& efficiuntur corpus: & ait, ꝙ cæteris, quæ in corporibus sunt, supple formis, abutimur, formas vocantes. Vult enim, ꝙ non sint propriè formæ, sed sint quædam imagines. i. imitagines formarum immaterialium. Has autem formas immateriales, a quibus sunt istæ imitagines, possumus dicere esse principaliter formas, quæ sunt in mente,& in arte diuina: & esse formas immateriales non principaliter, sed sub principaliter, quæ sunt in mentibus motorum orbium. Et hoc modo sunt multæ artes sub vna arte principali, vt p Commen. superius dicebatur.

Sed dices, quòd formis, quæ sunt in mẽte Angeli, non obedit materia exterior, nisi quantum B ad motum ad vbi, non autem quantum ad motu ad formam. Ad quod dici potest, quòd immediate non obedit materia exterior conceptioni existenti in mente intelligentiæ, nisi quantum ad motom ad vbi. sed per illum motum ad vbi potest mouere ad formam. Sicut mali Angeli mouẽdo occulta semina ad vbi, mouerunt materiã exteriorem ad formam, faciendo inde Serpentes,& ranas, prout illa semina naturalia adhibita erant apta nata illa naturaliter producere: sic & motores orbium mouendo orbes ad vbi mouent omnia ista inferiora ad formas: prout per motus orbium suot aptæ natæ naturaliter produci. cum enim in istis artificibus inferioribus non obediat conceptioni eorum, nisi manus secundum motum ad vbi: qua mota, mouetur serra, vel aliud instrumẽtum, vt hoc modo inducatur forma artis: qua inducta, dicitur à forma in mente artificis, esse forma in materia artificiati. multo ergo magis à formis immaterialibus in mentibus motorum sunt formæ hic inferius de potentia materiæ eductæ.

Resp. ad arg. Art. II.

AD primum dicendum, quòd luminaria cœli ita sunt signa istorum inferiorum, quòd etiam sunt causæ eorum. nam prout in effectibus eorum pronosticamur aliqua de futuris, vt quia sero rutilat cœlum, pronosticamur serenitatem: quia ergo corpora cœlestia non solũ sunt causa illius rubedinis, quæ est signum serenitatis,& ex qua pronosticamur de serenitate, sed etiam sunt causa illius serenitatis sic per pronosticationem habitæ: ideo sic sunt signa, ꝙ sunt etiam causæ.

Ad secũdum dicendum, quòd materia in istis inferioribus potest multipliciter impediri: ideo non de necessitate fiunt isti effectus inferiores. propter quod dixit Ptolomæus, quòd expectandom est iudicium ex secundis Stellis. appellat autem secundas Stellas, ista corpora inferiora, vel

Astrologorũ iudicia quo impediantur, vide Gabr. Biel. d. 44. q. 1.

A istas materias inferiores. Cum enim videt Astronomus ex aspectibus siderum aliquos effectus debere fieri, vt pluuias, vel aliquid tale, non statim debet dicere: Tales effectus fient: sed debet considerare: Vtrum materia sit hic inferius dispositæ, vel indispositæ ad effectus illos: quia ex indispositione materiæ præfati effectus poterunt impediri.

Ad illud autem Dam. quòd luminaria cœli non dicimus, quòd sint causa eorum, quæ hic inferius fiunt; Dici debet, quòd non sunt causæ necessariæ, quòd non possit impediri eorũ effectus: & in quantum deficiunt a productione suorum effectuum, possunt dici causæ deficientes, & etiã possunt dici signa, & non causæ: prout vero efficiunt, quæ pronosticamur ex eis, possunt dici signa, & causæ.

Ad quartum dicendum, ꝙ si luminaria cœli immutarẽt ista inferiora, quòd prius immutarẽt ipsos cœlos. Patet solutio per iam dicta.

ARTIC. III.

An liberum arbitrium motui cœlesti subjaciatur.

Conclusio est negatiua.

Aegid. De anima. Commen. 100. d. D. Tho. 1. p. q. 115. artic. 4. & 6. Item. 2. senten. d. 15. artic. 3. Et Quodl. 2. artic. 5. corp. D. Bonauen. d. 14. p. 2. artic. 3. q. 3. Thom. Arg. d. 14. q. 1. artic. 1. Durd. d. 14. q. 2. p. 2. Durd. d. 14. q. 2. Ioan. Gand. 8 Phys. q. 6.

BRevi. quæritur de Luminaribus cœli, prout specialiter cõparantur ad liberum arbitriũ: Vtrum habeant aliquid efficere in eo.

Et videtur, ꝙ sic. Quia omne diforme reducitur in aliquid vniforme. Sed omnia sunt comprehensa vltimum mobile, quod est supra octauam sphæram, siue supra fidera, quia comprehensum est per Armillas Astronomicas, cœlum siderum moueri diuersis motibus. Ista ergo contingentia, & difformia reducuntor in motum cœli, qui est vniformis. Sed inter cætera contingentia, & variabilia, sunt & formia sunt motos liberi arbitrij: omnes ergo tales motus reducuntur in motum cœli qui est vniformis.

Præterea Dionys. 4. cæ. de diui. nomi. loquens de lumine solari ait quòd omnia viuificat, cuntinet, & perficit: & est æuum, & mensura existentium: & numerus, & ordo, & ambitus, & causa, & finis: ergo &c.

Præterea videmus aliquos naturaliter ex complexione eorum inclinari ad aliquod vitium, vel ad aliqua opera virtutum: sed super complexionem habet virtotem, & potentiam aspectus siderum; ergo illa opera vitiorum, vel virtutum, quæ

sunt

sunt effectus liberi arbitrij, habent causati ex aliis, & alio aspectu siderum, & ex motu cœlorum.

IN CONTRARIVM est: quia si ex necessitate ista fierent, homo nec mereretur, nec demereretur.

In fine Cōmentar.

Præterea secūdum Ptolemæum: Sapiens Dominabitur astris. Per sapientiam ergo non solum nō cogimur per motum astrorum, sed possumus dominari astris. Per sapientiam ergo non solum non cogimur per motum astrorum, sed possumus dominari astris.

RESOLVTIO.

Nulli rei liberum nostrum arbitrium directè subest, nisi soli Deo, qui cogere ipsum, cum sit liberum, non potest, sed immutare, ipsa libertate manente. Sin secus: absurda multa sequerentur. Corpora autem cælestia non tantum inclinant.

Sidera ea directè agunt in lib. arbitrium.

RESPONDEO dicendum, aliquos fuisse huius opinionis, quòd sidera etiam directè agunt in liberum arbitrium: non solum secundum exigentiam recipientium, sed etiam secundum exigentiam agētium. & quia sidera habent motum necessarium, secundum quem agunt, & inclināt; ideo secundum istos iuxta hanc exigentiam necessitatis de necessitate inclinatur liberum arbitrium secundum necessarium motum siderum. Sed isti ignorant vim verbi, ignorantes, quid sit liberum arbitrium. quia ex quo est liberum, sidera non possunt ipsum cogere ad hoc agendum.

Vide idē supra d. 1. p. 2. q. 1 arti. 3. & sol. dub. 2. & vide ibi declarationem huius difficilis loci Anſie.

Rursus: cum omne, quod recipitur in aliquo, recipiatur secūdum modum recipientis. omne quod recipitur in libero arbitrio; oportet, quòd recipiatur secundum modum liberum, vt libere agantur, & fiant quæcunque per liberum arbitrium efficiuntur.

Propter hoc fuit alius modus dicendi, quòd sidera ditione agunt in liberum arbitrium. ied illa actio, & id, quod recipitur a sideribus, in libero arbitrio non recipitur secundum modum agentium, sed secundum modum recipientis. vt ille impulsus siderum, & illa inclinatio recipitur in voluntatiè, vt voluntas voluntariè agat per illud: vel quòd idem est, ille impulsus recipitur in libero arbitrio libere, vt ex hoc non cogatur, sed libere agat quæcunque agit.

T. c. 6 & 1. de anima. T. c. 34 & 2. Physic. T. c. 87.

Sed nec istud stare potest, quòd aliqua virtus corporalis, & organica habeat directam actionem, & influentiam in virtutem immaterialem, & nō organicam: sed voluntas, & intellectus fundatur in ipsa existentia animæ, non in organis corporalibus. Vnde dicuntur virtutes immateriales nō organicæ, vt patet ex 3. de anima. vbi Philosophus loquens de intellectu dicit, ipsum esse virtutem non in corpore, idest non organicam. secundum enim Philosophum, dicentes voluntatem hominis moueri secundum motum cœli, dicunt intellectum esse sensum: Hæc enim sunt verba Philosophi dicentis, quòd voluntas hominis mouetur ad præsens tempus, vel ad præsentem horam: vel, quòd idem est, voluntatem hominis esse quid temporale, vel esse quid subiectum tempori, siue horæ, & dicit intellectum esse sensum.

Idem etiam Philosophus ibidem ait, quòd talem voluntatem habet homo, qualem voluntatem Pater virorum, deorumque sibi adduxit. i. qualem adduxit sibi Sol, qui est Pater Deorum. i. Planetarum: quia omnes Planetæ, & omnes Stellæ habent lumen à Sole, & est Pater virorum. i. hominum: quia, vt dicitur in Physicis, Homo generat hominem, & Sol, dicens ergo hoc secundum Philosophum, dicit intellectum esse sensum.

2. Physic. T. c. 26.

Ad cuius rei euidentiam sciendum, quòd voluntas est appetitus intellectiuus, & differt ab appetitu sensitiuo, quia appetitus sensitiuus sequitur sensum: voluntas, quæ est appetitus intellectiuus, sequitur intellectum. Ex inde ergo est, quòd quia appetitus sensitiuus est virtus organica, sensus est virtus organica.

Et quia appetitus intellectiuus est virtus non organica, intellectus est virtus non organica. principalis ergo differentia inter intellectum, & sensum est, sicut inter organicum, & non organicum. & si multæ differentiæ possunt assignari inter vtrumq;, vt quia intellectus pro obiecto habet vniuersale, vel quia intellectus in intelligendo abstrahit: sensus vero sentiendo nō abstrahit: oēs tales differētiæ ex prima differentia oriūtur.

Obiectū intellectus est vniuersale.

Quare si corpus cœleste directè haberet causalitatem super voluntatem, cum corpus non possit directè causalitatem, nisi super corporalia; voluntas esset quid corporale, & quid organicum: & si voluntas esset quid corporale, & quid organicum, intellectus esset quid organicum. quo posito, intellectus esset sensus. propter quod nullo modo directè voluntas, quæ est virtus non organica, potest esse subiecta corpori cœlesti.

Cœlum directè agere in voluntatem nostram, & haberi apparentiæ.

Sed dices: Sicut se habet mobile ad mobile: ita se debet habere motor ad motorem, & maximè si sit motor appropriatus, vbi dicitur esse idem iudicium de mobili, & motore. Sed anima humana potest dici motor corporis appropriatus, motores vero cœlorum, qui à Philosophis vocati sunt animæ cœlorum, sunt motores appropriati cœlorum. cum ergo ipsum corpus humanum sit subditum ipsi cœlo, & cœlum directè habeat causare suos effectus in corpore humano, videtur, quòd Motor cœli directè habeat causare suos effectus in anima, quæ est motor corporis humani: & si habet directè causare effectus in animam, habet causare directè suos effectus in illis potentijs, quę fundātur in esse animæ. sed voluntas est potentia fundata in ipso esse aīæ; ergo motor orbis directè habet causare suos effectus in voluntatem. sed quicquid causat Motor orbis in ista inferiora: totum causat, mediante orbe cœsti, vel mediante suo motu. ergo motus cœlestis

directè

directè habebit ſuam cauſalitatem in voluntate.

Sciẽdum ergo, quòd illa comparatio ſum dicitur, quòd ſicut mobile ſe habet ad mobile, ideſt corpus cœleſte ad corpus humanum: ita ſe habet motor ad motorem: veritatem habet, quando motor edocta eſt de potentia mobilis. propter quod ſi anima rationalis educeretur de potentia materiæ per motum cęli, oporteret, quòd eſſet directè ſuppoſita cœlo, & motori cœli: ſed cum animæ humanæ, quantum ad ſuam eſſentiam, creentur immediate à Deo: oportet quòd immediate quantum ad volũtatem, & quãtum ad liberum arbitrium ſit ſuppoſita ipſi Deo. Deus enim licet non poſſit cogere voluntatem: quia tunc voluntas non eſſet voluntas, ſed implicaret contradictionem: poteſt tamen eam pro libito immutare. quia cor Regis in manu domini, quocunque voluerit vertet illud. Et quod dictum eſt de corde, vel de volontate Regis: veritatem habet de voluntate cuiuſlibet hominis. Et ideo oramus: Conuerte nos domine, & conuertemur. Si autem vera eſſet illorum opinio, quòd animæ humanę cauſarentur à Motoribus cœlorum, vel ab intelligentiis: oporteret quòd directe eſſent ſubiectę motoribus cœlurum, vel intelligentiis. ſed cum cauſentur a ſolo Deo: inter liberum arbitrium, & Deum nullum eſt medium. poteſt enim eſſe, quòd quantum ad intellectum Angeli ſint medij inter nos, & Deom, quia illuminationes poſſunt deſcendere a Deo in nos per Angelos. ſed quantum ad liberum arbitrium, non ſumus directe ſubiecti niſi ſoli Deo, indirectè autem, vt perſuadendo quòd poteſt homo, & Angelus nobis aliqua perſuadere, & hoc modo voluntatem noſtram monere. vel indirecte aliquem effectum faciendo in noſtro corpore, per quod facilius inclinemur ad illa: quia cor pote diſpoſito, ſecundum aliquam paſſionem facilius inclinatur anima ſecundum paſſionem illam. hoc ergo modo & corpora cœleſtia calefaciendo corpora noſtra, nos poſſunt inclinare ad aliqua illicita: & etiam corpora hic inferius, vt cibi, & potus ſumpti in abundantia, & facientes ſuperfluum alimentum, ad aliqua illicita nos inclinant.

Quod autem hoc ſit verum: patet per Dama. in 2. lib. ca. 7. dicentem. Nos enim liberi arbitrii a Conditore facti exiſtimus domini noſtrorum actuum. Si enim ex aſtrorum alligatione agimus omnia ſecundum neceſſitatem, propter quod nec virtus, nec malitia eſt in nobis: non ſumus domini noſtrorum actuum, & per conſequens nec liberi arbitrij.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd difformitas, & variabilitas actuum liberi arbitrii reducuntur in vniforme: ſed non in motum cœli, nec in motores cęlorum: niſi forte ſecundum aliquam diſpoſitionem cauſatam in corpore, ad quam ſequitur aliqua inclinatio in anima: ſed directe reducuntur in diuinam prouidentiam, & in voluntatem Dei.

Ad ſecundum dicẽdum, quòd ſol omnia vnificat, & habet omnia illa efficere, quæ narrat Dion. ſed hoc eſt quantũ ad corpora iſta inferiora, quæ generantur, & ſi haberent vitam vinificantur per calorem Solis, & aliarum Stellarum. ſed quantum ad liberum arbitrium directe non habet aliquid efficere, ſed indirecte, vt dictum eſt.

Ad tertium dicendum, quòd naturaliter ex cõplexione inclinãtur aliqui ad aliquod vitium, & aliqui ad aliud. ſed ex hoc non arguitur, quòd liberum arbitrium ſit directe ſubiectum aſtris, ſed indirecte inquantum aliquid efficiunt in corpore, quo facto, anima ad aliqua illicita facilius inclinatur.

ARTIC. IIII.

An cœli ſint animati.

Concluſio eſt negatiua.

D. Th. 1. p. q. 70 art 3. Et de Pot. q. 6 art. 6. Item Quol. 12. art. Et 2. cœli Lect. 13. 18. & 19. Ric. d. 14. q. 16. Franc. Mayr. 2. ſent d. 14. q. 1. Bacc. d. 16. q. 1 Ant. Andr. d. 14. q. 2. Borb. d. 14. q. 3. Land. d. 14. q. 4. Gorr. d. 34. q. 2.

QVARTO quæritur de animatione cęlorum: vtrum ſint animati. Et videtur quod ſic. Nam Auic. vult, quòd cęlum ſit animal obediens Deo: ſed omne animal eſt corpus animatum: ergo &c.

Præterea, Philoſophus plane dicit in de cœlo & mundo, quòd cœli ſunt animati, & aſſignat in eis dextrum & ſiniſtrum qui proprie non habent eſſe niſi in rebus animatis.

Præterea philoſophus in 12. ait de primo Motore, qui monet ſicut deſideratum, & amatum. & loquitur de motione cœlorum. Si ergo Deus monet cœlos ſicut deſideratum, & amatum, ergo cœli mouentur a Deo ſicut deſiderantes, & amantes. ſed non poſſent deſiderare, & amare, niſi eſſent animati, ergo &c.

Præterea ſicut inconueniens eſſet ponere, quòd aliqua hic exiſtentia moterentur ex ſe, & cęlum, quod eſt primum mobile, non moueretur ex ſe: ſic quia non ſolum moueri ex ſe eſt quid nobilitatis, ſed etiam eſſe animatum eſt quid nobilitatis. Inconueniens ergo eſt ponere iſta inferiora, quæ ſoot ſubdita cęlo, eſſe animata, & non cęlum.

IN CONTRARIVM eſt Dam. lib. 2. cap. 6. dicens: Nullus autem animatos cœlos vel luminaria exiſtimet. Inanimati ſunt enim & inſenſibiles.

Præterea Comment. in 8. Mets. ait. quòd in corporibus cęleſtibus non eſt res animata: quia illic

10. Aliqui ego Spũ vado in Hieruſalem, intelligitur de Spũ S. cum dubiter impellente. ſic id genus e. illa diſtatis mi debent. Quando autem Rom. 7 ait: Nõ qđ volo bonũ hoc facio. ſed qđ nolo malum hoc ago, ſic intelligeur Voluntate mea ſequente diuinas ſpiritus velle bonum, ſed carnis lege ſuadente. illud non facio, &c. Sed hanc materiam fuſius vide Iſa d. 45. Sed qño quæritur ad actus imperatos poſſe cogi, nõ eſt dictus; Vide d. 25 q. 1 ar. 4 Vide eũd Dect d. 25. 1. q. 1 art. 1. libr 3 ſent. de volũtate duplici mõ cõſiderata. Tho. Arg. 2. ſent. d. 1. q. 2. art. 1.

Lib. 12. c. 7. t. 18.

Tex. 4. 18.

* Homo eſt Dñs ſuorum actionũ ex Dam. & ex Ariſt. 3 lib. 3 Ex præcepto. Saluatoris ab hominẽ prauæ inclinationi naturali reſiſtere abnegantes neſmetipſos. Voluntas à Deo cogi non poteſt, ſed immutari. idem in 2 ſent. princ. 2 d. 16 q. 2. Dicta autẽ D Pauli in Act. Apoſt.

illic non est aliquid, quod animetur per animã, vel quòd viuat per vitam.

RESOLVTIO.

Cæli, non anima informante, sed assistente, & mouente, sunt animati.

Cœlũ qõ aiatũ, & nõ animatum.

RESPONDEO dicendum, quòd apud sapientes ponere cœlestia animata, vel inanimata est disputatio ad nomen. secundùm veritatem autem idem est vnum, quod aliud. nam omnes recte sentientes concedunt esse aliquas intelligentias appropriatas orbibus mouentes orbes. dicentes ergo cœlos inanimatos: intelligunt, quòd ex motoribus illis, & cœlis unũ fit vnum secundùm esse, sicut fit ex anima humana, & corpore.

Cæli nõ fit vnũ p se ex motore, & corpe ipsius.

Dicentes ante cœlos animatos, intelligunt hoc idem, quòd non fiat vnum secundùm esse ex corpore cœli, & eius anima siue eius motore, sed dicuntur animati, & dicuntur viuere inquantum motores eorum influunt eis motum, qui est quidam opus vitę. Quod patet manifeste per Commentatorem in loco prælleg. qui vult, q corpora cęlestia sint animata ex anima intellectuali: non ita, quòd ibi aliquid animetur per animam, nec viuat per vitam. viuere enim secundùm Philosophum viuentibus est esse. In corporibus ergo cœlestibus non est aliquid, quod viuat per vitam, vel ex motibus eorum: & quòd ex eis non fit vnum secundum viuere, idest secundùm esse, sed fit vnum secundum mouere, vel secundùm motum: inquantum motores eorum influunt eis morum, qui, vt dictum est, potest dici quoddam opus vitæ. Tamen ne aliqui assumant occasionem errandi, dicentes cœlos esse animatos, & quòd fiat vnum ex motoribus eorum, & eis, secũdùm esse, quod fit in aliquo animali ex anima,

Cœli qõ aiatũ fit ex anim.

Arist. 3. de aia t. c. 37.

A ai quæ est motor eor poris, & corpore; Distinguemus omnes gradus animatorum, & ostendemus cœlos nõ posse esse in aliquo illorum gradnum. quatuor enim sunt gradus animatorum. secundum Philosophum in de anima. vegetatiuum, sensitiuum, secundum locum motiuum, & intellectuum.

A Aiatoũ gradus.

Sed diceret aliquis: non sunt nisi tres gradus, videlicet plantæ, quæ viuunt anima vegetabili. animalia bruta, quę viuunt anima sensibili: & homines, qui viuunt anima intellectuali. sed inter sensibilia sunt duo gradus. quia aliqua animalia habent animam sensitiuam valde imperfectam, & non mouentur de loco ad locum, sed solum mouentur secundùm dilatationem, & constrictionem, vt apparet in ostreis marinis, quæ solã aperiũt se, & postea claudunt. habent enim eædẽ ostreæ in loco suæ generationis alimentum, quo indigent, nec mouentur a dicto loco, nisi per impulsum aquæ, vel per aliquam violentiam. Ipsæ enim seipsas non mouent, nisi aperiendo, & claudendo, vel dilatando se, & cõstringẽdo. Sed sunt animalia nobiliora mouẽtia seipsa secundum locum. propter quod sunt illi quatuor gradus, quos superius numeranimus. Quare si cęli sunt

B aiati: hoc non erit secundùm animam vegetatiuam, & nutritiuam, quia tunc indigerent alimẽto: nec secundùm aiam sensitiuam, quia fundamentum oĩum sensuum est sensus tactus, vt cõiter ponitur. Sed obiectum tactus sunt quatuor qualitates sensibiles: Calidũ, frigidum &c. & ipse sensus tactus est media ratio illarum qualitatum: & organum est compositum ex illis qualitatibus: secundum quandam mediam proportionem. si ergo cœlum esset animatum anima sensibili, essent in eo contrariæ qualitates, & esset quid corruptibile. nec oportet, quòd cœlum sit animatum propter intelligere, quia in intelligendo abstrahimus a corpore, & intellectus est virtus non in corpore. propter quod concluditur communiter. & bene, q si cęlum est animatum, hoc est propter mouere tantum. propter quod si fiat vnum secũdùm esse ex anima cœli, & cœlo: hoc erit solum, vt anima cęli moueat cœlum, sicut fit vnum ex anima humana, & corpore, vt anima humana moueat corpus.

C Ad quod dicunt aliqui, q sufficit istam vnitatem ponere secundum contactum. sufficit ergo, quòd virtus intelligentię attingat cęlum, ad hoc quòd moueat ipsum. Sed sic dicentes solum cõcludunt, q possit moueri cœlum absque hoc q fiat vnum ex motore cœli, & cœlo secundum esse. Sciendum ergo, quòd si motor cœli sic moueret cęlum, q fieret vnum secundum esse ex motore, & cęlo, vt supra tangebamus, accideret motori cœli lassitudo, & non posset perpetuari motus cœli. nam eum in motore cęli sua essentia, & sua potentia habeant quendã ordinẽ, & maxime, loquendo de potẽtia nõ organica, quæ fundatur in ipsa essẽtia. ergo essentia motoris cęli iũgetur essentiæ cęli, & fiet ex eis vnum secundùm esse, & tunc potentia illius motoris non organica nõ immediate attinget corpus cœli, nec potetit immediate per talem potentiam monere cœlum, sed oportebit dare aliquam virtutem organicam, per quam mouebitur cęlum. sicut apparet in nobis, quia anima nostra facit eum corpore vnum secundum esse. & iden potentiæ non organicæ fundatæ in essentia animæ non immediate attingunt corpus, nec potest anima per eas immediate mouere corpus: sed oportet esse aliquas potentias organicas, per quas mouet corpus. sic & in cœlo si fieret ibi vnum secundum esse, oporteret cœlum moueri per virtutes organicas, quibus accidit lassitudo. quo posito non posset perpetuari motus cœli, nec posset esse semper vniformis. Cogimur ergo ponere, q motor cœli non coniungitur immediate cœlo per essentiam, nec facit cum eo vnum fm esse, sed immediate coniũgitur per potentiam suam nõ organicam, & per eam attingit cœlum immediatn. quod faciendo potest mouere cœlum vniformiter, & sine lassitudine, & pót perpetuari motus cœli.

D Potentię nõ orgnicę fundatæ in essentia animæ non immediate attingũt corpus, sed per potentias organicas.

Accipiendo ergo large animatum, prout cœli dicũntur animati, possumus distinguere quinque gradus animatorum, vt iusimo gradu sint vegetabilia, & istagradus non diuidatur in plures

Aiatorum gradꝰ quot & qui.

gradus, quia omnia sunt affixa terræ. ideo inter omnia animata tenent infimum gradum, sicut tenet infimum gradum terra inter omnia elemẽta. In alio gradu sunt sensitius, & iste diuiditur in duos gradus, prout anima sensitiua potest esse minus perfecta, & magis perfecta. Animata ergo per animam sensitiuam minus perfectam tenent sibi nomen commune, & dicuntur sensitiua: quia non mouentur secundùm locum: nisi se dilatando, & constringendo. Et ista sunt supra vegetatiua, & sunt in secundo gradu. Alia sunt animata secundum animam sensitiuam magis perfectam, & ista sunt in tertio gradu, & habent proprium nomen secundùm locum motiua. Supra autem secũdum locum motiua sunt animata per animam intellectiuam, vbi est assignare duos gradus: prout anima intellectiua potest esse minus nobilis, vt anima, vel magis nobilis vt anima cœli. vnde, & in lib. de causis, animæ cœlorum vocantur animæ nobiles. Propter quod Tertia propositio de causis loquẽs de animabus cœlorum ait. Omnis anima nobilis &c. animę ergo humanæ, ex quibus cum corporibus fit vnum secundùm esse: faciunt quartum gradum animatorum. animæ vero cęlestes ex quibus cum suis corporibus fit vnum secũdùm operationem, & motum: sunt in quinto gradu animatorum.

Sed dices: Cum animæ humanę, & animę cœlestes moueant sua corpora secundùm locum; videtur quòd in illo gradu, in quo locantur secundùm locum motiua, debeant animata per animas humanas, & per animas cœlestes collocare. Sciendum ergo, ꝙ sicut secundùm locum motiua sunt animata per animam sensitiuam: ponuntur supra sensitiua, quia habent perfectiorem animam sensitiuam: sic & intellectiua, quia sunt supra secundum locum motiua, & quia habent speciale nomen: non obstante, ꝙ ista sunt secundum locum motiua: reponuntur in superiori gradu, & vocantur intellectiua, & habent duplicem gradum, vt suparius est expressum.

Cęlum quo possit dici animal.

Dextrũ, & sinistrũ quo sumantur in animalib⁹.

Luctationum mos.

Resp. ad arg. Ad primum dicendum, ꝙ cœlum est animal obediens Deo, quia eo modo, quo est animatum, & quòd facit vnum cum anima sua, quia non facit vnum secundùm esse, sed secundùm operationem, pũr dici aĩal.

Et per hoc patet solutio ad secundùm. quia cœli sunt animati modo, quo dixi. nam dextrum & sinistrum in animalibus magis accipitur secũdum motum, quàm secũdum esse. nam illa pars dr dextra, vnde incipit motus, & quia motus incipit ab oriente: orięns est pars dextra cœli. quilibet enim in seipso experitur: ꝙ a parte dexita incipit motus, & pars dextra est magis mobilis. ꝓpter quod volentes luctari, vel bellare: semper pedem sinistrum tenent immobilem, & secundum pedem dextrum se faciunt ante, & retro, prout requirit eorum bellum.

Ad tertium dicendum, ꝙ Deus mouet cœlos vt desideratum, & amatum, quia mouet eos per mototes cœlorum desiderãtes, & amantes eum. sufficit enim, ꝙ ex cęlis, & eorum motoribus fiat vnum secundùm motum, ad hoc, vt moueantur per mototes suos desiderantes, & amantes Deũ.

Ad quartum dicendum, ꝙ eo modo, quo sunt animati cœli, sunt nobiliori modo animati, quã alia: cum ipsi sint incorruptibiles, omnia autem alia sunt corruptibilia.

Dub. I. Litteralis.

Vpsr litteram primo quæritur de illo verbo, ꝙ firmamentum est factum ex aquis. Aug. 2. super Gen. videtur assentire, vt habetur in littera, sidera esse facta ex igne. Cum ergo secũdum Philosophum in de cœlo, & mundo, omne quod naturaliter est fixum in aliquo, sit de natura illius, in quo est fixum; sidera, quæ sunt naturaliter fixa in Firmamento, sunt eiusdem naturæ cũ Firmamẽto. ergo si illa sunt naturæ igneę, & sunt facta de igne. Firmamentum siue cœlum sidereum erit factum de igne, non de aqua.

Dicendum, ꝙ omnia ista de igne, & de aqua non sunt dicta secundùm proprietatem, vel secundum propriam naturam, sed per quandam analogiam, & assimilationem. & quia secundùm aliquid potest in Firmamento esse assimilatio ad ignem, & ad aquam, potest ad vtrunque referri.

Vel potest dici, vt ibi aquę, vt supra dicebatur, non stent pro elemento aquarum, sed stent pro rota illa materia informi, vnde sunt facta alia.

Dub. II. Litteralis.

Lterivs forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, ꝙ Chrystallus est lapis de aquis factus. quod videtur falsum. quia si esset de aquis factus, esset factus per frigiditatem congelantem aquas, non ergo generaretur Chrystallus in terris calidis, cum calor non faciat aquas duras, sed vaporabiles.

Chrystallus ex quo fiat.

Dicendum, quòd ſm quosdã ⁊ duę sunt species Chrystallorum, quia quædam est species Chrystalli generata multum calida, & quædam est species ipsius generata ex congelatione, & ex frigiditate. sed non videtur hoc posse stare: ꝙ per calidum, & frigus fiat induratio: nisi per aliam, & aliam materiam. Videmus enim, quòd lateres indurantur per calorem, & ex hoc secundum Philosophum pertinent ad elemẽtum terræ. Glacies autem indurat per frigus, & pertinet ad elementum aquæ. Si ergo essent duæ species Chrystalli, vna indurata per calorẽ, ille Christallus sic generatus pertineret ad elementum terræ, & esset opacus, & per consequens non esset Chrystallus. Sed alia species generata ex frigore, quæ pertineret ad elementum aquæ, posset dici Chrystallus. Sed si dicatur, ꝙ materia oĩum liquabiliũ est aqua; Dicemus, ꝙ Chrystallus non est per se liquabilis: nisi fiat

*Chrystallorũ duæ spẽs.

liquabilis

liqoabilis ab alchimiſta, & ex qoibuſdam adiunctis.

Dicemoa etiam, quòd liqoabilia per ignem non indurantur: oiſi infrigidentur remota ab igne, ſed illa, quæ per ſe, & ſecundùm ſe, & exiſtentia in igne generantur dura, pertioent ad elementom terræ. Chryſtallus ergo ſi per calorem generaretur durus: pertioeret ad elementum terræ.

Chryſtallus ſemper a frigore generatur per ſe: a calore per accidens.

Sciendom ergo, quòd etiam in terris calidiſſimis poſſumus dare frigiditatem ad generandum Chryſtallum. ſed aliter generatur Chryſtallos in terris frigidis, & in Alpibus: vbi ſemper ſunt niues, quia generabitur ſuper terram, vbi ſemper cõtinuabitur frigus, per exceſſum calidum poterit generari in cauernis terræ ex aliqua humiditate ibi ſtillante, vbi per exceſſum caloris exterioris augmentatur frigus in cauernis ſubterraneis. quæ ſicut ſunt frigidiores tempore calido, quàm frigido; ita ſunt frigidiores in partibus calidis quàm frigidis.

Dub. III. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis, de eo, quod dicitur de figura cœli, quòd Spiritus Sanctus, &c. Sed cõtra: Secundùm Ambro. Verum a quocunque dicatur à Spiritu Sancto eſt, ſed multi Philoſophi, & multi Sancti locuti ſunt de figura cœli, dicentes eam eſſe rotundam, quod rationibus inſolubilibus probatur, ſic eſſe, ergo Spiritu Sancto actore, doctores plures Sancti, & alij narraueruntiſta.

Verũ a quocunque dicatur à Spũ Sancto eſt. hoc in Prologo.

Dicendom, quòd Magiſtri Doctores noſtri, & compoſitores librorum pertinentium ad canonem Bibliæ, vbi de figura cœli tractant: non agũt directe ſecundùm ſenſum litteralem: quia ſi cœli extenduotor, ſicut pellis, vel, vt habet alia littera, ſicut camara: propter hæc verba noo directe creditur figura cœli.

Dub. IV. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de illo verbo: Fecit Deꝰ duo luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cœli. nam luminaria magna sũt Sol, & Luna. Firmamẽtom cœli eſt cœlum ſidereum, vt videtur in littera. cum ergo Sol, & Luna non ſint in cœlo ſidereo, quia inter Solem, & cœlum ſidereum interponuntur tres ſphæræ planetarum: inter Lunam autem, & cœlum ſidereum interponuntur omnes alij planetæ, ergo &c.

Firmamẽtũ pro toto gloho ſidereo vſque ad lunam.

Dicendum, ꝙ firmamentum, vel cœlum: vbi poſita ſunt luminaria magna, & Stellæ, poteſt vocari a cœlo Chryſtallino vſque ad globum Lunarem, ſecundum quem modum Rabanus, vt ſupra patuit, omnes cœlos cęleſtes diſtinxit in tres cęlos. videlicet in Empyreũ Chryſtallinũ, & ſidereũ: Alij aũt cęli, quos ipſe notat, vt patuit, nõ ſunt proprie cęli cęleſtes, ſed elementales.

Sic ergo accipiendo cœlũ ſidereũ: oportet, ꝙ contineat Firmamentum vſq; ad globum Lunarẽ, ſecundùm quem modum accipiendo cęlum per luminaria magna: oportet alios planetas, & omnes Stellas eſſe in tali cœlo.

Vel ſi volumus pro firmamento accipere ſolũ cęlũ ſidereum: vbi ſunt Stellæ fixæ, & non Planetæ; Dicemus, ꝙ ſic ſtat littera Gene. Quia fecit Deus duo luminaria magna, & Stellas, & poſuit eas in firmamento cœli. ibi enim Stellæ nõ ſtant niſi pro Stellis: quæ ſunt in cœlo ſidereo: vbi ſunt ſolum aliquæ Stellæ fixæ. Moyſes enim loquens populo rudi fecit mentionem de Sole, & Luna: quæ quilibet percipit.

De alijs autem planetis noo fecit mentionẽ, quia populus rudis neſcit eos diſcernere ab alijs Stellis. Stellas autem ipſas dixit poſitas in firmamento cœli.

Dub. V. Litteralis.

Luminaria ꝙo ſint in ſigna. ergo. dies, & anno.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur: Diuidant diem a nocte, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, quomodo hæc veritatem habeant.

Dicendum, ꝙ omnia hæc poſſunt referri ad motom ſolis, vel ad motum aliorum planetarũ, vel ad Stellas fixas. motus enim ſolis aliquid ſortitur ex motu primi mobilis, & aliquid ex ſe ipſo. Ex motu primi mobilis diuidit diem a nocte, & eſt in dies. Diuidit enim diem artificialem a nocte. nam quantum ad partes reuolutionis eundo ab oriente ad occidens: ſuper hemiſphærium noſtrum facit diem artificialem: redeundo ad oriens facit noctem. quantum ergo ad partes reuolotionis diuidit diem a nocte. Quantum vero ad totam reuolutionem facit diem naturalem: & quia multas reuolutiones peragit, dicitur eſſe in dies. cum ergo hoc competat ſibi ex motu primi mobilis, ꝙ infra diem, & noctem ſiue in vna die naturali compleat reuolutionem totam, bene dictum eſt, ꝙ ex moto primi mobilis habet Sol, ꝙ dioidat diem a nocte, & ꝙ ſit in dies. ſed ex moto proprio habet, ꝙ ſit in annos, & tempora, & ſigna, & gradus: quamuis de gradibus non agatur in littera. propter quos gradus eſſe in dies non ſolum competit ſoli ex motu primi mobilis: ſed etiam ea motu proprio. diuidere ergo diem a nocte, adaptabimus ſoli ex motu primi mobilis. ſed eſſe in dies poſſumus adaptare ſibi ex motu primi mobilis, vt iam dictum eſt, & ex motu proprio.

Ex motu enim proprio peragens vnum gradum Zodiaci facit vnã diem, quia quaſi quolibet die peragit vnum gradum. Dicimus autẽ, quaſi, quia cum Zodiacus non habeat niſi. 300. & 60. gradus: tempus in quo Sol peragit totum Zodiacum habet. 365. dies, & ſextas horas, vt

dicit Aug. 2. super Gene. ad litteram. Non ergo complete peragit Sol in die vnum gradum: sed quasi peragendo ergo quasi vnum gradum: facit diem, peragendo 30. gradus: peragit totum signum, & facit mensem. Propter quod annus habet 12. mẽses, & Zodiacus diuiditur in 12. signa, sed sicut Zodiacus diuiditur in 12. signa, sic diuiditur in quatuor quartas, & quælibet quarta continet tria signa: secundùm quas quatuor quartas sumuntur quatuor tempora. sed quatuor quartæ, & quatuor tempora, secundum Astronomos sumuntur iuxta quatuor puncta mutabilia in cœlo, quæ sunt principium arietis, principium cancri: principium libræ, principium capricorni: A principio arietis vsq; ad principium cancri peragitur illud tempus, quod dicitur Ver. Deinde vsque ad principium libræ peragitur tempus, Aestas. Deinde vsque ad principium capricorni peragitur Autumnus: a principio capricorni vsque ad principium arietis peragitur Hyẽs. Peragendo autem omnes istas quatuor quartas, peragitur annus, & sic dicitur annus.

Quod autem dictum est de Sole, potest dici de alijs planetis, quòd semper infra diem, & noctem reuoluuntur semel moro primi mobilis: secundùm quem modum possunt diuidere diẽ a nocte, & facere diem naturalem. sed quòd sint in signa quantum ad 12. partes Zodiaci, qui diuiditur in 12. signa, & quòd hoc modo faciant menses, & quantum ad quatuor quartas Zodiaci, quòd hoc modo faciant tempora: & quantũ ad totum Zodiacũ, quòd hoc modo faciant annum, oportet ista accipere secundum alium, & alium motum planetarum. Saturnus enim in 30. annis complet Zodiacum. vnus ergo annus Saturni sunt 30. anni solares, & vnus mensis Saturni sunt duo anni cum dimidio. & sic de alijs. Qui ergo vult laborare: poterit omnia ista adaptare ad alios planetas, & ad octauam sphæram, quæ omnia aliquo modo inouit August. 2. super Gen.

Aduertẽdum autem, quòd nos signa, & tempora, &c. Retulimus omnia hæc ad vnum, & idẽ sidus, quia ex solo Sole possũt accipi omnia ista, vel ex solo Saturno, vel etiã ex quolibet alio planeta, vel ex cœlo sidereo: tamen qui vellet posset non omnia referre ad vnum, & idem: secundùm quem modum loquitur Aug. 2. super Gen. dicens, quòd esse io dies, & annos: põt referri solummodo ad Solem: ex cursu cuius accipiũtur dies, & anni. esse autem in signa, & tempora, potest referri ad alia sidera: ex quibus possunt accipi signa, & tempora.

Dub. VI. Litteralis.

VLTARIVS forte dubitaret aliquis, cum signa accepta sint secundùm 12. partes zodiaci: ex quibus accipiuntur 12. signa, & 12. menses: sub quo zodiaco currunt omnes planetæ. Vtrum possint accipi signa iecundùm ea, quæ fiunt hic inferius.

A Cum ex Stellis multa prænosticentur homines, & quòd fiat Stellæ in signa aliquorum effectuũ futurorum,

Dicẽdum, quòd Aug. 2 super Gen. istam quæstionem mouens ait, quæ signa dicat scriptura, cum dixit de sideribus: Sint in signa, & respõdet, quòd non illa signa dicit Scriptura, quę obseruare est vanitas. sed quæ sunt huius vitæ vtilibus vtilia, & necessaria: possunt ergo signa referri ad effectus, quos prænosticamur per sidera hic inferius, sed nõ ad effectus vanos, & superstitiosos, secundùm quod faciunt Mathematici, qui ex natiuitate hominum prænosticantur de omnibus futuris contingentibus sibi. Contra quos loquitur Apostolus ad Galatas, dicens: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos &c. sed effectus non superstitiosos, immo vtiles: vel signa ad B tales effectus, quæ vel nautæ obseruant in gubernando, vel omnes homines ad prævidendas aeris qualitates, non est inconueniens talia signa obseruare, & ad talia signa referre Scripturam sacram. Gal. 4.

Dub. VII. Litteralis.

VLTARIVS forte dubitaret aliquis de verbo August. 2. super Gene. qui loqueus de temporibus, de quibus dicitur; Sint in tempora; & cum ait, quòd non vocat tempora spatia morarum, sed effectus siderum, vel quæ per sidera fiunt: vel secundùm ipsum vocat Scriptura sacra tempora vicissitudines affectionum cœli. C Sed contra: Semper loquẽdo nomen est de re secundùm diffinitionem eius. sed diffinitio tẽporis est, quòd est numerus motus secundùm prius, & posterius: talis numerus non potest esse sine mora, vel sine spatio morarum, oportet ergo, quòd per tempora intelligantur spatia morarum.

Dicendum, quòd tempus prout est numerus, est vnum quid cõtinuum. Propter quod dicitur esse vnum tempus omnium temporalium. si ergo loquimur de tempore in plurali, & dicimus, quòd sidera sunt in tempora: satis conuenienter potest hoc referri ad plura, & varia, quæ habent hic inferius efficere. & ideo referebamus nos tẽpora ad quatuor partes anni, secundùm quas sunt variæ affectiones cœli. non quòd cœlum afficiatur varie, D sed quia varie nos afficit. nam in vere nos humectat, & calefacit: in æstate, nos calefacit, & desiccat. Propter quod dictum Augustini est competens ad propositum.

Ad formam autẽ arguendi dicendũ, q̃ non excludimus a temporibus spatia morarum, sed illis spatijs superadimus: prout diuersimode hic inferius nos afficiunt.

DIST.

DIST. XV.

De rerum mixtarum, & sensibilium creatione.

DIXIT ETIAM DEVS: PRODVCANT, &c.} Postq̃ Magister determinauit de operibus quatuor dierũ; in parte ista determinat de operibus aliorum duorum dierũ.

Circa quod quatuor facit. quia Primo determinat de operibus diei quinti, quando ex aquis fuerunt producte aues propter ornatum aeris, pisces propter ornatum aquarum. Secundo agit de operibus, diei sexti, quando ex terra fuerunt producte animæ viuentes, iumenta, animalia, & bestiæ. Tertio circa hoc mouet quasdam quæstiones. Quarto agit de operibus diei septimi. Secunda ibi: {*Sequitur.*} Tertia ibi: {*Quæri solet.*} Quarta ibi: {*Iam de vij.*} Duæ primæ partes patẽt. Tũc sequitur illa pars: {*Quæri solet.*} In qua mouet quasdam quæstiones. Circa quod tria facit. quia primo quærit de animalibus venenosis, & nociois, vtrum fuissent creata ante peccatum hominis. Et soluit, quòd creata fuissent: sed nullo modo homini nocuissent. addit etiam, quòd cũ hoc, quòd illa animalia sint modo nociua, sunt etiam nobis proficua. quia nos terrendo, vel probando: vtrum simus animosi, & virtiles: inducũt ad perfectionem virtutis. Secundo mouet aliquam quæstionem de animalibus minotis, quorum quædam generantur ex rebus corruptis, & ex corruptione terræ, & aquæ: quædam ex corruptione lignorum, vel herbarum: quædam ex corruptione corporum mortuorum. vtrum talia fuerint etiam creata. & soluit, quòd ea, quæ creãtur de corruptione corporum mortuorum, non creduntur tunc facta fuisse. quę vero de terra, vel aquis, vel de his, quæ generantur, in eis ortum sumunt: tunc creata fuisse non incongrue dici potest. Tertio specialiter descendit ad productionem hominis. Secunda ibi: {*De quibusdam.*} Tertia ibi: {*Omnibus autem.*} Secundæ duę partes patent. Tunc sequitur illa pars: {*Omnibus autem.*} In qua specialiter descendit ad productionem hominis. Circa quod duo facit: quia primo dicit, quòd post omnia Deus produxit hominem dicens: Faciamus &c. Secundo specialiter reuertitur ad tractandum de operibus Sãctorum. Secunda ibi: {*In hac enim rerum.*} Prima pars patet. Secunda pars diuiditur in tres. quia primo narrat communem opinionem Sanctorum, quomodo per spatia temporum fuerint facta opera sex dierum. Secundo narrat opinionem Augu. quomodo omnia fuerint distincta, & facta formaliter, sicut cœlum, & sidera, & ea, circa quæ noo videmus fieri nouas mutationes. ea autem, quæ mutantur, sicut videmus continuę, nouiter generari plantas, & arbores: non oportet tunc fuisse facta formaliter, sed materialiter. Et assignat rationes Augustinus. quia Moyses loquens populo rudi, dixit talia per moras temporum fuisse facta, vt facilius rudis populus posset hoc capere. Assignat etiam rationem aliam, quia potuit Deus simul facere, quæ non potuit homo simul dicere. Tertio relinquit iudicio, & discretioni Lectoris, vt de his accipiat quod placet sibi. Secunda ibi: {*Alijs autem per interualla.*} Tertia ibi: {*Illi, qui his auctoritatibus.*} Partes patent. Tunc sequitur illa pars: {*Iam de septima.*} In qua agit de his, quæ facta fuerunt septimo die. Circa quod tria facit: secundùm quòd de tribus agitur in die septimo, videlicet de quiete Dei, & completione, & benedictione, & sanctificatione Sabbathi. Primo ergo agit de quiete Dei dicens, quòd Deus quieuit; idest ab omni opere cessauit, & non fecit quid nouum, cum non omnino quieuit, quia opera facta cõtinuauit. Iocta illod Ioãõ. Patet meus, &c.

Secundo agit de completione operis, quomodo septima die Deus complcuit opus: cum in sex diebus facta sint omnia. Ad quod respondet, quòd septimo die aliquid fuit factum, quia Deus dedicauit, & sanctificauit septimum diem. Sicut aliquid fecit Salomon dedicando templũ.

Tertio agit de ipsa sanctificatione, & de benedictione diei septimæ. Secunda ibi: {*Sed quæritur, quomodo.*} Tertia ibi: {*Illum autem diem.*} Partes patent.

Animalia venenosa quãdo creata, & qd homini profint. Vide Doct. in Hexa. p. c. 40.

Animalia minuta qñ creata. Vide Doct. in Hexa. p. c. 40.

Hominis productio.

Opus sex dierum an per spatia temporũ factũ

QVÆSTIO I.

De Animalibus ad elementorum ornatum, ac de ijs ad quintum, sextumq; diem pertinentibus.

CIRCA hanc distinctionẽ quęruntur duo. Primo videlicet de animalibus productis ex elemẽtis, & propter ornatus elementorum, quæ pertinent ad quintum, & sextum diem. Secundo de his, quæ pertinent ad septimum diem. Circa primum quęruntur duo. Primo de ipsis animalibus, vt sunt producta ex elementis. Secundo quæretur de eis, vt sunt ornamenta elementorum.

ARTIC. I.

An Animalium aliqua de terra, aliqua de aqua facta sint. Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in Hexam. p. 2. cap. 19. & 40. D. Th. 2. sent. d. 15. q. 2. art. 1. D. Bon. d. 15. art. 1. q. 4.

AD primũ sic proceditur: Videtur incõuenienter esse dictum, quòd quædã animalia fuerũt producta de terra, quædam de aquis, nam animal est corpus animatum sensibile. In sensibus enim videtur abundare calor. terra ergo, & aqua cum sint frigida, non videntur ex eis facta animalia sensibilia.

Præterea, inter omnia corpora hic inferius existentia: corpora animalium sunt nobiliora. ergo fient de nobilioribus elementis: sed nobiliora elementa sunt ignis, & aer. ergo de eis sunt facta corpora animalium.

Præterea vnumquodque corpus mixtum tendit in locum secundùm dominium alicuius elementi: quod dominatur in ipso. sed locus auium est aer. ergo ex aere factæ sunt aues, vel aer dominatur in eis.

Præterea Aug. 2. super Gen. videtur plane dicere: aues esse factas ex aere.

IN CONTRARIVM est littera Gen. vbi ex aquis dicuntur esse factæ aues, & pisces. ex terra vero iumenta, reptilia, & bestiæ.

RESOLVTIO.

In Animalibus, ex aquis natis, in aliquo magis, quã in alio aqua dominatur.

Animal qlibet ex quatuor elemẽtis.

2. de Gẽ. 59.

RESPONDEO dicendum, quodlibet mixtum cõstare ex quatuor elementis, & specialiter quodlibet animal, vt habetur in de generatione. & ex eisdem nutrimur, & sumus, non ergo vt ait ibi, nutrimur ex vno simplici elemento. In elemẽtis autem primo debemus considerare eorum loca. Secundo eorũ qualitates. Loca autem eorum possumus considerare, vel ex eorum motibus, vel ex eorum formis. Aug. autem super Gene. ex motibus elementorum probat loca eorum. probat enim aquam esse super terram, quia si proijciatur terra in aquam, ibit ad fundum, & petet inferiorem locum: quod non esset nisi terra esset naturaliter in ferior aqua, & aqua esset superior ea: aer autem est superior aqua, quia vt dicit Aug. ibidem, quòd si vas plenum aere demergatur in aqua: ex parte illa, vnde vas impletur, aer qui est

Elementorum loca.

Exemplum de vase implendo.

A in vase non permittit aquam ascendere. quod nõ cõtingit, nisi quia aer naturaliter est super aquã. aer ergo non valens exire de vase, non permittit aquam ascendere. ignis naturaliter est supra aerem, quia vt ibidem Aug. ait, si ardentem facu lam capite deorsum quisque teneat, videbit flammas ad superiora conscendere.

Inspectis ergo locis elementorum ex eorum motibus: possumus etiam ea, loca inspicere ex eorum formis: quia quantum dat generans elemento de forma: tantum dat sibi de loco. vt quãtum dat sibi de forma leuis; tantum dat sibi de loco sursum. & quantum dat sibi de forma grauis: tantum dat sibi de loco deorsum. & quia loca sunt formaliora grauibus, & secundum situ sunt supra grauia: elementa formaliora, supra minus formalia. vt sphæra ignis est supra sphæram aeris, & sphæra aeris supra sphæram aquæ, & cooperit totam aquam. sic & aqua cooperiret totam terram, nisi diuina prouidentia aliquam gibbositatem fecisset in terra ad saluanda animalia habitantia in ea.

Elemẽtoꝝ mixtorum animali cõsideãda.

Ad sciendum ergo mixtionem elementorum in mixto: debemus considerare loca elementorum, & qualitates eorum. quia aliqua sunt calida, aliqua frigida, aliqua humida, aliqua sicca. Et specialiter debemus considerare in animalibus, in quibus videmus, quòd naturalis locus eorum est deorsum: ita, quòd quantum ad locum oportet, quòd in eis dominentur elementa grauia. sed quantum ad qualitates, cum vita consistat in calido, & humido oportet, quòd in eis dominentur elementa leuia. vt, quia ibi dominatur calidum, oportet, quòd ibi dominetur ignis, quia vero ibi dominatur humidum, & specialiter humidum, non de facili desiccabile, cuiusmodi est, humidam aeris: ibi dominatur aer. terra autem siue aqua est pulvis. sic ergo ratione vitæ in mixtione animalis concurrit ignis ratione caliditatis: & aer ratione humiditatis, quæ debet esse non de facili desiccabilis. sic ratione ponderositatis concurrit ibi terra. ratione continuitatis cõcurrit ibi aqua: quia terra esset tota pulvis, & tota discontinuata ratione suæ siccitatis, nisi continuaretur per humidum aqueum. humidum enim aereum non videtur facere ad soliditatem terræ, quia pulvis per admixtionem aeris non videtur continuari, & consolidari, sed per admixtionem aquæ.

Elemẽtoꝝ se habeant in mixto, & qõ grauia, & leuia in mixto dominentur.

D Ex his ergo potest patere illa communis distinctio: quomodo se habent elementa in mixto: quomodo dominantur ibi elementa leuia, & quomodo grauia, quia secundùm quantitatem molis in quolibet mixto dominantur elementa grauia, & specialiter terra: cum omnia mixta sint ponderosa, & naturaliter tendant ad terram. ipsæ etiam aues secundum suam naturalem motum tendunt ad terram. ergo secundùm quantitatem molis in mixto dominantur grauia: sed secundum quantitatem virtutis in mixto, specialiter in corpore animalis propter vitam, quam habet, quæ consistit in calido, & humido

mildo dominantur elementa leuia: ignis, & aer. Cum enim ex vno pugillo aquæ: fiant decem pugilli aeris, & ex pugillo aeris, 10. ignis, si secundum quantitatem tãrum esset in mixto de aere, & igne: quantum est de elementis grauibus, cũ aer, & ignis sint elementa formaliora, & magis actiua: corrumpent alia elementa, & non posset durare mixtum. Est ergo modus sit mixtio elementorum, quòd elementa habeant aliquam proportionem ad inuicem, & aliquam æqualitatem, q possit per aliquod tempus conseruari mixtum, quia frustra ageret natura, si statim cum est introducta forma mixti, corrumperetur mixtum: durat ergo mixtum per maius tempus, & per minus tempus secũdum proportionem miscibilũ. Omne enim mixtum est corruptibile, quia est compositum ex elementis contrarijs. Nec oportet, quòd mixtum magis durabile sit magis nobile, & magis perfectum, quia tunc lapides, & res inanimatæ essent nobiliores rebus animatis: & vegetabilia essent nobiliora sensibilibus, & multa animalia essent nobiliora hominibus. Nobilitas ergo in talibus accipienda est secundum nobiliorem formam. Nobilior autem forma secũdum nobiliorem operationem: propter quod homo est nobilissimum animalium, quia habet nobilissimam operationem, quæ est intelligere. alia verò animalia se excedunt secundum magis, & minus, secundum quod habent perfectioré, vel imperfectiorem animam sensitiuam. Cum ergo instrumentum animæ sensitiuæ sit calor, quod patet, quia ex corde vbi est quasi fons caloris, à quo procedunt spiritus ad sensus, & ad cerebrum, qui spiritus propter distantiam cordis, & propter longam vigiliam infrigidantur, & infrigidati descendunt, & inducunt somnũ: propter quod necesse est calorem dominari secũdum virtutem in complexione cuiuslibet animalis: ex quo calore semper consumitur humidum radicale. qun consumpto moritur animal, sicut consumpto oleo, extinguitur lucerna. Et sicut duobus modis potest extingui candela, vel per suffocationem, vt si superponatur cornu, vel aliquid aliud super ipsam: vel per consumptionem materiæ; Sic duobus modis naturaliter moritur animal: quia, vel suffocatur cor ex materia morbi attingẽte ipsum, vel ex consumptione humidi, in quo consistebat vita. Cum ergo ex mixtione elementorum generẽtur omnia animalia, quæ sunt ornamenta elementorũ: oportet tot esse mixtiones elementorum, quot sunt species animaliũ, etiam in qualibet specie oportet esse multos gradus mixtionis. Non est enim, quid punctale mixtio, quam requirit corpus humanum. Compensata ergo proportione elementorum, vltra quam non staret complexio humana, vel citra quam stare non posset: in illo intermedio est dare multos gradus: Vt auté ponamus sensibile exemplum, Dicemus, quòd tãrum posset esse de igne in compositione corporis humani, quòd si esset ibi plus, non esset corpus humanum: & quod dicitur ex parte maioritatis: vertatem habet ex parte minoritatis. quia posset esse ita modicum de igne, quòd si esset minus, non saluaretur ibi complexio humana: nihilominus huiusmodi complexio habet tantum latitudinẽ, quòd aliqui sunt complexionis sanguineæ, quia secundum proportionem humorum, quam requirit complexio humana, abundat in eis sanguis, qui appropriatur aeri, cum sit calidus, & humidus, sicut aer. aliqui sunt colerici, quia abũdat in eis colera, quæ appropriatur igni, quia est calida, & ficca, sicut ignis: & sic de complexionibus alijs. In vna etiam, & eadem complexione sunt quasi infiniti gradus, quia etiam illi, qui vocantur colerici possunt participare magis, & minus de colera, & sic de complexionibus alijs.

Quod ergo dicebatur de igne secundum maioritatem, & minoritatem, quia posset tantum de igne, vel ita modicum esse, quòd vltra, vel citra non staret complexio humana; etiam intelligendum est de quolibet alio elemento.

Ex hoc autem patere potest, quomodo aliqua animalia dicantur facta de terra: non, quòd fuit terra pura, sed quia in mixtione eorum abũdat elementum terræ, plus, quàm in mixtione eorum, quæ dicuntur esse facta de aqua, secundum quem modum alia terrestria sunt facta de terra: Pisces autem, & Aues dicuntur esse facta de aqua, quia in complexione eorum abundat elementum aquæ: aliter tamen, & aliter. quia in piscibus abundat aqua secundum se. In auibus autem abundat aqua, secundum quod est admixta aeri: propter quod aues non volant, nec viuunt nisi in isto aere grosso, qui est humectatus vaporibus aqueis, vel vaporibus grossis.

Adnertendum autem, quòd cum dicimus in piscibus abundare aquam: non oportet, quòd in mixtione illa elementorum, quam requirit complexio piscium, secundum quantitatem plus sit ibi de aqua, quàm de terra: sed sufficit, quòd compensata mixtione elementorum, quam requirit complexio animalium, quòd in mixtione elementorum, ex qua resultat complexio piscũ: plus sit ibi de elemento aquæ, quàm in mixtione elementorum: ex qua resultat cõplexio aliorum animalium.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd licet in omnibus animalibus habeat aliqd dominium ignis ratione caloris, quod est instrumentum animæ: non dicuntur tamen animalia esse de igne materialiter, quia si esset ibi tantũ de igne, quantum est de alijs elementis, corrumperentur omnia alia elementa. Potest ergo in animali abundare ignis secundum quantitatem virtutis, non secundum quantitatem materiæ: propter quod aliqua animalia dicuntur facta de aquis: aliqua de terra, vt patet per iam dicta.

Ad secundum dicendum, quòd mixta sunt lõgè nobiliora, quàm elementa, vt patet ex formis eorum, & ex actionibus ipsorum. propter quod non oportet, quòd magis sit ibi de elemẽto ignis in nobiliori complexione, quamuis ignis sit elementum nobilius. complexio enim humana, quę

est

Mixti nobilitas vnde sumatur.

Sensus quo fiat in alijs.

Animalia quo facta dicãt ex terra, & aqua.

Piscium complexio quo aquea.

Ignis quo dominet in animalibus.

Mixta vnde fiant elementis nobiliora.

est nobilissima, non habet plus de igne, quàm cõplexio aliorum animalium: immo est magis redacta ad medium, quàm aliqua alia complexio, Vet. exp. secundum quod dicitur in 2. de anima, quòd homo habet meliorem tactũ, qui est media proportio qualitatum tangibiliũ, quàm aliquod aliud animal. & ex hoc colligitur, quòd complexio humana sit magis redacta ad medium, quàm complexiones aliæ: habere ergo plus de oobilioribus elementis, non facit nobiliorem complexionem, sed habere tantum, quòd ex mixtione eorum possit resultare nobilior operatio: vel, ꝙ possit in materia illa sic mixta imprimi oobilior forma: facit ad nobilitatem mixtionis, vel ad nobilitatem complexioois,

Aues qõ ex aqua, & aere. Ad tertium dicendum, quòd aues possunt dici factæ ex aqua, quia in eis abundat aer vaporosus, qui est admixtus aquæ.

Et per hoc patet solutio ad quartum de Aug. quia aues sunt factæ de aere vaporoso, & ex hoc dicuntur esse factæ de aqua, quia ille aer habet vapores aqueos admixtos.

ARTIC. II.

An Animalia sint ornamenta elementorum.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. in Hexam. cap. 38. & 39. D. Th. d. 15. q. 2. art. 2. Guill. Alus. tract. 7. 2. sent. q. 1. de Op. 5. dici.

SEcundo quæritur de animalibus, vt sunt ornamenta elementorum. Cum ergo sint quatuor elementa, inter quæ ignis est nobilissimum, ex quo fuerunt ornata omnia alia elementa: debuit esse ornatus ignis.

Præterea videtur inconueniens, quòd aues ponantur ornamentum aeris, quia animalia videntur esse ornamentum illius elementi: in quibus abundat natura eius. Cum ergo natura sit principium motus, & quietis eius, in quo est, vt habetur in 2. Physic. Vet. ex. si in auibus abundaret natura aeris: non solum moueretur in aere, sed etiam quiesceret ibi, quod videmus falsum.

Præterea: quando agitur de ornamentis elementorum: reptile dicitur ornamentum terræ. Inconuenienter ergo dicitur esse ornamentum aquæ.

Præterea nobilioribus animalibus debet assignari nobilior locus. Sed animalia terrestria, loquendo de animalibus perfectis, habãt magis distincta membra, quàm habeant aues. Nam in auibus non videmus nisi pedes, & rostrum: nobilior ergo locus debuit assignari bestijs, quàm auibus.

A Præterea aliqua sunt animalia secũdum Philosophum in lib. de animalibus, quæ in terris, & in aquis conuersantur: propter quod illa animalia non videntur, ꝙ comprehendantur sub aliquibus generibus de animalibus assignatis. Lib. 1. de hist. animal. cap. 1.

INCONTRARIVM est Genes. historia: vbi non fit mentio nisi de ornatu trium elementorum.

RESOLVTIO.

Ornatus dierum fuit congruus. Idẽ, planum sit ex recompensatione ornatus, ex perfectione senarij, exꝙ ipso ornatur. Animalia enim omnium elementorum, igne excepto, sunt ornamenta.

B RESPONDEO dicendum, quòd, vt patet ex habitis, in sex diebus omnia sunt cõpleta. qui sex dies sic possunt diuidi, quia tres dies fuerunt positi ad distinguendum, & tres ad ornandum. Adducemus ergo tres rationes, quòd fuerit competens ornatus trium dierum: prout describit historia Genes. vt prima ratio sumatur ex recompensatione dierum ornatus ad dies distinctionis. Secunda ex perfectione senarij. Tertia ex ipso ornatu.

Propter primum sciendum, quòd tres dies distinctionis sic sumentur, quia in duobus diebus fuerunt distincti cœli, & in tertia fuerunt distincta omnia elementa. & quia quantum ad distinctionem, cœlt habuerunt duos dies. Primũ, quãdo foit facta lux. Et secundum, quando fuit factum firmamentum: omnia autem elementa nõ habuerunt ntũ vnum diem: quando fuerunt cõgregatæ aquæ. In congregatione autem aquarum, vt patuit, fuerunt distincta omnia elemẽta, quod fuit tertia die. Et quia sic fuit in distinctione, quòd cœli habuerunt duos dies: elementa vnum: in recompensationem huius, factum est cõuerso in ornatu. quia omnes cœli fuerunt ornati vna die: videlicet die quarta, quando fuerunt facta luminaria. Elementa autem fuerunt ornata duobus diebus, quia quinta die fuerunt ornatæ aquæ piscibus, & aeriauibus. Sexta verò die fuit ornata terra iumentis, bestijs, & reptilibus. Ex ipsa ergo recompensatione ornatus respectu distinctionis, vt quia cœli haberent duos D dies ad distinguendum: Elementa verò non nisi vnum: recompensatum est, vt cœli non haberent nisi vnum diem ad otiandum, & elementa duos.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex perfectione numeri Senarij. Dignum enim erat, quòd prima productio rerum, secundum quam facta est perfecta distinctio, & perfectus ornatus cœlorum, & elementorum, Iuxta illud Gen. Ergo perfecti sunt cœli, & terra. i. cœli, & ista inferiora elementa, & omnis ornatus eorum requirebat, quòd hoc fieret secundum primum numerum perfectum. Primus autem numerus perfectus est senarius. Si ergo in cœlis, & elementis Senarii numeri perfectionem Vide supra dist. 13. q. 2. art. 1. Gen. 1.

facta

facta est bina perfectio. Vna secundum distinctionem, & alia secundum ornatũ, & hoc in primo numero perfecto, qui est Senarius. Dabimus, & distinctionem, & medietatem Senarij modo, quo dictum est, quia quantum ad distinctionem: cœlis dabimus duos dies, & elementis vnum. quãtum ad ornatum erit èconuerso. Sed quæres, quare in distinctione cœlis dati sunt duo dies, & elementis vnũ. Dicemus, quòd in cœlis est duplex distinctio: vna secundum lumen, & alia secundum motum. Secundum lumẽ quidem in cœlis est distinctio, qa est ibi luminosum, & non luminosum. Secundum motum autẽ est ibi distinctio, quia est ibi dare motum ab oriente in occidens, qui est proprius primi mobilis, & èconuerso. Ab occidente in orientẽ, qui est proprius firmamenti, & Planetarum. Ideo fuerunt cœlis dati duo dies distinctionis. Primus videlicet dies, in quo facta est lux, per quam diuisa est lux à tenebris. Et secundus dies, in quo factum est firmamentum, quod mouetur motu contrario motui primi mobilis, diuisit aquas ab aquis, vt in pluribus locis supra diffusius tangebatur. Elementis verò non fuit datus nisi vnus dies distinctionis: quia tota indistinctio elementorum non erat nisi propter vnum elementum, videlicet propter aquam, quæ admixta aeri reddebat totum aerem indistinctum, & confusum, siue admistum, & cooperiebat, siue velabat terram, vt apparere non posset. Illo ergo solo elemento congregato in locum vnum: appauit arida, & apparuerunt distincta alia elementa: propter quod pater omnino fuisse congruum in distinctione rerum date duos dies cœlis, & tertium elementis: quare ergo in ornatu fuerit èconuerso: aliquo modo tactũ est in duabus rationibus iam præmissis, & in ratione tertia pleonis apparebit. sed antequàm hoc fiat, de perfectione Senarij, quo est primus numerus perfectus, & ex hoc competens primis perfectionibus rerum, volumus aliqua enarrare.

Vide idem supra d. 15. q 1. ar. 2.

Sciendum ergo, quòd numerus aliquando est linearis, qui sola vnitate metitur: & binarius, qui per binas vnitates constituitur: & trinarius, qui per trinas: & quinarius, qui per quinas: & septenarius, qui per septenas, & molti alij sunt tales numeri, qui non fiunt ex ductu alicuius numeri in alium numerum, sed solis vnitatibus producuntur. Aliqui verò sunt, qui fiunt ex ductu numeri in numerum, vt octo, qui fit ex ductu quatuor in duo. quia bis quatuor faciunt octo: & duorum in quatuor, quia quater duo faciunt octo, & istę dicuntur partes aliquotæ, quæ aliquoties sumptæ reddunt totũ, nec plus, nec minus quatuor: sunt pars aliquota de octo, quia cum sumantur bis, faciunt octo, nec plus, nec minus: & duo, quia si sumantur quater, faciunt octo. vnitas autẽ est pars aliquota cuiuslibet numeri. Computando ergo solum hutusmodi partes aliquotas: aliqui numeri sunt diminuti: quando omnes eius partes aliquotæ reddunt minus, quàm ipsum. Aliqui sunt superabundantes, quando omnes eius partes aliquotæ reddunt plus, quàm ipsum. Aliqui sunt perfecti: quando omnes eius partes aliquotæ reddunt, nec plus, nec minus. Senarius ergo est primus numerus perfectus, quia omnes eius partes aliquotæ faciunt sex, nec plus, nec minus. pars enim aliquota de sex nõ potest esse, nec quinque, nec quatuor, quia non potes toties sumere quatuor, vel quinque, quòd habeas sex, nec plus, nec minus. Quia si sumeres semel haberes minus. Si sumeres bis, haberes plus. Nunquàm enim pars aliquota potest excedere medietatem eius, cuius est aliquota. Omnes ergo partes aliquotæ de Sex sunt Tres, Duo, & Vnus, quę simul iunctæ faciunt Sex, nec plus, nec minus. Propter qd Senarius dictus est numerus perfectus, & primus perfectus, quia infra ipsum nullus est alius numerus perfectus. Octonarius est numerus diminutus, quia partes eius aliquotę sunt quatuor, duo, & vnus, quæ simul iunctæ faciunt septem, quod est minus, quàm octo. Duodecim est numerus superabuodans. Partes eius aliquotæ sunt sex, quatuor, tres, duo, & vnus, quæ simul iunctæ faciunt 16. quod est plusquàm 12. immo ita sunt pauci numeri perfecti, quòd in quolibet limite non est nisi vnus, & est aliquis limes: vbi nullus dicitur esse, vt vsque ad 10, non est nisi vnus: videlicet Senarius, & vsque ad centum non est nisi vnus: videlicet vigiti octo, & sic de alijs: immo Sancti hæc adaptando ad homines: magnum mysterium comprehẽdunt, vt sicut pauci numeri sunt perfecti: ita pauci homines perfecti.

Numeri Senarij perfectio sed vide de Scholiũ nostrũ, pro huius speculationis declaratione. d. 15. q. 2. ar. 1. in Dub. 1. lateali.

Aliquotæ partes, quæ sint. hinc partes non aliquotæ cognoscitur.

Paucitas perfectorũ colligitur ex paucitate numerorũ perfectorũ.

His itaque prælibatis, volumus adducere rationem tertiam lumptam ex ipso ornatu rerum. Dicemus enim, quòd licèt in distinctione sint dati duo dies cœlis, & vnus elementis: in ornatu verò est èconuerso. Duo dantur elementis, & vnus cœlis. Nam cœli, & elementa sic se habent, quòd diuiduntur in supremum: cuiusmodi sunt cœli: & infimum: cuiusmodi est terra: & intermedia, cuiusmodi sunt aer, & aqua. Ignem autem in talibus non nominamus, quia propter sui maximam actiuitatem non patitur aliquem ornatum. Nihil enim posset diu esse in ipso, quod ad vltimum non corrumperetur ab ipso. Inueniuntur enim aliqua alia, quæ propter sui magnam frigiditatem per aliquod temporis spatium possunt stare iuxta ignem, sicut dicitur de Salamandra, sed hoc diuersè non potest. Ille enim vermis, qui dicitur Salamandra, vel illi vermes, qui sic nominantur faciunt aliquid alit qualiter simile ei, quod faciunt vermes, qui faciunt sericum: licèt in colore illud, quod faciũt Salamandræ, sit albius. Si de illo autem fiat aliqualis tela, sicut Salamandra potest stare in igne per aliquod spatium, absque corruptione sui, sic illa tela poterit per aliquod spatium stare in igne, absque corruptione sui. sicut enim alij panni mundantur, & purgantur per aquam, sic ille pannus mundatur, & depuratur per igem. ponitur enim in igne, & permittitur ibi stare

Salamandra. Isi. de hist. anim. l. 6. c. 5.

Notandum de tela Salamandræ.

per

per aliquale modicum ſpatium, quo facto conſumptis immunditijs eius per ignem extrahitur ab igne purus, & nitidus.

Elementa cur duobus diebus ornata.

Reuertamur ergo ad propoſitũ, & dicamus, quòd cum in ornatu cœlum teneat vnum gradum. ſ. ſupremum: elementa teneant duos gradus: infimum, vt terra: & medium, vt aer, & aqua: cœlum non habuit niſi vnum diem ad ornandum. quia tenet ſolum vnum gradum, & ſupremum. & ideo habuit diem quartum: quando fuerunt luminaria facta. Aer autem, & aqua licèt ſint duo elementa: non habuerunt niſi vnũ diem, quia non tenent niſi vnum gradum, vt medium: propter quod eadem die, vt quinta: fuerunt ornata illa duo elemẽta piſcibus, & auibus. terra autem tãquàm infimum facit per ſe gradũ: ideo habuit vnum diem. ſ. ſextum. in quo fuit ornata inmentis, & alijs animalibus terræ. Poſſumus autem, ſi volumus, ex ipſa natura ornamẽti aſſignare rationem, quia cœlum ad ornandum non habuit niſi vnum diem: alementa habuerũt duos: videlicet aer, & aqua vnum, & terra aliũ. Nam in hoc videtur conſiſtere ratio ornatus, & natura eius, vel quia mouetur cum illo, quod ornat: vel, quia mouetur in illo. Primo modo ornatur cœlum, quia Stellæ, & Planetæ, quæ ſunt ornamenta cœli, mouentur cum cœlo, & omnes habent vnum modum motus, quia non mouetur Stella, ſed orbis, & Planetæ, vbi eſt maior talis diuerſitas. non mouentur ſecundum ſe: ſed, vel mouentur motu ſphærarum, ſiue orbium; vel motu deferentium, vel motu epiciclorum. & quia eſt vnus ſimilis modus mouendi: in talibus non oportuit adornatum aſſignare cœlum niſi vnum diem. Elementis autem aſſignauimus duos, vnum aeri, & aquæ: & alium terræ. Aquę autem, & aeri aſſignauimus vnum ſolum diẽ ad ornatum, quod ea tribus poteſt colligi. vel quia ea vna materia ſunt piſces, & anes. vel quia habent vnum modũ mouendi: vel, quia habent vnum modũ ſe multiplicandi. ex eadem. n. materia facti ſunt piſces, & aues, quia ex aqua. Et ſi dicantur piſces facti directè ex aqua: anes autem ex aere aquoſo, & vaporoſo; propter vniformitatem Scriptura non diſtinguit, ſed piſces, & aues dicit factos ex aquis.

Piſces, & Aues cur vno die prodacti.

Piſcium, & Auium motus idem.

Rurſus vno die debuerũt fieri piſces, & anes: non ſolum, quia ea eadem materia; ſed etiã quia habent eundem modum motus. Nã ſicut piſces natant in aquis, ſic aues natant in aere, vt ſicut piſces non per pedes, ſed per pennulas, & per caudam ſe mouent in aqua: ſic, & aues non per pedes: immo cum volant ſtringunt pedes: ne impediantur ab eis in volatu, ſed per alas, & per pennas ſe mouent in aere. vt ſicut aqua reſiſtit pennulis, & eandę piſcis, & ex illa reſiſtentia ſe mouet per aquam, ſic aer reſiſtit pennis, & alis auium, & ex illa reſiſtentia ſa impellunt aues per aerem. expertum eſt enim, quòd aliquando cadens aqua de alto peruenit ad locum, vbi ſunt piſces, & abſque eo, quòd illa aqua adbæreat canali, vel alicui corpori: piſces ſe impellunt

A per illam aquam, & aſcendunt ſuperius, ſicut, & aues aſcendunt per aerem, & ſuperius volãt. Tertio debuerunt piſces, & anes fieri vno, & eodem die: propter vnum, & eundem modum, quem habent multiplicandi ſeipſos. Nam & piſces, & aues ouant, & ouando ſe multiplicãt. Et ſi ſunt aliqui, ſed pauci piſces, non ouantes: vel ſi aliquæ, & paucæ anes, non ouantes: talia atiẽ denda ſunt prout habent eſſe in pluribus: non in paucioribus. nam & in terris ſunt aliqua ouantia, vt lacertæ, & ſerpentes. Tamen animalia terreſtria, quæ generantur ex ſemine, vt plurimum generantur per partum, & vt plurimùm talia animalia ſe multiplicant pariendo, vt piſces, & aues ouando. In ornatu ergo dabimus aeri, & aquæ vnum diem, vt quintum: & terræ alium, vt ſeatum: & ſic declarata ſunt dubia prælibata.

Experimẽto vidimus etiã piſces a cẽdere, aqua cadenti ex alto.

B

RESP. AD ARG. Ad primum dicendũ, quòd ignis non patitur tale ornamentum, quale damus alijs elementis. quia nulla animalia poſſunt diu ſuſtinere ignem, vt ſupra tetigimus.

Ignis cur cæteris ornatu.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſufficit ad hoc, quòd aliqua animalia ſint ornamentum alicuius elementi, quòd illud elementum plus abundet in complexione eorum, quàm aliorum animalium. quod iatis eſt credibile, q̃ in auibus, in quibus eſt aer quidam vaporoſus, plus abunderin compleaione eorum.

Aues cur quieſcant in terra.

Ad formam autem arguendi cum dicitur, quòd aues quieſcunt in terra; Dici debet, quòd C ornamentum elementorum non aceipitur ſecundum motum naturalem, ſecundum quem omnia miata naturaliter tendunt deorſum, & naturaliter quieſcũt deorſum: propter elemẽtũ grane, quod dominatur in eis: ſed ſecundũ motum animalem, pronc animalia per apprehenſionem, & appetitum tendunt ad omnem differentiam poſitionis, qui motus ſemper contrariatur corpori animalis, cuius motus naturalis eſt tendere deorſum. & quia in tali motu ſemper accidit laſſitudo propter contrarietatẽ, quam habẽt ad naturam corporis mobilis; oportet, quòd quies in motu animali ſit eadem cum quiete in motu naturali. inde eſt, quòd anes quieſcunt in terra, quia ſecundum motum naturalem proptet dominium elemẽti granis mouentur ad terram.

Reptilia quo pertineant ad ornatum aeris, & aquæ.

D Ad tertium dicendum, quòd reptilia ponuntur ornamenta terræ, & aquæ. aliter tamen, & aliter. quia quantum ad ornamentum terræ: ponuntur reptilia ſecundum partem, eum dicit: Producat terra animam viuentem in genera ſuò: iumenta, & reptilia, & beſtias. Sed in aquis reptilia ponuntur ornamentum ſecundũ totum, eum ait: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile. Non ergo fit ibi mentio, niſi de reptili, quod eſt ornamentũ aquæ: & de volatili, quod eſt ornamentum aeris. ſicut ergo volatile eſt vniuerſaliter ornamentum aeris: ſic & reptile eſt quaſi vniuerſaliter ornamentum

tum aquæ, quia quasi omnes pisces reptant, & reptando se mouent, vt supra dicebatur: sed in terra non sic. quia inmenta, & bestiæ reptant, & in terris plura videntur esse nõ reptilia, quàm reptilia: licèt multa sint ibi reptilia. Vel possumus dicere, quòd & si reptilia ponuntur ornamenta terræ, & aquarum; Hoc est tamen aliter, & aliter. quia pisces reptant prout cum pennulis, & cauda se impelluut in aquis, & hoc modo se mouent per aquas: sed in terris animalia reptant diuersimodè, quia cum costis, & pectore se impellunt, vt Serpentes, iuxta illud, quod fuit dictum Serpenti Genes. Super pectus tuum gradieris. Aliqua verò reptant in terris, quia figentia os in terra, reliquum corpus suum trahunt, vt vermes. aliqua vero, quia propter breuitatem pedum, corpus suum ducunt per terram, iuxta illud August. 3. Genes. Per reptilia, vt arbitror, signa sunt quadrupedia, quæ in genere sunt reptilium. Cuiusmodi sunt lacertæ, & stelliones. Vocantur autem stelliones quædam lacertæ habentes puncta quasi alba, & nigra: ac si stellæ quædam essent in eis: sunt autem stelliones minores lacertis habentes debilem visum, vt semper post occasum Solis incipiant exire de suis foraminibus. Dato tamen, quòd non esset alia differentia inter reptilia terræ, & aquarum: nisi, quia videmus aliqua reptilia terrestria reptare in terra, & aliqua reptilia aquatica natare in aqua. sufficit ex quo inueniuntur reptilia in terra, & in aqua, quòd ponantur ornamentum terræ, & aquæ: tamen magna differentia est inter hæc, & illa, vt est per habita manifestum.

Pisces reptant.

Gen. 3.

Reptandi modi varij.

Tomo 3.

Stelliones.

Ad quartum dicendum, quòd non distinguũt ornamenta elementorum secundum se, sed per comparationem ad elementa, vel non distinguuntur ornamenta elementorum: nisi prout sunt apta nata moueri in alijs, & alijs elementis: & hoc secundum motum animalem, non secundum motum naturalem. propter quod ornamenta elementorum non accipiuntur secundum, quòd aliqua sunt magis, vel minus nobilia, sed secundum, quòd habent alia, & alia organa, vt organa animalium terrestrium sunt ad ambulandum, vel ad quocunque modo se mouendum per terram. organa animalium, quæ sunt ornamentum aquæ, & aeris, sunt ad natandum, & ad se mouendum per aerem: secundum quem modum non oportet, quòd nobiliora animalia sint ornamentum nobiliori elementi: sed quòd sint ornamentum illius elementi, secundum quòd habent organa ad se monendum per ipsum.

Ad quintum dicendum verum esse, quod ait Philosophus, aliqua esse animalia, quæ in aquis, & in terris conuersantur, sed nunquàm inueniuntur aliqua animalia conuersantia in vtroq; prædictorum elementorum: quando magis conuersantur in vno, quàm in alio. & ideo illius, vbi magis conuersantur, possunt dici ornamenta.

QVÆSTIO II.

De his, quæ ad diem septimum pertinent.

DEINDE quæritur de his, quę pertinent ad diem septimum. Tria autem dicũtur de die septimo. Primum est, quòd cõplenit Deus die septimo opus suum. Secundum est, quòd requieuit die septimo ab omni opere, quod patrarat. Tertium est, quòd benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quæ omnia patent Genes. De tribus ergo quæretur. Primo de completione operum diuinorum. Secundo de quiete diei. Tertio de sanctificatione, & benedictione diei septimi.

ARTIC. I.

An operum diuinorum completio sexta, & septima die facta fuerit.

Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in Hexam. 2. par. cap. 41. D. Th. 1. p. q. 73. ar. 1. Et 2. sent. d. 15. q. 3. ar. 1.

AD primum sic proceditur: Videtur, quòd completio operum diuinorum non fuerit facta die septimo, sed die sexto, quia Genes. dicitur de die septimo, quòd vidit Deus cuncta, quæ fecerat: ergo die sexta fecerat cuncta, & per consequens perfecerat vniuersa. Gen. 1.

Præterea: in eodem capitulo dicitur de his, quæ fecerat Deus die sexta, quòd erant valde bona. sed valde bona non dicuntur, nisi omnia simul, quia secundum Augustinum in Enchetidion, & habetur in littera: Vnumquodque in se bonum est: omnia autem simul valde bona, quia ex omnibus constat vniuersitas, & mirabilis pulchritudo. Si ergo sexto die opera diuina fuerunt valde bona, sexto die fuerunt vniuersa completa.

Præterea tunc completur opus, quando non vlterius fit aliquid in opera. sed post sextũ diem nihil

nihil Deus vlterius fecit in operibus suis: ergo sexto die fuerunt omnia diuina opera completa.

Prætereà videtur, quòd nec etiam sexto, vel septimo die fuerint omnia diuina opera completa, quia non est completum opus, quamdiu artifex operatur. sed Deus à principio mundi vsque nunc semper operatus est, & operatur, iuxta illud Io. Pater meus, &c. Ioan. 5.

INCONTRARIVM est littera Genes. Quia complevit Deus die septimo, &c.

Septenarius numerus Spiritui sancto tribuit. Prætereà in opere cuiuslibet diei operatus est Spiritus sanctus, sed Spiritui sancto appropriatur numerus septenarius: ergo in die septimo debet poni completio operum diuinorum.

RESOLVTIO.

Operum creationis completio quinque modis dicitur, die sexta, & septima fuisse facta iuxta duplicem Scripturæ sacræ translationem. Vna enim diei sexto: altera verò septimo huiusmodi cõpletionem adscribit.

Opera creationis cõpleta 6. & 7. die. RESPONDEO dicendum, quòd difficultas huius quæstionis oritur ex eo, quòd nostra translatio habet, quòd complevit Deus in die septimo opus suum. Alia translatio habet, vt dicit Magister in littera, quòd consummavit Deus die sexto opera sua, & quia bonum est vtrunque saluare: postquàm vtraque littera toleratur. Ideo videndum est quomodo completio operũ diuinorum potest attribui diei sexto, & quomodo diei septimo. Possumus autem saluare quinque modis vtranque translationem.

Primo modo, vt completio diuinorum operum quãtum ad sextum diem referatur ad vesperam. Quantum ad septimum referatur ad mane.

Secundo prout consummatio diuinorũ operum secundum diem sextum referatur ad perfectionis existentiã. Secũdum diem septimum ad perfectionis euidentiam.

Tertio cum esse sit perfectio rerum: ideo secundum diem sextum refertur ad esse rerum prout à Deo rebus datur. Quantum ad diem septimum referatur ad esse. prout à Deo in rebus continuatur.

Quarto possumus sic saluare. prout quantũ ad diem sextum sumitur perfectio secundum actum primum: Quantum ad septimum, secundum actum secundum.

Quinto prout in omnibus rebus reperitur substantia, virtus, & operatio, iuxta illud Dion. in de Ecclesiastica Hierarchia: Existere oportet primum, & postea operari non est sine virtute: propter quod oportet, q̃ res primo existat per suam substantiam. Secundo, quòd habeat virtutem. Tertio, quòd operetur. quia secũdum Cõmentatorem nulla actio egreditur immediatè ab ipsa substantia, vel ab ipsa forma substantiali, sed semper egreditur mediãte virtute. propter quod dicit, quòd nulla est virtus actiua in igne, nisi calor. Calefacere ergo, quod est operatio ignis nõ egreditur immediatè à forma substantiali ignis, sed egreditur ab ea mediante calore, vel mediante virtute calefactiua. Triplex ergo erit perfectio rerum, vel secundum substantiam, & hoc pertinet ad primos tres dies, vel secundum virtutem, & hoc pertinet ad numerum senarium, vel ad alios tres dies, vel ad sextum diem: in quo completa sunt opera omnia. Accipietur etiam perfectio secundum operationem, & hoc pertinebit ad diẽ septimum: vt sexto, & septimo die dicatur esse facta perfectio operum diuinorum.

Propter primum sciendum, quòd prima dies, vt communiter dicitur: non habuit mane supple de se, sed vesperam habuit de se, mane verò habuit sequentis diei. & quod dictum est de prima die, veritatem habet secundum litteram Genes. & de sexta die. quia & de sexta die dicitur in Genes. quòd factum est vespere, & mane dies sextus. Quilibet ergo dies operum diuinorũ fuit vnus dies completus quantum ad spatium temporis. quia quilibet huiusmodi dies fuit spatiũ 24. horarum, sed quantum ad partes eius illæ 24. horæ non fuerunt partes eiusdem diei, sed vespera se tenuit cum prima die, & mane fuit pars diei alterius. Ita, quòd vespera diei primæ, & mane diei secundæ fecerunt vnum diem completum. sic vespere diei sextæ, & mane diei septimæ fecerunt diem septimum completum. Quantum ergo ad naturalem ordinem, vt dixit Magister in distinctione 13. ordo naturalis distinctionis dierum est, vt computetur dies à mane vsque ad mane exclusiuè, vt quilibet dies habeat prõprium mane, & propriam vesperã vsq; ad aliud mane, quod eum sua vespera faciat sequentem diem, quantum ad quantitatem temporis causatum est vespere, & mane: & èconuerso. Differentia tamen est inter computationem istam, & illam, quia si computemus diem secundum mane, & vesperam, sic accipiemus diem computando diem secundum ordinem naturalem: prout mane, & vespera pertinent ad eundem diem: sequendo modum computationis dierum naturalem, secundum traditionem Magistri. sed computando vnum diem: prout habet vesperam, & mane, sic vespera erit diei præcedentis, & mane erit diei sequentis, & sic vespere, & mane erit vna dies completè confecta secundum ordinem naturalem ex partibus diuersorum dierum, secundum quem modum diem sextum fecerunt vespera diei sextę, & mane diei septimæ: propter quod bene dictum est, quòd completio diuinorum operum potest attribui diei sextæ, quantum ad vesperam: & diei septimę quantum ad mane, quia vesperã diei sextę, & mane diei septimę computat littera Gen. vnum totum completũ diem sextum,

Diei consideratio. supra d. 13. q. 2. ar. 2.

Nota hic de die. & vide etiam in 13. dist. huius 2. q. 3 ar. 2.

sextum, secundum quem modum dies sextus tantum accepit de spatio temporis diei septimæ, quantum de spatio temporis deficiabat sibi ad faciendum vnum totum completum diem. Quibus visis, pater, quomodo vera est translatio illa, quòd die sexto, & quomodo est vera translatio alia, quòd die septimo consummanit, vel eõpleuit Deus opus suum.

Perfectionis euidentia.

Secundo modo potest hoc ostendi, vt perfectio dminorum operum referatur ad perfectionis existentiam quantum ad diem sextum t sed ad diem septimum, quantum ad perfectionis euidentiam. Huic autem modo possumus adaptare illud verbum Philosophi, quòd vnumquodque perfectum est, cum sibi potest simila generare. com ergo generans sit causa generati, non potest esse, quòd ex effectu causetur perfectio causæ: cum quæ sunt causatorum, abundanter præ-
B infinis causis, vt vult Dion. 2. de diui. no. ergo generans non facit ad existentiam perfectionis, sed ad euidentiam eius. vt cum aliquid generat sibi simile, ex effectu generationis apparet euidenter perfectio generantis. In sex ergo diebus fuerunt omnia perfecta secundùm existentiam, quæ sic perfecta in septima die incœperunt dare operam generationi, & incœperunt esse perfecta quantum ad perfectionis euidentiam. ista autem est perfectio cœlorum t quia cœli faciunt ad generationem rerum, & elementorum t quia cùm ex omnibus elementis componatur mixtũ secundùm debitam proportionem elemẽtorum resultat perfecta mixtorum complexio. Differt autem iste modus iaiuandi vtrunque translationem a primo. quia primus modus referebat perfectiones ad vnum, & eundem diem, secundùm diuersas partes eius. Sed iste modus refert vtrumque perfectionem ad alium, & alium diem. quia Deus compleuit, vel perfecit omnia in die sexto quantum ad perfectionis existentiam. quia in die sexto omnia extiterũt perfecta. sed perfecit Deus opera sua die septimo, quantum ad perfectionis euidentiã. quia die septimo incœperunt animalia dare operam generationi: quod faciendo non solum existebant perfecta, sed etiam euidenter apparebant perfecta.

Perfectionis acceptio, & cõtinuatio.

Tertiò possumus saluare illam diuersitatem accipiendo perfectionem secundùm esse: quod factum fuit sexto die. Et quantum ad continuationem essendi, quod fuit factum die. 7. Ad hunc autem modum potest adaptari illud verbum Philosophi in 2. de generatione, quòd natura semper desiderat quod melius est, & quia melius est esse, quàm non esse: semper natura desiderat esse. Cum ergo propter longe distare a primo principio non possint res perpetuari in suo esse secũdùm seipsas: reliquo modo compleuit Deus perpetuitatem essendi, continuam faciens generationem. appellat autem Philosophus longe distare à primo principio nõ secundũ situm: sed secundum assecutionem proprietatum esse diuini, vbique est enim Deus præsens & in vnaquaque re est Deus p essentiã suam seruans illam rem in esse secundum modum naturæ illius rei: cum dicãtur aliqua esse propinquiora Deo, vt illa quæ plus assequuntur de proprietatibus diuinæ essentie, vel diuine substantiæ. nam substantia diuina hẽt esse semper, & hẽt esse intellectiuũ. angelica ergo natura quantum ad esse, & quantum ad intelligere participat conditionem diuinę substantiæ. Et propter hoc Augu. in lib. confess. dicit naturam angelicam esse prope Deum. Aliqua vero participant conditiones diuini esse quantum ad esse. et quãtum ad semper esse, sed nõ quantũ ad intelligere, vt corpora cœlestia fm se sumpta, & ista inferiora magis distãt a Deo, quã Angeli. Nã si corpora cœlestia intelligunt: hoc non est quòd ipsa secundùm se intelligant t sed quia motores eorum appropriati, qui dicuntur eorum animæ, intelligunt. ista autem infetiora: quia sunt generabilia & corruptibilia participant conditiones diuini esse, quantum ad esse, non quantum ad semper esse, & ista adhuc magis distant a Deo, propter istud ergo distare a Deo, & quia ista inferiora non possunt se perpetuare in seipsis, reliquo modo complenit Deus continuationem continuam faciens generationem: secundùm quam animalia se continuãe, & perpetuant in suo simili. Propter quod benedictum est, q̃ est duplex perfectio rerum: vna quantum ad esse, prout in seipsis habent perfectum esse, & hoc fuit in die sexto, quia tunc omnia habuerunt perfectum esse: cum Dei perfecta sint opera. Et alia est perfectio quantum ad continuationem, & perpetuitatem essendi, & hoc fuit in die septimo: quando animalia incœperunt dare operam generationi, per quam continuantur, & perpetuantur in esse.

Perfectio rerum duplex, vna quantũ ad esse. alia quantum ad continuatione. & perpetuitatẽ essendi.

Quarto modo possumus saluare dictam diuersitatem, vt vna perfectio referatur ad actum primum. alia ad secundum: secundum quem modum loquitur Philosophus in 2. de anima dicens, scientiam esse primum actum, & considerare secundum. per actum enim primum intelligimus formam, vt dat esse: per actum secũdum intelligimus ipsam operationem egredientem a forma: sicut considerare est quædam operatio egrediens à scientia. secundùm ergo actum primum semper sumus in actu: quia quandiu habemus scientiam: tam diu habemus esse scientificum. & quandiu habemus aliquam formam: tandiu habemus esse secũdum illã formam. sed quãtum ad actum secundum non semper sumus in actu. nam licet habeas scientiam semper sit sciens: non tamen semper considerat secundum illam scientiam. & habens albedinem semper est album, non tamen semper dispregat visum. differt tñ iste quartus modus ab aliis, quia generalior. Nam sexto die fuerũt res perfectę fm partes cõponentes totũ: qa nulla fuit pars vniuersi, quæ nõ esset facta sexto die. Alia aũt perfectiõ est secundũ consecutionẽ finis: quia quælibet res p̃ sua operationẽ est apta nata tendere in suum finẽ: p̃pter quod iste modus dicitur generatio: qa

Actus primus, & secũdus. 2. de anim. c. 5.

Auer. 2 de anima. c. 8.

Natura semper desiderat quod melius est. 2. de gen. com. 59.

Distãtia rerum à Deo duplex.

& si cuilibet rei non competit generare, cuilibet tamen rei competit habere aliquâ operationem, per quam tendit in suum finem: vt graue mouetur deorsum, vt tendat in centrum, tanquam in finem. Ista autem perfectio incepit competere rebus die septimo, quando eis constitutis in esse die sexto: die postea septimo inceperunt agere, & per actiones in finem tendere. septima ergo die, quando Deus voluit requiescere, inceperũt res laborare, & agere, & in perfectiones suas tendere.

Quinto modo possumus saluare diuersitatem præfatam magis particulariter, vt diuidamus septem dies in tres, & tres in vnum, & cuilibet patri demus suam perfectionem, vt primo ternario demus perfectionem rerum quantum ad substãtiam. secundo ternario quantum ad virtutem: diei vero septimo dabimus perfectionẽ quantũ ad operationem. quæ tria, vt supra tangebatur, substantia, virtus, & operatio in omnibus habẽt esse, vt in lib. Genes. tripliciter agitur de perfectione. nam ibi dicitur: Perfecti ergo sunt cœli, & terra. i. ista inferiora elementa: supple quãtum ad substantiam: & omnis ornatus eorum, supple est perfectus quantum ad virtutem, & postea sequitur: Compleuit Deus .i. perfecit Deus opus suum, supple quantum ad operationem. quia tũc opera Dei inceperunt habere operationes suas: Perfectio ergo secũdum substantiam incepit ab esse rerum, & terminata est in distinctionem ipsarum. ideo in illis tribus diebus dicuntur esse facta opera distinctionis. Perfectio autem secundum virtutem, secundum quam dicuntur res ornatæ: incepit à distincto esse, & terminata est in distinctum posse. Perfectio autem secundũ operationem, quæ competit diei septimo: incepit à distincto posse rerũ, & terminata est in distinctũ agere ipsarum. Et ideo dies septimus non hẽt vesperam, quia distinctum agere rerum nunquã terminabitur, sed semper res habebuot distinctas actiones, sicut habent distinctas substantias, quamdiu durabit mundus. Signat autẽ ista distinctio operationum, vel ista perfectio secundum operationes requiem illam beatorum, quæ sequitur opera nostra, quando dicetur: Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. quæ requies nunquàm habebit vesperam, quia nunquàm finietur. Diximus autem, quòd perfectio secundum substantiam facta est ante omnem diem. postea facta est distinctio rerum. Nam à principio, ante omnem diem, res habuerunt formas substantiales dantes sibi esse. sed cũ haberent quandam confusionem in seipsis, vt supra fuit diffusius declaratum, postea per partes acceperũt distinctum esse in primo ternario dierum. Dabant enim tunc formæ substantiales cuilibet rei, quòd esset ens: sed non dabat ei perfectè, quòd esset vna, quia non dabat ei perfectè, quòd esset distincta ab alijs: propter quod benè dictum est, quòd illa perfectio incepit ab esse, & terminata est in distinctum esse. Perfectio autem secundum virtutem incepit à distincto esse: & terminata est in distinctum posse. quod fuit factum secundo ternario dierum, quando ornati sunt cœli, & elementa. per quem datum est eis posse, & virtus ad agendum: Nam cum cœli influant in hæc inferiora, & influentia sit a lumine sui: quando fuerunt facta luminaria cœli, quod fuit quarta die, fuit datum cœlo posse, & virtus, vt influeret in hæc inferiora. Quinta autẽ die quando aqua produxit pisces, & aues, fuit data aquæ virtus, & fuit ei datum posse, vt per rationes seminales inde fierent pisces, & aues. aqua enim ibi stat pro elemento aquæ, quod abundat in complexione piscium, & stat pro isto aere humectato, & aquoso, qui abundat in complexione auium. Sexta vero die quando fuit ornata terra, inuentus bestijs, & reptilibus: fuit terræ data virtus, & fuit ei datum posse, vt per rationes seminales ista ex ipsa fierent. Propter quod bene dictum erat, quòd perfectio secundi ternarij, qui completus fuit in septimo die, incepit a distincto esse, & terminata est in distinctum posse. Propter qd. Perfectio sextæ diei fuit secundum virtutem, seu secundum posse, quia in illo die omnibus rebus fuit collata perfecta virtus, & perfectum posse. distinctè secundum suum genus, & suam speciẽ. perfectio vero diei septimæ, quæ fuit secundùm operationem, vel secundum agere, quia res existentes perfectè inceperunt agere, & operari. cũ operatio non fit nisi a potentia, & a virtute, bene dictum est, q̃ iste perfectio incepit a distincto posse, & terminata est ad distinctum agere, vt est per habita declaratum.

Gen. 2.

Apoc. 14.

RESP. AD ARG. Ad primum dicẽdum, quòd perfectio rerum fuit facta die sexto, & die septimo: aliter tamen, & aliter, vt patet per habita.

Ad secundum dicendum, quòd videre cũcta, quæ Deus fecerat, pertinet ad perfectionem totalitatis, quæ constat ex omnibus virtutibus: nam secundum formas partium vniuersum habet esse, & secundum virtutem collatam partibus vniuersum habet posse. Iste autem perfectiones fuerunt completæ sexto die. sed est alia perfectio, prout partes vniuersi habent agere, & agunt, & ista est perfectio septimæ diei, vt verificetur, vtraque die Deum suum opus perfeciſſe.

Ad tertium dicendum, quòd sexto die fuerũt omnia completa, quãtum ad rerum esse, & quãtum ad earum posse, sed non quantum ad earum agere.

Pater meus operatur vsque modo.

Ad quartum dicendum, q̃ Ioann. 5. dicitur, q̃ vsque nunc operatur Pater, & Filius, quãtum ad rerum propagationem, vel quantum ad earũ in esse conseruationem, non autem quantum ad nouarum rerum productionem. quia in sexto die omnia fuerunt producta, vt nihil nouum deinceps fieret, quod non esset factum in suo simili. Postea in septimo die incœperunt res vti cum virtute diuina agere, & incœperunt coadiuuare

iuuare tali virtute seipsas, & propagare. Et quia sine Deo nihil potest creatura facere: & quia in omni opere creaturæ operatur Deus: ideo dictū est illud Ioannis: Pater meus vsq; nunc, &c. possent etiam ista opera Patris, & Filij, & totius Trinitatis referri non solum ad opera naturæ, sed ad opera gratiæ dicente Domino Discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Et dicente eodem eisdem: Sicut palmites non possunt terræ fructum afferre a semetipsis, nisi manserint in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. quę possunt ad opera gratiæ congruè referri.

Ioan. 5.

Ioan. 15.

ARTIC. II.

An Deus die septimo quieuerit ab opere, quod patrarat.

Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in Hexam. 2. p. Cap. 41. D. Tho. 1. p. q. 74. artic. 2. Et 2. sent. d. 15. q. 3. artic 2. D Bon. d. 15. arti. 2. q. 3. Ric. d. 11. q. 3. Alexand. de Ales. 2. p. q. 55. artic. 10. Voril. d. 15. q. 8.

SECVNDO quæritur de quiete Dei, de qua agitur Gene. 2. Et requieuit Deus die 7. ab omni opere, quod patrarat.

Sed videt hoc esse impossibile, quia quies opponitur motui: & ideo Natura dicitur esse. 2. Physicorum, principium motus, & quietis eius, in quo est. cū ergo opposita sint apta nata fieri circa idem; si Deus esset aptus natus quiescere, esset aptus natus moueri, quod est contra dictum Prophetæ dicentis: Ego Deus, & non mutor. & contra dictū Iacobi 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

2. c. 2.

Malach. 3.

Iacobi. 1.

Præterea res non quiescit nisi ad euitandum laborem. cum ergo ipsi motores orbium moueant cœlos sine labore, & pœna. quia aliter non perpetuaretur motus cœli, multo ergo fortius Deus operatur sine labore, & pœna. non ergo propter cessationem ab opere possumus dicere Deum quiescere.

Præterea forte dices, quòd Deus quiescit, quia facit nos quiescere. cum ergo Deus quieuisset die septimo, quia cessauit ab operę, si dicerent Deū quieuisse, quia fecit nos quiescere, diceretur, Deū illis sex diebus operatum fuisse. quia fecit nos operari. quod patet esse falsum, quia illis sex diebus non est operatus homo, sed solus Deus.

Præterea forte dices, quòd requies Dei accipiēda est transumptiuè, sm quòd competit ei operari, & cessare ab opere. sed nec hoc videtur posse

A stare, quia Deus operatur per voluntatem suam iuxta illud Oſa quæcunque voluit fecit. Si ergo compereret ei quiescere hoc cōpeteret ei sm voluntatem: cum ergo voluntas non quiescat, nisi procedendo ab his, quæ sunt ad finem, & requiescendo in fine, quia non est quies quia non est in iis, quæ sunt ad finem ied in fine: Deus ergo volendo alia: veliet se, & per voluntatem a creaturis ideret in seipsum. sed cum secūdùm veritatem sit contrarium huiusmodi: quia volendo se, vult alia; sicut intelligendo se, intelligit alia: non erit dare in Deum huiusmodi quies.

Voluntatis quies.

IN CONTRARIVM est: quia omne agens perfectis suis operibus quiescit. sed omnia opera diuina fuerunt facta die. 7. ergo Deus die

B septimo quieuit. Præterea nos debemus cessare ab operibus nostris, & quiescere in Deo. multo ergo magis Deus, cum cessauit ab operibus suis, quieuit in seipso.

RESOLVTIO.

Deus die septimo cessasse dicitur. quoniam cessantis instar se habuit, cum amplius nouam speciem non creet. Nec ei tamē quies motui, aut labori opposita tribuenda est. Sed quieuisse dicatur, quatenus in fine quieuit, & ab opere nouo faciendo vacauit. sicut enim inter faciendum; ita inter quiescendum summo quidem opere Deus à creatura differt. Cum Homo motibus corporis. Angelus vero motibus temporis agat, ipse rationibus æternis: non propter bonitatem acquirendam, nec propter se in bono conseruandum, sed propter suam nobis bonitatem communicandam.

C

RESPONDEO dicendum, quòd in scriptis omnibus respondetur ad hoc, quòd quies, proprie loquēdo, opponitur motui. quia motus in operibus nostris, vt dicit Philosophus causat laborem: ideo quies opponitur non solum motui, sed labori. ex his autem duobus modis secundùm quos homo loquitur de quiete, vel quia cessat moueri, vel quia cessat laborare, transumūtur duo alii modi. vnus prout quies opponitur labori, & alius prout quies opponitur motui.

Quies opposita motui, & labori.

Quies metaphoricè dicta duplex.

Prout vero quies opponitur labori: quia ex omnibus operibus aliquo modo causatur labor: ex illa quiete, quæ opponitur labori transmutatur quies, quę opponitur operi: vt sicut cessare a quocunque labore dicitur quies: sic cessare a quocunque opere dicitur quies. & iste est tertius modus quietis transumptus a quiete, prout opponitur labori. Est & quartus modus quietis transumptus a quiete: prout opponitur motui, & iste motus potest transumi ad motum voluntatis. vt sicut graue mouetur per medium, & quiescit in centro, tanquàm in fine: sic voluntas mouetur per ea, quæ sunt ad finem: sicut per quædam media, & per ea attingens finem quiescit in fine. Dicūt ergo scripta cōmunia, quòd pri-

D

Cessatio ab opere quies dicitur.

mos duos modos non possumus transferre ad quietem diuinam; videlicet, vt quia quies opponitur motui, & labori. quia Deus nullo mó mouet, & nullo modo laborat. sed alios duos modos: prout Deus quieſcit in fine, vt prout cessat ab opere, possumus transferre ad quietem diuinam, vt dicatur Deus quieuisse die septimo, quia cessauit ab omni opere nouo, quia de cetero non fecit nouam creaturam, vt dicatur Deus quieuisse etiam temporaliter in seipso, tanquam in fine. Distinguemus enim de quiete Dei in seipso, tanquam in fine, quia vel hic accipitur absolute, vt dicatur Deus in seipso quieſcere, quia in seipso tanquam sufficientiam inueniens in se, quieſcit tanquam in fine, & hoc modo Deus quieſcit quiete æterna. Alio modo potest accipi huiusmodi quies per comparationem ad creaturam, vt dicatur quieſcere respectu creaturæ, quia complacet sibi in creatura, & complacendo sibi in creatura ordinat eam ad seipsum, tanquam ad finem. & hoc modo per respectum ad creaturam quieſcit in seipso tanquam in fine. Et istud potest esse temporale. quia sicut ex tempore incœpit esse Dominus creaturæ: ita ex parte secundum istum modum loquendi, Deus complacuit sibi in creatura.

Sed sic dicendo videmur aliquo modo a veritate discedere, quia ex quo loquimur de quiete Dei transumptiuè, non solum quieſcendo in fine, qui fuit quartus modus: & non solum cessando cessando ab opere, qui fuit tertius modus, sed etiam cessando a motu, & a labore, qui fuerunt primus, & secundus modus, possumus in Deo transumptiuè ponere quietem. quia ex quo ponimus in Deo per quandam transumptionem motum, iuxta illud Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quod exponit Magister 12. distinctione dicens, quòd super aquam ferebatur Spiritus Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis, quia subiacebat bone voluntati Creatoris, quòd Creator formdáum, perficiendumque inchoauerat. Et etiam laborem possumus transumptiuè transferre ad Deum. ita, quòd secundum transumptionem omnibus modis quietis possumus loqui de Deo, quia ex quo ipsum motum transferimus ad Deum, qui videtur omino repugnare diuinæ substantiæ, & eius æternitati, non videtur inconuenieus, & alia quæcunque ad Deum transferre.

Motus in Deo quomodo. Gen. 1.

Rursus modus soluendi prætactus non videtur omnino ire ad ea, quæ sunt per se in hac materia: Verum est enim, quòd cessare ab opere fuit diuina quies, quia hoc dicit littera Gen. ꝙ complenit Deus die 7. opus suum, & requieuit ab vniuersi opere, quod patrarat. sed in hoc est modica declaratio quæstionis, & si volumus bene, & per se quæstionem declarare; Videndum est per quid agit Deus, propter quid agit Deus, & quomodo agit Deus, vt his visis possim' videre, quomodo ab opere cessat Deus. quo declarato, apparebit, quomodo quieſcit Deus.

Tertio possumus contra dictum modum soluendi arguere. quia ponere in Deo complacentiam temporalem, quæ complacentia est in ipso Deo veraciter, quia veraciter complacet sibi in seipso, & vere delectatur in seipso, eo modo, quo possumus vere ioqui de Deo secundum propositiones affirmatiuas, quia omnes tales propositiones secundum Diony. in de angelica Hierarchia sunt incompactę. Negatiuę aũt sunt vere. nullas autem propositiones affirmatiuas possumus de Deo dicere, nisi restringendo eas per negatiuas: quia illę sunt incompactę, & istę verę. Vnde Dio. 5. de diui. nomi. vult, ꝙ Deus nec erat, nec fuit, nec erit, magis autem nec est. Omnia ista de Deo restringendo eas per negatiuas, sunt vera. Deus enim fuit, & erat, & erit, sed non quomodo fuerunt, & erant, & erunt alia. sic etiam Deus est, sed non est quo modo alia sunt, nec enim omnino potest esse Deo simile secundum quodcunque, qđ contingit affirmari de Deo.

Affirmationes, & negationes quo Deo conueniant.

Redeamus ergo ad ꝓpositum, & dicamus, ꝙ ea, quæ in Deo veraciter esse secundum rem ponimus, non sunt ponenda in deo nisi æternaliter, vt de creatura temporali gaudet Deus gaudio æterno. Vnde Aug. super illud Ioannis: Vt gaudiũ meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur, ait quòd Deus ab æterno gaudebat de nobis, sed illud gaudium nõ erat in nobis, quia nec nos eramus, in quibus illud gaudium esse posset.

Deus qõ ex tempore Creator, & Dominus.

Ea autem, quę secundum rem sunt in creatura, secundum rationem possumus in Deo ponere in tempore. vt quia in tempore factus est Creator; vel ex tempore competit sibi, ꝙ sit Creator. nam secundum vnum modum expunẽdi: in principio, ideſt in principio temporis, creauit Deus cœlum, & terram. Natura ergo creata a Deo de nihilo vere, & realiter in creatura, & ab ista re, quæ est in creatura, vel ab ista nouitate, quæ est in creatura; ex tempore nulla nouitate facta in Deo, competit ei, ꝙ ex tempore sit creator, & a vera, & reali seruitute, quæ est nouiter in creatura, dicit Deus ex tẽpore Dominus creaturę. vere est ergo Deus Dominus creaturæ, quia vere creatura est serua eius, sed ab æternò non fuit Dominus creaturæ, quia creatura non erat, quæ ei seruire posset.

Actio Hominis tribus modis considerat.

His ergo prætermissis, dicamus, quòd omne agens agit per aliqua, & agit propter aliquid, & agit modo aliquo; vt homo per aliqua, quia agit per manus, vel per pedes, vel per aliqua membra corporis, agit propter aliquid, quia agit propter aliquod bonum, quod ex sua actione sperat obtinere, vel acquirere: vel agit propter aliquod bonum, in quo vult se conseruare, & stabilire. Nam non solum mouetur infirmus, vt acquirat sanitatem, sed etiam mouetur sanus, vt se conseruet in sanitate. Tertio non solum considerandum est in homine per quid agit, & propter quid agit, sed etiam considerandus est modus, secundum quẽ agit, vt secundum quem modum agit homo.

Dicemus, quòd agit per motum. agit enim mouendo manus, vel pedes, vel alia membra corporis.

ris. Agit enim per pedes propter sanitatem, quam vult acquirere, & hoc facit mouendo pedes: vel agit per manus propter bonum pecuniæ, quam intendit habere ex arte sua, & hoc facit manus mouendo. Videndum est ergo de Deo, per quid agit, propter quid agit & per quem modum agit.

Deus p qd agat.

Ad primam autem quæstionem, per quid agit Deus. Respondet Aug. 1. super Gen. dans differentiam inter agere Dei, & Angeli, & hominis, dicit, q homo operatur motibus corporis: Angelus motibus temporum: Deus rationibus æternis incommutabilibus, & stabilibus. Per quid ergo agit Deus? per rationes æternas, quibus plenus est Filius, qui est ars Dei Patris omnipotentis. iuxta illud Aug. de Trini. 6. loquêtis de Filio, q est ars quædam omnipotentis, atque sapientiæ Dei plena omnium rationum viuentium, & incommutabiliũ. a rationibus ergo illis æternis, sicut Deus disposuit ab æterno, fiunt omnes istæ creaturæ in tempore, eo modo quo disposuit ab æterno, vt sicut fecit cœlum, & terram in tempore, ita & isto modo ab æterno, & in rationibus æternis disposuit, vt sic in tempore faceret creaturam. sicut ergo cessat fieri opus diuinum, sic cessat Deus ab opere. agit enim Deus temporalia, sed non per rationes temporales. agit enim Deus ex tempore, sed nihil disposuit, nec ordinat dispositione vel ordinatione temporali. illa enim sapientia, per quã fecit res in tempore, fuit in Deo ab æterno illius enim sapientiæ sunt opes superbę. aurum vero, & argentum sunt opes valde humiles, quia vilissimi habent eas. scientia, & virtutes sunt opes superbæ, quia dedignantur esse cum quolibet, & potissime cum his, qui sunt vilitate depressi. istam sapientiam, per quam Deus agit omnia, posuit Deus ab æterno: & in initio viarum suarum antequam quicquàm faceret. In principio enim, & ab æterno ordinata est ista sapientia, qa Deus ab æterno ordinauit per sapientiam suam quicquid erat facturus in tempore, vt non vnum iota, aut vnus apex fiat a Deo in tempore; quod non fuerit ab æterno præordinatum in ipso. quãdo ergo sic factum est in tempora, vel quando factum est in opere, prout Deus ordinauit ab æterno, & in creatione mundi, quando fuerunt factæ omnes illę nouitates, quas Deus ordinauerat ab æterno, tunc fuit completum opus, & cessauit Deus ab opere, vt deinceps nihil noui faceret, quã faciendo requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat. Si ergo cõsiderando per quid agit Deus, quia agit per rationes æternas, declaramus quomodo Deus cessauit ab opere, & quomodo requieuit. sic etiam considerando propter quid agit Deus, poterimus declarare hoc idem.

Tomo 1. cap. 10.

Dei quies ex fine, & quã agit.

Sciendum ergo quòd Deus non agit propter bonitatem aliquam acquirendam. quia, vt dicit Augustinus 8. de Trinita. Deus non est aliud, quã ipsum bonum, & per hoc est summum bonum, & omnis boni bonum. non ergo potest habere de bonitate amplius, quàm habet. propter quod nihil facit propter bonitatem acquirendam. quilibet enim dẽt dicere cũ Psalmista: Deꝰ meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Tomo 1. cap. 1.

Psalm. 15.

Rursus non agit Deus, vt se possit in bonitate conseruare. quia, vt dicit Augustinus in loco prædicto, bonum diuinum non potest minui, nec augeri. Si ergo quæras propter quid agit Deus. Dicemus quòd propter bonum, quia competit omni agenti. sed non agit propter bonum, quod velit acquirere, nec in quo se velit conseruare, sed agit propter bonitatem suam, quam vult nobis communicare. & quia ab æterno ordinauit quomodo bonitatem illam volebat communicare creaturis, & ab æterno disposuit, quomodo volebat in tempore facere nouas species rerum, quibus secundum capacitatem earum volebat communicare de bonitate sua. quando factæ sunt omnes illę nouæ species, vt de cętero nulla noua fieret species, sed per propagationem continuarentur species iam productæ: Deus cessauit ab opere quantum ad nouitatem: quia nihil vlterius noui fecit, sed requieuit ab omni opere, quod patrarat.

Tertio possumus hoc idem ostendere, considerando, quomodo agit Deus. sed si vellemus hoc modo satisfacere quæsito, esset iste modus idem cum primo. Quia si quæris, quomodo agit Deus: Dicemus, quòd agit dicendo: Iuxta illud: Ipse dixit, & facta sunt. vel dicemus, quòd agit verbum gignendo: quia cum dicitur in Gen. Dixit Deus: Fiat &c. exponit Augustinꝰ: Dixit, idest verbum genuit: in quo erat, vt fieret, propter quod 1 r. Confessat: Deus vno verbo æterno, sibi autem coæterno, &c. sed idem est agere verbo, & agere rationibus æternis, quibus est plenum verbum. qui fuit primus modus ostendendi quomodo Deus cessat ad operę. Loquimur ergo de modo agendi aliter, videlicet quem modum se habendi dicimus habere Deum ex operibus suis. Aliquando enim talia opera facit Deus: quòd licet non sit iratus, habet se ad modum irati: & licet non pœniteat, habet se ad modum pœnitentis: & licet non doleat, habet se ad modum dolentis. Iuxta illud Gen. 6. Pœnitet me fecisse hominem in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem, &c. Omnia ergo ista referenda sunt ad Deum secundum effectum; non secundum affectum. Deus enim non afficiebatur dolore, nec pœnitentia: quia secundum Augustinum pœnitens, hoc est, pœnam tenens. Sed secundum effectum dicta sunt talia, quia delendo omnes homines per Diluuiũ, talia fecit, ac si pœnituisset eum fecisse hominem, & ac si doluisset fecisse hominem. non ergo absolute pœnituit Deus, vel doluit, sed se habuit ad modum pœnitentis, & dolentia. Et propter istum modum sc habẽdi dicit Scriptura de Deo, quòd pœnituit, & doluit. Sic & in proposito Deus nõ mouetur: Deus non laborat. sed quando facit aliqua, quę faciũt, q mouẽtur, vel laborãt, tũc eo modo, quo dicitur pœnitere & dolere, potest dici mouari, & laborare. Et quia cessare ab opere, & non operari consuerunt facere qui operantur per motum, vel qui

Dei quies ex modo agendi.

Tomo 2.

Deus qñ iratus, dolẽs pœnitẽs, & quiescens.

Pœnitet me fecisse hominem, intelligitur quantum ad effectum. Gẽ. 6.

laborant operando. In Deo ergo licet noo cadat labor & motus, cessando tamen ab opere habuit se ad modum operātis com labore, & moru, quo facto dictus est quiescere, quia quies opponitur motui, & labori.

RESP. AD ARG. Ad primum, & secundum dicendum, quòd licet non moueatur, nec laboret, tamen quia videmus cessare ab opere ea, quæ mouentur & laborant: ideo, vt dicebatur, habet se ad modum eius, quod mouetur & laborat: Vel possumus dicere, quod etiam io soluendo tangebatur, quòd Deus non quiesce, prout quies opponitur motui, & labori, sed pronit quies, vel quiescere est idem, quod cessare ab opere.

Ad tertium dicendum, quòd cum ipsum cessare ab opere, modo, quo paruit, possit dici quies; possumus sufficienter saluare, quòd ipse Deus secundum se quieuit, quia secundum se ab opere cessauit. Nam sicut ab æterno ordinauit, vt io tempore noua opera conderet, & eis conditis ab opere cessaret, & cessando quiesceret, sic secundum illum ordinem io tempore factum est.

Ad quartum dicendum, quòd Deus volendo se, vult alia, & quia suam bonitatem diligit in se, suam bonitatem diligit in alijs, & vult eam communicare alijs. & ideo iste modus est quasi circularis, vt quia Deus diligit se, diligit alia, & diligendo alia ordinat ea ad se. res ergo exeunt a Deo tāquam a principio, & tendunt in Deum sicut in finem: opera vero Dei exeunt a Deo tanquam a principio, & redeunt ad ipsum tanquam ad finē. Et quia in huiusmodi fine est quies: Deus in se tāquam in fine dicitur operando quiescere.

ARTIC. I.

An rectè Deus diem septimum Benedixisse, ac Sanctificasse dicatur.

Conclusio est affirmatiua.

Aegid. in Heram. 2 p. cap. 41. D. Thom. 1 p q. 73. arti. 3. et 2. sent. d. 15 q. 3 artic. 3. Ric. d. 15. q. 9. Guill. Alus. tracta. 9. q. 3. De op. 7 diei. in 2. senten.

QUERITUR de Benedictione, & Sanctificatione diei septimæ.

Et videtur, quòd non debuit Benedicere, & Sanctificare diē septimum, in qoo quieuit, sed magis diem sextum, io quo operatus est, & sua opera cōsummauit. qa operato est nobilior otio, propter quod Philosophus x. Ethico. felicitatem noo posuit in otio, sed to opere.

operatio nobilior otio, 10. Eth. 7.

Præterea Sanctificatio, & Benedictio videntur bonitati congroere, sed secundom Boetium bonum est sui pūos diffusiuum; ergo magis diffusioni, & productioni rerum, secnndnm quam diuina bonitas se distandit, competit Sanctificatio, & Benedictio, quàm quieti.

Sanctificatio & Benedictio cur 7. die inducta. Rom. 1.

Præterea propter hoc videtur esse ioducta Sanctificatio, & Benedictio, vt populus Fidelis hoc cogitans rememoretur, quomodo Deus produxit mundum, & est omoipotens: Sed inuisibilia Dei per ea, quæ facta soot, & per opera diuina intellecta conspiciootur, vt dicitur ad Romanos. ergo Sanctificatio, & Beoedictio, quę faciuot nos habere in memoriam Dei omnipotentiam, magis debeot attribui diuinis opetibus, quàm quieti.

Præterea, quòd aliqois sanctificet, & beoedicat aliqoam diem propter soam quietem, vel q cesset ab opere, hoc est, vel qoia operando diminuta sunt eius bona, sicut gander aoarus, cum cessat ab actu liberalitatis: vel quia hoc faciendo euenerunt sibi aliqua mala, sicut fatigatus gauder, cū cessat ab opete, quia quiescit a labore, sed talia Deo non possunt competere: ergo &c.

Præterea duplex est opus diofinum, vnum secundnm, qnòd oatura instituit, & aliud secundū quòd in natura operatur, adiuuando naturam, vt seipsam valeat ptopagare, & seipsam propagando conseruare. Primum opus fuit in operibus sex dierum, quando oaturam instituit, & eam distinxit, & ornauit. Secundnm opus fuit in die 7. quando naturam propagauit, & res in producendo sibi similia adiuuauit. sed diuinam omnipotentiam magis iodicat primum opus, quàm secūdum: ergo &c.

IN CONTRARIVM est: quia sanctificatio, & beatitudo ad bonitatem pertinent, sed bonitas potissimè sumitur ex fine. quia secundū Commen. in 2. Metaph. finis, & bonum idē sunt, & qm tollit finem tollit omne bonum. Et Philosophus in Physicis definit Poetam dicentem, qnòd mors est finis omnium. oam, vt ait, finis non solum dicit, quid vltimum, sed etiam quid optimum. quare si esse quid bonum, & quid optimum compent sint: dies septimus, io quo Deus cessauit ab opere, & quieuit in seipso, tanquam in fine debuit ab ipso sanctificari, & benedici.

Auer. c. 2. 2. Physica. T. c. 21.

Præterea vita contemplatiua, secūdnm quam cessatur ab opere, & intenditur diuinæ contemplationi, est potior, quàm actiua, secundum quam laboramus, & operamor. Propter quod Dominus pro Maria respondet Marthæ, qnòd optimam partem elegerat: ergo &c.

Luce 8.

RESO-

ESOLVTIO.

Dies primus Dominicus fuit, duabus rationibus sic dictus. Benedixit autem Deus diei septimo, cuius benedictio bonorum multiplicatio fuit.

RESPONDEO dicendum: quòd primo videndum, est quis fuerit dies primus in operibus sex dierum, vt possimus videre quis fuerit dies septimus, in quo dñs requieuit. Secundò vidēdū est, qūo ille dies septimus habuit mane, & non habuit vesperam. ex his enim duobus diebus habebimus aliqua inuamenta ad iertium, de quo est quæstio principalis, quomodo Deus benedixit & sanctificauit diem septimum.

Dies primus creationis.

Propter primum sciēdum, quòd primus dies mundi fuit dies Dominicus. Qui primus dies dupliciter potest accipi. vel vt continet vnam reuolutionem compietam, & non amplius: & tunc lux fuit facta illa prima die. mundus autem fuit factus ante huiusmodi primam diem, & per consequens fuit factus ante omnem diem. sed, vt supra dicebatur, cum cuilibet diei demos aliquid vltra vnam reuolutionem: quia damus ei illud, quod contrauadit octaua sphæra, vel illud, quod contrauadit Sol: satis congruè possumus illam modicam morulam, quæ fuit inter creationem mundi, & factionem lucis, dare primæ diei, vt dicatur prima die factus mundus. Sic enim incœpit suum librum, qui fecit auroram: Primo facta die cœli, terraque leguntur. fuit autem aliud opus solenne factum die Dominico, quòd illo die resurrexit dominus. ideo sic incipit hymnarium: Primo dierum omnium: quo mundus extat conditus, vel quo resurgens conditur &c. posset autem ille dies Dominicus vocari dies Solis: quia lux illa, quę fuit facta illa die, fuit lux, de qua factus est Sol. verum quia lōge est nobilior denominatio a domino nostro Iesu Christo: qui fabricatos est aororam, & Solē: quàm a Sole: congruum est, vt ille dies, in quo resurrexit dominus: non vocetur dies solis: sed dies Dominicus. Duo ergo dies in hebdomada vocātur ab operibus diuinis, videlicet primus dies, qui dicitur Domoicus: vel quia in illo die dominus mundum condidit, vel quia in illo die dominus resurrexit. Septimos autem dies denominatus est ab operibus Domini, & dicitur Sabbathum, siue quies. quia in illo die Dominus Deus quieuit ab vniuerso opere quod patratat. vel quia illo die Christus requieuit in sepulchro. nullo autem alio die completè requieuit Corpus Domini in Sepulchro, nisi die Sabbathi. nā per magnam partem diei Veneris pependit in cruce, & summo mane, die Dominico resurrexit. sed per totā diem Sabbathi in Sepulchro requieuit. omnes autem alios dies denominamus a planetis, vt diem Lunæ a Luna: Martis a Marte, & sic de alijs.

Dist 12. q 2. art. 5.

Dominicus dies cur dicatur.

Sabbathum cur sic dicatur.

Ordo dieū.

Quod si volumus scire: quare est iste ordo dierum consentiendo Astronomis: quòd secundùm circulum planetarum fit denominatio in die secundùm horas diei: si incipias a die Dominico, qui est dies Solis. Prima hora dominabitur Sol: & octaua hora Sol: & vigesima hora Sol: & vigesima secunda hora Sol: vigesimatertia hora dominabitur venus. quæ immediate est sub Sole. 24. dominabitur Mercurius. 25. hora quæ est prima hora noctis sequentis diei dominabitur Luna. & ideo dies Lunæ est immediate post diem Dominicum. & si sic discurramus per omnes planetas inuenimus, quòd ille planeta, a quo denominatur dies, dominatur prima hora illius diei: denominando diem Dominicum a Sole, & Sabbathū a Saturno. Verum quia visum est ecclesiæ, vt istud fit superstitiosum, nullam diem denominat ab aliquo planeta. nā primū diē nō denominat a Sole, sed a Domino, & vocat ipsum diem Dominicum. secundum diem non denominat à Luna: sed dicit ipsum secundam feriam: quia est secunda dies a die Dominico: quæ debet esse Christianis omnibus feriata, & sic de aliis dieb⁹. diem etiā Sabbathi non denominat a Saturno: sed eum denominat a quiete, quam Deus habuit ab operibus conditis, vel quam habuit Dominus in sepulchro.

Ecclesia cur nomina planetarū dies non nominet.

Viso de diebus, quæ fuerit prima, & quæ septima, & quomodo se habent dies alii: volumus de ipso mane aliqua enarrare, qūo septima dies habuit mane & non habuit vesperam; Dicemus ergo sequendo Magistrum in littera. 13. distin. quòd ordo naturalis distinctionis dierum est vt computentur dies a mane. dicit enim poterit quòd in computatione dierum dupliciter accipietur mane: vel secundùm naturalem ordinem, vel secundùm necessariam quandam recompensationem. nam prima dies incœpit a clara luce, & habuit vesperam, quæ est principium noctis: sed non habuit mane, ideſt auroram: vt Magister exponit: quæ est initium diei. in recompensationem ergo diei primæ, vt illa dies haberet completam reuolutionē: aceepit mane sequentis diei: & hoc modo factum est vespere, & mane dies primus, siue dies septimus. Illud ergo primum mane secundum ordinem naturalem fuit diei secundę. sed secundùm necessariam recompensationē fuit computatum cum prima die. quia aliter illa dies non habuisset completam reuolutionem, nec fuisset 24. horarum. Et quod dictum est de die prima respectu secundæ, veritatem habet de die 6. respectu 7. nam quando dictum est: Et factū est vespere, & mane dies sextus. Illud manè secundū necessariā recōpensationē fuit diei sextæ, sed sm naturalem ordinem fuit die 7. & quia secundum naturalem ordinem illud mane pertinebat ad diem 7. secondùm recompensationem ad diem 6. Etiam secundum ipsum ordinem dierum dicebatur supra, quòd completio operum poterat congrue referri ad diem 6. & ad diem septimum. Cum ergo quæritur quomodo 7. dies habuit mane, & non habuit vesperam: poterit vno modo responderi, quòd scriptura diuina in Gen. facit mentionem de mane, quòd secundum ordinē naturalē est diei 7. sed ea non facit mētio

Dies septimus quomodo non habuerit vesperam.

Mel. hisedech nõ inuenit, Patrẽ, nec matrem habuisse. Vide Alphõsũ de castro li. de hæres. titulo Melchisedech.

nem de vespera: dicimus illam diem non habere A
vesperam. sicut dicitor de Melchisedech, ꝙ non
inuenitur ei neq; Pater, neq; Mater. non est hoc
intelligendum, ꝙ non habuit Patrem, & Matrem
sicut, & alij homines, sed quia scriptura diuina
non facit mentionem de eis.

Possumus autem, & aliter respondere, ꝙ dies
potest computari: vel secundum reuolutionem
cœli, vel secundum inchoationes operis illi diei
appropriati. & quia opus geoerationis, & propa-
gationis appropriatur diei 7. cũ ergo illud opus
inchoatum fuerit in die 7. habuit principium, si-
ue mane ille dies septimus: sed quia non finietur
vsq; in finem mundi: ille dies non habuit vespe-
ram. secundum hunc ergo modum totum tem-
pus, quo durabit generatio, & corruptio, est vnus
dies septimus: qui habuit mane. i. inchoationem,
quando inchoatum fuit tempus propagationis: B
sed non habuit, nec adhuc habet vesperam, quia
nondum fuit finitum tale opus. finietur antẽ qñ
erit completus numerus electorum, quod erit in
fine mundi, & tunc sum vesperam obtinebit. Igi
tur secundum reuolutionem cœli vesperam ha-
buit septimus dies, & multæ reuolutiones, & mul
tę vesperæ interpositæ sunt inter hanc diẽ, & illã.
Sed accipiendo mane pro inchoatione operis ge-
nerationis, & vesperam pro consummatione, pa-
tet quomodo dies septimus habuit mane, sed nõ
habuit, nec adhuc habet vesperam.

His itaque prælibatis, videre volumus, quomo
do Deus benedixit diem 7. & sanctificauit illum,
vt dicitur Gen. 2. de quo est quæstio principalis.

Benedictio Dei quid.

Sciendum ergo, ꝙ quãdo Scriptura sacra expo
nit aliquid, & postea quasi statim verbum exposi C
tum replicat. Sic debemos exponere verbum re-
plicatum, sicut exponebatur prius positũ, & sic
habet littera Gen. Producant aquę reptile animę
viuentis, & volatile, & postea subditur: Et vidit
Deus, ꝙ esset bonum, & benedixit eis dicens: Cre
scite, & multiplicamini. sic etiam & in oratu ter
ræ, quando Deus fecit iumenta, reptilia, bestias, &
hominem, benedixit illis, & ait: Crescite, & mul-
tiplicamini, & replete terram. Et licet specialiter
videatur dictum esse de homine, potest tamen ad
totum ornatum terræ referri. Hoc etiam modo
videtur esse intelligendum, quod dixit Sathan ad
Deum de Iob: Operibus manuum eius benedixi
sti, & possessio illius creuit in terra. benedictio er-
go Dei est augmentatio bonorum nostrorum, qa
hoc est Dei benedicere, quod eius benefacere. qa D
non nisi dicendo facit. benedictio ergo diei 7. ad
augmentum, & ad multiplicationem animalium
referri potest. quia vt tunc in die septimo incepe
runt se multiplicare, vt ista fuerit benedictio diei
septimę: vt tunc animalia die septimo incœperũt
secundum benedictionem illam agere, se-
cundum quam Deus benedixit
eis dicens: Crescite, &
multiplicami-
ni, &c.

Dub. I. Lateralis.

An benedictio animaliũ ad diem septimum pertineat.

Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 73 arti. 3. Idem loco supra citato, & alij.

VLTARIVS forte circa hoc dubitaret aliquis, ꝙ non data fuit animalibus bñdictio: vt se multiplicarent. quod nõ est nisi per generationem eorum, siue generentur ex semine, siue ex putrefactione. quare dies septimus fuit benedictus.

Dies septimus quo ratione benedictus.

Ad quod potest multipliciter respondeti, vt dicatur dies septimus benedictus per signum. sicut dicitur vrina sana, quia significat sanitatem. non ꝙ io ea sit propriè sanitas, sicut in subiecto, sed sicut in signo. Benedictio ergo diei septimæ significat, & erat signum benedictionis prius datę.

Vrina sana est sic.

Et etiam fuit inchoatiũ eius, quia tunc incœperunt animalia dare operam generationi, quia tunc mares, & fœminæ incœperunt habere commixtionem ad inuicem, quantum ad ea, quæ generantur ex semine, & tunc incœpernot esse putrefactiones, quantum ad ea, quæ ex putrefactione producuntur.

Possumus autem & tertio respondere, quòd benedictio sic data fuit diei septimæ non solum, vt esset signum, nec solum, vt tunc inchoaretur, sed etiam, vt esset causa. Vt sicut diximus de Stellis, quòd sic sunt signa serenitatum, & tempestatum, & piurium aliorum, quę possumus autumare es coniunctione aliorum, & aliorum siderum, quæ etiam sunt illorum causæ. Sic & in proposito benedictio illa & fuit inchoatio benedictionis prædictæ, & fuit signum illius benedictionis, ꝙ multiplicarent se animalia. Quia ex quo cessabat Deus a condendo nouas creaturas, signum erat, quòd volebat condita conseruare, & ea in esse per perpetuare, quod non nisi per generationem heri habet.

Fuit & quartò benedictio diei septimæ causa multiplicationis præsarę. Nam non sufficit, quòd res habeant esse secundum suas formas substantiales, quod fuit ante omnem diem, nec quòd habeant esse dictum, quod fuit in primo ternario dierum, nec quòd sint ornatę virtu ibus, per quas sunt aptæ natæ agere ad generationem diuersarum specierum. quod fuit in alijs tribus diebus, sed oportet, quòd ipsis motibus superceleſtibus detur benedictio, vt faciant ad generationem prædictorum. Nam statim, cum cessabit motus primi mobilis, cessabit omnis generatio. propter quod Philosophus. in 2. de generatione, ponit ignem organum cœli, quia non agit nisi in virtute cœli. propter quod, si cessaret motus cœli quantucunque ignis haberet virtutem cale-

calefactinam, non posset realiter calefacere. Cessante ergo motu cœli secundum fidem nostram, elementa remanebunt, & habebunt esse, & habebunt distinctum esse, & habebunt in se virtutes actiuas, & passiuas, per quas se inuicem alterant, & corrumpunt, & per quas ex se inuicē generantur. ied cessante illo motu per virtutes illas non se immutabunt realiter, nec ex se inuicem generabuntur. & quia motus cœli facit ad generationem & corruptionem omnium, non sufficiebat dedisse benedictionem auibus, piscibus, & alijs animalibus. sed oportuit ipium motum cœli benedicere, ad hoc, quòd posset prædicta causare. Quarto ergo die fuerunt facta luminaria, & fuit data cœlis aptitudo ad alterandum ista inferiora. Quinta die fuerunt facti pisces, & anes, & fuerunt benedicti, vt possent se per generationem multiplicare. Sexta die fuerunt facta animalia, & homo habentia aptitudinem ad se multiplicandum. Sed quia ad construendum multa requiruntur: ad destruendū autem vnum solum sufficit; omnia ista non sufficiebant, vt actus generationis esset sufficienter constitutus in esse, & completè constructus: sed oportuit benedicere motum cœli, vt ista causare posset. & quia dies est pars temporis, & tēpus est idem realiter, quod motus cœli: Deus benedicendo diem septimum, benedixit motum cœli, & constituit eum causam generationum, & corruptionum omnium, quæ fiunt in sphæra actiuorum, & passiuorum: & ex tunc incæperūt res dare operā generationi, vt superius dicebat.

A

B

C

Dub. II. Lateralis.

An Hominum benedictio differat ab animalium benedictione. Conclusio est affirmatiua.

Sanctificatione, & contemplatione.

Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 40.

D

Dies septimus sanctificatus.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de sanctificatione septimæ diei. quia dies septima nō solum fuit benedicta, sed etiā fuit sanctificata. Sciendum ergo, quòd non est simile de homine, & alijs animalibus. Animalia enim, quæ instinctu, & promptitudine naturæ agunt, non oportebat aliud expectare mandatum: sed data benedictione multiplicationis eis, & data benedictiune cœlis, & motibus cœlorum, vt causarēt generationes hic inferius, quod fuit die septimo; Alia animalia eodem die statim incæperunt dare operam generationi, ied in hominibus nō sic. Nam cum eis fit data ratio, & intellectus, per quæ possunt comprehendere mandatum superioris, & eis fit datum esse liberum arbitrium, per quod debent eligere, quæ sunt placita suo superiori. posito etiam, quòd iam fuissent producta, non statim debuissent dare operam generationi, sed expectassent mādatum superioris Dei. cum ergo Deus mādet, quòd primo quæramus regnum Dei, primi Parentes tanquam ratione præditi prius debuerunt dare operam sanctificationi, & quærere, quę erant Deo placita, & postea mandato diuino superueniente dare operam generationi. Prius enim debuerunt viuere vita contemplatiua, quæ est animæ, vt inhærerent Deo, & postea poterant viuere vita actiua; & intendere creationi filiorum. Benedictio ergo diei 7. potest referri ad animalia communiter. quia ex tunc incæperūt illa se p generationē multiplicare Sanctificatio, & specialiter potest referri ad homines, vel ad hominem, vt sicut alia animalia incæperāt die 7. dare se generationi, & procreationi filiorū, homo autem ratione p̄ditus incæpit se dare Sanctificationi actioni, & contemplationi diuinæ. antequam enim Adam peccaret, semp ratio eius erat subdita Deo. Et licet omni tēpore debeamus nos dare operā orationi, & cōtēplationi. iuxta illud ad Thessale 5. Sine intermissione orate. Non est tamen inconueniens in huiusmodi septenario numero dierum, secundum quod vniuersum tempus eosdem dies reiterando in esse statuitur, dare aliquam diem specialitet ad ea, quæ sunt Dei, relictis seruilibus actibus. Et si quæratur, quæ esset illa dies; Dicemus, q̄ cum dies Dominica fuerit prima dies: dies Sabbati fuit illa septima dies, quæ fuit benedicta, & sanctificata. Nam quoad benedictionem, & ad multiplicationem animalium communiter fuit illa dies septima benedicta simpliciter. sed quantum ad sanctificationem fuit illa dies 7. sanctificata figuratiuè, dicente Apostolo de Iudeis, quòd omnia in figura contingebant illis. Moyses ergo, qui fuit iudeus proponendo iudeis diem septimam esse sanctificatam, quantum ad aliquid proposuit quid reale, siue quid morale: & quātum ad aliquid proposuit quid figuratiuè. Nam, quòd aliquam diem seu aliquod tēpus debeamus dare deuotioni, & contemplationi diuinæ, & orationi, fuit quid morale. sed, quòd illa dies esset septima, potest dici quid figuratiuum. figurabat enim quietem domini in sepulchro: quæ fuit p totam diem sabbati, quæ dies ordinabatur ad resurrectionem eius, quæ fuit illucente die dominica. cum ergo illa figura ordinaretur ad hanc sem, quæ est resurrectio domini, & aduenientе se cessat figura: sicut aduenientе corpore cessat vmbra, resurgente domino non celebratur dies sabbati, quo sequieuit, sed dies dominicus, quo resurrexit. Aduertendum autem, quòd secundū, Hugo. Sabbatū interpretatur requies. Requies ergo dñi, qua requieuit ab omni opere, qđ patrarat, & quam colebant iudei, aliud figurabat, & ad aliud ordinabatur. figurabat requiem Christi in sepulchro, sed ordinabat ad resurrectionem

Theſſ. 5.

Sabbatum quomodo mutatum.

ctionẽ eius in gloria. Nam & ipsa requies Christi in sepulchro ordinabatur ad resurrectionem illius gloriosam, qua aduenieute, cessauit figura. ergo colimus rem, ideſt resurrectionem ipsam, sed celebramus diem dominicum, dimittendo figuram, quæ celebrat Sabbathũ. Benedictio ergo ad multiplicationem fuit data omnibus animalibus communiter, aliter tamen, & aliter. quia animalibus alijs fuit data pro statim, & pro illo die septimo: sed hominibus fuit data pro loco, & pro tempore, vt tunc taliter agerent, prout dictabat ratio. sed quamuis hæc benedictio fuerit data omnibus animalibus cõmuniter, modo, quo, diximus, sanctificatio tamen fuit impensa sabbatho pro hominibus specialiter, vt homines primo quærereut regnum Dei, & darent aliquod tempus deuotioui, & postea operarentur, & laborarent, & darent talia tempora seruilibus actibus.

Dei, & hominis fœlicitas.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quòd fœlicitas Dei non consistit in operatione, qua condidit creaturas, sed in fruitione qua fruitur seipso, & qua requiescit in seipso: sic & felicitas uostra non consistit in operibus nostris, nec in operationibus diuinis, sed in ipso Deo. Erimus enim beati requiescendo in Deo, & nunc sumus beati modo, quo patitur, dum sumus in via spem uostram ponendo in Deum.

Ad secundum dicendum, quòd licet bonum sit diffusiuũ sui, & licet manifestetur diuina bonitas ex eo, quòd Deus communicat creaturis. Perfectio tamen diuinæ bonitatis non est ex eo, quòd se communicat creaturis, sed ex eo, quòd non indiget creaturis. sed in seipso sufficientiã habet, in quo & nos debemus sufficientiam habere, & propter illam sufficientiam festa celebrare.

Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ facta sunt, ideſt creaturæ, sunt via ad deueniendum in cognitionem Creatoris. sed non debemus quiescere in via, sed in termino. propter quod non debuit sanctificari dies, vel non debuerunt sanctificari dies, in quibus Creaturæ fuerunt conditæ, sed dies in quo requieuit in se, in quo nos requiescendo beati erimus.

Ad quartum dicendum, quòd quàmuis nihil diminuatur Deo ex hoc, quòd produxit creaturam: & quàmuis non laboret Deus producẽdo creaturam; tamen magis manifestatur potentia eius ex eo, ꝙ quieuit non indigendo creatura, quàm ex eo, quòd produxit creaturam, propter quod dies quietis erat magis sanctificãdus, quàm dies operationis.

Ad quintum dicendum, ꝙ non celebratur dies operationis: qua produxit naturam ratione operis: nec celebratur dies, prout conseruat creaturam, vel prout iuuat naturam propagantem, vt se conseruet ratione operis. fuit enim tale opus in die 7. quia illo die incæperunt animalia dare operam propagationi, & tunc incæpit Deus iuuare ea ad tale opus: nec sanctificatur dies septimus ratione talis operis, sed quia

A Deus non egens creaturis in seipso quieuit.

Dub. I. Litteralis.

SVPER litteram primo quæritur de factione luminarium. Et specialiter de factione Solis. Dicebatur enim, ꝙ Sol primo factus non lucebat, sed postea illa materia de qua factus est: prima die condensata incæpit lucere, & facta est lux. sed non lucebat tantum, ꝙ faceret alia lucere, sed postea quarta die fuit sdeo condẽsata illa materia, vnde factus fuit Sol, & facta est sic splendida, ꝙ non lucebat in se, sed dabat lumen omnibus alijs. quia Luna, & aliæ Stellæ incæperunt lucere per lumen receptum ab ipso.

Solis lumẽ quomodo augmẽtũ.

B Quæritur ergo, quomodo fuerit facta illa cõdensatio. Dicendum, ꝙ duobus modis fieri potuit, vel multiplicando materiam, vt supra tangebatur. quia Deus potest materiam ipsam secundum se multiplicare, & facere de corpore rato densum, vel de corpore depresso magis depressum, non minorando illud corpus, nec addẽdo sibi aliud corpus. vel potuit hoc fieri nõ materiam multiplicando, sed corpus per sui minorationem cõdensando. corpus ergo illud, de quo facta est lux prima, fuit per sui minorationem condensatum, vt luceret. Et postea quarta die fuit magis minoratum, & magis condensatum, & in tantum factum fuit splendidum, ꝙ non solum lucebat, sed alia lucere faciebat.

Cõdensatio quot modis.

C Si autem quæras, quo istorum modorum fuerit facta condensatio. Vtrum per materiæ multiplicationem, vel per illius corporis minorationem, Dicemus, ꝙ illud fuit, quod Deo placuit, Vterque tamen modus fuit Deo possibilis.

Dub. II. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, quis licet videat possibile, ꝙ fuerit facta condensatiõ de corpore solari propter materiæ multiplicationẽ, non videatur ipsi meo possibile, talem condensationem fuisse per illius corporis minorationem. quia tunc remansisset aliqua pars cœli vacua.

D Dicendum, ꝙ sicut videmus mustum interbidatum per fæcem clarè fieri, per hoc, ꝙ fæx se trahit ad vnam partẽ, & est densior in se, quàm fuerit mixta vino. nec oportet, ꝙ per talẽ condẽstionem fiat vacuitas maior, in dolio, uisi fortè per accidens. quia aliquid exhalsuit de vino, vel de materia eius, propter bullitionem musti. Sic & in proposito potuit materia illa, vnde factus est Sol, se congregare, & fieri magis densa virtute diuina, absque eo, quòd sphæra Solis in aliqua parte sui remaneret vacua, sed remansit rata, & magis transparans, & dyaphana.

Solis condẽsatio. Idem supra d. 14. q. 2. art. 1.

Diffe-

Differentia tamen est inter congregationes fœcis, & illius materiæ, de qua factus fuit Sol, quia cum vinū nō sit de natura lucis; fex, quæ est dēsior vino, est vilior vino: sed quia cœlum est de natura lucis: illud, quod est densius in cœlo, quia plus habet de luce, est nobilius ipso. Stella ergo, quæ est densior pars sui orbis, est nobilior pars sui orbis: & corpus illud, vnde factus fuit Sol: quanto magis condensabatur: magis lucebat, & maiorem nobilitatem habebat.

Dub. III. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera præsentis Distinctionis; Producant aquæ reptile & volatile. videtur quòd omne volatile sit reptile: quia ex hoc dicitur aliquid reptile: quia ventre, vel corpore repiat. Nam ut patuit supra per Augu. Lacertæ, & Stelliones propter brevitatem pedum ducunt quasi ventrem per terram, & isto modo repiant. Cum ergo ex hoc dicantur reptilia in terra: quia mouēdo se per terram, ducūt ventrem per eam: omnes aues erunt de genere reptilium, quia mouendo se per aerem, ducunt ventrem per aerem, in quo se mouent.

Reptilia vna de dicta.

Dicendum, quòd reptilia dicta sunt: vel ex defectu instrumentorum, vt lacertę, & Stelliones; qui propter defectum pedum, quos habent nimis breues: inter reptilia computantur: vel propter carentiam instrumentorum, vt quia carent instrumentis ad se mouendum: ventre & corpore reptant, & mouent se. aues autem habent sufficientes alas ad se mouendum, propter quod habent sufficientia instrumenta ad huiusmodi motum. non ergo ex insufficientia, vel ex carentia instrumentorum conducunt corpus suum per aerem, cum volant. nec directè iuuant se cum corpore in volatu: sed cum alis.

Dub. IV. Litteralis.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis: quia videtur quòd nomine reptilis intelligantur omnes pisces: sicut nomine volatilis intelligantur omnes aues.

Pisces vocantur reptilia dici possint.

Dicendum quòd omnes pisces possunt dici quasi reptilia: quia non habent sufficientia instrumenta ad mouendum se super aquas, vel si aliqui habēt pennulas, vel squamas: illę pēnulę & illę squamę nō sufficiūt ad talē motū, sed cū corpore & cū cauda se iuuāt: vt possint talē motū exercere. Et si sint aliqui pisces hūtes pedes: vel aliqua alia instrumenta, p quæ sa moueant in aquis: quia valde pauca sunt talia: denominatio facta est ab eo, quod est in maiori parte: nō ab eo, quòd est in vālda paucis. & ideo nomine reptilis intelliguntur omnes pisces.

Dub. V. Litteralis.

VLTERIVS forte dubitaret aliqs de eo, quod in littera dicitur; Producat terra animam viuentem, iumenta, reptilia, & bestias. Quid intelligitur nomine iumentorum; quid bestiarum, & quid reptilium: satis superius declaratur. Sed quid importetur nomine iumentorum; Dicemus, quòd iumenta sunt quasi iuuamenta: quia nos iuuant ad portandum onera, vt equi, & asini. Vel possumus magis large accipere iumenta ad omne iuuamentum, quod habemus ex bestijs. Vnde Augustinus. 3. super Gen. pro eodem posuit iumenta, & pecora. Vnde dicit, quòd per iumenta siue per pecora intelliguntur animalia accommodata vsibus hominum ad adiuuandum eos: siue in laboribus, vt boues & equi: siue ad lanificium: siue ad vescendum vt oues, & sues. Verum quia ista non videntur concordia: quòd oues, & sues dicantur iumenta: possumus de nomine distinguere quantum ad significationem nominis, & quantum ad etymologiam eius. Aliquando enim etymologia nominis est amplior, quàm significatio eius, vt lapis secundum etymologiam dicitur lędēs pedem. multa enim lędunt pedem, quæ non sunt lapides, vt ferrum, vitrum, & multa alia. Quantum ergo ad significationem nominis: nomine lapidum non intelliguntur, nisi lapides qui apud communem vsum accipiuntur. Sed quantum ad etymologiam nominis, nomine lapidis intelliguntur quæcunque lędunt pedem. Sic & in proposito: nomine iumentorum intelliguntur magna animalia, quæ sunt quasi nostra iuuamēta, & iuuant nos, vel ad portandum onera, vt equi, & asini, vel ad trahendum, vt boues, qui trahendo aratrū nō modicū nos iuuant. Sed si accipiantur iumenta non solum ad significationem nominis: prout significantur nomine iumentorum, & prout secundum communem acceptionem hominum significantur iumenta: sed secundùm etymologiam nominis, pro omnibus animalibus, quæ nos iuuant, sic possunt dici iumenta, idest iuuamenta siue nos iuuent ad portandum onera, siue ad trahendum aratrum: siue ad lanificium, siue ad esum: siue ad quæcunque alia iuuamenta.

Iumenta vna de dicta.

Etimologia nominis quandoque altior, quàm eius significatio.

Visa quid importetur nomine reptilium, & quid nomine iumentorum. Videndum est, quid importetur nomine Bestiarū. Bestiæ enim quasi vastiæ dicuntur. Vnde August. 3. super Gen. vult, quòd natura bestiarum conueniat leonibus, pardis, tigribus, lupis, vulpibus: canibus, & etiam simia. Ista enim, & similia dicuntur bestię, quasi vastiæ: quia vorabus, & dēnibus, & alijs destruūt & vastant, quæ vastare possunt. Vnde inter talia multa dicuntur esse ferę a ferendo, vel furiendo, & vastando, quæ ferunt, & etiam feriunt, & vastant quæcunque possunt.

Tomo 3.

Dub. VI. Litteralis.

Litterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod habetur in littera, ꝙ aliqua animalia sunt ex aqua, aliqua ex terra. Nam in omnibus animalibus videtur dominari ignis. quia per calorem consolidantur membra cuiusque animalis, sine qua consolidatione animalia stare non possent.

Dicendum, ꝙ secundum quantitatem in omnibus animalibus dominatur terra. Videndū est enim, cum omnia elementa concurrant ad generationem cuiuslibet animalis, quomodo se habeāt elementa ad mixtionem animalis. Terra enim se habet, vt illud, de quo fit corpus animalis. Aqua autem se habet, vt illud, quod continuat partes terræ, de qua fit animal. Propter qđ apparet, ꝙ plus est ibi de terra, quàm de aqua: quia aqua non facit nisi continuare partes terræ, quia terra sine aqua est diseōtinua, & est puluis. Cum ergo ex terra fiat animal, & aqua concurrat ad continuandum partes terræ, longè est ibi plus de terra, quàm de aqua. vnde & homo de terra dicitur formatus: quàmuis formatus fuerit ex omnibus elementis. tamen quia in formatione eius plus fuit ibi de terra secundū quātitatem, quàm de alijs elementis, dicitur de terra fuisse factus, & formatus. aer autem, & ignis concurrunt ad generationem animalium ad cōsolidandum partes animalis. aliud est enim continuare, & aliud *consolidare*. sicut videmus in lateribus. quia materia de qua fiunt lateres continuatur per aquam: cōsolidatur autem per calorem ignis. Nam sine aqua, materia, de qua fiūt lateres, esset pulus, per aquam tamen continuatur illa materia, & sicut continuatur per aquam illa matetia, ita consolidatur per ignem. Ex hoc autem apparere potest, ꝙ aliter cooperatur calor ignis ad generationem animalium, & aliter calor, & humiditas aeris, quia calor ignis operatur ad generationem animalium ad consolidandum membra eorum: calor autem, & humiditas aeris videntur ad hoc operari tanquam illa, quæ habent aliquam principalitatem, quantum ad vitam animalium. Nam vita animalium videtur consistere in calido, & humido, non in quolibet calido, sed in calido temperato, cuiusmodi est calidum aeris. nec in quolibet humido, sed in humido de difficili deficcabili, cuiusmodi est humidum aeris. Licet ergo in quolibet mixto concurrant omnia elementa, tameu manifestius apparet in animalibus, quomodo omnia concurrunt ad generationem ipsorum: quæ omnia elementa quomodo, & qualiter concurrunt ad generationem animalium, est per habita manifestum.

Elementa quomodo se habeāt ad mixtionem animalis.

Vita animalium in calido, & humido.

His autem omnibus prælibatis, adhuc restat dubium. quia, vt habetur in littera, in distinctione præsenti, dicitur in littera Gene. Dixit Deus: Producāt aquæ reptilia animæ viuentis, ideſt pisces. Et volatile super terrā, ideſt aues. ita quòd pisces, & aues videntur facti ex aqua. Postea sequitur in littera Gene. & in tex. sententiam: Producat terra animam viuentem, iumenta, & reptilia, & bestias. ex quibus colligitur, quòd iumenta, reptilia, & bestiæ sunt facta ex terra. propter quod cum omnia elementa concurrant ad generationē animalium, dubitatur, quomodo pisces, & aues sint facti ex aquis, iumenta reptilia, & bestiæ sint facta ex terra. Sciendum ergo quòd semper in generatione animalium concurrit ibi terra, tanquam illud quod superabundat secundum quantitatem, de quo animalia fiunt: & concurrit ibi aqua, tanquàm continens partes terræ, & concurrit ibi ignis, tanquam consolidās illam continuationem, & concurrunt ibi humiditas, & caliditas aeris, tanquam illa, quæ habēt aliquem modum principalitatis in vita animalium. Sed proportionibus seruatis, est in talibus magna differentia attendenda, quia in aliquibus plus abundat elementum terræ. Nam propter hoc, quòd in omnibus animalibus secūdum quantitatem plus abundat terra: tamen in animalibus terrestribus adhuc plus abundat terra, quàm in omnibus alijs animalibus. In piscibus vero, omnibus consideratis, plus abundat aqua, loquendo simpliciter quantum ad elementum aquæ, quàm in alijs animalibus: in animalibus vero, consideratis omnibus, plus abundat aqua, non simpliciter, nec quantum ad elementum secundum se, sed prout est admixta aeri, & facit aerem nebulosum, quàm in animalibus alijs. Ex his ergo causis animalia terrestria dicuntur facta ex terra. pisces, & aues dicuntur facti ex aqua. Et si considerentur verba August. super Gene. referendum est ad aquam grossiorē, vel ad ipsum elementum aquæ, quantum ad pisces. aues etiam dicuntur factæ ex aqua. quia referendum est ad aquam subtiliorem, vt patet ex Augn. i. ad aquam vaporabilem, & admixtā aeri. quia secundum aliquem modum in complexione piscium plus abundat aqua grossior: in complexione vero auium plus aqua subtilior vaporabilis, & admixta aeri.

Pisces, & aues quomodo ex aquis.

Dub. VII. Litteralis.

Litterius fortè dubitaret aliquis. quia dicitur in littera alterius trāslationis, quòd omnia Deus compleuit die sexto, sed constat, quòd dies 7. fuit alia a die 6. & die 7. fuit facta aliqua creatura, ergo die sexta non fuerunt completa omnia. Dicendum, quòd Dies 8. fuit alius a die septimo, & dies 9. ab 8. Dicātur ergo omnia facta in sex diebus: quia non fuit aliquid factum nouum post 6. Dies enim septimus, octauus, & nonus, & decimus, & alii dies sequentes fuerunt similes diebus præcedentibus: & quia continebant completam reuolutionem, sicut

alię

alię dies præcedentes. Et ſi poſſet aliqua differẽtia aſſignari in talibus, quia modica eſſet, non eſſet de ea curandum.

Dub. VIII. Litteralis.

VLtanivs fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, Quia videtur ex tex. Sententiarum haberi, quòd in illis 6. diebus fuerunt productæ omnes ſpecies animalium, niſi fortè illæ, quæ naſcuntur ex putrefactione corporũ mortuorum, Sed contra: Videtur velle Philoſophus in de animalibus, quòd frequenter apparent nouæ ſpecies animalium, quæ nunquàm apparebant. Dicendum, quòd iſtud non poteſt intelligi, niſi vel de animalibus, quæ fiunt ex putrefactione, vel de animalibus, quæ fiunt ex induſtria hominũ. ſatis eſt enim credibile, quòd muli non fuerunt producti in prima productione animalium, ſed poſtea ex induſtria hominum ex coniunctione aſini cum equa productus eſt mulus. ſic, & ex induſtria hominis ex coniunctione diuerſarum ſpecierum poſſent diuerſæ ſpecies produci. ſed talia non ſunt computanda in productione primorum dierum, quibus fuit data benedictio diuina, vt multiplicarentur, & creſcerent. quia omnia talia ſunt ſterilia. quia nec mulus generare poteſt, nec mula portare in vtero. Et quod dictum eſt de mulo, & mula, intelligendũ eſt de omnibus animalibus ſic genitis. Quantum vero ad alia, quæ naſcuntur ex putrefactione, dicit Philoſophus in 12. ϙ forte ſunt per ſe, & a caſu animalia, quæ generantur ex putrefactione. per ſe enim eſt generatio talium. quia ſecundum Commenta. ibidem, quod eſt ſemen in his, quæ generantur ex ſemine, hoc eſt putrefactio in his, quæ generantur ex putrefactione. Quantum ergo ad hoc eſt generatio talium per ſe. quia ex alio, & alio a ſpectu ſiderum, & alia, & alia diſpoſitione materiæ poſſunt alia, & alia ex putrefactione generari. Ideo ex putrefactione taliũ poſſunt alia, & alia à caſu generari. Poteſt ergo contingere, quod non fuit viſum alias, quòd fuerit concurſus iſtius aſpectus ſiderum, & in illo aſpectu concurrerit ſic diſpoſita materia, quòd inde generaretur animal per talem putrefactionem. verum quia de his, quæ ſunt per accidens, & a caſu non eſt curæ artis, non oportuit talia eſſe facta in primis conditionibus rerum. Aduertendum autem, quòd quantum ad animalia, quę naſcũtur ex putrefactione eſt aliqua materia ordinata ad generationem aliquorum animalium putrefactibilium, & alia ad generationem aliorum. quia, vt dicit Commen. in 12. & allegat Themiſtius. Veſpæ enim videntur fieri ex corporibus aquorum mortuorum. apes ex corporibus vaccarũ mortuarum. ranæ ex alia putrefactione. muſciliones ex viuo corrupto. In his autem nõ intromittet ſe ita caſus fortuitus, ſicut in his, quæ ex alio, & alio aſpectu ſiderum ex materia aliter, & aliter diſpoſita fiunt alia, & alia animalia per putrefactionem.

Animalium noua ſpecies.

Muli productio ex hominis induſtria.

Animalia putrefactione quomodo ex ſe, & à caſu 7. c. 12.

Com. 12.

Dub. IX. Litteralis.

VLtanivs, fortè dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, ϙ Deus quieuit die ſeptima. quia ceſſauit ab editione nouæ creaturæ. Sed cõtra: Sunt quædam, in quib' ſola virtus diuina operatur, vt in creatione animarum rationalium in infuſione, & in operatione miraculorum talia omnia videntur eſſe noua, ergo &c. Dicendum, quòd omnia fuerunt producta aliquo modo in primis ſex diebus, ſed nõ eodem modo, propter quod ſicut verificatur dictum Philoſophi, quòd nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu. Nam ſenſus exteriores ſunt quaſi quædã ianuæ, per quas itur ad ſenſum communẽ, imaginationem, & phantaſiam, & poſtea a phantaſmatibus, quæ ſunt in phantaſia, prout irradiat ſuper eum lumen intellectus agentis, accipit intellectus poſſibilis, & fiunt ſpecies in eo. propter quod quæ ſunt in intellectu, phantaſia, & imaginatione, fuerunt prius in ſenſu, ſed non eodẽ modo. quia imaginabimur beſtiam habentem caput leonis, & corpus caprę, & caudam ſerpentis, & ſic imaginamur chimeram, quæ dicitur eſſe parte prima Leo: media capra, anguis in ima. talis enim beſtia non fuit in ſenſu per ſe, ſed per ſuas partes: ſic nihil fit modo, quod non præceſſerit aliquo modo in primis ſex diebus, aliter tamen, & aliter. quia aliqua fiunt modo, quæ præceſſerunt tunc in principijs actiuis, & materialibus, & ſecundum ſimilitudinem ſpeciei: vt ea, ϙ generantur ex ſibi ſimili, aliqua vero fuerunt producta in principijs actiuis, & materialibus, ſed non oportet, ϙ fuerint producta ſecundum ſimilitudinem ſpeciei. quia multa poſſunt fieri p putrefactionem, vel per commixtionem particularium diuerſarum ſpecierum, ſicut fuit mulus, & talia, quæ non oportuit tunc eſſe producta. Tertio aliqua fiunt, quæ tunc fuerunt facta non in principijs propriè actiuis, ſed in principijs diſpoſitiuis, quorum præceſſit ſimile in illis ſex diebus, ſicut animæ rationales, quæ non educuntur de potentia materiæ ſecundum eſſentiã, ſed ſecundum diſpoſitionem, quibus præceſſit ſimile ſecundũ ſpeciem, vt anima Adę. Ad hũc autem modum poſſumus aliquo modo reducere creationem gratiæ. quia præceſſit ſimile in illis ſex diebus, ſcilicet gratia in angelis. & licet nos non poſſimus ſufficienter diſponere ad gratiam, poſſumus tamen ſequi Deum nos vocantem ad eam. Quarto fiunt aliqua, quæ non præceſſerunt in illis ſex diebus, niſi in potentia obedientiæ materiæ. ſicut illa, quæ fiunt per miraculũ, quæ fiunt per rationes obedientiales, ϙ materia eſt apta nata obedire ſuo Creatori.

Diebus ſex primis quo modo omnia producta.

Chimera quid.

Dub. X. Litteralis.

VLTRARIVS fortè dubitaret aliquis. Quia supra dicebat, aues factas esse ad ornatū aeris. Sed contra: Dam. cap. 9. vult, quòd per volatilia copulantur tria elementa: Terra, Aqua, & Aer. ergo sunt in ornatu trium elementorū. Dicendum, quòd aues copulant illa tria elemẽta, sed non eodem modo copulant, & referuntur ad illa. ad terram enim referuntur, quia in ea quiescunt. ad aquam, quia de ea fuerunt factæ. ad aerem, quia in eo volitant. sed cum ornatus non accipiatur secundum quietem, nec secundum materiam, sed secundum motum animalem, prout animalia per apprehensionem animæ se mouent in hoc elemento, vel in illo: & quia hoc faciunt aues in aere, ideo sunt ornamentum aeris.

Aues quomodo ornamentum aeris.

A

Dub. XI. Litteralis.

VLTRARIVS fortè dubitaret aliquis de perfectione septimæ diei. quia dicebatur, quòd animalia tunc incæperunt dare operam generationi, sed animalia expectãt determinatũ tẽpus ad generandũ. propter qd non vt, quòd hoc fecerint die septimo, sed expectauerunt suum determinatum tempus. Dicendum, quòd secundum Dam. 2. lib. cap. 7. Sol habet quatuor versiones in anno. & ait, quòd primo veruat, & subdit, quòd in ipsa vernatione Deus fecit vniuersa, propterea quòd * mundus fuit factus in vere. quod patet verum esse. quia tunc terra produxit herbas, & ligna pomifera, quod propriè in verè ista incipiunt fieri. propter quod Dam. eo. lib. & cap. assignans proprietates veris ait, quòd vetsio veris est bene concreata. ꝙa est sanguinis augmentatiua, calida, & humida medians hyemem, & æstatem. & quia tale tempus est aptum generationi, poterũt dici animalia illa die 7. quæ fuit in verè incæpisse dare operam generationi.

B

* Mundus in vere creatus. Sed vide contra Rhodigium antiquarum lectionum, lib. 1. cap. 9. vbi disputat, an mundus in Autumno, vel in vere creatus sit.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh Iii KKK.

Omnes sunt Terniones, præter A B C D E F G H, qui sunt Duerniones: & præter KKK qui est Quaternio.

INDEX
PRIMAE PARTIS
IN QVAESTIONES,
AC DILVCIDATIONES
AEGIDII ROMANI
Super Secundum Librum Magistri Sententiarum,

IN SEX PARTES DIVISVS:

Quarum

Prima: Auctores ab eodem Aegidio hic citatos ob oculos ponit:
Secunda: Distinctiones, Quæstiones, & Articulos:
Tertia: Auctoritates Veteris, ac Noui Testamenti proprio marte declaratas.
Quarta: Aristotelis Propositiones ab eodem Doctore enucleatas:
Quinta: omnia notatu digna:
Sexta: Auctores illos, quemcunq; Articulum hic tractatum, siue Quæstionem discutientes, suo loco recenset.

Auctore R. P. M. Angelo Rocchensi, Profess. Conuentus Camerini, S. Theologiæ Doctore ord. Eremitarum D. Augustini.

VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum. 1581.

INDEX EORVM NOMINA COMPLECTENS,

quorum testimonia pro comprobandis suis dictis passim ab Auctore citantur, vel confutantur.

Agato Philosophus.
Alpharabius de ortu scientiarum.
Anaxagoras.
Aristoteles
Auerroes.
Auicenna.
Auicebron.
D. Augustinus.
Aymo.
Beatus Benedictus. Beda.
Cato.
Cicero.
Chilonius Astrologus.
Clemens Philosophus.
Damascenus.
Dionysius Areop.
Driedo de concord. lib. arb.
Empedocles.
Eustratius comm. Græcus.
Eusebius.
Fulgentius.
Gilbertus Porr.
Gregorius Nazianzenus.
Hieronymus.
Hierotheus.
Hilarius.
Hugo de sacr.
Hugo de sancto Victore.
Hugutio Grammaticus.
Hugo, siue Huguitio.
Magister sententiarum.
Odoritius.
Ouidius.
Plato.
Præpositiuus.
Porphyrius.
Proclus.
Ptolemæus.
Pythagoras.
Rabanus.
Rabi Moyses.
Solinus.
Tertullianus.
D. Thomas, sub nomine magni Viri, ac docti, vel Magistri.
Strabus.
Trismegistus.
Varro.

INDEX
DISTINCTIONVM, QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM

Huius primæ partis in secundum sententiarum.

Distinctionis prima — *Pars prima.*

Quæst. 1. Articuli 3.

1 VTRVM ad Theologum spectet considerare de creaturis.
2 *Vtrum Theologus debeat tractare prius de Creatore, quàm de creaturis.*
3 *Vtrum aliæ scientiæ, creaturas considerantes, sint superfluæ.*

Quæst. 2. Articuli. 6.

1 *Vtrum sola materia sufficiat ad productionem rerum naturalium.*
2 *Vtrum materia sit effectus alicuius agentis.*
3 *Vtrum plura sint principia prima.*
4 *Vtrum possit aliquid produci ex nihilo per creationem.*
5 *Vtrum alia agentia cooperari possint Deo in opere creationis.*
6 *Vtrum alia agentia cooperentur Deo in alijs operibus.*

Quæst. 3. Articuli. 3.

1 *Vtrum Deus possit immediatè producere aliquod accidens.*
2 *Vtrum creatio sit idem, quod esse creaturæ.*
3 *Vtrum Dei actio possit se extendere ad plura.*

Quæst. 4. Articuli. 3.

1 *Vtrum mundus sit æternus.*
2 *Vtrum demonstrari possit, mundum incæpisse, & æternum esse non potuisse.*
3 *Vtrum illud de præteritis, sed occultis vaticinium: in principio creauit Deus cælum, & terram, rectè exponatur.*

Dist. 1. Pars 2.

Quæst. 1. Articuli. 4.

1 *Vtrum agentia naturalia agant propter finem.*
2 *Vtrum agere propter finem competat ipsi Deo.*
3 *Vtrum Deus sit omnium finis.*
4 *Vtrum omnia sint facta propter hominem.*

Quæst. 2. Articuli. 4.

1 *Vtrum detur creatura rationalis media inter Angelum, & hominem.*
2 *Vtrum creatura rationalis infra hominem detur.*
3 *Vtrum anima rationalis debuerit vniri corpori, sicut est vnita.*
4 *Vtrum Anima rationalis vniri debuerit tali corpori mixto.*

Dub. Laterales. 3.

Vlterius: An debuerit vniri corpori simplici. 1
Vlterius: An debuerit vniri corpori homogeneo. 2
Vlterius: An in corpore humano debeat dominari aliquod elementum. 3

Dist. 2.

Quæst. 1. Articuli. 4.

1 *Vtrum Angeli sint creati ante mundum.*
2 *Vtrum sit vnum ævum omnium æternorum.*
3 *Vtrum in Ævo sit successio.*
4 *Vtrum Ævum sit in prædicamento quantitatis.*

Dub. Laterales. 6.

Vlterius: an Ævum sit in prædicamento qualitatis. 1
Vlterius: an Ævum sit in prædicamento Relationis. 2
Vlterius: an Ævum sit accidens. 3
Vlterius: an Ævum sit idem, quod esse Angelorum. 4
Vlterius: an Ævum sit substantia. 5
Vlterius: an Ævum ab alijs mensuris differat. 6
Vlterius: an Ævum sit idem, quod æternitas. 7

Quæst. 2. Articuli. 2.

1 *Vtrum Cælum Empyreum sit corpus.*
2 *Vtrum Cælum Empyreum sit immobile.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Cælum Empyreum sit lucidum. 1
Vlterius: An Cælum Empyreum sit inuariabile. 2

Artic. 3.

3 *Vtrum Cælum Empyreum esse, humanis rationibus inuestigari possit.*

Dub. Later.

Vlterius: An Cælum Empyreū, quale sit, humanis rationibus inuestigari possit. 1

Artic. 4.

4 *Vtrum Cælum Empyreum influat in hæc inferiora.*

Dist. 3. Pars. 1.

Quæst. 1. Articuli. 3.

1 *Vtrum Angeli sint compositi ex materia, & forma.*
2 *Vtrum Angelus sit compositus ex essentia, & esse.*
3 *Vtrum Angeli sint compositi ex genere, & differentia.*

Quæst. 2. Artic. 1.

1 *Vtrum in Angelis sit individuatio.*

Dub. Laterales. 2.

Vlterius an in Angelo sit individuatio substantialis. 1
Vlterius an individuatio Angeli personalitas dici possit. 2

Artic. 2.

2 *Vtrum in Angelis reperiatur numerus.*

Dub. Later. 4.

Vlterius: An Angeli sint secundum numerum orbium cælestium. 1
Vlterius: An Angeli sint in paruo numero. 2
Vlterius: An Angelorum numerus sit nobis notus. 3
Vlterius: An Angelorum numerus sit infinitus. 4

Artic. 3.

3 *Vtrum quot sunt Angeli, tot sint species Angelorum*

INDEX

4 *Vtrum Angeli omnes sint eiusdem generis.*
5 *Vtrum Angeli differant specie ab anima humana.*

Dist. 3. Pars 2.

Quæst. 1. Articuli. 3.

1 *Vtrum Angeli naturaliter sint mali.*
2 *Vtrum Dæmones ab initio fuerint mali.*
3 *Vtrum fuerit aliqua mora inter Angelorum creationem, & lapsum.*

Quæst. 2. Artic. 1.

1 *Vtrum Angelus intelligat seipsum per essentiam suam.*

Dub. Later. 2.

Vlterius An Angelus cognoscat alia à se per essentiam suam. 1
Vlterius An Angelus cognoscat alia per essentiam aliorum. 2

Artic. 2.

2 *Vtrum Angelus habeat apud se species intelligibiles, quibus intelligat.*

Dub. Later. 4.

Vlterius an species, per quas cognoscit Angelus, possint mouere Angeli intellectum. 1
Vlterius an species, per quas cognoscit Angelus, sint ei concreatæ. 2
Vlterius an species, per quas cognoscit Angelus, sint vniuersaliores in superiori, quàm in inferiori. 3
Vlterius an Angeli superiores intelligant per pauciores species, quàm inferiores. 4

Artic. 3.

3 *Vtrum Angelus possit intelligere multa simul.*
4 *Vtrum Angeli cognoscant singularia.*

Quæst. 3. Artic. Vnicus.

1 *Vtrum Angeli naturali dilectione se diligant.*

Dub. Later. 2.

Vlterius an Angelus diligat alium Angelum naturali dilectione, æquè, ac seipsum. 1
Vlterius an Angelus naturali dilectione magis diligat Deum, quàm se. 2

Dist. 4.

Quæst. 1. Articuli. 4.

1 *Vtrum Angeli creati fuerint beati.*
2 *Vtrum Angeli mali præscierint, se casuros.*
3 *Vtrum Angeli boni præscierint se permansuros.*
4 *Vtrum Angeli creati fuerint in gratia.*

Dist. 5.

Quæst. 5. Articuli. 2.

1 *Vtrum in Angelis possit esse peccatum.*
2 *Vtrum Lucifer peccando, Dei æqualitatem appetierit.*

Dub. Later.

Vlterius an Angeli inferiores Dei æqualitatem appetierint. 1

Artic. 3.

3 *Vtrum Diabolus per superbiam peccauerit.*

Dub. Later. 6

Vlterius an Angeli inferiores per superbiam peccauerint. 1

Quæst. 2. Articuli. 2.

1 *Vtrum Angeli boni ad se conuertendum indiguerint gratia.*
5 *Vtrum Angeli per gratiam appositam meruerint gloriam.*

Dist. 6.

Quæst. 1. Articuli. 3.

1 *Vtrum Lucifer de supremo Angelorum ordine fuerit, et primus.*
2 *Vtrum Angelus peccans sepeccare putauerit.*
3 *Vtrum primi Angeli peccatum alijs cadendi occasio fuerit.*

Quæst. 2. Articuli. 3.

1 *Vtrum Dæmonibus locus congruus assignari debeat.*
2 *Vtrum Dæmones pœna semper ignis puniantur.*
3 *Vtrum in Dæmonibus sit prælationis ordo.*
4 *Vtrum Dæmones victi ab eadem impugnatione desistant.*

Dist. 7.

Quæst 1. Articuli 2.

1 *Vtrum boni Angeli possint peccare.* 1
2 *Vtrum mali Angeli bonum facere possint.*

Dub. Lateralis.

Amor naturalis, electiuus, & gratuitus quomodo se habeant.

Quæst. 2. Art. 4.

1 *Vtrum Angeli futura cognoscere possint.*
2 *Vtrum Angeli cordium cogitationes cognoscant.*
3 *Vtrum Angeli in sua cognitione possint errare.* 1
4 *Vtrum per Dæmones diuinationes fieri possint.*

Quæst. 3. Art. 3.

1 *Vtrum Angeli materiam corporalem ad formam trãsmutare possint.*
2 *Vtrum Angeli quantum ad locum corpora mouere possint.*
3 *Vtrum Magicis artibus vtiliceat.*

Dist. 8.

Quæst. 1. Art. 3.

1 *Vtrum Angeli habeant corpora ab ipsis informata.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: an Angeli, ut Motores mobilibus sint corporibus naturaliter vnisi. 1
Vlterius: An Angeli, vt suppositum natura corpori vniri possint. 2

Art. 2.

2 *Vtrum Angeli possint sibi assumere corpus.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: an Angeli assumant verum corpus. 1
Vlterius: an Angeli in eadem specie corporali apparere possint. 2
3 *Vtrum corpora ab Angelis assumpta cælestia dici possint.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: an corpora, ab Angelis assumpta, ignea dici possint. 1
Vlterius: an corpora ab Angelis assumpta aerea dici possint. 2
Vlterius: an corpora ab Angelis assumpta terrea dici possint. 3

Quæst. 2. Artic. 5.

1 *Vtrum Angeli in corporibus assumptis exerceãt opera vegetatiua.*

Dub. Later. 2.

Vlterius. an Angeli in corporibus assumptis exerceant opera nutritionis. 1
Vlterius: An Angeli in corporibus assumptis exerceant opera generationis. 2

Art.

INDEX

Art. 2.

2 *Vtrum Angeli sentiant in corporibus assumptis.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Angeli in corporibus assumptis localiter moueri possint. 1

Vlterius: An Angeli in corporibus assumptis loquantur. 2

Art. 3.

3 *Vtrum in eodem corpore assumpto Angelus inferior, & Deus apparere dici possint.*

Dub. Later. 1.

Vlterius: An in eodem Angelus inferior, & superior apparere dici possint. 1

Art. 4.

4 *Vtrum Dæmones ingrediantur corpora inanimata, non assumentes, sed tantum mouentes.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Dæmones ingrediantur corpora animata anima vegetatiua. 1

Vlterius: An Dæmones humana corpora ingredi, ac vexare possint. 2

Art. 5.

5 *Vtrum Angeli, vel Dæmones animæ rationali illabi possint.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An Dæmones humanos sensus illudere possint. 1

Vlterius: An spiritus immutare possint partem intellectiuam. 2

Vlterius: An spiritus immutare possint partem affectiuam. 3

Dist. 9.

Quæst. 1. Art. 5.

Art. 1.

1 *Vtrum Hierarchia à Dionysio sit benè data.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Hierarchia sit quid deiforme. 1

Vlterius: An Hierarchia sit ordinata potestas. 2

Art. 2.

2 *Vtrum Hierarchia in tres Hierarchias conuenienter diuidatur.*

Dub. Later. 1.

Vlterius: An ratio diuisionis Hierarchiæ sit diuersa. 1

Art. 3.

3 *Vtrum Hierarchiæ omnes sint connexæ.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An vna, & eadem Hierarchia sit connexa. 1

Art. 4.

4 *Vtrum Angelus Angelum purget.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Angelus alium illuminet. 1

Vlterius: An Angelus alium perficiat. 2

Art. 5.

5 *Vtrum illuminatio fiat per veritatis propositionem.*

Dub. Later. 4.

Vlterius: An illuminatio sit idem, quod purgatio. 1

Vlterius: An illuminare, & perficere sint idem. 2

Vlterius: An actus Hierarch. diuersũ ordinẽ habeãt. 3.

Vlterius: An prima, media, & vltima dentur illuminationes. 4

Quæst. 2. Artic. 1.

1 *Vtrum nouem sint ordines Angelorum.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An ordines rectè ordinentur. 1

Vlterius: An ordines rectè nominentur. 2

Vlterius: An ordines sint à natura, gratia, & officio. 3

Quæst. 3. Art. 1.

1 *Vtrum Homines ad ordines Angelorum assumantur.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An ordines Angelorum post iudicium sint remansuri. 1

Vlterius: An inter Dæmones sint ordines. 2

Vlterius: An inter Dæmones sit Prælatio. 3

Dist. 10.

Quæst. 1. Art. 1.

Art. 1.

1 *Vtrum mali Angeli Deo assistant.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An boni Angeli omnes assistant. 1

Vlterius: An Angeli omnes secundæ Hierarchiæ assistant. 2

Quæst. 2. Art. 1.

Art 1.

1 *Vtrum Angeli mittantur.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Angeli omnes mittantur. 1

Vlterius: An Angeli missi à contemplatione retardentur. 2

Quæst. 3. Art. 1.

1 *Vtrum Angelorum locutio, & cogitatio sint idem.*

Dub. Later. 6.

Vlterius: An Angelorum locutio, & illuminatio sint idem. 1

Vlterius: An Angelus alteri Angelo loqui possit, alijs non percipientibus. 2

Vlterius: An Angelus loquatur Deo. 3

Vlterius: An Angelus loquatur sibi ipsi. 4

Vlterius: An Angelus loquatur alteri. 5

Vlterius: An Angelus loquatur homini. 6

Dist. 11.

Quæst. 1. Art. 4.

Art. 1.

1 *Vtrum Angeli ad hominum custodiam deputentur.*

2 *Vtrum omnis homo habeat suum Angelum custodem.*

3 *Vtrum cuiuslibet ordinis sint Angeli custodientes.*

4 *Vtrum Angelus homini custodito semper assistat.*

Quæst. 2. Art. 5.

1 *Vtrum Angeli ob custodiam in visione Dei perficiant.*

2 *Vtrum Angeli ob custodiam in cognitione diuinorum effectuum proficiant.*

3 *Vtrum Angeli per Homines, aut per Ecclesiam in cognitione futurorum effectuum proficiant.*

4 *Vtrum Angeli custodientes damnationem custoditorum doleant.*

5 *Vtrum inter Angelos sit pugna.*

Dist. 12.

Quæst. 1. Art. 2.

Art. 1.

1 *Vtrum verba Geneseos sint ratione posita.*

2 *Vtrum Angeli cum Mundo sint creati.*

Quæst. 2. Art. 5.

Art. 1.

1 *Vtrum in opere creationis quatuor coæua rectè assignentur.*

INDEX

2 *Vtrum tempus ex quatuor coætus, & quod nunc est, sint idem.*
3 *Vtrum Primũ Mobile ab initio Mundi moueri cœperit.*
4 *Vtrum opus creationis fuerit in tempore factum.*

Dub. Later. 1.

Vlterius: Mundus in tẽpore factus quomodo dicatur. 1

Art. 5.

5 *Vtrum Mundus in die factus dici possit.*

Quæst. 3. Art. 4.

Art. 1.

1 *Vtrum Materia prima ex se dicat aliquem actum.*
2 *Vtrum Materia prima sit idem, quod ipsa potentia.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Aptitudo materiæ possit dici possibile. 1
Vlterius: An Materia habeat aliquid formæ, ad quam mouetur. 2

Art. 3.

3 *Vtrum in corporibus cœlestibus sit Materia propriè sumpta.*
4 *Vtrum Materia omnium eam habentium sit vna.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An corpora cœlestia sint incorruptibilia, cum eandem inferiorum materiam habeant. 1
Vlterius: An superiorum, & inferiorum materia sit vna. 2

Dist. 13. Quæst 1. Art. 3.

Art. 1.

1 *Vtrum opus distinctionis fuerit post opus creationis.*
2 *Vtrum opus distinctionis differat ab opere creationis.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: De Distinctione quantum ad apparentiam. 1
Vlterius: De Distinctione, quantum ad agere. 2

Art. 3.

3 *Vtrum Dies distinctionis, & ornatus sint propriè accipiendi.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An dies distinctionis, & ornatus multis modis ex communi Sanctorũ opinione capi possint. 1
Vlterius; An dies distinctionis, & ornatus secundum genera rerum diuersa sumi possint. 2
Vlterius: An huiusmodi dies secundum angelicam cognitionem sumi possint. 3

Quæst. 2. Art. 2.

Art. 1.

1 *Vtrum lux primæ diei fuerit eiusdem speciei cum hac, quam videmus.*
2 *Vtrũ lumen, quod videmus, de medij potentia educatur.*

Dub. Later. 1.

Vlterius: An in generatione formarum realium, & intentionalium sit aliqua similitudo. 1

Quæst. 3. Art. 2.

Art. 1.

1 *Vtrum Pater operetur per Filium.*
2 *Vtrum Pater, & Filius operentur per Spiritum sanctũ*

Dist. 14.

Quæst. 1. Art. 4.

Art. 1.

1 *Vtrum vera aquæ sint super cælos.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An rationes aliorum de aquis super cælos solui possint. 1
Vlterius: An firmamentum diuidens aquas ab aquis myslicè possit sumi pro medio aeris interstitio. 2

Art.

2 *Vtrum Firmamentum cũ elementis eiusdem sit naturæ.*
3 *Vtrum Motus Firmamenti sit à sua forma naturali.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An ratione mobilis in motu rei naturalis requiratur tempus. 1
Vlterius: An motus cæli perpetuus esse posset, si unum per se ex anima cæli, & cælo ipso fieret. 2
Vlterius: An motus cæli sit naturalis. 3

Art. 4.

4 *Vtrum Firmamentum dici debeat octaua sphæra.*

Quæst. 2. Art. 1.

1 *Vtrum opus tertiæ diei congregatio aquarũ dici debeat.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An Fluxus, & refluxus maris sint causa diuersa. 1
Vlterius: An propter gibbositatem aquæ in medio maris existens terram videre possit. 2

Art. 2.

2 *Vtrũ opus tertiæ diei ad germinationẽ terræ pertineat.*

Quæst. 3. Art. 4.

1 *Vtrum ad opus quartæ diei pertineat productio luminarium.*
2 *Vtrum Luminaria cœli influant in hæc inferiora.*

Dub. Later. 3.

Vlterius: An Luminaria ab eodem Sole lumen recipientia, ex varietate recipientium, variè in hæc inferiora influant. 1
Vlterius: An corpora cœlestia, vt organa principalia, agant in hæc inferiora. 2
Vlterius: An ab intelligentijs producantur formæ materiales, & naturales. 3

Art. 3.

3 *Vtrum liberum arbitrium motui cœlesti subijciatur.*
4 *Vtrum Cœli sint animati.*

Dist. 15.

Quæst. 1. Art. 2.

Art. 1.

1 *Vtrum animalium aliqua de terra, aliqua de aqua facta sint.*
2 *Vtrum Animalia sint ornamenta elementorum.*

Quæst. 2. Art. 3.

1 *Vtrum operum diuinorum completio, sexta, & septima die facta fuerit.*
2 *Vtrum Deus die septimo quieuerit ab opere, quod patrarat.*
3 *Vtrum rectè Deus diem septimum benedixisse, ac sanctificasse dicatur.*

Dub. Later. 2.

Vlterius: An Benedictio animalium ad diem septimum pertineat. 1
Vlterius: An hominum benedictio differat ab animalium benedictione. 2

INDEX
LOCA OMNIA EX SACRIS BIBLIIS

Desumpta, proprioq; marte interpretata ob oculos ponens, cuius prior numerus paginam: secundus verò columnam indicat.

AVCTORITATES VETERIS TESTAMENTI.

Ex lib. Geneseos. Cap. 1.

IN Principio creauit Deus cælum & terram. 42.2.b.70.2.a.103.1.b.524.1.c.
Terra autem erat inanis, & vacua. 559.1.b.
Dixit Deus: fiat, & factum est. 78.1.d.
Spiritus Domini ferebatur sup aquas. 80.1.a.532.2.a.
Luminaria sint in signa, tempora, &c. 619.2.b.
Congregentur aquæ in locum vnum, &c. 565.2.a.

Cap. 2.

Formauit hominem Deus de limo terræ. 94.2.c.

Cap. 6.

Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerãt. 368.1.d.& col.2.a.b.c.d.
Tactus dolore cordis intrinsecus. 515.1.d.
Pœnitet me fecisse hominem. 633.2.c.

Cap. 8.

Proni sunt sensus hominis ad malum. 215.2.a.

Cap. 19.

Duo Angeli venerunt Sodomam, &c. 376.2.a.

EX LIB. EXODI. Cap. 7.

Magi Pharaonis fecerunt ranas, & serpentes. 336.1.c

Cap. 15.

Dominus regnabit in æternum, & vltra. 69.1.c.& 114.1.a.& 116.2.d.135.2.c.

Cap 33.

Non videbit me homo, & viuet. 464.2.a.

EX LIB. DEVT. Cap. 32.

Dei perfecta sunt opera. 341.d.ad argumentum.

Cap. 32.

Statuit terminos populorum, iuxta numerum Angelorum Dei. 518.1.a.

EX LIB. IOB. Cap. 7.

Militia est vita hominis super terram. 507.2.c.

Cap. 9.

Omnia numero, pondere, & mensura. 107.2.a.

Cap. 10.

Vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitans. 306.2.b.

Cap. 25.

Nunquid est numerus militum eius. 38.2.b.& 298.1.b.

Cap. 25.

Deus facit pacem in sublimibus. 516.2.c.

Cap. 32.

Vbi eras, cum me laudarent astra matutina? 195.1.c.

Cap. 37.

Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, &c. 38.2.d

Cap. 40.

Hoc est initium figmenti Dei. 212.2.a.212.col.1.& 2.

Cap. 41.

Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. 299.2.c.

Cap. 41.

Non est potestas supra terram, quæ ei comparetur. 310.1.b.

EX LIB. PSAL. 15.

Dixi domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. 50.2.b.& 79.2.d.

Psal. 16.

Satiabor, cum apparuerit gloria tua. 507.1.b.

18.

Delicta quis intelligit? 279.2.c.

21.

Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? 505.2.b.

23.

Eleuamini portæ æternales. 536.2.c.

47.

Sicut audiuimus, sic vidimus. pag.7.col.1.a.

78.

Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. 293.2.b.& 321.2.a.

90.

Cadent à latere tuo mille: & decem millia. 505.1.d.

101.

Initio tu Domine terram fundasti. 103.1.b.

103.

Draco iste, quem formasti &c. 212.1.b.263.1.c.

114.

Omnia quæcunque voluit, fecit. 541.1.c.

EX LIB. PROVERB. Cap. 16.

Vniuersa propter se operatus est Dominus. 79.1.d.

ECCLESIASTES. Cap. 3.

Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & iumentorum descendat deorsum? 382.2.d.

Cap. 11.

In quocunque loco ceciderit lignum, ibi erit. 507.1.a

EX LIB. SAP. Cap. 7.

Ignorabam, quòd bonorũ mater est sapientia. 447.2.d.

Cap. 8.

Sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. 260.1.a.

INDEX

Cap. 9.

Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. 93.1.b.

Cap. 11.

Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. 17.2.b.

Cap. 13.

Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. pag.6.col.1.c.

Cap. 13.

Ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut Solem, aut Lunam, & Rectores orbis terrarum. Deos putauerunt. pag.1.2.a.

Cap. 13.

A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator rerum videri. in princip. prol. pag.1. col.2.d. Cap. 14.

Creaturę factæ sunt in odiū, & in tētationem hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. pag.7. col. 1.b. & 85.1.c.

EX LIB. ECCLESIASTICI. 1.

Ante omnia creata est sapientia. 103.1.b.527.1.b
Terra in æternum stat. 558.2.d.

Cap. 15.

Ecce appositæ sunt coram te ignis, & aqua. 299.2.b. 289.1.b. & 290.2.b.279 2.b.

Cap. 18.

Qui vivit in æternum creauit omnia simul. 72.1.c.

EX LIB. ISAIAE. Cap. 5.

Auferam sepem eius. 503.2.d.505.1.d.

Cap. 6.

Seraphin clamabant alter ad alterum. 299.2.b.

Cap. 14.

In cælū ascendam, & ero similis altissimo. 159.1.a. & 282.1.c.

Omne lignum Paradisi non est assimilatum illi, quoniam præciosiorem fecit illum. 296.1.d.

Cap. 9.

Plena est omnis terra gloria eius. 487.2.c.

Cap. 33.

Angeli pacis amare flebunt. 515.1.d.

Cap. 63.

Quis est iste, qui venit de Edom? 519.1.b.

Cap. 66.

Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. 536.2.c.

EX LIB. IEREMIAE. Cap. 51.

Curauimus Babilonem, & non est sanata. derelinquamus eam, & eamus unusquisque in terram suam. 503.2.d.505.1.c.

EX LIB. BARVCH. Cap. 3.

O Israel quàm magna est Domus Dei pag. 2. col.2.b.

EX LIB. EZECHIEL. Cap. 28.

Tu plenus sapientia. 271.1.c.

Cap. 23.

Omnis lapis præciosus erat cooperimentum eius. 446.1.a.

EX PROPH. DANIELIS. Cap. 3.

Benedicite lux, & tenebræ domino. 521.1.a.

Cap. 3.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino. 142.2.c.

Cap. 7.

Millia millium ministrabant ei. 197.1.b

Cap. 10.

Princeps Persarum nolebat. & restitit ei 21. die. 414.2.a.409.1.c.516 1.a.d. & col.2.

EX LIB. ABACVCH. Cap. 2.

Dominus in templo sancto suo. 387.1.b.

EX LIB. ZACARIAE. Cap. 4.

Et reuersus est Angelus, qui loquebatur in me. 505.2.c

AVCTORITATES NOVI TEST.

EX EVANG. MATTHAEI. Cap. 5.

Beati, qui esuriunt, & diligunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur. 515.1.b.

Cap. 18.

Si quis centum oues habuerit, &c. 453.1.d.

Cap. 20.

Voca operarios, & redde illis mercedem suam. 507.1.d.

Cap. 22.

Diliges proximum tuum, sicut teipsum. 461.1.b.

Cap. 24.

Stellæ cadent de cælo. 150.2.d.

Cap. 29.

Multi sunt vocati, pauci vero electi. 197.1.c

EX EVANG. LVCAE. Cap. 8.

Volucres cæli comederunt illud. 600.1.a.

Cap. 10.

Videbam Sathanā, quasi fulgur de cælo cadentem. 159.1.a.295.2.c.

Cap. 15.

Aut quæ mulier habens drachmas decem. 436.1.b.

Cap. 22.

Ecce gladij duo hic. 434.1.c.

Cap. 22.

Apparuit Angelus confortans eum. 500.1.d.

EX EVANG. IOAN. Cap. 5.

Pater meus operatur vsque modo. 630.2.d.

Cap.

Cap. 8.
Diabolus cum ex propriis loquitur mendacium dicit. 215.2.c.

Cap. 8.
Diabolus ab initio mendax, & in veritate non stetit. 120.1.c.

Cap. 17.
Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te. pag. 6. col. 1. a.

EX EPIST. AD ROM. Cap. 1.

Quod notum est Dei, manifestum est in illis. in prin. prol. pag. 2. col. 1. a.

Cap. 1.
Inuisibilia Dei, per ea, quæ &c. ibidem.
Qui spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. 49.2.a

Cap. 4.
Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. 327.1.d

Cap. 9.
Licet figulo facere ex eadem massa aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. 215.2.b.

Cap. 11.
Ex ipso, per ipsum, & cum ipso. 70.2.c. & 71.1.a.

EX EPIST. PRIMA PAVLI. AD CORINTH. Cap. 2.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. ad Cor. 1. pag. 8. col. 2. b.

Cap. 2.
Quæcunque videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. 394.2.d.

Cap. 5.
Nonne Angelos iudicabimus? 514.1.c.

Cap. 8.
Deo de bobus est cura. 290.1.a.

Cap. 12.
Nemo potest dicere dominus Iesus: nisi in Spiritu sancto. pag. 3. col. 2. a.

Cap. 13.
Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus &c. 412.1.b.

Cap. 15.
Cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. 455.1.a. & 457.1.d & 2.a.

EX EPIST. AD EPHES. Cap. vlt.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem &c. Sed aduersus Principes &c. 458.1.d.

EX EPIST. AD PHILIPP. Cap. 2.

Et habitu inuentus, vt homo. 351.1.b.

EX EPIST. PRIMA AD TIMOTH. Cap. 6.

Radix omnium malorum est cupiditas. 28.2.c.

EX EPIST. AD HEBR. Cap. 1.

Omnes sunt administratorij spiritus. 473.2.a. & 475.1.b.

EX EPIST. IACOBI. Cap. 2.

Dæmones credunt, & contremiscunt. 324.1.d.

EX EP. CAN. IOANNIS PRIMA. Cap. 1.

Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 419.1.d

Cap. 3.
Diabolus ab initio peccauit. 120.1.c.

EX APOCAL. Cap. 12.

Draco magnus cauda eius trahebat tertiam partem stellarum. 299.2.c. & 309.1.b.

Cap. 10.
Iurauit Angelus per viuentem in secula, quod non erit amplius tempus. 507.2.d.

Cap. 14.
Opera enim illorum sequuntur illos. 507.2.d.

INDEX
LOCA OMNIA EX LIBRIS
ARISTOTELIS DESVMPTA, PROPRIOQVE
marte interpretata ob oculos ponens, cuius prior numerus paginam: alter verò columnam indicat.

EX RATIONALI FACVLTATE.

EX PRAEDICABILIBVS PORPHIRII.

Cap.de Specie.

INDIVIDVVM constat ex proprietatibus. 186.1.d.

Cap.de Differentia.

Nos sumus rationales, & Diy. 347.1.d.

Cap.de Differentia.

Genus se habet, vt materia. 557.2.d.

EX PRAEDICAMENTIS

Cap.de Oppositis.

Bonum, et malũ contrariantur. 21.1.d.

Cap. De Substantia.

Substantia non susc. pit magis, & minus. 210.1.d.

Cap. De Quant.

Proprie est quantitati secundum eam aequale, vel inaequale dici. 123.2.a.

EX LIB. POST.

Lib.1.t.1.

Propter vnum quod tale, & illud magis. 9.1.c.

Lib.1.t.c.41.

In rebus immobilibus non est finis. 79.2.c.

Lib.1.t.c.43.

Scientia est vnius generis subiecti: partes, & passiones considerans. 6.1.d

Lib.1.t.c 44.

Si de aliquo habetur demõstratio, impossibile est de illo haberi opiniones. 12.2.a.

Lib.1.t.c.44.

Demonstratio simul cum opinione stare non potest. 13.2.b.

Lib.1.t.44.

Impossibile est haberi demonstrationem de aliquo, si de illo habetur opinio. 12.2.b.

EX LIB. TOP.

Lib.2.c.2.

Si genus praedicaretur de differentia, vnum animal esset multa animalia. 177.1.a.

Lib.2.c.3. loco.24.

Motis nobis, monentur omnia, quae sunt in nobis. 369.2.a.375.1.a

Lib.2.cap.4.

Magis, & minus non variant speciem. 207.2.a.

EX LIB. ELENCH.

Dictio in omnino negatione intelligitur. 137.2.d.

EX PHILOSOPHICA FACVLTATE.

EX LIB. PHYSICORVM PRIMO.

Principia sunt tria rerum nat. pag.5. col.1.a.73.2.a.& pag.38.2.c.

Lib.1.t.c.69.

Materia non cognoscitur nisi per analogiam ad formam pag.13.col.2.C. & 125.2.b.

Lib.1.t.c.75.

Priuatio de se est non ens. 19.1.b. 213.2.c.

Lib.1.t.c.64.

Per se non fit aliquid, nisi compositũ. 35.1.b.2.b.

Lib.1.t.c.82.

Materia est ingenerab, & incorrup. 51.2.c.& 47.2.d.

Lib.1.Phys.com.67.

Aduenies enti in actu est accidens. 93.1.c.& 126.1.d declaratur.

Lib.1.t.c.27.

Accidens vni, non est substantia alteri. 126.2.c.

Lib.2.t.12.

Nullum agens agit, quod repugnat effectui. 17.1.d.

Lib.2.t.c.14.

Generatio est via in esse. 25.1.b

Lib.2.t.c.61.63.

Frustra est quod caret fine. 32.2.b.

Lib.2.t.c.78.& 86.

Si domus esset eorum, quae natura fiũt, sic vtique facta esset: sicut nunc ab arte. pag.14.col.2.C.

Lib.2.t.c.28.

Diffinitionis partes omnes sunt formę 166.2.d.

Lib.2.t.c.44.

Sumus quod vnumodo finis omnium 83.1.b.& 2.d.& 84.1.a.c.

Lib.2.t.c.49.

Natura agit propter finem. 76.2.a.

Lib.2.t.c.71.

Quae non amplius mota mouent non sunt Physicae considerationis. 369.2.a.& 374.2.a.

Lib.2.t.c.30.

Causę sunt sibi inuicẽ causę. 428.1.d.

Lib.2.t.c.81.

Finis mouet agentem. 433.2.d.

Lib.3.t.c.64.

Totum, & perfectum, & est idem. 34.1.d.

Lib.3.t.c.5.

Semper vnum contrariorũ habet rationem priuationis. 19.1.a.

Lib.3.t.c.8. & Aucr.ibidem.

Omne agens in agendo repatitur. 153.1.d.

Lib.3.Phys.t.c.75.

Intelligentiae sine intellectioni credere non debemus. 51.2.b.

Lib.4.t.c.41.

Locus est vltimum continentis immobile. 525.1.d.

Lib.4.t.c.41.

Quocirca totus magis fluuius locus est. 373.2.d.& 525.2.b.

Lib.4.t.c.45.

Cælũ est in loco per accidens. 149.1.a

Lib.4.t.c.37.76.

Dimensiones dimensionibus resistunt. 380.2.b.& 381.2.d.

Lib.4.t.c.100.

Tempus est numerus prioris, & post. 132.2.c. 133.2.d.

Lib.4.t.c.104.

Est enim vnum mobile, & idem secundum rem in toto motu. 59.2.c.

Lib.6.t.c.32.48.& 4.t.c.6.

Omne corpus mobile, & conuerso 141.2.b.c.

Lib.7.t.c.20.

Mutatio virtutis, & vitij reducitur in alterationẽ, quae est secundum passiones partis sẽsitiuae. 281.2.c.et d.

INDEX

Lib.8.t.c.1.

Motus eſt vita in entibus. 153.2.b

Lib.8.t.c.5.6.

Omnis motus præſupponit factionem mobilis. 47.1.c.

Lib.8.t.c.7.

Nihil eſt in aliqua diſpoſitione, in qua prius non erat, niſi per motum præcedentem. 51.1.a

Lib.8.t.c.8.9.

Sicut agens naturale facit alterum oppoſitorum determinatè, et ſic facit aliud oppoſitum, & ſic agens a propoſito. 51.1.a.

Lib.8.t.c.9.

In omni agente, qu prius non agebat: oportet dare nouam relationem inter mouens, & mobile. 51.1.c

Lib.8.t.c.10.

Nunc ſemper eſt principium futuri, et finis præteriti. 51.2.a

Lib.8.t.c.11.

Tempus eſt paſſio motus. 128.2.d.

Lib. 8.Phy.t.c.15.& 1. cęli. 52.64.

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. 33.2.d.& 63.2.b

Lib.8.t.c.45.& 46.

Deus omnino eſt immobilis. 374.1.d.

Lib.8.t.c.48.

Motor cæli eſt in parte orientali. 374.2.c.

EX I. LIB. DE COELO.

Lib. 1.

Lib.1.t.c.32.& lib.2.t.c.50.59.

In natura nihil eſt ſruſtra. 30.1.b

Lib.1.t.c.44.& lib.2.t.c.18.

Si vnum cõtrariorum eſt in natura, & reliquum. 21.1.d

Lib.1.t.c.3.

Totum & perfectum idem. 34.1.d.

Lib.1.t.c.94.

Ab agente quidem perfecto, non poſſunt plura procedere ſecundum eundem modum æqualia ſuo producenti. 41.2.b.

Lib.1.t.c.20.

Omne generatum habet contrarium. 52.1.a.

Lib.1.t.c.26.

Omne generabile & corruptibile. 521.a.& b.

Lib.1.t.c.99.

Omne generatum incipit etiam alicubi, vbi prius non erat. 52.1.c.

Lib.1.t.c.93.95.96.

Nullum generabile conſtat ex tota ſua materia. 52.1.d.

Lib. 1.de cœlo.t.c.52.64.

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. 33.2.d.

Lib.1.t.c.100.& 2.t.c.27.

Supra vltimum mobile nõ eſt corpus: ſed eſt ibi vita beata, & ſempiterna. 139.1.c.

Lib.1.t.c.92.

Cum dico hoc cælum, dico materiam: cum dico cælum, dico formam. 167.1.a.

Lib.1.t.c.100.

Orizontis vltimum eſt æternitas rei 156.2.b.

EX LIB. II. DE COELO.

Lib.2.t.c.3.

Cælum quomodo cum labore moueretur. 28.1.c.

Lib.2.t.c.41.& 3.t.c.1.

Stella eſt eiuſdem natura cũ ſuo orbe. 144.1.b.

EX LIB. III. DE COELO.

Lib. 3.co.72.

Magis, & minus non diuerſificant ſpeciem. 207.2.a.

EX LIB. DE GENER. ET Corupt.

EX PRIMO LIBRO.

Lib.1.t.c.11.& 12.

Antiqui philoſophantes dixerunt aliquid de forma eſſe in materia ante introductionem formæ. 22.2.d.

Lib. 1.t.c.33.

Non fit augmentum propriè nullo addito: nec diminutio nullo abſtracto. 23.2.d.

Lib.1.t.c.43.

Omne agens agit per contactũ. 27.2.d.

Lib.1.t.c.24.

In generatione ſimpliciter proprie, & per ſe eſt ſubiectum hyle. 29.1.c.

Lib.1.t.c.43.

Agentia, & patientia poetiſſimè ſe tangunt. 415.1.d.

Lib.1.t.c.55.

Habitibus præſentibus in materia, ceſſat motus. 507.1.c.548.1.a.

Lib.1.t.c.84.

Miſcibilia ſunt in mixto ſecundum virtutem. 361.1.a.

EX LIB. 2.

Lib. 2.t.c.25.

In babẽtibus ſymbolũ facilior eſt tranſitus. 29.1.a

Lib.2.t.c.37.

Magis & minus non diuerſificant ſpeciem. 207.2.a.

Lib.2.t.c.53.54.& 55.

Materia ſeipſam mouere non poteſt. 141.c.& d.

Lib.2.t.c.56.

Idem manens idem ſemper facit idem 42.1.a.& 52.2.b.& 336.1.b.c.

Lib.2.t.c.59.

Omnis diſformitas poteſt reduci ad vniformitatem. 52.1.a.

Lib.2.t.c.65.67.

Generatio vnius, eſt corruptio alterius 52.2.c.

Lib.2.t.c.63.

Ideo ſunt generabilia, & corrup. plura in vna ſpecie, quia non poteſt ſpecies habere perpetuum eſſe, niſi ſecundum multiplicationẽ individuorum. 183.1.b.

Lib.2.t.c.70.

Quorum ſubſtantia deperit, non redeunt eadem numero. 184.1.d

EX LIB. DE ANIMA.

EX PRIMO LIB.

Lib.1.t.c.8.

Vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt. 246.2.d.

Lib.1.t.c.53.

Vnum quodque corpus animatum habet propriam formam. 92.1.c

Lib.1.t.c.53.

Animatum corpus quodcunque habet formam propriam. 92.1.c.

EX LIBRO SECVNDO.

Lib.2.t.c.16.17.

Animal eſt animal propter ſenſum tactus. 96.2.a.

Lib.2.t.c.24.

Actus actiuorum ſunt in patiente, & diſpoſito. 425.2.c.

Lib.2.t.c.87.

Inanimatorum enim nullum vocem edit. 369.2.c.& 375.1.c.

Lib.2.t.c.88.

Vox eſt ſonus reſpirati aëris 375.1.d.

Lib.2.t.c.90.

Tuſſis non eſt vox. 375.2.a

Lib.2.t.c.94.

Molles carne apti mente. 297.2.a

Lib.2.t.c.68.

Aer, & aqua conueniunt in corpore perpetuo. 589.2.d

EX III LIBRO

Lib. 3.t.c.6.

Anima eſt locus ſpecierum. 251.2.d.

Lib.3.t.c.14.

Intellectus eſt tanquam tabula raſa. 88.2.c.

INDEX

Lib.3.t.c. 18.

Intellectus agens est sicut habitus quidam, vt est lumen ad colores. pag. 429.1.*a b*

Lib. 3.t.c.26.

Intellectus semper est verus. 332.1.*b.*

Lib.3.t.c.20.

Intellectus passiuus corrumpitur. 158. 2.*d.*

Lib.3.t.c.53.

Sunt in nobis appetitus contrarij, quorum vnus trahit alium, sint rota rotam. 393.1.*c*

EX LIB. DE SOMNO, ET VIGILIA CAP. I.

Cuius est potentia, eius est actio 370. 1.*c.*

EX LIB. MORAL. NIC.

Lib.1.c.2.

Finis diligitur in infinitũ. 314.2.*a.*

Lib.2.c.4.

Tripliciter contingit nos peccare vtdelices ex passione, ex ignorantia, & ex electione. 21.2.*c.*

Lib.2.cap.4.

In anima non sunt nisi tria, potentiæ, habitus, & passiones. 239.1.*c.*

Lib.3.cap.5.

Finis nobis præstituitur à nã. 260.2.*c.*

Lib.3. cap.5.

Operationum nostrarum summus dominia principio vsque in finem. 316. 2.*d.* & 317.1.*b.*

Lib.4.c.7.

Vanum est, quod caret fine 6.1.*c.*

Lib.4.cap.7.

Qualis vnusquisque est, talis finis sibi videtur. 316.2.*b.*

EX METAPHYSICIS. EX PRIMO LIBRO CAP. II.

Ex admirari Philosophi cœperunt philosophari. 8.2.*c*

Lib.1.c.3. summæ secundæ.

Phytagoras posuit 10. principia bonorum, & 10. malorum. 18.2.*d*

Lib. 1.t.c.11.

Fuit modus erroris, modus errorum, eorum, qui posuerunt materiam elementum corporum, & non posuerunt elementum non corporum. 167.2.*c.*

Lib.1.t.17.

In fundamento natura nihil est distinctum. 13.2.*b.* 162.2.*c.* 544.2.*c.*

Lib.2.t.c.1.

De substantia quidem Theoria, idest principalis speculatio.. 11.1.*b*

Lib.2.t.c.4.5.6.

Semper primum in quolibet genere, est causa omnium aliorum. 16. 2.*c.* 47.1.*d* 169.1.*d.* 466.2.*c.*

Lib.7.t.c.4.

Res sicut se habet ad esse, ita ad agere 118.1.*a.*

Auerr.lib.2.com.17.

Materia prius recipit formas magis vniuersales, & postea minus vniuersales. 175.1.*d.* 202.2.*a*

Lib.3.t. c.3.

In Mathematicis non est finis, neque bonum. 79.2.*b*

Lib.3.t.c. 10.11.

Ens non est genus, quia non habet differentiam. 174.2.*d.*

Lib.4.t.c.1.

Metaphysica intendit omnino de substantia. 11.1.*b.*

Lib.4.t.c.2.3.

Vnum, & ens sunt idem. 190.2.*a*

Lib.4.t.c.6.

Priuatio de se, est non ens. 19.1.*b*

Auerr.lib.4.com.14.

Quæstio de ente, aliquando pertinet ad quæstionem de genere. 173.2.*c.*

Lib.5.t.c. 14.

Ens per se dicitur de figuris predicamentorum. 173.2.*d*

Lib.5.t.c.21.

Substantia Dei habet in se perfectiones omnium generum. 133.2.*c*

Lib.5.t.c.33.

Vnitas generis est vnitas materiæ. 179.1.*c.* & 202.1.*a.*

Lib.6.t.c.2.

Triplex est modus essendi alis Philosophia. 8.1.*b.*

Lib.6.t.c.2.

Artificiatum est volitum. 438.1.*d.*

Lib.7.t.c.8.

In fundamento naturæ, nihil est distinctum. 13.2.*b.* 162.2.*c.* 544.2.*c.*

Lib.7.t.c.22.& 28.

Simile semper fit à simili, & conueniens à conuenienti. 335.2.*c.d.*

Lib.7.t.c.26.& 28.

Non transmutat materiam, nisi quod est in materia. 334.2.*c.* & 335. 1. *b.c.d.*

Lib 7.t.c.26.& 27.

Non fit materia, neque forma, sed compositum. 23.1.*b.* 35.1 *b.* & *col.* 2.*b*

Lib.7. t.c.30.

Ab arca, quæ est in mente non fit ipsa materia simpliciter, sed fit arca in materia. 40.2.*b.*

Lib.7.t.c.31.

Immaterialia non transmutant materialia. 30.2.*d*

Lib.7.t.c.61.

Forma nec est elementum, nec ex elementis. 22.2.*b*

Lib.9. t.c. 3.4.10.

Potentiæ rationales sunt ad opposita. 314.2.*a*

Lib.9.t.c.13.

In eodem generabili, & corruptibili potentia præcedit actum. 14.1.*a*

Lib.9. t.c.19.

In rebus, quæ sunt eternæ, non est aliquod malum omnino, quia malum est post potentiam. 281.2.*c.*

Lib.10.t.c.4.

Mensura est illud per quod certificamur de quantitate rei 121. 2.*d.*

Lib 10.t.c.14.

Omnia mensurantur minimo sui generis. 112.2.*d*

Lib.10.t.c.26.

Corruptibile, & incorruptibile differunt pluſquam genere. 44.2.*b*

Lib.12.t.c.11.& 14.

Forma se habent, sicut numeri. 16. 1. *c.* 197.2.*b.*

Lib. 12.t.c. 29.

Nunc semper est principium futuri, & finis præteriti. 51.2.*a.*

Lib. 12.t.c.39.

Intelligere ipsius Dei est summè voluptuosum. 211.1.*d*

Auerr. lib. 12.com.48.

Si intelligentiæ non mouerent, essent ociosæ, & essent in dispositione diminuta. 192.2.*b.c.*

Lib. 12. com. 48.

Intelligentiarum perfectio est finis: motus. 192.2.*b.* 193.2.*c.*

Lib.12.t.c. 52.

Duplex ordo in Vniuerso: vnus est totius vniuersi ad Deum, alius est partis vniuersi ad inuicem. 84.2.*a.*

Lib.12.t.c.52.

Duplex est bonum: Ducis, & ordinis. 408.2.*b.*

Lib.12.in calce libri.

Deo auctori omnium essentiarum, essentia nulla est contraria. 19.2.*d.*

Lib.12.in calce libri.

Vniuersum est vnus Principatus vnius Principis. 2.2.*a*

INDEX INSIGNIORES OMNES CVM DICTIONES, TVM ANIMI CONCEPTIONES NOTATV DIGNAS

Alphabetica quadam serie describens. cuius prior numerus paginam indicat: Alter verò columnam.

A

ABYSSVS tenebrosa. 1. natura Angelica informa. 274.1.b.528.2.a
Academia Platonis. 87.1.c
Accidentiũ pulcherrima distinctio. 263.1.a
Accideret, nihil per accidens, nisi agens intenderet aliquid per se. 76.2.c.d
Accidens vni non est substantia alteri: & è conuerso. 126.2.c
Accidit nulli quod verè est. 126. 2. c. & 130.2.a
Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est. 255. 1.b 466.2.a. & intelligitur de accidentibus propriis. & 544.2.a
Actio agentis non terminatur ad vniuersale, sed ad particulare. 68.1.c
Actio animalis qualis sit. 24 2.b
Actio diuina qualis. 24.2.c
Actio magis se tenet ex parte ipsius actus, quàm potentiæ. 49.1.b
Actio, & passio quomodo sint idem: & quomodo actio dicatur facere passionem. 240.1 a
Actio nulla à voluntate, nisi libera. 211 1. b
Actio nulla est immediatè à forma substantiali. 595.2.a
Actio Dei quid sit. 36.2 a
Actio prima intellectus non mouet voluntatem. 242.1.c
Actionem nihil incipit non intendendo finem. 78.1.c
Actio Dei an possit se extendere immediate ad puncta. 37.2 c
Actio intelligẽdi vnde egrediatur. 78.2.c
Actio intellectus est vita. 225.1.c
Actio Dei, quæ ipse Deus est, non habet alium finem realiter ab ipsa. 80.1.b
Actio transiens est perfectio acti; immanens vero agentis. 36.2.c
Actio omnis est per contactum. 336.2.d
Actio quomodo sit immediatè à Deo tota, sed non totaliter. 32.1.a
Actiones rerum propriæ sunt naturæ, & essentiæ. 30.2.b
Actum, & potentiam esse facere quid sit. 171.2.b
Actus, & potentiæ: & generis, & differentiæ compositio qualis. 178.1.c
Actus propiè non est in Deo. 4.2.c
Actus omnis est in motu. 4.2.c
Actus est qui distinguit. 163.1.d.88.2.d 535.2 b.541.2.b
Actus in omni productione fit in potentia: & potentia fit sub actu. 16.1.b
Actus, & potentia sunt effectus alicuius agentis. 16.1.b
Actus creaturæ triplici indiget cõtinuatore. 27.1.b.c
Actus actionum in patiente bene dispositio. 56.1.2.94.2 2.425.2.c. 507 2.d
Actus, & potentia sufficienter diuidunt ens. 535.2.d
Actus primus, & secundus. 629.2.c
Actus, & potentia quomodo fiant. 55.1.c. & 2.a
Actus duo puri realiter distinctè dari non possunt. 765.2.a
Actus ter duplex. 125.2.c
Actus quomodo præcedat materiam, & è conuerso. 14.1.a
Actus, & potentia in alteratione. & generatione non sunt idem. 35.2.d. & quo modo fiant. 36.1.b
Actus egredientis per habitum cur perfectus. 339.1 b.c
Acutum in tribus. 169.1.d
Adam in statu innocentiæ Angelum habuit custodem. 449.2.c
Adam ante peccatum qualis. 267.1.d
Adam non est seductus. 282.2 a
Adam in statu innocentiæ beatior erat quibuscunq; iustis in hac vita. 274.2 d
Adam in statu innocentiæ quomodo beatus. 267.1.a
Adam cur non habuit, unde proficere posset. 275.1.a
Adamas quomodo trahat ad se ferrum. sed dicta opinio aboleuit, & virtus huiusmodi magneti adscribitur. 612.1.c
Adæ corpus cur homogeneum esse non debuerit. 97.1.d
Admixta quæ. 348.2.a
Ad te nos fecisti Domine, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. 525.2.d
Adnexum enti in actu est accidens. 119. 1.d.& 93.1.c. quando sic. & declaratur pag. 126.1.d
Aer, & aqua conueniunt in corpore perpetuo, ideſt cum corpore cœlesti. 589 2.d
Aerem esse superiorem aqua, probatur exemplo de uase implendo. 622.1.d
Aer, & ignis cur uocentur cœlum. 600 1.a
Aeris partes tres. 302.2 d
Aer an sit actiuior aqua. 394.1 b
Aer pro cœlo. 591.1.a
Aer an faciat sonum. 146.2.a
Aer cur leuis cum leuibus, & grauis cum grauibus. 360.2.b
Aer Dæmonibus plenus. 294.2.a
Aer, & aqua secundum se non lucent. 573.2 b
Aegidius non assertiuè dixit sæpè mundũ potuisse esse ab æterno, sed gratia disputationis, vt ipse fatetur. 70 1.d
Aegidius pollicetur se scripturum super Tertium Sententiarum. 475 1.b
Aegidij libri editi ab ipso ante Secundũ sententiarum, & in hac prima parte ab eodem citati.
Aegidij quæstioner de esse, & essentia. 171.1.2.217.2. a. & liber de causis ibidem c & 282.a
Aegidij quæstiones de mensura Angelorum. 118.2.b & 131.1 d
Aegidij quæstiones de æuo, ideſt de mensura Angelorum. 58.1.d.157 2.a
Aegidij cõmentarius super epist. ad Cor. & quæst. de Angelis. 406.2. c.481.2. b
Aegidij quodlibetum. 295.1 a
Aegidij quæstiones de cognitione Angelorum. 387.2 d
Aegidij q̃stiones disputatę. 36.1.d.88.2.c.d
Aegidij liber de gradibus formarum. 239.2.c
Aegidij liber Physicorum. 142.1.c
Aegidij liber de Generatione. 195. 2.a. 346.1.c
Aegidij Hexameron. 588.2 a.& 601.2.c
Aegidij quæstio de Deceptione. 298.1.c
Aegidij liber de anima. 146.2.b
Aegidij liber Posteriorum. 402.2.b
Aequale cur dicatur uno modo tantum, & defectiuum multipliciter. 40.1.b
Aeternitas idem, quod æuum. 110.1.c. sic sumitur à Sanctis. ibidem.
Aeternitas, p æternitate simpliciter: Aeuũ pro æternitate participata. 110.1.d
Aeternitas vera quæ nam sit, & quomodo inconueniens est ex Ambrosio, ut æternitas operis cõiugatur cum æternitate Dei. 70.1.b
Aeternitas operis, uel creaturę, si daretur, non esset eadẽ cũ Dei æternitate. 70 1.b
Aeternitates multæ ante mundũ, & Angelos ante ipsum, quomodo intelligi debeat. 157.2.d
Aeternitas una simpliciter. 158 1.a
Aeternitas, æuum, seculũ, & tempus quomodo differant, & unde dicantur. 156. 1.b.c. quomodo differant etiã. 136.1.b
Aeternitas simpliciter est idẽ, quod Deus. 112.1.d
Aeternitas, æuum, & tempus quomodo differant. 136.1.b.136.1.c

INDEX

Aeternitas sumitur ab esse entis: æuum ab esse. 110.1.c
Aeternitas duplex, ideſt ſimpliciter, & participata. 128.2.c
Aeternitas nunc: & temporis nunc. 136.2.c
Aeternitas naturæ, & durationè præcedit omnem creaturam. 116.1.a
Aeternitatis mſtãs. 59.1.c.d
Aeternitas mundi imaginaria. 59.1.b
aeternitas quaſi entis entitas. 135.1.b.& 2.col b.
Aeternitas omoiã eſt menſuræ æternorum. 131.1.d
Aeterni quomodo dicantur Angeli, cum ita nõ ſint 113.2.a b & d & 116.2.c.d
Aeternitas quomodo cõpetat omnibus. 136.2.a
Aeternitas vna æuæ plura. 112.1.d
Aeternitas quomodo menſuret vitam, 535.2.c
Aeternum nihil præcedit. 60.1.d
Aeui nunc cur vnum tantum; temporis vero duo. 134.1.a
Aeui, ſiue æternitatis tres conditiones. 536.1.b
Aeui vnitas: & æuum eſt in primo æuiterno: & per ſe, & primo menſurat eſſe illius æuiteroi. 108.2.c
Aui, æternitatis, & temporis nunc. 136.2.c.d
Aeui an ſit ſucceſſio. 113.1.a
Aeui proprietas. 530 2.c
Aeui, & temporis differentiæ ſex. 132.2.a, & 135.& 134
Aeui, & temporis menſura non eſt cadẽ. 138.1.d
Aeoi omnium opinionum conciliatio. 116.2.b.c
Aeuiternitas menſora Dei. 152.1.d
Aeuiternum nullum minimum, aut ſimpliciſſimum ſiue Angelus. 122.1.a. nec vnum æuiternum, ſiue vnus Angelus. ibidem d
aeuiternum eſſe. & diuinũ quale. 128.2.a
Aeuiterna ſunt entia præter omnem materiam ſenſibilem, & intelligibilem. 109.1.a
Aeuiterna menſuraniue æternitate participata. 110.1.a
Aeui unitas ioueſtigari cur non poſſit. 109.1.a.b
Aeuum menſurat eſſe participatum. 109.1.b
Aeuum eſt in prædicamento ſubſtantiæ, vt dicit habitudinem fundatam in ipſo eſſe. 129.1.d.& 131.2.b
Aeuũ ab aliis mẽſuris an differat. 131.2.c
Aeuum vnu m. & plura æua. 112.1.b. & 113.1.a
Aeuum, & tempus quomodo conueniãt, & differant. 112.2.b
Aeuum eſt menſura æuiternorum, ſicut tempus temporalium. ſed illud eſt m æuiternis: hoc verò non in temporalibus. 112.1.b
Aeua plura, æternitas vna. 112.1.d
Aeuum æuoiunt Deus. 109.1.d
Aeuum ſumitur ab eſſe: æternitas ab eſſe entis. 110.1.c
Aeuum dupler, 109.2.d
Aeuum apud Philoſophos in nominatũ, pro quo vſi ſunt æternitatis nomine. 132.2.d
aeuum eſt idem, quod eſſe Aogeloium. 118.2.d
Aeuum eſt in præticamento ſubſtantiæ. 129.1.d
Aeuum an ſit in prædicamento relationis: An ſit in accidens: an idem, quod eſſe Angelorum: an ſubſtantia. 119.1. & 1.col.
Aeuum quamuis non ſit ſubſtantia, pertinet tamen ad prædicamentum ſubſtantiæ. 123.2.c.d
Aeuum non eſt quantitas. 120.1.b nec eſt qualitas. 121.2.c. non relatio. 124. 1.a. nec accidẽs. 125.2.a. quid ſit, uide pag. 129.1.d.& 2.a
Aeuum eſt ſimultas eſſe angelici: & dicit relationem, quaotitatem, & qualitatẽ ſecundum dici. 124.2.d
Aeuum dicit modum quantitatiuum, qualitatiuum, & relatiuum. 125.1.c.
Aeuum eſt eſſe angelicum cõſideratum, ut ſimul. 125.1.a
Aeuum, & tempus quomodo differant. 125.2.d
Aeuum eſt æternitas participata. 110. 1.d
Aeuum ſimpliciter eſt ſupra omne æuiternum: ſed participatum eſt in ipſis æuiternis. 110.1.d
Aeuum menſurat eſſe: tempus autem motum. 113.2.a
Aeuum non eſt menſura ſucceſſiua, ſicut tempus. 113.2.a
Aeuum quomodo habeat prius, & poſtea, cum non ſit menſura ſucceſſiua. 113.2.c
Aeuum eſt menſura media inter æternitatem, & tempus. 111.2.a
Aeuum non habet partes: tempus autem utique. 112.2.c
Aeuum eſt menſura durationis æuiternorum. 107.2.b
Aeuum non eſt vnum omnium æuiternorum, ſed tot ſunt, quot æuiterna & quomodo eſt unum. 107.2.b
Aeuum vnum an ſit omnium æuiternorum. 107.1.b
Aeuum à nita dicitur. 135.1.b
Aeuum pro æternitate ſimpliciter ſumptum à Boetio. 134.2.d.& ab aliis Sanctis. 136.2.d
Aeuum an ſit in prædicamento quantitatis. 118.1.c. & an ſit in prædicamento qualitatis. 118.2.a
Aeuum an ſit idem, quod æternitas. 132. 1.b
Aeuum, æternitas, & tempus quomodo differant. 136.1.b.1 56.1.c
Aeuum eſt menſura Angelorum. 113.2.d
Aeuum, æternitas, ſeculum, & tempus quomodo differant, & vnde dicantur. 156 1.b.c. & quomodo differaot etiam 136.1.b
Affirmatio intelligitur in negatione. 117. 2.d
Affirmationes, & negationes quomodo Deo conueniant. 632.2.a
Agathæ fuit miſſus B. Petrus. 454.1.d
agens quomodo aſſimilet ſibi paſſum. 18.1.c. 593.2.b
Agens naturale totum facere non poteſt. 25.2.a
Agentia, & patientia potiſſimè ſe tangũt. 414.1.d
Agens naturale non generat, niſi corrumpendo. 17.1.d
Agens quodlibet naturale agit, ut organum. 27.2.c
Agentia ſecunda vniformiter non ſe habent ad Deum: & conueniunt in dando eſſe, ſed non in tale eſſe. 31.2.d
Agens ex Auerr. nusquam expectat aliquid facere, niſi quia deſicit ei aliquid uel ſaltem tempus. 46.1.b
Agens quomodo non ſemper aſſimilet ſibi paſſum. 81. 2. b. vt cum Asinus generat Mulum, qui cum eo non conuenit in forma, nec in ſpecie. 81.2.b
Agens quodcunque propter finem, tendit, & dirigitur in finem per cognitionem, quæ eſt in ipſo, ut homo: uel per cognitionem, quæ eſt in alio, ut naturalia per cognitionem, quę eſt in Deo, vel in Angelo. 76.2.d
Agentia alia an Deo cooperari poſſint in opere creationis. 26.1.b
Agens omne, quod prius non agebat, ſi incipiat agere, habet aliquam proportionem ad effectum 45.2. d & apprehendi diuerſa tempora, & non poteſt agere nouum motum, niſi per præcedentem motum. 46.1.a
Agens naturale, & per intellectum quomodo differant. 90.2.d
Agentis, & patientis neceſſaria aſſimilatio. 335.2.c
Agentibus aliis à Deo quincuplex applicatio neceſſaria. 49.1.d
Agens nullum poteſt agere, niſi in illo agente ſit Deus. 49.2. a. Idque intelligatur in ijs, quæ ſunt gratiæ, & naturę. ibidem.
Agens per intellectum poteſt omnia per ſe ipſum producere, quorum habet rationes totales proprias, & factiuas. 41. 2.d.& producit eam per rationem. 42. 1.d
Agens. Ab agente perfecto cur non poſſint procedere plura ſecundum eandẽ æqualia ſuo producenti. 4.2.b Ab agente imperfecto cur ſic. ibidem.c
Agens ſecundum non poteſt immediate producere ſubſtantiam. 31.2.c
Agens ſemper præſtantius patiente. 14. 1.c. 231.1.a
Agentis naturalis, & diuini triplex differentia. 24.1.c
Agens aliud à Deo differt ab ipſo ſeptem modis. 47.1.b
Agentia naturalia an agant propter finẽ. 74.1.d
Agens nullum incipit actionem, non intendendo finem. 75.1.a
Agens & patiens an ſemper ſint loco diſtincta. 241.1.a
Agens naturale intendit aſſimilare ſibi paſſum. 76.1.a
Agentium naturalium, & Dei differentia ex parte effectuum. 4. 2.b. & ex parte efficientium ibidem.c
Agens inſtrumentale nihil agit ſine agente principali. 24.2.b
Agens propter bonum acquirendum eſt imperfectum: propter bonum communicandum eſt è contrario. 79.2.c
Agentis actio non terminatur ad uolues. ſale, ſed ad particulare. 68.1.c
Agens niſi intenderet aliquid per ſe, nihil accideret per accidens. 76.2.c.d
Agens omne agit, ut eſt in actu, & ut habet eſſe. 13 2.d
Agentia naturalia ſunt cauſæ per ſe. 75. 1. d. & agunt propter finem. 75.1.d

INDEX

Agentia alia an cooperentur Deo. 19.2.c
Agens, & patiens quomodo differant. 161 2.2.419 1.2
Agens nullum agit, quod repugnat effectui. 63.2.2
Agens à proposito semper facit quod melius est, & cur quandoque oppositum. 43.2.2
Agente posito, qui prius non agebat, siue per naturam, siue à proposito, oportet dare nouam relationem inter mouens. & mobile. 43.2 b c
Agitur omne in agendo patitur. 153. 1.d
Agens aliud à Deo agit propter bonum acquirendum. 50.1.b
Agentia secunda quomodo diuersimode sint posita. & errores circa hanc materiam. 30.1.c
Agens quamuis agat totum: actio tamen eius non dicitur totum, sed aliquid. 36.1.b
Agentia naturalia aguot sicut organa. 25.1.c
Agens naturale prius inducit accidens, quàm substantiam. 27.1.c
Agens quando, & quomodo in agendo moueatur. 72.2.d
Agens nullum potest contradictoria. 22. 1.b
Agens duplex. 81.2.2. Vnum inducit formam suam, vt ignis generat ignem: Alterum non: vt Sol non generat Solem ibidem.
Agere perfectè quid sit. 34 2.2
Agere propter finem an competat ipsi Deo. 77.1 c
Agere ex nihilo difficilius, & maioris potentiæ est, quàm ex contrario. 29. 1.2
Agere supra propriam naturam, quomodo sit possibile. 420.2.b
Agere vltra proprium speciem vnde eo ungat. 320.1.c
Agere somitor ex fine: modus verò agendi ex forma. 101.1.2
Agnus peccat, quid. 591.1.c
Agonizantes, qui actu bellant, coronantur, non sortes. 508.1.b
Albus est, quod nigro est impermixtum. 209 1.d
Albus vult esse nullus. 280.2.d & cur.
Aliquotæ partes quænam sint. 623.2.2
Alteratio quomodo fiat. 25.2.b
Alteratio à cœlo, & à Deo diuersimodè 34.2.2.b
Alteratio inferiorum per orbes quomodo intelligenda. 61 1.1.c
Alterans, & generans quomodo faciant compositum. 35.2.d
Amabile plus est, quàm amans. 78. 1.d
Amare est idem, quod velle bonum. 582. 1.c
Amicitia inter virum, & vxorem est secundum naturam. 258.1.d
Amicabilia ad alterum ex amicabilibus ad nos ipsos surrexerunt. 253.1.d
Amor meus, pondus meum, eò feror, quocunque feror. 258.1.b.c. & quomodo intelligatur 525.2 d
Amor facit amatum esse in amante. 448 1. 2
Amor potest esse rei habitæ; desiderium verò non habitæ. 79.2.d
Amor quædam inclinatio sequens cognitionem. 259 2.2 & 260. 1.2
Amor est vis tendens in aliquod sibi conueniens. 259.1.b
Amor ad nos est causa amoris ad alium 258.2.c
Amor quomodo sit pondus, & vis tendendi in locum suum naturaliter. 259.2.b & 260 2.2
Amor est virtus vnitiua. 253.1 c
Amor est virtus vnitiua. 259.2.c. & 260 2.d
Amor triplex: naturalis, electiuus, gratuitus. 319.2.d
Amor in spiritualibus est sicut pondus in corporalibus. 525.2.d
Amor sui ad se ipsum maior est, quàm ad alia. 260.2.c.d
Amoris tria. 259.1.d
Amoris naturalis, electioi, & gratuiti differentia. 324.2.b & quid 163.1.2
Amoris, & ponderis similitudo ex D. P. Augustino. 319 2.d
Angeli quomodo vertantur, alterentur, & multipliciter moueantur. & transmutentur: 134.2.b. & quomodo finiti, & infiniti. 134.2.c
Angelorum actio in corpora. 424.1.2
Angeli in Angelos directè operari non possunt. 424 1.2
Angelorum illuminatio per directionem actionem. 424.1.b
Angelorum bonorum, & malorum prælatio quomodo post iudicium cessabit 310.1.2
Angelorum triplex potentia. 310.2.b.1. uolibus, cognitiua, & operatiua.
Angeli custodientes an sint cuiosliber ordinis. 300.2. b. ex infima Hierarchia. 301.1.b
Angeli custodientes sunt iusimi ordinis 301.2.2
Angelorum illuminatio de quibus sit. 429.1.c
Angelorum illominatioois modus, & ordo. 430.1.c
Angeli ao differant specie. 204.2.2
Angelorum, & animæ humanæ una operatio. 204.2.d
Angeli in corporibus assumptis an sentiant: an mouere possint: an loquantur. 369.1.& 2
Angeli iotelligunt res per species eòcreatas: & accipiuot cognitionem à rebus. 242.2.2.b.c d
Angeli ao creati ante mundum. 104.1.2. Græcorum opinio est, quòd sius creatiaore mundum. ibidem. Et quomodo sic dicantur creati ex Hieronymi sententia. 103.1.d. 157.2.2. Et si ante mundum, quid absurdi sequeretur. 204.2.2
Angeli duo æque simplices oon sunt. 210. 1. b
Angeli ob custodiam an in cognitione diuinorum effectuum proficiant. 509. 1.b
Angeli an ob custodiam in visioor Dei proficiant. 506.1.c
Angeli an potoerios habere peccatum. 278.1.c
Angeli intelligere, & animæ differens. 207.1.d
Angelus non peccauit in appetendo bono, sed iu modo. 231.2.d
Angeli Persarum, & Iudæorum pugna. 516.2.b
Angelorom pugna sunt difformitas voluntatum. 302.1. b Eorundem concordia. 516.2.d.& 517.1.2.b
Angelorũ custodia à Philosophis cogoita. 493.2.2
Angeli effectus, ut motos cœli, potest percipi sensu: ipse tamen sensui noo est subiectus. 225.2.2
Angeli an creati in gratia. 457.2 c
Angelos simul cum corpore creatos esse an congruum sorit. 526.2.2
Angelis cor corpora obediant quantum ad motum localem, non quantum ad formam. 337.1 c.& 339.2.b
Angeli duo in eodem loco esse ooo possunt. 379.2.b
Angeli sua natura inuisibiles. 563. 2. c
Angeli ad custodiam homioum quot de causis. 496.1.c
Angeli ante, & post Mundum an creati fuerint. 525.1.2
Angeli quo pasto pugnent. 418. 2. c.d
Angeli assistentes, & ministrantes. 461. 2. 2
Angelus dicitur animal rationale impropriè. 89. 2.d. & quomodo. 90. 1. c
Angeli plures ad hominem custodiam. 518.2.2
Angeli quomodo diffinitiòè sint in loco. 172...d
Angeli quomodo dicantur moueri per tempora, non per loca. 374.1.b
Angelorum demers. 511.1.d
Angelus quomodo homines erunt æquales. 434.1.b
Angeli boni an omnes assistant. 463. 1.2
Angelus ad cuius custodiam constituitur. 409.1.c
Angelus propè Deum: materia propè nihil. 17.1.d.89.2.c.164.2.c.d
Angeli quomodo moueantur, & distinguntur loco. 73.1.2
Angeli possunt reduci ad unum genus. 199.1.d
Angelus custos tribus de caosia. 499. 2. d
Angelorum locus non necessarius, sed congruus. 302.2.c
Angeli ao habeaot species sibi concreatas, per quas cognoscant. 233.1.c
Angeli multa didicerunt per Ecclesiam. 233.2.d
Angelorum species, per quas cognoscũt, an sint vniuersaliores in superioribus, quàm inferioribus. 234 1.c
Angeli superiores an intelligant per pauciores species, quàm infetiores. 234. 2. c
Angelorum superiorum, & inferiorum scientia differens. 234.2.b
Angeli in sua creatione quomodo viderunt res in verbo. 466.1.2
Angeli beoè nati ad scieodum. 466 1.d
Angeli pleni formis. 466.2.2
Angelus alia à se cognoscit per species sibi innatas. 230.1 d
Angelus quomodo se, & quæ in se habet, cogooscat. 231 1.c

INDEX

Angeli inferiores non intelliguntur à superioribus per se ipsos. 231. c. & 232 1. d
Angeli cur essentiam Dei non intelligant cognitione naturali. 231.2.a
Angeli, & animæ differentia quinecuplex 205.1.c
Angeli, & animæ differētia specifica. 206 1.c.& generica. 206 2.d
Angelus, & anima an differant specie 206.1.a
Angeli, Dei, & hominis liberum arbitrium differens. 206.1.b
Angelorum naturæ potentiæ. 341.1.d. & illę rei potentiæ non sunt nisi duæ secundùm rem. 341.2.a
Angelorum apparitio qualis. 342.1. b. & apparitio Dei. c
Angelorum bonorum pugna. 516.1.d
Angeli mouentes Deo assimilantur. 402.1.d
Angelus non cognoscit alia à se per essentiam suam. 227.2 b. Clemens Philosophus. 227.2.d
Angelum non posse cognoscere alia per essentiam suam, probatur tribus vijs. 228.1.a b c.d
Angelorum clamor, est eorum desidetiū. 487.2 a
Angelorum locutio sex modis. 487. 3. d
Angeli boni, & mali quot modis nos instruere possint. 390.1.d. & col 2.d. monendo species existentes in memoria. & 391.1. noua phantasmata causando. & d. per species, quas in se habent. 391.2.a
Angelus cum loquitur incorpore assumpto, quomodo Deus loqui dicatur. 378.1.b
Angelus quomodo sit motor corporum assumptorum, & non. 354.1.c
Angelus an sit totus in qualibet parte corporis assumpti. 354.2.c
Angeli non nisi coniectura possunt cognoscere futura contingentia. 326. 1. b
Angelus an intelligat se ipsum per essentiam suam. 223.2.a
Angeli ignorant proprias virtutes. 223. 2. b
Angeli intellectus est forma. 228.2.b
Angeli non continentur à parietibus, & ianuis. 343.1.a
Angeli an ut Motores mobilibus sint coniuncti, naturaliter oriti. 343. 1.b
Angeli in corporibus assumptis an exerceant opera nutritionis. 364. 1.b. an opera generationis. 2.a
Angeli inferiores an Dei æqualitatem appetierint. 280.1.c.d
Angelus non intelligit omnia simul. 318.2.a
Angelus cum primum potuit appetere, peccauit. 218.2.d
Angelus quomodo non intelligat discurrendo. 219.1.c
Angelus quomodo intelligat, & quomodo uelit. 219 1.d
Angelus in principio suæ creationis peccare non potuit. 219.2.c
Angelus cur in principio suæ creationis peccare non potuerit. 219 1.d
Angelus quamuis non peccasset, homo tamen creatus fuisset. 219.2.d
Angelus supremus habuit, & habet nobiliora naturalia, quàm aliquis Angelorū. 110. 2.b. nec cecidit à naturalibus sibi datis. ibidem. c. Vide ibidem umbram contradictionis, & solutionem.
Angelus an cognoscat alia per essentiam aliorum. 224.1.c.d
Angelus superior est multo formalior, quàm inferior. 224.2.a
Angelus alium illuminat. 224.2.a
Angeli incomparabiliter ex cedunt corporalia. 98.1.b
Angeli an quot fuot, tot sint species Angelorum. 198 1.d
Angelus cur non reparatus. 198.2 a. 200. 2.d cor homo reparatus.
Angelus non intelligit componendo, & diuidendo, nec discurrendo, non tamē habet certam cognitionem de omnibus. 332.2 a
Angeli an naturali dilectione se diligant. 258.1.b
Angelus an diligat alium Angelum. 258.2.a
Angelus quomodo parificetur æternitati. 327.2.b
Angeli an ad hominum custodiam deputentur. 494.2.a
Angelus est substantia absoluta à quantitate. & non est in loco per quantitatem. ideo potest esse simul cum quantitate. 382.1.b
Angelorum notitia nolla potest esse nobis naturaliter, nisi per effectus. 189. 2 b
Angelus quomodo se intelligat. 221. 2. a
Angelus non peccauit in prima Intellectione. 2.1.2.c. nec complacuit sibi in prima intellectione. ibidem. d
Angelorum intellectiones diuersæ specie. 221.1.c
Angeli peccatum fuit ommissionis, & commissionis. 221.1.a
Aogelus, & anima locum non occupāt. 380 1 d
Angeli per quam operationem sint in loco. 381.1.b
Angeli in quibus sint æquales, & non æquales. 160.1.b.c
Angeli an sint compositi ex materia, & forma. 160.2.a
Angeli, Empyreum, & corporalia in eodem instanti facta dicuntur. 68. 1.d
Angelorum species sunt plures, quàm individua corporalium. 68.2.a
Angelorum mentio cur in Gen. non sit facta. 528.1.c.& quomodo facta. 524. 2. c
Angeli cœlo figurati. 528.1.d & Abyssо figurati. ibidem. & aquis figurati. col.2.a
Angelorum pars tertia quomodo cecidisse intelligatur. 309.1 b
Angeli sunt tripartiti quantum ad officium, in assistentes, ministrantes, & exercentes nos. 309.1 b
Angelorum clamor quid. 484.2.d
Angeli cur intelligendo causas intelligāt effectum. 48 5.1.c
Angeli quomodo in uerbo omnia cognoscant. 486.1.a
Angeli superiores se habent ad inferiores, ut nutrix ad pueros. 486.2.b.c
Angeli quomodo ab hominibus iudicandi. 514 1.c
Angeli custodientes an damnationem custoditorum dolcant. 514.2.a
Angelus non habet partem, & partem, sed est totus simul. 113.1.d
Angeli mensura est æuum. 113. 1.d
Angeli non mutant locum, nisi totum mutent ipsum. 371.2.a
Angelorum cognitio non admittit falsitatem, sed defectum ex Aristot. 381. 1.a
Angeli non discurrunt, & rationales dicuntur ideſt intellectuales. 430 2. d
Angelica ruina non est tota causa, propter quam factus sit homo. 74.1.c
Angeli 2. Hierarchiæ cur Præpositi. 439 2. b
Angelorum actiones quomodo mensurentur. 573.1.a
Angelorum duæ potentiæ. 598.1.d
Angelorum missionis rationes quæ. 471.2.d
Angelus habet omnes species intelligibiles concretas. 87.2.c
Angeli assistentes, & ministrantes. 503 1.c
Angelus non eodem modo in proprio genere, & in uerbo cognoscit. 47 6 2. d
Angelus quomodo se, & alia simul cognoscat. 477.1.d
Angelus quomodo dicatur rationalis. 98.2.c
Angelus quomodo discurrat. 99.1.a
Angelorum nominum, & officiorum diuersitas sumitur ea diuersitate ordinum. & hierarchiarum. 102.2.d
Angelorum cognitio quomodo vespera mane, & dies: matutina, diurna, & vespertina dicantur. 370. 2. b. c.d
Angelorum unio ad corpus tripliciter sumi potest. 349.2.b
Angelus est quid subsistens, individuum, & rationale. 186.2 b
Angeli quomodo aliquo modo indigeāt corpore. 526.1.b
Angelorum uerbum duplex. 491.2.b
Angeli an sint secundum numerum orbium cœlestium. 188.2.a
Angeli non habent potentiam puram, sed quandam potentialitatem. 165. 2. c
Angeli habent suum hyleschim, ideſt suū materiale. 16.1.a.160.2.d
Angelorum attributa quatuor. 207. 2.d
Angelus per ignorantiam peccare non potuit, sed humo. 299.1 d
Angeli, uel Dæmones animæ rationali illabi an possint. 384 2.b
Angeli si sibi ipsis fuissent derelicti statim desissent. 117.2.c
Angeli superiores agunt in inferiores, inferiores verò in nos. 472.1.d
Angeli cur non eiusdem speciei, sed animæ humanæ. 201.1.b
Angelorum numerus largè. 120. 2.a
Angeli Præpositi, & Operarij. 430. 2.a

INDEX

Angelorum dentes quomodo intelliganture. 247.1.c
Angeli duo æquè perfecti non sunt. 416.1.a
Agendi ratio quæl. 304.1.c
Angeli non permanerunt in primo suæ creationis instanti. 216.2.c
Angelus simul intelligit principia, & conclusiones. 216.2.d
Angelus an peccare potuerit in primo suæ creationis instanti. 217.1.a
Angeli boni manent in, conuersione ea gratia, non ex natura. 318.1.c
Angeli natura mutabiles: gratia verò immutabiles. 318.2.a
Angeli creati sunt in cœlo empyreo. 103.2.a
Angeli omnes liberi facti. 277.2.a
Angeli an habeant corpora ab ipsis informata. 341.2.b. & eide ibi Scholium de Concilio Nicæno super hac materia & vide Scholium, ubi ponuntur quædam doctoritates D. P. Augustini, quæ faciunt maximam dificultatem.
Angelus an possit intelligere multa simul. 249.2.c.d
Angelus potest intelligere multa simul, vt multa: sed non eodem modo. 250.2.b.c
Angelus quomodo se, & Deum intelligat. 251.1.d
Angeli modus cognoscendi triplex. 251.1.d
Angeli an assumant verum corpus. 352.1.b
Angeli plores an in eadem specie corporea apparere possint. 352.2.b
Angeli simul cum Mundo creati. 524.1.c. 528.2.c
Angeli creari sunt modo simili, quo factus est Mundus. 324.2.a
Angeli inferiores sunt animæ cœlorum. 88.1.a
Angelus prope Deum: Materia propè nihil. 398.1.b
Angeli cum Mundo an creati fuerint. 523.2.c
Angeli superiores denati. 423.1.d
Angelus cur naturæ humanæ viuri non potuerit. 351.1.c
Angelus cur corporeus respectu Dei. 351.1.d
Angelus cum est in cœlo, non est in terra. 351.2.a
Angeli an possint assumere corpus. 352.2.a
Angelus non mouet mon ad formam, nisi formæ adhibeat. 50.2.c
Angelorum nouũ genus à Deo an possit fieri, non facto nouo ordine sensibiliũ. 248.2.c
Angelorum nouum genus si fieret, quid sequeretur. 249.2.a
Angeli non intelligunt omnia possibilia. 249.1.d
Angelorum apparitiones in fine, & principio quod efficiant, locis sacræ scripturæ declaratur. 355.1.d
Angeli in humano corpore apparenter quomodo manifestẽt se esse angelos. 356.1.a
Angelorum apparitiones quomodo non sint falsæ. 356.1.c
Angelorum differentiæ. 413.3.c
Angelorum distinctio specifica, & personalis quomodo à diuersitate intelligendi. & à se ipso. Vide ibi solutionem. 413.2.b
Angeli ex se non sunt corruptibiles. 128.1.c. Vide ibidem umbram contradictionis, & solutionem.
Angeli adsistentes, dirigentes, & exequentes. 410.1.b
Angeli primi peccatum an fuerit occasio alijs cadendi. 299.2.a
Angeli in corporibus assumptis an exercèant opera vegetatiuæ. 363.2.c
Angeli Deo propinquiores plures sunt quàm cõpora remotiora. 195.2.d
Angeli ignorant virtutes proprias. 429.2.b
Angeli an sint versioni subiecti. 131.2.c
immortalitate præditi ex sui natura. 131.2.a.b
Angelorum ordines an sint post iudicium remansuri. 450.2.a
Angelus nullus est minimus, & simplicissimus: immo quoliber angelo potest fieri alius angelus simplicior. 212.1.a
Angeli quomodo prius creati. 527.1.b
Angeli purificantur æternitati. 132.1.b
Angeli non considerantur à Mathematico, ergo non habent quantitatem. 121.1.b
Angeli relatione ad Deum corporei. 370.1.a
Angelus inferior instrumentum superioris. 229.1.b.c
Angelorum coniectura de beatitudine erat sine timore. 273.1.c
Angeli an fuerint creati in gratia. 223.2.b.c
Angeli quomodo dicantur creati in gratia. 275.2.c. cum Augustinus dicat: Deus condens simul naturam, & largiens gratiam.
Angeli quomodo creati in magna pinguedine Sanctã. 276.1.a.b
Angelus quomodo cognoscat quod est supra se. 269.1.a
Angeli prius intelligunt causam, quàm effectum. 269.1.b. & hoc intelligere nõ est discursus. 269.1.b
Angeli mali an præscioerint se casuros. 269.1.c
Angeli Dei in scripturis aliquando nuncupati sunt homines, vt Ioannes discus sine Angelus. 368.2.b
Angelus cur simul Deum, se, & aliquid intelligere possit. 252.1.a
Angelus intelligens bouinem non esse asinum, non intelligit multa, ut multa. 252.2.a
Angeli in quibus illuminent, & illuminentur: & in quibus non. 421.1.a. & col.2.b
Angeli inferiores quomodo perficiãtur. 421.1.c
Angelorum perfectio. 422.2.b
Angeli cogitationes cordium per signa cognoscunt. idque exemplo declaratur. 330.1.b
Angeli quomodo cognoscant effectus in suis causis. 330.2.a
Angeli an in sua cognitione possint errare. 330.2.c
Angelus quomodo se moueat ad intelligendum remouendo prohibens: & ad intelligendum per partem. 244.2.c
Angelorum species quomodo moueant intellectum. 240.1.d
Angeli voluntas non dicitur agere, sed Angelus per suam voluntatem. 240.2.b
Angelorum corpora assumpta an ignea dici possint. 352.1.a. an aerea. ibidem d. an terrea. col.1.b
Angelus quid. 312.1.b
Angeli boni nunc peccare non possunt: eorundemque stabilitas vnde sit. 312.2.a
Angelorum visio, siue fruitio non mensuratur tempore, sed æuo. 131.1.a
Angelus an habeat apud se species intelligibiles. 232.2.b
Angelorum species, per quas cognoscunt, an possint mouere eorundem intellectum. 233.1.c
Angelorum cognitio quomodo fiat. 426.1.b
Angelus superior quomodo illomiaetur inferiorem. 426.1.d
Angelorum purgatio quadruplex. 426.2.a
Angelorum illuminatio per exercitationem. 429.2.a
Angelorum illuminatio per ueritatis propositionem. & quomodo fiat. 429.2.c.d
Angelorum locutio. 425.2.b
Angeli an sint cõpositi ex genere, & differentia. 174.1.c
Angeli in genere substantiæ. 174.2.b
Angelorum vox in corporibus assumptis cur locutio non possit dici. 361.1.a. & 376.1.b
Angeli superiores uno conceptu multa intelligunt. 436.2.d
Angelorum corpora assumpta an cœlestia dici possint. 357.2.b
Angelus non cognoscit, nisi ea, quæ habent esse determinatum, & certum. 270.1.a
Angeli boni quomodo sint contrarij inter se quandoque. 513.2.a
Angeli peccare non possunt, & sunt liberi 314.2.c
Angelus in exteriori materia operatur per suum uelle, & intelligere. 49.2.c
Angeli si præscissent suum casum, fuissent desperau ante quàm peccassent 269.2.b. & pœna, & dolor ante peccatum. 270.2.b
Angelorum fictus qualis. 515.1.d
Angeli post confirmationem liberiores, quàm ante. 310.2.a
Angelorum potentia volitiua. 312.1.a
Angeli boni an possint peccare. 312.1.a
Angelorum locutio quomodo non sit decepriua, & quomodo non vera & quomodo vera. 366.1.a
Angelorum corporum membra quomodo sint vera, & non vera. 368.1.b. c. & quomodo non sint frustra. 371.1.d
Angeli non possunt transmotare materiã, nisi mediantibus corporibus. 336.1.c.d

INDEX

Angelorum numerus excedit omnem rerum corporearum. 347.2 b
Angelus mouetur per accidens ad motũ corporis assumpti. 375.2 a
Angelus nũquam mouebit aliquod corpus, nisi sit in corpore, quod mouet, quamuis substantia corporea Angelo ad nutum obediat, quantum ad motum localem. 375.1.2
Angeli an cognoscant singularia. 253.1.b & quomodo cognoscant. 253.1.b.c.d
Angeli quomodo possint nostram voluntatẽ monere. 393.1.d.& 1.c.& 304.1.2
Angeli, ut suppositũ naturę, an corporibus vniri possint. 343.2.2
Angeli eiusdem ordinis non sunt aequales. 461.1.2.b
Angelorum an sit individuatio. 179.2.2. an sit individuatio substantialis, an personalitas dici possit. 180.col.2.& 2.
Angelorum species superiorum quomodo vniuersaliores. 247.1.b
Angeli plures remanserunt, quàm ceciderint. 212.2.2
Angelus an naturali dilectione magis diligat Deum, quàm se. 259.1.2
Angelica natura toti ceciderit, sicut tota natura humana. 316.2.2
Angeli quomodo sancti à principio, & quomodo non. 526.2.b
Angelorum gradus ex officijs vnde sumatur. 449.1.b. & eorum officia qualia dona. 440.1.b.c
Angeli duo aequales esse non possunt in naturalibus, neque in gloria. 449.2.b & cur sic. 414.2.c
Angeli omnes quomodo semper assistãt. 468.1.2
Angeli ad exteriora mittuntur, ita vtrò, vt ab intimis non recedant. 468.1.b
Angeli assistentes propriè quid sint. 468.2.2.& an sint plures ministrantibus. 469.1.2
Angeli an mittantur 469.2.d.an omnes. 470.1.c. an à contemplatione retardentur. col.2.b
Angelorum custodia fuerit. 503.2.d
Angelus an homini custodito semper assistat. 503.2.c
Angelus an desperet de custodito. 504.1.d
Angelorum corpora cur aerea. 361.2.d
Angelorum corpora etsi aerea, palpabilia tamen, rastuque resistentia ad nutum fiunt, sicut etiam ad nutum mouentur. 362.1.d.& 2.c.d
Angelorum corporum conditiones. 361.2.2
Angeli quomodo traijciant cibum. 366.2.b
Angeli conuiuia qualia. 366.1.c
Abraham, & Loth quomodo Angelos receperint, quos nesciebant esse Angelos. 367.1.b.c
Angelus quomodo moueatur ad motũ corporis. 371.2.d
Angelus, & anima eius ad motum partis corporis non moueatur, nec per se, nec per accidens, sed ad motum totius. 373.1.2.b.c.& cur ad motum totum.d
Angeli, & animæ sunt in loco diffinitiuè, non circumscriptiuè, & non mutant locum, nisi totum secundum substantiam. 373.1.2
Angeli non assumunt aerum corpus, sed vide scholium col.2. pag.353. ubi ponuntur quædam auctoritates D.P. Augustini, quæ sciunt maximam difficultatem. & vide Concil. Nicenum. 342.2.b
Angelorum multitudo qualis. 38.2.b
Angelus quilibet facit per se speciem. 38.2.c.& vide in scholio nostro opinionem Scoti, & dubij solutionem.
Angeli tamdiu mouebunt cœlos, quandiu erit impletus numerus electorum. 194.1.2
Angeli superiores non mouent. 194.1.b.c
Angelorum numerus secundũ Theologos. 195.1.c
Angeli non habent præteritum, nec futurum. 117.1.d
Angeli à se non habent, quòd duraverint in præterito, nec quòd durent in futuro. 117.1.d
Angelus superior quomodo eò plura cognoscit singularia per vnam speciem. 236.1.d
Angeli quonam pacto per multas conuersiones multa particularia cognoscant exemplo declaratur. 256.2.2
Angeli boni per coniecturam quodam modo se beatitudinem adepturos præsciuerunt. 272.2.d
Angeli nec boni, nec mali certitudinaliter præsciuerunt statum futurum. sed boni per coniecturam: mali autem non item. 272.1.b.& 173.1.2
Angeli duo simul esse non possunt, nec duæ animæ, nec duo Dij, si essent. 386.1.d
Angeli an præsciuerint se per mansuros. 271.2.d
Angeli boni per reuelationem præsciunt se per mansuros. 272.2.2
Angeli facunt in productione, quod faciunt Agricolæ in productione arborum. 385.1.d
Angelus nihil potest producere, non adhibita seminibus. 40.2.b
Angeli intelligere, & velle est aliquid superadditum substantiæ Angeli: Intelligere, aut velle Dei non sic se habent. 49.2.c
Angeli si non mouerent, quomodo essent in dispositione diminuta. 188.2.c
Angeli si non mouerent, quomodo essent otiosi. ibidem.& 194.1.b.c
Angelorum casus quid. 262.1.2
Angelus à sui primordio an verbum aperta visione viderit. 248.1.c
Angelus quomodo prius cognouerit res faciendas. 268.1.d
Angelorum prima cognitio. 268.1.2
Angelorum cognitio in verbo, & in proprio genere. 268.1.d
Angelorum quædam cognitio magis diffusa, quàm nostra. 268.1.d
Angelus aliter se, Deum, & alia cognoscit. 478.1.b.
Angelorum locutio, & cogitatio an sint idem. 478.1.b. an locutio, & illuminatio sint idem. 479.1.2
Angelus an alteri loqui possit. 479.1.d. an Deo loquatur. 479.2.c
Angelorum officia post diem iudicij quomodo euacuabuntur. 455.1.b. & quomodo remanebunt. 455.2.d
Angelus si directè ageret in alium, illa beretur ei. 455.2.2
Angelorum officia post iudicium remanentura, probatur exemplo. 455.2.c
Angelus est nomen officij, non naturæ. 457.1.b
Angelorum ordinum nomina varia explicantur 456.col.1.& 2
Angelorum naturalis cognitio. 311.2.2
Angeli per homines, aut per Ecclesiam in cognitione futurorum efficaciam proficiant. 512.1.2
Angeli in quatuor excellunt hominem, in semine adhibendo, & coniungendo actiuis passiuis. 338.1.b
Angeli sunt ubi operantur. 938.1.c.385.2.c & non agunt, nisi tangant. ibidem.
Alchimistæ an possint facere verum aurum. 338.1.c
Motus localis quomodo perfectior omnibus aliis. 328.2.c
Angeli non moti mouent cœlum. 374.1.a. & Motores cœlorum in qua parte eorum esse dicantur. 374.2.2
Angelorum, cur plures species hominum, verò vna tantum. 90.1.2
Angeli an eurdem cogitationes cognoscant. 328.1.b c.& cur non cognoscant futura contingentia: nec cordium cogitationes. 319.1. b. nec alterius Angeli. 329.2.d
Angeli duo simul esse non possunt. 383.2.b. & vide ibi in scholio opinionum diuersitatem, & difficultatem.
Angeli meruerunt suam beatitudinem, & gloriam per gratiam, quam cum gloria simul tempore habuerunt. 291.2.b.c.& 292.2.2
Angeli quantum ad locum an corpora mouere possint. 336.2.c
Angelus est ad se conuersus. 223.2.c.d
Angelus se ipsum per essentiam suam cognoscit. 215.2.d
Angelus an cognoscat alij à se per essentiam suam. 224.1.2
Angelus ex esse, & essentia compositus ex materia, & forma constare non potest. 161.2.b.c.& probatur.
Angeli & quantum ad esse, & quantum ad beatitudinem quomodo de sua æternitate non habeant futurum, nec præteritum, cum æterni non sint. 113.2.2. b.& 116.2.c.d
Angeli non habent materiam, sed aliquid per modum materiæ. 161.1.2
Angeli si æterni, fuissent tamen posteriores ordine sicut Solis splendor, qui tamẽ est coæternus Soli. 113.2.d
Angeli omnes mittuntur interiori missione et exteriori vero inferiores tantum. 473.1.c. cur supremi ad homines non mittantur. 473. 2. d. Seraphin tamen supremorum cur missus. 473.2.c
Angeli boni meruerunt, stantes veritate: Mali verò demeruerunt non stantes. 266.1.b
Angelorum meritum non præcessit præmium tempore, sed natura. 291.2.c.d. & 292.1.c.d.& 293. 1.2.b.c.
Angeli non occupant locum. 158.2.c
Angeli hic inferius ad nostram custodiã deputati quomodo vincant faciem Patris. 119.2.b
Angeli non sunt quanti. 163.2.b.c.d

INDEX

Angeli si essent materiales, inconuenien
tia sequerentur 164 1.d
Angeli quomodo abyssus tenebrosa. 174
1.b
Angelus non fuit creatus in gratia. 274
2. c
Angelus à gratia an cadere possit. 175.2.a
Angelorum ordines quot. 431.2.b
Angelorum ordines an sint nouem 431
3.d
Angelica operatio non mensuratur tem
pore proprie sumpto, sicut operatio
animæ. 217.2.b
Angelus potest mouere corpus immedia
tè per intellectum, & voluntatem. 596.
2.d
Angelus & si non peccasset, homo factus
fuisset. 84.2.d
Angeli hominibus famulantur. 85. 1.a.
& quomodo propter hominẽ. 85.2.a
Angelus Angelo non illabitur. 104.1.d
Angelica natura prius corporali, nõ tem
pore, sed dignitate. 101 2.a.106.2.a
Angelus quamuis non discurrat, non ta
men intelligit omnia simul. 104.1.d
Angelus quamuis non discurrat, non ta
men intelligit omnia simul. 104.2.d.
Angelus cum est in cœlo non potest mo
uere aliquid, quod sit hic inferius. &
quia non vbique est, non vbique ope
ratur. 49 2.d. Deus autem è conuerso.
Angelus an aliam purget. 417.2 b. An aliũ
illuminet. 417.2.c. An alium perficiat.
418.1.b
Angelus an sit compositus ex essentia, &
esse. 170.1.c
Angelorum vtia consideranda. 149. 1.d
Angelis cur maiora, & minora dona da
ta sint: Aliquibus etiam maior, & mi
nor excellentia facultates arbitrij, co
gnitionis, & intelligentiæ. 160.1.a.b
Angelus circa finem creare non potest,
sed homo. 284.1.c
Angeli ceciderunt à beatitudine innocen
tiæ acceptæ: & à beatitudine excellen
tiæ, quam erant accepturi. 284.1.d
Angeli sunt compositi ex potentia, &
actu, vel ex essentia, & esse, quæ realiter
differunt. 170.2.c.d
Angeli quomodo multa de nouo cogno
scant sine nouis speciebus. 244.2.b
Angelorum cognitio ob distantiam non
impeditur. 244.2.c
Angelorum creatio an præcesserit aliquã
moram ante peccatum. 220 1. c. d. &
col. 2. e. & 222.1 c. intercessit brevissi
ma mora.
Angelorum numerus superat multitudi
nem rerum materialium. 190.1.a
Angelorum numerus qualis. 190 1.c
Angeli quot sunt, tot genera. 164.2.a
Angeli duo nec eiusdem speciei, nec gene
ris esse possunt. 164.2.a
Angeli quam gratiam habuerint. 291.1.b
Angeli an per gratiam appositam mereã
tur gloriam. 298.1.b
Angeli superiores non mittuntur, sed in
feriores. 381.1.d
Angeli sunt compositi ex materia meta-
physica, secundum D. Bonauenturam.
168.1.c.in scholio.
Angeli quomodo informes creati. 168.
2. c
Angelorum dentes ponendos esse pul
chro exemplo declaratur. 356.2.d

Angelorum cadentium nullus habuit ple
nam scientiam de modo consequendi
beatitudinem. 300.2.b
Angelorum illuminationes, & purgatio
nes solum quantum ad leges, rationes,
& mysteria. 437.1.c
Angeli etiam non mouentes dantur. 196.
2. a
Angelus non potuisset intelligere totum
tempus simul, si mundus fuisset æter
nus. 67.1.a
Angelorum pars decima cecidit. 453.1.d
Angeli, nos, & Dij quomodo rationales.
247.1.d
Angeli ad Angelum clamor quid, & An
gelorum linguæ. 479 1.b
Angeli omnes quandoque à Deo illumi
nantur. 444.1.a
Angeli an sint spiritus omnes cœlestes.
442.1.a
Angelorum iudicium non potest esse fal
sum. 331.1.c
Angelorum cognitio Vespertina, Matu
tina vel diurna. 268.2.b.c.476.1.d
Angelus diligit se plus, quam alium. 261.
1.b
Angelorũ esse an sit substantia. 120. 1.a
Angelorum numerus an sit nobis notus.
185.1. d. quomodo sit nobis notus,
196.2.a
Angeli an fuerint creati beati. 265. 2 b.c
Angelus quilibet suam speciem consti
tuit. 406.2.c
Angeli infiniti non sunt. 197.2.a
Angeli peccatum quale 281.1. a
Angelorum influentia. 154.1.b
Angelos esse in loco, impossibile est. 525.
2 b.
Angeli loco corporeo non indigent. 525.
2. c
Angeli se ipsos melius in Deo, quam in se
ipsis cognoscunt. 226.2.c
Angelus inferior, & Deus ĩ eodẽ corpore
assũpto an apparere dici possint. 376
2 b. An superior, & inferior 377.1.a
Angelus cur per vnam tantum speciem,
aut per vnam essentiam suam omnia
non intelligat. 248.1.c
Angelorum naturalium distinctio dicit
etiã gratuitorum distinctionem. 409.
2. d
Angelorum plures species, quàm corpo
rum. 88.1.d
Angelorum numerus an infinitus. 189.
2.d.
Angeli duo non æque clarè intelligunt.
412.2.b
Angelorum compositio qualis. 169 2.d
Angelus ao loquatur sibi ipsi, Alteri, &
Homini 480. 1.a
Angelus cur cognoscat non solum secun
dum esse vniuersale, sed etiam particu
lare. 271.1.c
Angelica natura facta est primò, & non
primò, quomodo intelligatus. 101.1.c
Angeli an eiusdem generis. 201.2.d
Angelorum apparitiones factæ Antiquis
Patribus. 359.2.c
Angelos, siue intelligentias esse in paruo
numero, ridiculum est. 348.1.d
Angelus ad malum per naturam, sit im
mobilis per gratiam. 314.2.c
Angeli an in Angelis reperiatur nume
rus. 188.1.c
Angelus quomodo non cognoscat alium

angelum, sicut se. 261.2.a
Angelus naturali dilectione debet magis
diligere Deum, quàm seipsum. 261.2.c
Angeli custodes cuiuslibet hominis quot.
493.2.d.
Angeli ante lapsum, vel confirmationem
quales fuerint. 267 2.a
Angelus quomodo intelligat. 244. 2.a
Angelus cur dicatur peccasse statim post
initium. 223.1.b
Aogeli an possint materiam corpoream
ad formam transmutare. 334. 2 a
Angeli an sint in parvo numero. 189.1 a
Angelorum purgatio, & illuminatio quo
modo differant. 437.2.b
Angelus an naturaliter mali. 215 1.b
Angeli fuerunt creati ante mundum, se
cundũ Doctores Græcos. 58.2.c.67.1.d
Angelorum mensuræ. ibid.c.d
Angeli iudicio, & cognitione possunt er
rare. 331.1.d
Angelus, & anima simul creati. 215.2.d
Angeli intelligere, vel velle non est agere.
28.1.c.
Angelos non esse in loco quomodo intel
ligatur. 107 1.a
Angeli quo pacto corpora moueant ad
ubi, non ad formam. 337.2.d
Angelorum ordinum nomina. 446.1.a
ordines, & officia ibidem.b & col. 2.a
Angeli an futura cognoscere possint.
329.2 b
Angelus quomodo differat à sua quidita
te. 225.1.d
Angelorum pugna semper est ad voluntã
tem Dei adimpiendam 476. 1.a
Angelus non sufficit habitus ad intelligen
dum. 236.2.b
Angeli boni ad se conuertendum an in
dulgerint gratia. 280.1.a
Angeli boni quomodo dicantur videre
omnia. 519.2.a
Angeli vigent experientia temporum.
371.1.a.
Angelus suam appetendo beatitudinem
quomodo peccauerit. 281.2.a
Angelus cur nõ reparatus, sed homo. 299.
2.b.& 301.2.d.
Anaxagoras de latitatione formarum.
22.2 b
Anima iusti sedes Dei, & templum. 443.2.c
Animæ humanæ an sint æquales in na
turalibus. 89.1.c
Anima cur vocata corpori. 74.1.d
Animæ ad quem locum ferantur exutæ
à corpore. 537 2.b
Animæ organum corpus 97.1.b.c. Ani
mæ potentiæ tres. 231.2.a
Animæ potentiæ tres. 239.1.a
Anima quomodo moueat corpus. 97.1 c
Anima rationalis cur elementis simplici
bus uiri non debuerit. 96.1.a
Anima instrumentum, vel strumentum in
telligentiæ. 229.1.a
Anima, secundum Doct. de causis, causata
est à Deo, quantum ad substantiam,
sed quantum ad perfectiones intelligi
biles ab Angelo. 229.1.a
Animarum infinitas an fuisset, stante mũ
di æternitate 67.1.b.& cur huiusmodi
infinitas actu non sequatur. 67.1.d
Animæ quòd non essent infinitæ, stante
mundi æternitate, Deus inuenisset ad
quod inuestigãdum intellectus noster
non sufficit. 67.2.a

Ani

INDEX

Anima humana cur corpori terrestri vnita. 4.1.a an vniti deboerit corpori simplici. 94. 1. b. an corpori homogeneo. 94.1.c

Anima rationalis an corpori uniri debuerit. 91.3.c an corpori misto. 93. a.c. an corpori simplici. 94.1.a

Animæ, & corporis qualis unio. 91.2.d. 91.1.a. & non est accidentalis. 91.1.b

Anima humana est forma data materiæ. 83.1.d.

Anima humana est forma separata in materia. 85.2.a. & eius à Physicis considerat.

Anima humana an sit corpore indigeat. 526 t 2.

Anima retardatur à beatitudine propter corpus. 92.2.a

Anima beata cupit uniri corpori. 92.2.a

Animatum corpus quodcunque habet propriam formam, ideò animam 92. 2.c.d

Animam ire de corpore in corpus secundum Pythagoricos, quid sit. 92.1.d

Animam esse incorpoream, qua ratione cognoscatur. 167.1.d

Animæ operationes tres. 1. Viuere, Nutrire, & Generare. 361.2.c

Animas cœlorum esse medias inter intelligentias, & animas nostras est fabulosum. 87.2.a

Anima, secùndum Porphirium, omne corpus fugere debebat, ut beata esse posset. 92.1.a

Anima est tabula rasa. 346.1.a

Anima corpori, ut Motor cœlo, quomodo iungatur, 346.1.c

Animatum corpus quadruplex. 88.1.b

Animæ egressæ hinc decedentes quomodo eant. 304.1.a.c

Animæ damnatæ semper in inferno. 304 2. d

Animæ occisorum circumeunt sepulchra, ex Pythagoricorum fabulosis dictis. A 304.1.c.

Anima in Orizonte æternitatis quomodo intelligatur. & quomodo anima humana est quasi Orizon. 196. a. c. 327 2. b

Animæ distantia à Deo. 196.2.d

Animæ operatio in tempore: sed substantia in æternitate. 327.2.b.

Animæ intellectiuæ spem differenter cuidam non queant. 88.2.b.c

Anima rationalis quomodo reseruetur in qualibet parte corporis. 97. 2.c.d

Animæ cœlorum quænam sint. 86. 1.d.& 2.c.87.1.a

Anima cur pura potentia in genere intelligibilium. 349.1.c

Anima tota in toto, & tota in qualibet parte. 94.2.a

Anima humana quomodo fiat ex nihilo. 23. 2 b

Animarum circulus cur dari non possit. 365.1.a. & secundù naturæ cursum nò detur. 67.1.d

Animæ duæ simul esse non possunt: nec duo Angeli, nec duo Dij, si esset. 386.1.d

Anima humana cur per uoluntatem non possit mouere corpus. 95.1.a

Anima cui secundum esse est separata à corpore. 87.2.d

Anima cùo locus specierum intelligibilium. 851.2.d

Anima cognoscit se cognoscendo alia. 226. 2.a

Animam tolle onmeranem, non remanet, nisi res mota, & motus. 527.1.c

Anima habet materiam. 1. essentiam. 169. 1. b.

Animatorum gradus. 617. 1.c. quot, & qui. 617.2.d

Animæ actu infinitæ, si mundus æternus. 56.1.a

Anima se ipsam per se nouit. 223.2.d.

Animæ humanæ cur eiusdem speciei, non Angeli. 201.1.b

Anima humana educitur de potentia materiæ secundum dispositionem, non secundum substantiam. 93.2.b

Animæ materia quæ. 188.2.d

Anima non est in corpore, sicut Dæmon vel Angelus. 384.2.c

Anima Brutorum quomodo dicatur spiritus. 382.3.d

Anima est iosima intelligentiarum. 193 2.b

Animatum corpus non potest esse simplex. 87.2.a

Animæ beatæ mitti possunt iotra eælum 138.2.c

Anima est locus specierum. 224. 1. b.

Anima, quomodo moueatur ad motum corporis. 372.2.d

Anima cœli. 152 2.d. & 154.2.d.

Animæ cœlorum non sunt, nisi inferiores Angeli. 88.1.a

Anima in corpore quomodo sit, ut forma, & motor. 384.1.b

Anima cur faciat ad esse temporis, non autem ad esse æui. 134.1.c.d.

Anima ex materia esse non potest, & declaratur D. P. Augustini dictum. 161. 1. c.

Anima primum sentiens. 370.1.b

Anima à Patre disponitur. 91 2.b

Animalia quomodo facta ex terra, & aqua. 623.2.b

Animalia rationalia sunt omoia eiusdem speciei nobiscum; & omnes habentes animam rationalem, nisi monstrum ceciderit in natura, sunt similes Christo homini. 91.2.b

Animal est animal. propter sensum tactus 96.2.a.quomodo intelligatur. ibi.

Animal nullum excellit hominem in tactu 97.1.a. Et nullum sine corde, uel non habens aliquid loco cordis. 366. 1.b.c

Animalium aliqua de terra: aliqua uerò de aqua. 622.1.a

Animal quodlibet ex 4. elementis. 612.1.c

Animalia perfecta non possoot naturaliter produci nisi per simile in spē. 397.2

Animal duobus modis mori potest, sicut candela duobus modis potest extingui. 623.1.c.

Animal carens aliquo sensu non habet animam sensitiuam perfectam. 97.2.a

Animalia quæcta perfecta habent omnes sensus de necessitate. 97.1.a

Animali omni inest sensus tactus. 97. 2. b. c

Animalia nenenosa quādo creata, & quid homini prosint. 621.1.b

Animalia minuta quando creata. 621.1.c

Animal æternum non potuisset genera re. 67.2.d

Animalium nouæ species, ut Muli, & ge-

nerata ex putrefactione. 641.1 b.c

Animalia prima fuerunt creata à Deo. 533.2.b. quæ autem per putrefactionē per alia agentia potuerunt fieri. ibid.

Animalia an sint ornamenta elementorum. 624.1.b

Animalia ex putrefactione facta cur non generent. 29.2 d

Animalia perfectiora plures habent potentias. 248.1.a

Animal rationale an sit genus. 90.1 b

Ani mal quomodo se moueat. 14. 2. c. 240.1.d

Animalium rationalium tria genera. 342. 2. d.

Animalium, & Plantarum ordo. 193.2.a

Animalium inordinatorū triplex genus. 442.1.c.

Anni Dei, & nostri quomodo differant. 534. 2.b.

Anni nostri erunt omnes, cum omnes nō erunt. 534.2.b.555.1.d

Anni nostri tunc omnes, cum nihil sunt, quia sic sunt successiua. 72.1. b permanentia uerò, ut domus, cum iota sunt tunc incipiunt esse. ibid.

Ante omnia creata est sapientia. 103.1 b. idest Angelus.

Ante, ut ante Mundum, non dicit tempus sed æternitatem. 537.2 b

Ante tempus, & post tempus ante, & post dicunt tempus imaginatum. 51.2 b.c.

Ante omnia, quantum ad creationem, quomodo sumatur. 72.1.d 2.a

Antichristi tempore Lucifer soluetur. 307.1.b.c

Antichristus an habebit custodem. 497. 2.b. Habebit.

Apes non habent auditum, nec talpa oculos, nisi forte sub pelle. 412.2.c.

Apes ex corporibus mortuarum vaccarum. 641.1.d.

Appetitus intellectiuus, & humanus quomodo moueantur. 393.1.b

Appetitus unus trahit alium, ut iota rotam. 340.1.d

Appetituum uaria genera. 392.2.b

Apostoli interpretantur missi. 466.2.d.

Apprehensum sub ratione omnis boni impossibile est non esse uolitum. 99.1.b

Aptitudo, Priuatio, Appetitus, & Potentia quid sint. 545.1.c.in scholio.

Aptitudo materiæ an possit dici possibile. 348.2.a

Apuleius de Deo Socratis. 498.2.b. Et fuit Discipulus Platonis. 499.1.b

Aqua baptismi quomodo animam purget. 304.1.d.

Aquæum cœlum quodnam sit. 142. 2.b. & cur sic dictum. 142.2.c

Aquæ supra firmamentum. 142.2.b

Aqua est perusa, & frigida. 142.2.c

Aquæum cœlum dictum est sic, quia perluum, siue diaphanum: non quia frigidum. 142.2.c.d

Aquæ gibbositas arguit aquam sphæricæ figuræ. 601.2.a

Aquæ cui uinæ dicantur, & mortuæ. 153 2. b

Aquæ super cœlos an sint neræ. 538.1.a

Aquæ diluuij quæ nam fuerint. 538. 1.c

Aquæ super cœlos quid. 528.2.b

Aquæ proprium accidens est frigiditas. 15.1.c.

Aqua calefacta est in potentia accidentali

nt

INDEX

ut fint frigida. 153.1.c
Aquæ fuperiores quot modis fumi poſ fint. 588.2.b
Aqua,& aër ſecundum ſe non lucent. 573 2.b
Aquæ miuæ,& mortuæ. 552.1.a
Aranea non excellit hominem in tactu, ut quidam fabulantur. 97.1.a
Aranearum tela, & bitumdinum nidi ex inſtinctu naturali propter finē. 75. 2.c
Arborem percutiens à remotis quem ſo num reddat. 777.1.a
Arbores velle conſtituire Regem ex lib Iud. 3. quid ſibi velit. 336.1.c
Archangeli vnde dicantur. 441. 2.d.
Archangeli vnde dicatur. 435.2.a
Archangeli ad cuius cuſtodiam conſtitu tus. 409.1.b
Ariſtocratia, Timocratia,& Oligarchia. 406.1.a
Ariſtotelis error de æternitate mundi cō futatur. 71.2.b
Ariſtotelis philoſophandi modus. 335.2.b
Ariſt. rationes pro mundi æternitate. 43. 1.a
Ariſtoteles cur dixerit Mundum eſſe æter num. 46.2.d
Ariſtoteles excuſari non poteſt de Mundi æternitate. 47.1.a
Ariſtoteli cur magis, quàm alijs Philoſo phis fides ſit adhibenda. 9.1.b.
Ariſtoteles quomodo poſuerit duo prin cipia: tria: & quinque. 75. 1.d. & 2.a.b. & quomodo rectè poſuerit,& quomo do circa ea erraverit. 2.b
Ariſtoteles tria principia ſtatuit. 3.1.a
Arithmeticus conſideratquantitatem di ſcretam, Geometra verò continuam. 188.1.d.
Arca nauis ſi eſſet in ligno, fieret nauis, ſi cut ab arte. 76.1.a
Aſtra matutina. 2. Angeli. 195.1.c
Aſtrologorum iudicia quomodo impe diantur. 614.1.a
Aſcendam in Cœlum, dictum Luciferi quomodo intelligatur. 103. 2.c.
Aſſiſtere vnde dicatur ex Hugutione. 464 1.b.
Aſſiſtentes an unquam mittantur. 461. 2. b
Aſſiſtere quid. 465.2.b.467.1.c. 468.1.c
Aſſiſtere dicitur, non adſiſto euphonie cauſa. 464. 1.b
Aſſiſtere duplex. 464.1.c
Aſinus ex menſtruo equæ generat mulū ex inobedientia naturæ. 360.1.a,& cum mulo non convenit in forma, nec in ſpecie. 88.2.a
Aſſiſtere quid. 463.1.d.
Aſſiſtentes omnes an ſint. 2. Hierarchiæ. 463.2.a
Aſtronomus,& Geomanticus quomodo futura cognoſcant. 333.1.c
Artes operatiuæ tres, & ſubalternæ. 82 2.c
Ars ſub arte,& finis ſub fine. 83.1.a
Artes quædam non deliberant. 76.2.a
Artes mecanicæ inferiores conſiderant multa, quæ non conſiderantur à ſupe riore, ita ſe habent ſpeculatiuæ. 236. 2.b
Artis principium eſt voluntas. 582.1.d
Artium practicarum ordo. 245.2.d
Artium comparatio. 1 3.2.c.& ſubalter natiō. ibidem.
Articulorum fidei quidam pertinent ad Deitatem, quidam verò ad Humanita tem. 5.2.b
Articulus fidei eſt creatio Cœli, & terræ. 5. 2.b.
Artificiatum eſt nolitum: & in diffinitio tione artificialium ponitur voluntas. 438.1.c.510.1.d.2.a.598.1.b
Artificialia non habent in ſe principium motus,& quietis. 13.1.c
Artificiata quomodo à forma, quæ eſt in mente Artificis producantur. 613. 1. c
Attributa in Deo trifariam conſiderari poſſunt. 120.1.c
Auerti,& conuerti quid. 278.1.d
Aues cur qui eſcant in terra. 626.2.c.
Aues quomodo ex aqua,& aëre 614.1.b
Aues quomodo ornamentum aquæ. 642 1.a
Aues,& piſces quomodo moueantur ſur ſum. 98.2
Aues in uiſu; canes in odoratu excellunt hominem. 97.1.a
Auium,& Piſcium motus idem: & quan do ſimul creati. 626.1.c
Auium volatus in aëre, quaſi ſimilo eſt natatui piſcium in aqua 98.2.a
Auicebron liber, fons uitæ dictus. 161.1. b.& 168 2.a
Auicebron liber fons uitæ inſcriptus. 31 1.d
Auicenæ error, q creatura corporea ſolū diſponeret materiam, formam verò induceret datur formatum. 31.2.3. 72 2. c.
Auicennæ error confutatur de creatura corporali facta medi ante ſpirituali. ibi.
Auicennæ rationes pro mundi æternita te. 46.2.a
Auicennæ error dicenōs creaturam cor poream, mediante ſpirituali, creatam eſſe. 106.1.c
Auctor de cauſis improbatur. 86.2.d
Auctoritas ſcripturæ ſacræ quanta ſit. 3. 2.a.& 9.2.c.
Auctoritas S. ſcripturæ quanta ſit. 522.1. 2.536.2.a
Auctoritates S. Sripturæ ſunt piè interpre randę. 592.2.d
Auctoritates ſanctorū impropriæ ſunt piè exponendæ, non extendendæ. 353.2.c. in ſchoho.
Auctoritatis locus eſt infirmus. 92.c
Augmentum quomodo fiat. 14.2.c.d
Augmentum ſine nutritione eſſe non po teſt. 365.1.b
Auguſtinus quomodo uideatur ſibi ipſi eſſe contrarius de peccato Diaboli. 216 2.b.& 228.1.b
Auguſtinus,& Hieronymus contradicen tes. 521.1.d
Auguſtini, & Hieronymi conciliatio. 513.1.c
Auguſtinus pauca aſſeruit de Angelis. 346.2.d.& 553.1.d.& uil quaſi. 370. 2. d. 594.2.a
Auguſtini opinio de rerum creatione. 520.1.d

B

Beatitudo gratiæ eſt quædam felici tas. 266.1.d.
Beatitudo excellentiæ, in ſpe,& in re. 168. 2.b
Beatitudo in quo conſiſtat. 276 1.c
Beatitudo in quo principalius conſiſtat. 508.2.a
Beatitudo eſt uniuerſale bonum. 98.2.a
Beatitudo quid ſit. 98.1.b.
Beatitudinis gradus. 449.1.a
Beatitudo eſt operatio animæ ſecundum uirtutem perfectam. 82.1.b
Beatitudo quæ. 266.2.a
Beatitudo parócipata, & imparticipata. 267.2.d.
Beati omnes eſſe uolunt, nulli miſeri. 99. 1.b
Beati, & damnati quo mō in igne. 152.1.b
Beati in Patria quomodo loquentur. 140 1.d & 146.1.c
Beati peccare non poſſunt: & ſunt liberi. 314.1.d.
Beati non omnes æquales in gloria. 508. 1.b
Beati certi eſſe debent, quòd damnari non poſſint. 276.2.b
Beati in corporibus glorificatis uidebunt intus etiam in te nō tranſparenti. 152. 1.d
Beati uictoribus liberiores. 540.2.a
Beati omnia ſimul uident. 284.2.d
Beatus quilibet uult eſſe. 314.1.a
Beatorum corpora qualia. 252.1.c
Beatorum præmium eſſentiale augeri nō poteſt. 506.2.d.
Beatorum corpora glorificata erunt ibi ſtatim, ubi uolet anima. 141. 2.b
Beatorum ciuitas. 139. 1.c
Beatorum corpora glorificata ſaciunt ad quartum librum ſententiarū. 147. 1.a
Beatorum corpora quomodo poſſint eſ ſe ſimul. 381.2.d
Beatitudinis gradus ſeptem. 267.1.b
Beatitudinis uera ratio. 266 1.a
Bellum gerentes coronantur, non ſortes. 508.1.b
Benedictio Dei quid. 636. 1.c
Benedictio, & ſanctificatio cur data ſepti mo die. 634 2.a
Benedictiones animalium, & hominis an differant. 636.637
Binarius non eſt principium, ſed unitas. ib. 1. d
Binarius diuiſiouis principium. 587. 2.a
Boetij liber de unitate, & uno, non auten ticus. 166.1.b & 168.1.c.
Boni eſt ſe diffundere. 21.1.a
Bonitas Dei quomodo ſit cauſa rerum. 82.1.a.& finit.b
Bonum ſimplex. 339.1.b
Bonitas Creatoris eſt cauſa finalis omniū creaturarum. 71.2.c
Bona, & mala diuerſimodè eadunt ſub prouidentia Dei. Illa enim directè, & quantum ad beneplacitum: hæc uero quantum ad notitiam tātum, ideſt per accidens, & indirectè. 20.2.b
Bona omnia ſunt participatione diuinæ bonitatis. 80 2.b
Bonum non benè non eſt formaliter bo num. 319. 2.b.c
Bonum quantò maius, tantò magis mo uet. 101. 1.c.
Bonum eſt unumquodque participatiuè 102.1.c
Bonum concupiſcentiæ, & amicitiæ. 262. 1. c

INDEX

Bonum ſummum quomodo intelligitur, amatur, poſſidetur, &c. 99.1.b
Bonum eſt amae in quantum eſt, quo modo intelligatur. 102.1.2.b
Bonum eſt quid poſitiuum. 102.2.2
Bonum in ſe unumquoque eſt. 154.1.b
Bonum,& pulchrum. 76.2.2
Bonum non benè factum. 324.1.d
Bonum,& pulchrum appetuntur ab omnibus. 76.1.c.& 2a idem.
Bonũ creaturæ magis reſeruatur in Deo, quàm in ſe ipſa. 262.1.b.c
Bonum,& finis idem. 80.2 2
Bonum,quod omnia appetunt. 392.1.c
Bonum,ut bonum,& ut efficiens non eſt cauſa mali, niſi ut deficiens. 21.1.b
Bonum ducis bono ordinis maius. 261. 2. d
Bonus quia Deus eſt,ſumus 99.2.2 quomodo intelligatur. ibidem.
Bonum ordinis partius exercitus ad bonũ Ducis ordinatur. 81.1 b.& bonum ordinis partium Vniuerſi ad Deum. ibi.
Bonum ordinis eſt maximum bonum. 261.2.c
Bonum nelle non benè quid ſibi uelit. 322.2.b
Bonum duplex 408.2.c
Bonus quomodo ſalus Deus. 102.1.c
Bonus quia Deus eſt,ideo ſumus. 100.1.2
Boni ſumus, io quantum ſumus. 100 1. b.& quomodo. 102.1.2
Bonum dicitur æqualiter enti. 100.1.b
Bos pauperibus pro miniſtro 411. 1.2
Bouinæ carens generant ſcarabones. 13. 1. d
Brachium ſe exponit pru ſalute totius corporis, quia pars totum magis diligit,quàm ſe. 262.1.2
Bruta cur non poſſint peccare. 279.1.b.
Bruta cur non loqui dicantur. 376.1.2
Brutorum anima quomodo dicatur ſpiritus. 381.2.d
Brutorum mẽbra cui differant. 107.1.b.c

C

CAdent à latere tuo mille quid ſibi uelit. 505.1.a
Calefacere,calefactio, & calor quid differant. 34.2.d
Calefactio actio,& calefactio paſſio quid. 36.1.c
Calidum nobilius eſt,quam eſſe frigidum 103.2.b
Color, calefacere, & calefieri quomodo idem ſit. 116.1.2
Camæleo cur ſæpe uarios mutet colores. 354.1.2
Canes in odoratu: Aues in viſu excellunt hominem. 97.1.2
Canis laus, cum eſt ſuribundus. 215. 2. b
Carbonum ignitorum ſimilitudo. 423.2. d.& 425.1.d
Carnes bouinæ generant ſcarabones. 13. 1.d
Cataractæ cœli quomodo apertæ fuerint. 1. d
Cauſa per ſe non eſt abire in infinitum. 80. 2.d
Cauſa poſita ſufficienti, & non impedita, ſequitur effectus. 100.1.2
Cauſæ ſibi inuicem cauſæ, ſed non in eodem genere cauſæ. 428.1.c
Cauſa finalis ſuit negata ab antiquis. 75. 1. d
Cauſæ per ſe, & per accidens quænã ſint. 15.1.c
Cauſa omnis per ſe propter finem. 75.1.c
Cauſa per accidens quomodo infinita. 75.1 c
Cauſa omnis effectu prior. 113.2.d
Cauſæ particularium ſunt particulares: vniuerſalium vniuerſales. 254. 1.b.c
Cauſæ ſecundi ſententiarum quatuor. 1. 1.b
Cauſa prima magis influit, quam ſecunda. 78.1.c d.
Cerui, & leonis membra differunt, quia animæ differunt, 88.2.2
Charitas ordinata incipit à ſe ipſa.261.1 d.& quomodo potior in ſeipſa, quia in alia re creata. 261.1.d
Charitas eſt quid ordinatum. 258 2.b
Charitas cum peccato quomodo appeti poſſit. 280.1.2
Cherub cur uomen Diaboli. 297.1.b.
Cherubin ex ſcientia: Troni extentione
Seraphin ex amore dicuntur.437.1.2.440 2.b.curſico.267.1 2 b.
Cherubin plenitudo ſcientiæ. 408.1 c
Chimera quid ſit. 64.2.b
Circes Vlixi ſocios mutauit in beſtias. 389 1.b
Ciuitas una Angelorum, & hominum. 100.2.d
Ciuitas ex malis viris conſtat. 417.1.2
Clamor Angelorum,eſt eorum deſideriũ. 487. 2.2
Clauus ligno infixus quid. 428.2 2
Clemens Philoſophus. 237.2 d.
Cœlum eſt infra hominem. 85.1 d
Cœli motus unde. 596 2.b. & quomodo ſit in tempore ibidem, & quomodo ſit perpetuus.c.
Cœlum nonum quomodo cognitum à Philoſophis.148.1.2.b.Cœlum quomodo moueatur: & quomodo ſit in loco 149.1.2 b
Cœlorum numerus,& nomina. 149.1.2
Cœli decem ex opinione Pythagoræ. 149. 2. 2
Cœli para ſpiſſior,& luminoſior,ut Stella 95.1.c
Cœli Motor in oriente.95. 1. c. & motus ſemper regularis. 97.2.2
Cœlum non poteſt voiti animæ. 95.1.d
Cœlum ſidereum azurineum denſius eſt, quàm Luna,ubi maculoſa. 143.2.b
Cœlum S.Triuitatis. 599.2.d
Cœli nouem poſiti à Philoſophis. 142. 2. b
Cœlum nonum eſt Aqueum ſecundum ſanctos. 142.2.b
Cœlum Empyreum eſt totum lucidum: Aqueum uerò totum dyaphanum.143 1. 2
Cœlum quamuis habeat materiam partem ſui,non tamen habet eã contrarietatis ſubiectam. 98.2 c
Cœlum eſt primum alterans non alteratum. 93.1.d
Cœlorum ſeptem diſtinctiones. 144.2.2
Cœli Motoribus cur laſſitudo non accidat. 95.1.2
Cœlum quando eſt in grano milij. 595. 1. c
Cœlorum ſoliditas excellit omnia in ſoliditate. 145.2.b
Cœlum quomodo incorruptibile,& ingenerabile. 52.1 a b
Cœlum aqueum,uel Cryſtallinum. unde ſic dictum. 590.1.d
Cœlum an ſit corruptibile,cum unam eãdem materiam cum his inferioribus habeat. 556.2.c
Cœli diſpoſitio ad actiones quantum conferat. 341.1.2
Cœlum quomodo tranſmutet hæc inferiora. 612.2.d
Cœli an ſint animati. 616.2.b
Cœlum dicit formam:hoc cœlum dicit materiam. 181.1.2
Cœlum mouetur ad omnem differentiam poſitionis. 141.1.b
Cœlorum animas eſſe medias inter intelligentias, & animas noſtras eſt fabulo ſum. 87. 2.a.b
Cœlum quomodo animatum, & inanimatum. 617.1.2
Cœlum non ſit unum per ſe ex Motore, & corpore ipſo.617. 1. b. & quomodo animatum ex Auerroe. ibid.
Cœlum hoc,& in ſe quomodo ſit materia,& forma. 167.1.2
Cœlum intellectuale. 1. Empyreum ubi primum factum,Angelis eſt repletum, quomodo intelligatur. 158. 2.c
Cœlos quot poſuerit Rabanus. 598.2.b. & 599.1.c col.2 a
Cœlorum numerus unde ſumatur. 599. 1.2
Cœlum ſi eſſet animatum non poſſet perpetuò moueri ab anima ſua. 556.1.b
Cœlum eſſe eiuſdem naturæ cum his inferioribus põe ſumi tripliciter.592.2.b
Cœli an ſint animati. 594.2.2
Cœli non mouentur à ſua forma naturali. 574.2.c.
Cœlum directè agerè in uoluntatem noſtram, probatur apparenn ratione. 615.2.c
Cœli motus vita eſt in rebus mobilibus. 140.2.c
Cœlorum ordo,& numerus. 140.2.d
Cœlum fingeret per intellectum,nõ poſſet producere equũ ſine equo. 40.2 b
Cœlorum ſpiſſitudo,aut dẽſitas dicit perfectionẽ. in elementis uerò imperfectionem 143.2.d
Cœli conditio præſens erat in Verbo. 236.2.d. & ſunt prius in mente Angeli, quàm in ſe ipſo. 237.1.2
Cœlum an faciat ſonum. 146.1.b
Cœlum apud Platonẽ corruptibile p naturam,ſed Deo uolente incorruptibile. 556.2.c.in ſchulio.
Cœli creatio prius erat in uerbo Dei ſecundum ſapientiam genitam. 2.angelicam. 104.1.b
Cœlum decimum Pythagoræ additum. 149.2.b
Cœli compoſitio qualis.551. 2.c.552.1.c. d.duplex.2.2
Cœlum an habeat propriè materiam.550 2. c
Cœlo ex ipſo,ciuſque anima non ſit unũ per ſe, 87.2.b
Cœlum immobile nullum à Philoſophis poſitum. 139.1.d
Cœlum eſt agens uniuerſale 40. 2.c
Cœlum cur dicatur quinta eſſentia. 557. 2.d.& 559.1.b.c.
Cœlorum animæ quæ nam ſint. 86. 1.d.

INDEX

& 2.c.87.1.a.
Cœlum supra firmamentum. 589. 2.b
Cœlum quomodo cum labore moueretur. 28.1.c
Cœli vita quænam ex Auerroe. 552.2.a
Cœlorum animæ non sunt, nisi inferiores angeli. 88.1.a
Cœlum alterat per motũ, & p lumen. 566. 2.b.c
Cœlum quomodo dicatur animal. 628. 1.c
Cœlum agit in hæc inferiora. 610. 2.a
Cœlum octauum diuersis motibus mouetur. 158.2.b
Cœlum quomodo intelligatur non posse suscipere peregrinas impressiones. 359.1.a
Cœleste corpus potest transmutari in elementum, virtute Dei. 372.2.b
Cœlum duo dicit. 538.1.c
Cœlum, & ipsam vniuersum quo ito loco. 52.1.c.
Cœli natura apud primos Philosophos. 593.1.c
Cœli motus an sit naturalis. 597.1.a
Cœli figura. 587.1.d
Cœtus quatuor quænam sint. 220. 2.a
Cœtus quatuor in opere creationis an recte assignentur. 527.2.a
Cœtus quatuor. 70.2.c.524.1.a
Cogitatio non est in Deo. 587.1.c
Cognitio modica est illa, quæ cognoscit hoc, sed non oppositum. 329.2.b & ibidem.c de hoc vide Doctoris nostri pulcram imaginationem.
Cognitio humana per medium vniuersale est imperfecta: Angeli uero per species vniuersales perfecta. 247.1.c
Cognitio omnis, etiam sensus, suscipit speciem sine materia. 366.1.c
Cognitio triplex diuersa, Dei, Angeli, & Hominis. 255.1.d
Cognitio omnis à sensu. 95. 2.d.147.2.d
Cognitio ex posterioribus est ignorantis naturæ. 255.1.b
Cognitio rei qualis. res enim cognoscitur ut est in actu. 125.2.b
Cognitio viæ quomodo cessabit. 12.2.b
Cognitionum genera quatuor. 571.2.a
Cognitio viæ, & Patriæ differens. 411.1.b
Cognoscitur manifestè quod videtur. 4. 1.b
Cognoscere Deum Glorificatorem quid præsupponat. 6.1.d
Color primus est mensura omnium colorum. 111.1.b
Columbæ collum varium unde. 388.1.c
Complexionis nobilitas ex nobilitate tactus. 97.1.a
Compositio in omni ex duobus, quorum alterum potest esse per se, alterum potest esse per se, quomodo intelligatur. 148.2.b
Compositio ex esse, & essentia quid. 172. 1.a.& qua ratione cognita.b
Compositio ex materia, & forma qua ratione cognita. 172.1.b
Compositio ex potentia & actu est ex essentia, & esse. 171.2.c.& ista compositio est, per quam res existit, & est. 171. 2.d
Compositio actus, & potentiæ & generis, & differentiæ qualis. 176.1.c
Compositio propriè quænam sit. 178.1.d
Compositum sit, non materia, nec forma.23.1.b 35.1.b.178.2.a
Commune quomodo possit esse speciale. 443.2.b
Communicandi naturam vnus modus tantum. 29.2.c.& 32.1.d
Conchilia à simplicio vocantur Zoophita. 193.1.b
Coodensatio quot modis. 638.2.b
Conciliatio omnium opinionum de æuo 516.2.b
Concilium Nicænum de Angelorũ coporibus. 32.2.b.c
Conditarum rerum duratio. 42.2.b
Confirmati in gratia habent liberum arbitrium libertas uiatoribus. 340.1.c
Coogregentue Aquæ, & apparet arida, quid. 565.2.a
Coniunctio per essentiam, & virtutem quid differant. 349.1.a
Coniuncta, si sunt duo aliqua, si unum separatur, & alterum. 148.2.b
Coontactus triplex. 243.2.d
Coontactus duplex. 254.1.d
Connueri à tempore quid. 535.1.a.537. 1.c
Contingentia, & necessaria quot modis dicantur. 271.1.a
Contingens duplex: ad vtrumlibet, & non 326.1.c
Continuum quomodo diuisibile secundũ quodcunque signum, non tamen secũdum omnia signa. 67.2.b
Contradictionis umbræ quatuor de Angelis, & de intellectu: & solutiones. 264. col.1.& 2.
Contradictionis umbra, & solutio de Angelorum beatitudine. 267. 2.c.d.272 2.a
Contradictionem implicantia Deus facere non potest. 105.1.b
Contradictionis umbra de individuatione. 41.2.a.235.2.b
Contradictionis umbra de differentia, quæ dicit totum, & partem. 176.1.d
Contradictionis umbra de individuatione. 181.1.a.185.1.b
Contradictionis umbra de mala non pariente. 280.2.c
Contradictionis umbra de instanti, fluxuque, & solutio. 512 2
Contradictio & solutio de corpore, quod habemus à Matre. 691.a
Coontradictoria nullum agens potest. 22. 1. b
Contraria maximè à se distant. 107.2.d
Contrarietas prima cur priuatio, ut habitus. 19.1.a
Contrarietas cur faciat difficultatem in effecto. 29.1.a
Contrarium. Ea contrario aliquid fieri cur difficilius, quam ex nihilo. 26.1.d
Contraria quomodo posita in eodem genere. 549.2.c
Contraria omnia opponuntur secundum priuationem, & habitum. ibid.
Coontrariorum si unum est in natura, & reliquum. 18.1.a.21.1.d
Contrariorum utilius semper habet rationem priuationis: ut amarũ: dulcedo uerò habitus. ibid.
Contrariorum omnium semper habet rationem priuationis. ibid.
Conuersuum omne ad se est in corporeum. 223.2.c
Conuersio non præcedit gratiam tempore, sed origine, & natura. 290.2.c.d
Conuersio præcedit gratiam gratum facientem. 290.1.c
Conuerte nos domine, & conuertemur. 616.1.b.329.1.a
Conuerti quid. 277. d. Auerti quid ibid. & 289.1.c
Cor est animæ organum principale. 365. 1. b
Cor primo formatur, & ultimò moritur C365.1.c
Cor membris oĩbus tribuit uitam. 365. 2.a
Cor in animali se habet, ut lignum recuruum in naui: & fundamentum in domo. 365. 1.c.d
Cor Animalis si ad horam quiesceret, statim finiret uitam. 153.2.a
Cor, & hepar quomodo concurrant ad generationem. 367.2.b
Cor Regis in manu Domini. 616.1.b
Corrisus est alios à seipso in Theatro, & in foro. 134.1.a
Corpora Angelorum quomodo palpentur, & tactui resistant, cũ sint aërea. 362 1.d.& 2.c.d.& videantur. ibid.
Corporum assumptorum uisibilitas unde, & quomodo in eis sit colorum diuersitas. 362.2.c
Corpora omnia mixta naturali motu mouentur deorsum. 98.2.a
Corpora duo simul esse non possunt: nec duo Angeli, nec duæ animæ, nec Duo Dij, si essent. 326.1.d
Corporum Angelorum quomodo sint membra oera, & non uera 366. 1.b.c. & quomodo non sint frustra. 371.1.d
Corporum denominatio quomodo fieri debeat. 360.1.b
Corporalia obediunt Angelo ad nutum quantum ad motum. 491.2.c
Corpora Beatorum quomodo possint esse simul. 381.2.d
Corpus animarum quadruplex. 88.1.b
Corpus omne est quid sensibile, saltem sensu uisus. 137.2.a
Corpus, quod corrumpimur, aggrauat animam. 91.2.c.d
Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. 464.2.b
Corpus quodlibet in quodlibet corpus mutati potest virtute diuina. 165.2.b.c
Corpus glorificatum potest esse, & moueri in alio corpore. 147.2.a
Corpus humanum plus habet de quantitate elementorum materialium, & passibilium, quàm agentium, & formalium. quomodo intelligatur. 98. 1.a
Corpus omne mobile, & è conuerso. 137. 2.a
Corporum ordo. 448.2.a
Corpus organum animæ. 97 1.b.c
Corpus animatum non potest esse simplex. 87.2.a
Corpus humanum domus lutea. 94.1.c
Corpus, quod nũc est fœtinæ, postea erit animæ gloriæ. 464.2.b
Corruptibile, & incorruptibile cur differant pluſquam genere. 44 2 b
Corruptibile quomodo fiat Incorruptibile. 384.2.c
Corruptibile, & incorruptibile quomodo differant genere. 204.1.b
Creandi potentia an creaturis communicari possit. 26.1.c.& 28.2.c
Creatio.

INDEX

Creatio, & conseruatio quomodo se habeant ad inuicem. 64.1.b.c
Creatio cęli, & terræ pertinet ad Deitatẽ & Patri adscribitur. 5.2.b
Creaturarum consideratio cur ad Theologum spectet. 5.2.b
Creatio, annihilatio, & multiplicatio filius Dei. 575.2.c
Creatio, Generatio, Corruptio, & annihilatio quomodo differant. 55.1.c
Creare potest cõmunicari ministerialiter creaturæ. 28.2.a
Creaturæ quid possit communicari. 2.2.c
Creare quid sit. 28.2.d & 30.2.c
Creare est proprium solius Dei. 4.2.c
Creare nou est fieri. 25.2.d
Creare idem, quod dare esse. 65.1.c
Creare nul'a creatura potest. 26. 2. a. b. c. d
Creare quomodo creatura dicatur posse. 27.1.2.d
Cratura corporalis, & spiritualis quomodo facta simul tempore 103.1.c.& vtraque informis. 103.2.b
Creata sunt omnia in initio temporis 103 1.d
Creata sunt omnia simul, uel in præsentę materia. ut corporea: uel in naturali sua perfectione, ut spiritualia. 106.1.d
Creatura corporalis, & spiritualis simul tẽpore, uel durationc. 106.1.c
Creara uniuersa cur ualde bona. 92.1.c
Creatio ipropriè dicta io S Scriptura creaturæ potest adscribi. 4.2.c
Creatio rerum noo mensura, ut instanti temporis. 58.1.b sed mensurarur æuo, uel nunc æui. ibid.
Creatio est esse datio ex simpliciter nou ente. 55.1.c
Creaturæ productio à Deo est uoo naturaliter, sed uoluntariè in aliena substantia. 57.1.2.b
Creatio sunt facta in initio temporis, oon in nunc temporis. 72.1.2
Creatura rationalis au dciur infra bominem. 88.1.b
Creatura omnis clamat Deum Auctorẽ suum. 149. 2.d
Creatarum rerum omnium quatuor consideraoda 5.1 b
Creaturarum consideratio an ad Theologum spectet. 5.1.d
Creatio cęli, & terræ est articulus fidei. 5. 2. b
Creaturarum consideratio manuduxit nos io Dei cognitionem, ut est Trinus, & unus. & ut Glorificator. & c.5.2.c
Creaturæ quomodo sint factæ in odium, in muscipulam, & in reniationem hominum. 7.1.b
Creatio non est motus, nec mutatio. 25. 2. c
Creatio quid sit. 25.2.d
Creatio oihil præsupponit. 26. 1. a
Creaturæ omoes uou sunt nisi quædam entia deficientia à primo. 41.1.2
Creatura cur non potuit esse coæua Creatori, 57.1.d
Creaturæ desfinitio ab Augustino data. 57.1.d
Creator quomodo cognosci naturaliter possit. 1.1.a
Creaturæ quomodo nobis Dei Cognitionem præbeant. 2.2.a
Creata quomodo fuerint omnia simul. 72.1.c & 2.2.d
Creatoris bonitas est causa finalis creaturarum. 73.2.c
Creaturæ productio ex uolũtate filij Dei ex natura. 70.1.2
Creaturæ quænam æternæ. 536.2.b
Creaturæ declaratio uon est propriæ diffinitio data ab Augustino. 70.1.c
Creaturæ in sacra Theologia considerantur modò Theologico. 3.2.2
Crearurum rerum omnium teia considerauda. 3.2.b
Creaturæ differentes specie qũo se habeut secundum distantiam linealem: sed eiusdem speciei quomodo secundùm distantiam à latere. 41.1.c
Creaturæ quomodo sint factæ in odium, & rentationem hominum. 85.1 c
Creatura prius inducit accidẽs, quam substantiam immediatè. 27.1.c
Creare idem, quod dare esse. 64.1.c
Creatio ante omoem diem. 520.1.2
Creata sunt omnia simul, quomodo intelligatur. 106.2.2 b
Creatura quælibet agit, ut orgauum. 27 2.c
Creatio est realiter idem, quod ipsum esse rei. idque tribus vijs declaratur. 36.2.b. & est quædam esse factio. 37.1.b
Creari an aliquid ex nihilo possit. 22.1.2
Creatura si æterna fuisset, quo Deus natura prius, quam creatura. 113 2.d
Creaturæ procedunt à Deo non per naturam, nec per uoluntatem, concomitantem natura, sed per uoluntatem, ut uoluntas. 39.2.d
Creatio quomodo fiat. 55.2.c. & quid sit. 36.2.b
Creatio quomodo fiat ex non ente. 20.2.c
Creatio quomodo sit relatio, & quomodo dicat respectum. 37.1.c
Creaturæ cur à Deo liberè procedant. 40.1.2
Creaturæ cur natura diuina communicari non possit. 40.1.2
Creaturæ à Deo quomodo deficiant. 40. 1. b
Creata quomodo sint omnia simul. 237. 1. a
Creatio, & transmutatio agentium naturalium ad differant. 36.2.d. quomodo differant. 37.1.2
Creatio in creatione semper sunt simul fieri, & factum esse. 68. 2. b. & quomodo differant. ibid.
Creari, & creatum esse suot simul. ibid
Creatura omnis mouet secundum determinatum modum. 155.1 b
Creatio, & conseruatio quomodo differant. 57.1 .b.& non eadem actione suot à Deo. ibid.c
Creaturam fieri ab æter no, implicat contradictionem. 57.1.c
Creare nulla creatura potest. 26.2.2 b.c.d
Creare quomodo creatum dicatur posse. 27.1.2.d
Creaturę actus triplici indiget continuatore. 27 1.b.c
Creatio an sit idem quod esse creaturæ. 34.2.b. 35.1.b
Creatio est quædam esse factio. 34.2. d
Creatum quodlibet cõpositum est ex actu & potentia, & ex hoc creatur, quia communicatur ei esse. 16.1.b
Creatio totius vniuersi non mensuratur tempore. 58.2 b
Creatio alicuius nec directè, nec indirectè, nec per se, nec per accidens mensuratur tempore uel instanti tẽporis. 58. 2.b.c
Creatio an potuerit esse ab æterno. 59. 1. a
Creatio fuisset in instanti temporis, si mundus fuisset ab æterno. 59. 1.b & 2. 2.c 1. c
Creaturæ omnes sunt quædam expressiones, & uestigia diuinæ naturæ. 221.2
Creaturæ quot modis à Deo deficiant. 40.1.c
Creatio est transiens in exteriorem materiam. 42.1 b
Creatio est actio transiens in exteriorem materiam. 36. 2.c.& cur perfectio actu ibidem.
Crator Deus quot modis cognoscibiliter dicatur. 3.2.d
Creationis opus an in tempore factum. 594 2.c
Creatura nulla creare potest. 26.2.2.b
Creaturæ a Deo, ut oumeri ab uoitate. 397.2 d
Credulitas, & ueritas uon eodem modo in principijs & conclusionibus. 174.1.b
Christi comestio. 364.1. c. & qualis. 366. 2. d
Christus à Dæmone quot vitijs tentatus. 308.2.2
Christus cum peccatoribus cus manducabat. 308.2.c
Christus cur indigucrit Angelica custodia, & simul habuit multitudinem Angelorum ab obsequium, & famulatum. 500.1.c
Christus uerèin passione timuit, & doluit, & tristatus est. 500 1 d
Christi corporis quantitas quomodo posit esse simul cum dimensionibus panis
Christus quomodo tresdies in sepulchro moratus fuerit. 586.1.a
Christus tantum fuit beatus, & dolens. 585. 2.a
Croci coloc ob ignis lumen cur non uideatur. 574 2.a
Chrysillus ex quo fiat: & Crystallorum duæ species. 618. 2. c. & à frigore semper generatur. 619.1.a
Crystallus transparens, & splendidus. 151 1. b
Cum tora soot, nihil suor ut anni nostri tunc eruni omnes, cum uihil sunt. 72. 1. b
Cupiditas radix omnium malorum. 288 1. c
Custodia Angeli data hominl ab animæ insusione quo de causis 497.2.c.d.
Custodia Angelorum quando incipiat, & desinat. 504.1.2.& col 2.d
Custodia Angelorum tractatur. 494.2.a
Custodia Angelorum bomini data quot de causis. 495.1.c
Custodia Angelorum Philosophis cognita. 498.2.2
Custodes Angeli sunt ex infimo Hierarchia. 501.1.b
Custos Socratis quisnam erat. 499.1.c.d

D

DAemonum prælatio cessabit: necnõ Aogelorum boonrum, post iudicium. 510.1.2 quantum ad actus ibid
Dæmonis ptãs quanta sit. 310.1.b.& 311.c.d

INDEX

Dæmonũ ordo ratione naturæ. 459.2.a
Dæmones æquales duo esse non possunt neque in nobili tate, neque in natura. 459.2.c
Dæmon quomodo fiat unus spiritus uergens cum uerarn: & nobis inuitis sciat nostras cogitationes cordium. 384.2.d.& 387.2.c
Dæmon quomodo initiũ figmenti Dei. 213.2.a & 214.1.c
Dæmon, & anima quomodo possint esse in eodem corpore. 382.2.b
Dæmones decano otitio victi semel, de illo uincendi amplius nõ tentãt. 307.2.a
Dæmones uictos à tentatione desistere quot modis contingat. 307.2.a
Dæmon uictus de uno uitio, cur de alio tentet. 307.2.d
Dæmones victi quando à tentatione semper desistant. 308.1.d
Dæmon victus quomodo à tentatione desistere dicatur. 308.1.c
Dæmon quot uitijs Christum tentauerit. 308.2.a
Dæmonibus naturalia integra, & spiritualia remanserunt. 346.2.c
Dæmones cur Animalia dicantur à nonnullis. declaratur tribus modis. 346.2.d.& 343.1.a
Dæmon quomodo dicatur à Dionysio concupiscentia demens, furor, & phantasia. 347.1.b
Dæmones quomodo sint in arre caliginoso, in inferno, & hic nobiscũ. 309.1.d
Dæmones, qui ceciderũt, quo sint uocandi. 309.1.2.& eorum ordinis. ibidem.
Dæmones quomodo detineantur in aere caliginoso. 309.2.c
Dæmones qui ceciderunt, cur à Cherub dicti, ideſt à scientia. 309.2.b
Dæmones quomodo in corpore, non à corpore detineantur. 309.2.c
Dæmon ignorans, non per ignorantiam peccauit. 297.2.c. sed cur sibi non cauit. 298.2.a
Dæmonum tria considerauda. 305.2.d
Dæmoni potestas cur tradita. 306.2.a
Dæmonum naturalia integra. 304.2.c
Dæmonum pugna nos debet lætificare. 306.1.b.c
Dæmones quo pactu semper secum ferant ignem. 305.2.b
Dæmonibus an sit prælationis ordo. 305.2.a
Dæmonum est ordo respectu naturæ, culpæ, nostriq; exercitij tõne. 305.2.c
Dæmonib. an det locus proprius. 302.1.d
Dæmonum carcer, & quomodo dicãtur esse in carcere. 302.2.c.d
Dæmonum locus ex Pythagora. 302.2.a
Dæmones sunt in isto aere caliginoso. 302.2.b.c
Dæmones in aeris media regione. 302.2.b
Dæmon, & animæ damnatorum cur impœnitentes. 325.2.c.d
Dæmonum libertas arbitrij. 327.2.b.c
Dæmonis peccatum omni caret medio. 319.1.a
Dæmon potest velle bonum, sed non bene, ideſt nõ formaliter. ibidem. forma sitet eum fuit semper malum. ibidem
Dæmones alij à Lucifero voluerunt esse beati sub Lucifero per sua naturalia 300.1.c
Dæmon quid ex Hugutione Grammatico. 499.1.b
Dæmonis non fuit ummittio, sed commissio. 288.1.b
Dæmon illudit sensus nostros tribus modis. 388.1.c & 389.2.a
Dæmonũ diffinitio ex Platone. 343.2.c
Dæmonum miracula. 336.1.d
Dæmon non peccauit ex passione. 319.1.a
Dæmonum dolor inutilis. 321.1.d
Dæmonum superbia quomodo ascendat semper. 321.2.a
Dæmonum motus naturalis non potest esse in Deum. 321.2.b
Dæmones nostrum exercitium. 303.2.a. & 306.1.d
Dæmon illuditur à bonis. 305.2.a.b
Dæmonum nomina varia. 492.2.d & eorum declaratio. 493.1.a.b
Dæmon si per ignorantiam peccauit, cur sibi non cauit? 298.1.a
Dæmonis in peccando quinq; deceptiones. 298.2.b.c
Dæmon non est amplius viator. 323.2.b
Dæmones nihil amiserunt de his, quæ suus naturæ. 324.1.b
Dæmon habens oculos clausos quomodo intelligatur. ibidem.c
Dæmones an semper pœna ignis punitor. 303.2.b
Dæmonum an sint ordines. 451.1.a. An sit prælatio. ibidem.d
Dæmon Deo seruiens illuditur. 464.1.c
Dæmonis caoda ideſt persuasio. 309.1.b
Dæmonum peccata ad bonum reducuntur: Hominum verò ad tria. 322.2.b
Dæmon longinqua nuncians. 244.2.c
Dæmones cur Dæmonib. præsint 410.2.a
Dæmones cur semper uera non dicant. 334.1.b
Dæmones vigent subtilitate sensus ideſt cognitioos. 370.2.d
Dæmon suum principatũ præuidit. 269.2.b. sed non modum. 271.2.a
Dæmonum locutio qualis. 460.2.d
Dæmonum obedientia qualis. 460.2.b
Dæmon ao possit bonum facere, uel penitere. 319.2.c
Dæmonum peccatum. 301.1.a
Dæmonum ordines quot, & qui. 458.2.a
Dæmones cur dicatur Cherub. 458.2.a
Dæmonibus remanserunt integra naturalia. 457.2.b
Dæmones cũ Deo assistant. 464.2.d
Dæmonum concordia qualis. 322.2.a
Dæmonum, & hominum peccata quomodo differant. 322.2.a
Dæmonis pœna accidentalis crescit semper. 322.1.c.& 324.2.a
Dæmonis pœnitẽtia, & dolor q.d. 324.2.b
Dæmon cur obstinatus, & impœnitens. 322.2.b
Dæmon non nisi nolentẽ vincit. 317.2.c
Dæmonum scientia. 331.1.d
Dæmonum iudicium potest esse falsum; nõ aũt Angelorum bonorum. 331.2.c
Dæmon intrauerat in animã, unde exierat Christus, quomodo intelligatur. 383.1.a.388.1.a
Dæmones, & damnati cur possint esse alibi, quàm in inferno. 339.1.a
Dæmonum diuinatio qualis. 332.2.c
Dæmones quomodo diuinare possint occulta cordium. etiamsi nolimus, & multa alia ex P.D.Augustino. 332.2.c.d.& 333.1.a.b
Dæmon quomodo in anima. 381.2
Dæmones, & Angeli boni quomodo mouere possint nostram voluntatem. 393.1.& col.2.c.& 394.1.a
Dæmones an futura diuinare possint. 332.1.d & col.2.b
Dæmonis casus uoluntarius. 269.2.d
Dæmones an partem intellectiuam immutare possint. 383.2.a. An partem affectiuam, c
Dæmonis uoluntas semper est iniusta. 340.2.c
Dæmonem an naturaliter mali. 215.2.c.d
Dæmones non naturaliter mali 213.2.b. probatur tripliciter. 214.1.a.b
Dæmonum diuinationibus cur non sit credendum. 334.1.c
Dæmones credunt, & contremiscunt. 314.1.c. & hoc modo faciunt bonum, sed non benè. 324.1.d
Dæmones quomodo diligant Deũ plus, quàm se. 263.2.a
Dæmones un ingrediantur corpora inanimata, non ex assumentes, sed tamum mouentes. 379.1.2. An ingrediantur animata 2.a uegetatiua. 379.2.a an corpora humana uexare possint. 370.2.d
Dæmonis inuidia ex superbia. 287.2.c. & primũ peccatũ fuit superbia. 287.2.b.c
Dæmones fingunt se recludi in aliquo corpore, ut nos decipiant & quomodo erant in idulis. 381. 2.a.b. & 334.2.d
Dæmones, uel Angeli animæ rationali illabi an possint. 384.2.b
Dæmonum syndereſis inextincta. 314.2.b
Dæmonis diffinitio. 331.2.c
Dæmones quomodo multa uobis apparere faciant. 390.1.c
Dæmones sunt Reipub. inimici. 339.2.b
Dæmon quot modis Deum cognoscat. 465.2.a
Dæmon quomodo egrediatur à facie Dei. 465.2.d
Dæmones an victi ab eadem tentatione desistant. 307.1.a
Dæmones sunc impœnitentes: contremiscunt tamen, & credunt, sed non benè. 324.1.d
Dæmon si babuisset gratiam, cur peccare non potuisset. 279.2.d
Dæmones nec oerbis, nec herbis, nec coreis subiacent. 340.1.a & vide schollium. 340.2.a
Dæmon quomodo dixerit occultum mirandum certitudinaliter. 392.1.a
Dæmon si præsciuisset suũ casum, fuisset desperatus ante, quã peccasset. 269.2.b. & pœna, & dolor ante peccatũ 270.2.b
Dæmou quomodo in idolis. 387.1.b
Dæmonum locus post iudicium. 303.1.b
Dæmones cur in aere: & animæ damnatorum in inferno. 303.2.a
Dæmonum locus ex triplici magnetum. 303.2.a
Dæmonum lumen quoddam obtenebratum natura est. 303.1
Dæmones quo bean fuerint. 268.1.
Dæmones à bonis Angelis an reuelationem accipiant. 340.2.b
Dæmonũ actiones an per semina. 340.2.c
Dæmonum locus. 294.1.d
Dæmonibus aer plenus. 294.2.a
Dæmonum præsidentia. 294.2.b
Dæmon uictus, à tentatione an desistat. 294.2.c.d

INDEX

Dæmones loquere quomodo puniantur. 304.2.a
Dæmones an igne absente cruciari possint modo spirituali. 304.2.c. An Deo assistant. 463.1.b
Dæmones inferiores eodē modo peccauerunt, quo Lucifer. 285.1.d & col.2.d
Dæmon per reuelationem suum casum scire non potuit. 270.2.b. nec per coniecturam ibidem. præscivit tamen dominum. non modum. 271.2.a
Damnatorum pœna duplex 358.1.d & ciuitas. 359.1.c
Damnandi sunt plures, quàm saluandi. 518.1.a
Damnatus nemo, nisi ex sua mer culpa saluatur nemo, nisi ex gratia diuina. 305.1.b
Dæmoni, & Beati quomodo in igne. 352.1.b
Damnati cur impœnitentes. 325.2.c
Damnatorum numerus non minuit pœnam. 388.1.c
Damnati, & Dæmones cur possint esse alibi, quàm in inferno. 339.1.a
Damnatorum ciuitas. 359.1.c
Danielis dictum de numero Angelorum quomodo intelligatur. 297.1.b
Decalogi præcepta sunt de iure naturæ. 259.1.d
Deceptiones tres circa reuolutiones. 61.2.c & circa infinitum. 62.1.d
Decima Sphæra à Pythagora addita. 149.2.b
Defectuum cur multiplicitet, & æquale uno modo tantum dicatur. 40.1.b Deficiendi modi plures. ibidem. & c.d
Delicta quis intelligit? declaratur. 279.2.c
Demostratio in aliquibus fit à posteriori tantum: à priori uerò non. 451.d
Demonstratio cum opinione stare non potest. 12.2.b
Demonstrari non possunt ea omnia, quæ sunt vera. 70.1.d
Demonstratis duobus, oportet alterum ex altero esse, aut ambo ex termo. 56.1.c
Denarius numerus est numerorum finis. 149.1.d
Densitas est stellis necessaria, vt lucidæ sint. 151.1.d
Densitas in ea'is dicit perfectionem: in elementis uerò imperfectionē. 149.2.d
Dentes Angelorū ponendos esse pulchro exemplo declaratur. 356.2.d
Dentes Angelorum. 511.1.d
Denati Angeli superiores. 423.1.d
De quolibet vera est affirmatio, uel negatio, quomodo negetur. 282.2.d & 283.1.a
Desiderium est rei non habitæ: amor verò habitæ. 79.2.d.
Dei aūt desiderū p amore sumitur. ibid.
Dei attributa trifariam cōsiderari possunt. 100.1.d
Dei dicere, & fari quid in Deo dicant. 321.2.d
Dei quies quomodo intelligenda. 321.1.c
Dei voluntas quo causa rerum. 510.2.c
Dei bonitas est ipsa beatitudo. 301.2.a
Dei actio an possit se extēdere immediate ad plura. 37.2.c
Dei, & hominis felicitas. 638.1.b
Dei intellectus quomodo differat ab humano. 24.2.a
Dei bonitas quomodo sit causa rerum. 82.1.a. & finis. b
Dei gloria, & bonitas est finis operantis. 79.1.d
Dei cognitio dupler. 465.1.a. & col.2.b
Dei, & creaturæ medium. 420.1.c
Dei duplex scientia. 510.2.a
Dei perfecta sunt opera quomodo intelligi debeat. 34.2.a
Dei esse quomodo est causa nostri 99.2.b
Dei esse, & bonitas quomodo causa creaturarum. 99.2.c
Dei, & Solis analogia. 420.1.a
Dei motus generalis, & specialis quinam sint. 290.1.b
Dei desiderium pro amore sumit. 79.2.d
Dei uelle, uel intelligere, & suum agere. 28.1.c
Dei actio quid sit. 36.2.a
Dei uoluntas quot modis cognosci possit. 104.1.d
Dei triplex potentia. 39.1.d
Dei essentia, & voluntas quomodo idem. 54.2.b
Dei ocl'e est facere. 5.1.a
Dei sapientia, & bonitas. 92.2.d. 93.1.a
Dei opera ab humanis tribus differt modis. 104.2.c
Dei, & Angeli apparitio qualis. 342.1.c
Dei scientia quo sit causa rerū. 255.2.b.c
Dei actus propriè non est. 42.2.c
Dei sacratissima dispositio. 231.2.b
Dei dicere, quo sit suum facere, & quo modo sit potens. 50.1.c
Dei, & aliorum agentium septem differentiæ. 47.1.b
Dei uelle est suum facere. 52.2.a
Dei esse sicut se habet ad esse nostrum, sic bonitas Dei ad bonitatem nostram. 102.1.a
Dei Filij ideæ Angeli. 364.2.b
Dei seculum quid. 257.1.d
Dei sedes, & quomodo Angeli sedes Dei. 443.1.b
Dei creationis bonitas est causa finalis omnium creaturarum. 71.1.c
Dei actio, quæ est ipse Deus, non habet alium finem realiter à seipsa. 80.1.b
Dei liberalitas. 32.1.c
Dei scientia quomodo sit causa rerum. 58.2.a
Dei dicere est facere. 76.1.d
Deus in creando, & illuminando quomodo loquatur. 277.2.b.c
Deum aut per suam substantiam, aut per subiectam creaturam loqui, certissimè credendum est, ex D. P. Augustino. 377.2.a.b
Deus, & Angelus quomodo diuersimodè apparuerint. 378.1.a
Deus primò, & principaliter intelligit se: & intelligendo se intelligit alia. 24.2.a. & est infinitæ virtutis. 24.1.b
Deus est summè simplex, vnus, summè bonus, & summè ens, quo nihil non participans, & in quo reseruatur omne esse. 18.2.b
Deo natura nulla est contraria, nec omnino dissimilis. 21.1.d
Deus cur rebus visibilibus figuret. 357.2.b
Deus cur produxit mundum: & cur hoc, & illud. 101.2.a
Deus est causa efficiens, exemplaris, & finalis rerum. 100.2.b
Deus cur lapis, aut musca non dicatur, quamuis habeat idem lapidis, & muscæ. 101.1.a
Deo nihil potest esse contrarium, nisi quod non est. 19.2.b.c
Deus malum fieri cur permittat. 20.2.c
Deo nō potest esse contrarium quod habet aliquā esse, nec omnino dissimile. 19.2.c
Deus, Angelus, & Dæmon quo voluntatem nostram mouere possint. 393.2.c
Deus præcessit mundum duratione, quæ est æternitas, non durauone, quæ est tempus. 54.2.a
Deus mouet ut desideratum, & amatum: & vt desiderans, & amans. 78.2.d
Deum cognoscere glorificatorem quid præsupponat. 6.1.d
Deus speculum. 389.2.a
Deus Socratis, uel Dæmon, uel custos. 499.1.c.d
Deus agit propter finem. 72.2.b
Deus quomodo uniuersa operatus est propter semetipsum. 79.1.d
Deus cur Mundum creauerit. 79.1.d
Deus quomodo causa efficiens dicatur, & forma exemplaris. 101.1.d
Deus quomodo sit causa rerum. 540. 1. d. 541.1.b
Deus fecisset aliquid ab æterno, si materia fuisset æterna. 64.2.c
Deus manēs idem quomodo plura producat. 48.2.a
Deus quomodo iratus, dolens, pœnitens, & quiescens. 63.2.c
Deus quæ sunt facta non potest facere ingenita. 22.1.b
Deum esse, quomodo docemur. 21.1.a
Deus quomodo immediatè videatur ab omnibus Angelis. 442.2.c
Deus quia est, boni sumus. Deus quia est bonus, sumus, quodnam horum sit magis propriè dictum. 100.2.a
Deus cur ex nihilo mundum creare potuerit. 21.2.a. & potuit aliquid ex nihilo facere. 24.1.d
Deus quia est, sumus. 99.2.b
Deus plura immediatè produxit. 38.1.c
Deus duobus modis cognoscitur. 30.1.c
Deus à Beatis quo intelligatur. 99.1.d
Deus cur certò contingentia cognoscat 271.1.b
Deo seruiant, Deo fruantur. 74.1.a
Deo de Bobus cura est generalis. 290.1.a
Deus illabitur cuilibet creaturæ. 387.1.d
Deus cur mundum ab æterno creare noluerit. 104.1.c
Deus per Angelos cur operetur. 472.2.c
Deus creator quot modis cognoscibilis. 3.2.d
Deus centrū, & creaturæ linea. 516.1.b. & in scholio. ibidem uide diffinitionē de Deo datam ex Trismegisto.
Deus fecisset mundum in instanti seu per fluente. 69.1.a
Deus quomodo in agendo non moueatur. 72.2.d. Nec laborat, nec mouetur. 73.1.b. Nec diffinitur loco. ibidem.
Deus quomodo in agendo idem semper faciat. 42.1.c
Deus non habet cogitationem. 531.1.c
Deum diligere supra se cur naturale, 282.2.c
Deus quo faciat semper idem. 52.1.b
Deus est qdā unitas simplicissima. 41.2.c
Deus an sit omnium finis. 80.1.b
Deus est ratio totius cuiuslibet entis. 41.2.a.b

INDEX

Deus secundum se odio haberi non potest. 293.2.c d
Deus monet quodcunq; agens. 27.2.c. & quomodo creator omnium. 59.2 b
Deus fecit res in particulari, non in uniuersali. 59.2.d
Deũ videre mediatè quot modis. 464. 1.d
Deus cur non potest facere infinitum. 68.2.a
Deus non ratiocinatur, nec præeligit, sicut Sol. 31.2.c
Deus uniformiter se habet ad omnia 31. 2.c
Deus nullo modo mouetur, & cur moueri non possit. 373.2.a.b
Deus quomodo ex tempore Creator, & Dominus. 633.2.b
Deus cur uisione aperta ab intellectu creato naturaliter uideri nõ possit. 84.2.c
Deus operatur solum uolens. 104.3.d. & 105.1.a non homo.
Deus potest agere nullo præsupposito: nõ homo. 105.1.d
Deus potest totum simul producere. 105. 1.b non homo.
Deus facere non potest quæ implicat contradictionem. 105.1.b
Deus cur infinitum producere nõ possit. 105.1.b.c
Deus agit mediate, & immediate. 32.1.a
Deus est ubique continendo, & conseruando ea, in quibus est, non situaliter, nec diffinitiuè. 372.2.a
Deus cur per potentiam generandi, & spirandi, non generat nisi unum filium, & non spirat, nisi unum Spiritum S. & per potentiam creandi creat tantam multitudinem. 39.2.a
Deus Pater principium generationis filij, nõ est potès gignere, nisi natura. 39.2.a
Deus non agit per aliquid additum suæ substãtiæ, sicut Angelus. 49.2.c. 50.1.d
Deus totum, & totaliter facit. 1. compositum, & partes. 50.2.a
Deus agit propter bonitatem suam communicandam. 50.2.b
Deus voluntate æterna vult temporalia, quæ sunt temporalia. 54.2.b
Deus an possit facere diuinos impetus in Dæmonibus. 322.2.d. & cur illi in Dæmonibus non fiant. 323.1.d
Deus est æuum æuorum. 109.1.d. in quẽ redocuntur omnia æuiterna. 109.1.d
Deus ante mundum, si mundus æternus. 69.1.e
Deus facere non potest præteritum non esse præteritum. 69.2.a
Deus necessitate immutabilitatis produxit Filium, sed creaturam ex mera liberalitate. 69.2.b
Deus creat dando esse: adnihilat subtrahendo esse: & sicut Deus est sine initio, ita sine initio dat alicui esse. 66.2.b
Deus an possit immediate producere aliquod accidens. 33.1 b
Deũ diligere plus, quàm se, est actus charitatis. 259.1.b
Deus cognoscendo se cognoscit alia. 257.1.b
Deus habet in se totum, & perfectè, quidquid entia creata habent participatiuè. 41.1.a
Deus ante omne tempus, & ante mundũ. 5.2.a
Deus mundum præcessit non solum dignitate, sed etiam causalitate. 106.2.c
Deum cognoscere beatificatorem est ita æterna. 6 1.a
Deus est principium effectiuum, & exemplar, & finis omnium. 7 1.a.c
Deus est causa omnium effectuum. 47.1.c
Deus est mensura totius entis. 111.1 c
Deus ad hoc uitandum, intellectus noster non sufficit ad inuestigandum. 67.2.a
Deus quomodo faciat pacem in sublimibus. 516.1.c
Deus nullo modo potest non esse. 116 2.d
Deus, Angelus, & homo diuersimode operantur. 525.2.b
Deus quomodo cognoscat particularia. 255.2 b
Deus nouit non aliter facta, quàm facienda. 255.1.b
Deus agendo nõ mutat, nec laborat. 4.2.c
Deus potuit Mundum ab æterno facere, quia potentiam ab æterno habuit. 70. 2. a
Deus quia bonus est, sumus. 99.2.a. quomodo intelligitur. ibidem.
Deum quisque quomodo nosse possit ductu rationis. 2.1.a
Deus intimior est rei, quàm res ipsa sibi. 31.1.b.c
Deus regnabit in æternum, & ultra, quomodo intelligitur. 114.1.a. & 116.2.d. & 491.c
Deo attribuendum est quidquid est melius. 30.1.a
Deos priuatur minimo inconueniẽti, tanquam impossibili. 92.1.a
Deus hominem nonquàm derelinquit. 505.2.b
Deus est efficiens, & finis, & forma exemplaris omnium. 73.2.b
Deus est materialis virtualiter. 335.1.a
Deus quid sit per negationem. 39.2.c
Deo nihil accidit casuale, aut fortuitum. 498.1.c
Deus immediate totum, & totaliter potest agere. 33.2 a
Deus non incipit esse vbi non erat, sed qualiter non erat. 475.1 d
Deus in agendo se habet ad omnia secundum dispositionẽ unam. sed omnia ad eum non sic se habent. 42.1.a
Deus cuilibet dat uirtutem ad agendum. 99.2.a
Deus est primus motor, forma exemplariis, & finis omnium. 80.2.b
Deus bonorum nostrorũ nõ eget. 77.1.d
Deus quomodo solus bonus. 102.1.c
Deus reconciliatur instanter. 61.1.c
Deus an creandi potentiam creaturis cõmunicare possit. 261.1.c.& 2.2.a
Dextrum, & sinistrum quomodo sumantur in animalibus. 618.1.c
Diabolus an peccando Dei æqualitatem appetierit. 282.1.a
Diabolus noluit rapere diuinitatem. 282. 1. c
Diabolus quomodo initium figmenti Dei: & quando ei illudatur. 465.1.d
Diabolus quomodo ab initio mendax, & peccauit. 216.1.b.& 218.2.a
Diabolus quamodo ab initio malus. 216 1.c.d
Diabolus quomodo fuit plenus sapientia. 271.1.c
Diabolus vidit reparationem hominis. 553.1.b
Diabolum non latuit incarnationis my-
sterium, & quomodo. 513.1.c
Diabolus quomodo initium figmenti Dei. 202.2 a & 214.1.c
Diabolus quomodo figmentum Dei, & quomodo factus propter malum. 263. 1.b.c.d & col.1.a
Diabolus quomodo delodatur. 263.1 d
Diabolus an fuerit præscius sui casus. 263.2.b
Diabolus dicitur in ueritate non stetisse, cui autem non fuisse. 539.2 d
Diabolus quomodo peccauerit. 291. 2.b
Diabolus eus, & quomodo appetijt Dei æqualitatem. 280 2.b.c.d
Diabolo quomodo illudatur. 212.2.a
Diaboli casus voluntarius. 269 2.d
Diabolus quomodo fuerit beatus. 262.1.a
Diabolus quomodo loquatur mendacium ex proprijs. 215.2.c
Diabolus cur signaculum similitudinis. 295.1.d
Diabolus appetijt bonum diuinum, sed modo non debito. 284 2.b
Dicere Deo, & facere. 74.1.a
Dicere, & fari in Deo quid differant. 51 2.d. 561.1.a
Dictio idest affirmatio omnino in negatione intelligitur. 117.1.d
Dicere Deo quomodo sit suum facere, & quomodo sit potens. 50.1.c
Dies tripliciter sumitur: & dies naturalis, & artificialis quot modis dicantur. 585. 1.c
Dierum computatio Græcorum, Arabũ, Iudæorum, & Ecclesiæ sanctæ. 585.2 b
Dici quies quomodo intelligenda. 551.1.c
Dies triplex. Dies tres ante Solis creationem quomodo intelligantur. Et dies primi quis uos creationis modo altronomico declarantur. 540.1.b.c.d
Dies cur nomine Planetarum ab Ecclesia non dicantur. 635.2.a
Dies naturalis est 24. horarum. 568.1.b
Dies distinctionis, & ornatus ab sim propriè accipiendi. 561.1.a
Dies tripliciter sumitur. 568.2.b
Diei consideratio secundum nomen lucis. 569.2.b
Dies distinctionis, & ornatus ex communi Sanctorum opinione. 569 2.a
Dies distinctionis, & ornatus secundum genera rerum diuersa. 570.1.b
Dies an secundum angelicam cognitionem sumi possint. 570.2.b
Die sexta, & septima an cõpletus operum diuinorum. 617.2.c
Dies septimus quomodo non habuerit Vesperam. 635.2.b
Diei primæ lux an sit eadem cum hac, quam videmus. 573.2 a
Die septima cur data sanctificatio, & benedictio. 634.2.a
Dies primus creationis. 635.1.a
Dies quot modis sumatur. 560.2.c
Dierum seu opera an per spacia temporũ facta. 651.1.d
Dies septimæ sanctificatio. 637.1.d
Dierum computatio triplex. 584 1.a. quadruplex. 585.2.a
Diebus sex primis quomodo omnia producta. 641.2 b
Dierum ordo. 635.1.c
Dies sepõmus qua ratione benedictus. 636.1.b
Diei tertiæ opus, congregatio aquarum.

INDEX

60.2.c
Dici quartæ opus. 606.2 c
Differentia dicit totam naturam per modum partis.et per modū actus.176.2 c
Differentia quomodo formatur in corporalibus,& spiritualibus. 176.1 c
Differentia quomodo dicat totū,& quomodo non.175.1.d & videibi contradictionis umbram.& solutionē.176 1.d
Differre numero est differre solo accidente. 180.1.c & 184.1.b
Differre numero est differre materialiter. & differre specie est differre formaliter. 188.1.c
Differentia in spiritualibus sumitur a tota natura : in corporalibus à forma. 176.2 b
Differentia sumpta in Angelis in quinque differt à differentia sumpta in corporalibus. 176 2.c
Differre forma,est differre specie. 164.2.c
Differentia inter Deum,& alia agentia ex parte effectuum.4 2.b. & ex parte efficientium ibidem c
Differentiæ septem inter Deum, & alia agentia. 47.1.b
Differentia specifica, & generica vnde. 206.2.b
Differre tripliciter dicitur. 170.2.d
Differentia secundum speciem includit differentiam numeralem. 190.2.b
Differre forma est differre specie. 178.1 b
Diffinitio Dei sacratissima. 227.2.b
Diffinitio cor speculatio dicatur. 228.2.a
Diffinitio, Verbum, & Speculum idem. 530.1.a
Diffinitionis partes omnes quomodo sint formæ. 166.2.d
Diffinitio dicitur proprium. 186.2.d
Difformitas omnis reducitur in unsoformitatem. 45.1.b
Digitus onus quomodo multi videantur ex velocitate motus. 389.1.b
Diligere Deum supra se cur naturale. 262.2 c
Diligere Deum plus, quàm se, est actus charitatis. 259.1.b
Diluuij aquæ quænam fuerint. 538.1.c
Diomedis socij in aues. 589.1.b
Dionysij epistola ad Policarpum de Passione Christi,& eclypsis tunc temporis ortæ. 326.2.b
Dionysij,& Gregorij controuersia. 432. 1.2.& 445.2.d.& concordantia. 446.1. d.& col.2.a.& 447.1.d
Dionysius fuit baptizatus à Paulo. 447. 2.2
Dionysij præceptor Hierotheus, uel Paulus. 431.2.c
Discere nostrum est reminisci, ex Platone. 235 2.2
Dissimile, & obu simile quomodo differant. 426.2.d
Distinctum opus an differat ab opere creationis. 563.2.c
Distinctio in cœlis facta. 564.1.b. & post creationem aucta. 565.1.b
Distinctionis opus primum quantum ad esse in Angelis. 564.2.a
Distinctionis opus an fuerit post opus creationis, 561.2.b
Distinctio rerum, & ornatus an simul cū creatione. 520.1.c
Distinctio in cœlo quantum ad apparentiam:necnon in elementis. 566.1.a.b
Distinctionis partes sunt formæ. 558.1.c
Distinctio in cœlo quantum ad agere. 566.2.d.nec in elementis. 567.1.a
Distinctio omnis par formam.235.2.b.c
Distinctio est per formam. 163.1.d
Distinctiones septem in prima creatione 562.1.b
Distinctio, & perfectio quomodo differant. 607.1
Diuersitas ex parte formæ, & materiæ. 236.1.a b c.d
Diuinationes, & prænustications an dentur.331.1.c d & col.2.a.b.c d
Diuinationes per somnia,per anes, & pisces. 333.2 b
Diuinationes per sidera factæ à Dæmonibus sunt meliores, quam factæ ab hominibus. 333.2 d
Diuina essentia est tota, & propria ratio producendi quālibet creaturā. 40.2.b
Diuinitatis lex. 407.2.c
Diuinationibus Dæmonum cur non sit credendum. 334.1 c
Diuinitas est Spiritus sanctus. 2.1.b
Diuinę immobilitatis exemplū. 373.2 c.d
Diuinitas directè, & simpliciter nec ab Angelo, nec ab homine appeti potest. 286.1.a
Diuisio primæ partis huius libri. 4.1.b
Diuisio totius libri secundi sententiarū. 4.1 c
Dixit Deus: Fiat cœlum,& terra, cur nō dicitur. 522 2.d
Doctrinæ modus intrinsecus, & extrinsecus. 591.2 c d
Doctrinæ modus virtualis. 592.1 a
Domini sumus nostrarum operationum. 516.2.d & 517.1.b
Domious quomodo regnabit ultra æternum. 69.1.c
Dominus regnabit in æternum,& vltra, quomodo intelligator. 114.1.2. & 116. 2.d.& 69 1.c
Dominationes,Virtutes,& Potestates quid operentur. 439.2.a
Dominationes vnde dicantur. 441.1 b
Dominicus in templo sancto suo quid. 387.1.b
Dominus dies cur dicatur. 635.1.c
Domus ex boue,& muliere,& boue constat arzroie. 411.1.a
Domos in materia fit à domo, quæ est in anima. 580.1 b
Domus si fieret à natura fieret sicut ab arte. 78.1.a
Domus vsus est principaliter finis, quàm forma. 79.1.a
Dona, ex quibus ordinis Angelorum sumuntur. 445.2.b
Draco iste, quem formasti ad illudendū ei, quomodo intelligatur, 212.2.a.& 263.1.c
Dragma decima homo. 431.2.b. cur dicatur. 436.1 b
Dragma decima quid significet. 446.1.b
Duo si coniuncta sint,si vnum separatur, & naturaliter, separatur & alterum. 148.2.b
Ductio rerum conditarum. 42.2 b

E

Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. 94.1.c
Eccentrici,& epicicli quomodo concedantur. 196.1.d
Eccentrici ao sint semper æque propinqui terræ. 95.2.b
Echo quando fiat. 146.2.b
Ecclesia cur nomine Planetarum dies nō nominat. 625.2.a
Eclypsis in passione Christi nostri Saluatoris fuit in plenilunio. 326.2.b
Eclypsis qua hora euenia',cur à nemine sciri certum dinaliter potlit. 326.2 b
Effectus diuersus in esse à causa, potest esse eoocuus causæ. 66.1.a
Efficiens, forma exemplaris,& finis faciūt vnum principium primum. 73 2.a
Efficiens est habere esse ab alio,& participare esse. 16.1.d
Efficiens,forma,& finis inciduntin idem. 73.2.a
Efficiens causa secundi sententiarū. 3.1.c
Electio est possibiliom. 298.1 c
Elementum an debeat dominari in corpore humano. 94.2 b
Elementorum mixtio in animali quomodo consideranda. 622.2 b. Et elementa quomodo se habeaut in numero & quomodo grauia, & leuia in mixto dominentor. d
Elementorum spissitudo dicit imperfectionem : in cœlis uero perfectioem. 148.2 d
Elementorum actio, & passio quādo cessabunt. 154.2.c
Elementorum influentia non sine motu. 153.2 d
Elementorum quænam sint patientia : quænam agentia. 98.1.b
Elementorum aliqua sunt magis actiua secundum formam substantialem: aliqua uero secundū accidentalē. 394.1.c
Elementa quomodo se habeant ad mixtionem animalis. 640.1.b
Elementorum generatio est reciproca. 47.2.c
Elementorum loca. 622.1.d
Elemēta cur duob.diebus ornata 626.1.a
Elementorum mutua proportio.195.2.a
Elementorum connexio. 86.2.c
Elementa non agunt nisi virtute cœli; quia sunt organa eius. 24.2.b
Elementa quomodo æterna. 558.2 d
Embriunis tres particulæ. 590.2.b
Empedoclis error phantasticus. 84.2.c
Emped.& Pythagoræ principia. 58.2.c
Empyreum cur inuisibile. 158.1.c
Empyreum quomodo intellectuale. 158. 2 b.& duobus ornabitur post resurrectionem.ibidem.d
Empyreum an sit corpus. 137.1.c
Empyreum supra ultimum mobile est,& est locus contemplationis. 137.1.d
Empyreum non corporeū ex D.P. Augustino. 137.2.d.& 158.1.a b
Empyrei corporeitas ex Magistro sententiarum. 158.1 b
Empyreū beatitudini necessariū, incorporeū congrotei uerò corporeū. 238.2.c
Empyreum quomodo inuisibile: & quomodo uisibile. 159 2 b
Empyreū an sit immobile.159.2.b.An sit Incidum:& inuariabile. 140. col.2.& 2
Empyreum, quia est supra primū mobile, est immobile. 141.1.a. & 2 Deus solum mouere potest. 141.2.a
Empyrei conditiones. 158.2.a.& 158.2.c

Empy-

INDEX

Empyreum transparens. 151.1.b. & quomodo ab aliis cœlis differat. 151.2.b
Empyreum dictum est igneum non à calore, sed à splendore 337. 2. a. non est sensibile. ibidem.
Empyreum organum Beatorum adloquendum. 146.2.d
Empyreum, Angeli, & corporalia in instanti eodem facta dicuntur. 68.1.d
Empyreum locus Angelorum, quibus fuit repletum, ubi primum factum est. quomodo intelligatur. 158.2.c
Empyreum lucidum cur à nobis non videatur. 143.2.c. & 145.2.a
Empyrei influentia. 150.1.b
Empyreum locus Beatorum. 158.2.d
Empyreum cœlum esse, an humanis ratiocinationibus inuestigari possit. 147. 1.b. & quale sit. 147.2.a
Empyreum incognitum à Philosophis. 147.2.a
Empyreum organum Beatorum influentiæ non debet esse expers. 155.1.a
Empyreum quomodo lucidum. 142.1.d
Empyreum an influat in hæc inferiora. 158.2.b
Empyreum habet lumen à se, non à sole. 143.1.a
Empyreum quomodo Sanctis, & Angelis dicatur repletum. 380.2.a
Empyreum subterfugit diffinitionem naturæ. 142.1.a
Empyreum ordinatur ad statum gloriæ. 152.2.d
Empyreum quid sit. 144.1.d
Energumeni qui, & vnde dicantur. 395. 1.a
Ens non habet mensuram, nisi Deum. 112.1.a
Ens diuersimodè à Theologo, & Metaphysico consideratur. 7.1.b
Ens non est genus, quia non habet differentiam. 174.2.d
Ens omne est ens per essentiam suam. 102.1.b
Ens quot modis sumatur. 102.1.b
Ens per se dicitur de figuris prædicamentorum. 170.1.d
Ens vnum, & verum per idem est aliquid. 170.1.a
Ens quandoque pertinet ad quæstionem de genere, aliquando ad quæstionem de accidente. 173.2.c
Ens nullum esset, nisi semper Deus esset præsens. 49.2.a
Ens vnum, nulla est negatio. 179.1.b
Ens, & bonum idem. 100.1.b
Ens. Non ens tribus dicitur modis. 29. 1.b
Ens. Ex non ente quomodo fiat creatio. 29.1.c
Entia quot, & quænam sint, in libro de ortu scientiarum. 120.1.a
Entium termini extremi. 196.1.b
Entia omnia ab vno primo, sicut numeri ab vnitate. 38.1.b
Entia inalterabilia, & vita beata supra cœlum. 137.1.d
Entia omnia sunt quædam participationes Dei. 41.1.a
Ente nihil communius. 72.1.c
Esse, & id, quod est, diuersum est: ipsum uero esse nondum est. 170.2.b
Esse, & ipsum, quod est, aliud est in omni composito. 170.2.c
Esse ipsius creaturæ, uel essentia: & creatura ipsa non sunt idem. 170.2.c
Esse quantitatis materiæ, & esse formæ differunt. 163.1.a
Esse rei, & res idem. 285.1.a
Esse simul non posse, quæ sint. 386.1.d
Esse nobilius, & ignobilius secundum naturam formæ differunt specie. non autem quæ habent esse nobilius, & ignobilius à Deo. 412.2.c
Esse pertinet ad prædicamentum substantiæ. 130.1.b.c
Esse in loco, & cum loco idem. 538.1.c
Esse quomodo primo creatum. 72.2.b
Esse est primum rerum creatarum. 72. 1.b
Esse est prius, quàm vincre. 72.1.c
Esse est quædam perfectio, & actualitas essentiæ. 172.1.c
Essentia potest intelligi siue actu, sicut potentia sine actu. 173.2.a
Esse non propriè existit, sed est ratio existendi. 174.1.b
Esse, & essentia realiter differunt. 170.2.c. d. & 171.2.b.c.d
Esse rei cuiuslibet triplex. 427.2.b
Esse dicit actum, essentia uerò potentiam. 49.1.b. 36.2.d
Esse quadruplex. 127.2.c
Esse triplex. 136.1.c.d. & col.2.a
Esse, vel fieri in tempore triplex. 155.2.a
Esse aliud habens à quiditate est in genere. 204.1.d
Esse æuiternorum quale: & esse diuinum quale. 128.2.a
Esse in tempore, & cum tempore quid. 535.1.b
Esse in loco, & cum loco non est idem. 535.2.c
Esse in motu, & cum motu non idem. 535.1.c.d
Esse est actus essentiæ. 175.2.a
Esse diuinum, & creatum quomodo differant. 350.1.d
Esse in, potentia materiæ, & agentis quid. 578.1.a
Esse in loco tribus contingit modis. 372. 1.c
Esse in, quot modis contingat. 539.1.a
Esse in alio, & cum alio multis modis contingit. 387.2.a
Essentia. Quid sit in essentia rei. 387.1.c
Essentia diuina quomodo possit esse propria ratio omnium rerum. 256.2.d
Essentia rei resultat ex eòpositione materiæ, & formæ. 171. 2.d
Essentia Dei, & uoluntas quomodo idem. 54.2.b
Essentia diuina cur ab Angelo cognitione naturali non intelligatur. 231.2.a
Ethimologia nominis quandoque altior, quàm eius significatio. 639.2.b
Eua ab æuo, quod est uita, quasi uita, & mater viuentium. 135.1.b. 136.1.c
Eudæmones, & cacodæmones qui nam sint. 499.1.b
Euphonia quid sit. 464.1.b
Exemplum de cane pulchrum. 533.1.d
Exemplum pulcherrimum ad declarandum, creaturam nullam habere cognitionem de futuris, sed de præteritis. 327.1.b
Exercitus connexio. 415.1.c
Existit res per esse. 174.1.b
Exitus rerum à Deo cur immediatus. 20.1.d
Ex ipso, per ipsum, & cum ipso, quomodo exponatur. 70.2.c
Experientia quomodo fiat, & memoria. 369.1.b
Extra uniuersum, ly extradicit loci imaginatum. 51.2.b

F

FAber si fuisset æternus, & malleï fuissent generabiles, & corruptibiles, quomodo habuisset infinitos malleos, & ipsi fuissent causa, sine qua non. 66. 2.b.c
Facere rerum, & simpliciter quid. 25.2.a
Facere quod in se est ex puris naturalib. quid sibi comparet. 266.2.d. & est quid felicitatis. 267.1.c
Facere quod in se est quid sit. 289.2.c
Facere intelligitur in nouo facere. 317.2.d
Facile, & difficile quid. 237.1.c
Factibile omne est habens materiam. ut aliquid materiale. 16.1.a
Factionis, & considerationis idea quid. 37.1.b
Factum nemo dubitaret, nec alterum alterò prius esse, quamuis alterum alterò factum esset. 66.1.a. 683.d
Falsitas non est simplicis intellectionis. 330.2.d
Famosum non est omnino falsum. 150. 2.d
Famen ideſt sermo, à fando. 308.2.d
Fari Dei, est eius facere. 581.2.d
Factum vnde dicatur. 513.1.a
Felicitas animæ principaliter in amore consistit. 526.1.c
Felicitas, secundum Arist. est operatio animæ secundum virtutem perfectam. 508.2.a
Felicitas in qua actione consistat. 193.2.b
Felicitas quid. 266.2.a
Felicitas habens finem non est felicitas. 276.1.d
Fides est prima virtus, nec tamen infidelitas est primum vitium. 238.1.a
Fieri, uel esse in tempore triplex. 155.2.a
Fieri aliquid ex nihilo ab agente naturali quomodo dicatur. 82.2.a
Fieri aliquid ex nihilo tripliciter contingit. 23.2.a. 24.1.a
Fieri quodlibet ex quolibet quomodo dicatur. 22.2.b. ex Anax.
Fieri, & factum esse in quibus differant, & conueniant. 26.1.a
Fieri est moueri, non mutari. esse. 26.1.b
Fieri est habere esse ab alio, & participare esse. 16.1.d
Fieri aliquid ex nihilo perterruit omnes Philosophantes. 22.2.c
Fieri ex nihilo quid sit. 23.1.c
Fieri, & factum esse in creatione simul, & quomodo differant. 68.2.b
Fieri ex contrario quot modis contingat. 294.1.a
Fieri aliquid dupliciter. 25.2.b
Figmentum Dei Dæmon. 212. 2.a. & 214.1.c
Filius est in Patre, & Pater in Filio: & Spiritus S. in utroq;. 386.1.d
Filius in Trinitate cur Dei virtus. 2. 1.a
Filij Dei productio ex natura, creaturæ uerò ex uoluntate. 70.1.a

INDEX

Filij Dei productio naturaliter à Deo in diuina substantia, & eadem natura. 57 1.a

Filius in diuinis procedit à Patre per naturam Spiritus S per modum uoluntatis, & natura, uel concomitante natura. 39.2.c

Filij Dei &c. quomodo exponatur. 368. 1.d & col.2.d

Filius, & Spiritus sanctus non eodem modo proceduntur. 40.1.b

Filii videre est à Patre natũ esse. 579.1.c

Filij, & S. Sancti missio. 471.1.a

Filij Dei idest Angeli. 364.1.b

Finalis causa fuit negata ab antiquis. 74 1.d

Finalis causa Secundi sententiarum. 4 1.a

Finis quomodo sit causa. 438.1.a

Finium duo genera. 313.2.b

Finis speculativi, & practici quid. 341.

Finis est primum mouens uoluntatem 77 1.b & est primum uolitum. ibidem

Finis, efficiens, & forma incidunt in idé. 73.2.a

Finis operis est perfectio operis 1 & finis operantis est perfectio operãtis. 79 1.a

Finis operis ordinatur ad finem operantis. 79.1.a

Finis operis est utilitas nostra: Finis operantis est bonitas, & gloria diuina. 79. 1.d

Finium ordo qui. 193.2 b

Fine ablato, quomodo tollatur agens. 75.2.a

Finis imponit necessitatem bis, quæ sunt ad finem. 150.2.2.357.2.c

Finis sub fine, & ars sub arte. 83.1.a

Finis appendibis in infinitum. 77.2.2.101 2.2, 314.2.2

Finis præstituitur nobis à natura. 258.1. c.392.2.c

Finis tollit motum. 508.1.c. Finis triplex in cœlo d

Finis quomodo aliter sit ratio agendi, quàm idea. 191.1.c

Finis quomodo causa causarum. 101.1.c

Finis est regula omnium agibilium. 75. 2.a

Finis in practicis est quasi principium in speculativis. 316.1.b

Finis talis sibi videtur, qualis unusquisq; est. 316.2.b. 546.1.d

Finis est causa omnium aliarum causarum, cuius esse non est propter aliud: & eo ablato, tollitur omnis causa. 74 1.a

Finis rerum causa, & earundem plures fines. 402.2.b

Finis Philosophi naturalis est illud, ad quẽ stat ultima consideratio eius Philosophi. 83.1.c

Finis quomodo, & bonum, non sint Mathematicorum, & immobilium. 79.2.b

Finis Theologiæ quisnam sit. 12.2.c

Finis, & bonum idem. 80.2.a

Finis, & forma coincidunt. 402.2.c

Finis se habet ad agens, vt forma ad materiam. 77.1.d

Finis mouet agentem. 433.2.d

Finis quomodo terminus in ascendendo, & descendendo. 80.2.b

Finis natura, &c. 348.1.b

Finis unus naturalis plurium dicit unam speciem eorundem. 207.2.b

Finis duplex. 78.2.d. & 791. a. & 81.2.b. 291.2 d

Finis dat iudicium omnium. 367.2.c

Finis omnia den om nat. 130.1.d

Finiti ad infinitum nulla est proportio. 63.2 b.& 33.2.d

Finiti ad infinitum est proportio ordinis, non æqualitatis. 33.2.d

Finitum finities sumptum totum est finitum. 65.1.a

Firmamentum diuidens aquas ab aquis an mysticè sumi possit pro medio aeris interfusio. 590.2.d

Firmamentum monetur motu contrario motui primi mobilis. 564.2.d

Firmamentum, vel sidereum est primum mobile, quia pluribus motibus mouetur. 530.2.b

Firmamentum an sit eiusdem naturæ cũ elementis. 591.2.c

Firmamentum vnde sic dictum. 587.1.d

Firmamenti motus an sit à sua forma naturali. 594.1.a

Firmamentum quomodo factũ ex aquis, & diuidat aquas ab aquis. 593.1.b

Firmamentum pro toto globo sidereo vsq; ad lunarem. 619.1.d

Firmamentum an sit octaua Sphæra. 508.2.a

Fluens omne habet aliquid, ante se, & post se. 45.2.c

Flumina an exeant à mari, & ad mare fluant. 601.1.d. & 602.1.a. & eorum generatio. ibidem e

Fluuius totus cur magis rationem loci habeat, quàm pars. 371.2.d

Fluxus, & refluxus maris an sint causæ diuersæ. 601.1.b. & vide scholium ibidem, ubi alia ad hanc materiam pertinentia videre licet.

Fluxus, & refluxus maris vnde oriatur. 601.1.c

Fluuiorum origo. 601.1.d

Fluxus, & refluxus maris. 597.1.d. & col. 2. a. quæ nam sit causa.

Formicæ ubi nam masculos excellant: & in viuentibus ex rapinis sunt masculis meliores. 459.2.b

Forma individuatur per materiam. Materia per quantitatem. Quantitas per se. 184.1.d

Formæ cœli nihil est cõtrarium. 165.2.a

Forma distinguit, siue actus. 235.2.c

Forma dicit totam naturam per modum totius, ut per modum compositi exponentia, & actu. 176.2.c

Forma magis vniuersalis, & minus vniuersalis est ens, & eadem sub esse magis, & minus vniuersali. 174.2.a

Forma balnei si esset in anima, idem esset movens, vt agens. 226.2.d

Forma cognoscitur per actiones. 543.1.b

Formæ substantiales quomodo fiant contrariæ. 577.1.c

Formarum inchoatarum. 22.2.d

Forma tota, idest essentia est in materia, non esse. 23.1.a

Forma non fit, nec materia, sed compositum. 23.1.b

Formarũ latitatio ex Anaxagora. 22.2.b

Forma prima sola liberatur à potentia istate. 225.1.d

Forma est multiplicabilis, si sit recepta in materia: & ubi constet ea tota sua materia. Vt Vniuersum, & Sol. 133.1.d

Formæ contrariæ simul in eodem quomodo. 251.2.a

Forma an fiat. 22.2.a

Formæ duæ, siue species non sunt æqualiter distantes à Deo. 16.1.c

Forma diffinita à Gilberto est accidentalis. 544.1.c

Forma quomodo est in potentia materiæ, & agentis. 546.2.d

Forma, efficiens, & finis incidunt in idem. 73.2.a

Forma si fieret, fieret ex nihilo. 38.2.a

Formę sũt sicut numeri. 197.2.b 461.1.b.c

Forma, & figura idem. 122.1.2.b

Forma, & materia non fiunt, sed compositum. 31.1 b

Forma exemplaris, efficiens, & finis fœcundum principium primum. 73.2.a

Formalis causa fœcundi sententiarũ. 2.1.b

Forma differre, est specie differre. 164.2 c

Forma si fieret sine transmutatione fieret ex nihilo. 547.1.b.& 550.2.b. 578.1.c

Forma, quæ incidit cum efficiente, non est forma, quæ inducitur in materia, sed est forma exemplaris. 73.2.a

Forma, & finis coincidunt. 402.2 c

Formæ actus, species, & endelechia idem dicunt. 542.2.b

Forma simplex subiectum esse non potest. 160.2.d. & 170.1.a

Formæ se habent sicut numeri, qui non sunt æqualiter distãtes ab unitate. 16.1.c

Forma diuiditur per materiam. 553.2.b

Forma est finis, & perfectio operis. 79.1.a

Forma distinguit. 165.2.d

Formæ rerum duplices. 233.2.b

Formæ, & materiæ cur locus non competat. 384.1.c

Formicæ instinctus notatu dignus. 55.1.a

Fortuitum, & casuale nihil respectu Dei. 498.1.c

Frigido calidum est nobilius. 102.2.b

Frigidum calefacit per accidens, ut Medicus sanat per se, & occidit per accidẽs. 43 2.a

Frumenti medium se habet, vt menstruũ: cuspis nero, vt semen maris. 15.1.a

Frumenti virtus activa quomodo se habeat in grano. 15.1.a

Frustra est quod cadet sine. 32.2.b. 365.1.c

Fundamentum. In fundamento naturæ nihil est distinctum. 542.1.a

Fundamentũ naturæ quodnã sit. 13.2.b

Fundamento in ipso naturæ nihil est distinctum. 162.2.c

Fungorum genus quoddam dicimę sentire. 193.1.a

Funibundã in cane est laudabile. 215.2.b

Futura solius Dei est scire. 326.1.a

Futura quadruplicia. 326.1.b

Futura nulla à nemine cognoscipraeterita verò sic. exemplo pulcherrimo declaratur. 327.1.b

Futura, & præterita sunt præsentia apud Deum. 327.2.d

Futurum necessarium cur à nemine certitudinaliter sciri nõ possit. 326.2.b

Futurorum cognitio ad Deum tantum pertinet. 510.1.a

G

Gabriel ex ordine Archangelorum. 492.1.b

Generatio elementorũ reciproca. 47.2.c

INDEX

Generatio unius quando non sit corruptio alterius. 52.2.c
Generans generat compositum, & materiam non simpliciter, sed in hoc. 16.2.a
Generalia prius producta, quam specialia 172.1.c
Generatio, & corruptio quando à Sole fiant. 73.1.b
Generans est per se causa geniti. 66. 1.b. sed præcedens hunc generantem est per accidens causa geniti. ibid.
Generationes omnes sunt ex contrarijs in contraria. 44.2.a
Generatio quomodo fiat. 34.2.c
Generatio, corruptio, creatio, & adnihilatio quomodo differant. 55.1.c
Generatum omne habet contrarium, incipit esse ubi non erat: est corruptibile, & nullum constans ex tota sua materia. 44.1.d
Generationes, & corruptiones cur dentur 63.1.a
Generandi, nutriendi, & sentiendi organa principalia. 370.2.b
Generata ex putrefactione cur non generent. 29.2.d
Generabilia, & corruptibilia quomodo fuissent æterna, si mundus æternus. 67 2. d
Generatio simplex est ex non ente simpliciter: & generatio secundum quid ex non ente secundum quid. 26. 1. d. 29. 1. b
Generabile nullam cõstat ex tota sua materia. 52.1.d
Generatum ex nihilo constat ex tota sua materia. 52.2.a
Generabilia, & corruptibilia an creata, ante mundi æternitate. 59.2.c
Genere diuersa sunt vnum proportione. 1. analogia. 416.1.b
Generis natura non una. 257.1.b
Generis conceptus. 228.1.b
Generis ratio in Deo sumi non potest. 175.1.b
Generabile nullum constat ex tota sua materia. 43.1.a
Generari substantiam, & generatum esse simul. 293.1.a
Generis in species non est omnis diuisio. 431.1.a
Generis ratio triplex. 202.1.d. in superestibus quid sit. 203. 2.b.& in inferioribus. 204.1.a
Generandi virtus principaliter in corde. 367.2.b
Generis quæ sunt eiusdem communicãt in principijs. 160.2.a.b
Generis vnitas quomodo vnitas materiæ 174.2.b.& 179.1.c.557.2.d. 574.1.b
Genesor verba an benè posita. 521.3.b
Gennadij locus declararor. 342. 1.d
Gentilium testimonia cur non spernenda. 496.1.b
Geomanticus, & Astronomus quomodo futura cognoscant. 333.1.c
Geomantia uiderur admitti à Doctore nostro AEgidio, sed perpende. 333.1.c d.& col.2.a
Geometra considerat lineam secundum se. 1.1.b
Geometra considerat quantitatem continuam: Arithmeticus uero discretam. 188.1.d
Gigantes erant super terram, quomodo intelligi debeat. 368.2.a.b.
Gigantes cur erant, tunc temporis super terram. 368 2.b
Gladij duo Lucæ 22. quid significent. 434.1.c
Glorificatio corporum Beatorum facit ad quartum libitum sententiarum. 147 1.a
Gloria unde dicatus. 506.2.d
Glorificatum corpus potest esse, & moueri in alio corpore. 147.1.a
Gloria diuina est finis operandi. 79.1.d
Gradus tres in entibus, uel uiuentib. 166. 2. a
Gradus viuentium alio modo declarantur. 166.2.b
Gradus eorum, quæ fiunt ex nihilo. 24. 1. a
Gradus beatitudinis in Angelis. 449.1.a
Gradus rerum apud Platonem. 78.1.b
Gradus, & ordinem esse oportet in Angelis. 397.2.d
Gratia ex nihilo quomodo fiat. 241.2
Gratia quomodo præcedatur à conuersione, & quomodo non. 290. 2.c.d.& 291.1.a
Gratia præuia, & consumans. 291.1.a
Gratia, quam habuerunt Angeli. 291.1.b
Gratiæ dispositio est à Deo. 289.2.d.& an possit esse sine aliquo habitu gratiæ. 289.2.a
Gratia non tollit naturam, sed perficit. 258.2.c
Gratiæ dispositio non est sine Deo. 290. 1. a
Gratiam gratum facientem præcedit cõuersio. 290. 1.c
Gratia operans, & cooperans quid. 277. a.b.c & 289.1.c.293.2.d
Gratia ad liberum arbitrium se habet, ut sessor ad equum. 324.2.c
Gratia magis agimur, quã agamur. 325. 1. a
Graue deorsum mouetur à se per accidens. 15.1.b
Graue non mouet se ipsum deorsum, sed mouetus a generãte, dante ei naturam grauit. 15.1.b. 321.2.b
Grauia, ex leuia à quo, & ad quem terminum mouentur. 320.1.a
Grauia, & leuia quomodo mouentur. 593.1.a
Græcorum error circa animas hinc decedentes. 304.1.a.b.c.d
Gregorius Nazianzenus appellatur Gregorius Theologus. 106.1.b
Gregorius Theologus. 1. Nazianzenus. 347.2.b
Gregorij, Hieron. & Bedæ opinio de rerũ creatione. 520.2.a
Gregorij, & Dionysij controuersia. 445. a.d.& 452.1.a.& cõcordãtia, 446.1.d. & 447.1.d
Gruum status, & uolatus. 91.2.a
Genus non dicit potentiam puram. 175. a.c. sed quandam formam mediam inter potentiam, & actum. 175.2.c
Genus se habet ut materia in compositione specierum: & differentia ut forma. 557.2.d
Genus quomodo dicat totum in Angelis. 176.2.b.& 178.2.b
Genus, & differentia faciunt compositionem secundum rationem: nullam uerò genus, & species. 178.1.b
Genus de differentia cur non prædicetur in corporalibus, sed in Angelis. 177.1.a
Genus si prædicaretur de differentia in corporalibus, omnia animal esset multa animalia. 177.1.b
Genus, & species sunt correlatiua. 174. 2. a
Genus sumitur à materia. 174.2.b
Genus non est, quod non habet sub se species. 174.2.d
Genus se habet, ut materia. 174.2.d
Genus, & materia quomodo differant. 558.1.a
Genus habet similitudinem cum materia. 204.2.b

H

Habere, & possidere non sine frui. 99 2. a
Habitus generati signum. 237. 1.c.d
Habitus unde dictus. 238.1.a
Habitus, & dispositio quomodo differant 121. 1.a
Habitus triplex. 237.1.a
Habitus acquisitus, & infusus. ibid.
Habitus quid. 237.1.b.c
Habitus cur ponatur. 237.1.c. & cur ponatur in potentia. 237.1.c.d
Habitibus præsentibus in materia, cessat motus. 507 1.c. 548.1.a
Habitudo aduenies rei quid agat. 126. 2. a
Herbæ, & virgulta quando facta. 604.2.d
Hierarchici actus an diuersum habeant ordinem. 412.2.c
Hierarchiæ definitio data à Doctore, an sit conueniens. 405.1.b
Hierarchiarum, & ordinum distinctio unde. 463.2.c.d
Hierarchiarum distinctio perfectè non cognoscitur. 444.1.b
Hierarchiarum declaratio inuẽta ab AEgidio. 408.1.d
Hierarchiarum tres ordines circa diuersa constituti. 410.1.b
Hierarchia quid. 352.2.b
Hierarchiæ diffinitiones quatuor quid differant. 402.2.c.& 403.1.2.d.& 404. 1.b
Hierarchiæ diffinitio cur potius admittat scientiam, quàm alia dona. 401.1.c
Hierarchiæ distinctio à Principe, ab opere, & à fine. 433.1.2.b.c
Hierarchiæ tres quænam sint. 434.1.a
Hierarchiarum essentialia. 402.1.c
Hierarchia à Dionysio an sit benè data, & quid sit. 396.2.a
Hierarchiæ primæ ordines tres. 436.1.c
Hierarchiæ quot, & quænam diffinitiones. 402.1.a
Hierarchiæ diffinitio materialis, & formalis. 402.1.b.c
Hierarchia est ordinata potestas, &c. 403 1. b
Hierarchia an in tres Hierarchias conuenienter diuidatur. 405. 1.c
Hierarchiæ omnes an sint connexæ. 414 1. a. Et an una, & eadem sit connexa 414.1.d
Hierarchiarum connexio. 415.2.a
Hierarchiæ diuisionis ratio an sit diuersa 406.1.c
Hierarchiarũ nomina, & officia, eorumq; declarato. 502.2.d

INDEX

Hierarchiæ ordo est quoddam purgari, quosdam uero purgare; ita quosdam illuminari: quosdam autem illuminare 418.1.a.b. sic etiam quosdam perfici, quosdam uerò perficere. 418.1.c

Hierarchia an sit quid deiforme: & an sit ordinata potestas. 397.col.1.&2.

Hierarchiæ primæ quo pacto ab ordinib. aliarum Hierarchiarum differant. 436.1.d

Hierarchiæ actus declarantur. 427.1.c.d

Hierarchia unde dicatur, eiusque diffinitio. 398.1.c.400.1.b

Hierarchiæ officium à Deo institutum. 398.1.d

Hierarchiarũ diuisio in tres gradus. 434.2.a

Hierarchiæ assistentium. 434.2.d

Hierarchiarũ una quommodo alteri præsit. 410.2.c

Hierarchiæ infimæ quæ nam sint. 440.1.b

Hierarchiæ angelorum Principatus, ordines, & Dominationes. 38.2.a.b.c.d

Hierarchiarum triplex diuisio. 412.2.b

Hierarchia propriè in diuinis. 404.1.d

Hierarchiæ Operariorum, & Præpositorum. 435.1.a.d

Hierotheus.1. Deo Sacer. uel sacrorum initiator, uel Paulus Præceptor Dionysij. 431.2.c

Hrundinum nidi, & Aranearum tela ex instinctu naturali propter finem. 75.2.c

Hoc est ruitium figmenti Dei. 212.1.b

Homines quomodo æquabuntur Angelis. 502.1.

Hominis causa an sint facta oia. 82.1.c

Homini mors: Angelis casus. 200.2.d

Homines omnes sunt uani. 64.1.c

Homines in Asinos conuersi per ecsum casci. 319.1.c

Hominum bonorum discordia. 516.2.a

Hominum cur una species tantum: Angelorum uerò plures. 90.1.a

Homines aliqui quomodo superiores Angelis. 514.1.b

Homines ad ordines Angelorum an assumantur 450.1.b

Homines Angelis quomodo erunt æquales. 454.1.b

Hominis productio. 621.1.d

Hominem esse solum, non est bonum. 201.2.b

Homo creatus fuisset, quamuis Angelus non peccasset. 219.2.d

Homo quomodo factus propter reparationem Angelorum. 84.2.d.& factus fuisset etiam si Angelus non peccasset. ibidem.

Homo generat hominem ex materia, & sole. 83.2.b

Homo quomodo dominetur astris. 84.1.c

Homo in utero cur ab Angelo custodiatur. 517.1.a

Homo medium uniuersi. 87.2.c

Homo habet species aliunde receptas ad intelligendum. 87.2.d

Homo est animal sociabile. 193.1.b

Homo cur reparatus, & non Angelus. 299.2.b.& 301.2.d

Homo cur reparatus non Angelus. 200.2.d

Homo si constaret ex tota sua materia non esset nisi unus homo, sicut mundus. 41.2.b

Homo est Dominus suarum operationũ. 616.2.c

Homo malè natus ad sciendum. 466.1.d

Homo excellit cuncta animalia in tactu. 624.1.a

Homo cur factus, prout comparatur ad suas partes. 74.1.c

Homo potest Deos facere ex Trismegisto. 343.1.c

Homo postremò factus à Deo. 6.1.b

Homo cur prudentissimum animalium. 93.2.d

Homo animal, si dicatur, est negatio. 177.1.d

Homo in statu naturæ non creaturæ in gratia habuit, unde stare posset, sed non proficere. 275.2.d

Homo, Angelus, & Deos diuersimodè operatur. 522.2.b

Homo cur de limo terræ. 94.2.c

Homo factus est propter reparationem ruinæ angelicæ. 74.1.c.& hæc non est tota causa. ibid.

Homo, cur prudentissimum animalium. 97.1.b.& 93.2.d

Homo absque gratia an possit bonum velle. 321.2.c

Homo nõ peniteãs unius peccati in aliud cadit. 505.1.d

Homo dragma decima. 431.2.b. cur dicatur. 436.1.b.& 454.1.c

Homo est finis omnium. 82.2.a.b.& cur 83.1.b.& 2.d.& 84.1.c

Homo tactu excellit cuncta animalia. 97.1.a

Homo cur animal prudentissimũ. 343.1.b

Homo quomodo creatus in principio, si in die sexta. 106.1.d

Homo, & equus non eadem ratione formati sunt. 310.2.b

Homo per ouem centesimam cur figuratus. 453.1.d

Homo quomodo Deos faceret possit. 349.1.c

Homo peccare põt duob. modis. 299.1.b

Homo cur pœnitere possit. 328.2.b.c

Hugo dictus Huguitio, uel Huguitio. 228.2.a.b

Hugones diuersi. 210.2.c.d

Huguitio Grammatica. 110.1.c. 133.1.b 135.1.b. 464.1.b

Humiliras prodest seruientibus, superbia nocet dominantibus. 451.2.b

Hydropsis priuatio materiæ. 557.1.b

Hypostasis, Vsia, & Vsiosis quid, quomodo differant. 160.2.b

Hyleachin. i. materiale ab hyle. 1. materia. 170.1.b

Hyleachin ab hyle. 1, materia. 160.2.d

Hyle græcè, latinè uerò materia. 13.2.b

Hyle est subiectum generationis. 14.1.c. 29.1.c. 162.1.c

Hyle quid sit. 544.2.d

I

Deæ diuinæ, & species angelicæ quomodo conueniant, & differant. 256.2.c

Idæ Platonis quomodo accipiendæ. 183.2.a.b

Idæ in Deo non differunt nisi secõdum rationem. 42.1.d

Idearum pluralitas diuinamm nõ solum est in intellectu nostro, sed etiam diuino. 42.2.c

Ideæ seruiebant Platoni ad scientiam, & generationem. 235.2.a

Idearum pluralitas qualis. 249.2.b

Idea considerationis, & factionis quid. 37.1.b

Ideæ omnium in Deo. 101.1.a

Ideæ Platonis. 72.2.b

Ideæ diuinæ sunt factiuæ, & repræsentatiuæ rerum. 326.1.a

Inferioribus multiplicatis, multiplicantur superiora. 108.2.a

Idem manens idem quomodo faciat idem. 336.1.b.c

Idem manens idem quomodo faciat idem. 42.1.a

Idem tribus dicitur modis. ibid.

Idem manens idem semper facit idem. 37.2.d. 42.2.a

Ignis mentio cur non fiat sub proprio nomine in lib. Gen. 593.1.d

Ignota nobis tripliciter sunt. 332.2.c

Ignis Beatorũ quomodo differat ab igne Damnatorum. 152.2.b

Ignis ab extremis, & medijs diffinitio. 561.2.a

Ignis cur tenebra dicatur. ibidem, & ab abysso distinguatur. 563.1.a

Ignis inferni materialis. 303.2.d

Ignis est formalior, & actiuior cæteris elementis per se, & in materia propria pusior. 361.1.d. & in sua Sphæra nõ lucet, nec calefacit. 361.1.d

Ignis non uidetur pati nisi motus. 14.2.a

Ignis cum potentia actus, quam habet in se non potest se ipsum mouere ad generationem. 14.2.a

Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. 536.2.b

Ignis quomodo dominetur in animalib. 623.2.c

Ignis triplex & cur in sua Sphæra sit ignis lux, & lucat. 145.1.c. 152.1.a

Ignis in sua Sphæra non lucet. 140.1.b.& cur. 144.1.b

Ignis non habet uirtutem actiuam nisi calorem. 24.2.c

Ignis inferni quomodo æternus. 536.2.b

Ignorantia est in uoluntarium. 340.1.c

Ignis post diem iudicij nõ calefaciet. 209.1.c

Ignis cur careat ornatu. 626.2.b

Ignis, & aqua apposita sunt coram te, sed quod uis, extende manum tuam. 289.1.b.& 290.2.b

Habit quonã pacto aliquid corpori 568.2.d

Illapsus cur Deo soli competat. 232.1.a

Illapsus Deo soli proprium 584.2.a

Illuminatio quid. 331.2.c

Illuminatio sui fiat per ueritatis propositionem. 421.2.c. An sit idem quod purgatio. 422.1.d

Illuminare, & proficere an idem. 422.1.d

Illuminationes an dentur primæ, mediæ, & ultimæ 423.1.a

Illusio sensuum à Dæmone facta tribus modis. 38.1.c. Illusiones uariæ. 389.1.a

Imago secundum Aristotelem unde dicta 593.2.d

Immaterialis nullum transmutat materiale. 348.2.c

Immaterialis non transmutans materialia. 30.2.d

Immediatum quomodo sumatur. 32.1.a

Impetus diuini. 290.1.c.d. & col. 2.a.b

INDEX

Impetus Dei speciales. 321. 2. c.& 320. 2. d
Impetus diuini à Deo in Dæmonibus an fieri possint. 322. 1. d. & cur non fiant 323. 1. d
Immutabilis natura secundum affectiones interiores, etiam secundum applicationes exteriores. 374. 1. d.
Inanimarum non reddit uocem. 369. 2. c
Incarnationis mysterium non latuit bonos Angelos, neque malos, quomodo uerum sit. 513. 1. a
Incorporea non transmutant corporea. 30. 2. d
Incorporea in loco non esse, est communis cõceptio apud sapientes, ut ait Boëtius. 506. 2. d. quomodo id intelligatur. 107. 1. a
Incorruptibile potest pati virtute diuina tantum. 88. 1. a
Inconueniens minimum est impossibile apud Deum. 92. 1. a
Individuum quid. 254. 2. c
Individuum hominis si constaret ex tota sua materia, non esset nisi unus homo. 41. 2. b
Individuum est per quantitatem. 235. 2. b
Individuationis principium est quantitas. 185. 1. d
Individuatur quãtitas per se: materia per quãtitatem: forma per materiã. 185. 2. d
Individuano hominis, & animæ separatæ 187. 2. 2. & Angeli. b
Individuationis contradictio, & grauis difficultas. 181. 1. b
Individuationis principium. 253. 1. c. d
Individuatio Angelorum an detur. 579. 2. 2. an sit substantialis: & an personalitas dici possit. 180. col. 1. & 2
Individuatio non est quid accidentale. 180. 1. d. in Angelis, sed substantialis, & formalis. 186. 1. b
Individuum constat ex proprietatibus, quarum collectionem impossibile est in altero reperire. 180. 1. c. & 184. 2. b quomodo intelligatur. Vide pag. 185. 2. c
Individuum, quasi non diuiduum, uel nõ diuisum uel non multiplicatum, aut pluribus communicatum. 180. 2. d
Individuorum differentia quales. 180. 1. c. quia differunt solo numero. ibid.
Individuatio in accidentibus, sunt accidentia: in substantijs sensibilib. nõ sunt accidentia, sed accidentia aliquid cooperantur ad individuationem eorum: sed in substantijs separatis neutro modo. 186. 1. a
Individuatio est per materiam. 179. 2. c. id intelligitur in formis materialibus. 183. 1. d
Individua Angelorum non sunt accidentia. 183. 2. c
Individuum non est accidens conditionibus materiæ. 184. 1. c
Individuum in prædicamento tantum substantiæ. 184. 2. c. extra non est. 185. 1. c.
Individuales conditiones hic, & nunc ad quid referendæ. 184. 2. c
Individuationis principium originalis quantitas. 185. 1. b. Ibidem Contrad. umbra, & solutio.
Individuatio est per materiam, & accidentia sequentia materiam. 41. 2. b
Individuationis contradictio, & solutio. 41. 1. a
Individuatio per quid sit 3. 2. c & uide in margine contradictionem, & solutionem.
Individuatio Vniuersi, & solis. 182. 2. b
Individuationum epilogos. 183. 1. a. & 186. 1. a
Individuantur formæ materiales per materiam: immateriales per se existere. 183. 1. b
Individuatio in materialibus quomodo fiat. 182. 1. a
Individuatio in formis tribus modis intelligitur. 182. 1. c
Individua materialia, & immaterialia quomodo differant. 235. 2. a. b
Individuorum distinctio. 561. 1. c
Individuatur Angelus se ipso: & diuersitate intelligendi. 187. 2. b. Vide ibi umbram contrad. & solutionem.
Infernus incorporeus ex mente D. P. A. 137. 2. d
Infernus duo dicit: in corporeus quãtum ad necessitatem, corporeus uerò congruenter. 138. 1. d. & col. 2. d
Inferni nominis origo. 459. 1. c
Inferiora reguntur per superiora. 526. 2. b
Infinitas cur non potest esse in ijs, quæ sunt per se. 66. 2. c
Infinitas animarum an fuisset, stante mundi æternitate. 67. 1. b & cur non sequatur huiusmodi infinitas in actu, si mundus æternus ex Aristotele. 67. 1. d
Infiniti deceptiones quinque. 62. 2. d. & deceptiones circa reuolutiones. 61. 1. c
Infiniti an sit totum, & pars. 62. 2. b
Infiniti an sit maius, & minus. 63. 1. b
Infiniti an sit multiplicitas, & submultiplicitas. 63. 2. a
Infinitum an possit pertransiri. 63. 2. d
Infinitosum an sit ordo. 66. 2. a. in aliquibus enim est ordo, ut in numeris, qui uadunt in infinitum. 66. 2. b
Infinitum est in fieri, non in facto esse. 197. 2. d
Infinitum cur Deus facere non possit. 105. 1. b
Infinitorum ordo cur non sit. 55. 2. b
Infinitas ex parte materiæ: finitas ex parte formæ. 190. 1. b
Infinita actu simul esse non possunt. 56. 1. a
Infinitæ actu animæ essent, si mundus æternus. 56. 1. a
Infinitum Deus cur facere non possit. 68. 2. 2
Infinitum extensione impossibile. 134. 2. c
Infinita an possit pertransiri. 46. 1. d per se negatur: concediur uero per accidens ibidem.
Infima reducentur in suprema per media. 26. 2. 2
Infidelitas non est primum uitium, sed superbia. 288. 1. a
Influentia cœlorum usque ad ultima terræ. 154. 1. d
Influentia non est sine aliquo motu. 153. 2. 2. & præsertim elementorum. d
Influentia Angelorum. 154. 1. b
Informitas, & imperfectio uerbo dissimilis. 521. 1. a
Informe origine semper præcedit formatum. 72. 1. d. 162. 2. d
Informe formatum quomodo præcedat. 2. 2. d72. 1. d
Initium salutis nostræ Deo misereante habemus, &c. 290. 2. a
Inordinatum non potest esse pulchrum. 2. 2. c.
In principio creauit Deus cœlum, & terram, an recte exponatur. 70 2. a 71. 1. a quinque expositiones dantur. ibidem.
Instans non est tempus, sed initium temporis. 54. 1. c. Vel ordo temporis. 534. 2. c
Instans fluens, & stans. 65. 1. c
Instans duplex. 65. 2. b. 317. 1. a
Instans an semper fluxerit, & an demonstrari possit à nobis. 52. 2. d
Instans æternitatis. 59. 1. c. d
Instans semper est medium inter præteritum, & futurum. 45. 2. c
Instans triplex datur. 51. 2. a
Instans omne apud Philosophum est futuri initium, & præteriti finis. 537. 2. d
Instans temporis quid. 61. 2. a
Instans non datur, quod non præcesserint infinitæ reuolutiones. 61. 2. b
Instrumentum potest agere ultra suam speciem. 27. 1. d
Instrumenti actio duplex. 27. 2. a
Instrumentum agit, ut motum. 24. 1. c
Intellectionis simplicis non est falsitas. 330. 2. d
Intellectio Angeli quænam sit. 496 2. c
Intellectus pro imaginatione 157 2. a
Intellectus passiuus corrumpi, quomodo intelligatur. 158. 1. a
Intellectus humanus cur phantasmate indigeat ad intelligendum. 238. 2. b. c
Intellectus possibilis est medium purorum intelligibilium, quomodo intelligatur. 80 1. d. & 2. a
Intellectus noster inter intelligibilia est sicut materia in genere entium. 215. 2. b
Intellectus noster quomodo se habeat ad ea, quæ sunt manifesta in natura. 147. 1. c
Intellectus humanus prius recipit species, quam lumen. 420. 1. a
Intellectus Dei quomodo differat à humano. 24. 2. a
Intellectus humanus quo intelligit. ibid
Intellectus quomodo fiat practicus. 78 2. a
Intellectus Angeli non est actu purus, nec potentia pura; sicut hominis. 78. 2. c
Intellectus noster cur non cognoscat particulare, nisi coniungatur corpori: non autem angelicus. 371. 1. c
Intellectus possibilis prope sensibile. 89 2. c
Intellectus actio est uita. 225. 1. c
Intellectus oculo similis 345. 2. c
Intellectui, & sensui differentiæ. 509 2. b
Intellectus noster sicut tabula rasa. 541. 2. d
Intellectus quomodo sit uerus, & rectus. 332. 1. a
Intellectus extensione sit practicus. 52 2. b
Intellectus humanus est pura potentia in genere intelligibilium. 88. 2. c. & cur intellectus plures possibiles, uel animæ intellectiuæ specie differentes dari non queant. ibid. b c. d
Intellectus noster in lot primordio est sicus tabula rasa. 225. 2. c

intel

INDEX

Intellectus obiectū eſt vniuerſale. 615.2.b
Intellectus agens non intelligit: ſed intellectio eſt per intellectum poſſibilem. 488.1.a
Intellectus practicus & ſpeculatiuus. 438.1.b
Intellectus quomodo moueatur à uoluntate. 242.1.c
Intellectus prima actio non mouet uoluntatem. 242.1.c
Intellectus ſacit vniuerſalitatem in rebus 181.1.b. 201.2.d & 205.1.d
Intellectus hominis quomodo ſingularia cognoſcat. 256.1.a
Intellectus ſemper eſt uerus. 250.2.d
Intelligentiæ non poſſunt transmutare materiam. 48.2.b
Intelligentiæ ſunt formæ per ſe exſtentes & non poſſunt produci ab agente creato. 38.2.a
Intelligentiæ mouentes orbes ſunt quaſi artes ſecundariæ ſub arte principali, quæ eſt ipſius Dei. 73.1.a
Intelligentiarum perfectio eſt finis motus ideſt acquiſitus per motum. 193.2.c
Intelligentia quomodo participetur æternitati. 389.2.b
Intelligentia omnia eſt plena ſpeciebus 224.1.c
Intellectus cur nō detur nō mouens, ex Ariſtotele. 192.2.c
Intelligentia inferior eſt inſtrumentum ſuperioris. 229.1.b
Intelligentiæ quid intelligat. 229.1.d
Intelligentiæ ſunt entes præter materiam ſenſibilem, & intelligibilem. 161.1.b
Intelligentiæ diſpoſitio optima eſt, quod moueat. 388.1.b
Intellectiarum cognitio non admittit fallitatem, ſed defectum. 231.1.a
Intelligentiæ, uel intellectioni credere nō debemus imaginationi. 31.2.b
Intelligentia cum eſt in cœlo non poteſt agere aliquid, quod ſit hic inferius: & quia non ubique eſt, non ubique operatur. 49.2.d. Deus autem è conuerſo
Intelligentia intelligit omnia ſecundum modum ſubſtantiæ ſuæ. 219.2.a
Intelligentia non mouet motu ad formā, niſi ſemina adhibeat. 50.1.c
Intelligentia quomodo cognoſcat quod eſt ſupra ſe. 269.1.a
Intelligentiæ habent ſuum hylechio, ideſt ſuum materiale. 16.1.a
Intelligentiæ cur ſupra tempus. 86.2.d. & cur non dicātur rationales, ſed intellectuales. 87.1.b
Intelligentiæ quomodo moueantur. 73.1.a
Intelligere noſtrum quid ſit. 147.1.c
Intelligere Angeli, & uelle eſt aliquid ſuper additum ſubſtantiæ Angeli. Intelligere, aut uelle Dei non ſic ſe habet. 49.2.c
Intelligere cum diſcurſu quid ſit. 49.2.a
Intelligere, & amare non ſinehabere, & poſſidere: poſſidere, & habere non ſine frui. 99.2.a
Intelligere animæ, & Angeli differens. 207.1.d
Intelligimus unum, & plura ſcimus. 217.1.2. 470.2.b
Intelligibile ſupra intelligentiam. 78.2.b
Intelligendi actio unde egrediatur. 78.2.c
Intelligibile plus, quàm intelligens. 73.2.d
Intentio eſſe aliquid præter intentionem duplicitèr. 21.2.c
Inuoluntarium eſt ignoratum. 340.1.c
Iracundus unde quis naturaliter. 215.1.a
Irascibilis, & concupiſcibilis quomodo rationales. 392.2.a
Iræ diffinitio materialis, & finalis. 401.2.d
Italorum mos, & præſertim Romanorū, qui fuerunt bellicoſi. 91.2.a
Iudex bonus unuſquiſque eorum, quæ cognoſcit. 431.2.d
Iudicandi cauſa quomodo eadem in agibilibus per dilectionem, & cognitionē habitam de fine. 438.1.c
Iudicanda ſunt omnia à fine. 367.2.c
Iumenta unde dicta. 639.2.2. & quænam ſic dicenda. b
Iuſtificatio noſtra non fit ſine nobis, quo modo iuſtificatur. 274.2.a
Iuſti in præſenti uita quomodo beati. 167.1.b
Iuſti anima quomodo ſedes Dei, & templum. 443.2.c

L.

LActucam quædam mulier comedens ſtatim obſeſſa à Dæmone dicitur. 309.1.c
Latro in Cruce uidit Deum per eſſentiā, ſed nō fuit in Cœlo corporali 135.2.b
Lege naturæ Philoſophi quomodo poterant ſaluari. 493.2.b
Legis uetus numerus qualis. 139.1.d
Leonis, & cetus membra differunt, quia animæ differunt. 83.2.a
Leuiathan ſquamæ quæ. 305.2.c
Lex ſaracenorum. 30.1.d
Lex Moſayca non erat uniuerſalis, ſed Hebræorum tantum. 493.2.b
Libertas Dei, Angeli, & hominis uaria. 81.1.2.b.c
Libertas arbitrij Dæmonum. 317.2.b.c
Liberalitas Dei. 32.1.c
Liberum arbitrium poſſe in diuerſa quot modis contingat. 317.1.b
Liberum arbitrium ao ſumatur reſpectu boni & mali. 317.1.d
Liberum arbitrium uſtrum per ſe, etiā cum Deo, ſecundū quod operatur ſolum in opere naturę, non poteſt ſe diſponere ad gratiam. 290.1.d
Liberum arbitriū cur ita dicatur. 211.1.a
Liberum arbitrium, & uoluntas an idem. 208.1.d. quid differant. 209.1.a
Liberum arbitrium eſt facultas uoluntatis, & rationis. 312.1.b
Liberum arbitrium de ſe poteſt deficere, ſed non proficere ſine ſpeciali gratia. 290.2.b
Liberum arbitrium an motui cæleſti ſubjaceat. 614.2.b
Liberum arbitrium ſe habet ut equus: Gratia uerò ut ſeſſor. 314.2.c
Liberum arbitrium Dei, Angeli, & Hominis differens. 207.1.d
Ligni ſiuſta proiecta in mare in naues conuerſa. 390.1.a
Lignum in aqua cur uideatur plicatum. 382.2.c
Lineæ omnes terminantur ad centrum. 253.1.a
Litteralis expoſitio cum textu concordare debet. 591.1.b
Locarum eſt æquale ſuo loco. 525.1.c. conſeruatur in ſuo loco, & quieſcit in ſuo loco. ibid.
Loci alietas formalis, & materialis: ui exiſtens in aëre, uento flante, & remuētē in eum illum aërem circa ſe. eſt in alio loco materialiter. ſed formaliter eſt in eodem loco. quia habet eundem ordinem ad uniuerſum. 371.2.c.d
Loci alietas materialis non eſt proprie alietas, ſed impropriè, & ſecundum quid 371.2.d
Loci tres conditiones neceſſariæ. 525.2.b
Loci mutatio triplex. 372.1.a
Loco eſſe tribus contingit modis 372.1.a
Loci ad loca, & temporis ad tempora ſimilis comparatio diuerſa. 538.1.d
Loco eſſe, & cum loco non idem. 535.1.c
Locus. Ratio eſſendi in loco eſt quantitas. 383.1.d
Locus materialis, & formalis. 371.2.c
Locus quid ſit. 525.1.d
Locus cur non competat matēriæ, & formæ. 533.1.c
Locus, & locandi ratio differunt. 383.1.c
Locus ab auctoritate eſt infirmus. 9.1.b
Locutio Angeli: & per nutus, & ſigna. 431.2.2.d
Locutio, & illuminatio Angelorum an idem. 483.1.d
Locutio quid, & locutio Dei illuminatio eſt. 483.1.2.d
Locutio Angeli ad ſemetipſum: & illuminatio an differant. 434.1.b & col.2.a
Locutio Angelorum per nutum refertur ad uiſum: per ſigna ad auditum. 433.2.a
Locutio ſoli homini datur. 375.1.b & quid ſit. 375.2.b
Locutio Angelorum ad Deum quot modis. 439.1.b.c
Loqui Angelos ſibi ipſis, quot modis contingat. 489.2.a
Locutio Angeli ad alterum quotuplex. 490.1.b
Locutio Angelorum ſex modis. 437.1.d
Locutio cur Brutis non detur. 376.1.a
Locutio Angelorum. 478.479 & 480.1. & 2.
Locutio Dei ad Angelos quid. 479.1.b
Locutio triplex Angelorum. 481.1.a.b & qualis. 481.2.c
Locutio Angelorum cur diſtantia loci impediri non poſſit. 479.2.b
Loquitur Angelus Homini uno tantum modo. 490.2.c
Luciferi excellentia ante lapſum. 296.1.c
Lucifer cur ſic dicatur 296.1.c
Lucifer quomodo cecidit. 259.1.2.b
Lucifer è tribus cœlis cecidit. 159.1.a.
Lucifer habuit, & habet nobiliora naturalia, quam aliquis Angelorum. 111.1.b nec cecidit à naturalibus ſibi datis. ibi. 5. Vide ibidem contradictionem, & ſolutionem.
Lucifer cæteris grauius peccauit. 299.2.d
Lucifer ſtetit locus. 294.2.c
Lucifer an fuerit de ſupremo ordine Angelorum. 295.1.c
Lucifer Cherub dicitur. 295.1.c.& cur ſic. 297.1.a.b
Lucifer non ſolum de ſupremo ordine, ſed

INDEX

sed supremus fuit. 296.1.d
Lucifer voluit ascendere cælum Deitatis. 103.2 b.c
Lucifer ad quod Cœlum uolebat ascendere. 159.1.c
Lucifer non solum æqualis Deo, sed maior esse uolui. 283.1 b
Lucifer posuit suam beatitudinem in bono diuino, sed modo non debuo. 284. 1. b
Lucifer cur indirectè, & quomodo Dei æqualitatem appetijt. 280. 2. b.c.d.& maioritatem.
Lucifer magis se, quàm Deũ dilexit. 322. 2.d
Lucifer an per suam superbiam peccare nerit. 286 1.b
Lucifer sua culpa, idest sua persuasione traxit secum tertiam partem stellarum idest Angelorum. 309.1 b
Luciferi deformitas quomodo intelligenda. 301.2.c
Luciferi peccatum non tempore, sed origine præcessit aliorum pactum.
Lucifer tẽpore Antichristi soluetur. 307 1.b.c
Lucis nomen onde sumatur. 569.1.b
Luctantium mos. 618.1.d
Lumen triplex. 418.1.a
Lumen an de medij potentia educatur. 575.2.a
Lumen simile tuden lucis. 578.1.d
Luminaria Cœli an influant in hæc inferiora. 609.2.b.c
Luminaria unde diuersas transmutationes causare possint in hæc inferiora. 612.2.c
Luminarij unde dicantur: & Luna cur luminare maius. 609.2.b.c
Luminaria quomodo sint insigna, tempora, dies, & annos. 619.2.b
Luminaria quomodo dicantur facta ex igne, 593.1.c
Luminis corporei deriuatio unde. 418. 2.a
Lunæ macula secundum fabulas. 143.1. c. secundum veritatem.d
Lunæ macula unde nascatur. 608.1.d
Luna, & stellæ recipiũt lumen, accepiũq; transfunduot. 399.1.b
Lunæ partes cot maculosæ. 351.1.d
Lunæ, & solis cursus. 55.2.b
Luna, & stellæ ao sit luminaria. 607.1.a
Luna cur luminare maius. 609.2.c
Lux primo creata an ex nihilo. 584.1.d
Lux à lumine procedit. 574.1.c
Lux spiritualis natura angelica. 560.2.a
Lux primæ diei an sit eadem cum hac, quam uidemus. 573.2.a
Lux, & lumen quomodo differant. 574. 2.d. & 576.1.b
Lux se multiplicat in instanti. 576.2.d
Lux duplex. 568.2.a

M

Magicis artibus ytentes apud Gentiles puniebantur, teste Ciceronc. 339.2.b
Magicis artibus an uti liceat. 838.2.d
Magica arte uti non licet, cum sit contra legem De, bonum commune, bonũq; priuatum. 339 2.b
Magia Reipublicæ aduersatur. 339.1.b.& bono particulari.c.& Deo. 339.1.c
Magi Pharaonis fecerũt ueras ranas, & ueros serpentes. 613.2.a
Magis, & minus non diuersificant speciẽ, quomodo intelligatur. 207.2.a
Magnes quomodo ad se trahat ferrum. 553.1.c
Magnitudo non est idem, & magnitudinis esse. 225.1.a
Magnitudo munui quomodo accipiatur 2.1.d
Magnitudo speciei in ordine consistit. 2. 2.b
Magorum ars ex D. P. Augustino. 613.1.d
Mala & bona diuersimodè cadunt sub Dei prouidentia illa etiam per accidẽs, & indirectè, uel quatenus ad notitiam tantum: hæc uerò directè, & quatenus ad beneplacitum. 20.2 b
Mala fieri cur Deus permittat. 20.2 c
Mala omnia occasionaliter ab uno malo, & culpa Luciferi, non per se. 21. 1. b. c.
Mala nuluntas non est efficiens, sed deficiens. 19.2.a
Malleorum infinitorum exemplum. 66. 2.b.c
Malitia est corruptius principij. 298.1.c
Mali causa non est bonum, ut bonum: & ut efficiens, sed ut deficiens. 21.1.b
Malum causatur, sicut auditur silentium, & uidetur tenebra. 19.2.a
Malum simpliciter, & malum huic. 20. 1. a
Malum culpæ in Dæmonibus non tollit bonum naturæ. 306.2.c
Malum alteri, non sibi, idest malum huic, non simpliciter. 214.1.b.& col.2.b
Malum dicitur quatuor modis. 214.1.d
Malum non habet causam, quia præter intentionem. 214.2 b
Malum quam causam habeat. 278.2.c
Malum quomodo à Deo. 215.2.b
Malum habet causam tantum deficientem. 21.1.c
Malum siue peccatum ex uoluntate hominis, & Diabolo suggerente & ex iustitia Dei hominem deserentis. 21.1.c
Malum, & bonum, quænam sint contraria. 21.1.d
Malum non dicit naturam, nec ens. ibid.
Malum summum non datur, quia non datur summum nihil ibid.
Malum pœnæ à Deo, malum culpæ ab homine. 20.1.c
Malũ non est nisi priuatio, & dicit quod dam non esse. 102.1 a
Malum non est nisi priuatio boni. 19.1.b
Malum esse quid sit. 213.2 a
Malum quid sit. 213.2.c
Malom unde. 339.1.b
Malum causatur à bono defectiuo. 21. 2.b
Malum cur nõ possit reduci in summum malum. 21.1.b
Malum in paucioribus. 21.2.2.& quomodo præter intentionem. ibidem.
Malum, ut malum nemo agit. 21.2.c
Malum facere quid. 278.2.d
Malum quomodo non nisi in bono, & quomodo nusquam. 19.1.c
Malum nec est existens, nec in existentib. 19 3.d
Manichęorum error de duob. principijs. 20.1.2.b.& d
Maniche rũ sex defectus circa principia. 191 b
Manichæorum errot de pluribus principijs confutatur. 71.2.b
Manichæorum principia: Deus, & Hyle. 18.2.c
Manus quo pacto organum organorum uocetur. 229 2.b
Mare quando desiccatemt. 602.2.a
Maria Virgo cur Seraphin. 454.1.a
Maris fluxus, & refluxus. 597.1.d
Materia triplicitet est in potentia ad formam. 547.1 c
Materia, & priuatio re non differunt. 547 2 b
Materia an omnium habentium eam, sit una. 554.1.2. 557.2.b
Materia est una tantum. 554.1.d
Materiæ essentiale est esse in potentia. 13 2.c
Materia per accidens appetit esse sub alia forma. 558.2.a
Materia prima est minus potens ad agendum, quàm aliquod agens instrumentale. 14.2.b
Materia cur uocetur Terra, Abyssus, & Aqua. 520.2 b. 559.2.b
Materia est effectus Dei. 15. 2.d. id quod triplici uia declaratur, quomodo non sit per se. 17.2.2. An alicuius Agentis. 15.2.a
Materiæ duæ omnino primæ an possint differre per diuersas aptitudines. 555. 2. d
Materia est medium inter ens, & nihil. 22 5.2.d. 345.2.2.545.1.a
Materiæ potentialitas est proprietas eius. 16 1.2.c
Materia, & genus quomodo differant. 558.1.a
Materia de se quid sit. 541.2.c
Materia subiecta cum forma est causa omnium accidentium, quæ fiunt in ea. 544.1.d
Materia ab intelligentijs transmutari ad formam non potest. 335.1.a
Materia cœli, & horum inferiorum est una per indifferentiam. 557.2.a
Materia si ab æterno accepisset esse, ab æterno fuisset effectus agentis. 16.1.d
Materia quomodo generetur. 36.2.a
Materialia ordinantur ad hominem. 85. 1. d
Materia inuisa est illa, ex qua creatus est Mundus. 15.2.b
Materiæ dispositio est accidens. 549.1.a
Materia ao habeat aliquid formæ. 549. 2. b
Materia cœli, & inferiorum quomodo æquiuocè dicator. 557.2 a
Materia cur terra dicatur. 559.1.d. cur Aqua. 560.1.a
Materia cum suscipit formam substantialem an habeat dimensiones interminatas. 14.3.c
Materia cognoscitur per transmutationem. 543. 1.a
Materia prius recipit formas magis uniuersales, & postea minus uniuersales. 72.1.c
Materia est eadem per essentiam in omnibus hu, quorum est materia. 174.2.c
Materia, & forma non sunt principia substantiæ simpliciter, sed substantiæ sensibilis. 569.2.c

Matc-

INDEX

Materiæ potentialitas non quælibet est potentia. 169 a d
Materia prima an sit idem, quod ipsa potentia. 545.1 b
Materia si esset quid in actu, nulla esset generatio, nec corruptio. 14.1.c
Materia cognoscitur per analogiam ad formam. 13. 3.c. idest ad actum. 125. 2. b
Materiam esse principium actiuũ dicere est dicere opposita. 13 2.c
Materia quomodo à Deo facta fuisset, ſtã te mundi æternitate. 63 1.a
Materia est in genere substantiæ, & subsistere per posse. 37.1.c
Materia quomodo fiat. 24.2.a
Materia individuatur per quantitatem: Quantitas per se: forma per materiam. 235. 2 d
Materia saltem origine fuit creata ante omnia. 72.1.d
Materiã machinatur ad malum. 214 2.d
Materialis causa secundi sententiarum. 2. 1. d
Materia competit iis, quibus competit proprietas materiæ. 160 2.a b
Materia parum participat de entitate, quia est propè nihil. 16.1 b
Materia corporea ad nutum obedit Angelo, & Dæmonibus 362.2.c.d
Materia, & forma non suos in genere substantiæ nisi reductiuè. 169.2.b
Materia prima non potest se ipsam mouere. 13.1.d
Materia prima est potentia tantum. 13. 2. 2. b
Materiam primam ad productionem rerum naturalium non sufficere, declaratur tribus vijs. 13.2.a
Materia prima est fundamentum naturæ. 13.2.b 544.2.c.560.1.2.& cur sic.
Materia prima an ex se dicat aliquem actum 541.2.c.& quomodo fundamentum naturæ. 541.1.2.& est medium inter ens actu, & nihil simpliciter. 541.2.a
Materia cur primò dicatur creata. 543. 2. b
Materiæ naturæ per nomina sacræ scripturæ. 542.2.d
Materia nomine terræ. 543.1.d
Materia si fuisset æterna, Deus potuisset facere aliquid ab æterno. 64.2.c
Materiã uel aliquid materiale habet omne factibile, & omne creatum. 16.1 a
Materia, & forma sunt principia intrinseca rei. 73.2 a.b & coincidunt. ibidem.
Materia est pura potẽtia in genere entiũ, & dicit medium punctale. quia si, haberet plus de entitate, esset ens in actu: si minus, esset nihil. ita intellectus possibilis. 89.1.c.d.& 2.2
Materia prima ex Atist. sententia quomodo sit increata, & effectus Dei. 17 1.a
Materia quomodo sit effectus Dei simpliciter: aliorum uerò agentium secundum quid. 17.1.b
Materia prima est à Deo non situ, sed dissimilitudine. 17.1.c
Materia cœli, & horum inferiorum eadem est per essentiam. 165.2.a
Materia ubicunque propriè est eadem est per essentiam. 165.2.b
Materia & forma quomodo generentur, corrumpantue. 172 1.c
Materiã non esse corpoream Philosophorum nullus dixit. 167.2.d
Materia naturalis, & mathematica. 163. 1 b
Materiæ modi quot. 168.1.c
Materia prima si omnis formæ expers foret non posset esse subiecta tranſmutationi, & motui; nec ex ea aliquid fieri posset 164. 2.b c
Materia propè nihil: Angelus prope Deũ. 17.1.d.89.2 c.164.2.d.398.1.b
Materia infra nihil est. 164. 2.d
Materiæ duæ primæ realiter differentes esse non possunt. 164.2.a
Materia habet aliquid formæ, ad quam mouetur. 550.1 b
Materiæ potentia supra essentiam quid addat. 550.1 d
Materiæ, & formæ cur loecus non competat. 383 1 c
Materia prius recipit formas magis uniuersales, & postea minus uniuersales usque ad individuales. 375. 2. a. & 202. 2. a
Materia, & efficiens non coincidunt 16.1 c
Materia est ita effectus, quòd nullo modo est efficiens. 16.1.c
Materiæ potissimè competit, ut participet esse. 16.1.d
Materia nusquam separatur à quantitate. 162.1.c
Materiæ essentiale est esse in potentia. 163. 2. a
Materia ao in corporibus cœlestibus sit propriè sumpta. 550.2.c
Materia sola ao sufficiat ad productionẽ rerum naturalium. 13 1.a
Materia prima aliter consideratur à Philosopho naturali, & aliter à Metaphysico. 12.1.c
Materia prima non est principium simpliciter. 20.2.d
Materia non fit, sed forma, sed compositum. 23.2.b.33.1.b
Materia est potentia pura. 13.2.c
Materia cognoscitur transmutatione formarum corporalium. 13.2.c
Materia triplex. 338.1.a
Materia prima creaturæ spiritualis, & corporalis quomodo intelligatur informia 162.2.b
Materia prima cur multis nominibus uocetur. 520. 528.1.b
Materia in productione omnium, quæ fiunt ex aliquo, quomodo supponatur. 17.2.b
Materia non fuit facta ex aliquo, sed ex nihilo. 17.2.b
Materia quomodo præcessit omnem formam origine, non tempore. 17.2.b
Materia appellatur aqua. 501.1.c
Materiale dupliciter idest essentialiter, & virtualiter. 335.1.d
Materia est, ex qua facta sunt ea, quæ fiunt ex aliquo. 17 2.b
Materia non fit simpliciter à Generante, sed sub hac forma. 36.1.a
Materia quomodo Deo dissimilis, sed non omnino. 17.2.a
Materia prima nõ sentit, nec intelligitur, aut cognoscitur nisi mutabilitate cognita. 13.2.c
Materia superiorum, & inferiorum an eadem. 357.1.c
Materia prima cui sit ingenita, & incorruptibilis. 44.1.c. & cui ante omnẽ generationem, & post omnẽ corruptionem. ibidem: & 47 2 d
Mathematicus quid cõsideret. 108.1 c
Mathematica est de abstractis secundum considerationem. 109 1.a
Mathematicus abstrahit à motu, & à materia. 141.2.d
Mathematica quomodo non habeant finem, neque bonum. 79.2 b
Mathematica est solum de his, quæ sunt insensibilib. 121.1.b & abstrahit secundũ considerationem tantum. 121.1.b
Matutina, & uespertina cognitio quid. 470.2.d & naturales sunt. 57 1.1.b
Matutina, Meridiana, & Vespertina cognitio. 476.1.d
Mediorum diuinationes, & prænotiones nec ad quem modum reducantur. 333 2.2
Mediorum ab extremis, & ad inuicem distinctio. 563. 1.2
Medicus quomodo sanet per se, & occidat per accidens. 43.2.2
Medium inter Deũ, & animam nullũ. 417 2. d
Medium debet sapere naturam extremorum. 107.1.c
Medium quoddam inter substantiam, & accidens. 130.1.d
Mediũ inter Deũ, & creaturam. 420.1.c
Melancolici nullo terribili cõtingente pertimescũt. 122.2.c. Phlegmatici uerò nõ.
Melchisedech non immerito habuisse Patrem nec Matrem. 636.1.c
Mẽbra Brutorũ cur differant. 333.2. c.d 343.2.d.& 353.2.d. & 107.1.b.c
Membra leonis, & membra cerui differũt quia animæ differunt. 88.2.2
Memoria qũo fiat. Experientia. 369.1. b
Mensura minima est simplicissima, & omnia mensurantur minimo sui generis. 121. 2.d.& 112.2.d & in oi genere minima. 112.2.d
Mensura omnium colorum est color primus: & substantia prima est mensura omnium substantiarum. 111.1.b
Mensuræ duæ, quas non omnia eodẽ modo recipiunt. 336 1.a
Mensuræ nomen est à quantitate translata ad alia; & mensura non est, nisi in ijs, quæ sunt quantitas. 121. 1.d
Mensura eadem cum eo, quod mensuratur. 126 1.c
Mensuras proprias habent res in actionibus suis, & ista mensura provenit ab arte diuina intellectuali. 78.1.a
Mensura prior mensurato: 130.2.d
Mensura quanto simplicior, tanto magis ad unitatem accedit. 107.1.d
Mensura debet esse unigenera. 142.2.c
Mẽsurãtur oĩa minimo sui generis. 107.1.d
Mensura totius, & nobilioris partis eadẽ uo. 2.d.& est Deus mensura totius entis 111.1.c
Mensura quid sit. 118.1.d
Mensuræ tres. 133.1.a
Mensurãtũ ipe per se quidam sit. 58.2.a
Mercium in mari projectio. 340.2.a
Merirum Angelorum, & præmium quomodo simul. 297.1.c.d
Meritum Angeli simul cum tempore esse non potuit. 292.2.c
Meritum in Angelis præcessit præmium natura, non tempore. 291.2.c.d
Meritum non est in naturalibus. 291.d

INDEX

Metaphysica considerat omnia sub ratione entis. 5.a.c
Metaphysica primò, & per se considerat universalitèr de ente non autem Theologia. 7.1.b
Metaphysicæ subiectum est ens. 7.1.b
Metapysica aliter considerat ens, quam Theologia. 7.1.b
Metaphysica principalius cõsiderat de substantia, quamde accidente. 11.1.b
Metaphysica considerat de omni ente in eo, quod eos. 247.1.d
Metaph. In Metaphoris non est disputandum. 453.1.a
Metaphysicus aliter considerat materiam primam, quàm Physicus. 12.1.c
Michael ex ordine Principatuum. 492.2.a
Michaelis altercatio cum Dracone. 492. a. b
Millia millium ministrabant ei, quomodo intelligatur. 197.1.b
Minimum unum datur in unoquoque genere. 507.1.d
Ministri operatiui nonciantes. 440.1.b
Miraculum quãdo admittendum. 588.2.d
Misericordia in inferno. 304.1.b
Missa celebratio non potest fieri ab eo, qui sumpsit cibum post mediam noctem, siue postea dormiatur, siue nõ. 585.2.d
Miscibilia sunt in motu secundum utrumque. 561.2.a
Missio duplex. 471.2.c
missio Filij, & Spiritus sancti. 471.2.a
Mittere quid sit. 471.1.b
Mixti nobilitas unde sumatur. 623.1.b
Mixta unde sint elementis nobiliora. 623 2. d
Mobile, ergo compositum ex materia, & forma. 558.1.d
Mobile omne corpus, & è conuerso. 137. 2. a
Mobile primum quomodo ab alijs distinctum exemplo canis declaratur. 533.1.d
Mobile primum ab æuo Mundi an moueri coeperit. 531.2.b
Mobile unum quomodo pluribus motibus moueri possit. 530.2.a
Mobile æternum ex Philosopho, quòd incipiat moueri inconueniens est. 43.1.b
Modicum distans tanquam nihil accipitur. 223.2.b
Molles carne apti mente, quomodo intelligatur. 207.2.a
Monoculi, & vnipedes an sint. 90.2.a
Monstra habentes unum oculum, & habentes unum pedem. 88.2.a
Monstra humana quot, & quænam sint. 90.2.b
Monstrorum causæ diuersæ. 91.1.b
Monstruositates diuersæ faciunt ad pulchritudinem vniuersi. 91.1.c
Monstrum unde oriatur. 76.2.b
Montium quorundam altitudo. 599.2.c
Mors homini, Angelis casus. 200.2.d
Mors est quædam omnis mutabilitas. 335. 1.c. 535.1.d
Mors præferenda non est culpæ; sed mors potius eligẽda, quã culpæ agere. 262.1.a
Mors hominibus est Angelis casus. 300. 1. 2. b
Mors finis omnium non est. 634.2.c
Morula ioter creationẽ, & lapsum Angelorum. 275.2.d
Morula breuissima ioter creationem, & lapsum Angelorum. 222.1.c. & 501.2.b
& 523.1.c.d
Motus nobis mouentiue omnia, quæ sunt in nobis. 369.2.b
Motores Cœlorum in qua parte eorum existant. 374. 2. 2. & non sunt in toto Cœlo b. & formaliter respiciuot partem orientalem c.
Motoribus Cœli cœli assistudo non accidat. 95.1.2
Motor quomodo cum labore moueret 28.1.c
Motor primus si mouere desineret, statim quodcunq; agens desineret. 47.2.c
Motor cœlum oriente. 95.1.c
Motor mouet sicut desideratum, & amatum. 616.2.c
Motores orbium cœlestium per quid differant. 245.1.b
Motores cœlorum an possint dici aoiμ. 87.2.2
Motus præsupponit corpus mobile: Tempus motum. 104.2.a
Motus naturalis, & gratuitus in Deũ. 321. 2. c.d. & cui assimiletur. 321.1.b
Motus electiuus à quo. 321.1.a
Motus tunc totus est, cum nihil est de motu. 155.2.d
Motus non est ante primum motum, & omnis motus præsupponit factionem mobilis. 45.1.a
Motus est in eodem genere cum rebus, ad quas est motus: & non est præter eas: & tot sunt motus, & mutationis species, quot entis. 129.2.c
Motus omnis fundatur super aliquo immobili. 148.2.c
Motus vnus primus, in quo fundatur tẽpus tanquam in subiecto. 108.2.b
Motus non est totus simul, & tunc est completus, quando nihil de eo est. 113 1. d
Motu esse, & cum motu non idem. 535. 1. c. d
Motus quomodo in Deo. 632.1.c
Motus primus est vita in entibus 530.1.b 603.1.c. 612.1.a
Motor naturalis à gratuito quomodo differat. 324.2.d
Motus Cœli quando cessabit. 140 2.c.154 2.c.444 1.a
Motus primus non ab Angelis, sed à Deo. 533.1.d
Motus cœli semper est regularis, secundũ naturæ cursum. 95.2.a
Mouens, & motum immediate differunt: & ex consequenti quandoque non differunt. 240.1.b.c
Mouens, & motum distinguuntur loco, & subiecto. 239 2.a.b.c
Mouens, ut agens, est foema in anima. 99 2. c
Monentes non motæ sunt intelligentiæ. 369.2.a
Mouetur nihil ad finem, quem sit impossibile consequi. 80.1.d
Mouere se ipsum quot modis contingat. 241.1.d
Monere immobiliter quid sit. 81.1.c
Mula quælibet sterilis: tamen Mulæ syriæ coeunt, & pariunt. 239.2.c
Mulæ, productæ ex hoium industria. 641.1.b
Muli, & mulæ sterilitas unde. 605.2.c
Mulier habens Spiritum familiarem, fecuit occultum mirandum. 391.1.a
Mulus quomodo generetur ex Asino, & equa. 368.1.a
Mulus cum Asino non conuenit in forma, nec in specie. 81.2.b
Mulnplicans inferioribus, multiplicantur superiora. 108.2.a
Mulnplicatio noo dicit nobilitatem. 189. 2.c
Multitudo creaturarum cur à Deo procedere possit. 37.2.c. & 41.2.2.b.c
Multitudo omnis participat vno. 415.1.a
Mundi æternitatis imaginatio. 59.2.b
Mundi pulchritudo. 2.2.b. & magnitudo. ibidem.
Mundi creatio ante omnem diem. 524 1. b
Mundo posito ab æterno, quidnam sequatur. 580.2.c
Mundus totus, idest omnis creatura spiritualis, & corporalis est unus principatus. 526.1.d
Mundus si fuisset ab æterno, nullam esset dare tem inactu, quam præcessissent infinita, quæ essent per se causæ illius rei. 66. a b
Mundos uerius in tempore, quàm cum tempore secundum se. 537.1.d
Mundus uerius dicitur cum tempore factus ad tollendos errores. a b
Mundus non in tempore, sed cum tempore factus est. 155.2.c
Mundus quomodo fuisset ab æterno. 69. 2. d
Mundus si fuisset ab æterno, fuisset infacto esse ab æterno, & post, non tamen ab æterno illum Deus conseruasset. 69 2. c
Mundus si fuisset ab æterno, quomodo Deus natura fuisset eius prius, quàm mundus. 113.1.d
Mundus in tempore esse cepit, & ab æterno esse non potuit, sed ipsum potuit facere ab æterno Deus. 57.2.b
Mundum incepisse, & ab æterno esse non potuisse, rationes suot solubiles. 57.2. b.70.1.b
Mundus non fuit ante instans, quod mensurat productionem perpetuorum, potuit tamen ab æterno esse. 65.2.b
Mondus si æternus, fuisset, ex nihilo fuisset factus post nihil; non post, durationc: sed natura. 65.2.a
Mundus in ictu oculi stare non posset, si ei Deus regimen subtraheret. 116.2.a
Mundus si fuisset æternus, quomodo generabilis, & corruptibilis fuissent æterna. 67. 2. d. & animal æternum non generasset. ibid.
Mundus quomodo sit in loco, itemque Cœlum ipsum. 52.1.c
Mundus factus est ex materia informi. 17.2.b
Mundus quomodo inceperit secundum Philosophum. 48.2.c
Mundus si fuisset ab æterno, infinito fuisset addino. 66.2.2.c. & unũ infinitum esse maius altero. ibidem.
Mundus an in die factus. 539.1.c. & quomodo. 540.2.d. & quomodo ante diem. ibidem.
Mundus ante lucem exigua sparia creatus. 539.2.c
Mundus totus nunquam desinet esse. 44. a.c. & non posset incipere esse, nisi præsupponeretur uacuum. 44. 1. d. & constat ex iota sua materia. 45.1.2

INDEX

& est ingenerabilis,& incorrupt. ex Philosopho.
Mundus si esset æternus,animæ actu infinitæ essent. 56.1.a
Mundus in instanti fuisset creatus, si ab æterno. 61.1.c
Mundus cur à Deo creatus. 79.1.d
Mundus an sit æternus.42.2.c. & non est æternus. 46.2.c
Mundus si fuisset æternus,cur non sequatur infinitas animarum in actu. 67. 1. b.d.& quem modum inuenisset.
Mundus si fuisset ab æterno, fuissent infinita. 65 1.a
Mundus si fuisset ab æterno,creatio fuisset in instanti temporis. 59. 2. b.& 2.a. 61.1.c
Mundum cur Deos ab æterno creare noluerit. 104.1.c
Mundum incæpisse, & æternum esse non posse,non potest demonstrari. 54.2. c.57.2 b
Mundum in uere fuisse creatum, probatur. 64.2.b
Mundum cur Deus produxit.& cur hoc, & illud. 101.2 a
Mundum potuit Deus facere ab æterno, quia ab æterno potentiam habuit.70. 2. a
Mundum potuisse esse ab æterno,non asseruit dictum sæpè est ab AEgidio, sed gratia disputationis. 70.1.d
Mundum fieri ab æterno, implicat contradictionem. 57.1.c
Mundum æternum esse, rationes recentiũ Theologorum sunt difficiles. 47.1.b
Mundum esse æternum cur dixerit Aristoteles. 46.2.d
Mundum esse æternum,demonstrari potest, ex Philosophis: sed Mundum, ex quibusdam magnis Theologis,demonstrari potest, incœpisse ex tempore,alij uerò dicunt nec id, nec eius oppositum demonstrari posse, quamois ex tempore incœpit. 47.1 b
Mundum præcessit Deus duratione, quæ est æternitas. non duratione, quæ est tempus. 54.2.a
Muses ex putrefactione, & ex coitu sunt diuersi.alli enim non generant. 32.2.a
Mures ex coitu, & ex putrefactione non sunt eiosdem speciei. 88. 1.d. illi sunt multo maiores,quàm isti. ibidem
Musculationes ex uino corrupto. 645.1.d
Motabile an omne uisibile. 394.2.c
Mutatio virtutis,& uirtus in alterationẽ reducitur. 288.1.d
Mutabilitas omnis arguit aliquid informe. 172.1.b
Mutabilitas rerum triplex. 173.2.a
Mortabilitas omnis nonnulla mors est.313 2. c
Mutatio omnis mors quædam. 535.1.d

— N

NAsum magnum,& os magnum habentes.91. 1. d. uidentur quendam latratum emittere inter loquendum. 91.1 c.d
Natiuitas hominis duplex. 517.1.d
Natura secundum Boetium. 141.1.a
Natura prælius dicitur ab AEgidio, quam à Philosopho, propter cœlum. 142.1.b
Natura quæ facit,sic fiunt,ac si fierent per artem. 76.1.a
Natura corporea quomodo obediat Angelo. 385.1 b
Natura semper desiderat quod melius est 179.2.b.629.1 d
Natura non agit nisi remorata à superioribus causis, ut ab intelligentijs. 351. 2. d
Natura operatur propter finem. 351.2.d
Naturam datus dat inclinationem sequentem naturam. 320.2.b
Natura semper curat 259.1. b. & curat 262 2.b. & quomodo. 321.1.c.d
Natura humana u natura creata differt in actibus. 150 2.b
Natura diuina cur creaturæ communicari non possit. 40.1.a
Natura eadem specifica in aliquibus potest communicari pluribus modis: in animalibus uero non. 32. 1.d.505.2.d
Natura quælibet simpliciter bona, & à Deo est.20.1.c.& quomodo mala huic. ibidem.
Naturæ diuinæ,& creatæ differentia.349 2. c
Natura est principium motus:intelligitur de corporibus naturalibus. 143.1.a
Naturæ nihil est frustra. 30.1.a
Naturæ lege Philosophi quomodo poterant saluari. 493.2.b
Natura agit propter finem,ut dirigitur à Deo,uel ab intelligentia. 77. 1. a. & sic mouetur in finem à cognoscente. 77 2.d.& non intendit nisi remorata ab intelligentijs. 78.1.a
Naturam communicandi uarius modus tantum. 29.2.c.& 32.1.d
Naturę peccatũ unde oriatur 76.2.b.604
Natura una omnium rerũ non est.20.1.a
Natura est quidditas rei. 392.1.d
Natura diuina cur filio,& Spiritui S. communicatos. 39.2.c
Naturale est quod obijcibus cõperit. 260 1.b
Naturaliter quæ fiunt, fiunt, ut semper, uel ut frequenter. 75.1.d
Naturaliter nihil mouetur ad finem, quod sit impossibile consequi. 80 1.d
Naturalia remanserunt in Angelis integra 510.1.c.& uide ibid.umbram contradictionis,& solutionem,
Naturale quot modis sumatur. 141.2.d
Naturale est suaue. 260.1.a
Naturale ni esset,nullum esset violẽtum. 76.1.c.d
Nauis ligata ad stipitem,totus fluuius habet magis rationem loci, quam pars, nam sic semper est in eodem loco, etiã si aqua subterfluat.quia sæper se habet ad eundem ordinem. 525.2.a
Nauis ligata ad stipitem non dicitur mutare locum propriè. ibid.
Naui factiua si esset in ligno, fieret nauis sicut ab arte. 76.1.a
Negatio semper fundatur supes affirmatione. 467.1.b
Nemo facit malum,ot malum. 21 2.c
Neruus est sensorium tactus secundum Medicos,non autem Aristotelis.97.2.b
Nihil ex nihilo aliquid fieri perserrum omnes Philosophantes.22.2.c. & ex nihilo fieri quid sit. 231.1.c
Nihil.Ex nihilo agere difficilius,& maioris potẽtiæ est,quã agere ex cõtrario 29.1.a
Nihil.Ex nihilo tu aliquid produci possit 22.1.a & quomodo id fieri dicatur ab agente naturali. 52 2.a
Nihil. Ex nihilo aliquid fieri cur minus difficile,quam ex contrario. 26.1.d
Nihil est omnino Deo dissimile,quia nullam habet entitatem. 17.2.a
Nihil est quod non est localiter. 393.2.d. opinio quorundam Antiquorum.
Nihil fit,nisi compositum. 175.2.a
Nihil.Gradus entũ,& fiũt ex nihilo 34.1.a
Nihil. Ex nihilo, & sine transmutatione facere idem. 25.1 b
Nihil est in aliqua dispositione, in qua prius non erat,nisi per motum. 43.1.b
Nobilitatis est non multiplicari. 189.1.c
Nobilitas, & ignobilitas unde sumantur. 164.2.d
Noctiluca,quæ cicindela, uel uiredula dicitur,in obscuro tñ facit lumẽ. 576.1.c
Numina Dæmonum uaria: eorum qi declaratio. 493 1.a.b
Non est potestas supra terram quæ cõparetur,qũo intelligi debeat. 310.1.b.c
Non ens trib. dicitur modis. 29.1.b
Nouũ,& uetus testamentum cur ut rota in rota. 5.2.d
Nubes cur habeãt omnium elementorũ naturam, 363.1.c
Nugatio quid. 574.1.a
Nugatio quando non fiat in propositionibus. 179.2.a
Nullus uult esse alius.280.2.d.& cur.
Nullus scit quę sunt hominis,nisi Spiritus hominis,qui est in ipso. 385.1.a
Numero differre est differre solo accidẽte. 280.1.c.& 284.1.b
Numero,pondere, & mensura quomodo omnia facta. 107.2.a
Numerus senarius perfectus. 624. 2. d.& 625.1.e
Numerus causatur ex diuisione continui. 188.1 d
Numerus in Angelis non est ille, qui est species quantitatis 590.1.c.& 592.1.b.c
Numerus non reperiatur in Angelis. 588.1.c
Numerus senarius quomodo sit perfectus. 572.1 c
Numeri duo species differentes æqualiter ab unitate distantes non sunt,sic species duæ.46.1.c.40.1.d. 59.2.b.206.1.c.d
Numeri perfecti quinam sint. 152.1.a
Numerus duplex. 191.1.b
Numeri in infinitum uadunt, & ordinatter.66.1.b numerus tamen nullus datur actu infinitus. ibidem.
Numerus in Angelis est largè. 120.2.a
Numerus denarius est numerorum finis. 149.1.d
Numerus septenarius Spiritui sancto tribuitur. 628.1.a
Numero Ternario omnia reperiuntur. 431.1.d
Numerus unus omnium numerorum quomodo sit. 107.2.c & 108.1.d
Numerorũ perfectiones tres. 435.2.c.d
Nummos habere non est peccatum: eli ciriuè. 7.1.b
Nunc fluens facit tempus. 534.2.a
Nunc temporis est idem cum substantia rei mobilis. 133.2.b
Nunc æui est unum tantum. 514.1.a
Nunc temporis cur duo. ibidem.
Nunc semper est principium futuri,& finis præteriti. 44.1.a
Nunc triplex datur. 51. a. 2. & uide ibidem

INDEX

ibid contrad.& sol
Nunc AEternitatis, AEui, & Temporis. 136.2.c.d
Nunc prius,& nunc posterius non faciũt tempus, nisi in eadem mensura. 107. 1. b
Nunc temporis non est mensura creationis cuiuslibet creaturæ. 72.1.c
Nunc quomodo semper sit initium temporis futuri, & finit præterim. 51.2.a
Nutrimentum quomodo fiat. 14.2.c.d

O

OBedientia corporalium ad nutum Angelorum quantum ad motum. 491.2.c
Obedientia non semper meretur. 460. 2.b
Obiectum intellectus est vniuersale. 615 2.b
Octaua sphæra diuersis motib. mouetur. 158.2.b
Odium, uel inuidia an fuerit peccatum Diaboli. 286.1.c
Oleum quomodo illuminet fundum maris. 560.2.b
Oligarchia, Timocratia, & Aristocratia. 406.1.a
Olympium cœlum unde dicatur. 599. 2.b
Omissio non fuit in Dæmone, sed commissio. 288.1.b
Omne, quod est, quãdo est, necesse est esse. 57.1.a
Omne aut est substantia, aut accidens, & est uel spirituale, uel corporeum. 30. 1.b
Omne recipiens debet esse denundatum à natura recepti. 96.1.a
Omne quod semper fertur, ante se habet aliquid, & post se. 45.2.c
Omnis cognitio à sensu. 93.2.d
Omnia in mensura, numero, & pondere fecruot à Deo disposita. 55. 1.a. 107. 2.a
Operarij, & Præpositi Angeli. 410.2.a
Opimo cum demonstratione fiat non potest. 12.1.b
Opus uitæ per spiritum pulsatilem est ab anima vegetatiua. 365.1.a
Ordo est in ijs, quæ sunt per se. 55.2.b. & in ijs, quæ habent principium, medium, & ordinem ea salutis. ibid.
Ordo quid. 396.2.c.400.2.a. 45.1.a
Ordo originis naturalis in diuinis. 397. 1.c
Ordinata per se. 197.2.b
Ordinata per accidens. 197.2.c
Ordiner an rectè nominentur. 432.1.d.& an sint à natura, gratia, & officio. 433. 1.a
Ordinis bonum, & ducis. 261.1.c.d
Ordo corporum. 448.1.a
Ordo quid. 458.2.d
Ordo in Vniuerso duplex. 84.2.a. ipsiusq; ordo, & connexio. 85.2.d
Ordo rerum, & doctrinæ. 543.2.c
Ordo artium practicarum. 245.2.d
Ordo, & similitudo speculatiuarum. 246. 1.c
Ordo potentiarum. 246.1.c
Ordo cæli, uel fortunæ tribui non potest 81.1.d. ordo Vniuersi. ibid
Ordo rerum exigit, ut superior possit, quã inferior. 377.1.d
Ordo rationalium ex opinione antiquorum. 86.1.a
Ordo animaliuru, & Plantarum. 195.1.a
Ordo domus, & Vniuersi. 278.1.c
Ortho finium qui. 193.2.b
Ordo Reipublicæ. 245.1.c
Organum agit, ut motum. 25.1.c
Organa in nutriendo, generando, & sentiendo principalia. 870.2.b
Organum potest agere ultra suam speciem. 27.1.d
Organi actio duplex. 27.1.a
Origenis dicta ab Ecclesia cur sint reprobata. 315.2.a b
Oriontis ultimum quid. 156.2.b
Orionis æternitatis quid. 327.2.b
Orsus scientiarum liber. 120.1.a
Ossa faciunt ad sustentamentum carnis, & spinæ in piscibus. 97.2.c
Ouis centesima figurat hominem. 433 1.d

P

PAllidum participat de albedine, & uiredine. 251.1.a
Parabolæ nobis proponuntur ut per illas instruamur. 442.2.d
Parum distans tanquam nihil acceptum 223.1.b
Participare quid sit. 40.2.a
Particulare quando sit, nec non Vniuersale. 369.1.c
Particulare cur dicatur sensibile; Vniuersale uerò intelligentiæ. 371.1.c
Passio, & passibilis qualitas. 122.2.b
Passio omnis naturalis magis facta obijcit à substantia: 82.1.a
Passerum motus est uel uolando, uel saltando. 90.2.d
Pater, & Filius an operentur per Spiritum factum. 581.2.a
Pater in filio, & filius in Patre: & Spiritus S. in vtroque. 356.1.d
Pater, & Filius diligunt se Spiritu sancto. Pater autem intelligit Filio cur non dicatur. 583.2.c
Pater in diuinis principium generationis filij non est potès gignere, nisi natura. 39.2.a
Pater quomodo operetur per filium. 579. 2.b
Pater cur nunquam missus. 471.1.c
Pater inuisibilis, cur sic. 2.1.a
Pater meus operetur vsque modo. 630. 2.d
Patiens potest esse incorruptibile ob istud tantum diuina. 88.1.a
Paulli raptus quid. 138. 2.d. 512.1.c
Paulus Deum quomodo uiderit in hac vita mortali. 464.2.a
Paulli raptus ad 3. cœlum. 600.1.c
Paulli controuersia de ordinem Angelorum enumeratione explicatur. 446.2. 2.& 447.1.d
Paulus, uel Hierotheus, Præceptor Dionysij Areopagitæ. 431.2.c
Paulus ad 3.d cœlũ fuerit raptus. 159.1.b
Peccans ignorans, non per ignorantiam quis dicatur. 297.2.c
Peccans deceptus, non per ignorantiam quis dicator. 297.2.d
Peccans nesciens, & deceptus quis dicatur, non per ignorantiam. 298.1.a
Peccatos ex inclinatione & ex falso iudicio quomodo differant. 313.2.c.d
Peccantes ex habitu dicuntur impœnitentes. 316.2.c
Peccare cur Bruta non possint. 279.1.b
Peccare quid. 279.1.b. Peccare nescientem quid. 280.2.b.c
Peccare ignorantem, & ex ignorantione quid. 279.1.d
Peccare non possunt Angeli, nec Beati, & sunt liberi. 314.1.d.& col.2.c
Peccare posse, & non peccare est laudabilitas. 314.2.d
Peccare non posse, per se loquendo, est multò laudabilius, quàm posse peccare, & non peccare. 314.2.d
Peccare nõ est efficere, sed deficere. 319.1.b
Peccare quot modis contingat. 21.2.c.d. 278.2.d
Peccare contingit ex passione, ex ignorantia, & ex electione. 28.1.c
Peccare ex habitu, & ex passione quid differant. 316.2.c
Peccatum est priuatio modi, speciei, & ordinis. 279.2.a
Peccatum non est intelligibile, ut natura aliqua, sed ut priuatio boni. 279.2.c
Peccatum ortus unde fiat. 76.2.c
Peccatum est ex hominis uoluntate: ex Diabolo suggerente: & ex ruina Dei hominem deserentis. 21.2.c
Peccatum ideo peccatum, quia uoluntarium. 214.1.b.217.1.b
Peccatum naturæ unde oriatur. 76.2.b
Peccatum quis prohibens omnia prohibet. 308.2.b. ita & uitans, & quomodo ibidem.
Peccatum Dæmonis caret omni medio. 319.1.a
Precatum Luciferi quodnam fuerit. 286 1.c
Peccatum Luciferi fuit superbia. 286.2.d 287.1.b
Peccatum quomodo unũ trahat in aliud. 505.1.d
Peccati quomodo causã habeat. 278.2.c
Peccatum Angeli quale. 281.1.a.& col.2
Peccati conditiones tres. 279.1.b
Peccati tria cõsiderãda. 279.2.d.& 280.1.b
Peccati cuiuslibet duo sunt. 305.1.c
Peccati circumstantia an possit aggravare peccatum in infinitum. 316.1.b.c
Peccat quis uel per ignorantiam, uel ignorans, quid sibi hæc duo uelint. 280.1.d
Peccandi minor mobilitas quomodo melior sit laudabilitas. 314.2.d
Peccata quomodo sint connexa. 307.2.d
Peccata Dæmonum, & Hominum quomodo differant. 322.2.a
Peccata Hominum ad tria reducuntur, spiritualium uero ad unum. 322.2.b
Pecuniam habere non est peccatum ebristiue. 7.1.b
Pedicar Agnos, quid. 591.1.c
Pœnitet me fecisse hominem, quomodo intelligatur. 653.2.c
Perfectum est quod potest generare sibi simile. 399.2.c
Perfectorum paucitas colligitur ex paucitate numerorum perfectorũ. 625.2.b
Perfecto substantiarum separatarum est finis motus. 1. finis acquisitus per motum. 82.2.b 193.2.c
Perfectibile debet adæquari suę perfectioni. 279.2.d

INDEX

Perfectio quid. 420.2.d
Perfectè agere quid sit. 34.2.a
Perfectio rerum duplex. 619.2.b
Perfectum, & totum idem. 34.1.d. 40.2.a
Perfectum tribus dicitur modis. 265.1.c.d
Perfectum quid sit. 510.1.b
Perfectionis existentia: & acceptio, & continuatio. 629.1.a
Perfectionis tres modi. 276.2.d
Persarum, & ludæorum Angelorum pugna. 516.2.b
Personarum diuinarum productiu est ratio productionis creaturarum. 580.2.b. & 582.2.c
Per se quid sit. 320.1.c
Per se subsistens non potest uniri alteri, nisi accidentaliter. 91.2.d
Persona est hypostasis distincta proprietate ad dignitatem pertinente. 180.1.b
Persona ideſt per se sonans: & secundum Græcos dicitur à Prosopon, quasi talis facies. 186.2.b.c
Personæ nomen unde originem habuerit ibidem
Persona quid. 186.2.d. & 187.2.d
Personæ nomen tria requirit. 187.1.c
Persona in diuinis est suppositum proprietate distinctum ad dignitatem pertinente. 187.2.d. Perspectiuus considerat lineam non secundum se, sed ut uisualem. 11.1.b
Pes in puluere ab æterno indicat uestigiū ab æterno. 535.2.c. 536.2.b
Petrus B. ad beatā Agathā missus. 454.1.d
Phantasma quomodo intellectum agere possit. 244.2.d
Philosophus aliter considerat materiam primam, quàm Metaphysicus. 12.1.c
Philosophorum superstitio. 357.2.a
Philosophia naturalis est prima post Metaphysicam. 121.1.c
Philosophorum error de intelligentijs. 348.2.c
Philosophia naturalis omnia considerat sub ratione corporis mobilis. 5.2.c
Philosophus & Theologus si qua eadem cognoscunt, non eadem ratione. 12.1. b. & d.
Philosophus naturalis quem terminum habeat. 83.2.c
Philosophus, & Theologus idem diuersimodè considerant. 12.1.d
Philosophi quomodo in lege naturæ peterant saluari. 498.2.b
Philosophiæ essentialis triplex modus. 141.2.d
Phlegmatici aliquo contingente terribili non mouentur: Melancolici uerò nullo terribili contingente pertimescunt. 123.2.c
Pilula cerea, uel plumbea &c. quomodo multę sentiantur. 389.2.c in scholio.
Pisces ascendere, experimento uisum est, aqua cadente ex alto. 626.2.a
Piscium, & Auium motus idem: & quando creati simul. 626.1.c
Piscis exemplum in rete capti, qui est similis ratæ, & quomodo manus Piscatoris obstupefiant. 610.2.d
Piscium natura quomodo aquea. 623.2.c
Pisces, & aues quomodo ex aqua. 640.2.a
Piscium squamæ, & quercus putrida in obscuro tantum reddunt quoddam lumen. 576.1.c
Pisces quomodo reptant. 627.1.a
Pisces, & Aues quomodo mouentur sursum. 98.1.d
Pisces an reptilia dici possint. 639.1.d
Planetarum nomine cur ab Ecclesia dies non dicantur. 635.2.a
Planetarum unusquisque facit unam speciem. 196.1. b. & uide opinionum diuersitatem, 200.2.b
Planetarum ordo. 599.1.c
Plantarum nobilitas. 412.2.b
Plantarum, & animalium ordo. 193.1.a
Plantæ solia propter fructuum custodiā faciunt. 75.2.d
Platonis ideæ 72.2.b. Et Academia. 17.1.c
Plato quas posuerit ideas, & quænā principia. 72.2.c
Plato dicebat ideas esse scientiam rerū. 72.2.c
Plato primus perhibetur ideas appellasse. 72.2.c
Plato Moyses atticissans cur dicatur. in scholio. 498.2.d
Plato cur culpandus in tradenda scientia. 9.2.d
Plato fuit Socratis discipulus. 499.1.d
Plato tria statuit principia. 4.2.a. 72.2.a
Plura, ut plura, & simul, & eodem modo coniunctim intelligi non possunt, sed separatim. 252.1.c
Poetæ miranda canunt, sed non credenda. 90.2.a
Poliziæ quot. 405.2.d
Pomum mouens puerum quid. 83.1.c
Possibile non omne fit. 104.2.b
Possibilia multa sunt, quæ Deus non facit. 104.2.b
Possibile purum in materia nullum. 548.2.c.d
Possidere, & habere non sine frui. 99.2.a
Potentia Dei triplex, eiusque differentia. 59.1.d
Potentia pura dicit actum purum. 345.1.d
Potentia materiæ duplex. 545.2.c
Potentiæ rationales quomodo sint ad opposita. 312.1.b. & 314.2.a
Potentia, Aptitudo, Priuatio, & Appetitus quid sint. 545.1 c.in scholio.
Potentia materiæ supra essentiam quid addat. 550.1.d
Potentiam, & actum esse facere quid sit. 171.2.b
Potentiarum ordo. 246.1.c
Potentiæ non organicæ fundatæ in essentia animæ non immediatè uniuntur corpus, sed per potentias organicas. 617.2.c
Potentialitas duplex materialis, & intellectualis. 419.2.a
Potentiæ duæ purè simpliciter dari non possunt sicut nec duæ materiæ primæ. 555.1.d
Potentia, & impotentia naturalis. 122.1.d
Potentia, & actus sunt effectus alicuius agentis. 16.1.b
Potentia in omni productione fit sub actu & actus in potentia. 16.1.b
Potentiæ corporalium, & spiritualium quid. 169.2.a
Potentia est medium inter substantiam, & actionem. 223.2.c
Potentia est in genere relationis. 37.1.c
Potestates operatiuæ ordinatæ. 438.2.d
Potestates unde dicantur. 439.1.c
Præcepta Decalogi sunt de iure naturæ. 259.1.d
Prædicamenta quænam dicant rem, & quid diuersum, 191.2.c
Prædicamenta realia quot, & quæ sint. 118.2.b.c 561.2.c
Prædicamentorum sufficientia. 123.2.a
Prædicamentorum constitutio in Angelis, & rebus corporeis. 177.1.b
Prædicamenta Pythagoræ decem. 149.1.d
Prædic. In Prædicamento substantiæ aliquid potest esse quinque modis. 231.2.a
Prælatorum tria necessaria. 199.2.d
Præmium accidentale, & essentiale quid. 518.2.c.d
Prænosticationes uariæ an dentur. 333. col.1.& 2.
Præpositus cur 2. Hierarchiæ: Ordines, & Ministri. 3. Hierarchiæ. 439.2.b.c.d
Præpositi, & Operarij Angeli. 410.2.a
Præpositio, per, quid significet. 578.2.d
Primum non innititur alteri. 18.2.a
Primum in quolibet genere est causa omnium, quæ sunt post. 16.2.c.41.2.c.47.1.c.59.2.c.78.1.d. 169.1.d.466.2.c
Prioratus unus, & unus princeps. 398.1.a
Principatus circa Reges, & Rectores. 409.1.b
Principatus esse oportet in Angelis. 397.2.d
Principatus Angelorum, & hominū. 398.2.c.d. & tria principatuum genera bonorum, totidemq, malorum. 405.2.d
Principium rerum duplex: natura, & uoluntas. 39.1.b
Principium rerum triplex: Natura, mos, & ratio. 391.b
Principium motus deitatis Pater: & principium unde principio. Principium de principio filius. Principium à principio Sp. sanctus. 70.2.b
Principium notum per se, ut, De Quolibet uera est affirmatio, aut negatio, quomodo negari possit. 283.1.a
Principium effectuum appropriatur patri: Principium exemplaris filio: Principium, ut ratio finalis Spiritui sancto. hæc tamen tria sunt essentialia, & communia toti Trinitati. 71.2.c
Principia rerum quomodo duo: tria: & quinque. 73.1.d. & 2.a.b
Principia posita ab Empedocle, & Pythagoræ. 18.2.c
Principia tria apud Platonem. 4.2.a. 72.2.a
Principia prima an sint plura. 17.2.c
Principia prima quomodo plura, & quomodo unum tantum. 20.2.d
Principia Manichæorū: Deus, & hyle. 18.2.c
Principia duo contraria esse non possunt rerum existentiam. 18.1.d. & 2.a
Principia rerum naturalium quomodo semper manere oporteat. 547.2.c
Principia, quibus directè contradicere nō possumus: & Principia Topica, & Demōstratiua quomodo differāt. 313.2.a
Principia prima plura dari, est error Manichæorum. 71.2.b

INDEX

Principia rerum conditarum. 12.2.c
Principia tria apud Aristotelem. 5.1.a
Privatio non despicienda in generatione rerum naturalium. 165. 1.d. & cur. 356.1.d
Privatio est principium per accidens. 73. 2.a
Privatio materiæ est quædam hydropisis. 557.1.b
Privatio, & negatio speciem propriam non habent. 329.1.d
Privatio est non ens. 19 t.b. 21 3.2.c
Priora sunt 2, ta nata dare certitudinem de posterioribus, non è converso. 149. 2.a. & vide ibi rubricam contradictionis, & solutionem.
Prioritates notandæ. 428.2.a
Prius quot modis dicatur. 428.2.b
Prius, & posterius quando faciant tempus. 54.2.a
Prius, & posterius simul stare oõ possunt. 595.2.c
Produci in aliquid ex nihilo possit. 223.2
Productio omnis naturalis est ex contrario in contrarium. 38.2.c
Producens. A producente imperfecto cur plura procedere possint, à perfecto autem non. 40.2.c
Providentia quomodo in Deo sit ponenda. 20.2.a.b
Pugna Angelorum fuit difformitas voluntatum. 302.1.b
Pugna Angelorum semper est ad voluntatem Dei adimplendam. 476.1.a
Pulchritudo ad modum fiendi: bonitas verò ad rem factam refertur. 76.2.a
Pulchritudo constat ex omnibus ordinatis. 212.c
Pulchritudo vniuersi. 2.2.b
Pulchri causa cuncta fiunt. 76.2.a
Pulchrum, & bonum idem. 76.1.a
Pulchrum inordinatum esse non potest. 2.2.c
Pulcher quis, & pulchra actio quæ dicatur. 76.1.d
Puncto assimilatur sensus communis. 258.1.a
Punctus reductivè pertinet ad prædicamentum quantitatis. 123.2.c.d. nec est quantitas, nec substantia. & quid sit. 230.1.2.b
Punctus nõ augmentat lineam, & superficiem non augmentat corpus. 43 2.1.b
Pupilla cur sine colore. 87.2.b. 345.2.d. 541.2.d
Purgatorium à Platone ponitur: Infernum, & Paradisus. Vide in schol. 508.1.2
Putrefactione generata quot requirantur. 15.1.2.d. Vide ibi contradict. & sol.
Putrefactio in his, quæ ex putrefactione generantur, se habet sicut semen in animalibus. 15.1.d
Pythagoræ, & Emped. principia. 18.2.c
Pythagoræ prædicamenta decem. 149. 1.d
Pygmæi an sint. 902.1.c

Q

Quælis vnusquisque est, talis finis sibi videtur. 259.2.d. 448.1.d
Qualitas neutra. 595.2.a
Qualitate interempta, interimitur omnis proprietas, & omnis character intellectus, & sensibilis. 130.2.d. quantitate intrempta sensibile solum. ibidem.
Qualitatum notandæ species. 122.1.a.b
Qualitas dicit formam: Quantitas verò materiam. 118.1.c
Qualitatum quatuor species: & cur species, & genera dicantur. 121.2.c.d. & definitio. d
Quando est in omni re temporali. 109. 2.a
Quando quid sit. 109.2.b
Quantitati proprium. 118.1.d
Quantitas omnis, uel est continua, uel discreta. 118.1.a
Quantitas nulla separatur à continuo. 120.1.c
Quantitas discreta duplex. 120.2.b
Quantitas sola quomodo faciat diuersitatem. 163.1.b
Quantitas dicit materiam: qualitas verò formam. 118.2.c.& 120.2.d
Quantitas individuatur per se: Materia per quantitatem: Forma per materiã. 285.2.d.
Quãtitas miraculosè sine subiecto. 223.1.d
Quantitate interempta, interimitur sensibile solum: qualitate autem interempta, quid interimatur. 120.2.d
Quæcunque videntur temporalia, ideſt mutabilia; quæ autem nõ videntur æterna, ideſt immutabilia. 594.1.d
Quæcunque habent eandem formam, & differunt per materiam, cadũt sub una, & eadem ratione. 42.1.d
Quercus putrida, nocti luca, & squamæ piscium in obscuro tantum reddunt quendam lumen. 576.1.x
Quæ sunt eiusdem generis communicãt in principijs. 160.2.a.b
Quæ vni eidem sunt similia, inter se sunt similia. 236.2.d
Quæ sunt à Deo ordinata sunt. 258.2.b
Quæst. disp. edita ab Aegidio ante secundum lib. sent. 36.2.d
Qui vnum in æternum creauit omnia simul. 104.2.c
Quies Dei non opponitur motui, sed est cessatio ab opere. 634.1.a.& 611.2.c.d
Quies metaphoricè sumpta duplex. 631. 2.c
Quies quomodo mensuretur a tempore per accidens. 127.1.b
Quidditas est rei natura. 192.1.d
Quodammodo, septem modis exponitur. 84.1.c
Quod parum distat, tãquam nihil distare videtur. 223.1.b
Quod superabundantiam dicitur unus sola conuenit. 591.2.a
Quodlibetum tertium ante 2. sent. sed quantum post secundum sententiarũ. 293.1.a
Quodlibet uoo fit ex quolibet. 75.2.b
Quod uerè est, nullo accidit. 126.2.c.& 580.2.a
Quorum finis unus naturalis, illa sunt eadem specie. 207.2.b
Quorum substantia deperit non sedunt eadem numero. 181.2.d.& 184.1.d

R

Rabanus quot cœlos posuerit. 598.2. b.& 599.1.c.& col.2.2
Raphael ex ordine Angelorum. 492.2.c
Ranæ ex putrefactione. 641.2.d
Ratio quid. 326.1.c
Ratio cognoscendi est forma intellectus 223.2.b
Ratio existens in intellecto non se extendit ad opus, nisi secundum beneplacitum voluntatis. 105.1.2
Ratio essendi in loco est quantitas. 583 1.d
Rationes existentes in Deo sunt rationes cuiuslibet totius rei productæ. 41. 1.b.& 2.2
Rationes principales, & primæ sunt factuæ, & productiuæ rerum. 41.2.d
Rationes pro mundi æternitate. 43. usque ad 46.
Rationes de mundi Inceptione. 55.1.2
Rationes seminales. 44 1.2.d
Rationes obedientiales, & seminales. 608. 2.d
Rationes productiuæ in mente Dei. 98. 2.d
Rationes obedientiales. 444 1.2
Rationale animal an sit genus. 90. 1.b
Rationale quomodo sit differentia animalis. 547. 1.d
Rationalis creatura diuisa est in duo. 74. 1.d
Rationalis creatura an detur inter Angelum, & hominem. 85.2.c
Rationalium diuisio creaturarum. 86. 1.c
Rationalis creatura an detur infra hominem. 88.1.b
Rationalia animalia sunt omnia eiusdem speciei nobiscum, & homines habentes animam rationalem, ossi monstrum accidens in natura, sunt similes Christo homini. 91.2.b
Rationalis creatura quomodo creata in die sexta, & in principio. 106. 2.d
Recipiens debet esse denudatum à natura recepti. 87.2.b. 831. 1.b. 541. 2.c
Rectum est index sui, & obliqui. 117.2.d 329.1.c.481.2.a
Reductio omnium in unum aliquod est tantum in habentibus causam efficientem. 21.1.b
Regulæ scientiarum, & virtutum. 266. 2.c
Rei habenti esse nihil potest dare esse. 64 3.b
Reip. ordo. 245.2.c
Relatio in diuinis secundum esse transit in diuinam substantiam: sed secundum quidditatem remanet. 124. 2.a
Relationum modi quot, & quinam sint. 119.1.b
Relatio habet minimum de esse. 119. 1.c
Relatio realis tria requirit. 124.1.b
Remota à sensibus difficilius sentuntur qualia sint. 147.2.b
Remus cur in aqua videatur fractus, aut duplex, nec decipiat sensus &c. 588.1.d
Reptandi modi uarij. 627.2.a
Repulsa quomodo pertineant ad ornatum terræ, & aquæ. 626.2.d
Repulsa unde dicta. 639.1.b
Requies non habens vesperam quænam sit. 630.1.c

INDEX

Rerom gradus apud Platonem. 78. 1. b
Rerum esse triplex. 568. 1. d. & 569. 1. b
Rerum conditarum duratio. 42. 2. b
Res quælibet est in prædicamento per suam essentiam. 174. 1. a
Res sicut se habet ad esse, ita ad agere. & è conuerso. 118. 1. c. quomodo intelligatur, vide pag. 118. 1. a
Res sunt cognitæ à cognoscente priusquam sunt in cognoscente. 224. 2. b
Res idem, & esse tci. 215. 1. a
Res existit per esse. 174. 1. b
Res in se, & ab intellectu considerata diuersimodè. 166. 2. d
Res sicut se habet ad esse, ita ad unum esse, & distinctum esse. 106. 2. d
Respectus, quem potentia supra materiæ essentiam addit, quid dicat. 550. 2. a
Rota in rota quid sibi velit. 410. 1. c
Respiratio vnde. 375. 1. c
Rubor ex verecundia. 222. 2. d

S

Saepè quid. 326. 2. a
Sabbathum quomodo mutatum. 637. 2. c
Sabbathum cur sic dicatur. 635. 1. c
Sacerdos celebrare non potest, sumpto cibo per mediam noctem, siue dormiatur: siue non, sumpto cibo. 525. 2. d
Sacra scriptura dum exponitur, quinque sunt seruanda. 105. 2. a
Sacramentis non est alligata virtus diuina. 305. 1. 2
Sagitta per motum suum tendit in signum. 75. 2. a
Salamandra propter sui frigiditatē quam diu viuat in igne, & salamandræ telanutandæ. 625. 2. d
Saluandorum numerus 453. 1. c. 493. 2. 2. 518. 1. 2
Saluandorum numerus minor, quàm damnandorum. 518. 1. 2
Saluatur omnis, nisi gratia diuina: & nemo damnatur, nisi ex suamet culpa. 505. 1. b
Salutis nostræ gradus. 290. 2. a
Sanctè non agere vnde. 403. 2. d
Sancti in patria quomodo loquētur. 140. 1. d. & 146. 2. c
Sanctorum auctoritates suos piè emouendæ, nō extendendæ. 353. 2. c. in schollio.
Sanctos non permittit Deus tentari à Dæmonibus, nisi consurgeret sanctorum meritum. 306. 1. b
Sapientia prior omnium creata est, idest Angelica natura. 103. 1. b. 104. 1. 2. 106. 2. a
Sapientia attingit à fine, vsque ad finem. fortiter, & disponit omnia suauiter. 260. 1. a
Sapiendo omnis à Deo est: & est ante æuum. 132. 1. c
Sapientia Dei attingit à fine vsq; in fine. 78. 1. b
Sapientia bonorum omnium mater. 432. 1. a
Sapientia est ordinare. 414. 2. b
Sapiens dominabitur astris. 83. 1. b. & 615. 2. a
Saracenorum lex. 30. 1. d
Sathanas cur ludæ non intrando, sed malitiæ suæ vires inferendo, impleuit. 380. 1. a. quomodo intelligatur. 324. 1. d
Sathan quomodo cecidisse dicatur. 159. 1. 2 b
Sathan quomodo dicatur esse inter filios Dei. 465. 1. b. & col. 2. c
Saturni frigiditas vnde nascatur. 589. 1. a
Scarabones generantur ex carnibus bouinis. 13. 1. d
Scientia humanitus inuenta nulla habet pro subiecto Deum, sed ens creatum. 11. 1. a
Scientia humanitus inuenta procedit ab effectu ad causam. sed inspirata, & reuelata à conuerso. 8. 2. c. d
Scientia humana innititur rationi. 9. 1. b
Scientiæ aliæ à Theologia an sint superfluæ. 10. 1. a
Scientiæ aliæ à Theologia cur non sint superfluæ. 10. 1. d. idque quatuor ostenditur vijs.
Scientia Dei quomodo sit causa rerum. 255. 2. b. c. 511. 1. b. 582. 2. a
Scientiæ aliquæ subalternantes, & subalternatæ. 11. 1. d. & 2. 2 b. c
Scientiarum ortus liber. 120. 1. a
Scientia quælibet ad quatuor referri debet. 2 1 2
Scientia omnis habet unam considerandi rationem, sub qua considerantur omnia, quæ tractantur in scientia. 5. 2. c
Scientia triplex tantum. 8. 2. b. 141. 2. d
Scientiarum, & virtutum regulæ. 266. 2. c
Scientia per coniecturam quid. 273. 2. a
Scientia est eorum, quæ non possunt aliter se habere. 270. 1. b
Scibilia multa sunt, quæ non sciuntur. 57. 2. c
Scientis signum est docere. 391. 2. a
Scimus plura, & unum intelligimus. 217 1. 2. 470. 2. b
Scire se dirigere est actus virtutis perfectæ. 266. 2. c
Scire per coniecturam quid. 270. 1. d
Scriptura sacra dum exponitur, quinque sunt seruanda. 105. 2. a
Scriptura sacra tota ad Deum glorificatorem est referenda. 10. 2. d
Scriptura sacra de quibus determinet. 10. 2. d
Scripturæ sacræ subiectum est Deus glorificator. 6. 1. d. & 7. 2. b. & 8. 1. c. & 10 2. a
Scripturæ sacræ subiectū quomodo Deus restaurator. 6. 1. d
Scriptura sacra cur taceat de temporibus, & sileat de diebus. 534. 1. a
Scripturę sacrę auctoritas quanta sit. 3. 2. a. & 9. 1. c. 522. 1. 2. 536. 2. a
Scripturę sacræ studium quale. 589. 1. b
Scriptura sacra uniuersa habet uerba oitæ æternę. 5. 1. d. 6. 1. a
Scriptura sacra nullius generis rerum uerba uitauit. 8. 2. b
Scriptura sacra cur inspirata. 544. b
Secreta Dei conimimissima, communia, specialiora, & specialissima. 444. 1. c
Secreta Dei non hominum nosse. 443. 2. d
Seculum tribus modis dicitur. 857. 1. a. & quatuor modis. 357. 1. c
Seculum unde dicatur. 256. 1. b. c. & 257. 1. a
Seculum Dei quid. 257. 1. d
Sedes Dei quæ. 443. 2. b
Semen quid. 340. 2. d 364. 1. c
Semen est superfluum alimenti. 367. 2. a
Sensibilia manuducunt nos ad intelligibilia. 46. 2. c
Sensibilia an prius considerāda sint, quā intelligibilia. 7. 2. a. b
Sensus communis puncto assimilatur. 258. 1. a
Sensus communis quomodu plura sentiat. 53. 1. a
Sentire nutrire, & generare quibus conueniant. 365. 1. a
Septentrionis pars quædam habitabilis. 565. 2. a
Seraphin cur missus, cum sit supremus. 473. 1. c
Seraphin clamabant alter ad alterum, quid sibi velit. 199. 2. b
Seraphin incendium charitatis. 408. 1. c
Seraphin ideſt incendens. 378. 2. b
Seraphin, Throni, & Cherubin cur sic. 297. 1 2. b
Seraphin est omnino supremus ordo. 4. 7. 1. d
Seraphin ex amore. Cherubin ex scientia, Throni ex tenoune dicuntur. 437. 1. 2. 440. 2. b
Sermo soli homini datus. 375. 1. b
Sicut, quid significet. 261. 1. a. b. c
Siderea coelum aurinum densius est, quàm Luna, vbi maculosa. 143. 2. b
Sidera an directè agant in inferiora. alibi. 615. 1. b
Sidera cur dicantur calida, & frigida. 560. 2. b
Signum scientis est docere. 391. 2. a
Silentium, & tenebrę quid. 820. 2. d
Silentium quomodo audiatur, & videatur tenebra. 19. 2. 2. 178. 2. c
Simile esse simile per omnem modum nō oportet. 73. 1. b
Similia inter se sunt, quæ uni eidem sunt similia. 256. 2. d
Similitudo omnis est cum dissimilitudine. 261. 2. 2
Simplex omninu unu pateſt esse subiectum. 160. 2. d. & 170. 2. a
Situs est ordo partium. 232. 1. b
Socrates fuit Magister Platonis. 499. 2. d
Socrates bonus homo in lege naturę poterat saluari. 495. 2. b
Socratis Deus, aut Dęmon, aut custos, 499. 1. c. d
Socrates habuit Angelum custodem, & quilibet alius purus homo. 498. 2. c
Sol non mutatur alterando, & alteratur non alteratur. 73. 1. c
Solis calor est qualitas actiua non formaliter, sed effectiuè. 73. 1. c
Sol mouet suo motus, non absolutè, sed quia non mouet hoc modo motus. 73. 1. c

INDEX

Sol cur non eodem modo in hieme, & æstate calefaciat. 38.1.a
Sol diuersa efficit ex diuersitate recipientium. 38.1.b
Sol non ratiocinatur, nec prælegit, sicut Deus. 31.2.c
Sol quamuis habeat splendorem sibi connaturalem, quomodo natura sit splendore prior. 113.2.d
Sol complet suum cursum in anno: Luna verò in mense, & etiam in minori spatio. 55.2.b
Sol constat lex tota sua materia. 182 2.b
Sol simpliciter spissus. 144.2.b
Sol quando, & quomodo causet generationem. 73.1.a
Sol semper illuminat aliquam terræ, uel aquæ partem. 368.2.c
Sol cur factus. 560.2.d
Sol quando, & cur factus. 601.2.b
Solis triplex condensatio. 608.2.a
Solis lumen quomodo agumentatum. 638.2.a.& condensatio.d.
Solis, & Dei analogia. 410.1.a
Somnus quomodo fiat in animali. 623. 1.c
Sonus quomodo se multiplicet, exemplo percutientis arborem à remotis. 577. 1.a
Sonus an sit in cœlis. 146.1.b. sonus an sit in aëre. 146.2.a
Species sunt sicut nomen. 39.1.b
Species, quæ est in intelligentia, signum à specie, quæ est in memoria. 224.1.c
Species in intellectu Angeli sunt repræsentatiuæ rerum secundum esse, quod habent in rebus. 255.1.c
Species tota potest saluari in unico individuo, & saluatur: & ibi est ratio genetis, speciei, & differentiæ, & compositio ex illis. 179.1.c
Species intelligibilis mouet intellectum, sicut sensibile sensum. 239 1.d
Species in intellectu quomodo quid singulare. & uniuersale sint. 183.1.b
Species rerum sunt in anima. 448.1.a
Species intelligibiles quomodo nobis acquirantur. 244.1.c.d
Species quomodo dicat totam naturam per modum totius. 176.2.c
Species decipiens quænam sit. 208.1.c
Speculatiuarum ordo, & similitudo. 246.1.c
Speculi gibbosi exemplum, & effectus. 576.2.a
Sphæra octaua diuersis motibus mouetur. 458.2.b
Sphæra decima addita à Pythagora. 149. 2.b
Sphæricum omnino in his inferioribus non datur. 603.2.d
Spiræ faciunt ad sustentamentum, sicut ossa ad sustentamentum carnis. 97. 2.c.
Spinæ, & tribula propter peccatū. 614.2.c quando, & cur facti. 606.1.b
Spiritualia sunt causa corporalium. 32. 2.d
Spiritus uitalis, animalis, & generatiuus ubi collocentur. 370.2.b
Spiritus Domini ferebatur super aquas, quid sibi uelit. 80.1.a. 532.2.a. 563.1.b & 164.1.c
Spiritus duo simul esse non possunt. 379. 2.b. 383.2.b. & uide ibi, in scholio opinionum diuersitatem, & difficultatem.
Spiritus uitalis, & naturalis ubi consistat. 364.1.b
Spiritus uitalis cur in corde. 379.2.b
Spiritus quomodo agant in humanum intellectum. 392.1.b
Spiritus sanctus cur diuinitas. 2.1.b
Spiritus sanctus procedit per modum uoluntatis, ut natura, uel concommunicata natura. Filius uerò per naturam. 39.2.a
Spiritus non illabitur animæ humanæ, & quomodo intelligatur ingredi cor humanum. 384.1.d
Spiritus unus, & idem uexantis, & uexati quomodo intelligatur, ex uerbis. D. P. Augustini. 384. 2. d. 389. 2. c
Spiritus maligni, etiam si nolimus, & nobis inuitos, scire possunt cogitationes cordium. 384 2.d & 387.2.c
Spiritus an partem intellectiuam immorare possint. 385. 2. a. An partem affectiuam. c
Spiritus, & corpus possunt esse simul, & quomodo spiritus in anima. 386.2.a
Spiritus quomodo esset ubi esset corpus. 386.2.c
Spissitudo stellis necessaria, ut sint lucidæ 151.1.d
Spissitudo cœli arguit luminositatem. 143.2.b & dicit perfectionem in cœlis; in elementis uerò imperfectionem. 143 2. d
Squamæ piscium, & quercus putrida in obscuro tantum faciūt lucem, &c. 76. 1.c
Squamæ Leuiathan quæ. 305.2.c
Stellæ multæ maiores Luna, terra uerò multo minor Luna. 607.1.b
Stella minima uisu perceptibilis est maior tota terra. 2.2.a. 150.2.d. & uide ibi coadditionem, & solutionem. & 518.1.d
Stella est pars spissior sui orbis. 143.1.b
Stella cur pars formalior orbis. 144. 1.a. & est eiusdem naturæ cum suo orbe.b
Stella quomodo cum labore moueretur. 28. 1.c
Stellarum reuoluti, ad aliam est duodecupla. 63.2.c
Stellæ quomodo dicantur cadere de cœlo. 150.2.d
Stellæ cur tam paruæ nobis uideantur, cum unaquæque sit maior tota terra. 151.1.a
Stellis dēsitas est necessaria, ut sint lucidæ. 151.1.d
Stella cui non moueatur sine orbe. 145. 2.b
Stella quælibet octauæ sphæræ est maior tota terra. 474.1.c
Stella si moueretur per se, uel scinderet orbem: uel esset uacuum, uel duo corpora in eodem. 140.2.a
Stella est eiusdem naturæ cum suo orbe. 608.1.c
Stellarum multarum unaquæque facit unam speciem. 196.1.b.& uide opinionum diuersitatem. 200.2.b
Stellæ omnes à sole claritatem habent. 576.1.b
Stellæ cadentes quid. 561.2.a.d
Stellæ cur dicatur calidæ, & frigidæ. 566. 2.b
Stellæ ab antiquis Dei uocabantur. 2.a.b
Stellionis quædam lacertæ. 627.1.b
Subalternatio, & comparatio artium. 155 2.c
Subcubi, & incubi qui sint. 561.1.a
Subiectum scripturæ Sacræ quomodo Deus Restaurator. 6.1.d
Subiectum scripturæ sacræ est Deus Glorificator. 6. 2.d. & 7.1.b.& 8.1.c.& 10 2. a
Subiectum nō potest esse forma simplex. 160.2.d & 170.1.a
Subiectum Secundi sententiarum. 12.d.b
Substantia an suscipiat magis, & minus 210.1.d
Substantiæ, & accidens unio: & naturæ diuinæ, & humanæ quomodo differant. 351.1.b
Substantia respectu Dei quomodo dicatur accidens. 351.1.b
Substantiæ rerum numeri secundum Pithagoricos. 41.1.c
Substantiæ in Prædicamento aliquid potest esse quinque modis. 151.2.a
Substantia diuiditur in incorporeā, & in corpoream. 174 2.c
Substantia nulla est quid uniuersale. 180 1.a
Substantia est prima, & nobilior pars totius entis. 111.1.a
Substantia una est mensura omnium substantiarum. 111.1.b
Substantia quæ est genus, non prædicatur de materia, & forma. 169.2.b
Substantiæ immateriales non possunt trāsmutare materiam. 48.2.b
Successio propria, & uera: & quo pacto sit in æuo. 114. 2.a. b.c.& 115.1.d.& uide ibi tres opiniones, & earum conciliationem.
Successio duplex. 115.1.a.c.& multiplex 115.2.c. triplex. 117.2.c.d
Successio secundum naturam, uera, & ex toto. 115.2.c.d
Successionis triplex modus. 116.1.a
Successio proprie non est in æuo. 116. 1.c
Successio æui sine mouatione. 116.2.a
Successiua cum tota sunt, nihil sunt. 72.1. a. ut anni nostri tunc erunt omnes, cū nihil erunt. b. Permanentia tunc incipiunt esse, cum tota sunt. ibidem. & 155.1.d
Sufficientia prædicamentorum. 123.2.a
Superbia primum peccatum Diaboli. 287 1.c
Superbia, & auaritia inseparabiles respiciunt quodlibet peccatum. 287.1.c
Superbia quomodo ascendat semper. 321 2.a
Superabundantia quod dicitur, uni soli conuenit. 107.2.d
Superborum semper sunt iurgia. 411.2.a
Superiora regunt inferiora. 526.2.b
Superstitio Philosophorum. 337.2.a
Superius potest esse inferius aliquo modo. 446.2.c
Suppositi diuini, & creati differenoa. 350. 1.b
Supremæ infimorum attingunt infima supremorum. 351.2.b

T

TActus in toto corpore animalis. 96. 1.c

INDEX

Tactus in quo neruo reseruetur. 96.1.d
Tactus fundamentum sensuum. 96.2.a
Tactur corruptione corrũpitur animal 96.2.c
Tactus requirit mediam proportionem tangibilium. 96.2.d
Tactu sensus animal est animal. 96.2.a
Tactu animalia cuncta excellunter ab hominae. 97.1.a
Tactus nobilitas facit ad nobilitatem cõplexionis. 97.1.a
Tactus duplex. 415.1.d
Talpa non habet oculos, nisi forte sub pelle nec Apes habent auditum. 412.2.c
Tempora mensurantur ea, quæ continentur à tempore. 155.2.b
Tempore nihil fit, quod tempus non præcedat. 155.2.b
Tempore quod fit, fit post aliquod tempus. 155.2.b
Tempore esse, uel fieri triplex. 155.2.a
Tempore esse, & cum tempore quid. 545.1.b
Temporis plures partes præteriti autem non 112.2.b.
Temporis unitas uaria secundum uarias opiniones. 108.1.b.c.d
Tempores cur duo nunc præteriti autem unũ tantum. 154.1.a
Temporis unitas unde. 107.2.c. Temporis unitas uera. 108.2.b
Tempori accidit, ut diuidatur in diem, & noctem. 533.2.c
Tempotia eius duo nũc præteriti autem unum tantum. 134.1.a
Tempora fuerunt, & non fuerunt ante mundum. 157.2.b
Temporalia non omnia continentur à tempore. 537.2.d
Tempus Æternitas, & Æuum quomodo differant. 136.1.b.156.1.c
Tempus quomodo mensuret. 127. 1.a Mensurat enim motum primi mobilis per se, & primo: alios motus per se, sed non primo & quietem nerõ nec per se, nec primo, sed per accidens. 127.1.a b
Tempus quomodo mensuret quietem per accidens. 127.1.b 107.1.c
Tempus. Omnia, quæ sunt in tempore patiuntur à tempore quia rabescunt, & senescunt in tempore. 595.1.b
Tempus est unum omnium temporum.
Tempus. In tempore esse quot modis contingat. 537.1.b.
Tempus æternum est æuum. 132.1.b
Tempus est passio motus, quomodo intelligatur. 128.2.a
Tempus est unum non ratione uarietatis numeralis, nec unitatis materiæ, sed subiecti. 107.2.d
Tempus tunc totum perfectum est, cum nil de tempore est. 155.1.d
Tempus cur ita bis inferioribus non fit, sed quando. 109.2.a
Tempus numerus prioris, & posterioris. 232.2.c
Tempus est passio motus. 129.2.b. & realiter idem, quod motus. ibid.c
Tempus per se, & primo, est mensura motus. 108.2.a
Tempus unum omnium temporalium, quia motus unus primus, in quo fundatur tempus tantum in subiecto, 108. 2.b
Tempus si esset in temporalibus multiplicaretur secũdum multiplicationem temporalium. 112.1.c. cur nõ multiplicetur. 112.1.d
Tempus ex quatuor constat, & quod nũc est, an sint idem. 529.2.a
Tẽpus est mensura motus p̃ sequentis uerò per accidens. 127.1.b
Tempus an factum in tempore. 54. 1. c. quia in instanti. ibid.
Tempus factum cum tempore, non in tẽpore. 155.2.c.d
Tempus non factum in tempore, ideſt nõ cognoscitur à Tempore. 155.2.d
Tempus nõ incepit esse in tempore. 256 1.a
Tempus, Æuum, Æternum, & seculum quomodo differant. 156.1 b.c. & unde dicantur, ibidem & quomodo differãt. 226.1 b
Tempus si incepisset, in aliquo nunc incepisset, quomodo sit inconueniens. 44 1.a
Tempus quomodo habeat complementum ab anima, cum sit numerus motus, secundum prius, & posterius. 527. 2. b
Tempus quomodo creatum in tempore. 155.1.d
Tempus duplex, ideſt reale, & imaginatũ. 511.2.a 112.2.b
Tempus non fuit reale ante factionem mundi. 53.1.b
Tempus mensurat motum. 535.2.d
Tempus quarum coeuum, & quod nũc est, idem sunt. 551.2.d
Tempus incepit prima die. 534.1.b
Tempus præsupponit motum: & motus corpus nobile. 104.2.a
Tempus cur unum tantum. 107.2.c
Tempus est mensura motus: Æuum mensurat esse. 113.2.a
Tenebra quomodo uideatur, & silẽtium audiatur. 39.2.a.278.2.c
Tenebra duplex. 521.1.a
Tenebræ quomodu benedicant domino 521.1.a
Tenebræ quid, & quid silentium. 520. 2.d
Tenebrositas, quæ erat ante lucẽ, est diffetens à nostra. 584.2.b
Terræ, & cœli distinctio. 562.1.b
Terræ, & aëris distinctio, 562.1.c
Terræ, & aquæ distinctio. 562.1.c
Terra quomodo in æternum stat, si certa in initio temporis. 558.2.d
Terra inanis, uacua, & inuisibilis. 559. 1.b
Terra tota, ideſt uniuersa creatura. 487. 2.c
Terræ pars quarta non habitatur tota. 2. 2.b.474.2.c
Terra quot modis sumatur. 310.1.b.c
Terra cur tota non sit cooperta aquis. 601.2.b
Terra pura lapis non sit. 560.1.a
Terra pura quænam sit. 96.1.b
Ternario numero omnia reperiuntur 451.1.d
Testamentum utrumque habet uerba uitæ æternæ. 5.2.d.6.1.a
Testamentorum unũ per aliud declaratur. 6.1.a
Theologiæ est considerare Deum Beatificatorem nostrum. 6.1.b
Theologiæ omnis considerario est in ordine ad Deum. 5.2.c
Theologiæ finis quinam sit. 22. 2.c
Theologiæ auctoritas quanta sit. 3.2.a. & 9.1.c
Theologiæ subiectum ibidem. & 6.2.d & 8.1.c. & 10.2.a
Theologiæ auditores quinam sint. 8.2.b
Theologiæ auditor qualibet esse potest. 8.2.a
Theologiæ dignitas. 11.2.a
Theologia cur nobis data. 6.1.c
Theologia initiatur auctoritati prius, quam rationi. 9.1.c.& 2.a
Theologia considerat uniuersaliter de ente, nõ per se, & primo: sed ide Deo Glorificatore nostro per se, & primo. 7 1 c
Theologia quomodo sit perfectior Philosophia. 12.1.d
Theologia est Domina scientiarum. 10. 1. c
Theologia quid tractet. 10.2.b
Theologia omnis ad Deum Glorificatorem est referenda. 10.2.d
Theologia duplex ideſt per modum credulitatis & per modum scientiæ, & sapientiæ. & sic diuersimodè traditur, & diuersimodè consideratur. 8.2.a
Theologia considerat ens aliter, quàm Metaphysica. 17.1.b
Theologia quomodo utatur aliis scientijs. 11.2.b c
Theologi cur tractent ea, quæ in aliis scientijs habentur. 11.2.c
Theologia excedens limites quomodo in limitibus permaneat. 11.2.d
Theologus cur creaturas considerare debeat. 5.2.b
Theologus & Philosophus diuersimodè eadem considerant. 12.2.d
Theologus an prius de Creatore, quam de Creaturis tractare debeat. 7. 1.c. & 2. c
Theologus, & Philosophus si quã eadem cognoscunt, non eadem ratione. 12. 1.b
Timocratia, Aristocratia, & Oligarchia. 406.1.a
Tonitrui causa finalis ex Pythagora. 303 1.d
Totum, & totaliter Deus facit. 50.2.a
Totum non transit in exteriorem materiam. 36.2.c
Totum creatur, sed totum non est actio. 35.2.c. & 37.1.a.b. & non est perfecta actu. 36.2.d
Totum quamuis ab Agente fiat actio tamen eius nõ totum dicitur sed aliquid 36.1.b & 2.c. & 37.2.d
Totum, & totaliter quid. 32.1.b
Totum, & perfectum idem. 34.1.d.40. 2.a
Totum, & pars quadrupliciter, 241.2.c
Tractus à uacuo fortissimus. 491.2.d
Traianus suscitatus ad preces B. Gregorij, quomodo intelligatur. 525.1.c
Trãsmutatio fecit scire materiam 13.2.c
Trinitas personarum à Gẽtili posita quid differat Theologica 583.1.a
Trinitatis principalitas est esse sine maioritate, & prioritate. 583.2.a
Trinitatis opera cur indiuisa. 583.1.b
Trinitatis opera indiuisa, sed non eodem modo à qualibet persona. 471.2.d
Trinitatis totius causa nou est ullum, nec

INDEX

nec medium,sed primum. 16.2.c
Thruni sedes Dei. 408.1.d
Throni ex tentione: Seraphin ex amore: Cherubin ex scientia dicuntur. 437.1.a 440.2.b
Throni vnde dicantur. 434.2.c
Throni,& Cherubin, & Seraphin cur sic. 297.1.a b
Tussis cur uox non sit. 375.2.b
Tyriaca ex veneno. 20.1.d

V

VAcui tractus fortissimus. 495.2.d
Vacuum ante mundum an fuerit: & quid dicat. 52.1.c
Valde bonum cur dicatur Geneseos primo. 261.2.c
Vani sunt omnes homines. 6.1.c
Vanum est quod caret fine. 6.1.c
Vasa contumeliæ quomodo à Deo. 215.2.b
Vegetatiuæ opera tria. 364.2.d
Velle, & intelligere Angeli est aliquid superadditum substantiæ Angeli. Intelligere verò Dei,& velle non sic se habet. 49.2.c
Velle non est volentis,sed Dei miserentis. 321.1.a.b
Velle Dei facere. 5.1.a 57.2.a
Velle bonum non bene quid sibi uelit. 322.2.b
Verba in Angelis. 482.1.b
Verba in somnis audire quomodo uideamur. 488.2.d
Verbi mentio obscura,& aperta. 523.1.c. & cur obscura prius,quam aperta. 523.1.d
Verbum Angelorum duplex. 491.2.b
Verbum cur naturę humanæ vniri potuerit. 351.1.c.non Angelas. ibidem.
Verbum, & caro non faciant resistere vnam naturam. 343.1.c
Vera multa sunt, quæ demonstrari non possunt. 50.1.d
Verecundi cur rubei. 354.1.a
Veritas, & credulitas non eodem modo in principijs, & conclusionibus. 174.1.b
Veritas à quocunque dicatur semper à Spirita sancto est. 3.1.d.619.1.b
Vespæ ex corporibus mortuorum equorum. 641.1.d
Vestis inciſuræ duæ cur uarium colorem efficiant. 388.1.c
Vetus testamentum cur promittat temporalia. 6.1.a
Vetus,& nouum testamentum cur ut rota in rota. 5.2.d
Via eadem ab Athenis ad Thebas: & à Thebis ad Athenas. 129.1.c.
Viæ cognitio quomodo cessabit. 18.2.b
Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. 103.2.a.159.1.a
Videtur quod manifestè cognoscitur. 4.1.a
Violentum omne est contristans. 260.1.a
Violentum nullum, nisi esset naturale. 76.2.c.d
Virgo Maria quomodo super choros Angelorum exaltata. 453.2.a
Virtutum est miracula facere. 439.1.a
Virtus quid sit,ex Aristotele. 439.2.b
Virtutes, & Potestates cur se consequantur. 439.1.c
Virtus est circa bonum, & difficile. 191.2.a
Virtus activa in grano frumenti quomodo se habeat. 55.1.a
Virtutes generales, & spirituales. 607.2.d
Virtutes pulsatiles ubi. 365.1.a
Virtutum, & Potestatum actiones quæ. 439.1.d
Virtus quot modis dicatur. 441.1.c
Virtutum, & scientiarum regulæ. 266.2.c
Visibile omne an mutabile. 394.2.c
Visio quomodo tota merces. 292.2.d
Visio diuinæ essentiæ mensuratur uno, non tempore. 110.2.d
Visio rerum in verbo, & per species quomodo simul. 477.1.b
Visionis triplex genus. 600.1.d
Visio cur vita æterna. 313.1.c
Visus noster naturaliter non fertur ultra. 8. Sphæram. 394.2.c
Vita quædam omnibus entibus naturalibus. 153.2.b.& 531.1.b
Vitæ opera appropriantur cordi. 365.1.b
Vitæ opos per spiritum pulsatilem ab anima uegetatiua. 365.1.a
Vita animalium in calido & humido. 640.1.d
Vinere viuentibus est esse. 535.2.c.d.617.1.b
Vita æterna est cognoscere Deum Beatificatorem. 6.1.a
Vita æterna qaid sit. 467.1.c
Vita æterna cur usio dicatur. 313.2.c
Vita æterna quomodo. 536.2.c
Volatio autem in aere, quasi similis est natationi piscium in aqua. 98.1.a
Volucres cœli,ideſt aeris. 600.1.a
Volantas non potest esse causa actionis antiquæ: nec voluntas antiqua est per se, & immediata causa actionis nouæ. 46.1.a
Voluntas. A Voluntate non procedit aliqnod nouū, nisi mediante actione noua. 46.1.a
Volūtas Dei, & essentia quomodo idem. 54.2.b
Voluntas Dei quomodo causa rerum. 519.2.c
Volūtas quomodo moueat intellectum. 480.2.c
Voluntas, & liberum arbitrium an idem 208.1.d.qaid differant. 209.1.a
Voluntas quamuis non possit cogi, aliquid tamen contingit ei de inuoluntario. 211.1.b.c
Volnatas vnde dicatur libera: & quomodo se moueat. 392.2.d
Voluntas, & intellectus qaomodo differant. 420.1.d
Voluntas,ut natura in diuinis quantum ad spirationem. 39.2.b
Voluntas Dei qaot modis cognosci possit 105.1.d
Voluntas antecedens,& consequens. 515.2.a.b
Voluntas noua quomodo se habeat ad actionem antiquam: & uoluntas antiqua ad actionem nouam. 46.1.a
Volantas,at uoluntas: & voluntas, at natura qoid. 39.1.d
Voluntas antiqua an possit facere effectū nonum. 53.1.c
Voluntas nostra quomodo se habeat in iustificatione. 279.2.b
Voluntas intellectum determinat. 248.1.b.& mouet.c
Voluntas Angeli non dicitar agere, sed Angelus per suam voluntatem. 240.2.b
Vox sui ipsius significatiua: & cur tussis non sit uox. 375.2.a
Vox comparata ad imaginationem naturaliter significat: ad intellectum autem, ad placitum. 375.2.c
Voz,at vox,aut sonus cur in Brutis, non autem uox,ut locutio, sed in hominis tantum esse dicatur. 375.2.d
Voz quid sit. 375.1.d
Voz aiua,& mortua. 395.1.a
Voz Angelorum in corporibus assumptis locuno propriè dici cur nō possit. 375.1.a.& 376.1.b
Vocis conditiones quatuor. 376.1.b
Vbi vnum propter alterum, utrobique unum tantum. 217.1.a.b
Vbi eras,cum me laudarent astra matutina. 106.1.c
Vltra æternam, qaomodo intelligatur. 114..1.a.& 116.2.d.& 692.c
Vlixis socij in bestias. 389.1.b
Vmbra naturaliter à corpore procedit. 57.1.b.sicut imago à facie.
Vnio est diuersorum. 258.1.c
Vni soli conuenit quod per super abundantiam dicitur. 107.1.d
Vnio substantiæ,& accidentis: & unio naturæ diuinæ,& humanę qnomodo differant. 351.1.a
Vnipedes, & Monoculi an sint. 90.2.a
Vnitates quatuor. 417.1.a
Vnitas generis est vnitas materiæ. 174.2.b.& 179.1.c
Vnitas non tanta semper est in effectibus, quanta in causis. 42.1.d
Vnitas est principium, non binarius. 18.1.d
Vniuersale, & particulare quando. 369.1.c
Vniuersale an sit compositum ex materia & forma. 166.2.c
Vniuersale triplex. 146.2.d
Vniuersale nullum est substantia. 179.2.d
Voluersale non est substantia, ideſt per se existens. 182.1.c
Vniuersalia non agunt,nec patiantur,nisi per accidens. 180.1.a
Vniuersalia non habent esse,nisi in primo ideſt individuis. 190.2.b
Vniuersa creata cur ualde bona. 92.2.c
Vniuersi generalis connexio. 415.2.c
Vniuersi ordo, & domus. 278.1.c
Vniuersi pulchritudo. 2.2.b
Vniuersi partes cur ad unum principium
Vniuersum totum nunquam desinet esse. 44.2.c. & non posset incipere esse,nisi præsupponereretur uacuum. 44.2.d.& constat ex tota sua materia. 45.1.a.& est ingenerab. & incorrupt. ex Philosopho.
Vniuersum constat ex tota sua materia: & Sol. 182.2.b
Vniuersum qnomodo sit in loco, itemq. Cœlum. 52.1.c
tedacantar. 18.2.a
Vniuersale non est substantia ideſt per se existens.

INDEX

existens. 181.1.c
Vniuersi Monarchia. 415.1.b
Vniuersum totum si fuerit hoc aliquid, substantia est pars prima. 110.2.d
Vniuersi connexio. 472.1.c
Vniuersi ordo duplex. 84.2.a ipsius ordo, & connexio. 87.2 d 36 2.c
Vniuocatio uera non est, nisi in specie specialissima. 204.2.c.
Vnusquisq; iudicat bene, quæ cognoscit 437 2.d 504.1.a
Vnum intelligimus, & plura scimus. 217 1.a
Vnum quot modis dicatur: Vnum, & ens idem. 190.1.d
Vnum per se non fit ex cœlo, eiusque anima. 87.2.b
Vnum plus est, quàm unitum. 260.2.c.d
Vnum, quod conuertitur cum ente, ut ait Auicenna, est idem quod unum principium numeri. 174.1.a
Vnum, quod est principium numeri, est synonimũ cum uno, quod cõuertitur cum ente, ut ait Scotus. 1201.d
Vnum solum contrariatur uni. 107.1.d
Vrina sana cur sic dicta. 436.2.b
Vsia, Vsiosis, & Hypostasis quid, & quo modo differant. 160.2.b
Vsus domus est principalior finis, quàm forma. 79.1.a

FINIS.

Z

ZOdiacus quot gradus habeat. 619. 2. d

DE AEGIDIO ROMANO
IN SECVNDVM SENTENTIARVM,

A F. Angelo Camerte à Roccha inſtaurato Epigramma.

NATVRAE Angelicæ, atq; humanæ quæ ſit origo,
Et quæ conditio, ac ſedes quæ vtriq; parata,
Quæ culpa, ac pœna ambarum reparabilis vtra
Illarum fuerit, qui noſcere protinus optat
Romani AEGIDII monumenta antiqua volutet
Diuina Angelici Ingenij virtute nouata,
Conditaque in ſtabili, quam vis nulla eruet, ARCE:
Nam ueluti doctæ protectus ab AEGIDE forti
Palladis obſtantes acies Dux ſubdidit olim,
Atque reportauit claros ex hoſte Tryumphos;
Haud ſecus AEGIDII doctrina inſtructus, & arte
Chriſti miles erit tutus, ſuperabit & hoſtes
Infernos, Victorq; altum conſcendet Olympum.

F. Paracliti Frangipanis.

DE AEDIBUS ROMANIS

IN SECUNDUM SEMESTRIALEM

A. A. Angelo Cantore a Rocca Contrada

Dicendum